R.P. EMMANUELIS DE NAXERA TOLETANI E SOCIETATE IESU, ...

Manuel : de Najera

Digitized by Google

C3 Je

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. P. EMMANVELIS

DE NAXERA

TOLETANI

E SOCIETATE IESV;

SACRARVM OLIM LITTERARVM INTERPRETIS

In Collegio Complutensi, nunc Regij Concionatoris

COMMENTARII

Litterales ac Morales in Librum Iudicum.

TOMVS SECVNDVS;

Cum quatuor Indicibus, Primò Paragraphorum, Secundò ad Conciones Construendas, Tertiò Locorum Sacræ Scripturæ, Quartò Rerum & Verborum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODIT.

Conv.to S. Mariæ LVGDVNI, de Scala Urbis.

Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXIV.

Cum Approbatione & Superiorum Permissu.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMÆ DOMINÆ

D. MARIÆ.

DE GVADALVPE

LANCASTRO MANRIQVE DE LARA,

EXCELLENTISSIMI D.D. DVCIS DE AVEIRO, & Torres-nouas, Marchionis de Montemor, Comitis de Penela, Domini terrarum del Infantado Ciuitatis Connimbricæ, & Villarum Magiſtratus Sancti Iacobi Primogenitæ.

CVm fœminis de more ſit à fragrantium faſciculis florum mutuari, quo ſplendentis leporem venuſtatis adaugeant, & oculos intuentium alliciant; hos ex amæniſſimo libri Iudicum topiario pro concinnandis moribus collectos, & qua potui induſtria in faſciculum redactos, tibi, Excellentiſſima Domina, offero, non vt ingenitæ tuæ pulchritudini (quod ineptum omninò videretur, & inurbanum) quid ad elegantiam adjiciant; ſed vt ipſi de tanto lumine mutuentur, quo vernent gratiùs, & oblectent animos legentium vtiliùs. Et quidem ſi benigna eos tuo ſplendore perfundas, haud dubium, quin ſuauiùs demulceant ſenſus, & ſaporatiores condiantur in fructus. Olim cæleſtis Eccleſiæ cultor pulcherrimæ, nobiliſſimæque Virginis inuitabat oculos, vt qui benè nouerat flores ſidereo

de vultu trahere, quo gratiùs ſplendeſcerent, & vberiores fructus parturirent: *Manè* (aiebat) *ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt.* Fortunatum campis exoptabat aſpectum, cuius candenti luce perfundere tur, ſiquid obſcurum, & in delicatum ſaporem niteſceret, ſi quid aſperum. Nec voti impos: duris quippè inuolutas corticibus nuces, viuidus, efficáxque oculorum vigor in ſuauiſſima poma nobiliter degenerare coegit. *Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* En mirabili metamorphoſi pulchra iam poma, quæ
Greg. hic. inuenuſtæ anteà nuces. *Quod tenebroſum eſt* (opportunè Gregorius) *reſpectione illius illuminatur; & hinc eſt, quod ſubdens ait: Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium.* Pro cryſtallinis, fæcundiſque laticibus fuerunt oculi, didicerúntque inſpecti campi lætiori amænitate niteſcere, & extemporaneos fructus referre cultori. Ergo dum meis in lucubrationibus multa non nimis conſpicua vereor, & animarum fructum diſcupio, iudicium tuum, & conſpectum prudenter exambio, certus (ſi aſſequar) quidquid obſcurum ſplendore nitidiſſimo aſpergendum, timorémque diffidentis ſibi conſcientiæ prorſus ſedandum. Deboram nobiliſſima origine exortam, & cæleſti ſapientia excultam eruditi etiam viri adibant, vt vel vatem diuino afflatam numine conſulerent, vel ſanè, vt eius oculatiſſimum perſcrutarentur iudicium. *Sedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rame, & Bethel in monte Ephraim, aſcendebántque ad eam filij Iſraël in omne iudicium.* Si viri auidis auribus auſcultabant fœminam, quia ſapientiæ præ cæteris palmâ inſignita: mirum non erit, Te noſtri ſæculi Deboram conſulam, vtque Barac ad triumphos aſpectum, & patrocinium exambiam, cùm in omni eruditionis genere triumphalem tibi palmam præripias, cùm priorem illam virtutum coloribus exprimas, & ſtirpis claritudine vincas. Ab Ephraim Ioſephi in Ægypto Proregis filio illa originem duxit; Tu à magnis Regibus es ſortita claritatem. De te videtur Naſo ceciniſſe,

Si genus excutias, Reges ab origine prima
Vſque per innumeros inuenientur auos.

Lares reliquit illa, vt Barac cauſam & approbaret ſuffragio, & promoueret exemplo: tu etiam è Luſitania ad Caſtellam migrans, Philippi IV. cauſam probas, & victurum felici auſpicio prænuntias. Luſitaniæ tu ſatis eras, ſed tibi Luſitania non ſatis. Fas non erat anguſtis vnius Regni limitibus claudi, quæ ad plurium gloriam nata; & omnium linguis, ac literis eras ornamentum præſtitura. Optimi parentes, te fratrémque tuum educarunt virtutum certamine dilaudandos, pondere moderationis æquales, ingenij viuacitate conſimiles, & morum ſocietate verè germanos. Quàm veſtra infantia eximiis fuerit virtutibus informata, quàm fuerit veſtra iuuentus bonis artibus innutrita, clariſſimè oſtendit ſeruitus numini præſtita, noſtro Regi fides exhibita, & gratia amicis ſemper collata. Conſtantiam veſtram dum procelloſi turbines, & mutuò irruentes ſæuiſſimæ tempeſtates acriùs tentarunt, longè firmiſſimam reddiderunt. Tam longè abfuit, vt violentiſſimis ventorum flatibus ceſſerit, vel tumentes, & minaces procellarum fluctus libauerint. Hinc parentes veſtros ſub admiratione penſamus, non ſolùm quia generoſas nobiliſſimæ, ac regiæ ſtirpis propagines,

ſed

Digitized by Google

ſed etiam quia auitæ fidei tenaciſſimos reliquerunt hæredes. Ad vtriuſque fratris laudem origo ſufficit, ad originis elogium vterque frater. Sumptuoſius veſtræ laudis compendium eſt, eis maioribus ſucceſſiſſe; ſed licet tanta in prædeceſſoribus fortuna coniunxerit, tãtaque ſtrenua illorum virtus egregiis ſibi facinoribus comparauerit; illorum gloria (quod inacceſſum videbatur) in vobis reſplendet auctior, & de veſtræ fidei integritate viget, & in æuum vigebit ſplendidior. Hieroſolyma olim acri timore obturbabatur concuſſa, dum fulgentiſſimum ad recens natum Regem ſidus accurrit, & ſecum Magos ductauit. Luſitania tremuit, dum geminam clariſſimam primi ordinis ſtellam ad Philippum noſtrum inuolaſſe conſpexit: æquali lætitiâ noſtram Curiam exhilaraſtis, ac pauore deſertam Olyſipponem concuſſiſtis. *Debora* (teſte Origine) interpretatur *apis*, vel *loquela*, & vtrumque tibi congruit: Florida ſcientiarum prata apis operoſa diſcurris, virtutum circuis viridaria, vt quidquid venuſtius ſeligas, & quod ſelegeris, condas. Apis regium licèt aluear colat, exiguo contenta nidulo oculos fugit, & dulcedine proficit. Tu in ipſa curia, extra curiam es. Seceſſum amas, Muſæum pro Gynæceo tibi, non puellis ſtipatæ, ſed Muſis quæ velut Apollini ſuo alacri æmulatione obſequuntur. Quos harum miniſterio non conficis ſapientiæ fauos, ſiuè ad modulanda carmina lyram temperes, ſiuè per eloquentiæ fluenta, & calamum, & ingenium effundas, ſiuè per varia linguarum genera diuageris? Quid cùm amæna Philoſophiæ vireta percurris? Quid cum præpetibus pennis ad cœlum vſque ſubuecta ſpatia metiris, curſus examinas, & ſurgentia ſidera dicis? Quid denique cum altiori volatu non tantum ſacra Theologiæ limina ſalutas, ſed imperterrita etiam abdita eius penetralia recludis? Et cùm tam multiplex tibi ſtudium, tam ampla, & exuberans doctrinæ penus, mirum ſanè, quam pauca, & ſemel, ac iterum prudentiæ lance examinata ſint verba. Te tibi Hieronymus in Paula obiecit. *Nihil ingenio tuo docilius fuit: tarda es ad loquendum, velox ad audiendum, Memor illius præcepti: Audi Iſraël, & tace. Scripturas ſanctas tenes memoriter; & cùm ames hiſtoriam, & hoc veritatis dicas fundamentum; magis tamen ſequeris intelligentiam ſpiritualem, & hoc culmine ædificationem animæ protegis.* Indolis tuæ ingenua docilitas, placida vultus grauitas, grata oris venuſtas, virtutis, ac ſupra ætatem eruditionis fama, plures familiaritatis tuæ ſtudioſſimas reddidit; tu tamen ſolum maturè ſelectas, ac virtutum laude conſpicuas ad amicitiæ tuæ felicitatem admittis: & dum eas conuenis, videre eſt, quàm lubenter audias, quàm limatè, & opportunè reſpondeas. Dum loqueris, is tibi ſermo, qui ſapientiam redoleat, & virginem deceat. Ab ore tuo ſemper nugæ exularunt, imò eas ab oribus etiam oris grauitas, & morum maturitas depulerunt. Multiplici ad aliorum virtutes commendandas lingua polles, ad defectus prodendos elinguis. Hinc etiam aliena vitia aut vertis virtuti, aut (vbi non eſt excuſationi locus) ſilentio premis. Diuitiarum religioſè prodiga, temporis ita es ſtudioſè auara, vt quæ apprimè noueris eius pretium, & ſi benè expendatur, lucrum. Ornamenta ſacra diuino miniſterio dicanda, aut ſerico ſubtili pingis, aut aureis filis intexis, aut gemmis micantibus ornas, & quidem ea in ducendis lineis, temperandiſque coloribus elegantia, vt potiùs Apellis penicillo, quàm acu fœminea imagines videantur expreſſæ: quibus cum

In Ep. ad Pau.

ſi pulchritudine certent, nec Indi ſtragula, nec Phrygiones aulæa, nec ſua Campani iactent periſtromata. Spiritum aliquando, & manus (abſque celſitudinis præiudicio) ad humiliora demittis, vt quod fortium fæminarum raritas lino, & lanæ prætium abſtulerat, ipſa reſtituas non tam domeſticos indutura duplicibus, quàm vt egenorum miſeriam ſubleues, & manuum tuarum diuino conſilio protegas. Hæc te peragentem, aut ſacra euoluentem volumina prima lux inuenit, vltima deſerit, noctem addentem operi. Fæmina certè exemplum, & miraculum ſæculo, in quo aſſiduus fæminarum labor in muliebri mundo, cultuque parando totos dies terit, & prodigit. Tu Ambroſij ſequuta conſilium eum habitum geſtas, qui abſcondat fæminam, & aſſerat virginem. Quærant aliæ externa cultus ſuffragia ad plauſus aucupandos inanes. Tibi ad veram gloriam interna ornamenta ſuperſunt. Si faſtus negat virginem, dum oſtendit, te caſtiſſimam modeſtia prædicat, dum abſcondit. Ex quo hæc te Hiſpanici Imperij ſedes conſpexit, nuſquam oculos tui auidos ſatiaſti. Rarò domo egreſſa, & non niſi vt templa viſeres, & ſacra Virginis ſimulacra religione priſca, & populi celebrata plauſu, tua veneratione celebratiſſima redderes. Tot denique in te decora ſupremi numinis benignitas larga congeſſit, vt verear, quæ de tuis dotibus pauca hæc nuncupatoria capit epiſtola, potiùs adulantis more, quàm ſinceræ veritatis ſtudio videantur recenſita: Et cùm præ audientis pudore, iniurioſus cogor fieri Celſitudini tuæ, ô labor infelix, ſi lecturus mihi fidem non habeat, tanquam tua merita laudibus, ſupergreſſo, quas vix ſummo tenus ore libaui, cùm maior in te ſit ambitioſo mendacio ſimplex veritatis fides. Non abſimilem Hieronymus verebatur ſcopulum, cum tui ſimillimam fæminam adſpirantibus eloquentiæ plauſibus ad cælum eueheret, quo timore ad iuramentum adactus ſua mihi verba ſuggeſſit. Fateor *in tuis laudibus exponendis, Deo iudice, ac teſte, me nihil addere, nihil in maius attollere more laudantium, ſed ne rerum excedam fidem, multa detrahere, ne apud detractores fingere puter, & cornicem Æſopi alienis coloribus adornare.* Nec mihi ſolùm cum aliorũ fide lis eſt, ſed cum modeſtia etiam tua: Cui comperta ſatis referens *non tam vereor, ne me in tuis laudibus parcum, quàm me nimium putes.* Vincat ergo ſuffuſus genis rubor, calamum ſiſtat meum: nec tamen Heroïnarum maxima tua virtus manebit in gloria. Ipſa ſe prodet, & vocaliſſimo ſilentio præconia deteget, quæ pudor addiderat. Occultant apes ſuos labores, & noctu plerumque fit opus digniſſimum luce, & quod in ſui ſplendeat commendationem. In eam tu ſolam curam videris intendere, vt quidquid in te magnum eſt, cùm nihil non ſit maximum, ab oculis humanis eripias. Nam quis non miretur Heroïnarum maxima, vt gentilitia Maiorum tuorum, ac clariſſima nomina Lancaſtros, Manricos, Laras aut contemnens, aut deſerens, MARIAM DE GVADALVPE appellari amaueris: Atque tot titulis Regiæ, tot diadematibus coronatæ, auguſtiſſima ornamenta domus adſcititio, quaſi vernacula, ſacræ Dei genitricis cognomine poſthabueris. Verùm à te contempta fuiſſe ea eximiæ familiæ decora, non facilè adduci poſſum, vt credam. Nam quî contemni poterunt nomina, ad cuius reuerentiam ſonitus toties poplitem curuatus orbis inflexit? Potiùs ea ipſa cognominis mutatione haud obſcurè, ni fallor, quanti illa faceres, demonſtraſti. Exhorruiſti forſan ad tantæ nuncupationis lenocinium

Vbi ſupra

nium, dum te rebus humanis ſubducere, atque ad cæleſtia animum erigere ſtatuebas. Ac ne tuam ſupra virilem conſtantiam pellax ille, dulcéque ſonans ſtrepitus arietaret, illum ab auribus repuliſti tuis. Hoc attamen conſilio inito, non alia tibi nomenclatura placuit, quàm quæ & Virginem Deiparam decuit: Quaſi facto ipſo teſtareris, Lancaſtros, Manricos, Laras non poſſe niſi pro ſacris nominibus commutari. Hac ſolùm via creſcere potuiſti, & Maiorum tuorum gloriam ſuperaddere gloriæ, cùm ſupra illorum nomina non niſi diuina nomina poſſent aſſurgere. Quaſi humanum eſſe non poſſit, quidquid ſupra ſtirpis tuæ claritudinem emicat. Nec auitam gloriam, dum poſthabes, imminuis, quin Maiorũ veſtigia altiùs cudis, dum videris abolere. Et radici non degener fructus reſpondes, dum pluris æterna facis, quàm peritura. Splendidus tuæ gentis ſanguis Magnos & Luſitaniæ & Britanniæ Reges ita ad egregia facinora accendebat, vt ementi orbem, onuſtique barbarorum trophæis, vltra tellurem victorias, & ſupra ſidera famam aucuparentur. Cúmque nullus eis reliquus eſſet creſcendi modus ſine modo adultis: nullúmque regiũ Chriſtiani ſanguinis fontem non hauſiſſent, & proprio ſanguini maritaſſent; Pro coronide Iericuntinam roſam Deiparam adumbrantẽ, & Quinas redempti orbis ſcaturigines diuino ſanguine purpurantes, vt erant progrediendi auidi, ſcutis inſeruerunt, & vexillis: quippe non aliis nobilitatis inſignibus, non coloribus aliis tuæ ſtẽmata gentis nouo poſſent ſplendore donari. Ergo non aliunde Tibi quàm à diuino nomine, & numine accipiendum erat, quo nomina tuorum extolleres. Tua tamen ita te fefellit opinio, & latendi ars: vt qua via tentabas tuam gloriam ab auribus, & oculis arcere noſtris, eadem ipſa, quaſi impatientiùs, ruptis ſilentij repagulis, radios exſereret, acriùs mortalium acies, animóſque perſtrinxit. Nam quis flammas ſinu contineat? aut integrum ſolem leuis nubeculæ objectu latere poſſe præſumat? Crede mihi tua cura ſolers, & ſilendi amor, quantumvis maxima, minora ſunt ſplendore, & magnitudine tua. Quis iam ergo miretur, Excellentiſſima Domina, quondam quaſi naturæ impetum omnem mihi dubitandi, aut conſultandi præripuiſſe rationem, vt librũ hunc Tuis pedibus ſiſterem, Tuo nomini conſecrarem, Tuo patrocinio committerem. Tuis ergo eum pedibus advoluo, & ipſe advolutus, vt inde Tuis oculis dignus aſſurgat, nec tenuem hunc laborem oculis credo dedignabere tuis; Prouident enim humanis ſuperi, atque exiguas mortalium curas è ſtellato cæli faſtigio proſpectant. Tuo nomini conſecro, vt liber etiam meus tuo nomine conſecretur. Patere, Domina, exiguæ huius ſtructuræ veſtibulum tam excelſi nominis ſplendore illuminari. Præferat hoc opus in fronte hanc longè glorioſiſſimam ſui commendationem: ſic illum ſemper honos, noménque tuum nobilitabunt. Verùm vt nomen, & omen habeat; quem alium patronum tutiùs aduocare poſſet Societatis alumnus? Quam ad domum confugere, niſi ad tuam, cuius noſtri ſemper ſartatectis muniti, & tela riſere calumniæ, & inuidiæ iacula repulêre? Tot, tantaque Tu, & Maiores tui in Societatem noſtram beneficia congeſſiſtis, vt licet numerum orbis ignoret, agnoſcat tamen fuiſſe plurima, & maxima. Non exigua creditur ſolutionis pars fateri beneficium: verum & hanc viam, quæ omnibus patet, beneficia veſtra ſua nobis multitudine iuxta, ac magnitudine præcluſerunt; quaſi pauca, & leuia putaretis, quæ recenſeri

poſſent. Amore tuorum fouente nata eſt Societas, fauore aſpirante adoleuit, auctoritate, & beneficentia prouecta eſt ad illud gloriæ faſtigium, quod vix poſſent vota ſperare ſuorum. Quidni ergo ad te currat hic liber tuo numine protegendus, ab aſſuetóque, vel potiùs ingenito domus tuæ ſtudio patrocinium experturus: Calet enim adhuc in venis veſtris Manriqueſius ille Loyolæo parentis noſtri permixtus ſanguis, ſanguine calet amor. Neque tacebo Domina (licèt ambitioſius quidpiam de me nuſquam iactaſſe meminerim) vt meam hanc de te conceptam ſpem alas tuis erga me dignationibus, & gratiis, quibus proſequi immeritum obnixa es. Laudaſti non ſemel & ingenium, & opera noſtra, librósque, vt audio, præ manibus verſans egregiis ornaſti teſtimoniis: Cumulatiſſimum mihi exacti laboris præmium. Sed neſcio an hic magis fortunam meam mirer, an beneuolentiam tuam, quæ æquiſſimam alioquin iudicem hac in parte in diuerſa agere viſa eſt. Fateor ſanè, ſi quid aliquando noſtri tibi placuit ſtudij, non id meum, ſed tuum eſt: non ingenij mei; ſed tuæ benignitatis laus. Verumenimvero adhuc non poſſum non vereri cenſuram EXCELLENTIÆ TVÆ, cuius patrocinium interpellat hic liber. Nolim ergo te iudicem; niſi priùs aduocatam habuerim: Age primum, obſecro, cauſam, fer deinde iudicium. Nihil te orauerim enixè magis quàm vt librum hunc, antequam lucem videat, nouâ luce dones. Ipſe equidem partum feſtinans, rudem forſitan, more vrſæ, & deformem edidi maſſam. Tibi propterea offero, vt ſtilo tuo fingas: quæ ſuperſunt, amputes; quæ deſiderantur, adijcias; quæ frigent, inflammes; quæ humiliter deijciuntur, attollas

Vt putator in vineis qui
Curuo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem attondens, fingitque putando.

Ac demum, vt opus hoc dignum oculis tuis reddas, quod aliter dignum eſſe non poteſt, niſi ipſa reddideris. Hoc pacto noſter liber prodibit in lucem, tenebras alioquin amabit, & latere malet. Illum igitur pauentem adiuua ingenio, operâ, patrocinio, authoritate. Niſi vt Minerua ſapiens, & armata Pallas egredientem comiteris, omninò formidabit egreſſum. Verùm Te duce, & auſpice, nulla eum terrere pericula, nullámque ipſe poterit non ſperare victoriam. Tua tamen erit, quamcumque reportabit: quippè tuis partam auxiliis: Quare vt Deboram ſuus Barac, ſic te meus liber viſus eſt alloqui: *Si veneris mecum, vadam; Si nolueris venire, non pergam*; Sed nolo hac vice, mihi, aut ipſi reputari victoriam, *quia in manu mulieris tradetur.* Et hæc ſanè mihi foret vel ſola vel maxima gloria, ſi quodpiam tuæ laudis inſtrumentum conſtruxiſſem: ſi gracili poſſem auenâ ad clangentem

gentem Tuæ famæ tubam modulum adijcere. Vive, ô æternum immortale decus Hesperiæ, nationis nostræ delicium, sæculi gloria, quod & si sera post fata deferas, superos olim auctura

Nulla dies vnquam memori te exemerit ævo.

Humillimus seruus, & addictissimus Capellanus,

EMMANVEL DE NAXERA.



CENSVRA

Digitized by Google

CENSVRA REVERENDISSIMI P.F. ANDREÆ de Arteaga ex ſacra Familia ſancti Franciſci in Theologia Lectoris Iubilati, olim Prouincialis in Prouincia Mexicana ſupremi Senatus Sanctæ Inquiſitionis Cenſoris, totius ſui Ordinis Definitoris Generalis, Concionatoriſque Regij.

DE mandato D. GARCIA DE BELASCO, Vicarij Generalis in hac Regia Madritenſi Curia, vidi Commentarios in LIBROS IVDICVM, à ſeptimo vſque ad quartum decimum caput ſcriptos à R. P. EMMANVELE DE NAXERA, è Societate IESV, Regióque Concionatore, vtque vno verbo meam ſententiam, huiúſque egregij authoris laudes proferam, ſentio à reliquis huius authoris ſcriptis non diſcrepare. Mira profectò ſtyli dulcedine oculos detinet, ſingulari profunditate, frequentibúſque ſententiis legentis intellectum paſcit, ad virtutes ſolida, ſaniſſimáque doctrina animum accendit. Ergo cum authoris nomen protulerim (vt de Honorato aiebat Epiphanius) quidquid ad clauſulam elocutionis adiecero, ſuperfluum poterit iudicari: non ſolùm inoffenſo pede percurret Lector huius Doctiſſimi Patris ſcripta, ſed ingenti lucro evolvet, experietúrque celebratis ab antiquitate ſcriptoribus non imparem, tum copioſa dicendi concinnitate, tum electa ſententiarum frequentia, tum ſaniſſimæ doctrinæ, & eximiæ pietatis laude. Digniſſimos, qui mandentur typis commentarios hos iudico, iudicabúntque etiam omnes qui perlegerint. Madriti in noſtro ſancti Franciſci Conventu die 20. Septembris anni 1662.

F. ANDREAS DE ARTEAGA.

LICENTIA D. GARCIA DE BELASCO Vicarij Generalis in Madritenſi Villa.

NOS D. GARCIA DE BELASCO, Vicarius Generalis in hac Madritenſi Villa facultatem facimus R. P. EMMANVELI DE NAXERA, è Societate IESV, Concionatori Regio, vt Commentarios in LIBROS IVDICVM, à capite ſeptimo vſque ad quartum decimum, per nos à Doctiſſimis Viris examinatos & approbatos poſſit typis mandare, cum nihil contineant ab honeſtis moribus, noſtræque Sanctiſſimæ fidei alienum. Madriti die 20. Septembris, anno 1662.

D. GARCIA DE BELASCO.

De eius mandato IOANNES BAPTISTA PEREZ.

FACVLTAS

FACVLTAS R. P. FRANCISCI FRANCO Viſitatoris, & Vice-Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Toletana.

EGO FRANCISCVS FRANCO, Viſitator, & Vice-Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Toletana, poteſtate ad id mihi facta à Reuerendiſſimo admodum Patre noſtro Goſſuino Nichel eiuſdem Societatis Præpoſito Generali, facultatem facio, vt Commentarij in LIBROS IVDICVM à PATRE EMMANVELE DE NAXERA conſcripti, & eiuſdem Societatis grauium, doctorúmque hominum iudicio approbati typis mandentur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas,& ſigillo noſtro munitas dedimus. Madriti die vigeſima Martij, anno Domini milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo.

FRANCISCVS FRANCO.

APPROBATIO DOCTORVM.

NIHIL obſtat quin Commentariorum Literalium & Moralium Tomi duo, Secundus nempè & Tertius R.P. EMMANVELIS DE NAXERA, è Societate IESV, in LIBRVM IVDICVM in Lucem prodeant. Sic ego infra ſcriptus Doctor Theologus Pariſienſis iudicaui. Lugduni die tertia Auguſti, anni Domini 1663.

FR. IOANNES ROBE', *Ord. Prædicatorum.*

Ego quoque idem Cenſeo FR. CYRILLVS MOREL, *eiuſdem Facultatis Doctor Theologus, necnon Carmeli Lugdunenſis Prior.*

CONSENSVS VICARII GENERALIS.

VISA Doctorum Approbatione editioni horum Literalium & Moralium, Tomi Secundi & Tertij, R. P. EMMANVELIS DE NAXERA, è Societate IESV, lubenter annuimus, Lugduni die tertia Septembris 1663.

DE NEVF-VILLE, *Vic. Gen.*

CONSENSVS PROCVRATORIS REGII.

VIsa Approbatione Vicarij Generalis ſuperſcripta, Librum inſcriptum, Commentariorum Literalium & Moralium, Tomi duo, Secundus nempè & Tertius R. P. EMMANVELIS DE NAXERA, è Societate IESV, in LIBRVM IVDICVM, Typis mandari & in lucem edi ſumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS, Bibliopolarum Lugdunenſium, ego Regis conſiliarius, & Procurator in Lugdunenſi Præfectura non impedio, imò ne quis vltra conceſſam facultatem denuò excudat, concedo; Datum Lugduni die tertia menſis Septembris 1663.

VIDAVD.

FIat ſecundum conſenſum Procuratoris Regij. Datum Lugduni die quarta menſis Septembris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexageſimo tertio.

DE SEVE.



INDEX PARAGRAPHORVM MORALIVM.

CARMELITANI SCALZI DI S. MARIA DELLA SCALA

N. Numerorum indicat P. Paginam.

CAPVT VII.

OBEDIENTIA felicitatis est vena, lucet de promptitudine fortunata, & de cacitate semper gloriosa. numero 26. pagina 10

Morigeros sibi subditos sortitur, qui Deo præcipienti incunctanter obsequitur. n.33.p.12

Dignitas annexos habet labores; sed pluves laborem fugiunt, & splendorem exambiunt. n.38. p.14

Felix Respublica, quæ sortitur Principes vigilantes; infelix, quæ experitur dormientes. n.43. p. 15

Qui pericula obedientia postponit, ipsa obedientiâ propellit. n.47.p.17

Indulgere non debet otio, qui discupit redimiri trophæo. n.52.p.18

Rationabilis culpæ suspicio superiorem doceat cautelam; subiecto tamen non afferat honoris aut æstimationis iacturam. n.56.p.20

Iactantia præ aliis vitiis semper omnibus est odiosa, & ipsi iactabundo semper aduersa. n.61.p.22

Dei erga parentem amor contentus non est damna depellere; sed accelerat periculis obuiare. n.67. p.23

Ferè semper imbecilliores turgent superbi, & superbiunt tumidissimi. n.71. p.25

Bonus superior, vt à subiectis auerteris culpam, propriæ aliquando distulerit laudis gloriam. n.76. p. 26

Deus ad nostram eruditionem de visis loquitur, ac si solum essent coniecta; nos de solum coniectis, ac si essent visa. n.81.p.28

Facilè prauis corrumpimur, difficulter probis exemplis docemur. n.86.p.29

Mirum est, si propinquorum non inaurentur defectus, dum dignitatis culmen occupauerit consanguineus. n.92.p.31

Nonnulli conscientiam tegere gestiunt audaciâ, & aspicienti imponere virtutis vmbrâ. n.95.p.32

Suas quisque vires prudenter expendat, ne miserè aduersario pugnans succumbat. n.100.p.34

Si legis floruerit obseruantia, felici exercitus coronatur victoria. n.104.p.35

Vitæ sæpè consulitur honoris dispendi, cum virtutinon consulamus allecti lucro. n.109.p.37

Non semel virtutis milites adumbrata fugant pericula, cum mundi affectas indubia non fugauerint detrimenta. n.114.p.38

Non potest gelido timore non diuexari, quem constat sæculi amore teneri. n.118.p.39

Euangelicus concionator curabit excitare, aut conuenire conscientiam, & animitus fugiet delinquenti inurere notam. n.122.p.41

Optimus administer Reipublicæ non tam studet propinquorum splendori, quam communi omnium saluti. n.129.p.43

Non est ignobile otium laboribus acquisitum; sed inertiæ artibus procuratum. n.133.p.44

Ad munia vitè non inueniuntur electi, qui non fuerint prius conscientia superioris probati. n.137.p.45

Triumphis coronatur exercitus, vbi licet milites strenuos probari, & imbelles castris expungi. n.141. p.47

Non semel sine verbis indicantur vultu, quæ desiderantur affectu. n.146.p.48

Ministri munus detorquere solent ad propria commoda, cum debeant vti ad Principis, & Reipublicæ profutura. n.149.p.49

Dum quis plus humanarum rerum exambit, & periculum grauius subit. n.153.p.51

Corpori nimis studiosè non seruias, vt latentes hostis deuitare possis insidias. n.157.p.52

Consuetudine vel vrgente periculo ducimur, & triumphare prolectante victoria, compediti eius vinculis immoramur. n.161.p.54

Christi Domini castra fastidiosè dimittunt incautam fiduciam, adlegunt studiosè fidentem cautelam. n.166.p.55

Dum contra vitium infirmis corporis viribus depugnatur, facilius victoria acquiritur. n.170.p.56

Morigera subditorum erga dominos subiectio nostræ erga Deum manifesta est sigillatio. n.174. p.58

Bonus superior vni sibi totum reiiminis negotium nunquam vendicabit superbus, nec totum alteri committet ignauus. n.178.p.59

Mirum est seruos domino auxiliari ad legis obseruantiam: quia vt in plurimum auxiliantur ad culpam. n.182.p.61

Felix Princeps, cui ministri sunt anxietatis lenamina, & veritatis auxilia. n.186.p.62

Obedientia expromptissimè impletur, dum obsequentis votis attemperatur. n.189.p.63

Dignum superbia vt acerbissimum est tormentum, si qui eminebat capite, teratur pede. n.193. p. 65.

Vitium multitudine ferè semper armatur, robore virtus instruitur. n.197.p.66

Index Paragraphorum.

Plus cauendum est à non benè morato socio, quàm à valido aduersario. n.201.p.67

Quos Deus penitus decreuit delere, appetentia prohibuit pericula præsagire. n.204.p.69

Qui vitia penitus desiderat abolere, contentus non sit semel Eucharistiam sumere. n.208.p.70

Deus cum ardua præcipit, animos addit, quibus difficultatem emollit. n.212.p.72

Quæ noxiè possunt ereſcere, debent celeriter amputari. n.216.p.73

Deus de supplicij strepitu satagit supplicium vitare, & de silentio beneficium semper augere. n.220. p. 75.

Vitiorum proxeneta honoris sæpè abiurauere decorem: ergo virtutis zelator aliquando suam ignorauerit dignitatem. n.224.p.76

Remediabile bonum est in peccatis accelerata correctio, & cordata vestigatio. n.228.p.78

Prodest contra vitium virtus; sed exterior habitus est instituto adaptandus. n.232.p.79

Decantatissimus Eucharistiæ triumphus est, mores prorsus inuertere, & contrario stylo hominem reformare. n.236.p.80

Vel cùm oculis se ingerunt damna, solent ministri Principibus occultare, aut saltem relatione minuere. n.240.p.82

Eucharistia tremendum est vitiis fatum: quia totius est voluptatis excidium. n.243.p.83

Misera Respublica, vbi ministri non impleuerunt officia, cùm copiosa acceperint stipendia. n.247.p.84

Sæpè quis apud exteros instar miraculi habetur, apud suos parui æstimatur. n.251.p.86

Prouida ordinatáque dispositio est mater felicitatis, vt confusio parens discriminis. n.255.p.87

Matura gratitudo est beneficij incrementandi artificium, & generosi animi testimonium. n.259.p.89

Lux diuina nitidiùs lucet in vase rebus humanis vacuo, quàm pleno, n.263.p.90

Rarum est ita heroëm viuere, vt non refugiat ab omnibus spectari; imò possit exemplum aliis proponi. n.267.p.91

Vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum. n.272.p.93

Digna Deo victoria est, Matrem cum hoste non congredi, & triumpho virgine redimiri. n.278.p.94

Parum prosunt optimè procurata, si parum diligenter videantur impleta. n.281.p.96

Nobilior triumphus est, quàm domare ferro, hominem à vitiorum excitare letargo. n.285.p.97

Discupienti triumphos opus est virtute insistere, nec satis est inchoare. n.289.p.99

Optimus concionator de auditorum glorietur criminibus trucidatis, non de elogiis, aut acclamationibus repetitis. n.292.p.100

Plurimis se laboribus consecrat, qui veritatis luce Principum, & potentium tenebras fugat. n. 297. p. 101

Is sit Euangelicus concionator, vt ad eius vocem; imò ad aspectum effugiant vitia, & vlulârint inferna. n.302.p.103

Grauiùs non semel à domesticis vrget bellum, quàm immineat ab aduersarijs periculum. n.307. p. 104

In quem felicem timent, omnes fortuna aduersa iam audent. n.311.p.105

Is plausibilior est triumphus, vbi inimicus non arripuit fugam; sed tulit pœnam. n.315.p.107

Adaquè celebrandum nomen excudit iusta delinquentium punitio, & prouida miserorum protectio. n.318. p.108

CAPVT VIII.

QVi vrgente occasione varias ad eludendum confingunt causas, iam elapsâ solitant dare querelas. n.22.p.117

Mirum est, si cognatos quis vocarit, dum adsint commoda, aut non vocauerit, si pericula. n.25.p.118

Superbi ad monenda iurgia solum sunt apti, ad virtutis officia inueniuntur sæpiùs inepti. n.30.p.119

Cognati adesse periculis renuunt, interesse lucris exambiunt. n.35.p.121

Durissimum est laboriosas ad molestias vocari, & à debito laboribus honore repelli. n.39.p.122

Vel humani honoris stilla sitienter ambitur, virtutis gloria contemnitur. n.43.p.123

Inuidia propriam felicitatem contemnit, ne inuidiosum præeminere contigerit. n.48.p.125

Princeps inter regni exordia benignissimè indulgentiæ resplendeas gratia. n.53.p.126

Superbi inanibus sæpè suspicionibus distorquentur: quia se contemni arbitrantur. n.57.p.127

Quos coniungere debet idem propositum contra communem hostem, nullum disiungat dissidium. n.60.p.128

Melius iuuant cognati plerumque ad vitia, quàm virtutis promouerint desideria. n.64.p.130

In resplendentem præ aliis felicitatis gloria plures obarmat inuidia. n.69.p.131

Non semel qui ad dignitatis fastigium præter opinionem euectus circa honorem sibi debitum nimium inuenitur scrupulosus. n.73.p.133

Sæpè in nostrum commodum prouidentissimè cauta, querimur ad contemptum disposita. n.76.p.134

Prudens superior feruentem subiectorum audaciam non irritat; sed vrbano ac molli sermone sedat. n.79.p.135

Ea est humilitatis conditio, vt in se solum agnoscat ingloria, in alteris laudabilia. n.83.p.136

Nihil ita conciliat pacem, laudémque, quam aliorum gesta decenter extollere, & de se modestè sentire. n.87.p.138

Superior, qua aliquando mouetur, prudenter celauerit causam, ne subiectorum inflammet iram. n.91.p.139

Perfecti aliquando vltra vires audent insequentes vitia, vt etiam impij, vt prosequantur scelera. n.94.p.140

Mirum est paupertate diuexatum non exorbitare à iustitia; sed virtutis ornari perseuerantia. n.99. p.142

Non possunt milites generalitati inseruire, si victualibus constet carere. n.103.p.143

Politici dum virtutis iniuria nolunt magnates offendere sibi constat infelicitatem asciscere. n.108. p. 144

Cælesti pane opus est ad lassitudinem subleuandam, & victoriam plenè obtinendam. n.112.p. 146

Calamitatis mater est auaritia, largitas felicitatis est vena. n.116.p.147

In Reipublicæ commodum ipse cogitur tolerare, quod adulando constat senatorem decernere. n.120. p. 148

Quantò vehementior est infligenda pœna, tantò præcedere debet inquisitio solicita. n.123.p.149

Peccati consequentia est sic peccatorem desipere, vt nesciat vel periculum instans euadere. n.126. p. 151

Non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens, quàm delictum obstinatione defendens. n.130. p.152

Virtutis

Index Paragraphorum.

Virtutis hostes vbi se arbitrantur securitate munitos, ibi constat cladibus securos obiectos. n. 133. p. 153

Principum stabilit semper obseruata iustitia, & destruit iniusta preda. n.138.p.155

Etsi ingrauentur oculis Magnatum delicta, non inuenientur delictorum testimonia: quia deterret testes potentia. n.143.p.156

Ciuitates frequenter sunt dolositatis vena, fraudisque officinæ. n.148.p.157

Humanus ab omnibus honoratur, inhumanus despicitur. n.152.p.159

Sacerdotum duriorem pœnam sustinet culpa: quia esse debet sacratior vita. n.158.p.160

Peregrinum est magnatum delicta punire: quia de more constat laudari. n.162.p.*ibid.*

Princeps etsi aliquando in se commissit indulgenter pepercerit; in commune bonum perpetrata seueritate pijssima castigauerit. n.167.p.163

Plures dum à virtute deficiunt, vt suspectum vitauerint sibi damnum, incrementasse inueniuntur detrimentum. n.171.p.165

Auaritia laicum obscurat; Sacerdotem vero quodammodo exanimat. n.175.p.166

Proprias vlcisci iniurias est humanum non vlcisci prope diuinum. n.179.p.167

Tanti apud Magnates valet adulatio, vt eâ inaurentur delicta, & ineatur facillimè gratia. n.183.p.168.

Nonnulli sic faueri, solent delictum, vt non deleuerint pœnitentia, sed incrementauerint arrogantiâ. n.188.p.170

Nobilitate conspicuit vel in aduersa fortuna exhibenda est reuerentia, nec plectendi Domini ceteris inulta. n.193.p.171

Accepta dignitas sit clementiæ fomentum, non propriæ vindictæ auxilium. n.198.p.173

Optimi parentes temporis non expectant suffragium, vt filios impulerint ad virtutis odium. n.203. p. 174

Eximiâ patientiâ opus est ad tolerandam hominicionis insolentiam, & ignobilis audaciam. n.207. p. 175

Audent sæpe ministri vel inuisi in purpuratos; non attingunt vel inuisi splendidos. n.212.p.177

Nobiles non semel ad vitium ante virilitatem sunt viri, cum vltra pueritiam ad virtutem videantur pueri. n.215.p.178

Dignitatum fastigia ascendentes non semel eligere solent ad munia consanguinitatis suffragio, non virtutis merito. n.219.p.179

Plures vel in morte attendunt euanido honori, non erroris pœnitudini. n.224.p.180

Mirum est, si quem defendit aurum tradiderit pœna delictum. n.229.p.182

Tolerabilius est cito mori, quàm vitam ad prolixam, aut inhonestam mortem extendi. num.234. p.183

Vitio veluti hereditarium ius à parentibus commendatur, & ambitiosè a posteris exambitur. n.238. p.185

Egregium est donantis præmium, si terreminis pulueren exceperit præmium. n.242.p.186

Nonnulli, vt se exhibeant gratos, videri parui-pendunt legis oblitos. n.245.p.187

Felix est, qui prouectionem suam intra terminos moderationis includit: infelix, qui nimium lucere exambit. n.249.p.189

Improbanda electio, quæ non tam de iudicio, quàm de eligentium vritur commodo. num. 253. p.190

Optimus administer sua Principis commodis postponere consueuit, vt malus detrimento Principis ampliare. n.257.p.191

Sæpe qui diuitias aut dignitates contempsisset magnanimus, propinquorum amore illas discupit ambitiosus. n.262.p.193

Mirum est si quis bonum publicum propriæ vtilitati præponat, nec omnium salutis suam vtilitatem anteferat. n.265.p.194

Cordatus Princeps angustas tributa, deuotus subditus amplificat donatiua. n.270.p.195

Nonnulli ex ad se pertinentibus difficulter tribuunt, ex ad Rempublicam spectantibus petenti sine difficultate concedunt. n.273.p.196

Propria non semel creaturis prodigi impendimus, & Numinis debita aut subripimus, aut tenacitate negamus. n.276.p.198

Tributi à populo impensi debet haberi ratio solicita, ne imminuatur fraudibus summa. n.280. p.199

Cultus corporis emigorat viros, belloque prodit ineptos. n.283.p.200

Non semel quæ deuotius persuadebant obsequium, ad ingratitudis deterquemus scandalum. n.287.p.202

Suam asciscit imprudenter ruinam, qui Ecclesiasticis rebus posterorum angere vitiatur gloriam. n.291.p.203

Qui sibi ad placitum responsurum consiliarium delegit; sæpe calamitatem ascit. n.294.p.204

Certa est non semel superiori ruina exhibita subditis peccandi occasio, aut à crimine non cohibitio. n.298.p.206

Reportata de vitiis eximia victoria pax floret tranquilla & tranquillitas viget stata. n.303.p.207

Mirum erit si ad dignitatem electus paternam incolat casam, nec palatij substructionem excitarit superbam. n.307.p.208

Nonnulli postquam generosè magnas norunt dignitates spernere, exiguas indecore solent ambire. n.312.p.210

Otium est voluptatis fomentum, vt honestus labor exilium. n.316.p.211

Sæpè quem vanis adulationibus populus ad instar Numinis adorauit, demorium aut munere functum ingrata oblivione sprevit. n.321.p.212

Virtus operosa sepulchrorum refugit monimenta, mausolea substruit vanitas superbissima. num. 324. p.214.

Ea est peccatorum cæcitas, vt vitiis renuntiare sibi credant calamitatem ascisceret. n.329.p.215

Male politici, dum ab vna ad aliam transeunt velicla parti inueniuntur inimici, & aly semper suspecti. n.333.p.216

Vitio nunquam desunt patroni, quique eius causas peragere cupiant soliciti. n.338.p.218

Virtuti aliquando adhæremus; sed vitiis adglutinamur. n.343.p.219

Qui Numini aduersus, homini difficulter exisset gratus. n.347.p.221

CAPVT IX.

SI magnatum adsit fauor, vel indigni promouentur; si non adsit, vel dignissimi repelluntur. n.290 p.231

Index Paragraphorum.

Sapè Magnatum mortis cæcus inflammatur ambitus, cum debuisset inoculatus seculi exitus contemptus. n.32.p.232

Vitant rationis trutina examinari, qui ad dignitatem sine meritorum suffragiis cupiunt offerri. n.37.p.234

Ad summum non subitò ascenditur, sed per gradus peruenitur. n.41.p.235

Ambitio tranquillitatis est pestis, & omnium salutis truculentissimus hostis. n.46.p.236

Vanitati ducunt Magnates vel indignis auxiliari, & petentibus opem ferre. n.51.p.238

Durissimum est multis dominis subiacere, multisque obedire. n.54.p.239

Sapè procerum tutela freti qui circumstant, detestanda perpetrauere facinora, & sapè circumstantium freti temeritate omnia potentes tentant effrani audacia. n.58.p.240

Nonnulli, vt quam ambiunt, dignitatem præripiant, religionem se studiosè curare affectant. n.62.p.241

Non semel dum ambitio per se negotia ambitionis non curat, ardentius, & studiosius anhelat. n.66.p.243

In affectionis officina confinguntur facilè merita, & inaurantur delicta. n.70.p.244

Otiositas homines reddit venalitati obnoxios, & ad quodvis crimen paratos. n.76.p.245

Plures Deo dicatis sumptibus suorum gestiunt felicitatem promouere, & ad culmina dignitatis extollere. n.80.p.246

Profundissimum est dignitas aquitatis immota obtinere, aut Ecclesiastica tranquillitatis diminutionem [illegible]ta. n.87.p.248

Religionis studium semper fuit regni firmissimum sustentaculum. n.91.p.249

Adeò cæcus ambitionis est ardor, vt exuat naturam, & generi proprio irrogare moliatur notam. n.97.p.251

Filius improbus est grauissima parentum pœna, & durior ac seuerior mulcta. n.101.p.252

Miraculum est, si inuitatibus allegatur virtutis præmium, aut potentiæ [illegible] odium. n.106.p.256

Durissimum est, si mutus exerceat iudicis, qui gerit animum hostis. n.110.p.255

Dedecus est sordida ibi committere errata, vbi gloriosa proauorum contradicunt exempla. n.114.p.256

Veridicus effugium sibi prouideat: quia frequenter periculum sibi creat. n.119.p.258

Qui studet vitia reprehendere, curet à reprehendendis distare. n.123.p.259

Non semel dignitas benemeritos morosius quærit, & non ita dignos celerius ambit. n.130.p.260

Ambitiosis videtur imperium omnibus artibus procurandum, vt sapientibus fugiendum. num.135.p.262

Vel eo nomine fugienda est dignitas: quia hominem sibi debitum abalienat variis occupationibus illigatum. n.138.p.263

Difficulter denudatur quis consuetudine, quantumuis in contrarium adurgeatur ratione. n.142.p.265

Vbi consilio de Superiore eligendo agitur, cæteris sapientior, digniorque præfertur. n.148.p.266

Eximia charitatis est proprio renuntiare splendori, vt alterius consulueris saluti. n.152.p.267

Alios regentis opus est vtendo laboribus sapè ateri, & prouidendi curis vrgeri. n.156.p.269

Qui plus virtuti dicati, & hominibus plus proficui. n.160.p.270

Ea regimini solicitudo est annexa, vt corporis vires frangat, & animum intentis curis adurgeat. n.165.p.271

Cordatus coram Deo gestit lucere non periculoso dignitatis fastigio volaticis splendoribus emicare. n.164.p.272

Antiquitas debet suspici; sed pro meritis non haberi. n.173.p.274

Auarus nulli inuenitur commodus; imò nec sibi consulit tenacissimus. n.176.p.275

Calamitatibus plenum est malè moratis præesse, vt latum morigeros gubernare. n.180.p.276

Ad dignitatem vltra meritum euehere, non est eligere; sed illudere. n.185.p.278

Obtenta dignitas Circes ad instar mutat ingenia, & creat durissima supercilia. n.189.p.279

Ferè semper qui meritis nudior, præsumptione inuenitur inflatior. n.193.p.280

Vbi est magistratus auri fœcunda vena, non est solicita reginimis, aquitatisve cura. n.198.p.282

Quæ spebus improbis perpetrata, non semel contrariis successibus sunt punita. n.202.p.283

[illegible] illectatus commodo, nescituro inde [illegible]. n.205.p.284

Indignissimum est acceptis à patre ingentissimis beneficiis filio non gratificari; imò iniuriam oblitione ingratissima inferre. n.208.p.285

Facile accepta ingentissima beneficia oblitioni traduntur, si vel leuissima homines futura commoditate allectentur. n.212.p.287

Grauium dehonestat erratum, quem impery primordiis optimi reginiris erudierat exemplum. n.216.p.288

Negligentia in educandis honestè filiis parentibus notam, & ipsis liberis peperit frequenter miseriam. n.220.p.289

Ardentiores sunt homines in propriis vindicandis, quàm in offensis Numinis vlciscendis. n.225.p.291

Iusta maledictio imprecatioque vehementer eximescenda, vt irrationabilis parui æstimanda. n.229.p.292

Qui præbuerunt sceleribus occasionem, pra scelestis tulerunt aliquando calamitatem. num.234.p.293

Vel dum floret, amissa reputatur fortuna, si iusta vitatur causa. n.238.p.295

Malus affectus discordiaque dæmonis gerunt vicem, & mutuam maturant calamitatem. n.243.p.296

Impiorum fides malè secura, vt iustorum semper stata. n.247.p.297

Summa miseria est, si cuius inflammaris odio, cogaris subijci iugo. n.252.p.299

Miser est, qui ob alienum lucrum multorum sustinet odium. n.257.p.300

Magnates, quamuis effugiant scelerum pœnam, vitare nequeunt infamiam. n.261.p.301

Misera Respublica vbi electi ad æquitatis tutelam, iniquitatis promouent causam. num.265.p.303

Itinera malè tuta, dum generalem fouent querelam, & regentis pariunt iniuriam. n.270.p.304

Non est calamitatis remedium vitiis accedere, sed distare. n.275.p.305

Ardens aggerendi dignitas studium non indubium

Index Paragraphorum.

bium esse solet dispendium. n.278.p.307

Etsi amarum, aliquod solatium est dimittarum sustinere iacturam, ne acceperit hostis predam. n.283.p.308

Indecorum est ad obscuram emuli recurrere originem, vt tibi acquisieris dignitatem. num.288. p. 309

Malevolentia à liuore profecta precordiis insidet alte, & qualibet pullulat occasione. num.292. p.311

Plures aduersario absenti rudant iactantiam, qui presenti ostendunt inertiam. n. 296.p.312

In comitijs liberior lingua & procacior viget maledicentia. n.300.p.313

Ministrorum electio popularem Principi acquirit gratiam, aut conciliat inuidiam. n.305.p.315

Genere obscurus dignitatis etiam fastigio, despectui, & odio vitit obnoxius. n.309.p.316

Innocens luxit, qui ob Principis gratiam multis inuidiosis factiosis querelis non denegratur, nec criminibus impetitur. n.313.p.317

Sic ad superiorem deferantur errata, vt applicetur remedium, nec erranti quaratur odium. n.317. p.318

Prudens gubernator studiosè continebit iracundiam; & egro solicitabit medelam. n.322.p.320

Ministri semper gestiunt auctoritatem muneris ampliare, & inrisdictionem extendere. n.327.p.321

Sui honestè probetur oblitus, qui honori Principis consecratur deuotus. n.332.p.323

Nonnulli, vt suam promoueant fortunam, aut excusarint ignauiam, alterius adaugent culpam. n.336. p.324

Rarò ad principem veritas peruenit mera; sed frequenter aucta, aut minuta. n.340.p.326

Oportet aliquando stulte sapere, vt possis tibi consulere. n.345.p.327

Ad Reipublica sedandos tumultus plus expedit aliquando celeritas, quam militum numerositas. n.350.p.329

Adepti dignitatem aliquando soluerent offensis, quod ante summis promiserant gratificandum officijs. n.355.p.330.

Amant milites ducem eorum cupiditatibus indulgentem, nec crimina castigantem. n.358.p.332

Infidus amicus est, qui periculorum metum extenuat, & pauorem vtilem placat. n.363.p.333

Imprudentissimus est, qui admittit vt socium, quem iniuriis fecerit inimicum. n.367.p.335

Nonnulli vrgente periculo reliquerunt solum, quem sibi ascinerant in auxilium. n.371.p.336

Peccator vnde calamitatis sperare solet solatium, inde promanare non semel experitur augmentum. n.375.p.337

Ad eam aliqui odij peruenerunt insaniam, vt maluerint mori, quàm ab odioso veniam, aut vitam lucrari. n.379. p.339

Peccator suis culpis obrutus desperat veniam, & dum desperat, miseram ascisit sibi fortunam. n.384.p.340

Peccatores nec cladibus fracti se recipiunt ad prudentiam; sed prosequuntur insaniam. num. 389. p.342

Templum vel iniquorum reprimit audaciam, & suadet Numinis reuerentiam. n.394.p.343

Diabolus in eos durius bellum instruit, quos ad se defendendum paratos studiosius agnoscit. n.399. p.345

Strenuus dux belli apparatum diligenter adornet, consilium nulli communicet. n.405.p.346

Superior vt dignitate, antecedere debet labore. n.410. p.348

Non semel in templo flamma cupiditatis aduxit incautos, dum vagantes tetrrimus fumus corrumpit oculos. n.413.p.349

Vbi ianua vitijs diligenter occluditur, facile victoria obtinetur. n.418.p.350

Ducis ad exacuendos aut enernandos milites quamplurimum prastat exemplum. num. 423. p.452

Etsi praclara militum facta duci applicentur ad famam, ex à se factis cumulationem sortitur gloriam. n.427.p.353

Non semel altiori vulnere leuior redimitur plaga, & procuratur graniori damno fortuna. n.431. p.355

Plus valuit vnica virgo Maria ad damonis vires infringendas, quàm plures ad retardandas. n.435. p.356

Damon Christum Dominum aggressus fraudatur votis; si aggrediatur Mariam, grauibus punitur suppliciis. n.439.p.357

Superbia gloriaque cupiditas semper sunt periculi plena, & sapè contumelijs stragibus castigata. n.441.p.359

Sape ad delicta inuenimur intrepidi, ad virtutis opera pauidi. n.446. p.360

Plures dum satagunt imprudenter infamiam tegere inueniuntur euulgare. n.452.p.362

Expromptiores inueniuntur serui ad temporalia negotia, quàm ad virtutis obsequia. num. 456. p. 363

Miserum est ab illo affligi, à quo ratio exigebat iuuari. n.459.p.364

Miserrimus est, cui viuenti impunita peccata: quia morienti accumulantur supplicia. num. 463. p. 366

Grauissima pœna est subire ad inimici arbitrium calamitatis, ac doloris tormentum. num. 467. p. 367

Caput X.

Dum superior nihil aliud est quàm officium, de populi salute immortale sibi elaborat eloquium. n.8.p.372

Optimus Princeps laudabiliter sancita inuiolata custodit, nec noxiam nouitatem permittit. n.13. p.374

Digne possedit fastigium, cuius presentia exterminauit peccata, & cuius prouidentia pericula. n.17. p.375

Ignoret originem, qui sortitur indicis dignitatem. n.22.p.376

Prudentis est statutum demutare, si inde constet scandalum exoriri. n.27.p.378

Augustius sibi eloginm acquirit, qui ambitiosum nomen humillimus repudiauit. n.31.p.379

Rarus est, qui ne contraxerit vitium à predecessore introductum sibi angustaric imperium. num.35. p.380

Laudabilis iudex habendus est, quem non obscurat querela, etsi non referantur praclara facta. n.38. p.381

Si electio longo tempore differatur, ambitioni, & cupiditati aditus aperitur. n.42.p.383

Superiorem non solum decet consonam legibus sententiam ferre; sed maturis consiliis iurgia vitare. n.46.p.384

Index Paragraphorum.

Nonnullis ad dignitatem expiſcandam eſt pro meritis audacia, & ambitionis moleſtia. num.50. p.385

Ferè nullius accepta penſat ad gratiam, ſed quæ alij acceperint, ſolitus penſare ad querelã. n.55.p.386

Prudentes ſequuntur mortem feliciter oppetentem, non vitã ſplendidius radiantem. n.60.p.388

Qui iudex ſolicitè abegit vitia, Reipublicæ, ſibique aſciuit ſolicitudine commoda. n.65.p.390

Vel ab vno prætextato omni eius cognationi promanant commoda, & ſplendoris cremenra. num.70. p.391

Ad faſtigia dignitatis diuitiis felicitatéque florens eſt deligendus, non tenuis pauperculuſve ſignandus. n.75.p.393

Tolerabile eſt longo tempore gubernantem, diteſcere; ſed ſuſpectum, ſi exiguo diuitiis contigerit exundare. n.79.p.394

Illuſtrior qui conditus nobilitatis ſepulchrum quàm qui ad eternandum nomen extruxit ſuperbiſſimum mauſolæum. n.83.p.396

Opus eſt aliquando, ne ingenerauerit tædium, externum virtuti gaudium. n.88.p.397

Præſul ambitione liber carpit ſubiectorum delicta, ambitioſius diſſimulabit peccata. n.91.p.398

Iniqui ſi aliquandiu intermiſerint crimina non ſunt contenti renocare; ſed iacturam temporis nouis acceſſionibus reſarcire. n.95.p.400

Aliquando à ratione abducimur, non tam ambientes culpam, quàm aliorum æmulantes licentiam. n.100.p.401

Tot vitiis homo aliquando præſtat habitaculum, vt Deus nullum inueniat hoſpitium. n.104.p.402

Qui virtutis iniuria ſibi parauit amicos, eos hoſtes reperire ſolet infenſos. n.108.p.404

Peccatum vt omni peccatorem felicitate diſpoliat, ſic miſeria & erumnis ditat. n.113.p.405

Oratio expromptum eſt calamitati remedium ſalutique auxilium. n.119.p.407

Peccator contemnit incommoda, ne cum vitio ruperit fœdera. n.123.p.408

Iniquorum vicini & cladibus ſunt expoſiti. n.128. p.409

Peccator aliquando affectat in vitio perſeuerantiam, ne lenitatis incurrat notam. n.133.p.411

Diuina miſericordia breuiſſima præfigimus ſpatia, cùm à mundo auxilium prolixa expectemus patientia. n.137.p.412

Qui præ cæteris felicitatibus clari, & calamitati præ cæteris inueniuntur expoſiti. n.141.p.413

Qui delicta ſua non integrè confitetur, non medicamentum, ſed augmentum crimini experitur. n.145.p.415

Peccatores Deum inuocant in neceſſitate deuoti; ſed poſt faſtidiunt ingrati. n.149.p.416

Ea eſt peccatoris cæcitas, vt vno eodemque tempore velit & vitiis famulari, & Deum auxiliatorem ſortiri. n.154.p.418

Nonnulli detorquent redundantiam clementiæ cæleſtis ad fouendam audaciam humanæ temeritatis. n.159.p.419

Lucet regentis dexteritas, ſi vitiorum ſubueniat morbo diſſecante non vſus ferro. n.162.p.420

Probroſa ſubſannatione irridendus, qui prolixum ſeruitutis pendit tributum, à quo nullum neceſſitati remedium. n.166.p.422

Aliquando Deus ſe præbet inexorabilem, quo ſe præſtiterit cumulatius miſericordem. num. 171. p.423

Verè pœnitens de anxietudine culpæ, cuicumque ſe exponit pœnæ. n.175.p.424

Vrgente anguſtia plura promittimus, quæ tranſacta minimè implemus. n.180.p.426

Suſpecta ſit pœnitentia, ſi occaſioni manſit vicina. n.185.p.427

Salubris cunctis probatur electio, quàm non inclinationis ſuffragium; ſed virtutis perfecit meritum. n.190.p.428

Ad depellendam calamitatem oportet diuinam opem implorare, & dexteram ad operationem extendere. n.194.p.430

CAPVT II.

COnſilia ſolo rationis ductu inita, vt plurimum fortunatum ſortiuntur euentum, affectu verò elaborata incrementaſſe ſolitant damnũ. n.17.p.438

Maria ſanctiſſima nullum ad ſe confugientem reſpuit; quia ſe omnibus veluti debitricem conſtituit. n.20.p.439

Auri cupiditas eſt fraternitatis exilium, virtutis probrum. n.25.p.441

Non ſemel præclari viri à ſuis exulauere repulſi, apud exteros fulſerunt glorioſi. n.31.p.442

Humana felicitas vti anguſta conſortem reſpuit, cæleſtis vti ampliſſima exambit. n.36.p.444

Virtus, etſi ad tempus exulare cogatur, honori ſibi debito tandem reſtituitur. n.41.p.445

Prudens ipſum infortunium vertit in felicitatis augmentum. n.46.p.446

Pauperes alti benignéque accepti optimi ſunt contra aduerſitatem patroni. n.51.p.448

Eligendi ſunt ad munia virtute ornati, & experientia expoliti. n.56.p.449

Sapientis eſt ſemel decretis fixè non inſiſtere; ſed ſi appareant, vtilioribus applicari. n.60.p.451

Dignitas offerenda non eſt ad ſolum electi, eligentiſve commodum; ſed ad cunctorum ſolatium, & inuncti muneris exercitium. n.64.p.452

Felicius eſt præclaris dotibus eminere, quàm natalium luminibus rutilare. n.69.p.453

Nihil ita iucundum ſtrenuo militi, quàm ad congreſſum citari. n.74.p.455

Si iudices malè affecti, iura pro libito aut corrumpent, aut extendent. n.81.p.456

Putanda eſt felicitas, ſi compulerit ad meliora neceſſitas. n.85.p.458

Princeps non recuſet bellum adire, nec ſubiectus ſuis illum facultatibus adiuuare. n.89.n.459

Nil ſuperior valet illi negare, per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere. n.94.p.461

Differri militi non debet præmium pro Republica denoranti periculum. n.99.p.462

Prudens priùs laborum mercedem penſat, quàm duros labores adeat. n.103.p.464

Optimus ſuperior cum Deo priùs conſulit facienda, ne commiſerit errata. n.107.p.465

Bonus ſuperior, quouſque ſolicite informetur indicium; continebit ſemper affectum. n.111.p.466

Cognati, affineſve ad cognatorum ſubſtantiam ius putant ſemper habere, & poſſe tutò diripere. n.115.p.468

Optimus, & felix Princeps, qui priùs curat legis obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam. n.119.p.469

Quod lege reclamante occupatum, nullus à potente audet exigere, à debiliore legitimo iure poſſeſſum quilibet tentat auferre. n.123.p.470

Priùs curabit, qui tenet regimen, ratione conuincere, quàm inflicto ſupplicio plectere. num.128. p.472

Index Paragraphorum.

Si quis inter suos dignitatis luceat fastigio, nescio quid ad gratiam additur gaudio. n.132.p.473

Quæ in nostrum commodum pollet efficacia, erga alios omni caret ratio energia. n.139.p.475

Populi est salus Sacerdos sapientia præditus, calamitas nudus. n.144.p.476

Aliquando parens coronatur victoria ob prolis futura merita. n.150.p.478

Nonnulli obsequiis & promissionibus, quæ impossibilia cognouerunt impleri, satagunt sibi aliquos deuincire. n.154.p.480

Non semel fœmina, dum domo egreditur, periculum sibi creat, & suis dolorem maturat. n.158.p.481

Humana felicitas nunquam cumulatè plena: quia sæpe aliquibus anxietatib. perturbata n.164.p.483

Nonnullis parentibus nil adeò infaustum, quam offerri Numini filium. n.168. p.484

Nonnulli alterius priuilegium detorquent ad temeritatis auxilium. n.173.p.485

Verus amor nullum excusat dolorem, vt dilectus gloriâ resplendeat, & obligationibus satisfaciat. n.177. p.487

Prudentis est in virtutis colorem trahere, quidquid prospera aut aduersa sorte constat accidere. n. 182. p. 488

Non resplendet plenè de hostibus reportata victoria, nisi insulata vana gloria prudentia resplendeat ara. n.187.p.490

Qui Deo placere desiderat, apud homines opinionem sapienter spernat. n.192.p.491

Ambitio libidoque nihil verentur tentare, si possint ardoris cæco consulere. n.198.p.493

Dum gubernatores euanidis honoris cæremoniis attendunt, subiecti periculum subeunt. n.202.p.494

Se in holocaustum Domino obtulit, quæ se clausura, & orationi fœmina dedicauit. n.205.p.495

Insolitum est Numini attendere prolis damno, vt frequens proli consulere Numinis detrimento. n.210. p.497

Opus est plenâ de hostibus cupienti resplendere victoriâ carnem suam pœnitentia adurere flammâ. n.214.p.498

Infelicissimum est grandi doloris censu nec apud homines famam acquirere, nec gloriam apud Dominum promerere. n.219.p.500

Caput XII.

Superbus non sustinet alium honore lucere, etsi luceat, curat animitus obscurare. n.8.p.505

Grauius virtuti detrimentum imminere videtur à diuitibus, quàm ab hostibus. n.13.p.506

Nonnulli dignas factiosis anteuertunt querelas, & querelarum queruli prauenium causas. n.18.p.508

Nonnulli, si semel parienter lati, grandiori turgent insolentiâ superbi. n.23.p.509

Ab ipsis, pro quibus subeuntur pericula, aliquando resultarunt grauissima detrimenta. n.27.p.510

Optimus superior alia tentabit remedia, & coactus adhibebit supplicia. n.32.p.512

Durissimum est fecisse gratiam, & inuidiosam sustinere querelam. n.36.p.513

Indigni inueniuntur veniâ, qui ingrati adurgent pro ipsorum salute laborantem, & pericula sustinentem. n.40.p.515

Non semel acrius ad vindictam impulit lingua audacia, quàm manus offensa. n.45.p.516

Superiorem laudabiliter constat plectere, si prius humanis verbis errantem conatus fuerit placare. n.49. p.518

Qui meritis, virtuteque nudus, sæpè in alios armatur detestabili tumore superbus. n.53.p.519

Ad vitanda periculosa certamina valent plurimum humana ac mellita verba. n.57.p.620

Rarus est, qui alterius generis defectum silentio premat, nec euulgandi pruritu opportunè importunéque effundat. n.61.p.522

Non semel viam inuenit occlusam, ne fugeret pœnam, qui sine impedimento inuenerat, vt properaret ad culpam. n.65.p.523

Plures se denegant temporalis commoditatis studio æternitatis pretiosissimi desiderio. n.69.p.524

Diuites potentesque fere semper loquuntur euanida, rarissimè fructuosa. n.73 p.526

Nonnulli ipsum, quod proferunt, de proferendi modo corrumpunt, & dictis contrarium adstruunt. n.78. p.527

Difficile vsus multis temporibus concarnatus vrgenti periculo dediscitur & mutatur. n.83. p.528

A lingua errore grauissima homini promanauere pericula, pullulantque detrimenta. n.87. p.530

Nonnulli, dum mollia proferunt verba, grauiora incutere solent probra. n.94.p.531

Ad heroica virtutis opera tenetur, qui speciali Numinis fauore exornatur. n.99.p.532

Cumulatius est beneficium damna maturè anteuertere, quàm expungere. n.104.p.534

Nurus socrusque frequentibus dissident iurgiis, vt socer generque discordat non semel odio. n.108. p.535

Dignitatis honor non vni aut alteri debet semper adscribi, sed multis communicari. n.114.p.537

Rarus est, si exundant filij, qui illorum non patiatur errata, aut insane non lugeat cupiditatis deliria. n.119.p.538

Temporalis dignitas citissimè solet amitti, quia post longa contingit tempora possideri. n.123.p.540

Caput XIII.

Nonnulli dum morigeram detrectant obedientiam, luctuosam seruitutis patiuntur erumnam. n.10.p.545

Oratio est naturæ supplementum, ægritudinum myrothecium, felicitatisque propugnaculum. n.15.p.547

Hominum fugiat consortium, qui Deo dignum exambit proferre fructum. n.21. p.548

Filij orationibus à Deo impetrati ferè semper & dotibus sunt conspicui. n.26.p.550

Vbi nobis Deus nostra sugillat errata, ad impertienda adstringitur beneficia. n.31.p.551

Experti nostros defectus nobis imponimus, & variis causis eludimus. n.35.p.552

Eximia pulchritudo dum affert oblectamentum, & zelotypiæ parit martyrium. n.39.p.553

Nescio quid ex vberibus sugitur, quod enutriti infantis moribus demonstratur. n.42.p.555

In dedecus filij vertitur, si mater vel maculæ suspicioni subdatur. n.47.p.556

Fortitudo proles est ieiunij legitima, & iugum semper depulit abstinentia. n.51.p.557

Omni mater prauenitur munditia, si filius singulari ornandus est excellentiâ. n.56.p.559

Non est laus feliciter exordiri, nisi contigerit consummare. n.60.p.560

Aliquando in ipsa infantia præclara videntur facinora, & indubia oblectant de facinoribus gaudia. n.67.p.561

Qui exactorum honestè reprimit insolentiam, populi adauget fortunam. n.72.p.563

Qui Angelicam puritatem sortiri discupit, non tantum propriæ; sed omnem speciem periculi fugit alienæ. n.76.p.564

Index Paragraphorum.

Pudica mulier vel Angelicum hominem alloquens longum sermonem non texet; sed ad silentium recurret. n.81.p.566

Si opus fuerit fœminam alloqui, Dei minister quam citò se expediet, nec prolixa colloquia trahet. n.84.p.567

Dei minister se non subtraxerit necessitati vocatus; sed nec se ingesserit importunus. n.87.p.568

Cœlestis probatur minister, qui sibi nil applicat ad commodum; sed omnia solicitat ad populi, & Superioris obsequium. n.91.p.570

Bonus Dei minister totum se aliene saluti attemperat, & necessitati adaptat. n.95.p.571

Deo meliora semper dicanda, non obscura defectibus offerenda. n.99.p.573

Mirum erit, si Deo adiiciatur auctarium; imò si reddatur promissum. n.105.p.574

Adeò Sacerdotalis dignitas est eximia, vt pro ambitu eam Angeli discupiant, & hilariter exerceant. n.109.p.576

Munera priuilegiorum sunt officina, & sæpesæpius legis violentia. n.115.p.577

Quos Deus ad magna præparat, à ciuitatum, hominumque tumultu liberat. n.119.p.579

Caput XIV.

Sic oculus appetitusque proximant, vt idem fuerit concupiscere, & intueri. n.11.p.584

Qui à communi via exorbitat, periculum sibi frequenter creat. n.17.p.586

Spectacula virtuti sunt inimica, & voluptate amarissima plena. n.22.p.587

In nuptiis parentum est expectandus consensus, non sequendus appetitus. n.26.p.588

Sæpe suadet aurum, quod pietatis non persuasisset studium. n.30.p.590

Connubia inter dissimiles sunt litium exundans copia, & iurgiorum fœcundissima vena. n.35.p.591

Parentes dum filiis optatas non dant vxores, æternas matrimonio seminant lites. n.40.p.593

Prudens ob nuptias honori notam non inuret, nec prædecessorum gloriam innubilabit. n.44.p.594

Prudentis est breui renuntiare lætitiæ, ne duriori posteà tradatur pœnæ. n.47.p.595

Iudex sic incorruptè debet fulgere, vt verisimile non videatur legem aliquando violare. n.51.p.597

Qui peccatis collum non renuit subdere, aliquando cogitur omnem libertatis spem à se proiicere, & amandare. n.55.p.598

Non stat per Deum peccatorem calamitate non eximi; sed per ipsum, dum constat suis calamitatibus auxiliari. n.59.p.599

Optimus superior sic puniat culpam, vt coloratam vitet vel querelam. n.65.p.601

Inualidas potentium aduris ira, si potentes aliqua mulctauerit pœna. n.69.p.602

Dæmon aliquando sustinebit sibi instum; sed furet si aliena viderit salutis Zelotypum. n.74.p.604

Qui se à parentibus separat, in se fortunam instigat. n.78.p.605

Animarum zelotypum vrgentissima videntur adoriri pericula; sed qua citò Dei ope transeunt in decantanda trophæa. n.83.p.607

Facile licere credimus, quæ fieri ardenter desideramus. n.88.p.608

Qui sibi relictus esset hostium præda, Dei auxilio eximiâ de hostibus coronatur victoriâ. n.92.p.609

Inuidia lues mortifera difficulter sustinet medicinam; imò hominem transmittit in bestiam. n.96.p.611

Humilitas de dæmonibus semper reportauit triumphum, durumque inflixit tormentum. n.101.p.612

Pœnitentia sæuum diaboli inuenitur tormentum, eiusque virium prorsus excidium. n.106.p.613

Virtutem colenti pericula imminent specie truculentissima; sed re inania. n.111.p.615

Triumphos prius debet de dæmone reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere. n.115.p.616

Difficulter se quis à quæsitis periculis explicabit, occurrentia facilius vincet. n.119.p.618

Plures didicerunt acquirere; sed nescierunt conseruare. n.123.p.619

Qui ab ardenter desideratis repressus, censeri debet iam mortuus. n.130.p.620

Christi discipulus sibi delegit amaritudinem cæteris propinat dulcedinem. n.136.p.622

Concionatoris Christo configurati lingua producit virgineæ examina, & saporatissima virtutum mella. n.142.p.623

Aliena ob vitium strages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat. n.147.p.625

Sapiens de ipsa calamitate elaborat sibi calamitatis venenum, & salutis promptuarium. n.151.p.626

Sapiens prius sibi consulet, & posteà proximis prouidebit. n.157.p.627

Mors semper nos vrget ad opera, vt Christi passio ad elaboranda virtutum saporatissima mella. n.163.p.629

Malus prælatus proditur, cui subiecti pendunt mella, & dulcorant labra. n.168.p.630

Nonnulli, vnde afferatur, non rogant: quia afferri solum desiderant. n.175.p.632

Non semel parentes deuerauere peccatum, vt filiorum expleuerint desiderium. n.180.p.633

Non semel qui potentibus hilari vultu obsequuntur, animo aduerso insidiantur. n.185.p.635

Sic cautio adhibenda est, vt depuleris periculum, non auxeris detrimentum. n.190.p.636

In omnibus magna est adhibenda cautela: quia epulis fouetur insania. n.195.p.637

Eucharistia est lucis agnitionisque officina, & anxietatis medela. n.199.p.639

Christi gratia est de amarissimo persecutore defensorem construere, & de lupo agnum formare. n.204.p.641

Mulier vt est secreti indagandi cupida, sic effundendi probatur auida. n.209.p.642

Fœminarum blanditiæ semper viris periculosæ, & fallaciis semper plenæ. n.213.p.643

Antiqui eligebant duris laboribus premi, quam data iuramento fidei religionem violare. num.217.p.645

In multos insurgere, vt est periculis plenum, sic euasisse perrarum. n.221.p.646

Nonnulli cum de alienis vigiliis docti appareant, præmium furtiuum reportant. n.227.p.648.

INDEX
AD SACRAS CONCIONES
de Tempore, & de Sanctis.

C, Caput denotat, eiusque ordinem prior numerus, posterior numerum Marginalem, & P. denique Paginam.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

LVCÆ XXI.

ERVNT signa. Sæculi amor soliciti timoris est nutrix: non potest non anxiis variationibus non percelli, quem constat mundialibus studiis ligari. Ecce arescunt homines præ timore & expectatione, dum vident solem obscuritate turpari, Lunam sanguineo colore nigrescere? *Erunt*, inquit, *signa in Sole, & Luna, & Stellis, & in Terris pressura gentium, &c.* Gentes adurget pressura, iustos lætitia exhilarat, & gloriæ proximitas recreat: si cupis timore extremo non angi, mundi cupiditatem expelle: nec enim potest gelido timore non diuexari, quem constat sæculi amore teneri. c.7.n.118.toto §.p.39

Erunt signa in Sole, & Luna. Sol lucem hominibus denegat, noctium tenebras Luna iubare candidissimo non illustrat: nec mirum, quando homo debitum tot titulis exhibere Numini recusauit obsequium: Sol toto iubare homini famularetur, si homo Deo inseruisset deuotus, & legi paruisset gratus: morigeros namque sibi subditos sortitur, qui Deo præcipienti incunctanter obsequitur. c.7.n.33.toto §.p.12

Erunt signa in Sole & Luna. Sol cœlestis politiæ Princeps, vel proprij luminis detrimento hominem periculo eximere adlaborat, dum imminentia denuntiat; vti astrorum Rex sublunariúmque Princeps defecit sibi, ne defecerit muneri: splendoris depositi pompam, vt præcoccm contra pericula obarmaret notitiam: in ipsa calamitate aliquomodo huiusmodi sortiti Principem extitere felices: crescerent namque de ignorantia calamitates: est quidem felix Respublica, quæ sortitur Principes vigilantes; infelix, quæ experitur dormientes. c.7. num.43. toto §. p. 15

Erunt signa in Sole, & Luna, &c. Deus de iracundia tuæ misericordiæ auxiliatur, deterret minis, ne attriuerit pœnis: & quidem quàm exoptarit vel cùm iudicij tempus instat, homines absoluere, Sol ipse & Luna probantur signis manifestissimis edocere. Qui appetentia pericula præ-nunciauit, ipsa denunciatione euacuare cupiuit: aliter percelluisset incautos, & præscientia nullatenus præmunitos; nam quos Deus penitus decreuit delere, appetentia prohibuit pericula præfagire. c.7.n.204.toto §.p.69

In terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum. Fluctuum fragore, ærtis gemitu homines ad resipiscendum adurget Deus, & qui beneficium adornasset silentio, supplicium denuntiat ingenti creaturarum præconio, in vtroque quidem beneficus, vt qui de supplicij strepitu satagat supplicium vitare, & de silentio beneficium semper augere. c.7.n.220.toto §.p.75

Arescentibus hominibus præ timore. Peccatores arescunt elementorum confusione obturbati; nec tamen sibi consulunt, vel sera pœnitentia protecti: contracta Solis luce, offusis tenebris obcæcantur, vt quod impendere non dubium, euadere nesciant periculum: peccati namque consequentia est, sic peccatorem desipere, vt nesciat periculum instans euadere. c.8.n.126.toto §.p.151

Erunt signa in Sole, & Luna. Dum Sol Lunaque sibi exhibitæ ab hominibus adorationis pœnas obscurati luunt, quàm acerbum instet hominibus iudicium, clarissimè ostendunt. Quàm diuersum est Numinis, & mundi iudicium! Deus nec magnates reuereretur, homo magnatibus adulatur: peregrinum certè est magnatum delicta puniri, quia de more constat laudari. c.8. n.162. toto §.p.162

His fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra. Tota elementorum concussio eò tendit, vt homo vel ad miraculum terroribus perculsus caput à terrenis amoneat, & ad cœlestia conuertat: monet ergo Christus, ne peccator pœnitudinis remedium protelet; sed his fieri incipientibus gradum ad pœnitentiam celeri prouidentia maturet, ne qui peccatori signorum prouidit remedium decreuerit non resipiscenti supplicium, quandoquidem non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens, quàm delictum obstinatione defendens. c. 8. n. 130.toto §.p.152

His fieri incipientibus respicite. Monet dormitantes oculos diducere peccatores, & solis insolita calamitate erudiri ad virtutem, vtque noluerit creaturas omnes in se obarmasse vitiis addictus, & virtutibus refragatus Sol decumbit, Luna nigrescit: quando ea est peccatorum cæcitas, vt vitiis renuntiare sibi credant calamitatem ascisce re. c.8.n.329.toto §.p.215

His fieri incipientibus respicite, &c. Discipulos monet

monet cæleſtia inſpicere : nam homines terrenis deditos quodammodò eſſet otioſum, & ad ſpeciem ſuperuacaneum : conſuetudinis namq; vinculis illigantur telluri : ergo vel, confuſo elementorum ordine, vel ſqualente terra in eam dirigent ſtudioſum aſpectum, & cæcum dicabunt animum : difficulter namque denudatur quis conſuetudine, quantumuis in contrarium adurgeatur ratione c.9.n.142.toto §.p.265.

His fieri inſpicientibus. &c. Otioſum videbatur, vt caput ad ſuperna leuarent, tot cladibus fractos monere ; ſi ſol deturpatus decumbit, ſi luna ſanguinolenta ſordet, ſi in ſe arietantur elementa, antiquam tellus iam ignorat firmitudinem, quid miſer homo faciat, niſi cælum clamoribus ferire, & inde auxilium ſibi ſolicitare. Ita profectò faciendum erat ; ea tamen eſt peccatorum vecordia, vt nec cladibus fracti ſe receperint ad prudentiam : ſed proſequantur inſaniam. cap. 9. n. 389. toto §. pag. 342.

Areſcentibus hominibus pra timore. Prudenter diuinum iudicium expauent, qui ad placitum cuanidis indulſerunt delicijs : nam vt ſtagnans vnda maiori fluctuum accreſcere ſolet cenſu, ita ſtagnans ira ſeueriori diuitari ſolitat fluctu : iure ſe miſeros lugent, quibus frata pepercit indulgentia, & quos pia puniuiſſet, dum delinquerent, ira eſt enim miſerrimus, cui viuenti impunita peccata, quia morienti accumulantur tormenta. cap. 9. n. 463. toto §. p. 366.

Pra confuſione ſonitus maris & fluctuum. En homo ſuſtinet cælorum fragorem, maris æſtum, telluris inſultum creaturas, quas inordinatè ſibi expetiuit amicas, iuſtè modò ſuſtinebit aduerſas : de more namque qui virtutis iniuria ſibi parauit amicos, eos hoſtes reperire ſolet infenſos. c. 10. n. 108. p. 404.

Areſcentibus hominibus pra timore. Quà homines eo tempore ab omni felicitatis ſpecie exulabunt : Quàm lachrymis miſerandis lugebunt ; & quid aliud niſi calamitatem parere potuit peccatum ? Mihi crede, vt omni peccatore culpa felicitate diſpoliat, ſic calamitate & ærumnis ditat. cap. 10. n. 113. toto §. pag. 405.

Videte ficulneam, & omnes arbores, cùm producunt iam ex ſe fructum, ſcitis quoniam propè eſt æſtas. Arbores truncoſque in hominum magiſtros adducit : appetente namque æſtate fructus ſapidiſſimos geſtiunt producere, & antè æſtatem ad omnem gratiam ornari : ergo homines imminente iudicio virtutum fructus promoueant quò calamitatem in fortunam lætam conuertant : ipſa ſolis deturpatio, ipſum ſplendoris Lunaris interſtitium ingens beneficium erit, ſi homines ad meliora compulerit. Felix certè eſt neceſſitas, quæ depulit vitia, & perſuaſit deſipienti meliora. cap. 11. n. 85. toto §. p. 478.

Tunc videbunt filium hominis. Filius hominis miſericordibus occurret benignus, & qui in paupere alius, erit alentis patronus : O quantam contra creaturarum adſultus opem ferent inopes indulgenter accepti, & miſericorditer recreati ! Optimi certè ſunt contra aduerſitatem patroni, pauperes clementer accepti, & miſericorditer recreati. c. 11. n. 51. toto §. p. 448.

Tunc videbunt filium hominis. Quàm amarum peccatoribus erit, Deum aſpicere pro ipſis carne indutum, & ab ipſis ingratis actionibus exaſperatum ; indignos ſe venia fateantur neceſſum eſt, quandoquidem ſuppliciis videtur addictus, qui vrſit pro eius ſalute laborantem, & pericula ſuſtinentem.cap. 12. n. 40. toto §. p. 515.

Videbunt filium hominis. Qui ſe filium hominis manſuetudine oſtendit toties errantem humanis verbis, miranda manſuetudine conatus eſt reuocare, modò aggreditur pœna durißima plectere, & quidem ſeuerißas poſt tolerantiam cumulat laudem : conſtat ſuperiorem errantes laudabiliter plectere, ſi prius humanis verbis, & tolerantia ſit aggreſſus reuocare. c. 12. n. 49. toto §. p. 518.

Videte ficulneam, & omnes arbores. Qui inſolitis cælorum ſignis deterrebat, modò viridanti ficulneâ florenti arbuſculâ oculos allicit, & fructibus ſaporatis terrorem lenit : O cæleſtem ſapientiam ! Arbores pomiferas floridaſque oculis propoſuit, quam citò æſtatis iniurijs denudandas : addidit inſuper, horrenda cælorum ſigna, vt renunciet homo euanidæ floriditati oculos oblectáti, vtque conſulat futuro timori, eſt enim prudentis breui renuntiare lætitiæ, & duriſſimæ decurrere pœnæ. c. 14. n. 47. toto §. p. 595.

DOMINICA SECVNDA Aduentus.

MATTHÆI II.

CVm audiſſet Ioannes in vinculis. Vincula ſuſtinuit, qui cæleſtis vocis dignitate reſplenduit. O quam ſe Ioannes vincula perpeſſus nobilitat ! Luxit dignitate ; ſed non renuntiauit laboti. Certè digitas annexos habet labores ; ſed plures laborem fugiunt, & ſplendorem exámbiunt. c. 7. n. 38. p. 14.

Cum audiſſet in vinculis. Dura ſuſtinuit vincula vt virtutis ageret cauſam : noluit vitæ conſulere virtutis diſpendio : imò vitæ diſpendio conſulere docuit virtuti ; cùm tamen homines ſæpè vitæ conſulant honoris ac virtutis diſpendio, cùm virtuti nec allecti conſulant lucro. cap. n. 109. toto §p. 37.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis. Ioannis conſtantiam ipſa vincula nobilitant, non erat ex eorum grege, qui virtutem fugiunt vel vmbratili periculo territi ; deſpexit carcerem, expoſuit vitam, laudabili audacia carpſit Herodem : non ſolùm Ioannes virtute : ſed ſingularitate reſplendet, cùm virtutis etiam milites leuia territarint pericula, quando mundi aſſectas dubia fugare non ſolitant detrimenta. c. 7. n. 114. toto §. p. 38.

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis, miſit duos. Certè miſit quos cæteris virtuti ſacratiores probauit ; inexpertos euchere aut munera obeunda committere errore non vacat, quando ad munia ritè non inueniuntur euecti, qui non fuerint priùs conſcientia ſuperioris probati. c. 7. n. 137. toto §. p. 45.

Tu es qui venturus es. Miſit, non conſanguinitatis affectu ; ſed virtutis ſtudio : diſcipulorum ſtuduit ſaluti, ne aliquo defœdarentur errore : ad Chriſtum miſit, vt veritatem noſſent, & inuidiam omnem depellerent adminiſtros reipublicæ ſuo

ſuo facto docuit omnium prouidere ſaluti. Profectò optimus Reipublicæ adminiſter: non tam ſtudet euanido propinquorum ſplendori, quàm communi omnium ſaluti. c.7.n.129.toto §.p.43

Miſit duos de diſcipulis ſuis. Quàm optimus erat Ioannes Chriſti adminiſter? non deterſit munus concionatoris ad ineundam Herodis gratiam, non ad proprij factus ſuperbiam: integro munere functus eſt, docens & carpens miniſtros, quandoquidem plures detorquere ſolent munus ad propria commoda, nec attendunt Principi & Reipublicæ profutura. c.7. n. 149. toto §. p.49

Miſit duos. Videbat Ioannes diſcipulos ſuos nonnulla Chriſti inuidentiâ tangi, & quàm celeriter ſtuduit amputare, ne fruſtraretur laborem, ſi diu perſeuerauerit creſcere. Quæ noxiè poſſunt creſcere, debent celeriter amputari. c.7. n.216.toto §.p.73

Tu es qui venturus es? Apud Chananæos Meſſias prædicabatur, & an Meſſias eſſet, apud ſuos dubitabatur: ob id namque Ioannes legationem inſtituit, nempe vt omnem dubitationem depelleret, & vt vitis miraculis confirmaret. Non ratò qui apud exteros inſtar miraculi habetur, apud ſuos parui æſtimatur. c.7. n.251.toto §. p.86

Cæci vident, claudi ambulant. Non retulit Chriſtus ſe fauſtis, iteratiſque populorum acclamationibus extolli: ſed reformatos cæcorum oculos, claudorum greſſus: nam optimus concionator de auditorum gloriatur reformatione, non de exhibita ſibi laude. c.7.n.202.toto §.p.100

Cum audiſſet Ioannes in vinculis. Non poterat tetri carceris fœdum non perpeti ſqualorem, qui Principi laudabili audaciâ contra vitia obiecerat veritatem: plurimis namque ſe laboribus conſecrat, qui veritatis luce Principum, & potentium tenebras depellere tentat. c.7.n.297.toto §.p.101

Cum audiſſet Ioannes in vinculis. Herodes dum Baptiſtam vinculis onerat, dum compedibus ligat, ſuo muneri Ioannem ſatisfeciſſe declarat: is Euangelicus concionator eſſe debet, vt aſpectum fugiant vitia, & viſum contremiſcant inferna. c.7.n.302.toto §.p.103

Cum audiſſet Ioannes in vinculis. Audio Ioannis vincula; ſed non audio exhibita à cognatis obſequia: diſcipulos aſſtitiſſe in carcerato lego, cognatos adiuiſſe non audio: interfuiſſent, ſi felicitate luceret: nam cognati adeſſe periculis renuunt, intereſſe luctis exambiunt. c.8.n.35.toto §. p.121

Miſit duos de diſcipulis. Timebat Ioannes, ne diſcipuli ſui à Chriſti diſcipulis degeneri ſepararentur affectu: ob id modò ad Chriſtum delegat, vt delegatos coniungat: nam cùm Chriſti diſcipuli, Ioanniſque auditores militarent in vitia, æquum non eſſet diſiungi voluntatis ſtudio, & aſſimilari muneris miniſterio: nullum diſiungere debet diſſidium, quos contra communem hoſtem laudabile iungit propoſitum. c.8.n.60. toto §.p.128

Hic eſt, de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Quàm modeſtè Chriſtus Dominus facta ſua expoſuit, quàm ſumptuoſis elogiis Baptiſtam deprædicauit, quàm legatos inuidiâ anteà turgentes ſibi deuinxit? nec mirum: nihil enim ita conciliat pacem, laudemque, quàm aliorum geſta decenter extollere, & de ſe modeſtè ſentire. c.8.n.87.toto §.p.138

Ecce ego mitto Angelum meum. Qui homo miſſus, dum conſtanter Herodis obiurgat vitia, deprædicatur iam Angelus: quaſi ſit humanitatis terminos ſupergreſſus, dum virtutis agit ſolerter cauſam contra mundialem potentiam. Quàm ſibi imponunt, qui malunt munus, quàm magnates offendere, cùm nunquam ad veram poſſint peruenire laudem; imò nec obtinere ſalutem. Mihi crede, dum politici virtutis iniuriâ magnates fugiunt offendere, ſibi conſtat infeliciratem imprudenter aſciſcere. c.8. n.108. toto §.p.144

Hominem mollibus veſtitum. Ad perfectam Ioannis laudem pertinuit aſper corporis cultus, & quidem ſi mollibus veſtiretur, in ſeruorum Principis mallet referri cenſum, quam optimi Eccleſiaſtæ implere laudabiliter officium: horridus habitus Ioannis etiam armauit conſtantiam, mollis vel Baptiſtæ euigoraſſet valentiam: nam cultus corporis euigorat viros, belloque & virtuti prodit ineptos. c.8.n.283.toto §. p.200

Cùm audiſſet Ioannes in vinculis. Compedibus inſeruit pedes: quia Ioannes aſſertor fuit veritatis: quiſquis veritatem denuntiat, & ſibi caueat: prouideat ſibi veridicus opportunum effugium: quia frequenter ſubire cogitur detrimentum. c.9.n.119.toto §.p.258

Ecce ego mitto Angelum meum. Qui Angelicis candoribus reſplendebat, libera fronte principem obſcœniſſimum ſugillabat: nequiret carpere, ni conſtaret ab eius moribus longiſſimis internallis abeſſe: vt nouerit qui ſtudet vitia reprehendere, à reprehendendis diſtare. c.9.n.123. toto §.p.259

DOMINICA III. ADVENTVS.

IOANNIS I.

Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas. Qui inuenire veritatem ad ſpeciem anhelabant, delegerunt miniſtros præ cæteris religioni addictos, & indagandæ cæleſtium veritati dicatos, vel æmulatione æſtuantes populi declinare moliebantur inuidiam, aptos ad ſpeciem miniſtros delegantes: miniſtrorum namque electio peculiarem Principi acquirit gratiam, aut conciliat inuidiam. c.9. n.305.toto §. p.315

Vt interrogarent eum: Inquis es? Miſſi ad interrogandum de Ioannis qualitate miniſtri, ab eius ore percipiunt: *Ego vox clamantis in deſerto*; ſed qui venerant interrogare, aggreſſi ſunt reprehendere: *dixerunt ei: Quid ergo baptizas?* Illorum erat munus audire non carpere; extenderunt tamen munus, vt de more miniſtris eſt: geſtiunt ſemper authoritatem muneris ampliare, & iuriſdictionem extendere. c.9. n. 327. toto §. p. 321

Confeſſus eſt, quia non ſum ego Chriſtus. Interrogatur Baptiſta quid eſſet, importunè ad ſpeciem quid non eſſet, reſpondit: geſtiebat namque ſui ipſius oblitus Principi inſeruire deuotus. O quàm rari ſunt miniſtri Ioannis exemplum ſecuti? ſe recordantur, Principem obliniſcuntur; cùm è contrario debuiſſent ſe neſci-

re,

re, & Principis recordari: quisquis optimi ministri munus discupit exercere, sui probetur honestè oblitus, & honori vtilitatique Principis consecratus. c.9.n.332.toto §.p.323

Vt responsum demus. Mirum est studiosè adeò veritatem inquirere, vt ad Reipublicæ Principes potuerint deferre: quia ratò ad Principem veritas peruenit meta; sed frequenter aucta aut minuta. c.9.n.340.toto §.p.326

Ego vox clamantis. Baptista de singularitate resplendet, de gratia fulget: vocis adeptus dignitatem beneficium gratâ & religiosa confessione persoluit, nec benefactorem iniuriis obliuioneve offendit; cùm de more adepti dignitatem, ingrati soluant offensis, quod studiosis promiserant gratificandum officiis. c.9.n.355. toto §.p 330

Medius vestrum stetit quem vos nescitis. Nesciebant liuoris tenebris obscurati; imò affectabant nescire, quem fulgentissima miraculorum ac virtutum lux vel cæcis manifestabat, reluctantibusque prodebat: venerant ad Ioannem, vt inuidiæ solarentur dolorem, & inde dum Messiam deprædicant, nouam elucrantur anxietatem: frequens est peccatorum pœna inde augere sibi tormentum, vnde doloris, aut cæcitatis infelix sperabant solatium. c.9.n.375.toto §.p.337

Miserunt Iudæi ad Ierosolymis. Quam exprompti inuolarunt ministri, vt Principum adularentur liuori: si mitterentur ad virtutis obsequia, longa difficultatum obiecissent volumina, expromptiores certè inueniuntur serui ad temporalia negotia, quam ad virtutis obsequia. c.9. n.456.toto §.p.363

Ego vox clamantis in deserto. Non retulit Ioannes se decantandis maiorum stemmatibus insignitum, non retulit nobilissima stirpe exortum, non se iactauit venerandi Antistitis filium: se vocem dixit: vox enim erat munus, cætera pertinebant ad genus. O quàm arridebat iam Reipublicæ felicitas, ô quam Ioannes celebrari meruit à Christo, vti Angelus humanæ consuetudinis metam transgressus. Qui minister superiorve nil aliud est quam officium, de allata populo salute immortale sibi elaborat elogium. c.10.n.8.toto §.p.372

Non sum ego Christus. Omni prorsus inuenitur Ioannes ab ambitione remotus, & dum probatur cupidine alienus, ad clamandum contra vitia declaratur opportunissimus: *Ego vox clamantis in deserto.* En cur Ioannes vocem vitiis terribilem emiserit, cur Herodem regia fulgentem dignitate carpserit: nil ambiebat, & ideò nil contra rationem dissimulabat: qui ambitione liber, subiectorum carpit vitia: qui ambitiosus, dissimulabit peccata. c.10. n.91. toto §. p. 396

Tu quis es. Sic delirant cæci, vt Messiam sibi Baptistam solicitent, & cùm sortiri Deum velint auxiliatorem, culpis inseruiant, & cupiditatibus faueant: in se peccatorum mores egregiè delinearunt: euehunt Baptistam in Deum, & cùm gestiunt ad speciem Deo obsequi, nituntur etiam inuidiæ, odio, & cupiditatibus famulari: ea est peccatoris cæcitas, vt vno eodémque tempore velit gratum Deum, & auxiliatorem sortiri, & vitiis ac sceleribus dedicari. c.10.n.154.toto §.p.418

Miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes, & Leuitas ad Ioannem. Quia erat Ioannes, inquit D. Thomas in catena, Sacerdotis filius, eum dignitatis apicibus studebant nobilitare, & quamuis ignorare non possent muneri ineptum, in cognationis affinitatisque officina excudebant opportunum. Quàm misera lugeret Respublica, si effectum sortiretur electio, quando electus Ioannes à Numinis obligatione distaret, & solum suffragiis affinitatis luceret. Noxia est populo electio de affectu veniens, salubris de merito emanans: vt cunctis salutaris probetur electio fieri non debet inclinationis, aut consanguinitatis auxilio; sed meritorum suffragio. c.10. n.190.toto §.p.428.

Tu quis es. Non ignorabant quis esset; sed interrogatione, vt se Messiam diceret, adurgebant: offerebant dignitatem ad sui solatium, & vmbratile electi commodum: non attendebant Reipublicæ ministri populi vtilitatem, non procurabant salutem; cùm tamen dignitas offerenda non sit ad solùm electi, eligentisve commodum; sed ad cunctorum solatium, & iniuncti muneris exercitium. c.11. n.64. toto §.p. 452

Ego vox clamantis in deserto. Interrogatur de genere responsum reddit de munere: gloriatus non est de quam possidebat, natalium luce; sed de quo fulgebat sanctitatis splendore: vt qui nouerat felicius esse præclaris dotibus eminere, quàm natalium luminibus rutilare. c.11. n. 69.toto §.p.453

Tu quis es? Messiæ offerunt dignitatem Baptistæ, vt in Messiam electus nullas electoribus denegare quiuerit dignitates: de cupiditatis electio promanabat ingenio, de ambitionis studio, quandoquidem nil superior valet illi negare, per quem agnoscit sibi dignitatem obtingere. c.11. n.94.toto §.p.461

Tu quis es? Erga Ioannem afficiebantur: quia tamen superiores erant Reipublicæ: maluerunt veritatem solicitè priùs inquirere: rogant, vt nouerint: non offerunt munus, vt errauerint: vitiorum erant colore tincti; hac tamen in parte munus nobilitauerunt dum cauti: nam bonus superior; quovsque solicitè informetur indicium semper continebit affectum. c.11.n.111. toto §. p.466

Tu quis es? Quàm miserabilis erat illa Respublica, vbi quis esset Messias, ignorabat Sacerdos ad depellendos populi errores natus: qui sapientia debuit lucere ornatus, dum rogat, notitia inuenitur nudus: ergo non potuit non miseranda esse Respublica, quando est populi salus Sacerdos sapientia præditus, calamitas scientiâ nudus. c.11.n.144.toto §.p.476

Elias es tu? Et dixit: Non sum, &c. Ioannes virtutis miraculum opinionem apud mortales spreuit, & ob id Deo mitis virtutum dotibus placuit: si ambiret apud homines opinionem, abiurasset prorsus virtutem: prudenter verò maluit solidè pro veritate stare, quàm periculosis vanitatis flatibus circumferri. Disce à Ioanne, si Deo placere desideras apud homines inanem non sectari gloriam, onerosam non quærere famam: nam qui Deo placere discupit, apud homines opinionem sapienter spernit. c.11. n.192. toto §. p. 491

Digitized by Google

Index ad Sacras Conciones.

DOMINICA IV. ADVENTVS.

LVCÆ III.

ANno quintodecimo, &c. Ioannes deſertorum latebris innutritus, & pœnitentiæ ſqualoribus obarmatus in campum contra inundantia ſcelera prodit; Euangelij miniſtros factis erudiens, docenſque opus eſſe plena de hoſtibus cupienti reſplendere victoria carnem ſuam pœnitentiæ adurere flamma. c. 11. num. 214. toto §. p. 498

Prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Non loquitur modò ſeueram falcem radicibus minitantem; ſed aquæ pœnitentiæque baptiſmum ad infirmitatis remedium: optimus namque ſuperior poſtquam tentabit alia remedia, dura coactus adhibebit ſupplicia. c. 12. num. 32. toto §. p. 512

Omnis vallis implebitur, &c. Dum vallis innatam dediſcit conſuetudinem, dum mons ad Baptiſtæ vocem tumidam deponit ſuperbiam, quanta excelluerit, declarauerunt virtute: eſt enim impoſſibili proximum vel adurgenti periculo vſum dediſci, multis temporibus concarnatum, & innutritum. c. 12. num. 83. toto §. p. 528

Procurante Pontio Pilato, &c. Romanus Imperator, vt qui politicus regiminis dignitatem non vni contulit; ſed inter plures diuiſit, ne aliter conciliauerit ſibi inuidiam aut inuidioſam querelam. Certè dignitatis honor non vni aut alteri debet ſemper adſcribi; ſed multis communicari. cap. 12. num. 114. toto §. p. 537

Procurante Pontio Pilato. Iam populus ille à Deo electus miſeram ſub Romanis patiebatur ſeruitutem, & quia Numinis perfacilem commodamque detrectauerat obedientiam, luctuoſam ſeruitutis patiebatur ærumnam: inſolitum non eſt morigeram fugienti obedientiam ſeruitutem ſubire miſeram. c. 13. n. 10. toto §. p. 545

Super Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Qui in hominum armabatur vitia proditur incoluiſſe deſerta: montium latebris ediſcebat Baptiſta cœleſtem militiam ſibi muniebatur omni virtutum armamento homines declinans, ne virtutum conſtantia de hominum amoliretur conſortio: hominum namque fugere debet conſortium qui Deo dignum proferre diſcupit fructum. c. 13. n. 21. toto §. p. 548

Venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Vt omnis caro Dei ſalutare videret, Ioannem miſit, qui vitia obiurgationibus dignis carperet: noluit Deus errores hominum diſſimulatione differre, quia iam felicitas inceperat inuolare: vbi nobis Deus noſtra ſugillat errata, ad impertienda accingitur beneficia. cap. 13. num. 31. toto §. p. 551

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Et venit. Se ante verbum factum non ingeſſit, nec poſt verbum venire in auxilium proximo unquam idiotus detrectauit. Se facilem verbo exhibuit vocatus, ſe ingeſſit nullatenus importunus: Dei namque miniſter neceſſitati proximorum ſe non denegat vocatus, vt ſe etiam proximis non ingerit importunus. c. 13. n. 87. toto §. p. 568

Venit prædicans. Totum ſe Ioannes alienæ impendit ſaluti, totum ſe attemperauit neceſſitati: nam dignus Dei miniſter ſe totum alienæ ſaluti conſecrat, & neceſſitati attemperat. c. 13. n. 95. toto §. p. 571

Venit prædicans. Nil ſibi Ioannes deſerti immorans ambiuit ad commodum, nil recuſauit vocis exercens munus ad populi ſalutem, & Dei obſequium: vt ſe ſuis actionibus cœleſtem declararet miniſtrum: cœleſtis namque proditur miniſter, qui nil applicat ſibi ad commodum; ſed omnia ſolicitat ad populi & ſuperioris obſequium. c. 13. n. 91. p. 570

Super Zachariæ filium in deſerto. Quia Deus Baptiſtam ad magna præparabat, à ciuitatum tumultibus ptouidenter exemerat: non facile eſt dictu, quantis copioſæ ciuitates vitiis ſcateant: vbi vt peſtifer morbus, & halitus conſtantem corrumpit ſalutem, ſic conuictus depellit aut atterit ſanctitatem: ergo Ioannes feliciter exul deſertorum degat receſſibus magnis præparatus in ſalutem hominum legationibus: nam quos Deus ad magna præparat, ab hominum, & ciuitatum tumultu liberat. c. 13. num. 119. toto §. p. 579

Baptiſmum pœnitentiæ. Ioannes ad dæmonis excidium genitus, & ad ſanctitatis elogium natus in campum intulit pœnitentiam: pœnitentia namque ſæuum diaboli inuenitur tormentum, & roboris eius excidium. c. 14. num. 106. toto §. p. 613

Omnis vallis implebitur, &c. O quot fructus lingua Ioannis produxit, dum Chriſto aſſimilatus, & eius virtute inſtructus, vacuas impleuit valles, complanauit tumidiſſimos colles: praua deduxit in directa, & in plana confragoſa: concionatoris namque Chriſto configurati lingua virtutum producit examina, & dulciſſima Chriſto mella. c. 14. num. 142. toto §. p. 623

Baptiſmum pœnitentiæ. Gemebant Hebræi duriſſimo iugo preſſi, & criminum vinculis irretiri: ergo conſulit Ioannes laudabili pœnitentiæ magia aſpera deducere in plana, periculoſa in ſalubria: *Erunt praua in directa, &c.* nam ſi homines ſapiant, de ipſa calamitate poterunt procreare ſibi calamitatis venenum, & ſalutis promptuarium. c. 14. n. 151. toto §. p. 626

Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem. Priùs Ioannes virtutum ſibi cumulum acquiſiuit eremo, & poſteà vocem iecit aduerſariam delicto: non priùs conſuluit aliis, quàm ſibi: nam cordatus priùs ſibi conſulet, & poſteà proximis prouidebit. c. 14. numer. 157. toto §. p. 627

IN NATIVITATE DOMINI.

IOANNIS I.

IN principio erat Verbum. Dei Verbum carne indutum labores experitur iam carnis, venit hominum Rex: ergo reclinatur præſepio, vt in cenſum brutorum redactos luci rationique

nobi

nobilitet reſtitutos : non recuſauit Dominus dignitatis labores, non auerſatus eſt anxietates. Certè plures dignitatum laborem fugiunt, & ſplendorem exambiunt. c.7. num.38. toto §. p.14

Vita erat lux hominum. Lux indefeſſo rotatu cœleſtes peragit orbes, ſol non repigrat greſſum, vt ſibi lucis protelauerit plauſum : ergo Chriſtus vera lux omnem hominem illuminare feſtinat ; & vitam omnibus præſtat. O felicem mundum, dum Chriſtum ſortitus eſt vigilantem, & ſubditorum commodis conſulentem. Profectò Reipublicæ felicitas cenſetur de Principis vigilantia, vt infelicitas naſcitur de deſidia. c.7.n.43. toto §. p.15

Mundus eum non cognouit. Inacceſſa lux, diuina ſubſtantia carnis velamine tegitur, & à ſuis ignorari patitur : laudis diſtulit gloriam, vt depulerit culpam : nam bonus ſuperior, vt à ſubiectis auerterit culpam, propriam non recuſat tumulare, aut regere gloriam. c.7.n.76. toto §. p. 26

Et vita erat lux hominum. Dei verbum non detrectauit pannis inuolui, præſepi iacere, quia hominibus cœpit viuere : *vita erat lux hominum* : viuebat, vt lux candidiſſima illuminaret, lucebat, vt ſubiecti viuerent. Quàm non refugiebat oculos, qui lux allicicbat aſpectus, cùm rarum ſit Heroëm ita viuere, vt poſſit ſine nota ab omnibus ſpectari. c.7. num.267. toto §. p. 91

Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Iure fauſtis iteratiſque acclamationibus Angeli Chriſto Domino plaudunt, dum homines à vitiorum agnoſcunt eximiſſe veneno : non adeò mirum domuiſſe ferro, quàm à vitiorum excitaſſe letargo. Decantandus Chriſti triumphus eſt homines in Dei filiorum cenſum retuliſſe, quandoquidem triumphus nobilior quàm ſubigere ferro, eſt hominem à vitiorum excitare letargo. c.7. n. 285. toto §. p. 97

Et vita erat lux hominum : vt homines Chriſtum ſuſcipiant, vt corporis animæque vitam amplectantur, eſſe candidiſſimam lucem ab Euangeliſta profertur : *Et vita erat lux hominum.* Ac ſi dicat : ſi cupis ſplendoribus nobilitari, præſepi accede, recens nato coniungere : eſt enim lux, quæ te nobilitet, & ſplendoribus ornet : ſciebat Euangeliſta homines ambitioni dicatos : ergo honeſta ambitione præſepi accedere cogit allectos : nam humani honoris ſtilla ſitienter ambitur, virtus ſine ſplendore contemnitur. c. 8. n. 43. toto §.p.123

Et vita erat lux hominum. Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Sæculorum Princeps, Dei Filius tota humanitatis reſplendet pompa, & indulgentiæ gratia : aduentauit Rex, & Principes docuit regni exordia non infamare ſæuitiâ, ſed nobilitare benigniſſimâ indulgentiâ. c.8.n.53. toto §.p.126

Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Dei Filius tuguriolo delitеſcit, paupertatis ærumnis oppreſſus, & pannis viliſſimis inuolutus, nec tamen ei homines debita ad leuandam paupertatem pendunt tributa, cùm creaturis indebita pendant obſequia, propria non ſemel creaturis prodigi impendimus, debita Numini denegamus. cap. 8. num. 276. toto §. p. 198

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem, &c. Chriſtus candidiſſima lux proditur, vt qui tenebras debellaturus progreditur, humilitatem extremam amplexus eſt, ſuperbiæ faſtum debellaturus ; coluit pauperratem, diuitiis indicturus bellum, vt nouerit qui ſtudet vitia reprehendere ; à reprehendendis diſtare. c. 9. num. 123. toto §. p. 259

Et verbum caro factum eſt. Homo dum ambitioſiùs dignitatem exambit, iumentis comparatus deſipuit, & à paradiſo exulauit : ergo præſepe longè à dignitate diſtabat, & tamen Chriſtus præſepi arctiſſimo includitur, ambitioniſque dignitatibus refragatur. Profectò ambitioſis videtur dignitas ac mundialis ſplendor omnibus artibus procurandus, at ſapientibus fugiendus. c.9.n.135. toto §.p.262

In mundo erat. Pauperrimus certè ab omni majeſtatis pompa exul, infantilibus faſciis conſtrictus, & loco ignobili reclinatus, verùm vbi majeſtatis ſplendor delitеſcebat obſcurior, ibi charitatis ardor ſcintillabat candidior : eximiæ charitatis eſt proprio renuntiare ſplendori, vt alterius conſulueris ſaluti. c.9.n.152. toto §.p.267

In mundo erat. In mundo ab omni mundiali vanitate remotus omnem hominem illuminat : *Illuminat omnem hominem* ; & calamitates exterminat, vt hominibus non dubitaretur proficuus, omni virtuti, humilitatique apparuit dicatus : nam qui plus virtuti dicati, & hominibus plus proficui. c.9.n.160. toto §.p.270

Et verbum caro factum eſt. Qui ſplendidis naſci potuit latibus, obſcuris delitеſcit præſepibus : inuenit hominem factum beſtialem, & nullum recuſauit incommodum, vt depulerit culpæ periculum. Præſepi iacuit, vt homo brutalis pabuli auidus cœleſtis alimenti dapibus reſtitueretur ſibi innutritus. Quàm alius hominum mos, quàm diuerſa conſuetudo ! Chriſtus vt occurrat periculo, præſenti renuntiat commodo ; peccator verò præſenti allectus commodo futuro occurrere neſcit periculo. c.9.n.205. toto §.p.284

Et mundus eum non cognouit. Profectò mundus ingratitudinis inuidiam non potuit vitare, dum æterni Patris Filio obſequia diſtulit exhibere : accepit homo à Chriſti Domini Patre, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos, ingentiſſima beneficia parenti in Filio lege gratitudinis compenſanda : ergo dum mundus à Deo factus Filio egenti, algentíque debita non pendit obſequia, deteſtabili aſpergitur ingratitudinis notâ : eſt enim indigniſſimum acceptis à Patre ingentiſſimis beneficiis filio non gratificari ; imò iniuriam obliuione ingratiſſima inferre. c.9.n.208. toto §.p.286

PRO S. IOANNE EVANGELISTA.

IOANNIS XXI.

Vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem. Petrus ſequentem Euangeliſtam intuetur, & Chriſtum ſequi iuſſus in Ioannis veſtigia oculos dirigit, & magiſtro prudenter plaudit : adeò ſimilis Chriſto eſt Ioannes, vt eius Petrus inſpiciat greſſum iuſſus imitari magiſtrum. Ergo Principis reſplenduit de tali miniſtro fama, & populo promanauit non modica gloria. Certè miniſtrorum electio populatem Principi acquirit gratiam, aut conciliat

Index ad Sacras Conciones.

inuidiam. c. 9. num. 305. toto §. p. 315

Recubuit in cœna ſuper pectus eius. Virtutis Euangeliſtæ faſtus eſt à Principe præ cæteris adamari, & tenero etiam affectu ab omnibus diligi: Petrus de Ioanne ſolicitus rogat non æmulationis ſtudio; ſed teneræ affectionis ſuaſu. Quàm longè erat Ioannes, qui factioſis denigraretur querelis, vel dum Principis vteretur familiaritate præ aliis. Exaggeratius Ioannis elogium eſt Principis anteferri gratia, & ſumma ab omnibus amari benevolentia. Certè magnus luxit, qui ob Principis gratiam inuidioſus nullis factioſis querelis impetitur denigratus, aut laborat impetitus. c. 9. n. 313. toto §. p. 317

Vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem. Profectò Ioannes nec præcepto compulſus, nec oratione inuitatus, Chriſtum ſequitur vitæ pericula calcans, & mundi honores depretians: ea auiditate ſequebatur Ioannes virtutem, qua cæteri inſequi ſolitant prauitatem. Certè Ioannes humanitatis metam tranſgreſſus eſt, cùm homines ad delicta inueniantur intrepidi, ad virtutis opera pauidi. c. 9. n. 446. toto §. p. 360

Vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem. Sciplum ſilentij tenebris inuoluit, & ignoto nomine texit: non dixit *vidit Ioannem*; ſed *vidit illum diſcipulum*; ad diſcipulatum vocatus, nil aliud eſſe ſe nouit niſi diſcipulum; ſed dum gloriatur officio, immortali lucet elogio: immortale namque ſibi elaborat elogium, qui nil aliud eſt quàm officium. c. 10. n. 8. toto §. p. 372

Qui & recubuit. Sapientiæ faſtigium attingit tenerius à Chriſto Domino dilectus, & in eius ſinu deliciosiſſimè reclinatus: nec mirum quia Ioannes tonitrui filius, cæleſte fulmen hæreticos ferit, dum intonat *In principio erat verbum*: ergo dignè poſſedit faſtigium, dum exterminauit vitâ peccatum, & prouidenti voce erroris periculum. c. 10. n. 17. toto §. p. 375

Sequentem. Chriſtum duris tormentis occumbentem ſecutus eſt Ioannes, non nundum dignitatum honoribus radiantem, & deliciis vtentem: nam vt perſpicax aquila nouit prudentis eſſe mortem ſequi feliciter oppetentem, non ſplendidiùs vitâ radiantem. c. 10. num. 60. toto §. p. 388

Hic autem quid? Petrus ad cœleſtem felicitatem vocatus de Ioanne rogat ſolicitus. Quàm reſpueret conſortem, ſi ad dignitatem inuitaretur mundialem! Humana felicitas vti anguſta conſortem reſpuit, cœleſtis vti ampliſſima exambit. c. 11. n. 36. toto §. p. 444

Hic autem quid? Sequentem vidit Ioannem Chriſti laborum participem: rogat tamen quid ſit futurum: non erat namque in re ſpirituali diſertiſſimus Petrus non poſſe non aquilæ ad inſtar eleuari, ſummiſque honoribus ſui virtutis alumnum & Domini ſecutum exemplum: nam virtus etſi ad tempus pati & exulare cogatur; ſibi tamen honori debito reſtituitur. c. 11. num. 41. toto §. p. 445

Et recubuit. Non retulit generis claritatem; ſed virtutis ſplendorem: gloriatus eſt Ioannes pectori inhæſiſſe & ſtrictiùs, & tenerius: non radiaſſe mundo ſplendidius: vt qui nouerat fortunatius eſſe præclaris virtutum dotibus eminere, quam mundialium felicitatum luminibus rutilare. c. 11. n. 69. toto §. p. 453

Sequentem. Chriſtus præ cæteris Ioannem honorauerat pectori applicans, inuque excipiens: ergo Ioannes vicem reddit Chriſtum ſecutus, & dolores fingiens, quibus magiſtri gloriam prolatet, & Pathmos inſula exulat vt famam nulla temporum obliuione delendam futuris ſæculis Apocalypſi tranſmittat: verus namque amor nullum excuſat dolorem, vt dilectus gloria reſplendeat, & gratitudini ſatisfaciat. c. 11. n. 177. toto §. p. 487

Vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus ſequentem. Præ aliis ſecutus eſt Chriſtum Ioannes, quia præ aliis Ioannem honorauerat Chriſtus: *Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius.* Nec mirum, quando ad heroica virtutis opera tenentur, qui ſpeciali Numinis fauore exornantur. c. 12. n. 99. toto §. p. 532

Qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius. In cœna cœleſti eximiáque Ioannes exornatur ſapientiâ, vt cœleſtis menſa de mundiali menſa triumpharet, & nobiliter præcelleret. Certè humanis epulis fouetur inſania, & ideò magna in conuiuiis eſt adhibenda cautela. Ergo Ioannes oculos mundo denegans & à ſeipſo quodammodo cœleſti poculo alienus fouit ſapientiam, & cœleſtium miram acquiſiuit notitiam. Ergo cœleſtis menſa peperit ſcientiam, vt probaretur cœleſtis: nam humana peperiſſet inſaniam. Certè in conuiuiis, ni adhibeatur cautela, foueri ſolet inſania. c. 14. n. 195. toto §. p. 637

Sequentem. Intrepidè ſequebatur Ioannes, non gelido timore tenebatur retardatus, aut ſæculi amore alligabatur illectus: pennata aquila ſe ſupra cæteros extulit, & Domini veſtigiis inſtitit, nos ſæculi catenis conſtricti dolorem expaueſcimus, & gelido timore obturbamur, nequit gelido timore non percelli, quem conſtat ſæculi amore ligari. c. 7. n. 118. toto §. p. 39

Sequentem. Ioannes vt qui copioſiori luce eſſet nobilitandus, ante alios Chriſtum refertur ſecutus: ſecutus eſt Petrus Dominum retia contemnens, ſecutus eſt Ioannes retia cum patre dimittens: ergo diuina lux nitidiùs in Ioanne, & præ cæteris ſplendidiùs reſulſit, quia Ioannes cæteris celeriùs, & altiùs magiſtro inhæſit. Lux certè diuina nitidiùs lucet in vaſe mundialibus rebus vacuo, quam pleno. Ergo Ioannes, dum antecedit modò omnium mundialium rerum amore nudus, & cœleſti ſapientiâ fulget ornatus. c. 7. n. 263. toto §. p. 90

Quem diligebat Ieſus: Qui & recubuit. Ioannis referuntur merita, dum & priuilegia referuntur: vidit Petrus Ioannem ſequentem quia viderat ſomnum dulciſſimum in Chriſti ſinu captantem: Petrus dum rogat, arguitur: *Quid ad te?* Ioannes interrogaſſe: ſed carpi non legitur: *Domine quis eſt, qui tradet te?* Præ aliis incanduit honoris diuini zelo; ante alios magiſtri inhæſit veſtigio; ne quis putet Ioannem ſolo conſanguinitatis affectum conſilio, non meritorum ſuffragio; cùm non ſemel eligantur ad munia plures conſanguinitatis ſuffragio, non virtutis merito. c. 8. n. 219. toto §. p. 179

Index ad Sacras Conciones.

IN CIRCVMCISIONE DOMINI.

Lvcæ II.

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Ante ſanguinis effuſionem nomen non auditur, effuſo ſanguine imponitur : priùs relata eſt hoc in Euangelio Circumciſio : *vt circumcideretur puer*, poſteà nominis laus auditur. Profectò videri potuit Euangeliſta indeuotus, aut ſaltem malè politicus, cùm circumciſionis ignominiam priùs retulerit, quàm nominis gloriam ; imò Lucas laudabiliter adulatus infanti Circumciſionem retulit, quam ardentiſſimè ſuſpirabat. Certè dum non Circumciſus, videri potuit demortuus, quia à vehementer deſideratis repreſſus. Qui ab ardenter concupitis dilatus, cenſeri poteſt demortuus. c.14.n.130.toto §.p.620

Poſtquam conſummati ſunt dies octo vt circumcideretur puer. Circumciſionem non diſtulit, nec anteoctauum diem præmaturauit : à lege præſcriptum obſeruauit tempus, & legis excoluit ritus, ſuo nos facto edocuit laudabili conſuetudini ſubiici, nec à communi ſtylo diſcedere. Certè qui à communi via exorbitat, ſibi frequenter periculum creat. c.14.n.17.toto §.p.586

Vt circumcideretur puer, vocatum eſt nomen eius Ieſus. Vrgentiſſimo dolore infans vritur; ſed grandi nomine recreatur : lucet cœlo, mundoque de nominis elogio, & de Saluatoris titulo : fortuna eſt dolorem pati, ſi magnam gloriam tibi contigerit elucrari. E contra infeliciſſimum eſt grandi doloris cenſu nec apud homines famam, nec promeruiſſe apud Dominum gloriam. c.11.n.219.toto §.p.500

Vt circumcideretur puer. Legi Chriſtus obtemperat, & obtemperando eximiam ſibi nominis gloriam parat : *Vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Cœleſti nomine nobilitatur, dum expromptè præcepto obſequitur : eſt namque obedientia felicitatis vena, lucet de promptitudine fortunata, & de honeſta cæcitate ſemper glorioſa. c.7.n.26.toto §.p.10

Poſtquam conſummati ſunt dies octo. Chriſtus hominum Rex morigeros ſibi ſubiectos ſortiri cupiens legi incunctanter obſequitur, vt ſuis nos actionibus edoceat morigeros ſubditos ſortiri, quem conſtat Numinis præceptis religioſè parere. c.7.n.33.toto §.p.12

Poſtquam conſummati ſunt dies octo. Sanguinem fudit, qui dignitatem regis & ſaluatoris nomine oſtendit : *Vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Non potuit dignitas annexos ſibi non attuliſſe labores : vt honeſti etiam labores nequiuerunt non afferre dignitates. Certum eſt annexos dignitati labores eſſe, vt certum etiam eſt fugere laborem, & ambire quamplurimos dignitatem. c.7.n.38.toto §.p.14

Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer : periculum quod creare poterat Circumciſio, nomen depulit : eſt enim Ieſu nomen blandum curandis vulneribus oleum, & ſalutis promptuarium. Ergo vbi periculum Circumciſionis retulit, & periculum nomine exterminauit : Et quidem iure : nam qui pericula obedientiæ poſtponit, ipſa obedientia propellit. c.7.n.47.toto §.p.17

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Laborem tulit; ſed & debitum præmium accepit : fudit ſanguinem ; ſed eſt adeptus honorem. Certè de nomine mitius fuit vulnus, & anxietatis moleſtia dulcorata eſt nominis gloria : durißimum eſſet laborioſas ad moleſtias vocari, & ab emerito honore repelli. c.8.n.39.toto §.p.122

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Eo inſignitur nomine ſæculorum rex nuper natus, quod ſpondeat beneuolentiam, & promittat omnibus gratiam : *vocatum eſt nomen eius Ieſus.* Memini non ſemel appellari leonem, non ſemel ſtricto obarmati gladio : cur ergo modo ſolùm reſplendet benignitatis elogio ? Quia modò recens natus ſæculi Princeps : ergo docuit indulgentiâ exornanda dignitatis primordia. c.8.num.53. toto §.p.126

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Circumciſi fuit laus dolorem tenera ætate ſubire, Dei præconium fuit & præmium dolori annectere. Vbi tempus Circumciſionis refertur, & Ieſu nomen auditur : *vocatum eſt nomen eius Ieſus.* O ! diſcant Principes merita ſubiectorum maturis præmiis nobilitare : nam quod accipientis eſt gaudium, eſt & largitoris elogium : non dubites egregium eſſe remunerantis præconium, ſi merita non torſerit dilatum tempore præmium. c.8.n.242. toto §.p.186

Vocatum eſt nomen eius Ieſus, quod vocatum eſt ab Angelo. Aduertit ethicè Euangeliſta nomen fuiſſe cœleſte præmium, & inde ab Angelo allatum : vt quod meritis ſine mora ſit dilargitum : apud homines dignitas honorque tardè benemeritos non ſemel inuenit, non ita dignos celeriùs quærit. c.9.n.130.toto §.p.260

Vocatum eſt nomen eius Ieſus. Nomen accepit meritis congruum, & ſubiectis opportunum : à meritis promanauit dignitas, & dignitatis prodiit authoritas. Certè nomen ſine meritis inſeruiret irriſioni, non cultui : nam ad dignitatem vltra meritum euehere, non eſt eligere ; ſed illudere. c.9.n.185. toto §.p.278

Poſtquam conſummati ſunt dies octo. Qui natus fuerat Dux, vt retulerunt ſcribæ obedientia ſubiectorum armauit conſtantiam, & Circumciſione ad cum vitiis citauit pugnam : nam ſuperioris actio & exemplum plurimum valet ad ſubiectos exacuendos, aut eneruandos. c.9.n.423.toto §.p.352

Vt circumcideretur puer. Non ait, vt circumcideretur Dauidis filius, Abrahami progenies, Salomonis proles : verùm etſi nunc non referat genus, retulit nominis gloriam, & allatæ populis ſalutis excellentiam. Vt noſcamus forte, feliciùs eſſe præclaris dotibus eminere, quam natalium luminibus ſutilare. c.11.n.69.toto §.p.453

IN EPIPHANIA DOMINI.

Matthæi II.

Ecce Magi. Et cur non reges ? Quia compertum erat cœleſti redimiri coronâ, quos expromptæ nobilitauerat obedientia, quæ felicitatis eſt vena de promptitudine fortunata & de honeſta cæcitate ſemper glorioſa. c.7.n.26.toto §.p.10

Vidimus, & venimus. Et cur non timeant alium proclamare regem in præſentia regis tyranni, quandoquidem, quo ius infirmius, & ſtudium erit

ad

ad ſe ſtabiliendum vigilantius. Magi vti ſapientes non ignorauere periculum ; ſed præcipienti aſtro maluerunt præſtare obſequium, & dum præſtant obſequium miſſi honorificè ab Herode fruſtrauerunt etiam periculum : nam qui pericula obedientiæ poſtponit, ipſa obedientiâ propellit. c.7.n.47.toto §.p.17

Audiens autem Herodes rex turbatus eſt. Herodes vt qui ambitionis vinculis tenebatur, vt recens natum audiuit regem, cœpit timore obturbari : Magi non turbantur ; imò plaudebant Principi, quia collum non ſubiecerant ambitioni. Te à ſæculi amore exime, ſi cupis variis perturbationibus non vexari : nec enim poteſt gelido timore non concutti, quem conſtat ſæculi amore teneri. c.7.n.118.toto §.p.39

Turbatus eſt Herodes. Herodes, vt captioſis viam fraudibus inueniret, angorem viſceribus cautus preſſit, & timoris ac cupiditatis tumultus ſtudioſiſſimè abſcondit ; verùm vt vultus eſt cordis pulſus, quod celebratur in corde, prodebatur aſpectui, & publicabatur in facie:non ſemel ſine verbis indicantur vultu, quæ deſiderantur affectu. c.7.n.146. toto §.p.48

Et omnis Ieroſolyma cum illo. Vt homines Chriſto recens nato debitum exhibuerint obſequium, luminoſum allexit prodigium, & inſolitum vocauit aſtrum, & tamen tota Ieroſolyma cum Herode turbatur,& eius affectibus obſequitur : *Turbata eſt omnis Ieroſolyma cum illo.* O quam Ieroſolymitarum turbatio, noſtræ eſt ignauiæ confuſio, quandoquidem temporali Domino ; imò crudeli tyranno præſtare geſtiunt obedientiam, cùm nos negligamus ſæpè Deo obſequi, ac legibus obedire. Certè morigera ſubditorum erga dominos ſubiectio, noſtræ erga Deum manifeſta eſt fugillatio. c. 7. n. 174. toto §.58.

At illi dixerunt ei : In Bethlehem Iudæ, & ex te enim exiet dux. Miniſtri pro indaganda veritate à Principe aſciti, Prophetæ verba ambitioſè corruperunt, & vt notauit apud D. Thomam Hieronymus, ne in gratiam incurrerent, immutarunt. Infelix ſemel & iterum Herodes, & quia impotentes ambitioſus,& quia miniſtris talibus cinctus : fortaſſan ſententiam demutaſſet, ſi natum æternitatis Principem audiuiſſet ; at dum adulatores miniſtros ſortitur, & ambitione obcæcatur. Felix Princeps, cui miniſtri ſunt anxieratis leuamina, & veritatis auxilia. cap.7. n.186. toto §. p.62.

Vidimus & venimus. Cœleſte, ſydus, fulgentiſſimum aſtrum ſic ſe Magis attemperauit,vt eorum votis accommodauerit greſſum,& pro eorum nutu direxerit curſum : ambulante namque Mago ſtella ambulat, & Mago ſedente ſtat ſtella : duplex in aſtro nobis relucet documentum, primum ſapientiſſimi ac cœleſtis ſuperioris eſſe ſic ſe ſubiectorum conformare voluntati,vt omni errore ex puncto elucratus ſit religioni : vt illos duceret, illis obediuit, imò ſic obediuit, vt duceret : documentum ſecundum eſt homines tunc expromptè obedientiam implere, ſi quod præcipitur, eorum nutui attemperetur : obedient, dum iubentur grata, reſilient, ſi putauéuerint duram:nam obedientia expromptiſſimè impletur,dum obſequentis votis attemperatur.c.7. n.189. toto §. p.63.

Et omnis Ieroſolymà cum illo. Multitudo blanditur tyranno,dum Herodes opponitur Chriſto: intus timidus, exteriùs multitudine obarmatus: nam vitium ferè ſemper armatur multitudine, virtus robore. c.7.197.toto §. p.66

Vidimus, & venimus. Arduum Magi aggrediuntur iter, ignotum quærunt, viam plenam difficultatibus adeunt ; verùm qui illos cœleſti luce vocarat, animos etiam indiderat:nam cùm Deus ardua præcipit, animos addit, quibus difficultatem emollit. c.7. n.212.toto §.p.72

Vt & ego veniens adorem eum. Simulat adorationem, vt inferat necem : puerum diſcupit iugulare, ne ſi creuerit, fruſtretur fraudem, & effugerit necem. Certè Herodes virtuti de pernicio auxiliatur,dum facti s ſuis edocet,quæ noxiè poſſint creſcere, debere celeriter amputari. c.7.n.216.toto §.p.73

Ex te enim exiet Dux. Non inquiunt, ex te exiet rex, quantumuis aſtrum ſplendentibus vocibus inclamarit, quantumuis Magus exertis vocibus natum dixerit : imminebant Herodiano throno naufragia, miniſtri verò de more imminuerunt detrimenta, nam cùm ſe oculis ingerunt damna,ſolitant miniſtri.Principibus occultare, aut relatione ſaltem minuere. c.7. n. 240. toto §. p.82.

Interrogate diligenter de puero. Ecce qui apud Magos rex, apud ſuos puer audit. Magus ſuſpicit, Iudæus deſpicit : quia ſæpè qui apud exteros inſtar miraculi habetur,apud ſuos parui æſtimatur. c.7.n.251. toto §.p. 86

Vidimus ſtellam eius. Lego alias ſtellas contra Siſaram depugnaſſe, & hanc lego Magos vitiorum letargo immerſos verè luci reſtituiſſe. Quòd ſi contulerit triumphos, glorioſiùs hæc ſtella eſt conſecuta trophæum : nobiliòr namque triumphus eſt, quàm domare ferro, hominem à vitiorum excitare letargo. cap.7. n. 285. p. 97.

Vidimus ſtellam eius. Vbi recens natus.Splendet tota luminis pompa, Herodes, curiaque vrgentiſſima aduruntur inuidia : non mouerentur vt præſepio delitescenti ſubuenirent pietate: in radiantem aſtro fœdo obarmantur liuore : nam plures armat inuidia, ſi præ aliis quis felicitatis reſplendeat gloria. cap. 8. num. 69. toto §. p. 111

Ex te enim exiet dux. Scribæ Phariſæique, ne Herodem liuoris perturbationibus periculum exaſperarint, ſcripturam, vt apud D. Thomam in catena notauit Hieronymus, corruperunt; verùm dum reculant clara veritate offendere, in ſeiptos furorem probantur armare : *Herodes* namque *occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem*, &c. Itaque dum veritatis iniuria eluerari exambiunt gratiam, truculentiſſimam experiuntur ſæuitiam. Et quidem politici, dum virturis iniuria nolunt magnates offendere, ſibi conſtat infelicitatem aſciscere.cap.8.n.108. toto §. p.144

Et omnis Ieroſolyma cum illo. Inuidiæ furenti patrocinantur aulici, inſidiantur recens nato,& qui Chriſto Domino debuiſſent obſequi, inuenti ſunt aduerſari. Nunquam vitio deſunt patroni,& qui eius cauſas peragere cupiant ſoliciti. c.8.n.338.toto §.p.218.

Et omnis Ieroſolymà cum illo. Vbi ambitio, & inuenta eſt perturbatio : tota Ieroſolyma de Herodis ambitione patitur perturbationem, & amittit tranquillitatem eli namque ambitio tranquillitatis peſtis, & omnium ſalutis ſtuculentiſſimus

lentiſſimus hoſtis. c.9. n.46.toto §. p.236

Congregans omnes Principes Sacerdotum. Sacerdotum Principes electi ad religionis & æquitatis auxilium tyranno ferunt ſuffragium : vt noueris Rempublicam illam extrema iam calamitate vexari : nec enim potuit florere, vbi electi ad æquitatis tutelam, iniquitatis promouent cauſam. c.9.n.265.toto §.p.303

Vidimus ſtellam eius. Erubuit Magus totidem Deos adoraſſe, quot ſydera : agnouit fulgore ſplendidis, ſed diuinitate vacuis obtuliſſe ſtellis ſacrificium, vt aliquod contra infortunia ab ipſis acciperet tutamentum : ſe modo ridet, & irridet, dum comperit prolixum ſeruitutis aſtris pependiſſe tributum, à quibus nullum neceſſitati ſperari potuit remedium : eſt equidem probroſa ſubſannatione irridendus, qui ſolicitè exhibuit officium, à quo nullum promanare poterat commodum. c. 10. n. 166. toto §. p. 422

DOM. INFRA OCTAVAM EPIPHANIÆ.

Lvcæ II.

Ascendentibus illis Ieroſolymam. Chriſtus manſit Ieroſolymis, parentes abſentiæ dolore vtuntur : Quid tunc ? Solicitè quærunt, inueniunt feliciter, & iam ipſo infortunio cautiores vigilantiùs cuſtodiæ incumbunt : *Deſcendit cum eis, & venit Nazareth.* Diſce de ipſa calamitate felicitatem tibi procudere, & de ipſo caſu cautelam elaborare : prudens namque ipſum infortunium vertit in proſperitatis augmentum. c.11.n.46.p.446

In medio Doctorum. Inter ſuos mirâ ſapientia voluit lucere, & ſi fas eſt dicere, ſapientiæ gratiam inter ſuos cumulare : nam ſi quis inter ſuos ſapientiæ magiſterio, aut dignitatis luceat faſtigio, neſcio quid ad gratiam additur gaudio. c.11, n.132.toto §. p. 473

Aſcendentibus illis. Maria ſanctiſſima domo egreſſa eſt legum reuerentia, non plauſus cauſa : templum adiuit, vt orationi vacaret, nec ſola ; ſed ſponſo ſanctiſſimo aſſociata ; & tamen domum rediit Chriſto Domino non amiſſo ; ſed abſenti : vt nouerint fœminæ, quàm ſit adire publicum periculoſum, quandoquidem ad noſtram eruditionem, vel ob iuſtiſſimam cauſam egredienti grande etſi breue contigerit infortunium. Certè non ſemel fœmina domum egreſſa ſubiuit periculum, & ſuis exciuit calamitatis naufragium. c. 11. num. 158. toto §. p. 481

Remanſit puer Ieſus. Hilares Sanctiſſimi coniuges domum repetebant feſtiuitatis lætitia recreati, & affinium aſpectu communicationéque læti ; verùm cùm dulce ſperabant otium, doloris inuenerunt tormentum. Certè humana felicitas nunquam cumulatè plena, quia ſemper aliquibus anxietatibus perturbata. c.11.n.164.toto §.p.483

Remanſit puer. Quid tunc ? *Ecce,* inquit Maria, *pater tuus & ego dolentes quærebamus te :* dolebant, quia exiſtimabant amiſſum, non dolerent, ſi templo ſcirent dicatum. E contrario aliquibus parentibus accidit : non dolent filios mundialium vanitati inſeruire, dolent, & quidem ægerrimè Numini aut religioni dicari : mihi crede : nonnullis parentibus nil adeò infauſtum, quàm conſecrari Numini religionique filium. c. 11. num. 168. toto §. pag. 484

Stupebant omnes, qui eum audiebant. Ad inſtar miraculi profecto fuit eximiis ſapientiæ luminibus non inflammaſſe liuoris odium ; ſed conciliaſſe ſibi admirationis officium : idque inter Hebraicos Doctores ambitione poſſeſſos, & ſuperbia denigratos : nunquam ſuperbus ſuſtinet alium lucere, & ſi luceat, curat animitus obſcurare. c. 12. num. 8. toto §. p. 505

Neſciebatis quia in his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe ? Clariſſimis ſapientiæ luminibus præ aliis fulgens ea quæ ad patrem ſpectabant, ſolicitè, & ſtudioſè tractauit, docens ad heroica virtutis opera teneri, quem conſtat ſpeciali Numinis fauore exornari. c.12.n.99.toto §.p.532

Fili quid feciſti nobis ſic ? Vnigenitus erat Mariæ filius omni virtute excultus, & diuinitate exornatus, & nihilominus dum arcanis myſteriis incumbit, occaſionem doloris offert. Quem putas dolorem afferet filius cupiditatis vernula, & ſecutus vanitatis delitia ? Non dubites filios voluptates eſſe amariſſimas : rarus parens eſt, ſi filij exundent, qui inſanæ non lugeat cupiditatis deliria, quique non deploret errata. c. 12. num. 119. toto §. p. 538

Et erat ſubditus illis. Deuotam parentibus exhibuit Dominus obedientiam Nazareth incolens : nec myſterio vacat apud Nazareth obſequium deſcribi : Nazareth namque Flos veruſtiſſimus fructum promittens, & promiſſione non fallens : parentibus exhibere ſubiectionis obſequium commoditatis eſt negotiatio : vt è contra eorum extraxiſſe imperium eſt ſibi aſciſcere calamitatis naufragium : Plures dum morigeram detrectant obedientiam, lictuoſam ſubeunt ſeruitutis ærumnam. c. 13. n. 10. toto §. p. 545

Remanſit puer Ieſus. Remanſit in templo multitudinis deuitans conſortium, vt gratum Patri exhiberet obſequium, nos edocent hominum fugere conſortium, ſi Deo dignum proferre cupimus fructum. c. 13. num. 21. toto §. p. 548

Remanſit puer Ieſus. Ipſa in pueritia iam futura prænoſcebantur magnalia, iam Doctores ſtupebant, iam omnes mirabantur. Certè aliquando ipſa in pueritia, veluti in radice fructus, ſpectantur præclara facta, & futura coniectari poſſunt facinora. c. 13. n. 67. toto §. p. 561

Secundum conſuetudinem diei feſti. Dum Chriſti Domini parentes communi aſcendunt viâ, ſecum Chriſtum deferunt, cùm domum repetunt, alia fortaſſe viâ ad noſtram eruditionem amittunt. Aut ſi placet, expende, ab honeſta conſuetudine non diſcedentibus nullum fuiſſe verum periculum, etſi aliquod fuerit vmbratile detrimentum. E contra accideret, ſi à communi honeſtaque conſuetudine exorbitarent : à communi namque via exorbitare periculum creat verum, & detrimentum affert non modicum. c. 14. num. 17. toto §. p. 586

Neſciebatis quia in his, quæ Patris mei ſunt, oportet

tet me esse. A matre tantisper seiunctus Doctorum resplenduit plausibus celebratus; verùm vt plausus paternæ obedientiæ agnoscerentur tributum, in negotiis à Patre sibi iniunctis adlaborasse testatur, ne quis putaret à parentibus discedentem, ni causa interfuerit religionis, & consilium virtutis, posse felicitari, & fortunâ prosperâ vti. Certè qui se à parentibus voluptatis causa seiungit, in se fortunam exacuit. c.14.num.78.toto §.p.605.

In his quæ patris mei sunt. Dum patri obsequens in templo remanet, plausum Doctorum lucratur, & admirationis laudem consequitur: obedientia namque est felicitatis vena, præcipuè si luceat de excitate fortunata, de promptitudineque gloriosa. c.7.n.26. toto §.p.10

Inter cognatos & notos. Solum anxietudinis consilium ad inter cognatos inuestigandum potuit parentes mouere: remanserat puer solus solatio parentum ad speciem destitutus, & alimenti indigus: ergo cognati hospitio non reciperent; imò ignorantiam cognationis affectarent: nam cognati adesse periculis renuunt, interesse lucris exambiunt. cap. 8. num. 35. toto §. p.121

DOM. II. POST EPIPHANIAM.

IOANNIS II.

NVptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Ad opiparia nuptiarum conuiuia Christus eiusque mater à coniugibus, qui, vt ferunt, Christi cognati erant, vocantur: ibi aquæ in vinum conuertæ lucet miraculum, & quidem mirarer, si cognati solùm vocassent ad gaudia, nec penderentur calamitati subsidiorum tributa: vocatus ad nuptias deperire suadetur vini inopiam, & necessitatis miseriam: de historia arcanè erudimur mirum esse, si cognatos quis ad mera vocarit commoda, aut non vocarit ad necessitatis subsidia. c.8.n.25. toto §. p.118

Erat mater Iesu *ibi: vocatus est autem & Iesus.* Non ignorabat Christus futurum vini defectum, & opus fore mirandum ac insolitum exhibere miraculum, & tamen adfuit: si alius esset, interesse gaudio ambiret necessitati subuenire detrectaret: cognati frequenter subuenire necessitatibus renuunt, interesse lucris exambiunt.c.8. n.35. toto §. p.121

Nondum venit hora mea. Dum ad miraculum mater vrget, mortis horam præter opinionem maturare filius respondet: quasi idem fuerit inaudito sæculis miraculo resplendere, & ad inferendam sibi mortem æmulationem armare, & iure quidem: nam in resplendentem præ aliis felicitatis, aut plausus gloria, plures instigat inuidia. c.8.n.69. toto §.p.131

Vinum non habent: Si nondum Christi aduenerat hora, cur mater ad patranda vrget prodigia: & cur filius dum mater rogat prodigium, maturum non adesse respondet tempus. Certè vt matris laudaret studium, & parentibus imitandum exhiberet exemplum. Hic Maria sanctissima temporis non expectauit suffragium, vt ad opera miranda excitauit filium: nam optimi parentes anteuertunt tempora, vt filios ad virtutis excitauerint opera. cap.8. num.203. toto §. p.174

Vinum non habent. Quàm meritò virgo sanctissima ad orationem recurrit, vt egentibus subueniret: est namque oratio expromptum calamitatis remedium, & salutis auxilium.c.10.n.119. toto §.p.407.

Implete hydrias aquâ. Marianis precibus exoratus ad perpetrandum miraculum ministros operas suas afferre voluit, vt cæteros edoceret ad depellendam calamitatem non solùm diuinam misericordiam implorandam; sed dexteram ad operationem etiam extendendam. c.10. n.194. toto §. p.430

Implenerunt eas vsque ad summum. Laborarunt ministri in hydriis adimplendis, nec tamen vinum leguntur gustasse; sed inuitatis exhibuisse. *Haurite nunc & ferte architriclino: & tulerunt.* Nescias an grandius fuerit miraculum aquam in vinum commutari, an ministros nil applicasse sibi: ministrorum illi mutauerunt ingenium, vt vndà mutauit, quo generosum transiret in vinum: cælestis namque probatur minister, qui nil sibi applicat ad commodum; sed omnia solicitat ad populi, & superioris obsequium. c.13.n.91.toto §.p.570

Nuptiæ factæ sunt. Ritè quidem peractæ, & consilio parentum vnitæ, quandoquidem Christus adfuit: celebres nuptiæ, quas Mariæ nobilitauit præsentia, & Christi honorauere miracula: iuuenes dum immaturè currunt ad nuptias nec parentum expectant placitum, architectantur sibi tormentum, sibi fœminæ iuuenesque persuadeant in celebrandis nuptiis fugiendum esse appetitus consilium, & expectandum parentum placitum. c.14.n.26.toto §.p.588

Nuptiæ factæ sunt in Canâ Galilææ. Inter contribules olim nuptiæ celebrantur, eratque sanctissimis legibus cautum, ne dum puellæ iuuenesve impotenti desiderio inardescerent, & prædecessorum gloriam innubilarent: nunc cauere debet prudentia, quod legum olim edicta: qui prudens ob nuptias honori notam non inuret, nec prædecessorum gloriam innubilabit. cap.14. n.44. toto §.p.594

Nuptiæ factæ sunt. Vbi Christus adfuit, & pax floruit: fortassis ibi non erat socrus, fortassis socer non erat: nam aliter vel in ipsis gaudiis inuidiosæ non decessent querelæ, nec iurgiorum, causæ: cùm de more nurus socrusque frequentibus dissideant iurgiis, vt socer etiam & gener leuibus discordare solitant causis.c.12.n.108.toto §.p.535

Nondum venit hora mea. Vinum in necessitate modò positi exorauerunt deuoti, cùm posteà vinum panemque à Christo Domino oblatum fastidierint ingrati: *durus est*, aiebant, *hic sermo.* Ecce in Christi hora fastidiebant ingrati, quod modò fortè exorauerunt anheli: nam de more homines Deum inuocant in necessitate deuoti; sed pòst fastidiunt ingrati. cap.10.num.149. toto §.p.416

Nondum venit hora mea: tantisper ad speciem distabit, quod petebatur, exequi; sed dum distulit vota, patrauit miracula: vt noueris aliquando se Deum tantisper exhibere inexorabilem, quò se præstiterit cumulatiùs misericordem. cap.10. n.171.toto §.p.423.

Fili vinum non habent. Egentes ad virginem matrem accurrunt, & per illam impetrant necessitati remedium; Maria sanctissima nullum ad se confugientem respuit, quia se omnibus

veluti debitricem constituit. cap.11.num.20. toto §.p.439

Implete hydrias aqua. De ipsa aqua vinum Christus Dominus generositate pretiosum fecit, & posse calamitatem in felicitatem conuerti edocuit. Profectò sapiens Christi Domini imitatus exemplum aquam commutat in vinum, hoc est ipsum infortunium de virtutis artificio vertit in prosperitatis augmentum.c.11.n.46.toto §. p.446

Vocatus est autem Iesus, *& discipuli eius.* Christus, eiusque discipuli humanissimè inuitati, altiqúe calamitatis extiterunt exilium, & indigentiæ leuamentum. Certè quod pauperibus penditur, ad expendentis commodum incrementatur, & pauperes altibenigneque accepti optimi sunt contra aduersitatem patroni. c.11. num.51. toto §.p.449

Vinum non habent. Indigentia, inopiaque anxiis persuasit implorare Virginis patrocinium: pro leuamento indigentiam retulerunt ad Christum: vinum hausto pretiosiùs, gustuique delicatiùs necessitas impetrauit, dum recurrere ad Christum docuit. O quàm si compulerit ad meliora necessitas, exiltimanda est felicitas.c.11.n.85. toto §. p.458

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

MATTHÆVS XX.

EXiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Operarij auroram anteuerterant, somnum dulcem depulerant, & temporalis commoditatis cupidi forum adierant vigilantissimi; cùm tamen sponsa verbis humanitate defluentibus inuitata recusauerit surgere, & lectulo renuntiare. Se plures certè denegant temporalis commoditatis studio, æternitatis pauciſſimi desiderio. c.12.n.69.toto §.p.524

Accipientes murmurabant. Quàm se actionibus à Christi Domini disciplinâ exulare ostendebant: ambiebant sibi operatij commoda, inuidebant cæteris lucra: & quidem si vt laborauerant in vinea; Christi excolerentur sapientia, aliis exoptassent dulcia, sibi exambissent amara: nam Christi discipulus sibi deligit amaritudinem, vt cæteris propinet dulcedinem.c.14.n.136. toto §.p.622

Arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Auri sitis Domino constituit inimicos, quos in vineam miserat operatios: expuncti sunt; imò ipsi Domini hæredem expungunt, dum iam non solùm aurum; sed & integram hæreditatem acquirere sibi cupiunt, & dum cupiunt, grauissimum sibi supplicium præter opinionem ascisciunt: nam qui plus humanarum rerum exambit, & periculum grande subit. cap.7. num.153. toto §.p.51

Arbitrati sunt quod plus essent accepturi. Dum cupiditatem suam moderatione non frenant, dum cæteris antecellere immoderatiùs exoptant, sibi inuident,& à vineæ Domino repulsi mœrent: felices essent, si se intra modestiæ terminos continuissent: est namque felix qui prouectionem suam intra terminos moderationis includit, vt infelix,qui nimium lucere exambit.c.8.n.249.toto §. p.189

Accipientes murmurabant. Dum accipiunt aurum, murmurant: quia plus accipientes aurum anhelant: antequam acciperent, non sic inarserat sitis, de ipsa possessione inflammatior exarsit: eò namque maiora cupimus, quò maiora possidemus. c.8.n.249.p.189

Murmurabant. Ambitio murmurationis mater paci & tranquillitati aduersatur. Ecce primi in quos sortiti sunt socios, obarmant linguas, & iactant in vineæ Dominum inuidiosas querelas: nec enim potuit florere tranquillitas, vbi ambitionis eam expugnabat peruersitas.In vineæ Dominum, in operarios cæteros insurgit ambitio, quæ tranquillitatis est pestis, & omnium salutis truculentissimus hostis. c. 9. num. 46. toto §. p. 236

Hi nouissimi vna hora fecerunt. Etsi nouissimi vna hora laborauerint, non inæquales ac priùs vocati pertulerunt sudores, laboresque imò vt placet interpretibus,studiosè adeò exiguum tempus vineæ culturæ impenderunt, vt primos antecesserint meritis, & supergressi sint operis;illi verò de audacia, de linguacitateque procuderunt sibi merita, vt præmia acquisierint lautiora: nam nonnullis ad dignitatem expiscandam pro meritis est audacia, & ambitionis molestia. c.10.n.50.p.385

Venientes autem & primi. Dignitatem suam plusquam de operatione, censeri cupiunt de tempore: laborauerant vltima non minori solertia; imò studiosiori industria; primi tamen æquales sibi non sustinentes eorum labores minuunt, & vineæ Dominum arguunt; & vineæ Dominus primis vltimos exæquauit; docuitque antiquitatem debere suscipi; sed pro meritis.c.9. n.173. toto §.p.263

Cùm venissent, qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. O quam se cœlestem pater hic familias ostendit. Aliis sine delationis tormento soluit promissum laboribus præmium, aliis adiecit auctarium. Quàm aliter homines se erga Deum gerunt? Mirum erit, si aliquando adiciant auctarium; imò si persoluant promissum. c. 13. num. 105. toto §. p.574

Amice, non facio tibi iniuriam. Ea operarij gliscebant inuidia, ea inuidentiæ inardebant flammâ, vt patrem-familias æquitatis normam, iustitiæ regulam infamarint, de iniustitiaque arguerint. Quid tunc? Audacia non exasperatur, verbis amarulentis non vtitur; imò quoad saniorem mentem reducat,amicum obmurmurantem compellat: feruescebat tunc subiectorum audacia: ergo noluit irritare furentem; sed frænare dulci ac vrbano sermone audacem: nam prudens superior insanientem subiectorum audaciam non irritat; sed vrbano ac molli sermone sedat. c.8.n.79.toto §.p.135

Amice non facio tibi iniuriam. Patientiam suam eximiè adornat, dum homuncionem sustinet;& amicum benignè appellat: est namque opus eximia patientia ad sustinendam homuncionis insolentiam, & obscuri audaciam.c.8.n.207.toto §. p. 175

Pares illos nobis fecisti. Quia familias pater benignitatis redundantia extremo tulerat laborantium tempore negligentiam, primi in ipsum armarunt linguam: in scandalum vertit humana temeritas largitatis beneficium, quod pro hominibus ad laborem excitandis cælestis impendebat benignitas: nonnulli profectò detorquent

redundantiam

redundantiam clementiæ cœlestis ad fouendam audaciam humanæ temeritatis. c.10.n.159.toto §. p.419

Amice non facio tibi iniuriam. Mira patris familias resplenduit tolerantia, dum procaci impetitur lingua: mordaci dente percussus sustinuit, & blandè insolenti linguæ respondit: cum sæpè acriùs ad vindicta impellat linguæ audacia, quàm impellat manus offensa. c.12.n.45.toto §.p.516

Et accipientes murmurabant aduersus patrem familias. Vno eodemque tempore liuori inuidentiæque inseruiunt, & lautiora à patre accipere beneficia discupiunt. Qui negligenter fortè incubuerant labori, ardenter student linguacitati: inuidentes cupiunt remunerari, & murmurantes grandiora donatiua sortiri. Ea est peccatoris cæcitas, vt cùm vitiis famuletur, habere Deum sibi benignum nitatur. c.10.n.154. toto §. p. 418

Cum venissent, qui circa vndecimam horam venerant. Dum sine expectationis solicitudinisque molestia redditur debitum, transit in copiosum beneficium: nam denarius ob laborem debitus ob solutionis celeritatem censeri potuit donatus. In beneficium transit debitum, si reddatur expromptum. c.8. n.271.p.196

Hi nouissimi vna horâ fecerunt. Acceperant ipsi antelationis beneficium, laboris præmium, & cùm de acceptis reddere debuissent gratiam ob dilargita aliis inuidiosam excitauere querelam. Et vtinam soli operarij largitorem lingua citate ferirent; verùm ferè nullus est, qui ad reddendam gratiam penset accepta; sed ad querelam quæ cæteris dilargita. c.10. num. 55. toto §. p. 386

Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Qui feliciter cœperant, infeliciter ab inceptis exorbitarunt: insticerant vineæ culturæ; sed strenuas operas liuida obscuratunt murmuratione: vocati sunt singulari beneficio; sed electi non sunt de murmurationis errato: non est perfecta laus feliciter exordiri, nisi contigerit consummare. c.13.n.60 toto §.p.560

Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei: *Quia nemo nos conduxit.* Dum otiosi, referuntur conductitij. Certè si ante patrem-familias otiosos alius inuitasset ad delictum, non recusassent obsequium: eorum felicitas fuit ad opus honestum vocari, non ad inhonestum acciri: nam otiosiras homines reddit venalitati obnoxios, & ad quodvis crimen paratos. c.9.n.76.toto §.p.245

DOMINICA IN SEXAGESIMA.

Lvcæ VIII.

V*Olucres cæli comederunt illud.* Tellus solerti agricolæ labore exculta, & siligineo grano ditata fructum domino denegauit, & auibus hoc est dæmonibus pependit. Quàm inuenta est tellus brutalitati copiosa; quàm agricolæ exuca! Vt noscas homines propria non semel creaturis prodigè impendere, & debita Numini tenaciter denegare. c.8.n.176.toto §.p.198

Aliud cecidit inter spinas, &c. Exortæ spinæ flauescentibus spicis restiterunt, & prouentibus refragatæ tellus depauperarunt coronaretur fundus laudabili fructuum vbertate; at dum nutrit spinas, hoc est culpas horrida dehonestatur pauperie: vt nouerit de culpa splendorem obnubisari, viresque ac diuitias amitti. c.7.n.105. toto §. p.36

Et volucres cæli comederunt illud. Volucris ænigmate commissi criminis publicatio describitur. Quas volucres terra opiparè pauit, ad publicandum instruxit: culpa namque tacere nescit; sed se prodit. c.7.n.110.p.37

Simul exortæ spinæ. Aggerandis, producendisque spinis, hoc est diuitiis tellus laborauit: verùm dum aduersatur grano, vt diuitiarum resplendeat cumulo, spinarum ditescit tormento: desciscunt pluies à virtute, vt vmbratile vitarint damnum, sed incrementasse inueniuntur detrimentum. c.8.n.171.toto §.p.165

Et volucres cæli comederunt illud. Quid comederunt? Siligineum granum. O quàm dicantur saporatiora vitio, quàm defectibus ignobilia templo, cùm tamen Deo meliora semper dicanda, non obscura defectibus offerenda. c. 13. n.99. toto §.p.573

Exortæ spinæ. En quem prouentum agricolæ tellus reddidit, post sulci molestias, post seminandi vigilias. Pro nobilitanda tellure agricola subiuit labores non modicos, & quibus cruenteur, accepit tribulos. Ab ipsis non semel, pro quibus subeuntur pericula, pro manare solent grauissima detrimenta. c. 12. n.27.§.p.510

Exiit qui seminat, seminare. Qui agricolæ munus accepit, & seminandis fundis studuit: exit seminare, qui seminat: id est, qui accepit ægriculturæ ministerium, illud impleuit, nec detorsit ad otium: exiit, vt campum coleret, non vt se pratorum vitu oblectaret: nec modica laus fuit agricolæ agriculturæ insudasse, cum non semel ministri munus detorqueant ad propria commoda, cùm solicitare debuissent Reipublicæ profutura. c.7. n.149. toto §.p.49

Et simul exortæ spinæ. Quod tribuli in vnum granum armantur? Granum militat virtutis præstantia; sed tribulus copia: nam vitium multitudine ferè semper armatus, robore virtus instruitur. c.7.n.197 toto §.p.66

Cecidit secus viam, & conculcatum est. Via à prætereuntibus conculcatur: ergo granum ob proximitatem pedibus teritur: idem pertulit secus viam, ac in via tulisset. Quam est noxia malorum proximitas? Plus certè aliquando cauendum est a non bene morato socio, quam à validò aduersario. c.7.n.201. toto §.p.67

Simul exortæ spinæ. Non expectarunt tribuli adolescere granum; sed occupare gestierunt sulcum. Certè ni in ipsis incunabulis opprimere studuissent triticum, eorum studium remansisset frustratum; & impleuerunt terram, & sementis suffocarunt efficaciam. In semine frugem suffocarunt, & quid contra vitia debeamus facere, peruersitate ostenderunt: nam quæ noxiè possunt crescere debent celeriter amputari. c.7. n.216.toto §.p.73

Aliud cecidit inter spinas. Iactum lego granum; sed terræ finibus non receptum; imò spinis impeditum, & quodammodò propulsatum. Certè tot vitiis præstabat terra habitaculum, vt granum inuenire nequeat hospitium. c.10. n.104. toto §.p. 402

Et natum aruit, quia non habebat humorem. Petrosa tellus alendis seminibus inuenitur ingrata: nã Petra innata siccitate perdurat: tenebatur tellus

tellus optimo grano diuitata copiosam producere messem, sed innatam petra conseruauit siccitatem: quia non habebat humorem. O quam difficulter denudatur consuetudo, quantumuis in contrarium adurgeat ratio. c. 9. num. 141. toto §. p. 265

Aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. En terra virtute exornata vber pendit tributum & agricolæ respondet copiosa, vt noueris plus virtuti dicatos, plus hominibus etiam esse proficuos. c. 9. num. 160. toto §. p. 270

Et conculcatum est. Quàm misera tellus, quæ vt volucribus ministret pactum, conculcata sordet: sibi acquisiuit ignominiam, vt opiparam brutis exhibeat mensam: proprio dedecore brutalem nutriuit famem, propria ignominia cibum ministrauit volucri. Certè miser est, qui ob alienum lucrum multorum sustinuit odium, & perpetrauit peccatum. cap. 9. numer. 257. toto §. p. 300

A solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur. Ecce superbia & diuitiarum copia Dei sustocant verbum, & solicitudinibus interstinguunt, & quod grauius virtus à dæmonibus potuisset perpeti detrimentum, ac patitur à facultatibus damnum? Certè grauius non semel virtuti detrimentum imminet à diuitibus, quàm ab hostibus. c. 12. num. 13. toto §. p. 506

Aliud cecidit secus viam. De viatorum consortio, proximitateve tellus cælesti grano ditata vberem non producit segetem; sed probosæ subiicitur conculcationi. Tellus à via viatorum vestigiis maculata distans fructum reddidit & nobilem, & copiosum: *Fecit fructum centuplum.* Ecqua huius discriminis causa est? Nulla certè alia nisi alteram tellurem viatoribus proximasse, aliam à circumcursantium turba distitisse. Vt noueris hominum fugiendum consortium, dignum proferre exambienti fructum. c. 13. n. 21. toto §. p. 548.

DOMINICA IN QVINQVAGESIMA, & in Festo Quadraginta horarum.

LVCÆ XVIII.

ECce ascendimus Ierosolymam, &c. Tertia die resurget. Christus Dominus Patri obsequens laborum adit volumina, & ab æmulis excogitata tormenta; verùm post horrisonos passionis fluctus, post adsultus inuidiæ sæuos portum resurrectionis appellit, & qui vt obediret, incunctanter adiit periculum, gloriosissimum est adeptus trophæum: nam qui pericula virtuti & obedientiæ postponit, ipsa obedientia propellit. c. 7. n. 47. toto §. p. 17

Ecce ascendamus Ierosolymam. Laudabili audacia curiam tendit cruciatus durissimus subiturus; non timet, quia nullo sæculi amore illigatur, aut cupiditate tenetur: nobis delicias intermittere, voluptati non indulgere, durum & solicitudine videtur plenum: nec mirum, cùm mundi amore illigati teneamur: nec enim potest gelido timore, dum fugit, non diuexari, quem constat amore voluptatis teneri. c. 7. num. 118. toto §. p. 39

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Non intelligunt Christi Domini passionem; imò surdis auribus transeunt: quia vti homines saluti, & corporis commodatibus attendunt: nec mirum, cùm non Eucharistiæ frequentauerint sacramentum. Certè qui hoc sacratissimo epulo in diuinitatem quodammodò transformantur, labores ardent honestos, & differtas mensas ciboscque tota arte conditos, vti virtuti fastidium periculosos. O quàm vitiis est Eucharistia tremendum fatum, & totius voluptatis excidium. c. 7. n. 243. toto §. p. 83

Ecce ascendimus Ierosolymam. Præcessit exemplo, qui ab humanis pompis recedere suos adurgebat mandato: quid enim facerent Apostoli, cùm cæli terræque Dominum pro ipsis aspicerent ambire crucem, & laboriosam adire mortem: miraculi ad instar esset seruos voluptatibus indulgere, & Dominum dicatum laboribus spectare: nam vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum. c. 7. n. 272. toto §. p. 93

Factum est autem cùm appropinquaret Iericho, &c. Iericho ciuitas est, quam Iosue terribili tubæ clangore subuertit, & audaci ferro edomuit. Hic Christus Dominus cæcum restituit visui, & vt eius sequeretur vestigia, beneficio suasit: *confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum.* Glorioſiùs Christus præ Iosue triumphum reportauit: est enim triumphus celebrior, quàm domare homines ferro, à cæcitate, & vitiorum excitare letargo. c. 7. num. 285. toto §. p. 97

Ipse verò multò magis clamabat. Clamare inceperat, nec tamen strepitu impeditus destitit: desiderabat de cæcitate triumphare, & opus esse ostendit, cæptis insistere, vt qui nouerat ad de vitiis reportandos triumphos satis non esse inchoare; sed virtutis opus perficere. c. 7. n. 289. toto §. p. 99

Factum est autem cùm appropinquaret Iericho, & Iesu fili Dauid, miserere mei. Iesus vocatus est, qui vitiis deditos, & ad pacem inuitanti reluctantes subuertit. Iesus vocatur, qui clamanti cæco ac misero indulget: idem nomen sortitus est Iosue, dum in Iericho dignam exercet vindictam, & Christus, dum benignam cæco impendit misericordiam. Oratio peperit sibi indulgentiam, vanitatis studium duram compulit ad vindictam, & idem nomen inflicta relpendet pœnâ, & impensa misericordiâ: quia adæquè celebrandum nomen excudit iusta delinquentium punitio, & prouida miserorum protectio. cap. 7. n. 318. toto §. p. 108

Increpabant eum, vt taceret. Contribules clamanti cæco obstrepebant, eius desideriis refragati, & cæcitatis patroni: non increpuerunt quia cæcus, & increpant, quia oculorum iam cupidus: nam cognati melius iuuant plerumque ad vitia, quàm virtutis promouerint desideria. c. 8. n. 64. toto §. p. 130

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Virtutis verba non excipiunt Apostoli turbis quodammodo immixti, & quia turbis immixti tantisper à Christo Domino separati; nam, vt notauit Marcus cap. 10. *præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant.* Si Christi pane tunc alti, depellerent lassitudinem; & calcandi vitia fouerent cordibus anxietatem. Mihi crede, cœlesti pane opus est ad lassitudinem subleuandam & victoriam plenè obtinendam. c. 8. n. 112. toto §. p. 146

Cæcus

Index ad Sacras Conciones.

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. Ni cæcus eſſet, ſecus Iericho non ſediſſet, cùm omnibus in comperto eſſet Iericuntinos muros inopinè ruere, & aduerſariis incolas tradere; verùm ſic homo peccatis deſipit, ſic cæcitate præpeditus, vt periculum inſtans neſciat euadere; imò periculo obiectus velit requieſcere. c. 8. n. 126 toto §. p. 151

Cæcus quidam ſedebat. Genus humanum in cæco delineatum ſedet Iericho vicinum: ibi mundialibus mendicitatibus indulget, vbi debuiſſet murorum caſum timere, ea peccatorum eſt cæcitas, vt ibi ſe exiſtimarint ſecuritate munitos, vbi cladibus conſtat expoſitos. c. 8. n. 133. toto §. p. 153

Ieſu Fili Dauid miſerere mei. Iam cæcitatis tenebras depellere inceperat, ſi iuxta Iericho ſedebat otioſus, & mundialibus fallaciis deditus: ad crucem tendentem maluit ſequi, quàm roſis Iericuntinis circumdari: adauxiſſet ſibi profectò damnum, ni Chriſti ſequeretur exemplum: plures à virtute recedentes, indulgenteſque voluptatibus, vt aliquale vitauerint ſibi damnum incrementant detrimentum. c. 8. num. 171. toto §. p. 165

Cæcus quidam ſedebat ſecus viam mendicans. In hoc cæco Adamum agnoſcunt Patres. Et expende quam fuerit euentus appetitioni contrarius: diuinitatem ambiuit & mendicitatem inuenit: ſalutis ſtabilitatem à cibo quæſiuit, & ob cibum ingemuit mendicus, & exoculatus: O quoties quæ ipſebus improbis perpetrata, contrariis ſucceſſibus ſunt punita. c. 9. num. 202. toto §. p. 283

Cæcus quidam ſedebat. In cæco figurabatur Adamus, vt Patres volunt; ſed inquires cur alij Iericho incolæ oculis non priuentur, & Adamus cæcitate prematur. Reſpondeo: Adamum delinquendi miniſtraſſe occaſionem: ergo licet alij grauius deliquerint, ipſe tenebras paſſus eſt, vt compertum fuerit ſceleris occaſionem, cauſamve miniſtrantem grauiorem calamitatem incurrere, & ſupplicium durius aliquando ſuſtinere. c. 9. n. 234. toto §. 293

Sedebat ſecus viam mendicans. Sedebat inopiæ cæcitatiſque aliquod mendicans ſolatium; verùm Chriſtus etſi ad medelam loci non indiguerit auxilio, adduci ad ſe cæcum iuſſit & diſcutere otium imperauit: *Iuſſit illum adduci ad ſe*: adductus recepit ſalutem, qui Iericho, hoc eſt mundo immerſus ſuſtinebat infirmitatem, quo nouerit non eſſe calamitatis remedium vitiis accedere; ſed diſtare. cap. 9. num. 275. toto §. p. 305

Sequebatur illum magnificans Deum; ad paſſionem eumtem ſequebatur, non ſolum quia ipſe receperat viſum; ſed quia videbat Chriſtum Dominum non recuſare tormentum. Profectò vti mors vrget ad opera, ſic Chriſti Paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella. c. 14. n. 163. toto §. p. 629.

FERIA IV. CINERVM.

GENESIS III.

Memento homo quia pulvis es. Non ait memento quod alij pulvis ſunt: propriæ mortis docet meditationem, non alienæ; verùm ferè omnes recordamur alienæ, & obliuiſcamur propria, ab aliis relicta concupiſcimus, deferenda a nobis omnia non aduertimus. Hinc vnde debuiſſet inoculatus ſæculi oriri contemptus, cæcus inflammatur ambitus. cap. 9. num. 32. toto §. 232

Memento homo quia pulvis es. Mortis memoriam ingerit, quia mors vrget ad opera, & fræuare edocet deſideria. c. 14. num. 163. toto §. p. 629

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reuerteris. Vt à ſuperbia recedamus, & cupiditatem frænemus, quid nobis acciderit ob ſuperbiam, gloriæque cupiditatem, in memoriam reuocat Eccleſia: de pulvere humilitas oritur, de elatione pulvis excitatur: profectò ſuperbia gloriæque cupiditas ſemper periculis plenæ, & contumelioſis non ſemel ſtragibus caſtigatæ. c. 9. n. 441. toto §. p. 359

Memento homo quia pulvis es. Et quid intererit pulveris recordatio? Plurimum ſanè: nam qui expunctò mortis timore temporalis incurrit mortis ſententiam, de mortis conſiderantia quibit æternam procudere ſibi vitam, & ipſum morbum, ſic vertet in ſalutis auxilium: nam prudens ipſum infortunium vertit in felicitatis augmentum. c. 11. n. 46. toto §. p. 446

Memento homo quia pulvis es, & in pulverem reuerteris. Mortis recordatione mortis anguſtias extenuat, dum ſæculi amorem hac conſideratione debilitat, mortem intrepidis oculis intuetur, qui amore ſæculi non ligatur, vt è contra non poteſt gelido timore non concuti, quem ſæculi conſtat cupiditatibus illigari. c. 7. n. 118. toto §. p. 39

MATTHÆI VI.

Cùm ieiunatis. Supponit fore ieiunandum cùm pulueris inconſtantia, fragilicáſque vitæ ac ſaluti aduerſetur: nam vti contraria contrariis curantur, ita quam intulit imbecillitatem gula, reparauit abſtinentia. Certè fortitudo eſt ieiunij proles legitima, & calamitatem depulit abſtinentia. c. 13. n. 51. toto §. p. 557

Cùm ieiunatis, nolite fieri & plures vt ſaluti conſulant, ieiuniorum auſteritatem abiurant, qui tamen dum palatij inſeruiunt deliciis, auxiliantur morborum cauſis: ſi aliquale periculum obedientiæ poſtponèrent, ipſa obedientia propellerent: nam qui obedientiæ poſtponit pericula, ipſa abigit obedientia. c. 7. num. 47. toto §. p. 17

Exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes. Ab hypocritis ſuos arcet, & faciem lauare iuber, non quò faciei docuerit ornatum; ſed ne hypocritarum illos peruertat exemplum: nouerat namque prauis nos facilè corrumpi, difficulter probis exemplis componi. c. 7. n. 86. toto §. p. 29

Vt appareant hominibus ieiunantes. Se fallunt hypocritæ, imponunt ſibi, & nihilominus grandis hypocritarum eſt nubes: aſpicienti cupiunt imponere virtutis vmbrâ, & tegere conſcientiam audacia. cap. 7. numer. 95. toto §. p. 32

Cùm ieiunatis, &c. Quid hypocritæ faciant ad euanidum lucrandum plauſum, in memoriam adducit, vt virtutis affectas de hypocritarum labotibus

laboribus honestè confundat. Certè indecorum erit, si virtutis milites vmbraticilia territarintpericula,quando vanitatis affectas indubia non territant detrimenta. cap.7. numer. 114. toto §. p.38

Cùm ieiunatis. Ieiunium docet, & nimiam corporis curam condemnat. Qui corpori seruit, multis inseruit: ergo corpori studiosè nimis non seruiat vt dæmonis deuitare possis fallacias. c.7.n.157.toto §. p.52

Cum ieiunatis. Corpus ieiunio extenuat, vt animæ robur addat: quia suos discupit coronari victoria, affligi imperat abstinentia: quia dum contra vitium infirmis corporis viribus depugnatur, faciliùs victoria acquiritur. c.7. n.170.toto §. p.56

Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. A Patre singularis quærit gloriam,à mundo hypocrita multiplex honoris solicitat vmbram, quantis artibus, quantis doloribus honoris stilla ab hypocrita exambitur! gloria virtutis minori pretio oblata contemnitur. c.8. n.43. toto §. p.123

Nolite thesaurizare vobis thesauros. Aggeratus thesaurus æruginem tineamque infensos sibi semper hostes producit, & latronum audaciam quodammodo impellit:eleemosyna honestè collocata thesauros parit in cœlo ab omni immunes periculo; imò in hoc mundo largitas felicitatis est vena, vt calamitatis mater est auaritia. c.8.n.116. toto §.p.147.

Thesaurizate vobis thesauros in cælo. Omnibus hanc cælestem doctrinam Dominus instillabat, præcipuè tamen Apostolos commonebat: in Apostolis Sacerdotes instruxit, & ab omni auaritiæ specie cauendum edocuit: auaritia laicum obscurat; at Sacerdotem quodammodo exaugurat. c.8.n.175.toto §.p.166

Caput tuum vnge. Non docet Christus capillos ad nitorem torquere, aut vnguentis pretiosissimis delinire; oppositi hypocritarum tristitudini hilaritatem, sordidis de industria capillis comam non affectatè vnctam, sed honestè mundatam. Itaque Dominus nitus est depellere vitium, non suasit corporis cultum, quandoquidem corporis cultus enigorat viros, & virtutis reddit certaminis ferè ineptos.c.8. num.283.toto §. p.200

Exterminant facies suas. Videbantur hypocritæ ambitionem fugere, virtutem sectari; verùm perversè industrij ambitionem ad speciem fugiebant, quia studiosius anhelabant. Agnosce ambitionis technas, dum gloriæ laudem non curat, ardentius, & studiosius anhelat. c. 9. n.66. toto §.p.243

Vbi ærugo & tinea demolitur. Alia vitia nonnullum delinquenti afferunt commodum;auaritia verò auoro dignum secum affecti tormentum: ærugo demolitur quod stomacho sæpe auffertur. Profectò auarus nulli inuenitur commodus:imò nec sibi consulit tenacissimus.c.9.n.176. toto §.p.275

Vbi fures effodiunt, & furantur. Solicita aggerandi diuitias cura diuitiarum tulit dispendia, latro diripit, tinea abrodit, & inde grauius nascitur diuitiarum dispendium, vbi laboriosius aggerarat studium. cap. 9. num. 278. toto §. p. 307

FERIA SEXTA POST CINERES.

MATTHÆI V.

Benefacite his qui oderunt vos. Ne dum stomachum ostendit, in te aduersarium, ac maleuolum inflammauerit, oportet fidem tibi amicum beneficiis reddere, vtque amico benefacere: prudens stultitia est,quæ inimicum nescire affectat,vt amium sibi constituat, & sibi consulat. Certè aliquando oportet stultescere, vt tibi possit consulere. cap.9. num. 345. toto §. p. 327

Diligite inimicos vestros. Ne patiamini inimicos, eos diligite: non est calamitatis solatium, non est honoris remedium imprudens vltio;imò inde promanat non ratò calamitatis augmentum vnde ob vindictam sperabatur solatium. cap.9. n.375.toto §.p.337

Audistis, quia dictum est: Odio habebis inimicum tuum. Dictum hoc adeò altè hominum præcordiis insedit, vt ea inimicum odij obstinatione auersentur, vt maluerint mori, quàm ab ipso vitam accipere. Sic nonnulli odio deliraruntvt maluerint mortem opperere, quàm veniam aut vitam ab inimico recipere. c. 9. num.379. toto §. p. 339

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros. Inimicum diligere non solum est virtutis fastigium; sed & diligentis commodum: qui vltionis repressit libidinem, acquisiuit virtutis gloriam, & depulit vltioni annexam ruinam: ipso remedio laboratur, & dum quis de inimico vlciscitur, calamitatum fluctibus naufragatur,non semel altiori vulnere leuior redimitur plaga, & procuratur grauiori damno fortuna. c. 9. n.431. toto §.p.355

Ego autem dico vobis. Statuta erat apud antiquos vindicta, à Christo introducta est venia: virtuti,non consuetudini standum est: quia prudentis est consuetudinem inuertere, si inde consster scandalum exoriri. cap. 10. num. 27. toto §. p.378

Orate pro persequentibus, & vt sitis filij Patris vestri. Qui accepit iniuriam; dum non vlciscitur, in Dei filiorum censum refertur, ecce qui apud homines despicabilis, eximio apud cælites honore fulget, & filij prærogatiua resplendet: qui inimico pepercit, de ipsa iniuria sibi procudit ingentissimam gloriam, docuitque graue infortunium verti posse ad felicitatis augmentum. c.11.n.46. toto §. p.446

Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Pompa virtutis calumnianti, linguaque ferienti indulgere: nam non adeò exulceratur animus facto, quàm verbo: ergo ibi sumptuosior lucebit indulgentia,vbi viuidior doloris causa:est namque non semel grauior linguæ procacia, quàm operis sit offensa. cap. 12. num. 45. toto §. p.516

Vt sitis Filij Patris vestri. Durum est vltionis insaniam cohibere, offendentique parcere; verùm præmij magnitudo dolorem lenit, & ardorem furoris mollit: nos suis factis confundunt plures, qui se denegant, sibique vim inferunt temporalis vtilitatis studio, cùm nec ob elogium nominis nec ob præmium nos denegemus æternitatis. c.12.n.60.toto §.p.524

Vt

Vt fitis filij Patris vestri. Vt ad heroica virtutis opera allicerer, grandi nominis elogio exornauit, *vt fitis filij Patris vestri.* Si inter Dei filiorum censum vt redigi, à vindicta abstinemam ad heroica virtutis opera tenetur, qui speciali Numinis fauore exornatur. c. 12. num. 99. toto §. p. 532

Audistis quia dictum est. Facilè crediderant vltionem honestè posse exerceri, & in aduersarios amari, desiderabant vindictam, expetebant auidè vltionem : ergo dictum vti præceptum hauserunt, tum quia licere credimus quæ fieri ardentes desideramus, vt habes c. 14. n. 88. toto §. tum quia obedientia facilè impletur, dum studiis nostris attemperatur, vt habet. c. 7. n. 189. toto §. p. 63

Qui solem suum oriri facit super bonos & malos. Deus dum peccatoribus benefacit, vt inimicis benefaciamus, suo nos compellit exemplo: antiqui ad vindictam inflammarunt consilio, & cùm sequi debeamus exemplum Numinis, placitum sectamur antiquitatis: quia prauis facilè corrumpimus, difficultes probis exemplis docemur. c. 7. n. 86. toto §. p. 29

Vt fitis filij Patris vestri. Qui inimico parcit, esto apud homines subeat notam, apud Deum certè filij honorem acquirit & gratiam. Adde plures vitæ consulere honoris dispendio : ergo indignum erit, ni mundiali euanidoque honore allectus tanto renuntiaueris lucro. Proh dolor! rarus virtuti consulit immortali allectus lucro, cùm plures vitæ consulant honoris dispendio. c. 7. n. 109. toto §. p. 37

Ego autem dico vobis. Illud *autem* non sine emphasi adiectum est : ardua præcipit, cùm homines vltionis adurgeantur stimulo; verùm cum possit vires ministrare, qui veniam profitetur præcipere, sine dubio ad legis obseruantiam virtutis præstabit valentiam, quandoquidem Deus cùm ardua præcipit, vires addit, quibus difficultatem emollit. c. 7. num. 212. toto §. p. 72

Ego autem dico : Diligite inimicos vestros. Prudens, ne opus sit præstare veniem, prudentes cauebit, quæ afferre possint iniuriam : verba molliet, & iratum non irritabit : celeriter namque amputabit, quæ possunt nociuè crescere. c. 7. n. 216. toto §. p. 73

Benefacite his, qui oderunt vos. Vt sæua tempestas nauclerì industria eluditur, vt maris æstus frustratur, ita odium placatur arte : odientem, extollere, stomachantem laudare, de se modestè sentire est pacis ingenium, & amicitiæ artificium : nil ita conciliat pacem, vt decenter alios extollere, ac de se modestè sentire. c. 8. num. 87. toto §. p. 138

DOMINICA I. QVADRAGESIMÆ.

MATTHÆI IV.

Accedens tentator. Deum suspicatur esse Christum, & tamen accedere non veretur: vltra possibilitatem audet, & ne quid reliquerit intentatum, accedit. O quam nostram fugillat ignauiam cupiditatis temeritas, ambitionisque infatigabilis solicitudo. Discc ab ambitione virtuti incumbere, & salutis negotium solicitare. Ecce ambitio libidoque nihil verentur tentare si possint ardori exco consu-dere. c. 11. num. 198. toto §. p. 493

Vt tentaretur à diabolo : id est, vt de hostis gloriosum reportauerit triumphum, coluit austerum ieiunium, opus Christo non erat ad victoriam armis pœnitentiæ muniri ; voluit tamen ad reportandos triumphos homines suis actionibus edocere. Opus est plena de hostibus cupienti resplendere victoria carnem suam ieiuniorum pœnitentiæque vtili frænare inedia. c. 11. n. 214. toto §. p. 498

Hæc omnia tibi dabo. Virulentissimus hostis ad diuitiarum recurrit armamentarium, vt virtuti intulerit bellum : parum illi visum est virtutem oppugnare dolosis fallaciis, ni aggressus fuerit diuitiis & quidem grauius non semel virtuti detrimentum imminere videtur à diuitibus, quàm ab hostibus. c. 12. num. 13. toto §. p. 506

Accedens tentator. Dei existimat Filium, cælesti voce non ignorat proclamatum, & candidissimæ columbæ testimonio proditum, & tamen accedit, si possit technis dolosissimis obscurare : vrebatur virgen:issimis superbiæ stimulis, ideoque nihil non tentat, vt tumorem superbiæ nutriat. Certè superbus non sustinet alium honore lucere, & si luceat, curat animitus obscurare. cap. 12. num. 8. toto §. p. 505

Hæc omnia tibi dabo. Dolum Christus patienter tulit, lapideos panes spreuit, præcipitium suadenti humanis verbis respondit ; modò verò imperio abiicit : *Vade sathana*, & eius studium prodit, vt nouerit tolerantiam non fuisse ignorantiæ prolem ; sed mansuetudinis filiam. Opus fuit, ne serperet insolentia, iratis piè verbis reprimere audaciam : sunt qui patienter lati grandiori turgeant insolentia superbi. c. 12. n. 23. toto §. p. 509

Tunc dixit ei Iesus : Vade sathana. Quando *tunc* ? Cùm humanè semel & iterum respondisset, & insolentiam frænare humanis verbis tentasset : supplicium intulit, non defatigatâ patientiâ ; sed persuadente iustitia : in vtroque exemplum superioribus præstitit dum audaciam tolerat, & dum crescentem insolentiam castigat : vt nouerint superiores alia priùs tentanda remedia, & tandem adhibenda supplicia. c. 12. num. 32. toto §. p. 512. & n. 49. toto §. p. 518

Mitte te deorsum : scriptum est enim quia Angelis suis mandauit de te, &c. Veternosus hostis, aduersarius virulentissimus Christi præsentia obturbatus tentare nescit, & cupit, vt præcipitium suadeat, vt volaticam apud homines gloriam ambire doceat, de scriptura profert Angelicos ad depellendum periculum, & ad præstandum delegatos obsequium : ipsum beneficium in benefactorem retorquet ; sed desipit, quandoquidem qui speciali Numinis fauore exornantur, ad heroica opera virtutis tenentur. c. 12. n. 99. toto §. p. 532

Si cadens adoraueris me. Facilius erat morigerum Numini exhibere obsequium, quàm dæmoni infame pendere adorationis tributum: ergo tentandi munus ignorat, cùm suadet cadere, vt dissuadeat obedire. O vtilem nobis erudilionem ! obedientiam ! seruitutem commutat, & nihilominus nonnullis detectare suasit obsequium, & ignobile ampiecti seruitium : luctuolam plures seruitutis patiuntur

*** æruinnam,

Digitized by Google

ctumnam, dum morigeram & detrectauere obedientiam. c.13.n.10.toto §.p.545

Ductus eſt Ieſus in deſertum ab ſpiritu. Deſertorum in receſſibus nobili redimitur Dominus triumpho, & reportato de hoſtibus adornatur trophæo: non egebat loci auxilio, ſed receſſit, vt ſuo nos ruditet exemplo, vt hominum videlicet fugias conſortium, ſi Deo dignum proferre diſcupis fructum. c. 13. num. 21. toto §. p.548

Poſteà eſuriit, & accedens tentator, &c. Ieiunantem tentat; ſed vincitur: fortis Chriſtus Dominus in acie perſtitit ieiuniorum armis munitus, nec iacuit de ſtatione fraudibus Diabolicis deturbatus: non egebat Chriſtus ad victoriam ieiunio; ſed nos docuit fortitudinem ieiunio gigni, & abſtinentia inimicum depelli. c.13. n.51.toto.§.p.557.

Tunc acceſſerunt Angeli. Feliciter exorſus fuerat Dominus inimicum debellare, nec tamen acceſſerunt Angeli; modò tamen iteratis, fauſtiſque acclamationibus triumphum celebrant, quia inimicum prorſus deuictum, & abactum non ignorant: conſummato triumpho plaudunt, inepto ad noſtram eruditionem nondum accedunt, vt noueris ſatis non eſſe feliciter exordiri, niſi contigerit conſummare. c. 13. num. 60. toto §.p.560

Ductus eſt Ieſus ab ſpiritu in deſertum. A ciuitatum tumultu ſeparat, quem ad congrediendum cum hoſte obarmat. Certè ciuitates opulentiæ armis, fraudum technis technarum dolis, ſi virtutem prorſus non oppugnant, frequentes ſaltem eneruant, ergo vt receſſum ames, Chriſtum ciuitatum adſultus fugere vides. Certè quos Deus ad magna præparat, à ciuitatum faſtu & tumultu liberat. c. 13. num. 119. toto §. p.579.

Mitte te deorſum. Vt peculiarem ſibi viam faceret perſuadebat, vtque a communi ſtylo recederet, exoptabat, quia nouerat à communi via exorbitare, periculum ſæpè adducere. c. 14. n.17. toto §. p.586

Oſtendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum. Vt tandem deprehendat, an Dei ſit filius, mundialem gloriam obiectat, Si ſpectatam concupiſcat: experientia nouerat veternoſus apud homines idem eſſe ſpectare & ambire: ergo mundi gloriam oſtendit, aut de cupiditate triumphaturus, aut de contemptu expellendus. Fuge gloriæ mundialis aſpectum: nam in hominibus ſic oculis appetituſque proximant, vt ferè idem ſit concupiſcere, & intueri. c.14.n.11.toto §.p.584

Cum ieiunaſſet, &c. Tentator vel miraculis interrumpi cupit ieiunium, quia pœnitentia erat illi ardentiſſima flamma: libentius ſpectaret perpetrantem miracula, quam rigida ſuſtinentem ieiunia, vt noueris ieiunium, pœnitentiamque ſæuum diabolo eſſe tormentum, & eius dolilitatis excidium. c.14.n.106. toto §.p.613

Et accedens tentator. Incolenti deſertum acceſſit tentationis exercitium; vbique Chriſtus Dominus dæmones detriumpharet, & eorum dolos euerteret; maluit tamen ad noſtram eruditionem non quærere; ſed in tentationem incidere: vt noueris pericula te adorientia facilius vinci, quæſita verò difficulter propulſari. c.14.c.119. toto §.p.618

FERIA IV. POST DOMINICAM I. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XII.

Niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Chriſtus ſe Dei filium adſtruit, dum ſui Ionam imaginem fuiſſe oſtendit. En Ionas proprio naufragio tranquillitatem procurauit alienam, tetrum ceti, ſuſtinuit carcerem, vt optatam cæteri adipiſcerentur ſalutem: quò hinc diſcant, qui Domini veſtigia ſequuntur, qui redigi in filiorum Dei cenſum volunt, ſibi deligere amaritudinem cæteris propinare dulcedinem. c.14.n.136. toto §. p. 622

Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Ionas Chriſto Domino configuratus, eiuſque imagine indutus Niniuitas traxit ad pœnitentiam, & pœnitentiâ delere perpetratam ſuaſit culpam. O quot ſaporatiſſimi fructus à Ionæ lingua promanarunt! O quot vitiorum cohortes ſermonum ſpiculis terga verterunt! Certè concionatoris Chriſto configurati lingua virtutum producit examina, & ſaporatiſſima mella. c.14.n.142. toto §. p.623

Magiſter volumus à te ſignum videre. Magiſtrum appellitant; ſed captioſas inſidias parant: pietatem ſimulant; ſed cædem anhelant: magnates potenteſque melliris ac dulcibus eredunt verbis & dum credunt, dolofis capiuntur inſidiis: nam ſæpè qui potentibus hilari vultu obſequuntur, animo aduerſo inſidiantur. c.14. num. 185. toto §. p. 635

Magiſter volumus à te ſignum videre. Viderant ſcribæ virtutis hoſtes dæmonum eſſe prædam, viderant vitiorum vernulas diabolicam ſuſtinere violentiam, nec tamen cladibus eruditi ab inſania deſtiterunt; ſed nouas benefactori inſidias pararunt: eamnamque peccatores cæcitate premuntur, vt nec calamitate vexati confugerint ad prudentiam, ſed proſequantur inſaniam. cap.9. n.389. toto §. p. 342

Surgent in iudicio cum generatione iſta, & condemnabunt eam. Arripiuntur iactis à prophetæ minis perculſi pœnitudinis ſcutum, & pœnitudine ſubuerſionis depulerunt naufragium; at ſcribæ, Phariſæique æmulati antiquam Niniuitarum licentiam, imitati non ſunt pœnitudinis medicinam. O quàm facilè prauis corrumpimur, quàm arduè honeſta exempla ſectamur. c.7.n.86. toto §. p. 29

Niſi ſignum Ionæ prophetæ. Ambiebant aëre coruſcare fulgera, vt Samuëlis tempore mugire tonitrua teſte D.Thoma in catena; Chriſtus verò Ionæ ſignum promiſit, vt qui ſtuderet non propriæ laudi; ſed ſubiectorum ſalutiinoluit apparere mirabilis; ſed ſalubris: nam optimus ſuperior propriæ laudis differt gloriam, vt à ſubiectis auertat culpam. c.7.n.76.toto §.p.26

Magiſter volumus. Mentiebantur reuerentiam, & obſequij vmbra tegere diſcupiebant fallaciam: magiſtrum vocant; ſed euertere inſidiis parant: ſunt enim nonnulli, qui geſtiunt imponere virturis vmbra, & diſſimulare fraudem audacia. c.7.n.95.toto §.p.32

Generatio mala, & adultera. Qui ſuperbientes acceſſerant, digna aſperitate puniuntur, & deipectu duriſſimè caſtigantur: eſt enim acerbiſſimum

acerbiſſimum ſuperbienti tormentum, ſi dum ambit plauſum, patiatur deſpectum. c.7. n.193. toto §. p.65

Volumus à te ſignum videre. Volunt videre ſignum, vt patratum obſcuratit miraculum: quaſi dæmonis exilium, oculorum lucem, linguæ libertatem, miraculum non habuerint; ſed artificium exiſtimarint. Ecce Chriſtus vel à dæmonibus conclamatus à ſuis habetur deſpectus: vt videat non ſemel quem apud exteros conſtat inſtar miraculi haberi, apud ſuos parui æſtimari. cap. 7. numero 251. toto §. p. 86

Volumus à te ſignum videre. Non potuerunt qui odioſâ intumeſcebant ſuperbiâ, non concinnare certamina: miracula petunt, non virtutis ſtudio; ſed calumniæ deſiderio: & quid aliud ſuperbi facerent, quando ſolum ad mouenda iurgia inueniuntur apti; ad virtutem verò inepti. c.8.n.30.toto §.p.119

Volumus à te ſignum videre. Reſplenduerat Chriſtus Dominus pulſo dæmone, vſu reſtituto linguæ, laudis admirationiſque gloriâ, & è veſtigio contra *ipſum* inſurgit inuidia: nam in reſplendentem præ aliis felicitate obarmantur plures æmulatione. c. 8. num. 69. toto §. p. 131

Magiſter volumus à te ſignum videre. Aduſti accedebant inuidiæ, & exigebant miracula, vtque impetrarent miracula, peruerſitatis diſſimularent ingenia, ad adulationis confugerunt patrocinia. Chriſtum magiſtrum vocant, rati eiſdem moribus ac magnates prædictum, quando non ignorabant apud magnates inaurari adulatione delictum, & fauorem emi deſideratum. c.8. n.183. toto §. p.168

Generatio mala & adultera ſignum quærit. Magnates perebant; ſed prauis moribus ſordidi, virtutique aduerſi: ergo Chriſtus Dominus reſtitit, nec miraculum patrare voluit: ſæculi magnates magnitudinem ſuam oſtentant, vanitatique ducunt indigna non ſemel petentibus concedere, & indignis auxiliari. c.9.num.51. toto §.p 238

Generatio mala & adultera. Quid generatio à virtute deſciſcens faceret, niſi vt obſcuraret ingratiſſimè miraculum, ad nouum recurrere miraculi teſtimonium: acceptam ſalutem gratitudine non ſoluerunt; ſed inſidias captioſiſſimas præparauerunt. Certè qui virtuti aduerſus, homini ferè nunquam exiſtit gratus. c. 8. n.347. toto §. p.221

Niſi ſignum Ionæ prophetæ. Affectabant exigere miraculum ad virtutis Chriſti Domini teſtimonium: ergo Chriſtus Dominus Paſſionis labores offert in virtutis argumentum, quo mentitum carpat officium. Dei filium prodebat proprio renuntiare ſplendori, & vti olim Ionas, illorum prouidere ſaluti. c.9. num.152.toto §. p.267

Reſponærunt Ieſu quidam de Scribis & Phariſæis. Quàm miſera erat illa Reſpublica, vbi agebant vitiorum cauſam, qui electi ad æquitatis tutelam. Certè exaggeratior Reipublicæ calamitas eſt, ſi electi ad ſalutis patrocinium, iniquitatis ſuſprauerint incrementum. c.9. n.265. toto §. p. 30,

Volumus à te ſignum videre. Cæci delirant, miracula à Chriſto impetrare diſcupiunt, & vti generatio mala & adultera indulgere vitiis contendunt: ea eſt peccatoris amentia, vt vno eodemque tempore vitiis deſideret famulari, & Deum auxiliatorem ſortiri. c.10. num.154. toto §. p. 418

FERIA VI. POST DOMINICAM I. Quadrageſimæ.

IOANNIS V.

ET ſtatim ſanus factus eſt homo ille. Chriſtus ſanitatem potuit refundere, quin homo grabatum tollere iuberetur; at voluit Paralytico ſalutem præſtitiſſe præcepto, vt obedientia foret aduerſus infirmitatem auxilio: obedientia namque eſt feliciratis vena, præcipuè ſi exprompta & honeſtè cæca. c. 7. num. 26. toto §. p. 10

Surge, tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſuſtulit, &c. Quàm exprompte impleuit præceptum, quia præceptum iubebat, quod illius erat ſtudium: fortaſſis ni obedientia eius attemperaretur votis, non ſic expleturus volaret alis; at ea obedientia expromptiſſimè impletur, quæ deſideriis noſtris attemperatur. c.7. n.189. toto §. p.63

Tolle grabatum tuum, & ambula. Et quomodò ambulabit paralyſi detentus, & infirmitate ligatus? Arduum videbatur grabatum tollere, qui difficulter poterat repere. Verùm qui præcepit, vires ad obedientiam refudit: nam Deus cùm ardua præcipit, animos addit, quibus difficultatem emollit. cap. 7. num. 212. toto §. p. 72

Nunc cùm vidiſſet Ieſus iacentem. De Principis aſpectu promanauit remedium, & diu agnouit iacuiſſe infirmum, ſuperiores Principeſque oculis perluſtrent regna: miniſtri namque vel dum ſe oculis ingerunt, damna ſolent Principibus occultare, aut relatione ſaltem minuere. c.7.n.140. toto §. p.82

Angelus Domini deſcendebat ſecundum tempus, &c. Quàm eſſet miſerum poſt tot ægritudinis moleſtias, poſt prolixas temporum moras Angelum non deſcendere; ſed otiari. Expectabant plures ſalutem ambientes, nec defatigabatur patientia, quia nota erat cunctis Angeli ſolertiſſima vigilantia: paralyticus cauſatus non eſt ab Angelo retardari; ſed hominem non habere. Miſeranda eſſet illa Reſpublica, ſi miniſter non adimpleret officium, cùm honoris acciperet ſtipendium. cap. 2. numero 247. toto §. p. 84

Dicebant ergo Iudæi illi, qui ſanatus fuerat, &c. Pauperem, & obſcurum hominem carpunt; in ſalutis opificem non inſurgunt. Et tamen, qui culpam fugillabant, lectum portare, culpam etiam rebantur lectum humeris ferendum imponere: cur ergo Chriſtum non arguunt, qui paralyticum reprehendunt? Quia miniſtri audent vel iniuſſi in pannoſos, cùm vel iuſſi manum non miſerint in ſplendidos. c. 8. num. 212. toto §. p. 177

Sabbatum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum. Quid tunc paralyticus? Qui me ſanum fecit, ille *mihi dixit.* A Chriſto Domino iuſſus lectum ferre, non poterat latione ſabbathi legibus contraire; videas tamen in paralytico honeſtè exequenti, quod pluribus accidit,

Digitized by Google

delineatùm, vt ſe gratos benefactori oſtenderint, quid lex iubeat, non attendunt: legem illi obiiciunt; ſed ille opponit benefactoris mandatum: nonnulli, vt ſe exhibeant gratos, videri non refugiunt legis oblitos. c.9.num.245.toto §. p.187

Quis eſt ille homo, qui dixit tibi. Beneficium impenſum detorquebant ad ſcandalum, & cui plaudere debebant, factioſis querelis & criminibus obſcurabant. O quoties gratum perſuadebant obſequium, detorquemus ad delictum.c.8. n.287. toto §. p.202

Hominem non habeo. Non ait, ſanitatem non mereor; ſed hominem non habeo: quia de ſæculi more ſciebat, ſi magnatum adſit fauor vel indignos promoueri; ſi deſit, vel dignos non ratò excludi. c.9.n.29.toto §.p.231

Hominem non habeo. Fors qui aſcitus ab amicis contraxit morbum. Solus inuenitur ad contractæ infirmitatis remedium: de more eſt hominibus ipſum, quem ſibi aſciuerant in auxilium, relinquere diſcrimine vrgente ſolum. c.9. n.371. toto §. p.316

Hominem non habeo. Fors ob id ſortitus eſt Deum, quia hominem non habebat: non eſſet homo calamitatis remedium, ſed infirmitatis auxilium; ea tamen eſt peccatorum cæcitas, vt vnde promanat calamitatis augmentum, ſuſpirent calamitatis ſolatium. c.9. num. 375. toto §. p.337

Iam noli peccare. Quam patiebatur, infirmitatem, docet Chriſtus à crimine prognatam, ab erroreque genitam, & tamen paralyticus culpam non abiurabat; ſed retinebat: ſic namque peccatores delipiunt, vt nec miſeria vexati ſe receperint ad prudentiam ſed proſequantur inſaniam. c.9.n.389.toto §.p.342

Erat quidam homo ibi, &c. Viuebat homo ille ſolùm ægritudini, durabat ſolùm dolori: omnia membra paralyſis infecerat, & illigarat; nec mirum ſi ob peccata infirmitas illi obuenerat: nam peccatum omni felicitate diſpoliat, miſeria ditat. c.10. num. 113. toto §. p.405

Iam noli peccare. Et quomodo peccauit iterum, qui cæleſte expectabat auxilium, & ab Angelo ſolicitabat remedium? Si neceſſitate oppreſſus, ſi ægritudine diuexatus ſuſpirabat ſanitatem, accepta iam ſanitate non poterit non oſtendere gratitudinem, ergo otioſum erit conſilium: *iam noli peccare.* Imò ſummè eſt neceſſarium: nam qui Deum inuocarunt in neceſſitate poſiti, poſtea obliuiſci ſolent ingrati. c.10.n.149.toto §.p.416

Ecce ſanus factus es, iam noli peccare. Ne peccet in memoriam reuocat accepiſſe à Domino ſanitatem, quia nouerat plures redundantiam diuinæ miſericordiæ deflectere ad fouendam inſaniam culpæ. c.10.n.159.toto §.p.419

Tolle grabatum tuum & ambula. Iuſſit abire me in confinio peſtilentium morborum contigerit remanere: aliorum namque peſtes acceptæ inſidiarentur ſaluti. Ergo ſi morbum cupit prorſus abigere, fugiat morbidis proximare; nam ſuſpecta eſt omnis ſalus, ſi morbo manſit vicina, aut peſtibus proxima. cap. 10. num. 185. toto §. p. 427

DOMINICA II. QVADRAGESIMÆ.

MATTHÆI XVII.

Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum, &c. Eos elegit ad ſpectaculi cæleſtis contemplationem, qui cæteros meritis anteibant, & virtutibus excellebant: ſalubris illa cunctis probabatur electio, quam non tam inclinationis ſuffragium, quàm virtutis perfecit meritum.c.10.n.190. toto §.p.428

Tibi vnum. Sibi, diſcipuliſque tabernacula extruere non curauit, vt qui iam gloriam quodammodò præguſtarat: non ambigebat conſtructis tribus tabernaculis eſſe Apoſtolos admittendos: nam cæleſtis felicitas vti ampliſſima conſortes exambit, humana vti anguſta reſpuit. c.11.n.36.toto §.p.444

Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Elias, Moyſes deſertorum quondam incola, Elias exul cæleſtibus ſplendoribus redimiuntur: tulerant anxios labores; ſed modò ampliſſimis fruuntur præmiis, vt noueris virtutem etſi ad tempus cogatur exulare, honorem tandem ſibi debitum obtinere. c.11.n.41.toto §.p.445

Faciamus hic tria tabernacula. Sibi tabernaculum non procurat, quia in tabernaculo alteri à ſe conſtructo ſe recipiendum ſperat: & quid negaret Petro, qui ob Petri induſtriam obtinuerit tabernaculum? Certè de humana conſuetudine locutus eſt Petrus: nil namque valet ſuperior illi negare, per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere. c. 11. num. 94. toto §. p. 461

Faciamus hic tria tabernacula. Doctrinalem habet templalim illud *hic*: ad labores Petrus manum non recuſat extendere, vbi magnum expendebat laborum fructum, & ingentiſſimum ſudoris præmium. Certè prudens priùs laborum fructum penſat, quàm duros labores adeat. c.11. n.103. toto §.p.464

Si vis. Non properat inconſultè tabernaculorum conſtructionem aggredi; ſed cæterorum ſuperior priùs cum Domino conſulit, & ſuperiores futuros inſtruit. Certè optimus ſuperior priùs facienda cum Deo conſulit, ne errauerit, ſi inconſultè proceſſerit. c. 11. num. 107. toto §. p.465

Bonum eſt nos hic eſſe. Timebat Petrus, ſi Ieruſalem intrarent, non modicis laboribus affligendos: ergo in montis receſſu ſuſpirabat remanere, vt labores quiuerit declinare; verùm Chriſtus Dominus de paſſione ſibi à Patre iuncta loquitur, & vri ſuperiorum forma docet Petrum prius debere legis curari obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam. c.11. num.119. toto §. p.469

Apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Colloquij materiam alius Euangeliſta expreſſit, & de paſſione iam appetente ſermonem texuiſſe affirmauit. Ecce vel gloriæ ſpecies, dum hoc in mundo refulget ſuperuenturis doloribus quodammodo obſcuratur, & gaudium, ſi fas eſt, dicere, ſolicitudinibus interrumpitur: vt noueris humanam felicitatem nunquam cumulatè plenam; ſed aliquibus ſimper anxietatibus perturbatam. c.11. num. 164 toto §. p.483

Apparue

Apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Gloriæ participes Moyſes & Elias reſplendebant, & tamen Petrus qua excellebat profundiſſima humilitate, non niſus eſt obſcurare; imò tabernaculis ſuffulcire: ſi ſuperbiæ fumo obſcuraretur, non ſuſtineret alios eminere; ſed contrectur detrudere: nam ſuperbus non ſuſtinet alios honoribus prælucere; ſed curat animitus denigrare. c.12. n.8. toto §.p.505

Faciamus hic tria tabernacula. Vt audiuit Petrus pro ſe ſociiſque ſuis ambire Chriſtum pericula, ne ſummam incurreret ingratitudinem, conſtruere adnititur tabernacula. O quàm indigni inueniuntur venia qui ſumma ingratitudine vrgent pro ipſorum ſalute laborantem, & pericula ſuſtinentem.c.12. num.40. toto §. p.515

Faciamus hic. Se fratreſque cæteris videbat prælatos, & ad mirum ſpectaculum prælectos: ergo præ aliis deuotionem ſuam oſtentat, & operibus gratitudinem comprobare adlaborat: nam ad heroica virtutis opera tenetur, qui ſpeciali Numinis fauore exornatur. c.12. n.99. toto §. p.532

Transfiguratus eſt ante eos. In montis ſeceſſu orat, & dum orat, alio Euangeliſta teſtante vultus ſplendorem oſtentat: quaſi oratio fuerit lucis mater, ſplendoris cæleſtis vena, & felicitatis officina. Certè oratio non ſolùm eſt naturæ ſupplementum, ægritudinum myrotheciũ; ſed felicitatis copioſiſſimum promptuarium. c.13.n.15.toto §.p.547

Duxit illos in montem,&c. Ab hominum conſortio ſeiunxit,quos cæleſti ſpectaculo conſecrauit:quo liberiùs vacarent Deo,ab hominum collegio ſeiunxit: vt nos eruditi hominum conſortium fugere, ſi dignum cupimus virtutis fructum profe.re. c.13.n.21.toto §.p.548

Moyſes & Elias cum eo loquentes. Loquebantur, vt teſtatur alius Euangeliſtia, de exceſſu, quem completurus erat in Ieruſalem. Laudabant operis conſummationem, vt nos edocerent, non eſſe plenam laudem feliciter exordiri, niſi contigerit conſummare. c.13. num.60. toto §. p.560

Si vis, faciamus hic tria tabernacula. Non ambiuit Petrus ſibi tabernaculum; ſed Chriſto; non curabat proprium commodum, ſed ad Dei omnia ſolicitabat obſequium, vt miniſtros edoceret: cæleſtis ſanè probatur miniſter, qui nihil ſibi applicat, ſed omnia ad obſequium ſuperioris ſolicitat. c.13.n.91.toto §.p.570

Faciamus hic tria tabernacula. Sibi conſtructionis laborem applicat, & vti Chriſti diſcipulus aliis commoditatem ſuſpirat:ardens namque charitas ſibi deligit labores,& aliis exambit commoditates. c.14. n.136.p.622

Faciamus hic. Diſcupiebat Petrus frui cæleſti præmio: ergo manus præparabat ad opus, tabernacula volebat conſtruere, non otio inerti indulgere: nam indulgere non debet otio, qui diſcupit redimiri trophæo. c.7. num.52. toto §. p. 18

Et acceſſit Ieſus, & tetigit eos. Gloriam ſuam diſtulit, vt diſcipulos cadentes erigeret; maluit illorum vitare ruinam, quàm lucis, ſplendoriſque tetrò inuiſam potiri pompam:quo nouerit ſuperior, vt à ſubiectis auerterit caſum, differre propriæ laudis, & vtilitatis commodum. c.7.n.76. toto §. p. 26

FERIA IV. POST DOMINICAM II. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XX.

Dic vt ſedeant hi duo filij mei. Audiunt crucem, & ambiunt thronum: non ignorant Chriſtum per duros crucis labores peruenturum ad regnum, & exambiunt gloriæ eſſe participes; ſed laborum exortes. Dignitas annexos habet labores; ſed plures laborem fugiunt, & ſplendorem exambiunt.c. 7. num.38. toto §. p. 14

Dic vt ſedeant. Neſcire quid petierint, manifeſtè probantur, cùm velint potiri præmio, indulgereque otio, cùm indulgere non poſſit otio, qui cæleſti diſcupit redimiri trophæo. c.7. n.52. toto §.p.18

Poteſtis bibere calicem, &c. *Poſſumus.* Ad quæ virtus pericula, & labores vocarit, oſtendit: propinat paſſionis calicem;ſed vti generoſi ac legitimi virtutis alumni calicem audiunt impauidi, & haurire geſtiunt intrepidi: minus benè actum eſſet cum virtute, ni eis gloriaretur aſſeclas, quos pericula non territent, quando temporalis dignitatis percupidi labores deuorant. O nos miſeros, quos virtutis vmbratilia fugant pericula, quando mundi aſſeclas indubia non fugauerint detrimenta. c.7.num.114. toto §.p.38

Poteſtis bibere calicem. Regnum teſte D.Thoma in cæteros, temporale putabant:ergo calix illis hauriendus eſt:quia non poteſt gelido timore non diuexari, quem conſtat ſæculi amore teneri, c.7.n.118. toto §.p.39

Neſcitis quid petatis. Chriſtus Dominus non ſtudebat euanido propinquorum ſplendori; ſed communi omnium ſaluti: ergo ſuos non euexit ad thronum: ſed ſtrenuè decertantium voluit eſſe brauium: nam optimus Reipublicæ adminiſter non tam ſtudet propinquorum ſplendori, quàm communi omnium ſaluti. c.7. n.129. toto §.p.43

Vt Sedeant hi duo filij mei. Ambiebant throni faſtigium; ſed vt tedentes ignauum ſectarentur otium: ſunt namque plures miniſtri, qui ad propria detorqueant commoda, officia Principi ac Reipublicæ profutura. c.7. num.149. toto §. p. 49

Calicem quidem meum bibetis. Dum temporalem, vt ipſi putabant, diſcupiunt thronum, in calicem amarum incidunt: non poterant non ſubire periculum, qui fouebant corde humanarum rerum ardentiſſimum deſiderium: nam quicumque humana exambit, & periculum etiam ſubit. c. 7. num. 153. toto §. p. 51

Poteſtis bibere calicem. Exiſtimebant calicem oblatum ſuis auxiliari deſideriis: ergo non renuunt bibere, qui aliter fortè renuiſſent. O quàm expromptè obedientia impletur, dum votis noſtris attemperatur.c.7.n.189. toto §.p.63

Poteſtis bibere calicem? Et quis ad Chriſti Domini bibendum calicem inueniatur fortis, quando vires ſuperiores requirit? quomodo ergo Ioannes & Didacus haurire poſſe confidunt? Quia Chriſtus Dominus dum voca-

bat ad calicem, infundebat etiam ad propinandum calicem fortitudinem: nam Deus cùm ardua præcipit, animos addit, quibus difficultatem emollit. c.7.n.212.toto §.p.72

Adorans & petens. Iam gratitudinis pendebat tributum, quæ filiis exoptabat regalem thronum: fortè quia nouerat maturam gratitudinem præmiorum esse efficacem negotiationem. c.7.n.259. toto §.p.89

Poteſtis bibere calicem, quem ego bibiturus ſum? Vt calicem sitiant, non ait: *Poteſtis bibere calicem*; sed adiecit, *Quem ego bibiturus ſum.* Quid Apostoli? *Possumus*, inquiunt: quia vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum. cap.7. num.272. toto §. p.93

Dic vt ſedeant hi duo filij mei. Non monuit filios cognati latus cingere, & laborum partem sibi vendicare; sed ambiuit assidere regnanti; non adesse patienti: quia cognati adesse periculis renuunt, interesse lucris exambiunt. c.8. n.35. toto §. p.121

Possumus. Quàm sitientes ambiunt calicem, dum temporalem ambiunt honorem! non sic exoptabant crucem: nec mirum, quando de more humani honoris stilla sitienter ambitur, virtutis gloria contemnitur. c. 8. num. 43. toto §. p. 123

Audientes decem indignati ſunt, &c. *Ieſus autem vocauit eos ad ſe*, &c. Omnes Apostolos idem armare debuit studium, ergo cauit Dominus, ne altercarentur iurgiis, aut dissiderent quæstionibus, docens quos coniungere debet idem contra communem hostem propositum, nullo dissungendos dissidio. c. 8. num. 60. toto §. p. 128

Calicem quidem meum bibetis. Ad virtutem Christus promouet, & ab euanidis cupiditatibus arcet, vt consanguinei munus impleuerit. O quàm plures à consanguinitatis legibus discrepant. Certè de more cognati melius iuuant ad vitia; quàm virtutis promouerint desideria. c.8. n.64. toto §.p. 130

Audientes decem indignati ſunt. Dum alios cupiunt antecedere thronorum gloria, indignationis coguntur subire certamina: Apostoli indignantur, cùm fratres præire felicitatis desiderio videntur: nam in resplendentem præ aliis felicitatis gloria plures armare solet inuidia. c.8.n.69. toto §. p. 131

FERIA VI. POST DOMINICAM II. Quadrageſima.

MATTHÆI XXI.

MAlos malè perdet, vt vineam ſuam, &c. Dum concessos sibi fructus auarè retinent, dignè amittunt; si lucrosum sibi pependissent tributum, ipsa largitate acquirerent sibi prædium: calamitatis mater est auaritia, largitas felicitatis est vena. c.8.n.116.toto §.p.147

Miſit alios ſeruos, &c. Qui inflicturus erat seuerissimam pœnam, misit seruos qui an, vt ferebatur, deliquissent agricolæ examinarent, & an ingratè negarent fructus referrent: nam quantò vehementior est infligenda pœna, tantò inquisitio præcedere debet solicita. c.8.n.123.toto §.p.149

Noſtra erit hæreditas. Appetebat iam ob perpetratam hæredis necem durissimum supplicium & scelesti promittebant sibi de cæde commodum: erant periculosa cæcitas peccati effectus: est namque peccati consequentia sic peccatorem desipere, vt periculum instans nesciat euadere. c.8.n.126. toto §.p.151

Noſtra erit hæreditas. Putabant virtutis hostes errore stabilientes, sicque delirabant, vt ibi se arbitrarentur securos, vbi cladibus constabat obiectos: nam virtutis hostes ibi se arbitrantur securos, vbi periculis obiecti, & calamitatibus diuexandi. c.8. num.133. toto §. p.153

Noſtra erit hæreditas. Illius Reipublicæ Principes Superioresque, vt sibi thronum fulcirent, inhiabant rapinis; nescientes thronum stabiliri obseruata iustitia, & destrui iniusta præda. c.8. n.138.toto §.p.155

Quid faciet agricolis illis? Ipsos transgressores interrogat, vt sententiam proferat, testes non examinat: nec mirum, quando rei erant Reipublicæ Principes, & magnates: ergo prudentia fuit delictorum testes non perquirere, quia cùm deterreret potentia, non inuenirentur delictorum testimonia. cap. 8. num. 143. toto §. p. 156

Malos malè perdet. Quis perdet? Cælestis Pater: nam si ille non curasset vindictam, nullus irrogaret magnatibus pœnam: est namque peregrinum magnatum puniri delicta, vt solitum laudari & extolli errata. c.8. num.162. toto §.p.162

Super quem verò ceciderit, conteret eum. Sacerdotibus in populo tunc dominantibus supplicium hoc imminere prædicit, nec ait modice lapidis casu vexandos; sed omnimodè conterendos. Sacerdotum namque duriorem pœnam sustinet culpa, quia esse debet Sacratior vita. c.8. n.158. toto §. p.160

Malos malè perdet, & vineam ſuam, &c. A virtute desciuerant, vt pestilens sibi aggerarent aurum, nec paupertatis sustinerent incommodum; verùm vinea priuantur, & supplicio durissimo conteruntur. Certè dum plures desciscunt à virtute, vt suspectum viraeuerunt sibi damnum, adauxerunt detrimentum. c.8.n.171.toto §. p.165

Noſtra erit hæreditas. Locarat vineam agricolis, hoc est, Sacerdotibus templum, vt debitos Domino missis soluerent pauperibus fructus; illi verò denegarunt auarè: ergo à vinea repelluntur: *vineam ſuam locabit aliis:* auaritia laicum obscurat; Sacerdotem verò quodammodò exaugurat. c.8. num. 175. toto §. p. 165

Noſtra erit hæreditas. Non dubitabant contra ius agere, non ignorabant innoxium sanguinem effudisse; & tamen futuræ pœnæ timore non solicitantur, nec solicitudine anguntur: & quare? Iam ipsi dicunt: *Noſtra erit hæreditas*: fidebant contra culpas diuitiis, aurum opponebant supplicio, vt qui de peruerso sæculi more experiebantur inultum præteriri delictum, quod copiosum defendit aurum. c.8.n.229.toto §.p.182

Et noſtra erit hæreditas. Felices essent, si fortunam suam intra moderationis terminos coarctassent; at dum coloni ampliſſimis vineis fundisque ditescere exambiunt, pereunt; excluduntur,

duntur, dum affectant dominium, vixiſſent proſecuti famulatum: felix eſt, qui prouectionem ſuam intra terminos moderationis includit, infelix, qui nimiùm lucere exambit. c.8.n.249.toto §. p. 189

Alium ceciderunt, alium occiderunt. Poſt priùs delegatorum ſtrages miniſtri non reſpuerunt legationem: quàm alij erant miniſtri ad colligendos fructus miſſi, & qui ſoluere debebant fructus! Alij vel proprio diſpendio curabant Principis commodum, alij infelici ſolum ſtudebant augmento. Optimus adminiſter ſua Principis commodis poſtponere conſueuit, malus propria detrimento Principis ampliare. c.8.n.257.toto §. p. 191

Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet. Fructus Deo debitos rapina ſubripuit, tenacitas denegauit: & fortaſſe vitiis prodigalitas pependit, & cupiditati appetitus dedicauit: propria non ſemel creaturis prodigi impendimus; Numini debita ſubripimus, aut tenacitate negamus. c.8.n.276.toto §.p.198

Noſtra erit hereditas. Vinea agricolis commiſſa gratuin perſuadebat obſequium, ipſi verò inde ſumpſerunt ſcandalum. O quoties ad ingratitudinis detorquemus ſcandalum, quæ perſuadebant obſequium. c.8. num.287. toto §. p. 202

Noſtra erit hereditas. Eccleſiaſticis bonis in vineæ hoc eſt templi redditibus figuratis ſuam promouere anhelauere fortunam, & poſteris ampliſſimum relinquere patrimonium; ait dum inhiant diuitiis, extremis opprimuntur miſeriis: *Malos male perdet.* Compertum habe ſibi imprudenter ſolicitaſſe ruinam, qui de Eccleſiaſticis bonis augere poſterorum nititur gloriam. c. 8. n. 291. toto §. p.203

DOMINICA III. QVADRAGESIMÆ.

LVCÆ XI.

ERat Ieſus eiiciens dæmonium. Chriſtus Dominus ſuperiorum norma ſubiectum à vitiis liberat, expellit dæmonem, & refundit dæmone expulſo ſalutem. Diſcant hinc qui regimen ſuſceperunt ſibi ipſis conſulere peccandi occaſiones præcidentes, & ſubiectos à criminibus refrænantes: indubia namque eſſe ſolet ſuperiori ruina exhibita ſubditis peccandi occaſio, aut à crimine non cohibitio. c. 8. num.298. toto §. p. 206

Locutus eſt mutus. Tranquillitate iam fruitur, qui dæmonem pectore refouens perturbationibus vrgebatur: certaminis cum hoſte laborem pax ſecuta eſt, efflorvit tranquillitas, & vigere cœpit commoditas. Certè expunctis vitiis pax floret & tranquillitas viget. c. 8. n.303. toto §. p. 207

Locutus eſt mutus. Dæmon ora ſilentio premebat, adeóque cæcutiebat peccator, vt hoſti patrocinaretur, ipſe calamitatem ſibi incrementabat, quia à dæmone recedere calamitatem credebat: ea eſt peccatorum cæcitas, vt vitiis renuntiare ſibi credant calamitatem aſciſcere. c.8. n.329. toto p.215

In Beelzebub Principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Virtuti aduerſantur non pauci, Chriſtus Dominus ſolus hic aduerſatus eſt dæmoni; qui modò armabantur linguacitate in virtutem, hominis præteribant cæcioribus oculis cæcitatem: vitio nunquam deſunt patroni, quique eius cauſas peragere diſcupiant ſoliciti. c.8.n.338.toto §. p. 218

Erat Ieſus eiiciens dæmonium. Illud *erat* operationis ſignificat energiam: quaſi opus fuerit ad expellendum dæmonem grandi conatu, & validiſſimo adniſu. Certè Chriſtus vel nutu dæmonum caſtra potuit euertere, dum tamen in aduerſario depellendo adlaborat, quàm vitia nobis inuiſcerentur, actionibus manifeſtat. Virtuti aliquando adhæremus; ſed vitiis adglutinamur. c.8. n.343.toto §.p.219

Et illud erat mutum. Fortè peccator admiſit dæmonem, vt calamitati occurreret, ab illo ſperans remedium, & aliquod laborum ſolatium; verùm oculorum & linguæ amiſiſſe probatur vſum. O quoties peccator ambitioſè ſuſpirat vti ſolatium, quod experitur poſtea calamitatis augmentum. c.9.n.375.toto §.p.337

Et illud erat mutum. Qui patiebatur dæmonem, ſic iam deſperauerat medicinam, vt ni Chriſtus ſpontè accederet, proſequeretur inſaniam: alij calamitatis ſolicitarunt remedium, hic obmutescens ſuſtinebat dæmonium, non ſemel peccator culpis obrutus deſperat veniam, & miſeram aſciſcit ſibi deſperando fortunam. c.9. n. 384. toto §. p.340

Et illud erat mutum. Nec à dæmone diuexatus quæritabat remedium, aut depellere diſcupiebat inimicum; imò ſancito cum morte fœdere proſequebatur inſaniam, nec ſe recipere ſatagebat ad prudentiam. Proh dolor! nec cladibus fracti ſe recipiunt peccatores ad prudentiam; ſed proſequuntur inſaniam. c.9.n.389.toto §.p.342

Erat Ieſus. Iure fauſtis acclamationibus celebratur, qui dæmonibus bellum indixit, & à ſæua hominem tyrannide liberauit: dignitatis reſplendet pompa, cuius præſentia exterminauit peccata, & cuius prouidentia pericula. c.10.n.17. toto §.p.375

Alij tentantes ſignum de cœlo quærebant ab eo. Criminabantur, teſte D. Thoma in catena, ſigna ſibi non data, quæ Eliæ ac Samuëlis tempore aliis probabantur conceſſa, cùm deberent depulſo dæmone debitas perſoluere gratias, ad factioſas recurrebant querelas: pluribus de more eſt aliis conceſſa exaggerare ad querelam, ſibi data non expendere ad gratiam. c.10.n.55. toto §. p. 386

Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus, &c. Quia aliquando dæmon à corde expulſus præcordia non habitauit, modum architectatus eſt, quo præciſum habitationis tempus ſibi reſtituerit, & amiſſum inſtaurarit: ſeptem alios ſecum adducit, & de ingeminato numero recuperat, quod perdiderat de exilio: nam iniqui, ſi aliquandiu intermiſerint crimina, non ſunt contenti reuocare; ſed iacturam temporis nouis acceſſionibus reſarcire. c. 10. num. 95. toto §. p. 400

Erat Ieſus eiiciens dæmonium. Qui vni dæmoni habitaculum præſtiterat, miſericordiæ locum non impediuit; at qui nequiores poſteà ſeptem admiſit, oſtium præcluſit, & aditum quodammodò denegauit: *Ingreſſi habitant ibi, & fiunt noviſſima hominis illius peiora prioribus.* Tot vitiis aliquando homo præſtat habitaculum,

Digitized by Google

vt nullum Deo relinquat hoſpitium. c.10. n.104. toto §.p.402

Et illud erat mutum. Linguæ vſu refertur mulctatus, & apud alios Euangeliſtas ſurdus & cæcus: & quid inconcuſſum dæmon relinqueret, quando peccatum omni peccatorem felicitate diſpoliat, & ærumnis copioſiſſimis ditat? c. 10. n.113.toto §.p.405

Et illud erat mutum. Dæmon vt ſe muniret, & contra virtutem prorſus armaret, linguæ impediuit vſum, & confeſſionis exterminauit remedium: qui peccata ſua confitetur, ipſa confeſſione virtutibus auxiliatur; vt è contra ſi quis delicta integrè non confitetur, in venenum conuertit antidotum, ipſóque laborat remedio, nec occurrere poteſt damnō. c.10. n. 145. toto §.p.415

Erat Ieſus eiiciens dæmonium. Quomodò eiecit? Non auſtero vſus remedio, non dutiſſima manu; ſed dulci imperio, & affabili vultu: vt diſcant Superiores vitia expungere, & peccatores ſeuerè non adurgere: dilucidiùs regentis lucet dexteritas, ſi diſſecante non vſus ferro, peſtilenti ſubueniat morbo. c.10. n. 162. toto §. p. 420

Signum de cœlo quærebant ab eo. Qui de cœlo ſigna denegauit, Ionæ ſignum, teſtante alio Euangeliſta, conceſſit: in quò ſe præſtiterit copioſius miſericordem, ſe ad ſpeciem præbebat inexorabilem: denegauit quæ petebat vanitas, ſignum conceſſit, quod poſtulabat neceſſitas: ſe aliquando Deus præbet ad ſpeciem inexorabilem, vt ſe cumulatiùs exhibeat miſericordem. c.10.n.171.toto §.p.423

FERIA IV. POST DOMINICAM III. Quadrageſimæ.

MATTHÆI XV.

QVare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Scribæ Phariſæique Apoſtolos calumniantur, nec pro ſe audies aliquam Chriſti diſcipulos attuliſſe excuſationem: toti erant in imitandis Chriſti veſtigiis, nec magni faciebant inuidioſis feriri labiis, vt virtutis edocerent alumnos Deo placere ardenter deſiderare, etſi opus ſit apud garrulos murmurationem ſubire. c.11.n.192.toto §.p.491

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? Qui mandata Dei prætergrediebantur, de violata traditione quæruntur: alios exoptabant omni delicti ſpecie carere, cùm ipſi vitiis non recuſauerint inſeruire. Certè qui meritis ac virtute nudus, alios obſcurare nititur deteſtabili tumore ſuperbus. c.12. num.53. toto §. p.519

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei? Vel dum cauſas indignationi miniſtrant ſcribæ, ingenitæ ſibi Chriſtus recordatur miſericordiæ: carpit illorum crimina ad ſpeciem iratus; ſed reuera benigniſſimus: nolebat damnare, quos vtili, piaque conſtabat obiurgatione corripere: nam cùm Deus noſtra nobis ſugillat errata, impertiri diſcupit beneficia. c.13. num. 31. toto §. p.551

Acceſſerunt ad Ieſum ab Ieroſolymis, &c. Reipublicæ illius primores iter inſtituunt, vt Chriſti Apoſtolos variis criminationibus obſcurarint, & calumniis impetiuerint; verùm aduerſariorum impetiti nube, calumniarum perterrefacti fragore, nullum experiuntur detrimentum; ſed Chriſti Domini ſortiuntur auxilium, vt videas virtutis alumnos adoriri aliquando pericula ſpecie truculentiſſima; ſed quæ diſpareant citò vti inania. c.14. num. 111. toto §. p. 615

Non lauant manus ſuas cùm panem manducant. Qui abſentes erant, Apoſtolos ſordidis manibus manducare panem non viderant; crimen tamen ſuſpectum, auditúmve ſic exaggerant, ſic condemnant, ac ſi hauiſſent oculis, & clariſſimis appareret indiciis. Quàm aliter Deus, ac homo! Deus ad noſtram eruditionem de vilis loquitur, ac ſi ſolùm eſſent conjecta, nos de conjectis, ac ſi eſſent viſa. c.7. num.81. toto §. p. 28

Quare diſcipuli tui. Dei mandata prætergreſſi tranſgreſſionem tegebant alienæ criminationis audacia, & plauſum quærebant ſibi virtutis vmbrâ, quaſi credi non potuerint legis tranſgreſſores, qui aliorum ad ſpeciem culpas ſic criminabantur audaces. Scito nonnullos virtutem mentiri audacia, & imponere virtutis vmbra. c.7. n. 95. toto §. p.32

Quare diſcipuli tui? A charitate longè diſtabant, qui charitatem ſimulare carpendo Apoſtolos ſatagebant, ſi ducerentur zelo, perſonas non tangerent, ſed quæ vitia arbitrabantur, expungerent; at dum perſonis inurunt notam, cauſam virtutis non peragunt; ſed liuoris: nam Dei miniſter curabit excitare, aut conuenire conſcientiam, & animitus fugiet delinquenti inurere notam. c.7. num.122. toto §. p. 41

Quare vos tranſgredimini mandatum Dei? Qui pro Dei mandatis tuendis ad dignitatem probabantur electi, ſiniſtra interpretatione ad proprium commodum legem detorquebant aŭari, quod à filiis erat parentibus impendendum, ob propriam vtilitatem teſtabantur templo applicandum. Miniſtri namque munus detorquere ſolent ad propria commoda, nec attendere virtuti & Reipublicæ profutura. c.7, n.149. toto §. p. 49

Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei? Tumebant Phariſæi inflatiſſimâ ſuperbia: ergo excitauerunt iurgia: ad virtutem inueniebantur tepidi, ad calumnias ardentiſſimi: ſuperbus namque ad mouenda iurgia inuenitur ſemper aptiſſimus, vt ad virtutem ignauus. c.8.num.30. toto §. p. 119

Quare diſcipuli tui? Quàm ſunt humilitatis & liuoris mores diuerſi! Humilitas ad proprios carpendos defectus inuenitur inoculata, ad alienas culpas cæca; è contra tumor ſibi cæcus aliena inueſtigat inoculatus: ſcribæ in ſe non agnoſcebant legum notiſſimam tranſgreſſionem, in Apoſtolis manuum deprehendebant ſorditiem: ea eſt humilitatis conditio, vt in ſe ſolùm agnoſcat ingloria, & ſolùm in alteris laudabilia. c.8.n.83.toto §.p.136

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum? Scribæ, Phariſæique in legem apertiſſimè delinquebant, nec audies, ſi Chriſtum excipias, illorum aliquem hic ſugillaſſe delicta; cùm tot criminationibus confecta Apoſtolorum hic arguantur peccata: nullus inuentus eſt, qui inſurgeret contra potentiâ præditos, plures opprimere

primere tentant inualidos : contra Apoſtolos tranſgreſſionis inuenta ſunt teſtimonia, contra Magnates nullos audiebatur querela : contra Magnatum delictum nulla inuenta ſunt teſtimonia, quia deterrebat omnes potentia. c. 8. n. 143. toto §. p. 156

Quare diſcipuli tui ? Vel leue ad ſpeciem defectum duriſſimè Phariſæi carpunt, nec acris inuectio fuiſſet damnanda, ſi culpa in Apoſtolis eſſet vera, Sacerdotum namque cùm eſſe debeat Sacratior vita, digna eſt graui correctione vel leuis etiam offenſa. c. 8. num. 158. toto §. p. 160

Quare & vos ? Ni tantus eſſet Chriſtus, magnatum delicta non carperet ; ſed calumniis etiam impetitus taceret, quandoquidem magnatum delicta rarò ſubire cenſuram, vt ferè ſemper adulationis inuenerunt commenta. c. 8. num. 162. toto §. p. 162

Quare diſcipuli tui ? Ni Chriſti eſſent diſcipuli, quos ſcribæ animitus auerſabantur, non paterentur querelas, nec rigidas ſubirent cenſuras; at dum Phariſæorum illis aduerſabantur affectus, vel manus non lauare grauiſſimus ſugillabatur reatus : forſitan manus non tegere in partialibus eſſet meritum, in contrariis erat delictum : quotidie videas in affectionis officina confingi merita, & inaurari delicta. Dei præceptum tranſgredi ſcriba ſcribis non opponebat, manus ſæpè non abſtergere in Apoſtolis condemnabat : nam, vt dicebam, affectio confingit merita & cæcutit ad delicta. c. 9. n. 70. toto §. p. 244

Nam Deus dixit : Honora patrem & matrem. Cùm parentes alere, & natura doceat, & lex diuina præcipiat, ſcribæ Phariſæique ſuadebant populo ſacrificia aris dicare, etſi ob illos ſumptus non poſſent parentibus ſubuenire : nec conſilium hoc erat religionis proles ; ſed auaritiæ progenies : deliderabant hoſtias, vt ſibi proueniret vtilitas, non vt erga Numen efloreret religioſitas. Ecce illis contingebat quod nonnullis Eccleſiaſticis modò accidit : dicandis Deo ſumptibus ſuorum geſtiunt felicitatem promouere, Eccleſiaſticiſque redditibus ad culmina dignitatis extollere. c. 9. n. 80. toto §. p. 246

Quare & vos tranſgredimini, &c. Temerariæ erat audaciæ, audaciſſimæque impudentiæ in vmbratiles Apoſtolorum defectus reprehenſionis ſeueritatem armare, & ſceleribus magnis ſordere, quandoquidem qui ſtudet vitia reprehendere, debet à reprehendendis diſtare. c. 9. num. 123. toto §. p. 259

Quare diſcipuli tui. Fortè non ignorabant legem ſe tranſgredi ; aſt vt minuerent culpam propriam, exaggerabant alienam, quaſi Apoſtolorum crimen illorum crimina inauraret, aut ſaltem imminueret : nonnullos videas, vt propriam excuſarint ignauiam, adaugere aliorum culpam. c. 9. n. 336. toto §. p. 324

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum ? Traditio plus quàm virtuti, inſeruiebat vanitati; externis lotionibus oſtentabant ſe mundatos, cùm ſe interiùs maculis non attenderent ſordidos : ergo Apoſtoli traditionem non obſeruabant, ex qua virtuti detrimentum exoriri videbant : eſt namque prudentis conſuetudinem demurare, ſi inde conſtet virtutis detrimentum oriri. c. 10. n. 27, toto §. p. 378

FERIA VI. POST DOMINICAM III. Quadrageſimæ.

IOANNIS IV.

VEnit mulier haurire aquam. Ardore defatigata, itineris puluere ſordida, fatigatione vexata aquam venit haurire, vt amaſio fortè expectanti frigidum poſſet poculum miniſtrare : ſui ipſius mulier defatigabatur oblita, vt appetitui aduletur defatigata : peccator namque grauiſſima contemnit incommoda, ne cum vitio ruperit fœdera. c. 10. n. 123. toto §. p. 408

Venit mulier de Samaria, &c. Quæ diu appetitui indulſerat, aquam ab altiſſimo puteo haurire veniebat. Quàm erat miſeranda mulier tamdiu vitio addicta & paupertate vexata : & quid aliud poſſet à culpa ſperare, quandoquidem peccatum felicitate diſpoliat, miſeria ditat. c. 10. n. 113. toto §. p. 405

Tu forſitan petiiſſes ab eo. Ad orationem impulit, quò à criminibus remoueret, vtque remedium mulier calamitatis acciperet : eſt namque oratio expromptum calamitatis remedium, ac ſalutis auxilium. c. 19. num. 119. toto §. p. 407

Quinque viros habuiſti. Quæ ſemel iniquitatis viam ingreſſa, pedem non retulit ; ſed deteſtabili perſeuerantia proſecuta eſt appetitum : fors timuit leuitatis inuri nota, ni defœdari perſiſteret culpa : nam ſic peccator aliquando cæcutit, vt in vitio affectet perſeuerantiam, ne leuitatis ſubierit notam. c. 10. n. 133. toto §. p. 411

Da mihi hanc aquam. A Deo miſericordiam precabatur criminibus addicta, & ſceleribus mancipata : vno eodemque tempore exambiebat vitiis famulari, & à Chriſto vitæ ſubſidia obtinere : ea eſt peccatorum cæcitas, vt quo tempore impendit vitiis famulatum, à Domino dari ſibi velit ſubſidium. c. 10. n. 154. toto §. p. 418

Venit mulier de Samaria. Ioannes Iacobuſque in criminoſos Samaritas ardentiſſimos flammarum globulos è cœlo trahere diſcupiebant ; at Chriſtus blandiſſimo alloquio à crimine Samaritanam retraxit, ac virtuti reſtituit, in quo eximia luxit dexteritas, & opportuna ſuperioribus doctrina : tunc lucet medicorum peritia, cùm ſubuenit morbo diſſecante non vſus ferro. c. 10. n. 162. toto §. p. 420

Haurire aquam. Quàm exiguum erat mulieri commodum, quàm moleſtum pendebat ſeruitutis tributum ! Certè miſerabilis erat, quæ moleſtum ſeruitutis exhibebat tributum, à quo nullum aut exiguum proueniebat neceſſitati remedium. cap. 10. num. 166. toto §. p. 422

Non habeo virum. Non habebat virum, cui aquam communicaret, fortaſſe habebat, vt peteret : vt humanam putauit aquam, recuſabat diuidere, ſi cœleſtem agnoſceret, geſtiret communicare : nec mirum, quandoquidem humana felicitas ita eſt anguſta, vt conſortem reſpuat, ita ampla cœleſtis, vt participem exambiat. c. 11. n. 36. toto §. p. 444

Da mihi bibere. Ab aquæ indiga aquam Dominus

Digitized by Google

minus poſtulauit, non tam cupiens ſitim explere, quam mulieris inopiam exterminare, contra aduerſitatem eſſet aqua dilargita ſubſidium, & contra inopiam ſolatium, quandoquidem pauperes alti, & benignè accepti optimi ſunt contra calamitates patroni. c. 11. n. 51. toto §. p. 448

Venit haurire aquam. Aquæ inopia occaſionem inueniendi Chriſtum miniſtrauit, fortunatior fuit mulier ob indigentiam, quàm fuiſſet ob copiam, quandoquidem copia ad meliora aditum non paraſſet, & neceſſitas ad reſipiſcendum duxit. Certè putanda eſt magna felicitas quæ ad meliora duxit neceſſitas. c. 11. num. 85. toto §. p. 458

Hora erat quaſi ſexta. Candentis lucis tulit ardorem, vt aquam hauriret, quam, vt nonnulli putant, & amaſio miniſtraret: quæ ſuſtinebat animi æſtum, ſolis deſpexit incendium, & ſalutis contempſit etiam periculum: nam ambitio, libidoque nihil verentur tentare, ſi poſſint ardori cæco conſulere. c. 11. n. 198. toto §. p. 493

Da mihi bibere. Aquam ingenti labore de altiſſimo puteo hauriebat aliqualis commoditatis deſiderium, & hauſtum præbere, virtutis non perſuadebat ſtudium: facilè erat hauſtam aquam præbere, difficile haurire; & tamen cœleſte non perſuaſit præmium, cùm temporale & exiguum ad hauriendam aquam traxerit commodum: plures laborant temporalis commoditatis ſtudio, æternitatis pauciſſimi deſiderio. c. 12. n. 69. toto §. p. 524

Quinque viros habuiſti. Quia ad impertienda properabat Dominus beneficia, mulieri anteactæ vitæ ſugillauit errata: ipſa delictorum ſugillatio beneficientiæ exordium fuit: nam cùm Deus in noſtra inuehitur errata, impertiri diſcupit beneficia. c. 13. n. 31. toto §. p. 551

Scio quia Meſſias venit. Mulier à Chriſto Domino edocta circa adorationem erraſſe vidit; verùm Meſſiæ expectatione voluit conſcientiam ſopire, & errorem protelare. O quoties peccatores proprios experti defectus ſibi fatagunt imponere, & conſcientiam variis cauſis cupiunt eludere. c. 13. n. 35. toto §. p. 552

Erat autem ibi fons Iacob. Vt fœminam ad continentiam traheret, vt reuocaret à libidine, iuxta puteum Iacob Chriſtus Dominus ſubſtitit, ibique ſedit: ſi ſacræ ſcripturæ conſulas Interpretes, inuenies Sichimitas ob violentiam Dinæ illatam vltore ferro punitos & detruncatos: ergo alienæ ſtragis memoriam Samaritana ſubeat, quò faciliùs ſe à vinculis cupiditatis expediat: aliena namque ob vitium ſtrages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat. c. 14. n. 147. toto §. p. 625

Quinque viros habuiſti. Samaritana pulchella, & inops honorem proſtituit, vt vitæ acquireret alimenta: ergo virtutis aſſeclas de iactura honoris confudit. Plures virtuti non conſulunt allecti lucro, cum vitæ ſæpè conſulatur famæ & honoris diſpendio. c. 7. n. 109. toto §. p. 37

Hora erat quaſi ſexta. Haurire venit aquam Samaritana, id eſt, teſte Auguſtino apud D. Thomam in catena, de profundo ſæculi voluptatem. En nec ardor detinuit, nec contrahendi morbi periculum à quæritanda aqua mulierem auertit; cùm non ſemel virtutis aſſeclas vel leuia pericula à virtutis itinere auertant, & ſaluti conſulere perſuadeant. Certè mundi amatores indubia, non frænarunt detrimenta, quando virtutis milites vel ſomniata fugant pericula. c. 7. n. 114. toto §. p. 38

Sedebat ſic ſupra fontem. Opus erat, vt Samaritanam ad virtutem traheret, eius conuenire conſcientiam, & detegere vitam: ergo ſubſtitit ſolus, ne defectus prodens inureret notam, aut obiurgatione læſerit famam: & hoc mulierem infimæ notæ & proſtitutæ famæ allocuturus, quo Euangelicos doceat concionatores peccatorum excitare conſcientiam, & animitus deuitare correpto notam. cap. 7. num. 122. toto §. p. 41

Sedebat ſic. Poſt itineris labores ſedebat honeſtè otioſus: quia otiabatur defatigatus: non eſt ignobile otium, quod labores honeſtiſſimi pepererunt: ſed quod deſidia & inertia procurarunt. c. 7. n. 133. toto §. p. 44

DOMINICA IV. QVADRAGESIMÆ.

IOANNIS VI.

Abiit Ieſus trans mare Galilæa. Multitudo magna Chriſtum ſecuta eſt, vſque ad deſerta contendens, & pericula nauigationis deſpiciens, & quidem feliciſſimo euentu: nam qui pericula prudenter obedientiæ ac virtuti poſtponit, ipſa obedientia propellit. c. 7. n. 47. toto §. p. 17

Sequebatur eum multitudo magna, &c. Videbat multitudo morbo languidum eximi, paralyticum ad Domini præceptum ſurgere; ergo vitæ ſequebantur auctorem, & ſecuti non ſolum vitæ, ſed & commoditati conſuluerunt ſaporatiſſimis panibus alti, & multiplicatis miraculosè piſcibus innutriti. Certè virtus obedientiáque felicitatis eſt vena, præcipuè ſi de cæcitate glorioſa. c. 7. n. 26. toto §. p. 10

Cùm ſublenaſſet oculos Ieſus. Populi Princeps dum oculis vtitur, dum quid ſubiectis expediat, agnoſcit, & indigentibus ſubuenit: forſitan ni vigilaſſet, & qui ſequebatur, periiſſet; at dum inuigilat, in omnium vtilitatem & alimenta incrementat, vt noueris Reipublicæ promanare felicitatem de Principis vigilantia, & laborem de ſomnolentia. cap. 7. num. 43. toto §. p. 15

Vnde ememus panes, vt manducent hi? Non attendebat Chriſtus ſolum Apoſtolorum ſplendori; ſed communi omnium ſaluti non aiebat: Vnde habebimus panes, vt manducetis; ſed *vt manducent hi.* In omnium vtilitatem vtebatur potentia, & ad ſalutem omnium edebat miracula Reipublicæ erudiens adminiſtros non tam conſulere aſſeclarum propinquorumve ſplendori, quàm communi omnium ſaluti. c. 7. n. 129. toto §. p. 43

Sequebatur eum multitudo magna. Adinſtar miraculi fuit tot hominum cateruas ſecum in deſertorum adducere ſolitudinem, quin eos aut prohibuerint maria, aut ciuitatum detinuerint deliciæ: inedia vexati ſequebantur, montium defatigati laboribus non deſiſtebant: quod adeò erat inſolitum, vt cibationis ad ſpeciem ſupergrederetur miraculum, quandoquidem, etſi indubia à vitio non retraxerint detrimenta, à virtute vel ſomniata arcere ſolent pericula. c. 7. n. 114. toto §. p. 38

Facite

Digitized by Google

Facite homines discumbere. Discubuerunt ergo. Quam sine reluctantia discubuerunt adimplentes præceptum, & exequentes mandatum! Desiderabant alimenta : ergo gratis auribus exceperunt mandata : quia obedientia expromptissimè impletur, dum obsequentis voris attemperatur. c.7.n.189.toto §.p.63

Cùm subleuasset oculos Iesus. Non poterant discipuli turbis quodammodò immixti, qua populus premebatur, inopiam ignorare, indigentiamque alimentorum nescire ; nullus tamen Domino apud Ioannem modo retulit, quovique ipse expansis oculis hausit. Certè vel cùm se oculis ingerunt damna, solent ministri Principibus occultare, aut saltem relatione minuere.c.7. n.240.toto §.p.82

Facite homines discumbere. Ordinatè quidem, non confusè : nam prouida, ordinataque dispositio est mater felicitatis, vt confusio parens discriminis. c.7.n.255.toto §.p.87

Venturi erant, vt raperent. Gratitudo fuit beneficij illicium, & generositatis testimonium: sibi ipsi inuidit commodum, qui gratitudinis denegauit tributum: nam matura gratitudo est beneficij incrementandi artificium, & generosi animi testimonium. c.7.n.259.toto §.p.89

Facite homines discumbere. Quas in Christum sequendo molestias perpetrarant miraculoso alimento & emollit & mollit : repulsi non sunt à laboris præmio, qui inuigilarunt seruitio.Certè durissimum est laboriosas ad molestias vocari, & à debito laboribus honore repelli. c. 8. n. 39. toto §.p.122

Discubuerunt ergo viri. Cœlesti pane omnem lassitudinem expunxerunt, & laborem alleuarunt : pane saporatissimo alti se Christo subiicere festinabant, & regem habere ambiebant : vt nouerit cœlestem panem lassitudinem tubleuare, & vires contra aduersarios infundere. c. 8. n.112. toto §.p.146

Vt raperent,& facerent eum regem. Humanitate diffluentem omnes moliti sunt honorare, & ad fastigium dignitatis euehere. Certè vt durus & inhumanus ab omnibus contemnitur,ita liberalis & humanus ab omnibus honoratur. c. 8. n. 152.toto §.p.159

Cum subleuasset oculos Iesus, & vidisset,&c. Vel inedia presti Christi lateribus adhærebant, nec pedem ciuitatem versus retulerant. O quàm se prudenter gesserunt virtuti addicti subsidium inuenerunt necessitati, si à Christo Domino recessissent, iteneris paterentur molestiam, & molestia incrementarent inopiam. Profectò plures dum à virtute desciscunt, vt ad speciem imminens vitauerint sibi damnum, adauxisse inuenti sunt detrimentum. c. 8. num. 171. toto §. p. 165

Facite homines discumbere. Panis multiplicatio non solùm fuit indigentium alimentum ; sed & largientis elogium, non distulit præmium, vt vidit exhibitum religiosè officium : si distulisset remunerare, obscurasset quodammodo beneficium, & liberalitatis imminueret præconium: est enim egregium donantis præconium, si exhibitum certamus pulueren exceperit præmium. c.8.n.242.toto §.p.186

Fugit in montem ipse solus. Fugit eligi, quia illa electio plus oriri videbatur ab eligentium commodo, quam à iudicio, cùm tamen persuadere deberet potiùs iudicium, quàm commodum. Discupiebant electores eligere sibi vtilem, cùm ob eximia merita elegisse deberent : ergo fugit Christus, & improbandam electionem edocuit, si non de iudicio, sed de eligentium oriatur commodo. c. 8. num. 253. toto §. p.190

Est puer vnus hic. Puerum istum aliquem ex discipulis fuisse arbitrantur Interpretes. Itaque Andreas vel alimenti proprij dispendio Christi Domini attendit honori, quandoquidem studia populi non remunerasse non videbatur decorum. O quam se Andreas,& qui panes exhibuit, optimos comprobauere ministros, & Principis honori dicatos! Certè optimus administer sua Principis commodis postponere consueuit, vt malus detrimento Principis ampliare. c.8.n.257. toto §.p.191

Est puer vnus hic. Ex Apostolorum penu, vt existimant Interpretes, populi indigentiæ subuentum est : ex ad se pertinentibus liberaliter Apostoli turbis impertiunt panes, & itineris solantur labores : ministros inuenias etiam liberalitate conspicuos ; eo tamen discrimine, vt sua auarè custodiant, ad alios, aut Rempublicam spectantia largè profundant. c. 8.n.273. toto §. p. 196

Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces. Solicitè facer retulit textus, quot puer ille Principi panes pependerit, pisces que ministrauerit. Opus fuit ad communem vtilitatem panes ab habente exigere, & oportuit quamplurimum rationem impensi haberi : aliter namque & subiectus penderet, & pensum ad Principem non veniret. Certè tributi à populo impensi ratio debet haberi solicita : nam fraudibus imminui solitat summa.c.8.n.280. toto §.p.199

Fugit in montem ipse solus. Quàm citò offerebant dignitatem : ergo ipsa præmij celeritas, si humanum stylum consulas, suspectum reddebat meritum, & quodammodò obscurabat fastigium, quandoquidem de sæculi more dignitas benemeritos tarde quærit, non ita dignos ardentius ac celeriùs exambit. c. 9. num. 130. toto §. p. 260

Fugit in montem ipse solus, Dei sapientia dignitatis fugit honorem, honoris recusat fastigium, & auersatur imperium. Quàm aliter se erga dignitates gerunt ambitiosi, & prudentes! Ambitiosis videtur fastigium omnibus artibus procurandum ; sed sapientibus fugiendum. c. 9. n.135. toto §.p.262

Fugit in montem ipse solus. Dignitatem fugit, vt sibi se ac cœlestibus haberet, dum multitudinem sequentem habuit, opus fuit alimenta prouidere, & vnde acquirenda fuerint, interrogare : ergo dignitatem ad nostram doctrinam fugit, suisque factis ostendit vel eo solum nomine dignitatem fugiendam, quia hominem sibi cœloque debitum quodammodò abalienet, detinearque minoris momenti occupationibus illigatum. cap. 9. num. 138. toto §. p. 263

FERIA

Index ad Sacras Conciones.

FERIA IV. POST DOMINICAM IV. Quadrageſima.

Ioannis IX.

Vidit hominem cæcum. Præteriens vidit, nec manus luto, ſi fas eſt dicere ſordidare tenuit, proprio renuntiauit quodammodo ſplendori charitatem commendant, dum alterius conſulebat ſaluti: lucet namque eximiè charitas, ſi renuntiet propriæ commoditati, vt alterius conſuluerit ſaluti. c. 9. n. 152. toto §. p. 267

Prateriens Ieſus. Itineris non recuſauit labores, vt hominum depelleret cæcitates: lucis ſortitus munus vtili ſemper rotatu depellit tenebras, & prouidendi ſuſcipit ſè gentibus curas, vt nouerit qui alios regit viandi labores non euitare, & prouidentiæ ſe curis impendere. c. 9. n. 156. toto §. p. 269

Prateriens Ieſus vidit. Cum Ieſu Apoſtoli ſimul præteribant; & tamen cæcum non referuntur vidiſſe, nec oculos indere procuraſſe. Qui longè excellebat virtute, cæcitatem depulit, & lucem refudit: nam qui virtutibus plus ornati, plus inueniuntur indigentibus proficui. c. 9. n. 160. toto §. p. 270

Hominem cæcum. In hoc cæco Adamum interpretes agnouerunt, vt videas quàm ſibi aduerſentur ſucceſſus, & ambitus: veternoſus promiſit ſerpens oculos diuinitatis luce perfuſos adaperiendos: *Aperientur*, aiebat, *oculi veſtri*: & modò cæcitate patitur clauſos: nam quæ ſpebus improbis perpetrata, contrariis non ſemel ſucceſſibus ſunt punita. c. 9. n. 202. toto §. p. 283

Non eſt hic homo à Deo. Electi ad virtutis tutelam iniquitatis agebant cauſam. O quam iam labaſcebat Reſpublica, vbi aduerſabantur ſaluti, qui aduerſari debuiſſent infirmitati. Certè miſeranda eſt Reſpublica, ſi electi ad æquitatis tutelam iniquitatis promoueant cauſam. c. 9. n. 265. toto §. p. 303

Non eſt hic homo à Deo. Chriſti æmuli & plauſus cupidi ſic ardenti maleuolentia vrebantur, vt ſatis fuerit exiguum lutum, vt arripuerint ſcandalum. Mirum non eſt, dum rabida æmulatione agitantur, luti criminari formationem, nec depulſam miraculosè attendere cæcitatem: maleuolentia namque à liuore profecta vt præcordiis inſidet altè, ſic leuiſſima inardeſcit occaſione. c. 9. n. 292. toto §. p. 311

Quis peccauit, hic aut parentes eius. Apoſtoli cæcitatem ſceleris filiam putarunt, & quidem ſi Adamus in hoc cæco adumbratus eſt, non incongruè ſuſpicati ſunt inde contraxiſſe cæcitatis laborem, vnde ſperabat accipere dignitatem: ab arbore dignitatem voluit mutuari, & ſe in diuinitatem inſerere; verùm vnde ſperabat exiguitatis auxilium, inde ſibi adauxit calamitatis tormentum: nam peccator vnde calamitatis ſuſpirat ſolatium, inde promanans ſuſtinet calamitatis augmentum. c. 9. num. 375. toto §. p. 337

Cæcum à natiuitate. Alij cæci ſibi viſum clamoribus procurabant; hic tamen improbo ſilentio tacebat; & quare? Fortè quia cæcitatis diuturnitate ſpem oculorum prorſus abiecerat, nec medicinam curabat. O quoties peccator culpis cæcus obrutuſque deſperat veniam, & miſeriorem aſciſcit ſibi deſperando fortunam. c. 9. n. 384. toto §. p. 340

Me oportet operari, &c. Non iuſſit Apoſtolos lutum conficere, non iuſſit confectum cæci oculis ſuperponere; ſed ipſe omnia labore proprio perfecit, vt Superiores doceat debere vt dignitate, in vtilitatem ſuorum antecedere etiam labore. c. 9. n. 410. toto §. p. 348

Linimit ſuper oculos eius. Si lutum Apoſtoli liniuiſſent, eorum Domino miraculum applicaretur ad famam; at dum ipſe perficit, cumulatiorem ſortitur gloriam: nam Princeps ſuperiorque cumulatiorem propriis factis acquirit gloriam, etſi ſuorum factis lucretur famam. c. 9. n. 427. toto §. p. 353

Lux ſum mundi. Qui lucis ſortiebatur officium, nihil aliud, quàm ſe lucem agnouit, & de infuſa ſalute famam immortalem inuenit. Quàm vtilis cæco fuit Superior lucis munus ſortitus, & ſolùm muneris recordatus. Ecce Dominus propheta audit. *Quia propheta eſt*: & cæcus reformatis oculis videt: nam Superior dum nil aliud eſt quàm officium, populo infundit ſalutem, & ſibi immortalem acquirit laudem. c. 10. num. 8. toto §. p. 372

Maledixerunt ergo ei? Cæcum maledictis execrationibuſque à Chriſti laude & miraculi promulgatione deterritum fatagebant arcere; at ille vt qui iam luce clariſſima vtebatur, contempſit maledicta, & execrationum vota. Certè vt rationabilis maledictio eſt extimeſcenda, ſic irrationabilis parui æſtimanda. c. 9. n. 229. toto §. p. 292

Vade laua in natatoria Siloe. Plura fecit Chriſtus ad cæcitatem depellendam, voluit tamen operas ſuas afferre cæcum in refuſi aſpectus auxilium, vt noueris ad depellendam calamitatem opus eſſe ope diuina, & operatione humana. c. 10. n. 194. toto §. p. 430

Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. Malè affecti Phariſæi legem Sabbathi corrumpebant, & miraculum vti delictum damnabant. Certè ſi iudices malè affecti pro libito iura aut corrumpent, aut extendent. c. 11. n. 81. toto §. p. 456

Non eſt hic homo à Deo. Affectabant legis curare obſeruantiam potiuſquam calamitatis repulſam, quo ſe optimos Reip. Principes mentirentur. Profectò Sabbathi religio non eſt à Chriſto violata; ſed adimpleta; ipſi verò confugientes ad calumniarum delirium exambiebant ſibi plauſum: & quidem iure acquirerent, ni deerrarent: nam optimus Superior habendus eſt, qui priùs curat legis obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam. c. 11. num. 119. toto §. p. 469

Non eſt hic homo à Deo qui Sabbathum non cuſtodit. De exigui formatione luti violatum Sabbathum querebantur, cùm ipſi Sabbathis & cadenti bruto conſulerent, & ſolutum à præſepibus adaquarent. Licitum erat aſinum adaquare, quia in Domini vergebat commodum, & illicitum putabant cæci oculos reformare, quia in Chriſti vergebat plauſum. O quoties eamdem rationem, ſi in noſtrum commodum inclinet, pollere aſſerimus efficaciâ, cùm ſi in alienum vergat, omni carere arbitremur energia. c. 11. n. 139. toto §. p. 475

Hac

Hæc dixerunt parentes eius quoniam timebant Iudæos. Cæci parentes, vt auerterent, quod ſibi ac filio ſuſpicabantur periculum, implicatum hoc excutere adlaborat negotium; maluerunt filio conſulere, quàm Chriſti cauſam defendere: eſt namque inſolitum Deo attendere prolis damno, vt frequens proli conſulere virtutis & Numinis detrimento. c.11. n.210. toto §. p.497

Non eſt hic homo à Deo. Non retraxit Chriſtum Dominum à beneficio, quam præuidebat. Phariſæorum quærela; ſed vt cæcitas commendabat potentiam, ſic calumnia tolerantiam, quandoquidem duriſſimum eſt feciſſe gratiam, & inuidioſam ſuſtinere querelam. c.12.n.36.toto §. p.513

Non eſt hic homo à Deo. Iam malè ſibi auſpicabantur, dum pro ipſis laborantem querelis ingratiſſimis criminarentur, Dei ſibi miſericordiam præcludebant, dum beneficum linguis percutere adlaborabant: indigni namque inueniuntur venia, qui ingrati adurgent pro ipſorum ſalute laborantem, & pericula ſuſtinentem. c.12. n.40.toto §.p.515

FERIA IV. POST DOMINICAM IV. Quadrageſimæ.

IOANNIS XI.

ERat quidam languens Lazarus. Lazarus dines nobiliſque refertur; ſed & languidus proditur: vt noueris humanam felicitatem nunquam cumulatè plenam; ſed aliquibus ſemper anxietatibus perturbatam. c.11. n.164. toto §. p.483

Domine, ſi fuiſſes hic. En Martha excitat querelas, cùm Chriſtus Dominus querelas de mulieribus excitare potuerit digniſſimas: nam cum ipſe amœniſſimo collocauerit in topiario, fœmina fœtido amandauit ſepulchro: ergo mulier fortaſſe timens illud: *Vbi poſuiſtis eum?* Chriſti cauſatur abſentiam, & mortis pronuntiat cauſam. Nonnulli dignas anteuertunt querelas, & queruli querelarum præuertunt cauſas. c.12. n.18.toto §.p.508

Iam fœtet. Quæ fratris defectum tegere debebat, euulgat, & pietatis ſpecie in medium affert ſuſpicionem: rarus eſt, qui alienum defectum ſilentio tegat, nec euulgandi pruritu effundat. c.12.n.61.toto §.p.522

Ecce quem amas, infirmatur, vt fratri ſubueniant morbo laboranti, ad orationem recurrunt, & Chriſto Domino neceſſitatem exponunt, vt quæ benè nouerant eſſe orationem naturæ ſupplementum, ægritudinum myrothecium, felicitatiſque promptuarium. c.13. n.15. toto §. p.547

Vbi poſuiſtis eum? Mulieres teſte Chryſologo arguit, fœminas increpat; ſed ipſa erratorum ſugillatio eſt quodammodo reſurrectionis promiſſio; nam cùm Deus nobis ſugillat errata, impertiri diſcupit beneficia. c. 13. n. 31. toto §. p.551

Ecce quem amas, infirmatur. Chriſtus Dominus vocatus neceſſitati adfuit; ſe tamen importunè non ingeſſit: nam vt erat ſuorum forma, ſuis factis edocuit Dei miniſtrum neceſſitati adfuturum, importunè tamen non ingerendum. cap. 13. num. 87. toto §. p. 568

Lazarus amicus noſter dormit; ſed vado, &c. Non recuſat itineris labores; imò pericula deſpicit, vt amicum excitarit, quo nouerit zelotypus ſe totum animarum ſaluti impendere, & neceſſitatibus adaptare. c. 13. n. 95. toto §. p. 571

Si fuiſſes hic. De peccatorum more Martha Lazari mortem adſcribit Deo; quaſi per Deum ſteterit à calamitate non eximi, cùm verum ſit hominem ipſum ſuis fœtoribus, & calamitatibus auxiliari: non ſtat per Deum peccatorem calamitatem non expungere; ſed per ipſum, qui ſtudet ſuis calamitatibus auxiliari. c.14. n.59. toto §. p.599

Nunc quærebant te Iudæi lapidare, &c. Vrgentiſſima videbantur imminere Chriſto pericula; ipſe tamen dum ſalutem proximi zelat, decantanda accipit à morte trophæa. Certè ſæpiſſimè tranſeunt in decantanda trophæa, quæ animarum zelotypum videbantur adoriri pericula. c.14. n.83. toto §. p.607

Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Vt à morte Lazarum eximant, pati Apoſtoli cum Chriſto Domino non recuſant: honeſtam mortem deglutiunt, & refundere demortuo vitam exambiunt: nam Chriſti diſcipulus ſibi deligit amaritudinem, cæteris propinat dulcedinem. c.14. n. 136.toto §.p.622

Tollite lapidem. Aſpectibus obiecit Lazarum peccatoris ænigma tenebris oppletum, & compedibus illigatum, vt inobedientiæ conſpicati pœnam, amplectantur obedientiam: nam etſi laborioſum ſit obedire, mortem eſt dulciſſimum declinare. Aliena certè ob vitium ſtrages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat. c.14. n.147.toto §.p.625

Vbi poſuiſtis eum? Ad ſepulchrum duxerunt fœminarum blanditiæ, & cupiditatum fallaciæ: nam fœminarum blanditiæ ſemper viris periculoſæ, vt ſemper fallaciis plenæ. c.14.n.213.toto §. p. 643

Ego ſum reſurrectio & vita. Qui reſurrectio erat, vt reſuſcitaret Lazarum, nec viandi labores fugit, nec inimicorum adſultus timuit: non excuſauit quos annexos ſecum dignitas afferebat labores; at plures laborem fugiunt, & ſplendorem exambiunt. c.7. num.38. toto §. p.14

Eamus & nos, &c. Chriſtus ad iter vocabat. *Eamus ad eum:* Thomas maluit defeciſſe vitæ, quàm obedientiæ; verùm dum pericula obedientiæ poſtponit, ipſa obedientia propellit. c. 7. n. 47.toto §.p.17

Eamus & nos. Non erat otioſa adhortatio, quandoquidem Apoſtolos territabant pericula, & detinebant terriculamenta: ea eſt inter virtutis & voluptatis illecebras differentia: virtutis alumnum leue ſolet deterrere periculum, voluptatis ſeruulos indubium non refrænat detrimentum. c.7.n.114.toto §.p.38

Lazare veni foras. Sic vitam refudit, vt non cum demortuo; ſed cum viuo loqui videretur: quod ſi inquiras, cur ita cum Lazaro diſſenerit, reſpondeo inſtruxiſſe Euangelicos miniſtros, decuiſſeque ferire clamore conſcientiam, & animitus delinquentis fugere notam. c.7.n.122. toto §. p. 41

Vt à ſomno excitem eum. Non venit Chriſtus, vt repetitis acclamationibus celebraretur; ſed vt

vt morti honeſtam inferret violentiam, & opportunam peccatori adhiberet medicinam, concionatores edocens de auditorum gloriari ſalute, non de acclamationum laude. c.7.n.292.toto §. p.100

Lazare veni foras. Timuit infernus Chriſti vocem, mors ad eius fugit aſpectum. Diſcat hinc concionator ſic viuere, vt ad eius aſpectum fugiant vitia, & ad clamorem vlularint inferna. c.7.n.302. toto §.p.103

Ecce quem amas infirmatur. Inſtar miraculi eſt ſorores fratris animæ procuraſſe ſalutem: nam hîc corporali infirmitate animorum adumbrati morbum, apud interpretes eſt receptum: ergo, vt dicebam, mirum fuit ſorores fratris criminibus non auxiliatas; ſed pro virtute ſolicitas, quando in plurimum meliùs iuuant cognati ad vitia, quam virtutem promouerint, aut perfectionem ſolicitant. c. 8. num.64. toto §. p.130

DOMINICA IN PASSIONE.

Ioannis VIII.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Solus Chriſtus Dominus totius peccati expers inuidentiæ ac liuoris ſe exponere potuit calumniis; imò ipſum Deum Samaritanum appellant: in reſplendentem namque præ aliis plauſus aut felicitatis gloria, captioſas ſemper inſidias molitur inuidia. c.8.n.69. toto §.p.131

Samaritanus es tu, & dæmonium habes. In ſe nihil inueniebant obſcurum; imò plaudebant erroribus cæciſſimis, & criminibus claris: *Nonne bene dicimus nos*, inquiunt, ſibi quodammodo gratulantes. In Chriſto Dauidis filio, & æterni Patris verbo & generis deprehendunt obſcuritatem, & criminis turpitudinem. Quàm ſe ſuperbia inflatos, & inflatione prodebant cæcos! Contrarium ſectarentur, ſi humiles eſſent, ſtylum: ea eſt namque humiliatis conditio, vt in ſe ſolùm agnoſcat, in gloria, in alteris laudabilia. c. 8. n. 83. toto §.p.136

Nonne bene dicimus nos. Chriſtum acrius duriuſque offendunt peccatum defendentes quam perpetrantes: non perpetrare erat facultatis, defendere obſtinationis: ſi agnouiſſent errorem, pœnitudine cohoneſtarent; at dum ſe honeſtè proceſſiſſe putabant falſi, diuinam in ſe iram exacerbabant cæciſſimi: minus namque irritat peccator improbitate delinquens, quàm delictum obſtinatione defendens. c.8.n.130. toto §. p. 152

Quis ex vobis arguet me de peccato? Sæculorum Rex non dedignatur ex ratione oſtendere ſe coluiſſe iuſtitiam, & nulli intuliſſe offenſam: non poterant inimici regnum eius obturbare, nec improbis conatibus impetere: Principem namque ſtabilit ſemper obſeruata iuſtitia, vt deſtruit iniuſta præda. c. 8. num. 138. toto §. p. 155

Eſt qui quærat & iudices. Populi primores præ aliis in Chriſtum Dominum furebant, & illum præ cæteris dehoneſtabant: ergo ad diuinum tribunal appellat, vt ibi eorum digna ſententia pœnaque puniantur delicta, quaſi eorum partes tribunalia facere ſtudeant humana. O nimis verum! Peregrinum eſt magnatum delicta puniri, quia de more conſtat laudari. c.8. n.162.toto §. p.162

Tulerunt ergo lapides. Obſcuri fortè homines & è media turba, cum turbis namque modo Chriſtus Dominus differebat, procaciſſima audacia, audaciſſimaque impendentia manus lapidibus obarmatas leuarunt; at Chriſtus mantueriſſimè ab eorum ſe aſpectibus ſubtraxit, & totam, ſi fas eſt dicere, cœleſtis tolerantiæ pompam explicuit: eſt namque eximia patientia opus ad tolerandam homuncionis inſolentiam, & ignobilis audaciam. c.8.n.207.toto §.p.175

Tulerunt ergo lapides. Et cur tulerunt? Quia dixerat ſe Abrahamo antiquiorem, vtpote qui illum creauerat, & à quo cùm eius eſſet creator, in mundo naſci decreuerat: ergo ingentiſſimum hoc Incarnationis beneficium ad ingratitudinis detorſerunt ſcandalum: quia non ſemel quæ deuotius perſuadebant obſequium, ad ingratitudinis detorquemus delirium. c.8. n.287. toto §. p.202

Abſcondit ſe, & exiuit de templo: Fugit populi magnatum fauore inſolentis audaciam, fugit procerum populi auxilio delirantium inſolentiam, & iure cùm ſæpe procerum tutela freti qui circumſtant deteſtanda perpetrarint facinora, vt etiam proceres circumſtantium filii temeritate liberiori delinquant audacia. c.9.n.58.toto §. p.240

Samaritanus es tu; & dæmonium habes. Confingebant delicta, quæ adſcriberent impeccabili: nec mirum, quando & inuidi & maleuoli. Certè in odij & amoris officina facilè excuduntur delicta, & inaurantur errata. c.9.n.70.toto §. p.244

Samaritanus es tu. Ex eorum quidem ſtirpe Chriſtus erat, eorum certè cognatus & contribulis; verùm ipſi conſanguinei, ne quid de euanido plauſu, aut de dignitatis imminueretur ſuggeſtu, generis notam impingebant, & virtutem obſcurabant. Adeò cæcus ambitionis eſt ardor, vt exuat naturam, & proprio generi irrogare non timeat notam. c. 9. num. 97. toto §. p. 251

Si veritatem dico vobis, &c. Qui veridicus, opus habuit fugere, & ne periret, abſcondi: *Abſcondit ſe, & exiuit de templo.* Quam malè ſemper apud homines audiuit veritas! Opus eſt veridico ſibi effugium prouidere, quia experientia docet ſibi periculum procreare. c. 9. num. 119. toto §. p. 258

Quis ex vobis arguet me de peccato? Populi obiurgaturus delicta omni ſe oſtendit peccatorum liberum macula, vt doceat male aliorum vitia reprehendi, ni obiurgatorem conſtet à ſugillatis diſtare. c.9.n.123.toto §.p.259.

Abſcondit ſe, & exiuit de templo. Imbecillitatis quodammodo notam incurrens ſe abſcondit, & ne grauiùs delinquendi occaſionem ſibi furentes facerent, de templo exiuit: poterat, ni charitate vrgeretur, oſtentare potentiam, punire audaciam; adeò tamen eximia fuit charitas, vt quo furentium conſuluerit ſaluti, proprio renuntiauerit ſplendori. c.9.n.152.toto §. p.267

Tulerunt ergo lapides. In Dominum, in iuer Principem audent: opus fuit Chriſto Domino abſcondi, & ſe iniquiſſimis ſubtrahere: & quid ab ſceleratis aliud ſperaretur: latum eſt morigeros gubernare; aſt calamitatibus plenum

plenum male moratis præſſe. c.9.n.180. toto §. p. 276

Tulerunt ergo lapides. Suſpicabantur Deo irrogaſſe iniuriam Samaritanis moribus, ſuſpiſcabatur antiquiſſimo Abrahamo ſe præterendo inuiſſe notam: ergo tulerunt lapides, non vt Dei agerent cauſam; ſed vt patris ſui Abrahami vlciſcerentur iniuriam: ſunt namque homines ardentiores in propriis vindicandis, quàm in Numinis offenſis vlciſcendis. c. 9. n. 225. toto §. p. 291

Samaritanus es tu. Verebantur Chriſtum miraculis celebrem, & elogiis popularibus celebrarum ad dignitatis faſtigium euehendum, nec ignorabant turbas in deſerto in regem ſibi deſideraſſe: ergo generi inurunt notam, & indignam ſibi moliuntur cautelam, cùm indecorum ſit æmuli obſcurare originem, vt tibi acquiſieris dignitatem. c. 9. num. 288. toto §. p. 309

Quis ex vobis arguet me de peccato? Dum ſe in exemplum propoſuit, & nulla poſſe rationabili calumnia imperioſtendit, ſe pluſquam hominem demonſtrauit: erat vel ab exordio Rex à Magis conclamatus, dux erat populi ab ſcribis teſtimonio ſcripturarum aſſertus: ergo nulla macula infici, nullo crimine denigrari non obſcurum fuit diuinitatis teſtimonium, quandoquidem vltra conſuetudinem eſt heroem ita viuere, vt non refugiat ab omnibus ſpectari, imò in exemplum poſſit proponi. c.7. n.267. toto §. p. 91

FERIA IV. POST DOMINICAM Paſſionis.

Ioannis X.

Quouſque animam noſtram tollis? Chriſti adcuſant culpæ, quod non agnouerit veritatem, cùm ipſum auerſarentur, quia veritatem palam diceret, & cæcitatem illorum carperet; verùm de more plurimis eſt, vt propriam excuſarint ignauiam, augere, aut confingere alterius culpam. c.9.n.336.toto §.p.324

In porticu Salomonis. Vide vbi tentata ſit Domini manſuetudo, in templo videlicet, vbi maior debebatur Numini reuerentia, & vbi reprimitur vel iniquorum audacia. De loco crimen auxerunt, quandoquidem templum vel iniquos componit & Numinis reuerentiam ſuadet. c.9.n.394. toto §. p. 345

Circumdederunt ergo eum. Qui oculos in ſacrificium dirigere debuiſſent, aſpectu per templum diuagabantur; alioquin Chriſtum deambulare non viderent, nec hoſtili obſidione cingerent; at liuori cupiditatique adulabantur, & templum petebant, vt adularentur: ibi Deum impetunt, vbi debuiſſent adorare, & religioni inſeruire: non ſemel dum oculi in templo diuagantur, affectionum tenebris corrumpuntur. c.9. n.413.toto §.p.349

Hymns erat. Certè frigore algebant, vt religioni tributum penderent: feruebant tamen, vt Chriſtum Dominum animo hoſtili circumdarent. Alios inuenit religio, alios æmulatio; hæc namque inuenit ad delicta intrepidos, illa ad virtutem ignauos. c. 9. num. 446. toto §. p. 360

Non eſtis ex ouibus meis. Quàm intrepidè magnatum carpebat Chriſtus Dominus cæcitatem, quàm palam illorum arguebat crimina! Omni ambitu florebat liber; deſerto oblatum regnum recuſarat: ergo libera fronte magnatum carpebat delicta, aliter præteriret, ſi ambitioſus, peccata: qui ambitione namque liber, poteſt corrigere, qui verò ambitioſus, illudet peccata diſſimulare. c.10.n.91.toto §.p.398

Dic nobis palam. Eodem tempore cupiunt beneficium illuſtrationis, & moleſtiis cinguntindaginis: vno eodemque tempore famulantur æmulationi, & Deum eorum quæruntur non famulari cupidini: talis eſt peccatorum cæcitas, vt dum vitiis præſtant famulatum, quærantur, ni Deum experiantur beneficium. c.10.n.154.toto §. p. 418

Suſtulerunt ergo lapides. Beneficiari latique patienter ad lapides cutrunt, quaſi ipſa Domini clementia, tolerantiaque occaſio eſſet temeritatis, ſi eos Dominus duros ſupplicio feriret, refræna rentur fortaſſis; quia tamen ſuffert, qua benignitate pollet, inſaniunt: plures namque inueniuntur, qui diuinam clementiam traxerint ad fouendam temeritatis audaciam. c. 10. n. 159. toto §.p.419

Nonne ſcriptum eſt in lege veſtra? Qui poterat eos duro ſupplicio plectere, maluit ratione conuincere: curabat namque non perdere; ſed ſaluare: oſtendebatque regimen tenentem curaturum potius ratione conuincere, quàm ſuppliciis plectere. c.11. num.128. toto §. p. 472

Quouſque animam noſtram tollis. Poterat Chriſtus Dominus iuſtè quæri, quod palam ſibi docenti non annuerent, nec fidem præſtarent; & tamen ſcribæ Phariſæique anteuerterunt querelas, & querelarum protulerunt confictas cauſas: eſt namque nonnullis de more factioſis, quas timent, anteuertiſſe querelas, & dignas querelarum præoccupare querulos cauſas. c.12. n.18. toto §. p. 508

Multa bona opera oſtendi vobis, &c. Quàm erat acerbum copioſam illis feciſſe gratiam, & inuidioſam pati querelam ingratitudinis metas tranſiliunt, dum non ſolùm gratias non reddunt ob beneficia; ſed ob beneficia armantur in bella. Certè duriſſimum eſt feciſſe gratiam, & querulam pati inuidiam. c.12. n.36. toto §. p.513

Vos non creditis, &c. A cœleſti grege excluduntur, qui beneficio obſtinatiſſimè refragantur: erronea ouis paſtoris humeris aduecta gregi iterum reddita eſt; iſti verò repelluntur excluſi, & iure, cùm veniâ ſint indigni, qui ingrati adurgent pro ipſorum ſalute laborantem, & pericula ſuſtinentem. c.12. n. 40. toto §. p. 515

Quouſque animam noſtram tollis? Experiebantur erga Chriſtum odium: non ignorabant degenerem fouere ſe affectum, & tamen veritati clariſſimè reſiſtentes, quod veritatem inuolucris texerit, quæruntur & criminantur: ea eſt peccatorum cæcitas, vt propriam in alios transferat culpam; experti noſtros defectus nobis imponimus, & conſcientiam coloratis cauſis eludimus. c. 13. num. 35. toto §. p. 552

Multa bona opera oſtendi vobis, &c. Eis Chriſtus Dominus virtutibus refulgebat, vt ei lapi

lapides iacerent ob beneficia, non poſſent contorquere ob peccata. Superiores iudiceſque ſuis factis Chriſtus edocuit ſic incorruptè fulgere, vt veriſimile non ſit legem aliquando violare. c.14. n.51. p.597

Quouſque animam noſtram tollis. Nolebant veritati aures præbere, & querebantur veritatem Chriſtum non demonſtrare. Quid tunc Dominus? *Loquar vobis & non creditis.* Expunxit calumniam, vt notum eſſet non ſtare per Deum errore non eximi; ſed per ipſos qui malebant erroribus auxiliari. c.14. num.59. toto §. p. 599

Suſtulerunt ergo lapides Iudæi. Grande ad ſpeciem lapidationis appetebat periculum, & tamen Chriſtus terga non vertit; ſed zelo inflammatus eos veritatem ſi poſſit mederi, edocuit. Ecce manus prehenſos lapides non proiiciunt, ecce in prædicantem vera non iaciunt, vt notum omnibus fuerit tranſire in decantanda trophæa, quæ Dei honoris zelotypum adoriebantur pericula. cap. 14. num. 83. toto §. p. 607

Suſtulerunt ergo lapides. Manſuetiſſimis verbis eos Chriſtus Dominus edocuerat, & ad veritatem allicere procurauerat; verùm acrior inde exarſit ira, vnde indignationis ſopiri debuiſſet flamma. Certè inuidia lues adeò mortifera eſt, vt difficulter patiatur medicinam, quia hominem tranſmutat in beſtiam. c.14. n. 96. toto §. p. 611

Ambulabat Ieſus in templo. Iudæi renouationis celebrabant feſtum: quia acquiſierant templum amiſſum; verùm qui nouerant acquirere, neſciuerant conſeruare: neſciunt namque plures conſeruare, etſi nouerint acquirere. c.14. n.123. toto §.p.619

Ambulabat Ieſus in templo. Feſtum celebranti, & religionem colenti inopina ad ſpeciem minitantur pericula: ecce aduerſarij lapidibus duriores, ſaxis duriſſimis obarmantur: *Suſtulerunt ergo lapides*; at qui euellendi lapides tulerunt laborem, iaciendi non experti ſunt voluptatem: illæſus exiuit Chriſtus à periculis illum adortis, vt doceat à periculis occurrentibus non adeò difficile eſſe expediri, vt eſt à quæſitis liberari. Mihi crede, difficulter ſe quis à quæſitis periculis explicabit, occurrentia faciliùs vincet. c.14.n.119. toto §.p.618

FERIA VI. POST DOMINICAM Paſſionis.

Ioannis XI.

TOllent noſtrum locum & gentem. Non poterant Chriſto non aduerſari; qui vt ſibi acquirerent commoda, virtuti ſuſpirabant detrimenta. Quàm alius erat Chriſtus! quò filios Dei, qui erant diſperſi, congregaret in vnum, mortis admiſit tormentum, vt Chriſti diſcipulus nouerit ſibi amplecti amaritudinem, vt cæteris propinet dulcedinem. c.14.n.136.toto §.622

Venient Romani. Præcauere ſibi anhelabant; verùm ipſa cautela non expunxerunt periculum; ſed auxerunt detrimentum. Locum & gentem tulerunt Romani ob illatam Chriſto necem, & intulerunt necem, ne locum & gentem tollerent Romani. Quàm alius fuit euentus & appetitus! Certè quæ ſpebus improbis perpetrata, non ſemel contrariis ſucceſſibus ſunt punita. c. 9. n. 202. toto §.p.283

Expedit. Vt occurrant imminenti ad ſpeciem periculo, cautelæ vtuntur remedio; verùm ſic ſtultè, vt remedio duriùs laborauerint, ſibique inuiderint. Sic cautio adhibenda eſt, vt depuleris periculum, non vt refoueris detrimentum. c.14. n.190.toto §.p.636

Tollent noſtrum locum & gentem. Qui à ſubiectis auertere debuiſſent culpam, ne dominis priuarentur laude ad extremam impulerunt offenſam. Quàm miſera fuit gens illa huiuſcemodi Superiores ſortita! Quam felix eſſet ſecuta Chriſtum, qui, vt à ſuis auerteret culpam, non ſolum vitam expoſuit, ſed laudem, & gloriam. Certè Superior ſubiectorum culpæ diſpendio non quæret gloriam; imò proprij ſplendoris iactura auertere curabit culpam. c.7.n.76.toto §. p. 26

Multa ſigna facit. Miraculorum conſcientiam tegere geſtiunt, dum oppugnauere miracula, & imponere procurarunt virtutis vmbra. O quot inueniuntur, qui conſcientiam regant audaciâ, & imponere cupiant virtutis vmbrâ. c. 7. n.95.toto §.p.32

Venient Romani. Timebant Romanos, ſi inſurgerent, coronandos victoria, ſicque obbrutuerunt, vt damno occurrerent culpa, cùm tamen vt exercitus felici coronetur victoriâ, iuuet quamplurimum legis religioſa obſeruantia. c. 7. n.104.toto §.p.35

Quid facimus? Turbabantur, acri timore diuexabantur, diſcupientes dominatu potiri, & ambitionem extendere. Certè non poteſt gelido timore non diuexari, quem conſtat ſæculi amore teneri. c.7.n.118.toto §.p.39

Vos neſcitis quicquam. Inhiabant propriis vtilitatibus, bene ambitioſi; ſed dum clarè inhiabant, malè politici: ergo illos præſes arguit, & communem ſalutem exteriùs ſaltem procurandam edocet: *Ne tota gens pereat*: & quidem Reipublicæ adminiſtri munus exigit non tam propriæ aut ſuorum vtilitati, quàm omnium ſtudere ſaluti. c. 7. num. 129. toto §. p. 43

Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit. Verentur, ſi virtutis plauſus creuerit, graue à Romanis periculum: ergo ne ſubeant periculum, extinguere adnituntur periculi exordium, vt à malitia contra malitiam erudiaris, noueriſque celeriter amputare, quæ noxiè poſſunt relicta creſcere. c. 7. n. 216. toto §. p. 73

Multa ſigna facit. Edebat miracula, Principibus nudam veritatem opponebat: *Si veritatem dico vobis*: ergo eius vitæ inſidiabantur correpti, & ſinapi veritatis percuſſi: pluribus namque ſe laboribus conſecrat, qui veritatis luce potentium tenebras nititur illuſtrare, & inſanias appetitus impedire. c.7.n.297.toto §.p.101

Quia hic homo multa ſigna facit. Inuidi pericula ſibi aſciſcunt, ſi inuidioſum poſſint delere, aut ſaltem fictis criminationibus obſcurare. Ecce ſic deirant inuidia, vt propriam felicitatem contemnant, ne inuidioſum celebratum plauſibus videant. c.8.n.48.toto §.p.125

Quia hic homo multa ſigna facit. Inuidi in miraculis famaque reſplendentem ſtimulis duriſſimis obarmantur, & quæ liuoris cauſa? Ipſa, qua reſplendebat

splendebat apud homines, gloria, nam in resplendentem præ aliis felicitate & gloria in caput unum, plures produxit invidia. c.8.n.69.toto §.p.131

Venient Romani. Timebant magistratus offendere, si Christi virtutibus plauderent: ergo ut novarem eis gererent, maluerunt Christum interficere quàm servare, verùm dum pollicitæ periculum satagunt deuitare, infelicitatem contrahunt afficere: nam aduentarunt Romani gentem subiugantes, & imperium auferentes: sæpe namque dum pollicitæ virtutis iniuria satagunt. Magnates allicere, calamitatem sibi compertum est procreare. c.8.n.108.toto §.p.144

Expedit ut vnus homo moriatur. De Christi nece securitatem sibi promittebant, & commoda suspirabant, cùmque sceleribus in se detrahentem excitarent procellam, arbitrabantur felicitatis procudere sibi causam. Sic virtutis hostes excæcantur, vt ibi se credant securitate munitos, vbi constat cladibus manifestius obiectos. c.8.n.133. toto §.p.153

Expedit ut vnus homo moriatur. A virtute deficiunt, vt suspectum propulsarint periculum; sed deficiendo indubium sibi vocarunt damnum: nam aduentantes Romani & gentem subiugarunt, & dominio interdixerunt: à virtute peccatores deficiunt, vt suspectum vitarint damnum; sed ipsa impia cautela incrementa se inueniuntur detrimentum. c.8. n.171. toto §. p.165

Hic homo multa signa facit. Patrata signa religiosum exigebant obsequium, & inde ferale incrementatum est odium: ad ingratitudinis detorserunt scandalum, quod deuotius persuadebat officium: quia non semel vnde oriri debuit deuotio, exorta probatur ingratitudo. c.8.n.267. toto §.p.293

DOMINICA IN PALMIS.

MATTHÆI XXI.

Ite in castellum, quod contra vos est, &c. Ad instar miraculi fuit asinam & pullum religioso studio Domino commodare, non esset miraculum dominos negotijs temporalibus exhibere, Dominus eis opus habebat, & qui habebat, opus erat Dominus: ergo ob id ipsum, vt dicebam, miraculi ad instar fuit: nam propria creaturis prodigi impendimus; at Numini debita denegamus. c.8.n.276.toto §.p.198

Hosanna filio Dauid. Quem triumphare aspiciunt, acclamationibus faustis, & iteratis extollunt: exiguo tempore elapso, alio in statu iuxta ad eumdem repetitis etiam clamoribus postulabant. O quam est de more sæculo felicem ad instar Numinis adorare & ipsum inuicta fortuna ingrata obliuione spernere. c.8.n.321. toto §.p.212

Soluite & adducite mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit. Illigatam asinam, hoc est humanam naturam in beatorum redactam censum peccatorum vinculis gestiunt soluere, & dum properant soluere, opus est in restitutum armari: quia vitio nunquam desunt patroni, qui causas eius peragere cupiant solueri. c.8. n.338. toto §.p.218

Inuenietis asinam illigatam. Quàm illigabatur præsepi, quam inhærebat cupiditati! Seruiuit aliquando Domino; sed victa dico iacuit vitio. Certè aliquando virtuti adhærenus; sed vitiis adglutinamur. cap.8. num.343. toto §. p.219

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua. Etsi eximis Christus Dominus resplenduerit virtutibus, mirum fuit debitis celebrari acclamationibus: erat pauper; & ad speciem inualidus: ergo virtutis consequi præmium, & potentiorum frustrari odium insolitum fuit miraculum; est namque mirum, si inualidus assequatur virtutis præmium, aut magnatum frustretur odium. cap. 9. num. 106. toto §. p. 253

Straverunt vestimenta sua in via. Tunc illorum fuerunt vestimenta, cum ad Christi obsequium strata: non remanierunt nudi, dum horuerunt religiosi: fortitan, si auarè retinuissent, vestimenta fuissent aliena: nam sæpe cæcum aggerandi diuitias studium fuit non indubium dispendium. c.9. n.278.toto §.p.307

Misit duos discipulos suos. Eos elegit, qui iussa facerent, nec potestatem extenderent, adeoque solitum est potestatem sibi factam amphiare ministrios, vt Euangelista adiecerit in horum commendationem. *Fecerunt sicut præcepit illis Iesus.* Certè ministri detorquere solent potestatem ad propria commoda, cùm attendere debeant Principi, & Reipublicæ profutura. c.7. num.149. toto §.p.49. & c.9.n.327.toto §.p.321

Fecerunt sic. Expromptiores visi sunt ad adducendam asinam pro triumpho, quàm ad orationibus inuigilandum pro Domini obsequio: hic semel iussi obtemperarunt, ibi semel & iterum excitati obdormierunt. Ecce expromptiores solent inueniri serui ad temporalia negotia, quam ad virtutis obsequia. c. 9. n.456. toto §. p.363

Hosanna filio Dauid. Ad mortem properabat, qui plausu & felicitate fulgebat: & quidem mors fuit ignobilissima; quia pompa celeberrima; nam præ cæteris felicitatibus clarus, & calamitati præ cæteris inuentur expositus. c.10.n. 141. toto §.p.413

Straverunt vestimenta sua. Filio Dauid à quo plurima acceperant beneficia, acclamationum pependerunt obsequia: nullum illis vitium est superuacaneum seruitutis tributum, quia non dubitabant à filio Dauid promanaturum necessitati remedium. Certe in his luxit prudentia, alios possidet stultitia: prolixum pendunt seruitutis tributum, a quo nullum promanare potest necessitati remedium. c.10.n.166.toto §.p.422

Plurima autem turba. O quam omnibus veniebat ad dignitatem cuectus meritorum suffragio, non consanguinitatis consilio: *Ecce rex tuus venit tibi*, id est, ad tuam venit vtilitatem salutemque, quando conclamatus est Rex virtute persuadente, non cognatione solicitante: salubris profectò probatur cunctis electio, quam non perfecit consanguinitatis, inclinationisve artificium; sed virtutis solum meritum. c.10. n. 190.toto §.p.428

Venit tibi. Ad illorum venit salutem, quando eius opem implorabant: *Hosanna filio Dauid, benedictus, qui venit, &c.* & manum ad virtutis opera nouâ extendebant: ait namque Euangelista: *Straverunt vestimenta sua, cædebant ramos*

vt noueris ad conſequendam ſalutem opus eſſe opem diuinam implorare, & ſimul dexteram ad operationem extendere. c.10.n.194.toto §.p.430

Quia Dominum his opus habet. Celebratus, conclamatuſque opus habet iumentorum miniſterio: qui habebat iumenta, non lucebat acclamatus; qui acclamatus, non ſortiebatur iumenta. Certè humana felicitas nunquam cumulatè plena, quia aliquibus ſemper anxietatibus perturbata. c.11. num.164. toto §. p.483.

Venit tibi manſuetus. Venit humilis, inter populatia præconia, & elogia repetita. Certè Dominus homines docuit triumphum integrum reportare, nec ipſum triumphum de triumphi gloriatione minuere: reſplendere nequit plena de hoſtibus victoria, niſi & vanitas iuguletur in humilitatis ora. c.11. n.187. toto §. p.490.

Turba, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant. Homines de media plebe celebrabant Chriſtum de diuitibus magnatibuſque nihil expreſſè refertur. Fortè quia diuites potentesque, vt in plurimum loquuntur vana, rariſſimè fructuoſa. c.12. n.73. toto §. p.526.

Venit tibi. Nod ſibi venit; & cùm ſibi non venit, Dominus cæleſtis apparuit. Certè è cælo eſt miniſter, qui proprium non quærit commodum; ſed inuigilat in populi, & virtutis obſequium. c.13. n.91. toto §. p.570.

PRO MAGDALENÆ VNCTIONE.

Ioannis XII.

VNxit pedes Ieſu, & exterſit, &c. Maria dum humilis veneranda Chriſti Domini vngit veſtigia, dæmonem Iudæ viſcera inhabitantem duriſſima aduſſit flamma: humilitas namque non ſolum reportauit triumphum; ſed ductum fuit infernorum tormentum. c.14. n.101. toto §.p.612.

Vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit, &c. Non poterat diu mors eam habitare domum, vbi in Maria lachrymoſa contra mortem depugnauerat pœnitentia: eſt namque pœnitentia diaboli tormentum, & virium mortis excidium. c.14.n.106.toto §.p.613

Quare hoc vnguentum non veniit. Ecce dum Maria virtutem colit, & feritur linguacitate; verùm quod malitia ad eius iactabat probrum, præbuit occaſionem Chriſto ad dilaudandum obſequium: virtutem colenti videntur imminere pericula; ſed quæ facillimè apparuerint inania. c.14. n.131. toto §. p.615.

Fur erat. Magna Iudæ ſanè impudentia, Mariam arguebat, quia in Chriſti obſequium impendebat propria, cùm ipſe ſuffuraretur aliena: & quidem & ſi Mariæ factum reprehendi debuiſſet, a Iuda non debebat carpi, cùm dæmoni cor tradiderit, quandoquidem debet triumphos priùs de dæmone reportare, qui alienam mitiur prauitatem depellere. c.14. n.115. toto §. p.616.

Vt in diem ſepulturæ meæ ſeruet illud. Cur Maria inſtante iam morte, Chriſtique ſepultura ſe ad religioſioria opera non vrgetet, quandoquidem Chriſti paſſio nos vrget ad opera, & mors ad virtutum feruentiſſima obſequia. c.14.163. toto §. p.629.

Qui erat eum traditurus. Criſto Domino præſtabat Iudas ad ſpeciem obſequium; ſed in illum proditionis texebat dolum: vt videas non ſemel animo aduerſo inſidiari, quibus, ſi dignitate fulgeant, affectant plures mendaciter inſeruire. c.14. n.185. toto §. p.635

Fecerunt ei cœnam ibi. Cœnæ aderat Chriſtus, & nihilominus denigratus eſt obmurmuratione Apoſtolus: neſcio quomodo frequenter conuiuia in virtutem proferant arma. Certè in conuiuiis magna debet adhiberi cautela, quia epulis ſolet inardeſcere lingua. c.14.n.195.toto §.p.637

Fur erat. Religionis vmbrâ armabatur in religionem: vt nummos raperet, affectabat eleemoſynam: nonuullos inuenias, qui religionem affectant, vt quod exambiunt, præripiant. c.9. n.62. toto §. p.241.

Sinite illa. Non detexit Chriſtus Iudæ auaritiam, etſi in communi corripuerit audaciam. Iudas audaci lingua factum infamauerat, & tamen Chriſtus non vnicum Iudam arguit; ſed ſalubrem omnibus doctrinam proponit, vt diſcat Euangelicus concionator corrigere culpam, & fugere animitus delinquenti inurere notam. c.7. n.122.toto §.p.41

Fur erat, & loculos habebat. Munus ſibi iniunctum conuertebat in rapinam, cùm debuiſſet nummos expendere in eleemoſynam; verùm nonnulli inueniuntur miniſtri, qui munus iniunctum ad Principis & Reipublicæ commodum conuertant in proprium lucrum. c.7. n.149. toto §.p.49

Maria ergo accepit libram vnguenti. Mortis Chriſti Domini beneficium maturo Magdalena gratificatur obſequio: non erat ex his, qui accepta obliuioni tradunt; ſed ex his, qui ob futurum beneficium dignum tributum gratitudinis pendunt, & licèt vnctio de tenero amore proceſſerit, non de acquirendi cupidine promanarit æternam ſibi famam acquiuit: matura namque gratitudo non ſolum eſt generoſi animi teſtimonium; ſed & beneficij incrementandi artificium. c.7.n.259.toto §.p.89

Maria ergo accepit. Quæ religioſè antea cœperat, conſtanter eſt proſecuta: vnxerat dum peccatrix, & vngit modo iam virtutis alumna docens ſatis non eſſe inchoare; ſed opus virtute inſiſtere. c.7.n.289.toto §.p.99

Accepit libram vnguenti nardi, &c. Non obmurmurauit Iudas opiparam cœnam hominibus exhiberi, obmurmurauit vnguentum in obſequium Domini effundi. O quàm vel de ipſa murmuratione decantanda ſæculis apparuit Maria, quandoquidem cenſa eſt prodiga, cùm de more creaturis propria impendamus prodigi, & vel Numini debita denegemus auari. c.8.n.276. toto §.p.198

Quare hoc vnguentem non veniit. Qui ob cœnam debuit apparere gratus, Mariam obmurmurauit iniurſus: nec mirum, cum iam Domino probaretur aduerſus: *erat enim traditurus.* Difficulter exiſtet homini gratus, qui Numini inuenitur aduerſus. cap. 8. num. 347. toto §. p. 221

Accepit libram vnguenti. Diſertiſſima Maria mortis Dominicæ præſcia quidquid prætioſum, conſecrauit virtuti, Iudas verò dum audit ſepulturam, & nummorum ſitit copiam. O quoties cùm de magnatum morte inoculatus ſæculi oriri debeat contemptus, inflammatus ardentiùs ambitus. c. 9. num. 32. toto §. p. 232

Quem ſuſcitauit Ieſus. Non ſolum religioſa exhi

exhibito vnguento ; sed apparuit. Magdalena prudentissima : illi pependit obsequium, a quo in necessitatibus opportunum accepit auxilium. O re, qui cæcissimè gestiunt vitio inseruire, à quo nihil possunt in necessitatibus sperare : probrota quidem subsannatione irridendus est, qui durum ac copiosum pendit tributum, à quo promanare nequit in opportunitate subsidium. c. 10. n.166. toto §. p.422

Maria ergo accepio libram unguenti. Ab hominibus carpenda, & obmutescenda non destitit ; sed vnguentum pretiosum effudit : non offendet, si hominum censuram timeret : ergo discat qui Deo placere desiderat audaces linguas spernere, & stultas censuras non magnificere. c. 21. num. 192. toto §. p. 491

PRO ORATIONE CHRISTI facta in horto.

LVCÆ XXII.

Factus est sudor eius. Pro Iuda sudat & Iudas pro eius salute adurget laborantem, & laboribus anxios sustinentem. O quam indignus fuit venia, qui adortus est pro ipsius salute laborantem, & angores sustinentem. c. 12. num. 40. toto §. p. 515

Abba pater, &c. Ad orationem recurrit, vt eius nos exemplo in necessitatibus recurramus ad orationem : est namque naturæ supplementum, ægritudinum myrotheciam felicitatisque promptuarium. c. 13. n. 15. toto §. p. 547

Et cùm peruenisset ad locum. Apostolos ab horum fetunxit consortio, vt orationis consequeretur studio ; nam qui Deo dignum exambit proferre fructum, sæculi opus est demittere consortium. c. 13. n. 21. toto §. p. 548

Inuenit eos dormientes. Ne breui renuntiarent commodo, grauissimo criminis se exponebant periculo : ergo eos Christus Dominus arguit, & inuigilare docet : est enim prudentis breui remittere commodo, ne grauiori postea laborauerit damno. c. 14. n. 47. toto §. 595

Inuenit eos dormientes. Semel & iterum excitauit vt ab immunenti calamitate eriperet ipsi verò somno indulgebant, nec periculum propulsabant : non stat per Deum peccatorem calamitate non eximi, sed per ipsum qui mauult calamitatibus auxiliari. c. 14. n. 59. toto §. p. 599

Fiat voluntas tua. Calicem accepit, mellis saporem post resurrectionem discipulis impertiuit, quo discat eius discipulus eligere sibi calicem, alijs propinare dulcedinem. c. 14. num. 136. toto §. p. 622

Fiat voluntas tua. Amarissimum calicem in mortis conuertit exilium, & dum exprompto suscipit obsequio, de ipso calice salutis produxit auxilium : nam sapiens ipsum calamitatem conuertit in virtutis præconium, & in ipsis calamitatis venenum. c. 14. n. 151. toto §. p. 626

Pater. Prius ad Patrem fudit preces, & postea ad Apostolos recurrit : nam sapiens prius sibi consulet, & postea proximis prouidebit. c. 14. n. 157. toto §. p. 627

Fiat voluntas tua. Ad obedientiam recurrit, vti ad secundam felicitatis venam ; est namque obedientia felicitatis mater præcipuè si exprompta, & honestè cæca. c. 7. n. 26. toto §. p. 10

Ne intretis in tentationem. Vt hostiles possint vitare insidias, admonet vigilantiam, & depellit somnolentiam ; nam qui latentis hostis cupit fraudem eludere, debet corpori studiosè non indulgere. c. 7. n. 157. toto §. p. 52

Fiat voluntas tua. Exprompti ssimè implere satagit obedientiam, etsi ad speciem amaram, quod extimij obedientis sunt : à nobis etiam incunctanter obedientia adimpletur ; sed dum nostris votis attemperatur. c. 7. n. 189. toto §. p. 65

Et factus in agonia prolixius, &c. Nil ab oratione Christum retardat ; imò insistit, & de ipsa agonia vigilans floret constantia, vt nos doceat ad consequendos triumphos satis non esse inchoare ; sed opus oratione, & virtute insistere. c. 7. n. 289. toto §. p. 99

Inuenit eos dormientes. Ignauia somnum pepererit, & somnus oculos clausit : periculum inflabat ; sed somnus cautelam prouidam impediebat : est namque peccati consequentia, sic peccatorem desipere, vt nesciat periculum instans euadere. c. 8. n. 126. toto §. p. 152

Fiat voluntas tua. Seipsum quodammodo obliuiscitur : cùm Patris obsequio, & voluntati sacratur, non propriam voluntatem molitur impleri ; sed patris obedientiæ consecrari : vt discat se honestè obliuisci, qui Principis superioris ve obsequio desiderat consecrari. c. 9. n. 332. toto §. p. 323

Inuenit eos dormientes ; imò & pauitantes. Quam est hominibus frequens variis ad virtutem vinculis præpediri, cùm inueniantur ad vanitatem, culpamve intrepidi : experientia docet virtutis opera recusare pauidos, quos ad vanitatis opera experimur intrepidos. c. 9. n. 446. toto §. p. 360

Prolixius orabat. Omnipotentia exornatus ad nostram eruditionem orationis sibi solicitat patrocinium, & qui mortem depellere posset volendo, vt nos informaret, nititur depellere oratione, vt scias orationem esse expromptum calamitatis remedium, & præsentaneum salutis auxilium. c. 10. n. 119. toto §. p. 407

Transeat à me calix iste. In agonia positus orat, & sanguinis guttas sudat nos aliquando necessitate adurgente confugimus ad orationem deuoti ; sed postea non recordamur ingrati. c. 10. n. 149. toto §. p. 416

Fiat voluntas tua. Se ad speciem Pater exhibuit inexorabilem ; verùm vt de calice hausto nunquam delenda emanauerit Christo gloria, & æternatura fama. Aliquando se Deus ad speciem præbet in exorabilem, quò se cumulatius exhibeat misericordem. c. 10. n. 171. toto §. p. 423

Inuenit eos dormientes. Vigilauit tota nocte Petrus alios condiscipulis allociatus piscationis studio ; modo semel & iterum dormit monitus de periculo, vt in Petro quæ plurimis accidunt, recognoscas : se denegant temporalis commoditatis studio, cùm æternitatis sibi vim non inferant desiderio. c. 12. n. 69. toto §. p. 524

Abba Pater. Qui filius orationi & voluntati inuigilat consecratus, ac consecratur deuotus : Petrus dormiebat, quia seruus. Certè qui speciali honore, & Numinis fauore exornatur, ad heroica virtutis opera & præ cæteris tenetur. c. 12. n. 99. toto §. p. 532

Index ad Sacras Conciones.

S. PETRI NEGATIO ET LACHRYMÆ.

Lvcæ XXII.

Cùm vidisset ancilla quædam. Satis fuit imbellis sexus ad coercendam Petro negandi occasionem; quia Petrus, dum in horto indulsit somno, se obnoxium fecit periculo; triumphasset, ni dormisset: debet namque renuntiare otio, qui dilexit redimiri trophæo. c.7. n.52.toto §.p.18

Non novi hominem. In Christo aduersantium domo & Petrus denegat, & qui de vigilia Christi excutere somnum non didicit, de prauis insultantium exemplis negare nouit. O quàm facilè prauis corrumpimur, ô quam arduè bonis exemplis docemur! c.7.n.86.toto §.p.29

Quem cum vidisset ancilla. Petrus dum plus merito de se præsumpsit, ad ancillæ vocem iacuit: declinasset criminis occasionem, si vires suas prudentiùs expendisset, nec præsumptione taxasset; ergo ne miserè aduersario succumbas, oportet vires prudenter expendas. c.7. num.100. toto §.p.34

Non novi hominem. Timuit imminens periculum Petrus, vel expertus detrimentum, auriscque, scissionem, vitium prolis earus sit Malchus. O quam fortius Principis Apostolorum Principem confundebat! O quam iuste faciem nostram occupare debuisset rubor! quandoquidem exigua nos à virtute deturbant pericula, cùm mundi affectas non deturbauerint detrimenta.c.7.n.114. toto §. p.38

Et tu ex illis es. Ipso in vultu apparebat affectus, nec poterat facie non micare, quod præcordijs indubium erat ardere: non semel sine verbis indicantur vultu, quæ desiderantur affectu. c.7.n.146. toto §.p.48

Calefaciebat se. Dum corpori indulsit, & tela aduersariorum excepit. Mihi crede, & corpori studiosè non seruias, vt hostiles frustreris minas c.7.n.157.toto §. p.52

Egressus foras. Vt deliquit, ad Patrocinium pœnitudinis inuolauit: & quidem victima est quodammodò innocentiæ festinata correctio. & matura peccatorum compunctio. c.7. n.228. toto §.p.78

Conversus Dominus respexit Petrum. Petrus hostis audaciam cohibuerat vltore ferro; sed Caritas Petrum à culpa eximens nobilioti coronatus est triumpho: est enim longe nobilior triumphus peccatorem à vitiorum exutare letargo, quam hostem domare ferro. c.7. n.285. toto §.p.97

Non novi hominem. Timuit Petrus Principem confitendo Christum offendere: Ergo dum negat, ne constaueret sibi inuidiam, grauissimam incurrit miseriam. Profectò politici dum virtutis inimica timent magnates offendere, sibi constat infelicitatem afcitcere. c.8.n.18.toto §.p.144

Flevit amarè. Qui deliquit meritorius culpam agnouit cordatus, nec eam defendit protervus: tanti qui de obstinatione culpam adaggerent, & supplicium sibi conciliant, quandoquidem non tam exacerbat iram fragilitate delinquens, quam delictum obstinatione defendens. c.8.n.130.toto §.p.152

Non novi hominem. Negauit, vt suspectum à se auerteret periculum; sed dum auertit periculum, copiosum & amarum asciscit planctum: non dubito, incrementasse plures sibi detrimentum, dum virtutis inuitia imminens auertisse nolluntur damnum. c.8.n.171.toto §.p.165

Non novi hominem. Tunc negat Deum hominem, cùm Deus homo duriissimas pœnas pro Petro patitur, crucique offertur: ibi apparuit ingratus, vbi apparere debuit deuotus; verum non semel quæ deuotius nobis persuadent obsequium, ad ingratitudinis detorquemus scandalum. c.8.n.287.tot §.p.202

Egressus foras. Qui pœnitentiæ studuit, criminis occasionem, locumque vitauit: & quidem suspecta esset pœnitentia, si mansisset occasione vicina. c.10.n.185.toto §.p.427

Flevit amarè. Ipsum delictum in doloris ardentissimi officina conuertit in meritum: iam negata fides dum lachrymis committur, omnem fœditatem deposuisse videtur, vt Petrum imitatus nouerit vertere infortunium in salutis, & felicitatis augmentum. cap. 11. num.46. toto §. p.446

Flevit amarè. A diabolo percussus eum referire aggreditur pœnitudinis iaculis, & lachrymarum sagittis: nam pœnitentia est grauissimum diaboli tormentum, vt lachrymæ ineluctabile semper naufragium. cap. 14. num. 106. toto §. p.613

Non novi hominem. Se in Principis domum ingesserat: ergo corruit, & malè cautus errauit: non erraisset, ni ipse Principis domum adiisset: à quæ lictis periculis te difficulter expedies, occurrentia facilius vinces. c.14.n.119.toto §.p.618

FERIA QVINTA IN COENA Domini.

Ioannis XIII.

Sciens Iesus, &c. E cœna surrexit, vt pedes ablueret discipulorum: Magister, & Dominus lauit, & lauit qua Magister, & Dominus; dignitatem, & dignitatis appendices, solicitudinem videlicet, & laborem suscepit. Profectò dignitatis labores habet annexos: sunt verò pauci, qui Christi sequantur exemplum: laborem fugiunt, splendorem exambiant. c.7. n.38. toto §. p.14

Venit ergo ad Simonem Petrum. Illud ergo denotat alterius pedes, antequam Petri, lauisse, & vt existimant nonnulli interpretes, priùs Iudæ pedes ablui, non solum vt gratius laboranti subueniret; sed quia Iudas primum locum procaciter occupauit: ferè semper imbecilliores, indigniores que turgent superbi, & superbiunt tumidissimi. c.7.n.71.toto §.p.25

Posuit vestimenta sua. Maiestati quodammodò detraxit, vt maculas discipulorum elueret. Et ornatu incedit mundus, ne discipulus incesserit sordidus. O cælestem superiorem! Bonus certè superior, vt à subiectis auerterit culpam, propriam nouit differre gloriam. c.7.num.76. toto §. p.26

Cum diabolus iam misisset in cor. Diabolus, vt desiderata perficeret, discipuli præcordia intrauit: grauius certè periculum fuit à non bene morato socio, quàm à valido aduersario. c.7. n.201.toto §.p.67

Cum

Cùm recubuiſſet. iterum. Euchariſtiæ inſtituit venerabile ſacramentum, vt diſcipulos virtutibus confirmaret: nam Euchariſtia vitiis eſt ineluctabile fatum, & totius erroris excidium. c.7.n.243.toto §.p.83

Cùm recubuiſſet iterum. Recubuit, vt diſcipulos Euchariſtia paſceret, vt hoc ſacro epulo nobiliores ac defœcatiores mores foouerentur, & ipſi Apoſtoli in meliores mutarentur: eſt enim Euchariſtiæ veluti proprius character antiquos mores inuertere, & contrario ſtylo deformatum hominem reformare. c.7.n.236.toto §.p.80

Exemplum dedi vobis. Magiſter, & Dominus proponitur in exemplum, vt noueris virtutem non minuere dominatum. Profectò magnates à virtute non ſemel deſciſcunt, quaſi virtus eorum innubilet poteſtatem: ratum eſt ita viuere, vt in exemplum poſſint proponi. c.7. num.267. toto §. p. 91

Exemplum enim dedi vobis. Qui poterat vrgere mandato, allicere voluit exemplo: vbi iubentis præcedit exemplum, exprompeam inuenit obedientiam mandatum. c.7. num.272. toto §. p. 93

Quia venit hora eius, vt tranſeat. Et cur ſic tranſitus hora properet? Quia ob virtutem ab omnibus conclamatus: ergo vbi præ aliis reſplendebat laudis gloria, horam maturauit inuidia. c.8.n.69.toto §.p.131

Ego laui pedes veſtros Dominus & Magiſter. Veritus non eſt de honeſta abiectione, de lotione pedum dignitatem obſcurandam; imò quia ex te Dominus, inter cæteros non recuſabat videri minimus: qui quaſi aſciticia magnitudine fulgent, circa honorem ſibi debitum inueniuntur ſcrupuloſi. Itaque qui ex ſe nobilis, exhibere humile non dedignatur obſequium: qui mutuata nobilitat, dignitateue lucet, ſibi debitum ſcrupuloſè ſolicitauit officium. cap.8. nam.73. toto §. p.133

Domine tu mihi lauas pedes. Petrus vti humilis indignum ſe tanto profitetur honore, & Chriſtum profundiſſima demiratur reſplendentem humilitate. Quam aliter ſenſit Iudas, quàm Petrus aliter verùm ea eſt humilitatis conditio, vt in ſe ſolùm agnoſcat ingloria, in alteris laudabilia. c.8.n.87.toto §.p.138

Cùm recubuiſſet iterum. Bellum ciuerat in vitia, vtque plena obtineretur victoria, inſtituit Euchariſtiam, quo doceret nos cæleſti pane opus eſſe ad laſſitudinem ſubleuandam, & victoriam plenè obtinendam. c.8.n.112.toto §.p.146

Cùm dilexiſſet ſuos. Charitatis conſilio depoſuit non ſolùm veſtem; ſed quodammodò maieſtatis ſplendorem: vti ſeruus lauit pedes, qui reſplendere potuit vt Dominus; verùm dum deponit veſtem, oſtentat laudabiliter charitatem, cùm eximiæ charitatis ſit proprio renuntiare ſplendori, vt alterius conſulueris ſaluti. c.9.n.152. toto §. p.267

Ego laui pedes veſtros Dominus & Magiſter. Qui cæteris lucebat antelatus dignitate, & anteire voluit labore: debet namque ſuperior antecellere labore, vt præcedit dignitate. c.9.n.410. toto §. p.348

Cùm dilexiſſet ſuos. Nil excuſat amor, vt dilectus homo candoris gloria reſplendeat, & obligationibus ſatisfaciat: emundat lauacro, alit ſacro epulo, exemplo adurget efficaciſſimo. Profectò vetus amor nullum excuſat dolorem, vt dilectus gloria reſplendeat, & obligationibus ſatisfaciat. c.11.n.177.toto §.p.487

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, &c. Quæ à Patre acceperat, heroica conſulebant virtutis opera: detorquent plures à Numine accepta ad perpetranda delicta, cùm reuera ad heroica virtutis opera teneatur, qui ſpeciali Numini fauore inſignitur. cap.12. num.99. toto §. p. 532

DE BONO LATRONE.

Lvcæ XXIII.

Domine memento mei. Grande ſanguinis Dominici fuit elogium latro à ſe ipſo, ſi dici liceat, diuerſus: felici clauſula peruerſa reſplenduit vita: ergo latronis conuerſio Paſſioni Chriſti Domini virtutem oſtendit & efficaciam: felici furto cæleſte regnum furatus eſt: difficile dediſcitur vſus multis temporibus concarnatus, quantumuis periculum vigeat, & mors immineat. c.12.n.83.toto §.p.528

Increpabat eum. Socij reprimebat audaciam quia extremam illi ob linguæ errores iam verebatur fortunam. O quanta à lingua hominis promanauere pericula pullularuntque detrimenta. c.12.n.87.toto §.p.580

Neque tu times Deum. Audiebat ſocium blaſphemiis impudentiſſimis Chriſtum denigrantem, & aggreſſus eſt legem ſocietatis implere, amicitiamque conſummare. Certè infidus amicus eſt, qui amicum non corrigit; ſed delirantem impellit. Sed Proh dolor! meliùs iuuant, cognati, & amici ad vitia, quam virtutis perſuaſerint deſideria. c.8.n.64.toto §.p.130

Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum. Patiendi amore, & culparum odio ſe crucis doloribus conſecrabat: interpretes namque ſe latronem vſque ad iudicij diem dedicaſſe ſtipiti conficiunt: nec mireris, cùm verè pœnitens de anxietudine delendæ culpæ cuicumque ſe exponat pœnæ. c.10.n.175.toto §.p.424

Neque tu times Deum. Mira latronis virtus, quam deteſtabili exemplo denigrare non valuit ſocius. Mirum non fuit improbum pœnitentiæ confeſſionem non imitari, fuit tamen veluti gratiæ miraculum bonum latronem prauitate comitis non corrumpi, quando facile prauis corrumpimur, difficulter probis exemplis dotemur. c.7.n.86 toto §.p.29

Salua temetipſum & nos. Nimiùm peſſimus latro corporis commoda procurabat, bonus è contrario animæ ſtudium gerebat: hic ergo declinauit periculum, miſerum ille ſubiuit naufragium: corpori nimiùm non ſeruias, vt latentes hoſtis deuitare poſſis inſidias. c.7.num.157. toto §. p.52

Hodie mecum eris in paradiſo. Nobili triumpho Chriſtus Dominus ingreſſus eſt paradiſum latrone videlicet à criminibus extracto, & virtutibus reſtituto: minus eſſet domuiſſe ferro, quam fuit à vitiorum excitaſſe letargo. c.7.n.285. toto §. p.97

Hodie mecum eris in paradiſo. Audis tuliſſe bonum latronem in paradiſum; non tamen expreſſe refertur detuliſſe improbum ad internum: fulgebat in crucis vertice regni titulus, & docuit Principes inter regni primordia indulgentia

dulgentia reſplendere, non ſeueritate vti. c.8. n.53.toto §. p.126

Neque tu times Deum. Adurgente morte, expirante iam vita ſibi nondum conſulebat; ſed blaſphemabat: peccati legitima conſequentia eſt hic peccatorem deſipere, vt periculum neſciat euadere. c.8.n.126.toto §.p.151

Nos quidemdigna factis recipimus. Confeſſus eſt delictum, nec de confitendi modo adauxit piaculum; cùm tamen inueniantur qui confitentes delictum non deleant pœnitentia; ſed adaugeant arrogantia. cap. 8. num. 188. toto §. p. 170

Hodie mecum eris in paradiſo. Nondum confeſſionis vides meritum, & iam audis dilargitum paradiſum: paradiſus latronis fuit præmium; ſed dilargientis præconium: donantis eſt præconium ſi merita ſequatur citiſſimè præmium. c.8.n.142.toto §.p.186

Neque tu times Deum, quòd in eadem damnatione es. Deum latronum ſententiam ſubire gratitudinis perſuadebat obſequium, & inde delumpſit improbus latro ad blaſphemandum ſcandalum. O quoties detorquemus ad ingratitudinis ſcandalum, quæ deuotius perſuadebant obſequium. c.8.n.287.toto §.p.202

Neque tu times Deum. Cruci affixus, vita ferè iam expunctus, doloribus fatigatus non reſipuit; ſed inſipientiam protelauit: non ſe peccatores laboribus fracti recipiunt ad prudentiam ſed rabidè proſequuntur inſaniam. c.9. num.389. toto §.p.342

Domine memento mei. Mirandus latro non ſolùm de confeſſione; ſed quia ſocij non eſt imitatus licentiam, quando inueniuntur plures qui delinquant non tam amore culpæ, quàm aliorum, ſi dici liceat, æmulatione licentiæ. cap.10. num.100. toto §. p.401

DE MARIÆ PLANCTV.

Ioannis XIX.

Stabant iuxta crucem Ieſu mater eius, &c. Acerbius Mariæ tormentum erat non mori; ſed ſtare, quandoquidem ardentiſſimè deſiderabat comitari filium: ergo dum differtur vita, viuens moritur, nam qui ab ardenter deſideratis repreſſus, cenſeri debet iam mortuus. c.14. n.130. toto §.p.620

Stabant iuxta crucem. Quam erat acerbum matri ſpectare filium feraliter dilaceratum ab ipſis, pro quibus laborauerat, & à quibus pericula auerterat. Certè ab ipſis, pro quibus ſubeuntur pericula, vitæ promanare ſolent grauiſſima detrimenta. c.12.n.27. toto §.p.510

Stabant iuxta crucem. Vt ſe Æterni Patris voluntati attemperaret, filium obtulit, & morientem ſpectauit: quod quàm ſit inſolitum videre eſt, quandoquidem eſt perrarum Numini attendere prolis damno, vt frequens proli conſulere Numinis detrimento. c.11.n.210. toto §.p.497

Stabant iuxta crucem. Se profitebatur matrem Dum ſacrabat Numini Filium: eſt enim parentum gloria Filius virtuti deuotus, & conſecratus; ſed adeò errant parentes, vt nil adeò ſibi credant infauſtum, quàm cruci Chriſti dicari filium. c.11. n.168. toto §.p.484

Stabant iuxta crucem. Non renuit pientiſſima mater morienti adeſſe, & præſentia cruciatus duriſſimos perpetientem ſolari. O quam aliter procedere ſolent conſanguinei! Adeſſe periculis renuunt, intereſſe lucris exambiunt. c.8.num.35. toto §.p.121

Stabant iuxta crucem Maria, &c. Eximia patientia matri opus fuit, non ſolùm ad tolerandam illatam filio mortem; ſed ad audiendam viliſſimorum hominum inſolentiam, & extremorum audaciam: nam homuncionis audacia, & ignobilis inſolentia tolerantiam vrget, & eximiam patientiam requirit. cap.8. num.207. toto §.p.207

Stabant iuxta crucem. Tolerabilius eſſet matri vitam finire, quàm eo ſpectaculo diſcruciari, nam dum vita ad pœnam extenditur, intimo dolore cruciatur, quando commodius eſt citò mori quam ad prolixam mortem diu viuere. cap.8. n.234. toto §. p.183

Mater Ieſu. E ligno aſpiciebat pendentem dicteriis percuſſum, quem paulo antè viderat iteratis acclamationibus celebratum: de more eſt populo demortuum, aut munere functum ingrata obliuione ſpernere, quem ad inſtar Numinis affectabat antèà adorare. c. 8. n.321. toto §. p. 212

Iuxta crucem. Expectabat pientiſſima mater filium diſcruciari ad inimicorum arbitrium, ad odij placitum: ergo grauiſſima diſcruciabatur anguſtia: eſt enim durior pœna pati tormentum ad inimicorum arbitrium. c.9. n.467. toto §.p.367

Iuxta crucem. Vt qui ad crucem confugerent tanquam ad ſecurum portum, expeditum inuenirent aditum, ſtabat mater iuxta crucem: ibi ſe omnibus veluti debitricem conſtituit, & ibi nullum ad ſe confugientem reſpuit. c.11.n.20.toto §. p.439

FERIA II. IN RESVRRECTIONE.

Lvcæ XXIV.

Et ipſe Ieſus appropinquans, &c. In peregrini effigie apparuit, & reſurrectionis ſplendorem ad tempus occuluit, vt diſcipulos ab infidelitate reuocaret. Superioris certè impleuit officium, quandoquidem bonus ſuperior, vt à ſubiectis auerterit culpam, differre propriam non refugit gloriam. c.7.n.76. toto §.p.26

Duo ex illis ibant. Ecce virtutis milites conterriti fugiunt pericula, cùm vitiorum aſſeclæ per audentes enſes ipſa proculcauerint detrimenta. O nos miſeros, cùm pro mundo non refugiamus certiſſima detrimenta, pro virtute horremus pericula. c.4.n.114.toto §.p.35

Duo ex illis ibant. Regnum Chriſti putabant temporale: *Nos,* inquiunt, *Sperabamus,* &c. Ergo dum inhiant temporalibus, premuntur angoribus, non poteſt gelido timore non diuexari, quem conſtat ſæculi amore teneri. c.7.n.118. toto §.p.39

De Ieſu Nazareno, qui fuit vir potens. In damnationem mortis condemnatus eſt reus à propriis, qui apud exteros deprædicabatur mutandus, miraculoſuſque: non ratò qui apud exteros inſtar miraculi habetur, apud ſuos parui æſtimatur. c.7.n.251.toto §.p.86

Et tradiderunt eum in damnationem mortis. In eorum

Digitized by Google

eorum vtilitatem inuenerit patrantem miracula duriſſima tortor & Principes armauerunt tormenta ; ne auunciatum viderent laudibus celebratum, peregrinum clamoribus exandare, & miserum non portionem inuidia propriam felicitatem contemnit, ne inuidioſum præeminere contingeret. c.8.n.48.toto §.p.125

Cognouit Deum. Mutum fuit Deo ad. ò ſtudioſè propria impendere, & ad hoſpitium ſi fas eſt dicere, tralatre, quando Numini debita renacitare differimus, & creaturis indebita ſtudioſè ſatis minißramus. c.8.n.2-[illegible].toto §.p.198

Apprope quatus ibat cum illis. Cum illis ibat, vt illorum proſunderet ſaluti, cum illis ibat ſubtracto proprio ſplendore, quod exitiæ fuit charitati: erat enim charitatis faſtus proprio renuntiare ſplendori, vt alterius conſuluerit ſaluti. c.9. n.152. toto §.p.267

Ibant ipſa die. Pauidi pergebant, & à cæterorum ſe collegio ſeparabant : audaciores ſunt homines ad delicta, quàm ad virtutum obſequia: nam ad delicta inueniuntur intrepidi, ad virtutis opera pauidi. c.9.n.446.toto §.360

Et mane tertia dies eſt hodie. Quam anguſtabant miſericordiæ diuinæ ſpatia, qui fortè ſi mundialem honorem ambirent, longa expectaſſent per ſecula : recedunt nondum tertio die finito, quia diuinæ miſericordiæ breuiſſima ſpatia præſumunt, cùm à mundo damnabili patientia expectemus. c.10.n.137.toto §.p.412

Euanuit. Aperti oculi gloriæ maieſtatem nouerunt, & quamuis per triduum à plauſu exulauit, honorem tamen ſibi debitum virtus obtinuit : quæ etſi ad tempus exulare cogatur, tandem honori ſibi debito reſtituitur. c.11.n.41.toto §.p.[illegible]

Ibant ipſa die. Qui confugiebant ad caſtellum, vt tenerent, inuidiæ procelloſos fluctus vitarent, ſalubri conſilio peregrinum benignè excipere, & alere decreuerunt pauperes alti, benigneque accepti optimi ſunt contra aduerſitatem patroni. c.11.n.51.toto §.p.448

Tam irati ſunt ſummi Sacerdotes, & Principes noſtri. A Principibus populique Magnatibus illatam iniuriam tolerant, cumque procuratam ducere poſſent ab hoſtibus, conſimatam aſſerunt a Principibus. An quia grauius virtuti detrimentum imminere videbat à ciuibus, quàm ab hoſtibus ? c.12.n.13.toto §.p.506

Et ipſi loqui habuntur ad inuicem de his, &c. De Chriſti Deo nihil vt cæteris loquebantur vti eius diſcipuli, nec mirum, quandoquidem mundi diſcipuli de cunctis, futilibuſque loquuntur, præcipuè ſi diuites, & potentes. Hi fere ſemper loquuntur cunctis, tarillimè fructuoſa. c.12.n.73. toto §. p.526

O ſtulti. Ibat cum illis, vt gloriam reſurrectionis oſtenderet, & antequam oſtenderet, beneficij pignus exhibuit, nempe ſtultitiam carpere, tarditatem fugillare : nam vbi Deus nobis fugillat aliena, ad impetrienda properat beneficia. c.13.n.31 toto §.p.551

Et porrigebat illis. Et aperti ſunt, &c. Qui toto reſurrectionis ſubare repercuſſi tenebantur oculi clauſi, de cæleſtis panis collyrio gloriam iam intuentur aperti : nam Euchariſtia eſt lucis, agnitionisque officina, & anxietatis medela. c.14. n.199.toto §.p.639.

DOMINICA IN ALBIS.

IOANNIS XX.

CVm eſſet ſero die illa, & fores eſſent clauſæ, &c. Iuſti fuerant Apoſtoli virtutibus inhærere, & reſurrectionis gloriam expectare, ergo etſi prudenti cautela muniti, inter inimicorum furores expectabant deuoti, nec iam eos adurget periculum ; ſed reſurrectionis Dominicæ æmularat gaudium : nam qui pericula obedientiæ poſtponit, ipſa obedientia propellit. c.7. n.47.toto §.p.17

Propter metum, &c. Vt ſuſpicabantur pericula, deterriti, meticuloſique ſolicitè claudunt oſtia. Ionas, vt honori conſuleret, non timuit ſponteneum adire naufragium. Et Apoſtolus ſuſpectum trepidat ad periculum : ea eſſe ſolet inter virtutis & vanitatis affectas differentia, hos non deterret certiſſimum damnum, illos non ſemel examinat ſuſpectum periculum. cap. 7. n.114. p.38

Et fores eſſent clauſæ. Chriſtus Dominus diſcipulos quærit prudenter cautos, fors non quæreret incautè ſecuros : cæleſtis militiæ caſtra ſponte dimittunt incautam fiduciam, adlegunt fidentem cautelam. c. 7. num. 166. toto §. p. 55

Pax vobis. In campum producebat Chriſtus diſcipulos contra infernum : ergo felici vniuit pace, ne deturbaret diſſidium : oportet namque nullo diſiungi diſſidio, quos virtus opponit virulento aduerſario. c.8.n.60.toto §.p.128

Pax vobis. Inter periculorum procellas ſecura pace fruuntur, qui Chriſti diſcipuli comprobantur : ſi Chriſto eſſent contrarij, in media ſecuritate cladibus manerent expoſiti : nam peccatores, vbi ſe arbitrantur ſecuritate munitos, ibi conſtat cladibus ſecurius expoſitos. c.8.n.133. toto §.p.133

Pax vobis. Detritis vitiis, dæmonibus ſubactis iam non potuit pax non florere, & tranquillitas ſtare : nam expunctis vitiis pax floret tranquilla, & tranquillitas viget ſtata. c. 8. num. 303. toto §.p.207

Oſtendit eis manus & latus. Qui reſurrectionis gloriam fuerat meritis conſecutus, non refugit explorationis iudicium, experientiæve teſtimonium : vitant rationis trutina examinari, qui ſine meritorum ſuffragiis cupiunt lucere. c.9.n.37.toto §. p.234

Venit Ieſus, & ſtetit, &c. Qui ante reſurrectionis gloriam diſcipulis conuerſabatur, idem ipſe poſt reſurrectionem oſtenditur. O quàm ſe Dei probabit Filium, quando obtenta dignitas Circes ad inſtar hic hominum mutat ingenia, vt ſuperbiſſima creauerit ſupercilia. c.9. num. 189. toto §. p.279

Pax vobis; Omnem ab eis diſcordiam expungit, quo cæleſti luce fruantur, & ſpectaculo reſurrectionis oblectentur. Certè diſcordia gerit dæmonis vicem, & mutuam præmaturat calamitatem. c.9.n.243.toto §.p.296

Venit Ieſus, & ſtetit. Implent Dominus quod promiſerat, & quamuis timor clauſas obiiceret fores, fidelitas penetrauit. Quàm ſemper ſtata eſt iuſtorum fides, quàm impiorum eſt infidelis. c.9.n.247.toto §.p.297

Venit

Venit Iesus. Christo se adiunxerant, vti fecuriſſimo auxilio: ergo ſpebus non ſunt fraudati; ſed ubi tota gloria reſurrectionis auxiliantem intuiti. Quàm aliter apud ſæculum! Nonnulli vrgente periculo deſertarunt, quem in auxilium ſibi aſciuerunt. c.9.n.371.toto §.p.336

Pax vobis. Semel & iterum eos pace obarmat, quia ad extirpandâ vitia delegat: vt qui nouerat duriſſimo bello vrgendos, & à dæmonibus diuexandos: nam diabolus in eos durius bellum inſtruit, quos pro virtute paratos ſtudioſiùs agnouit. c.9.n.399.toto §.p.345

Propter metum. Non timuerunt piſcationi incumbere, & per totam noctem laborare: non extimuit Petrus negationis probrum, & ad reſurrectionis expauet gaudium: frequenter homines inueniuntur ad virtutis opera pauidi, ad temporalia, aut delicta intrepidi.c.9.n.446.toto §. p. 360

Non credam. Et cur non credet diſcipulis aſſerentibus? Cur ſatis non erit ad fidem conciliandam manuum fixuræ? cur addit immittendum digitum, & manum viſcera ſcrutaturam? Fortè, ne videretur leuitate motus, perſtitit in non credendo proteruus: nam peccator affectare ſolet in vitio perſeuerantiam, ne leuitatis incurrat notam. c.10.n.133.toto §.p.411

IN LITANIIS.

Lvcæ XI.

Si perſeuerauerit pulſans. O dignum petitorem, qui ad impetrandam gratiam laudabilem adduxiſti moleſtiam! Cur non ſit honeſtè moleſtus ad obtinendam gratiam cæleſtem, quando moleſti inueniuntur plures ad conſequendam dignitatem temporalem? Profectò nonnulli ad dignitatem expiſcandam auxiliarem ſibi aſſumunt audaciam, & ambitionis moleſtiam. c.10.n.50. toto §.p.385

Quoniam amicus meus venit ad me de via. In hoc hoſpite Chriſtum agnoſcunt Patres: ergo felix homo, qui dignum Chriſto exhibere potuit hoſpitium, quando cor humanum tot vitiis præſtare ſolet hoſpitium; imò habitaculum, vt Deus nullum inuenerit locum. c.10. n.104. toto §. p. 402

Commoda mihi tres panes. Ad orationem recurrit amicus, vt opportunum inueniret indigentiæ remedium: nam oratio eſt expromptum calamitatis remedium, & ſalutis auxilium. c.10. n.119.toto §.p.407

Si perſeuerauerit pulſans. Qui ſemel pulſare ceperat, proſecutus eſt pulſationem, ne citò defeciſſe videretur: affectauit in bono perſeuerantiam, vt æmularetur honeſtè quod peccator exequitur turpiter:peccator namque ne leuitatis incurrat notam,affectat in vitio perſeuerantiam. c.10.n.133.toto §.p.411

Iam oſtium clauſum eſt. Etſi variis cauſis importunè pulſantem eludere conaretur amicus, inſtitit, & patienter expectauit:& certè mirum fuit cæleſte alimentum exambientem animum non vertere; ſed repulſam tolerare, quandoquidem diuinæ miſericordiæ breuiſſima præfigimus ſpatia,à mundo verò prolixa ambimus patientia. c.10.n.137. toto §.p.412

Amice commoda mihi tres panes. In neceſſitate poſitus perit deuotus, acceptis panibus ad amici domum non refertur regreſſus, fortè vt arcanis factis quod nobis accidit, vt viuidè exprimeret, & ſignaret. Deum inuocamus vrgente neceſſitate deuoti; ſed obliuiſcimus poſtea ingrati. c.10.n.149.toto §.416

Amice commoda mihi tres panes. Qui petiturus acceſſit, amicitiæ ſe vinculis illigari profeſſus eſt: prudenter, vt acciperet panem, ſe non aduerſum oſtendit; ſed amicum: nos vno eodemque tempore à Deo exambimus ſortiri auxilium, & vitiis impendimus famulatum.c.10. n.154. toto §. p.418

Amice commoda mihi tres panes. Vti deſertus eum coluit amicum, à quo ſi neceſſitas vrgeret, promanare poſſet indigentiæ ſubſidium, & neceſſitati remedium.Quam aliter peccatores adorationis non ſemel,& indigniſſimi obſequij pendere non recuſant tributum,à quibus promanare nequit neceſſitati remedium. c. 10. n.166. toto §. p. 422

Noli mihi moleſtus eſſe. Si amicus hic qui cæleſtis pater eſt, largiturus erat panes cur anxium torſit, & beneficium dilatione quodammodo imminuit? Vt pulſanti occurreret, lectum collocarat ad ianuam, & modò carpit moleſtiam? Certè diſtulit non auaritiæ ſtudio; ſed largitatis ingenio: nam Deus ſe aliquando præbet inexorabilem, quo ſe præſtiterit cumulatius miſericordem. c.10. n.171. toto §.p.423

Commoda mihi tres panes. Qui panes ſibi petit commodari, ipſo promittit nomine reddere. Et fortaſſe amicus hic honeſto fœnore auctos reddidit, quos lætatur ad neceſſitatis vrgentiſſimæ ſubſidium ab amico dilargitos; inuenias tamen plures, qui vrgente neceſſitate plura promittant,& tranſacta minimè reddant.c.10.n.180. toto §. p.426

Si perſeuerauerit pulſans. Non ſine myſterio manus refertur pulſando intenta & lingua poſtulationi dicata: non poterat non impetrare neceſſitati ſubſidium, qui nouit ad depellendam calamitatem oportere opem diuinam implorare, & dexteram ad operationem extendere. c.10. n.194. toto §. p.430

Non habeo quod ponam ante illum. Ecce indigus.ipſa indigentia diteſcit, & qui inueniebatur panibus vacuus, dum ad orationem recurrit,domum repetit opulentus: de orationis artificio nos docuit poſſe conuerti infortunium in proſperitatis augmentum. c. 11. num.46. toto §. p. 446

Ibit ad illum media nocte. Quam felix neceſſitas, quæ dormientem excitauit, & amicum adire compulit: felicior quidem fuit indigentiâ quàm eſſet copiâ:nam Deum fortè non inuocarer copioſus, & inuocauit indigus. Exiſtimanda eſt felicitas, ſi ad meliora ducat neceſſitas. c.11. n.85. toto §.p.458

Non habeo quod ponam ante illum. Non refertur habuiſſe ſibi, qui petiiſſe refertur alteri:fortè quam pariebatur ipſe neceſſitas, conſuluit recipere pauperem, & hoſpitio fouere benignè inopem: quotquot habebat neceſſarios, accepit, vbi pauperi prouidit: nam pauperes alti benigneque accepti optimi ſunt contra quamcumque neceſſitatem patroni. c. 11. num.51. §. p.448

Index ad Sacras Conciones.

IN DIE ASCENSIONIS.

MARCI XVI.

EXprobrauit incredulitatem eorum. Qui ad totius maiestatis ascendebat fastigium, suis factis edocuit stabilire principatum: priùs exprobrauit duritiem, & depelli posteà iussit infirmitatem: erat namque duritiæ culpa, & infirmitas temporalis necessitas, & qui stabilire cupit imperium, priùs curare debet legis obseruantiam, quam temporaneæ calamitatis repulsam. c.11.n.119.toto §.p.469

Assumptus est in cælum. Ipsis spectantibus cælum ascendit, & inter suos resplendens nescio quam gratiam addidit gaudio, & incrementum fastigio: nam dum quis inter suos occupat dignitatis fastigium, incrementat & gaudium. c.11. n.132. toto §.p. 473

Et ipsis videntibus. Vt Christum Dominum testabatur Dei Filium triumphus, sic Dei discipulos honorabat aspectus. Quàm longè erant à superbia, quàm remoti ab inuidia. Dum intentis oculis exambiebant aspicere, quem ad summum felicitatis fastigium non dubitabant ascendere. Certè superbus non sustinet alium lucere, & molitur, si luceat, modis omnibus obscurare. c.12.n.8. toto §.p.505

In nomine meo dæmonia eiicient. Ecce qui in Christi nomine eiiciunt dæmonia, ob Christi nomen dura experientur tormenta: sanitatis merces erat ad tribunalia trahi, & flagris cædi: quia non semel grauissima promanarunt detrimenta ab eis ipsis, pro quibus adeuntur dura pericula. c.12.n.27. toto §.p.510

Linguis loquentur nouis. Non solum loquentur linguis nouis; sed & noua loquentur, quandoquidem de cælestibus agent, & terrena à labiis prorsus expungent: quod insolitum satis erat: nam homines ferè semper loquuntur euanida, ratissimè fructuosa. c. 12. num. 73. toto §. p.526

Assumptus est in cælum. Quibus speciali fauore triumphalem gloriam ostendit, ad disseminandum Euangelium, & reformandos animos misit: & quidem delegatio spectaculi erat appendix: nam ad heroica virtutis opera tenetur, qui speciali Numinis fauore exornatur. cap. 12. n.99.toto §. p.532

Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros, &c. Antetulit immunitatis beneficium ægritudinis remedio: alij eximuntur à morbo, extrahuntur alij à periculo: ergo hi cumulationi vtuntur fauore, quando cumulatius est beneficium damna maturè anteuertere, quàm expungere. c. 12. num. 104. toto §. p. 534

Exprobrauit incredulitatem eorum. Dum incredulitatem exprobrat, miro ascensionis spectaculo animos oculosque exhilarat: fallar, ni vt eos participes faceret gloriæ, exprobrarit errorem culpæ, cùm vbi nobis Deus nostra fugillat errata, discupiat impendere beneficia. c. 13. n.31. toto §.p 551

Assumptus est in cælum, & sedet. Non solum refertur cælum versus ascendisse; sed iter felicissimè consummasse, thronumque obtinuisse. Sunt qui cælum versus tendere incipiant; sed quamcitò iter deserant, & ab inceptis deficiant: cùm non sit consummata laus feliciter exordiri, nisi contigerit consummare. c. 13. num. 60. toto §. p.560

Prædicate Euangelium omni creaturæ. Etsi in cælum Christus Dominus tetenderit, cælestes quodammodo ministros mundo delegauit: quandoquidem toti erant in salute procuranda, & calamitate pellenda. Qui Dei minister est, alienæ se totum saluti impendat, & necessitati consulat. c.13.n.95. toto §.p.571

Assumptus est in cælum. Quis dubitet gloriæ aspectum ascendendi cum Domino accendisse nobile studium. Profectò qui hodie ascensionis intuetur pompam, tenetur quodammodò concupiscere, & sibi solicitare, quandoquidem erga temporalia sic oculus appetitusque proximant, vt idem sit concupiscere & intueri, cap.14. n.11. toto §. p.584

In nomine meo dæmonia eiicient. En nobis nomen relinquitur, quod in omnes phalangas dæmonum arietatur: qui fouent pectore dæmonem, malitiæ suæ vertant, non nominis inefficaciæ adscribat: non stat per Deum peccatorem calamitate non eximi; sed per ipsum, quia constat suis calamitatibus auxiliari. c.14.num.59. toto §. p.599

Etsi mortiferum quid biberint. In animarum zelotypum, in Christi discipulum virtutis causam procurantem hominum malignitas, & confœderata dæmonum peruersitas ardentissima temperauere venena; sed quæ hausta videbantur militare periculo, solummodò deseruierunt trophæo. In animarum zelotypum insurgere videbis vrgentissima pericula; sed videbis etiam Dei ope transire in decantanda trophæa. cap.14. n.83. toto §.p.607

Dæmonia eiicient. Qui Euangelicam veritatem disseminare mittuntur, & dæmoni aduersari iubentur: quasi opus sit nitenti aliorum prauitatem depellere, triumphos priùs de dæmone reportare. cap. 14. numer. 115. toto §. p. 616

Prædicate Euangelium. Qui Apostolatus fulgebant gloria, ad laboriosa prædicationis delegantur officia, nec recusarunt laborem, qui dignitatis fortiebantur & lucem, Non habent Apostoli imitatores plures; imò cùm dignitas adnexos habeat labores, laborem fugiunt, & splendorem exambiunt. cap. 7. num. 38. toto §. p. 14.

Et sedet à dextris Dei. Iam requiescit gloriæ splendoribus coronatus, qui aliquando tribulis redimitus: nobiliter iam otiatur qui tot laboribus sibi acquisiuit præmium, & honestum meruit otium. Laudabile est otium laboribus partum, inhonestum inertiæ artibus acquisitum. c.7. n.133. toto §.p.44

Prædicate Euangelium. Vniuersum mundum iubet peragrare; cum dæmonibus congredi, infirmitates depellere, & tamen Apostoli non examinantur inertes: sed in campum properant alacres: vt noueris Deum, cùm ardua præcipit, animos addere, & difficultatem mollire. c.7. n.212. toto §.p.72

Index ad Sacras Conciones.

IN DIE PENTECOSTES.

ACTORVM II.

Erant omnes discipuli pariter in eodem loco. A mundo erant remoti, & à rebus mundialibus ferè expuncti: ergo fulgentissima lux illos coronat, & candidissimè emicat: nam diuina lux nitidiùs micat in vase rebus humanis vacuo, quàm pleno. cap. 7. num. 263. toto §. p. 90

Sonus tamquam aduenientis spiritus. Et cur ingenti adeò sono aures ferit? vt à vitiorum sanè profundissimo letargo excitarit: nobilior Spiritus Sancti triumphus fuit, quàm eluctantibus adurere flammis, extraxisse mundum à profundissimis vitiorum somniis: est enim nobilior triumphus, quàm domare ferro, à vitiorum excitare letargo. c. 7. n. 285. toto §. p. 97

Et apparuerunt dispertita lingua. Luciferis linguis loquebantur, & eisdem coronabantur: non repulit à debito laboribus præmio, quos laborioso dicauit officio. Qua splendebant luce, minuebant labores: esset durissimum, si laboriosas ad molestias vocati, à debito præmio inuenirentur repulsi. c. 8. num. 39. toto §. p. 122

Dispertitæ linguæ tamquam ignis. Ecce candidissima Apostoli luce emicant: ecce cælestis lux nobilem ambitionem inflammat; & tamen virtus, etsi splendorem secum afferat, contemnitur & volatici honoris stella sitienter ambitur. c. 8. n. 43. toto §. p. 123

Sedítque. Apostoli gloria fulgebant, & quia supra caput, non videbant: vt nobis humilitatis innotescat conditio: humilis nulla alia in se intuetur nisi ingloria, vt solum etiam in alteris laudabilia. cap. 8. num. 88. toto §. p. 136

Apparuerunt dispertitæ linguæ. Lingui virtuti deseruiebant deuoti, & eisdem linguis apparebant coronati. Dubites an præmium anteuerterit officium, an officium anteuerterit præmium, quod non solum Apostolorum fuit commodum; sed & elogium Spiritus: est enim egregium præmiantis elogium, si exceperit pulueremcursus brauium. cap. 8. num. 242. toto §. p. 186

Sedítque supra singulos eorum. Cælestis ignis in Apostolorum ossibus demissus, & inuiscetatus resplenduit: quod ingentem audientibus, videntibusque attulit admirationem: & iure: nam vitiis adglutinamur; sed virtuti leuiter adhæremus. c. 8. n. 343. toto §. p. 219

Et cæperunt loqui. Sic honestè audentes eos reddidit Spiritus sanctus, vt omnem metum expunxerint, & viriliter se in vitia armauerint: nos vt qui exiguo aut nullo vtamur Spiritu, inuenimur ad virtutis opera pauidi, & ad delicta, vt qui deliremus vitiis, intrepidi. c. 9. num. 446. toto §. p. 360

Sedítque supra singulos eorum. Supra eos sedit, quos prorsus exules à mundo vidit: curabant studiosè præuenire Spiritui sancto officium; imò diuturnum disponere ad manendum habitaculum: ecce hodie Spiritus sanctus innumeris descendit linguis, & tamen pauca occupat corda, quia ferè omnes homines præoccuparant anteà vitia. Certè tot vitiis aliquando homo præstat habitaculum, vt nullum Deus inueniat hospitium. c. 10. num. 104. toto §. p. 402

Sedítque supra singulos eorum. O cælestis hæreditatis amplitudinem! Ecce Spiritus descendit, & Apostolos omnes implet: nullus alteri inuidebat, quia & ipse luce cælesti, radiabat. O quàm si mundialis esset splendor, citaret inuidiam, & nutriret malcuolentiam! Humana felicitas, quia angusta consortem respuit: cælestis, quia amplissima, exambit. c. 11. n. 36. toto §. p. 444

Et cæperunt loqui. Cælestis soni, vti litui clangore producti in campum incipere gestiunt bellum: non recusarunt certamina; imò statim processerunt in bella: nam virtutis multi ad congressum placet citari. c. 12. num. 74. toto §. p. 455

Et impleuit totam *domum.* O cælestem felicitatem nil vacuum relinquentem; sed omnia præcordia gaudio ineffabili exhilarantem! Mihi crede, gaudium integrum felicitas plena solùm à Deo & virtute promanant: nam humana felicitas vti variis anxietatibus semper inuasa, nunquam cumulatè est plena. c. 11. num. 164. toto §. p. 483

Apparuerunt linguæ. Oportuit è cælo aduentasse linguas, quæ loquerentur cælestia, quæ diffunderent diuina: nam hominum ora loquuntur frequenter euanida, rarissimè fructuosa. c. 12. n. 73. toto §. p. 526

Quomodò nos audiuimus vnusquisque linguam nostram? En Apostoli vt omnium studerent saluti, omnium se attemperabant sermoni: propriæ quodammodo obliuiscebantur linguæ, & studebant alienæ: nam Christi discipulus se totum alienæ saluti attemperat, & prudenter stylo adaptat. cap. 13. numer. 95. toto §. p. 571

IN FESTO SANCTISSIMÆ Trinitatis.

MATTHÆI XXV.

Data est mihi omnis potestas. Euntes ergo. Legitima potestatis consequentia fuit Apostolos vniuerso orbi delegare, illosque instruere: non accepit Christus potestatem, qua solum fulgeret; sed qua consuleret: annexos habet dignitas quæuis labores; sed Proh dolor! Plures laborem fugiunt, & splendorem exambiunt. c. 7. n. 38. toto §. p. 14

Euntes ergo docete. Filius, qui se totum Patris voluntati attemperauerat, morigeros subditos adinuenit; nullus restitit, nullus mandatum extraxit: nam qui Deo incunctanter obsequitur, subditos sibi parentes sortitur. c. 7. n. 33. toto §. p. 12

Data est mihi omnis potestas. Euntes ergo docete omnes gentes. Non detorsit potestatem ad cognatorum splendorem, ad consanguineorum thronos; sed omnium inuigilauit saluti, vt Reipublicæ administer nouerit inuigilare omnium saluti, neque studere solùm propinquorum splendori. c. 7. n. 129. toto §. p. 43

Data est mihi omnis potestas. Ad Patris, Filij, & Spiritus sancti honorem datâ vtitur potestate, vt se Dei Filium probet: nam homines

homines munus detorquere ſolent ad propria commoda, cùm debuiſſent curare Principi, & Reipublicæ profutura. c.7.149. toto §.p.49

Et filij. Filius æterna Patris imago, & ſpeculum ſine macula à Patris voluntate nunquam diſcedit, vt nos, ſi filij eſſe cupimus, doceat Patrem imitari, & eius voluntati inhærere; ſed ô nos miſeros! vitiis adglutinamur, virtutibus adhæremus. c.8.n.345.toto §.p.219

In nomine Patris & Filij. Filius Patris vnigenitus, & toto diuinitatis cenſu ditatus nulla ingratitudinis vmbra defœdatur; imò perfectiſſima imago, pellucidum ſpeculum acceptum non celat; ſed ſe à patre genitum manifeſtè ſemper declarat. Quàm alij ſunt hominum mores! ad dignitatem aliquando euecti ingratis ſoluunt oſtentis, quod ſummis promiſerant gratificandum officiis. c.9.n.355. toto §.p.330

Et ſpiritus ſancti. Sacer ſpiritus ſua præſentia peccata exterminat, prouidentiáque pericula exarmat: dignè ergo Deitatis cenſu exornatur, & diuinitate fruitur: vt dignè poſſideas faſtigium, imitare ſpiritum ſanctum, qui depellit peccata ſanctus, & auertit ab hominibus pericula prouidus. c.10.n.17.toto §.375

Data eſt mihi omnis poteſtas. Acceptam à Patre poteſtatem euulgat, & gratitudine honorat: hominibus de more eſt quæ ipſi acceperint, non recordari ad gratiam; ſed expendere aliis dilargita ad inuidioſam querelam. c.10. n.55. toto §. p. 386

Baptizantes eos. Totus eſt Chriſtus Dominus in peccatis hominum eluendis, & in moribus reformandis, & dum huic inuigilat curæ, omni ſe teſtatur exornatum poteſtate: vt nouerint qui regimini incumbunt, non poſſe non acquirere ſibi commoda, ſi ſolicitè depulerint vitia. c. 10. n.65.toto §.p.390

Data eſt mihi omnis poteſtas. Maieſtas deſeruientium rutilat claritate: ſubiectus miſerandus, ſuperioris eſt næuus: ergo vt poteſtatis ſuæ honeſtam acquiſierit pompam, omnem à ſubiectis depellere molitur culpam: aliter omni felicitate carebunt, & ærumnis exundabunt. c.10. n.113.toto §.405

Baptizantes eos. Quàm parabili medicina reducit homines ad gratiæ candorem, ad virtutis puritatem, intinctione ſcilicet, vt ſuperiores ab eo diſcant, nouerintque lucere viuidiùs regentis dexteritatem, ſi ſerpenti ſubueniat morbo dilecante non vſus ferro. c.10. n.162. toto §. p.420

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Tota Beatiſſima Trinitas reformando homini impenditur, & ſacratur. Pater Filium ex ſe genitum, & ſibi per omnia æqualem delegauit in mundum: Pater Filiuſque ſpiritum principio per omnia ſimilem, & æqualem ſuper Apoſtolos toramque Eccleſiam aduentaſſe gauiſi ſunt; verùm homo, dum Trinitatem ſolicitè prouidam, & impensè amantem ſui videt, liberiùs audet. Certè non ſemel videas detorqueri redundantiam clementiæ cæleſtis ad fruendam audaciam humanæ temeritatis. c.10. num.159. toto §. p.419

Baptizantes eos, &c. Dum nomen ſimplex declarat, vnicum eſſe Deum manifeſtat, dum Patrem, Filium, & ſpiritum ſanctum, pronuntiat, perſonarum adſtruit numerum: ab hoc ergo Deo omnem ait prouenturam homini felicitatem, nec ab alio poſſe oriri, cùm huic vni & poteſtas ſit & voluntas. O quàm inſanimus inſeruientes creaturis, noſtra adorantes deliria ſæpè impendimus adorationis, & obſequiorum tributum ei, à quo nullum in tempore neceſſitatis remedium. c.10.n.166. toto §.p.422

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Ecce Pater totum ſe reciprocauit in Filium, ne quid ſibimet derogaret: ecce Pater & Filius Spiritum Sanctum ſpirant: gaudet Pater habere Filium felicitatis conſortem, Pater & Filius gaudent habere Spiritum Sanctum ſuæ maieſtatis participem: non eſt illa felicitas vt humanat nam humana ſic anguſtatur, vt conſortem reſpuat; ſic ampla cæleſtis eſt, vt exambiat. c.11. n.36. toto §.p.444

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

IOANNIS VI.

QVi manducat hunc panem, viuet in æternum. Nulla iam homini excuſationis ſpecies, ni ardentes has dapes exambiat, à quibus vita promanat, mors exulat. Honorem non ſemel partipendimus, vt vitæ conſulamus: his elucraris vitam: *Viuet in æternum*, & honoris aſſequeris gloriam: *In me manet, & ego in illo.* Sed Proh dolor! ſic nobis ipſis opponimur, vt huic menſæ non accedamus allecti lucro, cùm ſuſpiremus caducam vitam honoris etiam diſpendio. cap.7. n.109. toto §. p.37

In me manet. Huius menſæ beneficio iam homo tranſit in Deum, & qui ſolùm attendebat euanidis, iam ſtudet ſolummodò fructuoſis: ſic Euchariſtia de diabolo, de mundo, & homine triumphat, vt omnia videat inuertiſſe, & contrario ſtylo hominem reformaſſe. c.7.n.236.toto §. p.80

Caro mea verè eſt cibus. Cibus equidem homini; ſed venenum dæmoni & voluptati: adeo tremendum vitiis fatum eſt Euchariſtia, vt eorum vites eneruet, & robur debilitet. c.7.n.243.toto §. p.83

Hic eſt panis, qui de cælo deſcendit. Vt deſertorum dura itinera peragrantes, & obuia præcipitia obeuntes cæleſti illo epulo, ſcilicet manna laſſitudinem ſubleuabant, & victoriam obtinebant; ita nos per inuia & ſcopuloſa incedentes hoc pene egemus ad laſſitudinem ſubleuandam, & victoriam plenè obtinendam. c.8.n.112. toto §. p.146

Caro mea verè eſt cibus. Propria nos carne paſcit, proprio ſanguine innutrit, ex ad ſe pertinentibus parauit epulas, inſtruxit conuiuium; aliter faciunt homines: ex propriis tribuunt difficulter, ex alienis largiter. c.8. num.273. toto §. p.196

In me manet, & ego in illo. Cæleſte amoris ingenium fuit aliquid excogitare, quo Dei concorporei, & conſanguinei efficeremur: nam aliter homines ſe Deo nec inſiterarent, nec Deum ſibi adunirent: hæc inter virtutem, vitiumque differentia eſt, virtuti leuiter adhæremus, vitiis verò adglutinamur. c.8. num.343.toto §. p.219

In me manet & ego in eo. Honeſta ſanè ambitione hoc epulum eiurire debuiſſemus,

Digitized by

quando eius virtute in Deum transfundimur, & ad diuinitatis participationem veluti compendio leuamur. Hîc ſubitò aſcendet ad ſummum, cùm extra hanc menſam ad ſummum non ſubitò aſcendatur; ſed per laborioſos gradus opus ſit detineri, & defatigari. cap. 9. num. 41. toto §. p. 235.

In me manet, & ego in illo. Vt prudentiſſimus eſt, qui Deum puro pectore ſuſcipit & inuiſcerat amicum; ita cæciſſimus delirat, qui intra pectoris domum admittit vt ſocium, quem iniuriis offenſiſque non ignorat inimicum, quandoquidem ſolum ſupplicia ſperare poteſt, qui ſocium admiſit, quem hoſtem iniuriis reddidit. c. 9. n. 367. toto §. p. 335

Caro mea verè eſt cibus, ſicut miſit me viuens, &c. Viuens Pater Filium miſit omni ſapientia exornatum, & omni luce perfuſum: ergo qui cupit ſapientiæ luminibus rutilare, & obſcuras ignorantiæ tenebras depellere, huic menſæ accedat: eſt namque Euchariſtia lucis fons, agnitionis officina, anxietatis medela. c. 14. n. 199. toto §. p. 639

In me manet & ego in illo. O quantos nobis facit animos hæc promiſſio? Iam non decertas ſolus; ſed Deo vnitus, & quodammodo incorporatus; ergo prudenter aude, & hoſtiles copias euerte: nam licet tibi derelictus eſſet hoſtium præda, Dei epulo armatus reportata de hoſtibus reſplendebit victoria. c. 14. n. 92. toto §. p. 609

Viuet propter me. Si beneficium menſæ cum aliis ab omnipotentia dilargitis conferas beneficiis, longè inuenies antecedere, & longiſſimis interuallis diſtare. Hæc menſa præcipitat mortem, ſuffulcit vitam, Chriſtus à Lazaro mortem depulit, & poſt mortem vitæ reſtituit. Ergo Euchariſtia ſumptuoſius beneficium, quandoquidem maius eſt damna maturè anteuertere, quàm expungere. cap. 12. num. 104. toto §. p. 534

Non ſicut manducauerunt Patres veſtri. Qui manna alti, non tenebantur eximiis adeò virtutibus refulgere, vt cogimur cœlesti pane innutriti rutilare. Longè lateque vincit manna inſipidum odore cœlesti fragrans panis Angelicus: ergo ad maiora ducit: nam qui ſpeciali beneficio exornantur, ad maiora opera virtutum tenentur. c. 12. n. 99. toto §. p. 532

Et ſanguis meus verè eſt potus. Semel & iterum ſe exhibet iam ſub panis ſpeciebus, iam ſub vini poculo, & hoc vt deſiderium tuum inflammet ad menſam ſi deſideras obtinere victoriam. Qui vitia penitus deſiderat abolere, contentus non ſit ſemel Euchariſtiam ſumere. c. 7. num. 208. toto §. p. 70

PRO SANCTIS.

In Feſto Sanctæ Andreæ Apoſtoli.

MATTHÆI IV.

Ambulans Ieſus iuxta mare Galilææ. Solicitè maris Galilææ oris Dominus obambulat, vt è tellure piſcetur homines, quos ſpebus ineſcatos telluri abſtulerat mare: non otiatur Dominus, non ſomno indulget: diſcupiebat ciere vitiis bellum, reportareque triumphum: ergo vigilauit: quia indulgere non debet otio, qui diſcupit redimiri trophæo. c. 7. num. 52. toto §. p. 18

Relictis retibus, &c. Ab obedientia exorditur Andreas perfectionis viam, & Apoſtolatus fortunam: laudabili cæcitate reliquit retia, & mira promptitudine Chriſti eſt ſecutus veſtigia: ergo nil mirum inter Apoſtolos excellat gloriæ pompa, qui aliquos præceſſerat obedientia, quandoquidem obedientia eſt felicitatis vena præcipuè ſi exprompta & laudabiter cæca. c. 7. n. 26. toto §. p. 10

Faciam vos fieri piſcatores hominum. Qui fortunatè piſcationi rationabilium dignos miniſtros adlegit, facturum ſe, vt piſcationi incumberent, eis promiſit: *Faciam vos fieri*, id eſt, non ſortiemini piſcationis ſolùm vocabulum; ſed exercitium: munus namque ſi impleatur, affert gloriam, ni impleatur, addit ignominiam. Quæuis dignitas habet annexos labores; ſed plures labores fugiunt, & ſplendorem exambiunt. c. 7. n. 38. toto §. p. 14

Faciam vos fieri piſcatores hominum. Ad pericula vocat, & ſequuntur, vt in Andrea virtus ageret dignos triumphos, quando indubia pro virtute non terruerint detrimenta, nec tranſuerſa auerterint ligna: eo ardore ſecutus eſt virtutem, quo mundiales cupiditatem: leuia alios pro virtute fugant pericula; ſed Andream vti mundi aſſeclas pro vitio, dura non deterruerunt tormenta. c. 7. n. 114. toto §. p. 38

Relictis retibus. Omnia reliquit, vt ſequeretur expeditiùs Chriſtum, & expungeret omnem metum: ni retia à corde abieciſſet, implicata retibus veſtigia tardaſſet, & dum conſtabat aliqui ſæculi amore teneri, non poſſet timore non diuexari. cap. 7. num. 118. toto §. p. 39

Faciam vos fieri piſcatores hominum: Ad arduа vocabat ſapientibus, rhetoribuſque rudes homines opponebat, & tamen difficultatibus non ceſſerunt, quia vires ſibi inditas experiebantur: Deus namque dum arduа præcipit; animis inditis difficultatem emollit. c. 7. n. 212. toto §. p. 72

Venite poſt me. Andreas Chriſtum ſecutus eſt vſque ad crucem: quia vt optimus miles contentus non eſt inferre bellum ſæculo virtutum eximiarum exercitu; ſed crucis etiam externo habitu: vt noueris oportere exteriorem habitum ad reportandum de vitiis triumphum. c. 7. n. 232. toto §. p. 79

Relictis retibus. Laudabili cæleſtis lucis ambitione, ſacraque ſiti ſe omnibus Andreas exuit, & cæleſti adoptauit: nam lux diuina nitidiùs lucet in vaſe rebus humanis vacuo, quàm pleno. cap. 7. num. 263. toto §. p. 90

Faciam vos fieri piſcatores hominum. Ad virtutis gloriam vocabat, & eo ardore, iter arripuit Andreas ad virtutem accitus, ac poſſet ad temporalem dignitatem vocatus, cùm tamen ferè omnibus contrarium non ignoretur accidere, quandoquidem mundialis honoris ſitienter ſtella ambitus; virtutis verò glòria contemnitur. cap. 8. numer. 43. toto §. p. 123

Secuti ſunt eum. Proprias commoditates abiecerunt, vt parent Chriſto, vt Apoſtolatus munus ſubirent, & dignos tanto Principe miniſtros

ſe oſtenderent: Andreas magiſtri commodis ſua poſtpoſuit, vt in plurimum miniſtros conſtat ſua commoda detrimento Principis ampliare. c.8.n.257.toto §. p.191

Relictis retibus. Mirandus Andreas dum, vt piſcator eſſet hominum piſcationem oblitus eſt piſcium: illud erat publicum & commune, hoc erat proprium & peculiare: ergo mirandus fuit, dum bonum publicum propriæ vtilitati antepoſuit, nec vtilitatem propriam communi ſaluti antetulit. c. 8. num. 265. toto §. p. 194

Secuti ſunt eum. A piſcatione auertebat ratio; ſed detinebat in piſcatione conſuetudo, & tamen Andreas ceſſit conſuetudini, vt obtemperaret rationi, cùm difficulter nos refragemur conſuetudini, quantumuis trahamur in contrariam partem ratione. c. 9. num. 142. toto §. p. 265

Faciam vos fieri piſcatores. Ad piſcationem vocat, & piſcationi incubituros teſtatur, vt & hominibus ſubſidium, & Andreæ immortale fuerit elogium: nam dum ſuperior nil aliud eſt, quam officium, & ſibi acquirit laudem, & ſubiectis affert ſalutem. cap. 10. num. 8. toto §. p. 372

Venite poſt me. Sic Andreas obſecutus eſt, ſic magiſtri hæſit veſtigiis, vt maluerint ſubire crucis incommoda, quam cum virtute rupiſſe fœdera. Fecit Andreas pro virtute, quod peccator ſolet pro cupiditate: nam peccator contemnit incommoda, ne cum vitio ruperit fœdera. c. 10. n. 123. toto §. p. 408

Secuti ſunt eum. Certè per confragoſa ſecuti ſunt per duriſſimam crucem; ſed in ipſa cruce inuenit Andreas cæleſtem, & candidiſſimum ſplendorem, in crucem ab impiis, agebatur vt reus; ſed ibi à piis conclamabatur vt ſanctus: nam virtus etſi aliquo tempore fraudetur laude, potitur tandem honore. c. 11. n. 41. toto §. p. 445

PRO S. FRANCISCO XAVERIO P. N.

LVCÆ XII.

Sint lumbi veſtri præcincti. Se arctè Franciſcus cinxit, & Domini cingulum imitatus inuigilauit. Hinc virginea produxit examina, & ſaporatiſſima virtutum mella: nam concionatoris Chriſto configurati lingua producit ſaporatiſſima mella, & virginea ſemper examina. cap. 14. n. 142. toto §. p. 623

Sint lumbi veſtri præcincti. Franciſcus erga ſe carnificis munus geſſit; ſed erga alios totus fuit melleus, & nectareus: nam vti verus Chriſti diſcipulus ſibi delegit amaritudinem, & cæteris propinabat dulcedinem. cap. 14. num. 136. toto §. p. 622

Vt cùm venerit, & pulſauerit, confeſtim. Qui patienter tulit cingulum, non tulit, vt hominibus benefaceret, retardari: præcinctus ſeruit, & confeſtim ſibi aperiri iubet, fortè quia retardari erat acerbius quàm mori. Hinc Xauerius Domini ſpiritu candens, dum Sinarum portas pulſat, retardatus moritur; illum non occiderunt venena & retardata de medio tulerunt vota, & quidem qui ab ardenter deſideratis repreſſus, cenſeri debet iam mortuus. cap. 14. num. 130. toto §. p. 620

Sint lumbi veſtri præcincti. Vt lucernis ſplendentibus offuſas noctium tenebras valeant depellere arctiſſimo iubet cingulo adſtringi: obtemperauit Xauerius, ita ſe duris funibus illigauit, vt vltra admirationem fuerit; imò & ſtuporem vicerit poſſe mortalem hominem etſi piè, ita in ſe deſæuire, & vltra fœuitiam cruciare. Iam non mirabetis totas orientis tenebras expunxiſſe, qui ita nouerat de te, & de vitiis ſemper triumphare: vt diſcamus triumphos de dæmone reportare, qui nitimur aliorum prauitatem depellere. c. 14. num. 115. toto §. p. 616

Sint lumbi veſtri præcincti. Militarem iubet habitum induere diſcipulos ad cum dæmone periculoſque congreſſum, & ſimul propter conuiuium: vt nouerint non deterreri periculis, & gaudere trophæis. Auertebant amici Xauerium, ne inſulam vocatam *del Moro* tenderet, ibi namque ab incoli barbaris peſtilentiſſima propinabantur venena: zeli ardor digeſſit mortem, vt incolis miniſtraret ſalutem, ibique & floruit, & viguit, & valuit: nam vitutem colenti etſi pericula immineant ſpecie truculentiſſima, apparent quam citò inania. cap. 14. num. 111. toto §. p. 615

Sint lumbi veſtri præcincti. Pœnitentiæ ſcilicet cingulo, quo aduerſarium dæmonem duro confoderint iaculo: dæmoni iaculum cingulum eſt: eſt namque pœnitentia fœuum diaboli tormentum, & eius fraudis excidium. c. 14. n. 106. toto §. p. 613

Et vos ſimiles hominibus. Humilitatis armis protegit, contra hoſtis inſidias & inſidioſas dæmonis fraudulentias. His Xauerius inſtructus ferri non potuit, & deturbare hoſtem valuit. Certè humilitas reportauit triumphum, & durum dæmoni inflixit tormentum. c. 14. n. 101. toto §. p. 612

Et lucernæ ardentes in manibus veſtris. Pœnitentiæ cingulo animarum in lucernis adunxit zelum, & dum adiunxit zelum, & dæmonum conflauit odium: expertus eſt Xauerius ſæpiſſimè. Certe dæmon etſi viderit miris virtutibus ſplendentem ſuſtinebit; etſi zelotypum viderit, furet. cap. 14. num. 74. toto §. p. 604

Et vos ſimiles hominibus. Homines vigiliis, duris laboribus; nauigationibus periculoſiſſimis addixit exiguum lucrum: ergo Xauerius vetus Chriſti diſcipulus ſimilis hominibus tranauit maria, hauſit venena, deſpexit pericula, non ob corruptibile aurum; ſed ob immortale animarum lucrum, ne minus virtus ſuaderet aliquando diſcipulo Chriſti, quàm cupiditas diſcipulo ſæculi. Et mirandus in hoc Xauerius cum frequenter ſuaſerit aurum, quod pietatis non perſuaſiſſet ſtudium. cap. 14. num. 30. toto §. p. 590

Sint lumbi veſtri præcincti. Eis ſe vinculis conſtrinxit Xauerius, vt vires prorſus defecerint, & conſtanti anima corporis iter impediuerit ægritudo; verùm de ipſa corporis imbecillitate vires reſumpſit ſpiritus, & vegetior refloruit animus, infirmo corpore depugnauit, ſicque feliciter vicit: nam dum contra vitium infirmis corporis viribus depugnatur, faciliùs victoria acquiritur. c. 7. num. 170. toto §. p. 56

Sint lumbi veſtri præcincti. Ad ardua citat,

Digitized by Google

ad periculoſa certamina habitu militari diſponit; & tamen Xauerius terga non vertit periculorum volumine deterritus, aut difficultatibus implicatus: nam quos Deus ad ardua præparat, quibus difficultatem emolliant, viribus inuictis exornat. c.7.n.212.toto §.p.72

Sint lumbi veſtri præcincti. Arctè adeò ſe cinxit Xauerius, vt neceſſaria ad victum, & ad dignitatis Legati de latere ornatum à rege liberaliter oblata conſtantiſſimè repudiauerit, & mendicans vixerit; verùm dum omnibus terrenis auxiliis viduatur, ingentibus prodigiis ac miraculis fulget, & futura lumine prophetali prædicit: nam lux diuina nitidius lucet in vaſe rebus humanis vacuo, quàm pleno. c.7. n.263.toto §. p. 90

Sint lumbi veſtri præcincti. Ad inferenda dæmonibus bella Xauerius præcinctus eſt, eaque virtute infernorum phalangas aggreſſus eſt, vt nequiuerint ſuſtinere impetum; imò nec potuerint ſufferre aſpectum: talis erat miniſter hic Euangelicus, vt eius deterrita voce fugerint vitia, & percuſſa eius aſpectu vlularint inferna.c.7. n.302. toto §.p.103

Sint lumbi veſtri præcincti. Cingulum militare inſigne non erat Xauerio moleſtum; imò ſemper extitit gratum. Indorum grauibus ponderibus prægrauatus palmæ ad inſtar exurgebat robuſtior, & pugnam geſtiebat lætior: nil ita iucundum erat huic ſtrenuo militi, quàm ad congreſſum citari. c.11.n.74.toto §. p.455

IN FESTO PRÆSENTATIONIS B. Mariæ Virginis.

Lvcæ XI.

Beatus venter, qui te portauit. Quæ paruula in templo præſentata Dei oculis offertur, iam Dei Mater deprædicatur: maternitas in præſentatione iam erat veluti in ſemine; dum parentes gratam pietatem erga Numen conteſtati obtulerunt filiam, acceperunt & matrem, vt noueris maturam gratitudinem eſſe beneficij incrementandi artificium, vt generoſi animi teſtimonium. c.7.n.259.toto §.p.89

Beatus venter qui te portauit. Matrem laudat pia mulier, dum filium triumphis redimitum videt, & parentes matris poſſet laudare, ſi templo oblatam contigiſſet videre: magna matris laus fouiſſe viſceribus dæmonis excidium, magnum Ioachimi elogium obtuliſſe templo futurum Chriſto ſacrarium. Ecce cognatio hic impulit quodammodo ad virtutem, cùm in plurimum cognati meliùs irritent ad vitia, quàm virtutis promouerint deſideria. c. 8. num. 64. toto §. p.130

Beatus venter qui te portauit. Deus in prædeſtinatæ Virginis vtero ſibimet caſtrameratus eſt; mater hominum fugit aſpectum, vt filium dæmonis corde foueret excidium, fugit mater ciuitatis dolum, vt nobis afferret Chriſtum, Diſce frequentiam fugere, nec ignores ciuitates doloſitatis eſſe fœcundas venas, & vitiorum officinas. c.8.n.148. toto §.p.157

Quinimò beati qui audiunt, &c. Matrem laudat pientiſſima fœmina cùm reportatum à filio conſpicit triumphum, quaſi ab ipſis vberibus lac ſuxerit, quod ad necem ſiſaræ propinarit. Itaque in ipſis viſceribus Chriſtus erat vitiorum venenum, virtutum emporium, nec mirum mater Chriſti fuerit Maria, quando eius parentes toti fuerunt in filia tres annos agente Numini offerenda, & ab humanis obtutibus ſeparanda. Diſcant parentes temporis non expectare ſuffragium, vt filio; impulerint ad virtutis ſtudium. c.8.n.203. toto §. p.174

Beatus venter qui te portauit. In ipſis viſceribus fatetur hæc mulier fuiſſe Chriſtum ineluctabile dæmoni futum, quod & ad matrem poteſt extendi, quando trima templo offertur, & iam mater dilaudatur: opus erat, vt aliquando vel ante tempus iam inuictæ contra vitium floreret vires, quia non ſemel ante tempus contra virtutem armantur temeritates. Certè non ſemel homines ad vitium ante virilitatem ſunt viri, cùm vel in ſenectute ad virtutem videantur pueri. cap. 8. num. 215. toto §. p.178

Beatus venter qui te portauit. Quo die Maria offertur templo ſacrata, refertur etiam abacto dæmone & ſalus hominis acquiſita: non potuit non eſſe fœcundiſſima humanæ ſalutis vena, quæ matutè adeò virtuti conſecrabatur deuota: nam tantò quis hominibus eſt proficuus, quantò plus virtuti dicatus. c. 9. num.160. toto §. p.270

Beatus venter qui te portauit. Beata prædicatur mater, quia Deum peperit, & Deum peperit, quia Deo à parentibus oblata, veluti oliua ſpecioſa oleum protulit vulneribus ſanandis, & viribus confouendis. O quantam: gloriam peperit Ioachimo & Annæ filiam dicaſſe templo, & virginum adiunxiſſe conſortio: vt è contrà negligentia in educandis filiis eis miſeriam, & parentibus attulit ſæpiſſime notam.c.9.n.220.toto §.p.289

Beatus venter qui te portauit. Virginis allaudat & matris prærogatiuam, & eximiam deprædicat habere contra dæmones efficaciam: & quidem plus valuit vnica Virgo Maria ad dæmonis vires infringendas, quàm plures ad retardandas. c.9. n.435. toto §. p.356

Beatus venter qui te portauit. Miſerrimi hominis ſalutem à Deipara promanaſſe hæc mulier teſtatur: & quando non promanauit à Maria homini auxilium? Certè nullum ad ſe confugientem reſpuit, quia ſe omnibus veluti debitricem conſtituit. c.11.n.20. toto §.p.439

Beatus venter qui te portauit. Quæ Numini offertur, beata deprædicatur, & fortaſſis mater non deprædicaretur fortunata, ni templo dicaretur deuota. O quàm errant parentes, dum refugiunt templo, religionive dicare filios. Certè nonnullis parentibus nil adeò videtur infauſtum, quam filium Numini conſecrari deuotum. c.11. n.168.toto §.p.484

Beatus venter qui te portauit. Vt portaret Chriſtum, Maria prima hodie petiuit templum, & quidem quodammodo dum hominum fugit conſortium, & ſe clauſuræ dicauit, veluti martyrio coronatam diuinis ſe præſentauit obtutibus in holocauſtum ſe Domino obtulit, quæ clauſuræ & orationi ſe fœmina dedicauit. c.11.n.205. toto §.p.495

Beatus venter qui te portauit. Vbi Maria celebratur hominum fugiſſe conſortium, & refertur protuliſſe dignitſimum fructum: vt noueris, ſi

Deo

Deo cupis maturum proferre fructum, hominum declinare conſortium. c.13. n.21. toto §. p.548

Beatus venter, qui te portauit. Chriſtus dæmonem expellit, & quæ ſuxit vbera, mulier extollit: *Et vbera quæ ſuxiſti.* Certè neſcio quid ex vberibus matrum ſugitur, quod enutriti infantis non obſcurè moribus demonſtratur. c.13. n.42. toto §. p.555

Beatus venter qui te portauit. Templo præſentatur, & iam Verbi Mater extollitur: nam vt in ſemine fructus præuidetur, & in ipſa radice prouentus agnoſcitur, ſic aliquando ipſa in infantia præclara præuidenter facinora, & indubia oblectant gaudia. c.13. num.67. toto §. p.561

Beatus venter, qui te portauit. Puellam Deo parentes dicarunt, quæ mater effici mereretur: nonnulli parentes ſolùm religioni applicant manca & defectibus obſcura; at Virginis parentes docuerunt Deo meliora ſemper dicanda, non obſcura defectibus offerenda. c.13. n.99. toto §. p.573

Beatus venter, qui te portauit. Quæ in matrem euecta, hodie ab hominum conuictu ſecernitur, & templi aditis remota ab humanis oculis conſecratur: & quidem quos Deus ad magna præparat, à ciuitatum, hominumque tumultu liberat. c.13. num.119. toto §. p.579

PRO S. AMBROSIO ET DOCTORIBVS.

MATTHÆI V.

VOx eſtis Sal terræ, vos eſtis lux mundi. Vt lumine tetras hominum tenebras depulerint, priùs ſalis ad inſtar debent omnem inflationem deponere, & humilitatem ſectari: ſal res eſt non magni momenti: lux oculos allicit: ergo vt candidiſſimis lucis radiis referiant dæmonem, ſalis ſectentur humilitatem: humilitas namque ſemper reportabit triumphum, & acerbum dæmoni fuit tormentum. c.14. n.101. toto §. p.612

Vos eſtis ſal terræ. Sal cibos condit, palatum excitat, & à putredine liberat; ſal inuenitur ſemper putredini inimicum, & corruptioni contrarium: ergo vt Doctores aliorum prauitatem depellant, ſalis naturam cuſtodiant: nam triumphum debet de corruptione reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere. c.14. num.115. toto §.p.616

Vos eſtis ſal terræ. Sal eſt amarum, ſed cibos condit ad aliorum delicias: ergo Chriſti diſcipulus ſibi ſit ſterilis, & amarus aliis verò affabilis, & conditus. Certè Chriſti diſcipulus ſibi ſoli exambit amaritudinem, aliis propinat dulcedinem. c.14. n.136. toto §.p.622

Vos eſtis lux mundi. Ambroſius lux mundi fuit, & ipſis in cunabulis quam cæteris fructuoſus eſſet futurus oſtendit: apum examina puerorum circumdantia fauos ſaporatiſſimos promittebant, & Ambroſium diſertiſſimum fore præmuntiabant: nec mirum quando prædicauit Chriſtum factis & verbis. Huius concionatoris vtpote Chriſto configurati lingua virginea produxit examina, & fragrantiſſima virtutum obtulit mella. c.14.n.142. toto §.p.623

Non poteſt ciuitas abſcondi. Sed Ambroſius abſcondebatur, ne eſſet ciuitas: ſic exambiebat latere, vt alij ſitiunt radiare: nam vti ſapiens priùs ſibi ſatagebat conſulere, quam cæteris prouidere. c.14.n.157. toto §.p.627

Vos eſtis lux mundi. Vt digni Chriſti fuerint miniſtri, lucis imitentur ingenium: lux nullas admittit tenebras, ſed candidiſſimis radiis, iugique rotatu hominum viuit vitæ, & laborat ſemper ſaluti. Dei miniſter cœleſtis lucet, dum omnia ſolicitat ad populi & Dei obſequium, nec proprium ſuſpirat commodum. c.13. n.91. toto §.p.570

Non poteſt ciuitas abſcondi. Ciuitas erat Ambroſius ſuos defendens, & ſe procaciæ miniſtrorum opponens. O quam fortunatus fuit populus Ambroſium ſortitus: nam dum exactorum repreſſit inſolentia populi adauxit fortunam. c.13. n.72. toto §. p.563

Vos eſtis lux mundi. Vt lux ſuo exortu homines exhilarat, & ipſis incunabulis læta prænuntiat, ſic Ambroſius luminis ad inſtar ab ipſo exortu præclara facinora promiſit, & melleam eloquentiam apum examine demonſtrauit. Certè ipſa in infantia non ſemel præclara prænoſcuntur facinora, & præuidentur indubia gaudia. c.13.num.67. toto §.p.561

Vos eſtis lux mundi. Lux vocantur, vt ad magna virtutum opera excitentur, nec iam, ſi dici liceat, liberum ſit triumphis non redimiri, quando tam cœleſti nomine conſtat fulgere: nam ad heroïca virtutis opera tenetur, qui ſpeciali Numinis fauore exornatur. c. 12. n. 99. toto §. p.532

Vos eſtis lux mundi. Dum inſtar lucis fulgent, non poterunt inuidentiæ ariete non impeti, & phalange æmulationis non diuexari: ſuperbia namque & inuidia non ferunt alium lucere, & ita ſolicitant obſcurari. c. 12. num. 8. toto §. p.505

Vos eſtis lux mundi. Mundi lux erat Ambroſius, & tamen ipſe ſe ipſum obſcurare nitebatur, & ne dignitatis faſtigium inſcenderet, rigidi ſæuique ad opinionem confugit: apud homines ſapienter opinionem ſpreuit, quia placere Deo deliteſcens ſuſpirauit. Certè qui Deo placere deſiderat, opus eſt vt apud homines aliquando opinionem prudenter ſpernat. c. 11. n. 192. toto §. p.491

Vos eſtis lux mundi. Vt lux placido iubare hominum moleſtias alleuat, vt mœſtos animos recreat, ſic Sacerdos dum ſapientia fulget, & virtute nitet. Certè populi eſt ſalus Sacerdos ſapientia præditus, calamitas nudus. c.11. n.144. toto §.p.476

Vos eſtis lux mundi. Mundi lux iugi rotatu laborat, & ſplendoribus micat: ergo qui dignitatem inſcendit, nouerit non ſolum fulgendum; ſed laborandum: annexos habet dignitas labores; verùm plures laborem fugiunt, & ſplendorem exambiunt. c.7.n.38. toto §.p.14

Vos eſtis lux mundi. Qui ſalis adinſtar ſe ipſos alienæ ſaluti impenderant, & rebus omnibus denudarant, luce candidiſſima fulgent, & in omnium vtilitatem ſplendent: at qui ſalis non imitantur ingenium, nec lucis implent officium: nam lux diuina nitidiùs lucet in homine ſe exinaniente, quàm in ſuperbiente & pleno. c.7.n.273. toto §.p.90

Vos eſtis lux mundi. Ambroſius candidiſſima Euangelij lux lætabatur de abactis tenebris, non

Digitized by

de acclamationibus aut elogiis: vt concionatores gaudere nouerint de noctibus peccatorum expulsis, non de acclamationibus aut laudibus iteratis. c.7.n.292.toto §.p.100

Vos estis lux mundi. Ecclesiæ Doctor concionator Euangelicus lucis imitetur naturam: fugiant ad eius aspectum culpæ vt ad lucis exortum tenebræ. Certè tunc Dei minister adimplet munus, cùm de eius aspectu fugantur vitia, & de voce gemunt inferna. c.7. n. 302. toto §. p. 103

IN FESTO IMMACVLATÆ Conceptionis Deiparæ.

MATTHÆI I.

Filij Dauid, filij Abraham. Dauid Abrahamo præponitur: nam Dauid gigantem prosternens à contribulibus auertit, antequam experirentur, iugum: Abraham reduxit libertati captiuum: ergo Christus Dauide præcipuè gloriatur patre. Certè digna Deo victoria est sic hostem deuicisse, vt matri opus non fuerit cum eo congredi; sed triumpho Virgine redimiri. c.7.n.278. toto §. p.94

De qua natus est Iesus. Christus Dauidem patrem imitatus matrem præuenit, & omne periculum propulsauit: ecce Dauid vti Rex præponitur, quia antequam experirentur, iugum à contribulibus auertit, hostemque detriuit: depulerat cantu dæmonem; sed postquam Saulis animum inhabitarat, gigantem verò, antequam populum premeret, deuicit: ergo hic & acclamationibus celebratur, & erga populum amor ostenditur: ergo quis dubitet Christum Dauidem imitatum contentum non fuisse matrem eximere à damno; sed obuiasse, ne incurreret damnum, periculo. c.7. num. 67. toto §. p. 23

Filij Abraham. Abraham in hostes irruit, & vbi se arbitrabantur securitate munitos, se cladibus ingemuerunt expositos: nec aliter dæmon ibi se luxit detriumphatum, vbi sperabat fore victorem. Certè dæmones vbi se arbitrabantur securitate munitos, ibi constat à Christo Domino fractos. c.8.n.133.toto §.p.153

De qua natus est Iesus. Certè in Regis matrem dæmonem ausum temerè non fuisse, vel humanus probat stylus: videas ministros non attingere splendidos, premere sæpè pannosos: ergo versutus serpens dignitate splendentem extimuit, nec captiuare præsumpsit, quandoquidem humani circitores nec iussi attingunt splendidos, etsi iniussi premant pannosos. c.8.n.212.toto §. p.177

De qua natus est Iesus. Si Mariam defendit diuinitas, quomodo temerasset procacitas? Certè apud sæculum plures minori defenduntur auxilio. Crede purissimam Virginem diuinitatis auro ab omni pœnâ extitisse immunem, quandoquidem apud sæculum, quem defendit aurum, non creditur attigisse delictum. c.8.n.229.toto §. p.182

De qua natus est Iesus. Gratitudinis lege tenebatur filius matrem à communi lege eximisse, & ab omni culpæ vmbrâ liberasse: cur non credas Christum Dominum honestè legis oblitum, vt se ostenderit gratum, quando peruersi, vt se exhibeant graros, videri paruipendunt legis oblitos. c.8.n.245. toto §. p.187

De qua natus est Iesus. Christus Dominus, qui tota diuinitatis pompa resplendet, qui excelsius dignitatis fastigium possidet, de generis obscuritate, de matris ignominia sibi non conciliasset inuidiam, nec maledicam irritaret audaciam, vt qui benè nouerat obscuris parentibus natum, dignitatis etiam fastigio despectui viuere obnoxium. c.9.n.309.toto §.p.316

De qua natus est Iesus. Christum Dominum enixa, omni tempore dæmonibus inuenitur aduersa, nec dæmonis temeritas oppugnare Mariam ausa est, quando non sine luctu experiebatur plus valere vnicam Virginem ad dæmonum vires infringendas, quam plures ad retardandas. c.9.n.435.toto §.p.356

De qua natus est Iesus. Maria & Christus Dominus ineluctabilia dæmonibus fata sunt, in nullum audet, quia totis artubus contremiscit; ea tamen aliquando inuenitur differentia, vt dæmon Christum aggressus fraudetur votis, aggressus verò Mariam grauibus puniatur suppliciis. c.9.n.439. toto §.p.357

De qua natus est Iesus. Fastigium dignitatis inscendisse refertur Christus, vt noueris eius præsentia exterminata peccata, & prouidentia anteuersa pericula: nam qui dignè possedit fastigium, & præsentia peccata exterminat, & pericula prouidenter euacuat. c.10.n.17. toto §. p. 375

De qua natus est Iesus. Quis dubitet matrem à filio honoratam, & ab omni labe immunem, quandoquidem filius nec caruit potestate, nec voluntate. Certè si à mundialibus dignitatibus desumpseris argumentum, nullum remanebit dubium, quando videmus vel ab vno prætextato omni eius cognationi promanare commoda, & splendoris crementa. c.10. n.70. toto §. p. 391

De qua natus est Iesus. Iesus Dei sapientia Virginem matrem condidit ad calamitatis venenum, & humanæ salutis auxilium: nec enim fas erat, vt serpentina astutia mulierem verteret in sanctitatis venenum, & sapientia non verteret Virginem in honoris promptuarium. Certè qui sapiens est, de ipsa calamitate procudere nouit calamitatis venenum, & salutis promptuarium. c.14.n.151.toto §.p.626

De qua natus est Iesus. Concepta est Maria, vt mundo salutem pareret, vt funderet lucem, quæ omnem peccati caliginem sanctitatis iubare propulsaret: ergo ne dubites dæmonis caput contriuisse, cùm fas sit triumphos priùs de dæmone reportare, quem aliorum constat prauitatem depellere. c.14.n.115.toto §.p.616

De qua natus est Iesus. Quæ paritura erat Dei Filium, ipsa de conceptione singulare consecuta est priuilegium: infelicitatis lex omnem amisit vigorem, & Maria ob filium ignorauit feliciter legem, quandoquidem omni mater præuenitur munditia, si filius singulari exornandus est excellentia. c.13.n.56.toto §.p.559

De qua natus est Iesus. Dum Mariæ filius Deus proditur, mater immunis dedecoris omnis asseritur, quandoquidem in Filij dedecus ad speciem vertitur, si mater maculæ suspicioni subdatur. c.13.n.47.toto §.p.556.

Index ad Sacras Conciones.

IN FESTO EXPECTATIONIS.

Lvcæ I.

Fiat mihi ſecundum verbum tuum. Ab obedientia noſtra felicitas cœpit, vt ab inobedientia etiam calamitas orta eſt. Itaque Virgo, quæ placuit humilis, concepit obediens: obedientia namque eſt felicitatis vena de promptitudine fortunata, & de prudenti cæcitate ſemper glorioſa. c.7.n.28.toto §.p.10

Quomodo fiet iſtud? Non dubitabat obedire, vel cùm præuidebat periculum imminere Ioſepho intuente grauidam & incognitam, ſed dum paruit, & periculum abegit. Certè qui diſcrimina obedientiæ poſtponit, ipſa obedientia propellit. c.7.n.47.toto §.p.17

Quomodo fiet iſtud? Nouerat prudentiſſima Virgo corruiſſe Euam, dum incautè credit; ergo prudenter cum Angelo differit, ſuiſque nos factis edocet virtutis caſtra relinquere incautam fiduciam, adlegere fidentem cautelam. c.7.n.166. toto §.p.55

Ecce ancilla Domini. Quæ mater deligitur, in ancillarum ſe cenſum refert, quaſi digna non fuerit vel ancillam appellari, quæ digna erat in matrem quæri: verùm ea eſt humilitatis laudabilis cæcitas, vt in ſe ſolùm aſpiciat ingloria, & ſolum in alteris laudabilia. c.8.n.87.toto §.p.138

Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem. Michaël, & Angeli eius in draconem depugnarunt, cœloque detruſerunt, Gabriel durius bellum tentat, dum ad Mariam Virginem inuolat: nam per Mariam, dum mater efficitur, diaboli poteſtas prorſus atteritur: plus namque valuit vnica Virgo ad dæmonis vires infringendas, quam plures ad retardandas. c.9.n.435.toto §.p.356

Spiritus Sanctus ſuperueniet in te. Maria mater efficitur, & Sancti Spiritus copioſiſſimis gratiarum chariſmatibus fœcundatur: Spiritus ſuperuenit ea gratiæ copia, vt Maria omni communicet creaturæ. Hinc peccator animos poteſt reſumere: nam quæ ſe omnibus debitricem quodammodo hodie conſtituit, nullum ad ſe confugientem reſpuet. c.11.num.20.toto §.p.439

Ad Virginem deſponſatam viro. Virginitas proditur, origo expreſſè non refertur. Itaque tacentur patres, & referuntur virtutes: vt noueris felicius eſſe virtutum dotibus eminere, quàm natalium luminibus rutilare. c.11.num.69. toto §.p.453

Ecce concipies, & paries. Quàm lætum hominibus nuntium Mariam in matrem Domini deligi, & filium per eam Dauidis ſedem obtinere, & Iacobi domum ſortiri: nil Dominus Mariæ denegabit, quam & veneratur parentem, & per quam Dauidicam adiit dignitatem, quandoquidem nil valet dignitate fulgens denegare illi per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere. c.11.n. 94.toto §.p.461

Concipies, & paries. Satis non fuit concipere; ſed ad conſummandam felicitatem oportuit parere: plures ſunt animæ, quæ cœleſtia deſideria concipiant, ſed excludunt abortiua, nec proferunt conſummata: non eſt laus feliciter exoriri, niſi contigerit conſummare. c.13.n.60.toto §.p.560

Ecce ancilla Domini. Iam ardenter diſcupit, & dum viuidis deſideriis vrgetur, & patitur: nam cenſeri debet iam mortuus, qui ab ardenter deſideratis tardatus. c.14. num.130. toto §. p.620

Ecce ancilla Domini. Ad humilitatem confugit, & dum Virgo fulget humillima, dæmonibus inuenitur acerba: humilitas namque non ſolum reportat triumphum; ſed durum infligit hoſti virtutis tormentum. c.14.n.101.toto §.p.612

Quomodo fiet iſtud. Ad hominum ſalutem deligitur; ſed quomodo futurum ſit, perſcrutatur: eſt enim prudentis priùs propriæ ſanctitati conſulere, & poſteà aliorum vtilitatibus prouidere. c.14.n.157.toto §.p.627

IN FESTO S. THOMÆ APOSTOLI.

Ioannis XX.

Affer manum tuam, &c. Qui tota reſurrectionis gloria reſplendebat, clauorum ignominiam manifeſtare diſcipulo non recuſabat; imò ſeruauit vulnerum veſtigia propriæ, ſi fas eſt dicere, gloriæ detrahens, vt Thomas fortiretur ad credendum argumenta: nam bonus Superior, vt à ſubiectis auerteret culpam, non recuſat propriam innubilare tantiſper gloriam. c.7.n.76.toto §.p.26

Niſi videro. Thomas, vt multis placet, non diffidit proteruus, ſed fidei argumenta quæſiuit prouidus: nouerat namque, vt aduerſatur virtuti, incauta fiducia, ſic fidentem adulari cautelam. c.7.n.166.toto §.p.55

Et poſt dies octo, &c. Thomas diſcipulis reſurrectionem aſſerentibus fidem non præſtiterat: ergo Dominus quàm citò occurrit, & ne tempore obdureſceret, cauit, erudiens nos debere celeriter amputari, quæ poſſunt nociuis augmentis creſcere. c.7.n.216. toto §.p.75

Mitte manum tuam. Secum Dominus Thomam intuiſcerare adlaborat, vult lateri inhærere, non ſolum approximare: nobis contrarium accidit, virtuti aliquando adhæremus; ſed vitiis adglutinamur. c.8.n.343.toto §.p.83

Et mittam manum meam in latus eius. Thomas de omnium corde iudicium propulſauit ambiguum, dum exploratricè manu fidei examinat argumentum: & quidem dum Dominus non recuſat examinari, meritorum probat pompâ fulgere: nam qui ſine meritis cupiunt efferri, animitus recuſant rationis trutina examinati. c.9.n.37. toto §.p.234

Niſi videro. Alij condiſcipuli teſtabantur Dominum ſplendere, Thomas non incautus ſplendoris fundamentum ſtudet examinare, fors quia nouerat, ni iuſtâ nitatur cauſa, non magni fore æſtimandam fortunam. c.9. n.238. toto §. p.295

Clauſis ianuis. Deum receperunt, qui mundo ianuam occluſerant, diligenterque obſeruarant: ianua ſæculo diligenter clauſa iam portendebat victoriam: nam vbi ianua ſæculo diligenter occluditur, facilè & cœleſtis fauor, & victoria obtinetur. c.9.n.418.toto §.p.350

Dominus meus, & Deus meus. Aliquanto tempore præſtare fidem diſtulit Thomas; ſed dum aſſerentibus aliis *vidimus Dominum*, ipſe non ſolum Dominum pronuntiat; ſed Deum etiam proclamat,

Digitized by Google

proclamat, amissum tempus virtutibus geminatis recuperat: & quidem fas erat Thomam imitari honestè, quod exequuntur sæculi amatores prauè, quandoquidem iniqui contenti non sunt intermissa aliquandiu crimina reuocare; sed gestiunt iacturam temporis, nouis accessionibus resarcire. c.10.n.95. toto §.p.400

Dominus meus, & Deus meus. Placuit Thomæ pœnitentia, & displicuit pertinacia: antiquam retractauit sententiam, nec humanam rimuit censuram; cum tamen inueniantur plures, qui leuitatis timentes notam in vitio affectent perseuerantiam. c.10. num. 133. toto §. p.411

Dominus meus & Deus meus. Se sapientem prodidit Thomas, dum sententiæ antiquæ non institit; sed sententiam retractauit: est enim sapientis decretis semel fixè non insistere; sed, si appareant, vtilioribus applicari. c.11.n.60. toto §.p.451

Dominus meus, & Deus meus. Thomas diuinitatis est testis, & dum mundo euulgat, gratiam sibi præ cæteris parat: quid enim valebit illi Christus negare, per quem apud sæculum dignitatis opinionem contigit obtinere. c.11. num.94. toto §.p.461

Infer digitum tuum. O quàm tenerè Christus Thomam diligebat, dum, vt sibi deuinciret, resulcare iterum vulnera non recusabat. Vt Thomas Apostolicum munus impleret, & toti orbi, quam hausit, fidem effunderet, vulnera exhibuit, & tangi non recusauit: nam verus Thomæ amor nullum excusaret dolorem, vt tenerè dilectus speciali splenderet gloria, & inter cæteros fulgeret prærogatiua. c.11. n.177.toto §. p.487

Affer manum tuam. Nil mirum Thomas indefesso animo, incredibili labore pro adaugenda Christi gloria, & fide laborauit disseminanda. Ipse inter Apostolos ad præcordia admissus, ipse speciali prærogatiua honoratus: ergo digno debuit labore occumbere, & mortem pro Domino oppetere: nam ad heroïca virtutis opera tenetur, qui speciali Numinis fauore exornatur. c.10. n.99.toto §.p.532

Noli esse incredulus; sed fidelis. Quàm gestiebat Christus Thomam largo gratiarum imbre perfundere, quando aggreditur fidei tarditatem carpere: nam vbi Deus nostra fugillat errata, ad impertienda properat beneficia. c.13.n.31. toto §.p.551

IN FESTO S. SEBASTIANI.

Lvcæ VI.

Descendens Iesus de monte. De fastigio Dominus descendit, vt languidos sanaret, & cœlesti doctrina sitientes institueret: non recusauit renuntiare fastigio, non horruit ad ima descendere, vt vacillantes homines veritate & salute quietè confirmare: quod & Sebastianus egregius Christi discipulus imitatus est: nam bonus Superior, vt à subiectis auerterit culpam, propriæ aliquando distulit laudis & culminis gloriam. c.7.n.76.toto §.p.26

Descendens Iesus de monte. Altitudinis dispendio Christus Dominus consuluit virtuti, & Sebastianus Dominum secutus humani honoris etiam dispendio vacillanti subuenit fidei: contrariam Sebastianus ac mundiales ingressus est viam: saluti, vitæque consulere solemus honoris dispendio, virtuti, nec allecti consulimus lucro. c.7.n.109. toto §.p.37

Et turba discipulorum eius. Venerant vt audirent, & Christi Domini apparebat efficacia dum sæculi vincula dissoluebat, & quo quatiebantur, si mundum desererent, timorem gelidum propulsabat. O quam resplenduit Sebastianus, dum sæculi amore soluit detentos, & gelido timore confirmauit quassatos: non poterant gelido timore non diuexari, quos constabat sæculi amore teneri. c.7.n.118.toto §.p.39

Et sanabantur à languoribus suis. Postposuit languidorum salutem cœlestis doctrinæ auditui, & quidem priùs retulit ignorantes Christum edocuisse, quàm languidos persanasse: nec mirum quia periculosius erat sæculo affectionis vinculis illigari, quàm languoribus adurgeri. Certè dum quis plus humanarum rerum exambit, & periculum grandius subit. c.7.n.153.toto §. p.51

Beati pauperes spiritu. Diuitiis iubet renuntiare, nec vult corpori studiosè inseruire. Certè latentis hostis insidias non poterit euitare, qui cupiditati, & corpori imprudenter decreuerit inseruire. c.7.n.157.toto § p.52

Multitudo copiosa plebis, &c. Qui sanari discupiebant, Tyrum, & Sidonem reliquerant: nec enim inter Tyrios Sidoniosque facilè ellet cœlestem doctrinam excipere, & consuetudini renuntiare: quod mirè Sebastiani in dicendo commendat efficaciam, quando fratres cognatorum exercitu impetitos, filiorum ac parentum singultibus obsessos pro veritate stare suasit, & antiquam consuetudinem deponere docuit. O rem admiratione maiorem! quandoquidem consuetudine vrgente etiam periculo ducimur, & arridenti victoria, triumphare antiquis compediti vinculis immoramur. c. 7. n.161. toto §. p. 54

Descendens de monte. Altitudinis oblitus descendit, opem imbecillibus laturus, quod & Sebastianus imitatus est: dignitatem suam non attendit, vt vacillantibus subueniret. Certè vitiorum proxenetæ vt alios ad vitia trahant, honoris sæpè abiurauere decorem. Ergo virtutis zelator Sebastianus, vt ad virtutem traheret, suam spreuit dignitatem. c. 7. num.224. toto §. p. 76

Qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Decantandus triumphus dæmonem abigere, & à letargo vitiorum hominem excitare. Certè Sebastianus primæ cohortis dux plures ferro aduersarios edomuit, plus tamen fratres à periculo extrahens resplenduit: nobilior namque triumphus est, quam domare ferro, hominem à vitiorum liberare periculo. c.7. n.285. toto §. p. 97

Vt audirent eum. O quantis se laboribus Christus Dominus consecrabat, dum veritatis splendore errorum tenebras depellebat, quale veritas discrimen attulerit expertus est Sebastianus præcipuè cum nisus est Imperatoris tenebras effugare, veritatemque edocere. Certè plurimis se laboribus consecrat, qui veritatis luce Principum & potentium tenebras fugat. c.7.num.297. toto §. p.101

Qui venerant ab omni Iudæa. Vt veritate instrueret,

ſtrueret, à cognatorum Collegio Dominus abduxit, quaſi inter conſanguineos veritati non præſtaretur auditus: quod mirè Sebaſtiani virtutem commendat: non ſolum Marcum & Marcellianum armauit aduerſus tyranni martyria; ſed aduerſus familiæ lamenta: & quidem graniùs à domeſticis vrgebat bellum; quàm à tyrannis immineret periculum. c. 7. n.307. toto §. p. 104

Stetit in loco campeſtri. A ciuitatibus ſcilicet remoto, quo faciliùs veritas audientium animis inſtillata, præcordiis fouetur. Hinc diſces quantâ Sebaſtianus virtutum gloria reſplendeat, ipſa in Principum aula eximius fuit virtutum cultor, & religionis aſſertor, cùm ciuitates frequenter ſint fœcundæ doloſitatis venæ, & culparum officinæ. c. 8. num. 148. toto §. p. 157

Qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Virtus ſortita eſt patronum; qui oppugnaret vitia, & depelleret dæmonia, ſicque vitiis triumphauit Sebaſtiano fidei auxiliatore fulcita: virtuti adfuit opportunus & eius cauſam ſolicitauit ſolicitus, cùm euenire ſoleat contrarium: nunquam deſunt vitio patroni, qui eius cauſas tueantur ſoliciti. c.8. n. 338. toto §. p. 218

Deſcendens de monte. De dignitatis monte deſcendit Sebaſtianus, vt opem periclitantibus ferret, quod eximiæ fuit charitatis: eſt enim eximia charitas proprio renuntiare ſplendori, vt alterius conſuluerit ſaluti. c.9. num.152. toto §. p.267

Et omnis turba quærebat eum tangere. Mirum fuit accedere virtuti intrepidè, nec venenatum ſuſpicari contactum. Sic peccatores deſipiunt, ſic obcæcantur, vt cùm ſe ad vitia præcipitarint intrepidè, ad virtutem accedant pauidè. Hanc illatam virtuti iniuriam depulit Sebaſtianus, cùm intrepidè pro virtute ſteterit, vacillanteſque confirmauerit: paucos ſui imitatores inueniet Sebaſtianus, quandoquidem intrepidi tendimus ad delicta, & pauidi ad virtutis opera. c.9. n.446. toto §. p.360

IN CONVERSIONE S. PAVLI.

Matthæi XIX.

Ecce nos reliquimus omnia. Ab omnibus ſe expediuit Paulus, vt ſequeretur virtutem. A carne & ſanguine, vt ipſe aſſerit, longè diſtitit, dum antecta vitæ pœnitentiam excoluit: ſuſpecta namque eſſet pœnitenda, ſi occaſioni maneret vicina. cap. 10. num. 185. toto §. p. 417

Domine quid me vis facere? En Paulus de caſu ſurgit, de infortunio ſplendet: videbatur calamitas ab equo excuti, caſuque diuexari; verùm ipſe vti prudens ruinam conuertit in gloriam, & cæcitatem in lucem: nam prudens ipſum infortunium vertit in felicitatis augmentum. c.11. n.46. toto §. p.446

Ecce nos reliquimus omnia. Reliquit Paulus quam ſecutus fuerat ſententiam, & vbi illi affulſit veritas, antiquam cæcitatem excuſſit, & doctrinam cœleſtem excepit; eſt namque ſapientis ſemel decretis fixè non inſiſtere; ſed ſi appareant, verioribus applicari. c.11.n.60.toto §.p.451

Ecce nos reliquimus omnia. Apoſtoli omnia reliquerunt, ſpontè Paulus in terram excuſſus antiquam viam reliquit, ſi dici liceat, coactè; verùm proſpera fuit cæcitas quæ ad cœleſtem duxit lucem, & fortunata ruina, quæ peperit ſoſpiratem. Certè putanda eſt felicitas, ſi compulerit ad meliora neceſſitas. c. 11. n.85. toto §. p. 458

Secuti ſumus te. Paulus non ſequebatur; ſed perſequebatur; verùm Chriſtus, vt ſequeretur, deiecit, & delictum carpſit. O quàm feſtinabat de perſecutore facere Apoſtolum, cùm illi improperabat erratum, quandoquidem Deus, cum ſugillat errata, impertiti diſcupit beneficia. c.13. n.31.toto §.p.551

Et ſecuti ſumus te. Quàm ſecutus eſt Paulus Chriſtum. Dum ſe totum proximorum impendebat ſaluti, & attemperabat neceſſitati, quandoquidem eximij diſcipuli eſt alienæ ſaluti totum ſe attemperare, & neceſſitati ſuccurrere. c.13. n. 95.toto §.p.571

Et ſecuti ſumus te. Vt Paulus Chriſtum ſequeretur, à ciuitatibus ſubtraxit, nec Damaſcum intrare permiſit, iter facientem deiecit, & deiecto locutus eſt: de more eſt Deo, quos ad magna vult præparare, ab hominum, & ciuitatum tumultu eximere. c. 13. n. 119. toto §. p. 579

Et ſecuti ſumus te. Quàm reſplenduit Chriſti gratia dum perſecutorem Saulum in Paulum Apoſtolum vertit, & de religionis veneno religionis condiuit antidotum. Certè gratiæ triumphus eſt, perſecutorem in defenſorem vertere, & in agnum lupum mutare. c.14.n.204. toto §. p. 641

Et ſecuti ſumus te. Secutus eſt Paulus vocantem & carpentem: *Domine*, aiebat *quid me vis facere?* Eximiæ adeò virtutis obedientia extitit firmamentum, & fulcrum: eſt namque felicitatis vena præcipuè ſi exprompta, & prudenter cæca. c.7.n.26. toto §.p.10

Et ſecuti ſumus te. Chriſtum ſecutus eſt Paulus Chriſti labores imitando, & veritatis lucem per vniuerſum orbem fundendo: erat electionis vas, & cum muneris elogio coniunxit & muneris exercitium: cum dignitas annexos habeat labores, inuenies plures laborem detrectantes, & ſplendorem ſitientes. c.7.n.38.toto §. p. 14

Et ſecuti ſumus te. Secuti ſunt Chriſtum, etſi perſecutor inſtiterit, & tyrannus deterruerit: perſequente Paulo Annanias trepidat, cùm tamen Paulus bellum virtuti indixerit, nec periculum ingentiſſimum inſtare ſibi extimuerit. O quam nos leuia à virtute auertunt pericula, cùm mundi aſſeclas grauia non fugauerint detrimenta. c.7.n.114.toto §.p.38

Et ſecuti ſumus te. Citò ſecutus eſt Paulus: nondum ceciderat, & iam aiebat: *Domine quid me vis facere?* Remediabile bonum eſt accelerata in peccatis correctio vt coldata veſtigatio. c.7.n.228.toto §.p.78

Ecce nos reliquimus omnia. Omnia reliquerunt, vt viuidiùs, copioſiuſque luce frueretur cœleſti: nam lux diuina nitidiùs lucet in vaſe rebus humanis vacuo, quam pleno. c.7.n.263.toto §. p.90

Et ſecuti ſumus te. Quàm nobilis Chriſti triumphus erat Paulus errorum caligine deterſa, & veritate prælata: triumphus nobilis eſt domare

ferro;

ferro; sed nobilior hominem à vitiorum excitasse letargo. c.7.n.285.toto §.p.97

Et secuta sumus te. Secutus est Christum Paulus per ignes, per enses, per cruces, vt dum plus cæteris adlaborat, quod errori impenderat, veritati tempus restituat: in bono imitatus est malos: iniqui namque si aliquamdiu intermiserint crimina, non sunt contenti reuocare; sed iacturam temporis nouis accessionibus resarcire. c.10. n.95.toto §.p.400

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. Virginis.

Lvcæ II.

Postquam impleti sunt. Maria obsequium legi præstitit prompta, & ideò in templo resplenduit miris elogiis deprædicata. Et iure quidem, quando obedientia felicitatis est vena præcipuè si exprompta, & prudenter cæca. c.7.n.26. toto §. p.10

Postquam impleti sunt dies purgationis. Maria, vt legi obediat impuriticatæ ad speciem incurrit notam; verùm dum notam postponit obedientiæ, & notam depulit, & laudem lucrata est: nam qui pericula obedientiæ postponit, ipsa obedientia propellit. c.7. n.47. toto §. p. 17

Postquam impleti sunt dies purgationis Maria secundum legem. Lex illibatæ videri potuit acerba, & tamen Maria exactissimè adimpleuit nos, aliquando obedientiam implemus; si tamen nostris votis attemperetur, & quodammodò obsequatur. c.7.n.189.toto §.p.63

Lumen ad reuelationem gentium. Ecce qui à gentibus fulgentissimum lumen habetur, à suis depretiatur, & ligno affigitur. O quoties qui apud exteros instar miraculi habetur, apud suos parui æstimatur. c.7. num.251. toto §. p. 86

Par turturum, aut duos pullos columbarum. Hostiam obtulit Maria vti pauper à pauperibus offerendam; verùm dum caret humana copia, luce resplendet diuina, asserente Simeone: *Lumen ad reuelationem gentium*: nec mirum: nam lux diuina lucet nitidiùs in vase rebus humanis vacuo, quàm pleno. c.7.n.263. toto §. p. 90

Et gloriam plebis tuæ Israël. Vbi lux candidissima & gloria deprædicatur, à pluribus etiam expugnandus prædicitur: nam in resplendentem præ aliis felicitatis gloria obarmat plures inuidia. c.8.n.69.toto §.p.131

Expellans consolationem Israël. Quàm se Spiritus Sancti dignum Simeon comprobat habitaculum, dum non propriam consolationem, sed communem requirit. En discupit mori, qui discupiebat videre: vt noueris omnium exambisse salutem, cum rarus sit, qui bonum publicum propriæ vtilitati præponat, nec suam omnium saluti anteferat. c.8. n.265. toto §. p.194

Par turturum. Quod lex præcipiebat, obtulit deuotissimè Maria, vtpote Numini debita, & pietati studiosissimè oblata: nos non semel Numini debita denegamus, quia indebita creaturis prodigi impendimus. c.8. n.276. toto §. p.198

Venit in Spiritu in templum. Templum petiit religionis studio, non vanitatis, aut cupiditatis obtentu. O quoties in templo vagantes oculos ob'curus cupiditatis obcæcat fumus, cùm debuisset sacris religio dicare sensus. c.9.n.413. toto §. p. 349

Lumen ad reuelationem gentium. Maria Virgo Sanctissima veluti splendescens Solis aurora Solem secum attulit, qui dæmones de gentium cordibus abigeret, & caligantes oculos illustraret. Certè plus valuit Sanctissima Virgo ad dæmonis vires infringendas, quàm plurimi ad retardandas. c.9.n.435.toto §.p.356

Lumen ad reuelationem gentium. Qui venerat ad depellendas hominum tenebras, lumen se esse ostentat, & dum incumbit officio, immortali coronatur elogio. Certè cùm Superior nil est aliud quàm officium, & populo affert salutem, & acquirit sibi laudem. c.10. num. 8. toto §. p. 372

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. Maria Sanctissima vbi mater deprædicatur, lumen gentibus, & gloriam Israëlitis attulisse cognoscitur: nullum respuit: quia dum mater efficitur, cunctis se quodammodò debitricem constituit. c.11, n.20. toto §. p.439

Ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon. Quàm benè collocata Sacerdotalis erat dignitas, quando Simeon & cunctorum suspirabat solatium, & vel senili ætate non repudiabat muneris exercitium. Certè dignitas esse non debet ad solùm electi, eligentisve commodum; sed ad cunctorum solatium, & muneris exercitium. cap. 11. num. 64. toto §. p. 452

Ecce homo erat in Ierusalem. Felix populus, cui Sacerdos præerat virtutibus exornatus, & cœlesti lumine plenus. Certè populi est salus Sacerdos sapientia præditus, calamitas nudus. c.11. n.144.toto §. p.476

Tulerunt Iesum in Ierusalem. Festinabat mater filiùm Numinis oculis præsentare, temploque sistere: nouerat namque nil ita parentibus faustum vt filius diuinis obtutibus dedicatus; verùm sic deerrant nonnulli parentes, vt nil adeo sibi putarint infaustum, quàm offerri Numini filium. c. 11. num.168. toto §. p. 484

PRO S. MATHIA APOSTOLO.

Matthæi XI.

Confiteor tibi Pater. Paruuli accepta reuelatione non tument, vt felicitatem suam consummauerint, dum sapientes turgent, dum instantur, & suæ felicitati opponuntur: quia non resplendet plenè consummata felicitas, nisi exulauerit vanitas. c. 11. n.187. toto §. p. 490

Et reuelasti ea paruulis. Non refugiunt haberi paruulos, vt diuina percepcrint, & animos cœlestibus dedicarint, vt qui Deo placere desiderat, opinionem apud homines non magni faciat. c.11. n.192.toto §.p.491

Et reuelasti ea paruulis. Sic Mathias sibi paruulus videbatur, vt se Apostolatu dignum non crediderit; imò opus fuerit ad sortes ab Apostolis

Digitized by Google

Apoſtolis ſtatui, etſi dici licet, compelli. Quàm alios erat Apoſtolus ab ambitioſis, quando ambitio nihil non tentat, vt dignitatem præripiat. c.11. n.198. toto §. p.495

Et reuelaſti ea paruulis. Paruulis hoc eſt Apoſtolis reuelauit Mathiam eligendum, cum cœleſti luce, vt placet aliquibus, eius verticem coronauit, & dum luce coronauit, ad Heroïca virtutum opera in campum produxit: qui ſpeciali namque Numinis fauore exornatur, ad virtutis opera heroïca tenetur. c. 12. n. 99. toto §. p. 532

Et reuelaſti ea paruulis. Quàm citò reuelauit eligendum, ne tempus muneri debitum videretur detritum: humanas videas dignitates citiſſimè amitti, quia longa ſæcula earum conſtat ſolicitatione impendi. c. 12. n. 123. toto §. p. 540

Et reuelaſti ea paruulis. Mathias paruulus eligitur, & dignis Apoſtolo virtutibus coronatur: electus fuerat olim à Domino Iudas; ſed de electione meſſuit ignominiam, non gloriam: nec enim laus eſt feliciter exordiri, niſi contigerit conſummare. c. 13. n. 60. toto §. p. 560

Tollite iugum meum. Feliciter Mathias collum Euangelico iugo ſubdidit, vt felici illa preſſura immortale ſibi acquireret gaudium, & durum neſciret iugum. Peccatores, vt exiguo tempore viuant ad placitum, excutiunt de ceruicibus iugum, cùm prudentis ſit breui renuntiare lætitiæ, ne duriori poſtea tradatur pœnæ. c. 14. n. 47. toto §. p. 595

Et reuelaſti ea paruulis. Paruuli dum ad humilitatem confugiunt, cœleſtem ſapientiam hauriunt, & verſutias dæmonis vincunt: nam humilitas & ſibi acquiſiuit triumphum, & acerbum dæmoni fuit tormentum. c. 14. n. 101. toto §. p. 612

Inuenietis requiem animabus veſtris. Ecce terrebat iugum humores ad ſpeciem terens, ſed requiem attulit: collum videbatur premere funis; ſed de preſſura requies animabus eſt nata: virtutis cultorem premere videntur laborioſa; ſed re inueniuntur inania. c. 14. num. 111. toto §. p. 615

Et reuelaſti ea paruulis. Paruulis, qui ab vbere delectantur ſuper foramina aſpidis, & qui in cauernam reguli manum mittunt, reuelantur arcana, quæ & ipſi ad ſalutem animarum effundant: nam qui aliorum nititur prauitatem depellere, priùs debet verſutias dæmonis detriumphare. c. 14. num. 115. toto §. p. 616

Quia mitis ſum. Chriſti diſcipulus ſibi deligit iugum auſterus; ſed aliis mitis ſemper & benignus: qui ſibi ſunt mites aliis ſæpè probantur graues; at Mathias vti verus Chriſti diſcipulus ſibi deligebat amaritudinem, cæteris propinabat dulcedinem. c. 14. n. 136. toto §. p. 622

Tollite iugum meum. Chriſti iugum de ſe ſuaue ſuauius Mathiæ de Iudæ ſtragibus reddebatur: cur non ſubderet lubens collum, qui Iudam ob excuſſum iugum nouerat laqueo ſuſpenſum, & æternis ignibus traditum? Certè aliena ob vitium ſtrages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat. c. 14. n. 147. toto §. p. 625

Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus. Qui diuina ignorabant, ſuperbiebant turgidi, habebantur, qui cœleſtia nouerant, parui; ſed iam de more eſt, vt rudiores, imbecilliores que turgeant ſuperbi, & ſuperbiant tumidiſſimi. c. 7. n. 74. toto §. p. 25

Inuenietis requiem. Dum omnia ab animo & corde abiiciunt, requiem inueniunt: nequirent placida oblectari requie, ſi ambitioſa vrgerentur ſolicitudine: nec enim poteſt gelido timore non diuexari, quem conſtat ſæculi amore teneri. cap. 7. num. 118. toto §. p. 39

Abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, id eſt, ab eis qui ſuperbiebant de vana ſcientia: hi namque ſolùm inueniuntur apti ad mouenda iurgia non ad virtutis officia, officioramque miniſteria. c. 8. num. 30. toto §. p. 119

Et reuelaſti ea paruulis. Paruuli vocantur Apoſtoli, qui vt Mathiam eligerent, non ad humanas artes; ſed Domino fuſas confugerunt ad preces: aliter faciunt ſapientes, prudenteſque apud ſæculum: eligere namque ſolent ad munia non ob virtutis meritum, ſed ob cognationis ſuffragium. cap. 8. num. 219. toto §. p. 179

IN FESTO S. IOSEPHI DEIPARÆ Sponſi.

MATTHÆI I.

CVm eſſet deſponſata mater Ieſu, &c. Ioſephus in Mariæ ſponſum cœleſti oraculo electus eſt, & quamuis fuerit conſanguineus, ob merita inuenitur electus: apud ſæculum aliæ ſunt electiones, non tam conſtant virtutis merito, quam propinquitatis ſuffragio. c. 8. n. 219. toto §. p. 179

Hæc autem eo cogitante. Sponſum matris Dei eſſe deuotiùs perſuadebat obſequium, & ſolicitius officium; at Ioſephus quam debuiſſet anxiis votis quærere, cogitabat deſertare. O quoties detorquemus ad ſcandalum, quæ deuotius nobis perſuadebant obſequium. c. 8. n. 287. toto §. p. 202

Noli timere. Ecce Ioſephus totus tutandæ Virgini, & nutriendo Deo dicatur, quo & hominibus aliis propitior vtiliorque declaretur: nam qui virtutibus plus dicatus, & hominibus præ aliis inuenitur proficuus. c. 9. n. 160. toto §. p. 270

Voluit occultè dimittere eam. Quod exiſtimabat dedecus, noluit publicatione ampliare, & denuntiatione extendere: ſecum cogitabat, nec oculis facilitate credebat. O ſi plures facienda expenderent, & maturè cogitarent; verùm non ſemel altiori vulnere leuior redimitur plaga, & grauiori damno procuratur fortuna. cap. 9. num. 431. toto §. p. 355

Hæc autem eo cogitante. Quàm duro cogitationum atiete impetebatur! Certè mirum fuit ſæua adeo procella non abſorberi, & ventorum voluminibus circumuolui: videbat ſeu putabat à ſponſo dehoneſtari, à qua ratio exigebat honores ſponſo quæri. O quàm eſt miſerum ab illo affligi, à quo

debebat iuuari. c.9.n.459. toto §.p.364

Voluit eam dimittere. Quis dubitat Mariam Sanctissimam Ioſephum variis cogitationum flatibus impetitum intuitam fuisse tristatam. Eius certè honor tantisper naufragabatur; verùm cœlesti oraculo dubietas est depulsa, & Virginitas de fœtu aucta. Certè virtus ad tempus pati cogitur; sed tandem honori sibi debito restituitur. cap.11. num. 41. toto §. f. 445

Hæc autem eo cogitante ecce Angelus Domini. Cogitauerat Ioſephus Mariam deserere; sed ab Angelo monitus decreuit studioſiùs inſeruire: est enim ſapientis ſemel decretis obſtinatè non inſiſtere; ſed ſi appareant, vtilioribus applicari. c.11.n.60.toto §.p.451

Hæc autem eo cogitante. Cum Deo conſulebat quid faceret, vnde non est defœdatus erratis; ſed cœlestibus illuſtratus *monitis.* Certè ne commiſerit errata, *opus est* Superiori priùs attentè cogitare, & Deo commendare facienda. c.11.n.107. toto §.p.465

Vir eius cùm esſet iuſtus, & nollet eam traducere. Laborabat iuſtus ſolicitè, vt informaret iudicium, ne degenerem declinauerit in affectum. O mira Ioſephi ſapientia! Prudenter continuit affectum, quouſque ſolicitius informaret iudicium. c.11.n.111.toto §.p.466

Inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto. Inerat Virgini eximia pulchritudo ſumma puritate coniuncta; verùm Ioſepho aliqualis erat pulchritudo occaſio zelotypiæ. Ecce zelotypiæ tulit martyrium, qui honeſtum ab vxoris pulchritudine ſuſcepit oblectamentum. O quoties dum pulchritudo offert oblectamentum, & aſſert zelotypiæ martyrium. c.13. n. 39. toto §. p. 553

Voluit occultè dimittere eam. Quàm decantanda Superioribus norma Ioſephus extitit, dum aliqualis culpæ ſuſpicio ſuaſit honeſtam fugam, & occulta fuga curabat, ne honori, æſtimationive inureret notam: rationabilis culpæ ſuſpicio Superiori ſuadeat cautelam, at ſola ſuſpicio, ſubiecto non inuſſerit notam. c.7.n.56. toto §.p.20

Inuenta est in vtero habens de Spiritu Sancto. Certè Ioſephus oculis non credebat; ſed ſolùm ſuſpicionibus laborabat, vt Dei imitaretur ingenium. Ecce Deus ad noſtram eruditionem de viſis aliquando loquitur, ac ſi ſolùm fuerint conjecta, nos de ſolùm coniectis, ac ſi euidenter ſint viſa. c.7. num. 81. toto §. p. 28

Hæc autem eo cogitante ecce Angelus Domini. Dum cogitatio oritur, & cœleſte oraculum fertur: quàm citò ſubuenit Angelus, ne difficile fuerit remedium, ſi tempus reſtiterit protelatum. Docuit Angelus celeriter amputanda, quæ poſſunt creſcere noxia. c.7.n.216.toto §.p.73

Hæc autem eo cogitante. Cogitabat & quidem ſolicitè, an falleretur obtutus, & an affligeret deſertam diſceſſus: erat carere Ioſepho grauiſſima Mariæ pœna: ergo præcedere debuit inquiſitio ſolicita: nam quò infligenda est pœna durior, inquiſitio debet præceſſiſſe ſtudioſior. c.8. n.123.toto §.p.149

Hæc autem eo cogitante. Putares Virginem à Ioſepho deſerendam, & magnis laboribus diuexandam; verùm quæ virtutes eximiè coluerat, ipſo in periculo ſecuritate fruebatur, & ab Angelo commendabatur. Quàm vitiorum aſſeclis contrarium accidit! Ecce virtutis ſtudioſiſſima Maria ſecuritate fruitur, vbi calamitatum voluminibus abſorbenda videbatur; peccator verò ibi cladibus inuenitur ſubiectus, vbi putabatur immunitate ſecurus. c.8.n.133.toto §. p. 153

IN FESTO ANNVNTIATIONIS B. Mariæ Virginis.

Lvcæ I.

Quomodo fiet iſtud? Prudentiſſima Virgo reſponſum non differt dubia; ſed ab Angelo dicta examinat cauta: nouerat Euam corruiſſe, dum Angelo cito credidit: ergo ne corruat, prudenter examinauit. Certè virtus non adlegit incautam fiduciam; ſed fidentem cautelam. c. 7. n.166. toto §.p.55

Ecce Ancilla Domini. Quæ mater eligitur, ſe profert ancillam, honeſtè cæca, & prudenter humilis in ſe non aſpiciebat quibus eligeretur virtutes. O quam innatum est humilitati ingenium, in ſe tantum agnoſcere ingloria, in alteris laudabilia. c. 8. num. 83. toto §. p. 136

Ad Virginem deſponſatam viro. Quæ ætate paruula ad carnem verbo præbendam iam inueniebatur matura: naturæ quodammodo terminos tranſiluit, vt Deum viſceribus incarnatum geſtaret, vt aliquando virtuti contingeret, quod non ſemel criminibus accidit. Pueros videas ad vitium iam viros, & aſpicies viros ad virtutem quodammodo pueros. c.8.n.215.toto §. p. 178

Ecce ancilla Domini. Quæ virtutibus reſplendebat pleniſſima, ancillam ſe proferebat meritis vacuam; imò ob id humilior, quia & meritis exornatior: vt è contra qui meritis nudior, & præſumptione ſuperbire ſolet inflatior. c. 9. n. 193.toto §.p.280

Ad Virginem deſponſatam. Qui diabolo properabat indicere bellum, in matrem adlegit Mariam inductabile dæmonis fatum. Certè plus valuit vnica Virgo ad vires dæmonis infringendas, quam plures ad retardandas. c.9.n.435.toto §.p.356

Ecce ancilla Domini. Angelus Mariam vocat, id est Dominam; ſed ipſa glorioſum dominij nomen ancillæ vocabulo commutauit; verùm dum humillima glorioſum nomen repudiat, elogium ſibi, & nomen æternat. c. 10. n. 31. toto §.p.379

Ad Virginem. O quàm ſalubris cunctis ſæculis hæc probabatur electio, quam conſuluit virtutis meritum, non degeneris adfectionis ſuffragium: Virginitas meruit, conſanguinitas non procurauit. Certè ſalutaris cunctis inuenitur electio, quam non perfecit cognationis ſuffragium: ſed virtutis meritum. c. 10. n.190. toto §. p. 428

Spiritus Sanctus ſuperueniet in te. Qui ſuperuenit, iam venerat; ſe tamen totum infudit Spiritus, quò Maria, dum verbi mater efficitur, & hominibus mater futura prodatur. Nullus vereatur ad Mariam accedere, nullum namque ad ſe confugientem reſpuet, quia dum in

verbi

verbi matrem eligitur, omnibus debitricem esse quodammodo declaratur. c.11. n.20. toto §. p. 439

Ad Virginem desponsatam viro. Expressè Mariæ non refertur prosapia; sed ingens virtutum summa: Virginitas proditur, genus tacetur, vt noueris felicius esse præclaris virtutum dotibus emineare, quàm natalium luminibus rutilare. c.11. n.69. toto §. p.453

Et regnabit. Per Mariam Christus Dominus Davidis sedem sortitur, & in domo Iacob regnare cognoscitur: ergo nihil Mariæ poterit denegare, per quam agnoscit sibi dignitatem obtingere. cap. 11. num. 94. toto §. p. 461

Et ingressus Angelus. Ab humanis aspectibus remota proditur, quæ Christi mater eligitur: abscondebatur domi declinans publicum, & exambiens semper secretum. O quot fœminæ oculis obiectæ periculum sibi asciuerunt, & dolorem maturarunt. c. 11. n. 158. toto §. p. 481

Ingressus Angelus ad eam. Vel Angelo opus est secretiora domus adire, vt valeat Virginem alloqui, & quæ dignum Deo præparauit habitaculum, hominum fugiebat consortium, vt discas hominum declinare consortium, si cupis dignum afferre Numini fructum. c.13. n.21. toto §. p. 548

Concipies & paries. Certè ni pareret, parum prodesset concipere. Plures animæ inardescentibus votis verbum concipiunt; sed conceptum non multæ pariunt; sed abortiuum excludunt; cum tamen virtus non resplendeat cumulatè de felici exordio; sed de consummato termino. c.13. n.60. toto §.p.560

Quomodo fiet istud? Vel Angelum allocuta Maria paucissimis verbis vtitur, & turbatur, vt discant pudicæ Virgines, & honestæ fœminæ longos sermones vitare, & ad silentium recurrere. c.13.n.81. toto §.p.566

Ecce ancilla Domini. Iam Maria dæmonem compulit ad lamentum, dum humili deiectione se obtulit ad diuini verbi habitaculum. Certè humilitas semper dæmonibus fuit lamentum, quia semper superbiæ excidium. c.14. n. 101. toto §. p.612

PRO S. MARCO EVANGELISTA.

Lvcæ. X.

Designauit Dominus, & misit, &c. Non recusauit Marcus itineribus diuexari, peregrinationibus teri, quia nouerat discupienti redimiri trophæo, nunquam indulgendum otio. c. 7. n.52. toto §.p.28

Designauit Dominus. Conscientia priùs Superioris referuntur approbati, & postea ad munia dimissi: nam ad munia ritè non inueniuntur electi, qui non fuerint priùs conscientia Superioris probati. c. 7. n.137. toto §. p. 45

Misit illos binos ante faciem suam. Misit agnos à lupis discerpendos & deuorandos, misit ad arduos labores, nec tamen recusarunt mitti, aut moliti sunt præceptionem extrahere; nec mirum, quandoquidem Deus ipse, qui ardua præcipiebat, quibus difficultatem emolliuit, animos addidit. c.7.n.212. toto §.p.72

Nolite portare sacculum, neque peram: Rebus omnibus dispoliat, quo lux cœlestis in illis splendidior elucear: nam lux diuina nitidiùs lucet in vase rebus humanis vacuo quam pleno. c.7.n.263. toto §.p.90

In omnem ciuitatem & locum, &c. Non misit ad ciuitates ferro edomandas, aut arietibus subuertendas; sed ad nobiliores triumphos, videlicet ad homines à vitiis extrahendos, & virtutibus informandos. Et quidem nobilior est triumphus a vitiorum excitare letargo, quam audaci domare ferro. c.7.n.285. toto §.p.97

Misit illos binos ante faciem suam. Marcus dum se potentium deliciis opponit, & vitiorum tenebras pellit, duris se laboribus consecrauit, quandoquidem qui veritatis luce Principum aut potentum tenebras fugat, in se aduersarios plurimos armat. c.7. n.297. toto §. p. 101

Ante faciem suam. Ante oculos habebat Marcus Deum, de cuius aspectu eas hauriebat vires, quibus & dæmones premeret, & concionibus vexaret. Marcum fortem Euangelicus concionator: fugiant ad eius aspectum vitia, & ingemant ad vocem inferna. c.7.n.302. toto §. p. 103

Et misit illos binos, scilicet charitatis vinculis coniunctos, & sic disseminandæ veritatis dispositos: inter concionatores concordia dæmonibus infert bella. Certè quos coniunxit contra communem hostem idem propositum, non debet disiunxisse dissidium. c. 8. num. 60. toto §. p. 128

In omnem ciuitatem & locum. Ad omnem ciuitatem & locum peragrandum: magnis est viribus opus; imò vltra humanas vires videtur indefesso cursu tendere, & vitia diu noctuque indefessis animis insectari. Verùm fas erat vt Marcus vel vltra vires auderet, vt insectaretur vitia, cùm aliquando impij vltra vires audeant, vt prosequantur scelera. c. 8. num. 94. toto §. p. 140

Curate infirmos, &c. Regnum Dei appropinquat, cùm de hominum cordibus hostis virulentissimus exulat. Non ait dicite appropinquabit in vos regnum Dei, & curate infirmos; sed è contrà: Sanate scilicet languores vitiis innutritos, & depellite dæmones aduersarios; tuncque Dei regnum appropinquabit: nam reportata de vitiis eximia victoria pax floret tranquilla, & tranquillitas viget stata. c.8.n.303. toto § p 207

Curate infirmos. Ecce Marcus, cùm eximiis virtutibus exornatur, leuamen infirmantibus inuenitur, hominibus semper inueniebatur proficuus, quia virtuti semper dicatus. c.9. n. 160. toto §.p.270

Curate infirmos. Dum virtutibus instruunt, & languoribus medelam afferunt, cum virtute aduentabat salus, vt nouerint homines non esse calamitatis remedium vitiis accedere; sed distare. c.9.n.275. toto §.p.305

In omnem ciuitatem & locum. Se Marcus alacrem obtulit, nec ingenti laborum mole terga detertitus vertit; imò animosus hostes inuasit, cùm nos miseri delicta solum adeamus impauidi, & ad virtutem trepidemus meticulosi. c.9.n.446. toto §.p.360

Manducate quæ apponuntur vobis. Qui depulsis

Digitized by Google

languoribus ſanabantur, Apoſtolis exhibebant officia, & pendebant honeſtiſſima vectigalia. Certè prudentia conſulit eis honeſtum pendere tributum, à quibus in neceſſitate ſperare poſſis auxilium; verùm ſic deerrant homines probroſa ſubſannatione irridendi, vt inhoneſtum pendant ſeruitutis tributum, à quibus nullum promanare poteſt neceſſitati remedium. c.10.n.166. toto §. p.422

Manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos. Ecce Dei pauperes, diſcipulique, dum benignè accepti depellunt infirmitatem, & infundunt ægrotanti ſalutem: vt noueris pauperes humanè exceptos optimos eſſe contra aduerſitates, & infirmitates patronos.c.11.n.51.toto §. p.448

Miſit illos binos. Dum ad extirpanda hominum vitia mittit, & dæmonum odio exponit. Non ſic furebat dæmon cùm Marcus Chriſti adhæreſcens lateri colebat virtutem, ac quando miſſus & ſcriptis & verbis depellebat hominum caritatem. Dæmon aliquando ſuſtinebit proprijs virtutibus ſtudentem; ſed furet, ſi aliorum ſalutem agnouerit procurantem. c.14.n.74. toto §. p.604

IN FESTO SS. APOSTOLORVM Philippi, & Iacobi?

IOANNIS XIV.

VAdo parare vobis locum. Ad Crucem tendebat Chriſtus humani generis hoſtem debellaturus, nec tamen Crucis contumelia deterruit Philippum, aut contriſtauit Iacobum; imò geſtiebant vitam effundere, & viriis bellum inferre. Non erant Iacobus & Philippus ex his militibus, quos leuia pro virtute fugant pericula; ſed vti mundi affectis accidit, indubia non retardabant tormenta. c.7. num.114. toto §. p.38

Non turbetur cor veſtrum. Certè Philippus Iacobuſque, vt qui mundum contempſerant, & timorem etiam expunxerant, turbarentur, ſi erga mundialia detinerentur affectu: quia non poteſt gelido timore non diuexari, quem conſtat ſæculi amore teneri. c.7. n.118. toto §. p.39

Manſiones multæ ſunt. Id eſt, ibi manebitis honeſto otio recreati, & omni moleſtia liberi. Feliciter Sancti poſt dura certamina otiantur, nec eſt ignobile eorum otium, quia laboribus acquiſitum. Noſtrum otium eſt deteſtandum, quia ignauia & inertia partum. c.7. num.133. toto §. p.44

Oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis. Dum ſolùm ſitit Deum; iure hoc ſibi ſufficere conteſtatur, dum rerum humanarum omnem excludit appetitum, & propulſat etiam detrimentum, & quidem qui ſæculi amore præpeditur, & grauibus periculis adurgetur. c.7. n.153. toto §. p.51

Vado parare vobis locum. Per Crucem tendebat ad cœlum, vt & ipſi eamdem ingreſſi viam nec enſes abhorrerent, nec Cruces: nam vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum. c.7.n.272.toto §. p.93

Domine neſcimus quo vadis. Chriſtus viam ſciſſe dicit: *Et viam ſcitis*, & tamen Apoſtoli viam ſe neſcire teſtantur: Numquid magiſter à veritate aberrat, an diſcipuli ſimulauere ignorantiam? Certè magiſter verum aſſeruit; verùm diſcipuli cœleſti ſapientia inſtructi, ſibi videbantur cœleſtium ignari: ea eſt humilitatis conditio, vt in ſe ſolùm agnoſcat ingloria, in alteris laudabilia. c.8.n.87.toto §.p.138

Vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Præmium offert, & ſe benemeritos ad præmium accepturum dicit: *Accipiam vos ad me ipſum*, quod & Apoſtolorum erat lucrum, & præmiantis etiam præconium: eſt enim egregium remunerantis præconium, ſi non diſtulerit præmium. c.8.n.242. toto §. p.186

Oſtende nobis Patrem & ſufficit nobis. Non ait ad thronorum ſublimitatem nos eleua, non ait dignitatum nos luminibus nobilita; ſed *oſtende nobis Patrem*: nam cordatus coram Deo geſtit lucere, non periculoſo dignitatis faſtigio volaticis ſplendoribus emicare. c.9. n.169. toto §. p.372

Quo ego vado ſcitis, & viam ſcitis. Non ſolum Iacobus viam ſciebat; ſed hominibus demonſtrabat: veritatis arbiter electus non eſt vanis adulationibus obſcuratus; ſed pro religione veritateque ſtetit. O felix religio tales miniſtros ſortita! vt è contra infeliciſſima eſſet (quod Reipublicæ non ſemel contigit) ſi electus ad veritatis, & æquitatis tutelam, iniquitatis ac falſitatis foueret cauſam. c.9.n.265.toto §.p.303

Et viam ſcitis, id eſt, per Crucis viam gradiemini nullis laboribus præpediti, nullis ſuppliciis retardati. Ecce Iacobus ardenter ſitit pro Chriſto mori, ecce Philippus amplectitur iucundiſſimè Crucem, cùm nos miſeri ſolùm ad delicta inueniamur intrepidi, ad virtutes verò pauidi. c.9. n.446.toto §.p.360

Quodcumque petieritis Patrem, &c. Cur negaret Iacobo Philippoque deſiderata, quando pro Chriſto paſſi ſunt dura tormenta, cur negaret quod oratio honeſto ambitu perrequirit, quando oratio præcipuè iuſtorum eſt expromptum calamitatis remedium, & ſalutis auxilium. c.10. n.119.toto §.p.407

Accipiam vos ad me ipſum, &c. Iacobus Philippuſque, ne à Chriſto ſepararentur, ſpreuerunt mortem & Crucem: nec enim fas erat, vt virtutis incommodis deterreretur virtutis alumnus, quando vitiorum laboribus non deterretur cupiditatis diſcipulus. Ecce peccator contemnit incommoda, ne cum vitio ruperit fœdera. c.10. n. 123.toto §.p.408

Et accipiam vos ad me ipſum. Quàm ampla eſt cœleſtis felicitas, quæ de aliorum conſortio nitidiùs lucet, & dilucidiùs ſplender. En Iacobus Philippuſque thronis reſplendent de ſocietate felices, quam ſibi aduerſarentur, ſi humanam ambirent felicitatem? Humana felicitas, quia anguſta reſpuit conſortem, cœleſtis vti ampla exambit participem. c.11.n.36.toto §.p.444

Iterum venio, & accipiam vos. Id eſt, etſi modò erriones exulare cogamini, etſi in hoc ſæculo duris ſtipitibus diſcruciemini, tandem accipiam vos ad me ipſum, vt immortali luce fulgeatis, & thronis nobiliſſimis eleuemini. Mihi crede, virtus exulare ad tempus, patique cogitur; verùm tandem honori ſibi debito reſtituitur. c. 11. n. 41. toto §. p.445

Et accipiam vos ad me ipſum. Ad duros labores vocantur Apoſtoli ; ſed poſt crucem ampliſſimum conſequuntur mercedem : ergo de ingenti præmio vires colligit animus, & certamina ſitit Spiritus. O ſi nos priùs laborum mercedem expenderemus prudentes ! Certè mundo non famularemur adeò infelices. Sanè prudens laborum mercedem penſat, vt labores fugiat, vel adeat. c. 11. num. 103. toto §. p. 464

Opera, quæ ego facio, & ipſe faciet. Fidei magna promittebantur miracula, quæ putas doloribus, & Cruci addenter prodigia ? Ecce Iacobus, Philippuſque non ſolùm colunt religiosè fidem ; ſed pro fide oppetunt, & ignominioſam mortem. Non ſuſpirabant Apoſtoli humanum commodum ; ſed miris operibus Chriſti ſolicitabant gloriam, & populi vitam. O quàm cœleſtes probabantur miniſtri, qui miris operibus non ſibi plauſum ; ſed virtutis ſolicitabant augmentum. c. 13. n. 91. toto §. p. 570

IN FESTO INVENTIONIS Sanctæ Crucis.

Ioannis III.

Venit ad Ieſum nocte. Videbat Nicodemus periculum, & ideò vt veniret ad Chriſtum, perquirebat mortis ſecretum, Chriſtus verò per Crucem ſe exaltandum oſtendit, & contemnere metum docet : & quidem, qui pericula obedientiæ, & virtuti poſtponit, ipſa virtute propellit. c. 7. n. 47. toto §. p. 17

Ita exaltari oportet filium hominis. Qui à Deo magiſter venerat, magiſterij labores non fugit ; imò Crucem exambiuit. Nicodemus reſplendere tunc volebat magiſterij honoribus ; ſed Crucis non diuexati cruciatibus. Plures Nicodemi inuenies diſcipulos, cùm labor & ſplendor ſint in virtute inuiſcerati, ſplendorem exambiunt, laborem fugiunt. c. 7. n. 38. toto §. p. 14

Oportet exaltari filium hominis, id eſt oportet Crucis labores ſubire, vt immortali regno poſſit fulgere : nos & Crucis diſcupimus præmium, & inertes ſectamur otium, cùm renuntiare teneatur otio, qui diſcupit redimiri tropliæo. c. 7. n. 52. toto §. p. 18

Oportet exaltari filium hominis. Et ad quid oportet filium hominis Crucem ſubire ? Iam reſpondet : *vt omnis qui credit in ipſum, non pereat.* Ecce vt tibi largiatur vitam, Crucis amplectitur Chriſtus pœnam ; imò non ſolùm pœnam ; ſed noxam, vt eius diſcant diſcipuli propriæ differre aliquando laudis gloriam, imò ſubire pœnam, vt à ſuis auerterint culpam. c. 7. n. 76. toto §. p. 26

Venit ad eum nocte. Ecce Nicodemum, & virtutis trahebat amor, & venire nocte ſuadebat timor. O quot tunc vitiorum erant aſſeclæ per enſes, & certa diſcrimina non ſolum gradientes, ſed inuolantes. Videas virtutis milites leuibus deterreri periculis, & mundi aſſeclas indubiis terga non vertere detrimentis. c. 7. n. 114. toto §. p. 38

Venit ad eum nocte. Timebat Crucem, quia nondum ſæculi de corde expunxit amorem ; ergo non poterat gelido timore non diuexari, quem conſtabat ſæculi amore. c. 7. n. 118. toto §. p. 39

Vt omnis qui credit in ipſum, non pereat. Crucem inſcenſurus, thronos denegauit cognatis, & inſcendit Crucem, vt ſalutem afferret cunctis, ſuo exemplo Principes ac Superiores erudiens, docenſque ſtudere omnium ſaluti, non cognatorum vano ſplendori. c. 7. n. 129. toto §. p. 43

Exaltari oportet filium hominis. Certè dum Crucem inſcendit, plauſibilius, glorioſiuſque Chriſtus Dominus triumphum de dæmone reportauit : ante Crucis exaltationem dæmones ſæpiſſimè abegit ; at in Cruce duriſſimè attriuit. Ergo plauſibilior fuit Crucis triumphus : nam ibi inimicus non arripuit fugam ; ſed tulit pœnam. c. 7. n. 315. toto §. p. 107

Quomodo poteſt homo naſci, cùm ſit ſenex ? Ecce Nicodemus nobilis, ætate grandæuus, & virtuti nondum renatus, mirabatur poſſe homines recenter natos virtutibus inſeruire, & quidem dum iuxta ſæculi mores taxat, quid hominibus accidat, manifeſtat. Homines ad vitium vel in pueritia ſunt viri, ad virtutem vel in ſenectute ſunt pueri. c. 8. n. 215. toto §. p. 178

Vt omnis, qui credit in ipſum non pereat. Ecce dominus dum tumentes æquoris vortices calcat, diſcipulis affert opem. Ecce dum in deſerto panes multiplicat, multorum depellit famem ; at dum Crucem inſcendit, cunctis effudit ſalutem : nec mirùm, quandoquidem in Cruce & inimicus detritus, & eximiùs triumphus reportatus, vt noueris reportata de vitiis eximia victoria pacem florere tranquillam, & tranquillitatem vigere ſtatam. c. 8. n. 303. toto §. p. 207

Vt omnis, qui credit in ipſum, non pereat ; ſed habeat vitam. Qui in ſerpentem à Moyſe conſtructum dirigebant obtutum, ſerpentinum extinguebant venenum, & à Chriſti imagine ſaluti promanabat antidotum. Qui in ipſam veritatem oculos dirigit, animæ & corpori ſalutem haurit. Ecce Chriſtus in Cruce ſuſpenſus de propria morte omnibus procudit vitam ; ea tamen eſt peccatorum cæcitas, vt putent ſibi calamitatem aſciſcere, ſi vitiis contigerit renuntiare. c. 8. n. 329. toto §. p. 215

Quomodo poteſt homo naſci cùm ſit ſenex. Certè dum Nicodemus dubitat, Crucis Dominicæ virtutem exaggerat. Inueteratus, & ſeneſcens non eſt facilè vt renaſcatur, & virtutibus denuò viuat ; ſed ò miram Crucis virtutem ! Vel conſuetudinem depulit, & vetuſtatem ad virtutem innouauit, cùm difficulter denudentur homines conſuetudine, in contrarium etiam adurgente ratione. c. 9. n. 142. toto §. p. 265

Exaltari oportet filium hominis. Se hominis vocat filium ; ſed dum Crucem inſcendit ob aliorum ſalutem ſe Dei comprobat etiam verbum. Vbicumque Dominicæ charitatis reſplenduit flamma ; at in Cruce maiori pompa, quando eſt eximiæ charitatis proprio renuntiare ſpiendori, vt aliorum conſulueris ſaluti. cap. 9. numero 152. toto §. pagina 267

Digitized by Google

Vt omnis qui credit in ipsum non pereat. Ecce ad calamitatem depellendam iuuat cruce accedere, & crucifixo inseruire. O si nobis suaderemus non esse calamitatis remedium vitiis accedere; sed distare. c. 9. n. 275. toto §. p. 305

Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat. A Christo Domino cruci affixo nobis corpori, & animæ promanauit auxilium, eaque est hominum cæcitas, vt procuratum nobis auxilium ad temeritatis vertat fomentum: quia pro omnibus Christus subiuit crucem, concipiunt non honestam fiduciam: sed periculosam audaciam, & quia à cruce sperant remedium, non recusauere delictum. O quot detorquent redundantiam clementiæ cælestis ad fruendam audaciam humanæ temeritatis. cap. 10. num. 159. toto §. p. 419

Exaltari oportet filium hominis. Ecce Dei filius vt hominis filius despicitur & stipiti affixus clauis durissimis terebratur; verum ibi & Dei filius resplenduit, & gloria exaltationis radianuit, obscuratus est tantisper insecndens Crucem: sed ibi contriuit diabolum, & decantandum sæculis cepit triumphum: nam licèt virtus ad tantillum tempus obscuretur, honori tandem sibi debito restituitur. c. 11. n. 41. toto §. p. 445

Pro S. Ioanne ante portam Latinam: recognosce quæ dicta sunt in eius festi die.

IN FESTO B. LVDOVICI GONZAGÆ Patris Nostri.

LVCÆ XII.

Sint lumbi vestri præcincti. Præcinctos iubet inuigilare, & ianuam sæculo occludere, ne de sæculi proximitate vitiorum pestibus corrumpantur, aut fumo saltem obscurentur. Ecce Ludouicus Gonzaga nec in Martiali campo inter milites, nec in Regum aula inter proceres vitiorum nebulis obscuratus est, quando ferè omnes prauis exemplis facillimè corrumpuntur, & difficulter bonis exemplis docentur. c. 7. n. 86. toto §. p. 29

Sint lumbi vestri præcincti. Cingulo nobilis despectus humanarum rerum studium iubet constringi, & cœlestibus virtutibus dedicari. Et quidem consilium Euangelicum non solùm est animæ salubre; sed & corpori salutare: nam qui sæculi honores aut diuitias exambit, periculum animæ & corporis subit. c. 7. n. 153. p. 51

Sint lumbi vestri præcincti. Mortificationis singulo corporis iubet adsultus domare: quod & mirè Gonzaga fecit, duris cruentabatur flagellis, & ad virtutis iter acutissimis se vrgebat calcaribus, sicque & Angelicam custodiuit puritatem, & eximiam possedit virtutem, vt eius exemplo corpori studiosè non seruias, vt frustreris hostis insidias. c. 7. n. 157. toto §. p. 52

Sint lumbi vestri præcincti. Corpus iubet ieiuniorum cingulo premere, & eius vires prudenter minuere, vt expeditiùs valeas triumphum de dæmone reportare. Tibi Gonzagam in exemplum propone: inediam vsque ad miraculum coluit, sicque & virtute resplenduit: nam dum contra vitium, infirmis corporis viribus depugnatur, faciliùs victoria acquiritur. c. 7. n. 170. toto §. p. 56

Et vos similes hominibus. In exemplum affert quanta serui ob exiguum emolumentum sustineant, quantis somnum discutiant vigiliis, & quam inseruiant intentis animis. Profecto seruorum morigera erga dominos subiectio nostra erga Deum manifesta est sugillatio. c. 7. n. 174. toto §. p. 58

Faciet illos discumbere. Ad mensam sæpè noster Ludouicus sedebat, & cœlesti pane recreatus ab omni vitiorum labe refulgebat exemptus, vt si vitia penitus desideras abolere, & Eucharistiam noueris frequentare. c. 7. n. 208. toto §. p. 70

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Vt cœlestis lux micantior resplendeat, cingulum omnem sæculi cupiditatem restringat, Christi discipulus omni renuntiet cupiditati, vt fruatur viuidiori splendore: nam lux diuina lucet nitidior in rebus omnibus vacuo, quàm pleno. c. 7. n. 263. toto §. p. 90

Et vos similes hominibus. Seruili habitu & in seruorum censum redactos vult expectare, quasi aliter vereatur nec Domino obtemperandum, nec virtutibus inseruiendum. Certè diuites magnatesque quantum à seruorum forma recedunt, à virtutibus distare noscuntur; verùm noster Ludouicus inter sæculi pompas, inter Principis splendorem eximiè coluit virtutem, cùm sit rarum magnates Principesque ita viuere, vt in exemplum possint proponi. c. 7. n. 267. toto §. p. 91

Sint lumbi vestri præcincti. Militari iubet baltheo exornari, vt in campum non solum aduersus exteros; sed aduersus domesticos valeant prodire. Certè Ludouico Gonzaga quam necessarium fuit cingulum aduersus parentis machinas, & aduersus affectionis insidias. Grauius non semel oritur à domesticis bellum, quam ab hostibus immineat periculum. c. 7. n. 307. toto §. p. 104

Et lucernæ ardentes. Cœlesti luce virtutis illustrat asseclas, vt cognatorum eludere possit versutias. Videas cognatos pietatis specie aduersari virtuti, melius plerumque iuuant ad vitia, quam virtutis promouerint desideria. c. 8. n. 64. toto §. p. 130

Et vos similes hominibus. Ludouicus ipsa in pueritia similis erat homini senili ætate maturo, & virtutibus exornato. Certè nobilium N. Ludouicus honestè inuertit stylum, ad virtutem iam in pueritia erat grandæuus, cum frequenter nobiles ad sectandum vitium in pueritia sint viri, & ad virtutem in senectute sint pueri. c. 8. n. 215. toto §. p. 178

Et vos similes hominibus expectantibus. Qui solum nouerat Christum sitire, instituit Ludouicus Principatum recusare: videbat sæculi dignitates hominem virtuti deditum variis occupationibus distrahere, & fugit animitus dignitates: & quidem dignitas vel eo solum nomine fuit recusanda, quia animum sibi & virtuti debitum abalienat, & concatenatis

Digitized by Google

tenatis occupationibus illigat. cap.9. num.138. toto §. p.263

Expectantibus Dominum suum. Ecce Ludouicus, dum nil aliud, quam cælorum Dominum exambit, splendidiorem generi acquirit lucem: cincto opus non fuit militare cum carnis adsultibus, militauit tamen cum assiduis propinquorum irruptionibus: nesciebat Marchio eius pater filium non amittere, sed lucrari; sic tamen nonnulli desipiunt parentes, vt nil adeo habuerint infaustum, quàm sacrari religioni ac virtuti filium. c.11.n.168. toto §.p.484

Similes hominibus. Ludouicus magnitudini tuæ sapienter detraxit, & in seruorum se cœnsum retulit: per vrbem Romam emendicabat, & onustus incedebat docens, vt qui Deo placere desiderat, apud homines splendorem, opinionemque sapienter spernat. cap.11. num. 192. toto §. p.491

Vt cùm venerit, & pulsauerit. Non solum Dominus pulsauit; sed eius mater blanda voce Ludouicum erudiuit: nam cùm Ludouicus de more ante Virginis dictæ *Del buen consejo*, eximiæ pulchritudinis simulacrum preces funderet, & ad matris gremium se conferret, sensibilem vocem audiuit, qua & Societatem ingredi, & sæculum iubebatur deserere: consilium secutus Iesu ingressus est societatem, vbi exiguo tempore ad perfectionis arcem euectus est: & quidem dum speciali Numinis, matrisque fauore exornatur, ad heroica virtutis opera tenetur. cap.12. n.99. toto §. p.532

IN NATIVITATE SANCTI Ioannis Baptistæ.

LVCÆ I.

PEperit filium, virtutum equidem similacrum, perfectionis prodigium, auctoritatis regulam, ieiuniorum normam. Docuit Ioannes corpori non inseruire, vt vitiorum possis irruptiones frustrare. c.7.n.157.toto §.p.52

Ioannes est nomen eius. Venit Ioannes & testimonium de lumine præbere, & fidem fundere. Certè iam Christi Resp. agnoscebatur æterna, iam felix erat illa Respublica, dum Ioannes & veritatis erat patronus, & criminibus semper aduersus: est namque felix Princeps, cui ministri sunt anxietatis leuamina, & veritatis auxilia. c.7.n.186. toto §.p.62

Ioannes est nomen eius. Ioannes interpretatur gratia: ergo vocari debuit gratia, qui nascebatur illaturus erroribus bella; verùm licet virtutibus depugnaret, pœnitenti etiam habitu & austero cultu voluit in campum prodire: nam licet contra vitium pugnauerit virtus, prodest virtuti & exterior habitus. cap.7. num.232. toto §. p.79

Et mirati sunt vniuersi. Natus est Ioannes ad omnipotentiæ elogium, ad naturæ & sanctitatis miraculum: grande certè prodigium fuit polluti labij reatum solui; sed nescias an maius fuerit monticolas puerum demirari: nam non infrequenter apud suos parui æstimatur, qui apud exteros instar miraculi habetur. c.7. num.251. toto §. p.86

Quis putas puer iste erit? Natus est Hercules futuris sæculis celebrandus, vt qui serpentes elideret, & ferro homines subiugaret; sed longis interuallis Ioannis resplendet natiuitas celebrior; semperque illustrior: hic Dei manu vsus & voce viperarum genimina ad baptismum traxit, & quo premebantur, vitiorum letargum excussit: ergo illustrior natiuitas Ioannis, quia & triumphus nobilior est à vitiorum excitare letargo, quàm domare homines ferro. c.7.num.285. toto §. p. 97

Quis puer iste erit. Non laudant solùm quod intuebantur; sed ad futura cogitatum extenderunt, & ob futura laudarunt: nec enim triumphus esset mirando exortu inchoare, nisi constaret ad virtutis metam feliciter peruenire. cap.7. n.289. toto §.p.99

Quis puer iste erit? rogant monticolæ: Sed eis potes respondere, martyrem futurum, & ab Herode ferro detestabile iugulandum: plurimis laboribus ærumnisque nascebatur, qui veritatis luce Principum & potentium fugare tenebras procurabat, & veritatis viuebat. c.7.n.297.toto §. p.101

Quis puer iste erit? Monticolarum dubitationi respondeamus: erit puer iste Angelus puritate, prophetas supergressurus Spiritu, cæli tuba, testis integerrimus veritatis, is erat Ioannes, dum sacri concionatores peragebat officium, vt ad eius vocem vlularent inferna, & suffunderentur ad eius occursum vitia. c.7. num.302. toto §. p. 103

Quia non est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Elisabeth Spiritu Sancto edocta gratiæ vocabulum filio indebat; at cognati gentilitio insigni nobilitare gestiebant. O quàm melùs iuuant cognati plerumque ad vitia, quàm virtutis promouerint desideria. cap.8. num. 64. toto §. p.130

Etenim manus Domini erat cum illo. Natus est Ioannes, vt cælestem agnum demonstraret, vt diuinum Christum assereret: ergo si fas est dicere pro arbitrio ad benefaciendum Dei vtebatur manu quid enim Deus Baptistæ valet negare, quando per illum constat diuinum hominibus innotuisse. Certè nil superior valet illi negare, per quem cognoscit sibi dignitatem aut opinionem obtingere. cap.11. num. 94. toto §. p.461

Etenim manus Domini erat cum illo. Iam præuidebant Ioannem heroicis virtutis operibus illustrandum, & ipso fauore virtuti quodammodo testabatur addictum, & quidem ad heroica virtutis opera tenetur, qui speciali Numinis fauore exornatur. c.12.n.99.toto §.p.532

Quis puer iste erit. Iam præsagiebant quantis Ioannes esset virtutibus exornandus: in ipsis incunabilis iam præclara agnoscebantur facinora, & è facinoribus gaudia. cap.13. num. 67. toto §.p.561

Quis puer iste erit? Erit turpitudinis venenum, erit pœnitentiæ speculum, erit dæmonum excidium: Ioannes natus est ad pœnitentiæ exemplum, & ideò ad tormentum dæmoniorum: nam pœnitentia sæuum est illis tormentum, quia & versutiarum exilium. c.14.n.106. toto §.p.613

Apertum est autem illico os eius. Qui omnibus nascebatur, à domesticis exorsus est: matrem liberauit sterilitatis nota, & patrem silentij mulcta: & quidem iure: nam sapiens sibi priùs consulit, & proximis postèà attendit. c.14.n.157. toto §.p.627

Index ad Sacras Conciones.

Quis puer iste erit? Etit desertorum habitator, solitudinis incola, vt qui ad magna editus, & ad virtutum gloriam exortus. Certè quos ad magna Deus præparat, ab hominum, & ciuitatum tumultu liberat. c.13.num.119.toto §.p.579

IN FESTO SS. APOSTOLORVM Petri & Pauli.

MATTHÆI XVI.

Tv es Christus Filius Dei vivi. Mirandus Petrus, dum errantium exemplis non obscuratur, nec erroribus corrumpitur, quando facillimè non trahunt prava, difficulter laudabilia eruditunt exempla. c.7.n.86.toto §.p.29

Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ecce Petrus dum ad dignitatis fastigium euectus, & ædificio deseruit, & Ecclesiæ molem suffulcit; cùm tamen dignitatibus resplendentes detorquere soleant ad propria commoda, nec Principis & Reipublicæ curent augmenta. c.7.n.149.toto §.p.49

Tu es Christus filius Dei vivi. O quàm faustè auspicatéque: noua incipiebat Respond. sortita Petrum, qui solidæ ad instar Petræ substructionis pondus fulciebat, & auxilium veritati ac virtuti præstabat. Certè felix est Princeps, si sortiatur ministros anxietatis leuamina, & veritatis auxilia. c.7.n.186.toto §.p.62

Alij Ioannem Baptistam, & Plures stabant pro erroribus; sed Petrus petra firmissima stetit pro veritate. Ecce vnicus Petrus erroribus aduersatur, cùm caterua errori patrocinetur: nec mirum quia vitium multitudine ferè semper armatur, soliditate virtus instruitur. c.7.n.197.toto §.p.66

Quem dicunt homines esse filium hominis? Forrassis Christi opera admirati varias iam de ipso fouere inceperant opiniones: ergo ob id Christus Dominus rogat, vt veritate à Petro prolata quam citò errantes opiniones depellat: nam quæ possunt noxiè crescere, debent celeriter amputari. c.7.n.216.toto §.p.73

Quem dicunt homines esse filium hominis. Mirum non est cæcutientes variis opinionibus falli; sed mirandum Christo eorum Principi ab Apostolis placita manifestè referri: quod homines opinabantur, Christi maiestati detrahebat, & tamen retulerunt Apostoli: quando de more curiales ingrata Principibus solent occultare, aut saltem relatione minuere. c. 7. num.240. toto §.p.82

Ideo ego dico tibi. Quàm citò Petri merita consecuta sunt præmium. Profectò ad culmen euexisse merentem, non solùm erat digni commodum; sed & remunerantis elogium: est enim grande præmiantis præconium, si certaminis pulueren exceperit præmium. c.8. num. 242. toto §.p. 186

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus. Accepit Petrus pro meritis præmia; sed suffulciens Ecclesiam, & solidæ petræ adimpleuit munia. Felix Christi Respond. Vbi & Petrus accepit digna stipendia, & studiosè impleuit officia: vt è contra est infelix Respublica, vbi non adimplentur officia, & copiosa accipiuntur stipendia. c.7. n.247. toto §.p.84

Tu es Christus filius Dei vivi. Reuelatione opus fuit, vt qui apud exteros solum propheta habebatur, apud suos Patris vnigenitus haberetur. O quàm Petrus consuetudinis terminos transgressus est, cùm frequenter à suis parui æstimetur, qui apud exteros eximiè deprædicatur. c.7. n.251.toto §.p.86

Quem dicunt homines esse filium hominis. Non refugiebat Christus ab omnibus spectari, eiusque facta curiosè discuti: ergo Petrus esse plus homine agnouit, quandoquidem frequens non est Principes dignitatibusque fruentes posse ab omnibus spectari, & in exemplum proponi. cap.7. n.267. toto §.p.91

Filius Bar-Iona. Qui columbæ filius vocatur, Dominum obsecrabat, vt ab eo tamquam peccatore discederet; En circa proprias virtutes cæcutiebat, & Christi magnitudinem exertis vocibus euulgabat: ea est humilitatis conditio, vt agnoscat aliorum laudabilia, & in se solum ingloria. c.8.n.87.toto §.p.138

Quia caro & sanguis non reuelauit tibi. Oportebat Christi præconium cælesti reuelatione agnosci prolatum, non affectionis consilio proditum: quia in affectionis officina continguntur sæpè merita, & inaurantur delicta. c.9.n.70.toto §.p.244

Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ecce Petrus firmissima est petra, ad Ecclesiam suffulciendam, sed quia quamcitò remuneratus, & ad meritis debitam dignitatem euectus, otiosum non fuit illud: *Ego autem dico tibi*: aliter namque de obtenta celeriter dignitate redderentur suspecta merita, quandoquidem dignitates de sæculi more benemeritos morosiùs quærunt, & non ita dignos celeriùs ambiunt. c.9.n.130.toto §.p.260

Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ecce Petrus fundamenti ad instar terra absconditur, vt cælestis fabrica altior eleuetur: capitis dignitate fulgens non vertice splendet; sed in imis suffulcit, vt eximia eius agnoscatur charitas, dum proprio non refugit renuntiare splendori, vt alterius consuluerit saluti. c.9.n.152. toto §.p.267

Tu es Petrus. Dum à Christo elegitur, dignior cæteris declaratur: nam vbi consilio de superiore eligendo agitur, cæteris sapientior dignioque præfertur. c.9.n.148.toto §.p.266

IN VISITATIONE B. Mariæ Virginis.

LVCÆ I.

Abiit in montana cum festinatione. Sanctissima Maria, vbi Dei matris accepit dignitatem, amplexa est ad Ioannem matremque visitandos laborem: non studuit dum mater otio; sed virtutis inuigilauit studio, vt quæ nouerat annexum dignitati laborem; verum plures refugiunt, & splendorem dignitatum exambiunt. c.7. n.38.toto §.p.14

Abiit in montana cum festinatione. Non detertuit delicatam virginem confragosi itineris labor, quia virtutis zelo resumebat Spiritum. Videas voluptatis asscelas indubia amenter contemnere detrimenta: ergo Maria virtutis edocuit milites

Digitized by Google

milites leuia non fugiſſe pericula. c.7.n.114. toto §. p.38

Abiit in montana cum feſtinatione. Videbatur delicata Virgo montium aſperitatibus deterrenda, itineris difficultatibus examinanda, & tamen non ſolùm perrexit; ſed feſtinè, vt noueris Deum animos addere, cùm videtur ardua præcipere. c.7. n.212. toto §.p.72

Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Dignas rependit gratias Eliſabetha conteſtata beneficium, & extubere geſtiens dignum obſequium: & certè dum gratias egit, & beneficium ingeniosè incrementauit: nam matura gratitudo eſt beneficij incrementandi artificium, & generoſi animi teſtimonium. c.7.num.259.toto §. p.89

Salutauit Eliſabeth. Per montuoſa & ardua non ſine ingenti labore contendit, vt cognato ſibi Ioanni culpæ vinculis illigato ſubueniret. Quàm alius eſt cognatorum ſtylus, adeſſe periculis ac laboribus renuunt, intereſſe lucris exambiunt. c.8.n.35.toto §.p.121

Et ſalutauit Eliſabeth. Maria Sanctiſſima tota meritorum pompa reſplendens, & grandi meritorum cenſu ad dignitatem euecta non recuſauit humile erga Eliſabetham officium, nec prius edere venerationis vrbaniſſimæ teſtimonium. Videas nonnullos erga honores aliis exhibendo nimis ſcrupulosos, & circa ſibi reddendos nimis ſolicitos: quod frequentius merito nudis contingit: ad dignitatem præter opinionem euectus circa honorem defatigari ſolet ſcrupuloſus. c.8. n.73. toto §. p.133

Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me. Quàm modeſtè de ſe Eliſabetha ſenſit, quàm gloriam Virginis prædicauit! Ornabatur humilitate, & humilitas in ſe ſolum agnoſcit ingloria, in alteris laudabilia. cap. 8. num. 87. toto §. p.138

Abiit in montana cum feſtinatione. Ecce zelus vltra vires audet, vt Ioannem à culpa liberet: non extimuit Virgo pudica publicum, non iter per rupes ſatis confragoſum, vt aliquando pietas ea alacritate inſectaretur vitia, qua cæcitas proſequi ſolet ſcelera. Sceleſtos videas vltra vires audere, vt proſequantur ſcelera: ergo per ardua contendit virtus vltra vires quodammodò auſa, vt Ioannem liberaret à culpa. c.8. num.94. toto §. p.140

Abiit in montana cum feſtinatione. En ſuperior viæ defatigatur laboribus, & vt depellat culpam, anxiis contendit volatibus, vt notum ſit alios regenti opus eſſe vjandi laboribus ſæpè atteri, & prouidendi curis vrgeri. cap.9. num.156. toto §. p.269

Salutauit Eliſabeth. Ingreſſa eſt Maria cognata domum placido aſpectu, voceque ſuauiſſima ſalutauit. Erat quam poſſidebat, cæleſtis dignitas: ergo ſupercilium ignorauit, & vultus toruitatem neſciuit. O quàm aliæ ſunt ſæculi dignitates! Circes ad inſtar mutant ingenia, & creant duriſſima ſupercilia. c.9.n.189.toto §.p.279

Et ſalutauit Eliſabeth. Meritis diues præſumptionem omnem ignorabat, & cognatæ ſibi inferiori exhibere officium prima geſtiebat. Quàm aliter accidiſſet, in tot meritis diues, quandoquidem non ferenda præſumptione inuenitur inflatus, qui & meritis nudus. c. 9. num. 193. toto §.p.280

Exultauit in gaudio infans in vtero meo. Ecce Ioannes naturæ legem tranſgrediſur, & ante tempus ex vtero egredi ad Chriſtum deprædicandum molitur: conſecrabatur Principis honori deuotus, ſicque ſui honeſtè apparebat oblitus. c.9.n.332. toto §.p.323

Abiit in montana. Non deſcendit Eliſabetha; ſed quia ſuperior, aſcendit Maria, vt nouerint ſuperiores alios antecedere labore, vt præcedunt dignitate. c.9.n.410.toto §.p.348

Abiit in montana cum feſtinatione. Incunctantes virgo inſcendit, vt a culpa Ioannem eximeret: quam nos ad virtutem frænaret itineris difficultas, montiumque detereret aſperitas: ea eſt inter virtutis obſequia, & voluptatis deliria grandis & manifeſta differentia: ad culpam inuolamus intrepidi, ad virtutem tendere refugimus pauidi. c.9.n.446. toto §.p.360

Salutauit Eliſabeth. Maria ad matris euecta faſtigium dignam electionem oſtendit, dum præſentia exterminauit peccatum, & prouidentia propulſauit etiam periculum. Ecce Ioannes Maria præſente ſanctificatur, & ibi manente fauſtè exoritur: ergo dignè poſſedit faſtigium, dum præſens exterminauit peccatum, & prouidens etiam periculum. c.10. n.17. toto §.p.375

Vt facta eſt vox ſalutationis. Blanda voce Virgo ſanctiſſima laboranti ſubuenit, & ſine cauterij iniuria vitæ ac ſaluti reſtituit: eximia Mariæ dexteritas vitiorum ſubuenit morbo, nec diſſecante vtitur ferro. cap. 10. num. 162. toto §. p. 420

Cùm feſtinatione. Feſtinabit pudica Virgo oculos fugere, & quia Deo plena omni ſolicitudine ſecretum diſcupiebat petere erudiens Virgines oculorum timere faſcinum, & publicitatis periculum: & quidem non ſemel fœmina domum egreſſa periculum ſibi creat, & ſuis dolorem maturat. c.11.n.158. toto §.p.481

In montana cum feſtinatione. Quàm diligebat Maria Ioannem, dum nullum laborem fugitat, vt à culpa liber gloria reſplendeat, & vocis muneri vel ſaltibus ſatisfaciat. Ecce Maria non præpeditur confragoſis, non detinetur iucundis; quia verus amor nullum laborem recuſat, vt dilectus gloria reſplendeat, & obligationibus ſatisfaciat. c.11.n.177.toto §.p.487

IN FESTO SANCTÆ MARIÆ Magdalenæ.

LVCÆ VII.

Vide que & qualis eſt mulier. Eo æſtuabat dolore Maria, vt pia impudentiâ Phariſæi conuiuarumque oculos deſpexerit, vt ad Chriſti Domini veſtigia procumberet: ſpreuerat famam mundum ſecuta: ergo obmurmurantium linguas ſpreuit virtutibus conſecrata, vt qui Deo placere deſiderat, linguas hominum ſapientes ſpernat. c.11.n.192.toto §.p.491

Attulit alabaſtrum vnguenti, & ſtans retro. Nihil Maria omiſit, vt honeſto adularetur amori, & piæ ſatisfaceret anxietati: nudauit comam, fudit vnguentum, Phariſaicum non extimuit ſupercilium, & quidem fas erat, vt honeſtus amor nihil omitteret, quando ambitio libidoque nihil verentur tentare, ſi poſſint ardori cæco conſulere. cap. 11. num.198. toto §. p.493

Lachrymis

Digitized by Google

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Ad pœnitentiæ confugit arma, vt cuerteret delicta: opus namque est ad de hostibus reportandam victoriam, ad seueram confugere pœnitentiam. c.11. n.214.toto §.p.498

Quæ & qualis est mulier. Despexit Pharisæus, sed defendit, allaudauitque Christus, ne vrgentissimo dolore exulcerata omni solatio careret infelicissima, quandoquidem miserum est grandi doloris censu nec apud homines famam acquirere, nec laudem apud Dominum promerere. c.11. n.219. toto §.p.500

Hic si esset propheta. Toto Christus diuinitatis censu fulgebat, & Pharisæus de mulieris attactu vel prophetam non esse putat, & quidem Pharisæi audacia est Dei famulis pro doctrina: vt nouerit Dei minister quamcitò à fœminarum colloquiis se expedire, nec prolixa colloquia trahere. c.13.n.84. toto §.p.567

Hic si esset propheta. Pharisæus superbia dines, diuitiis superbus piam fœminam à Domini officiis obmurmurando retardat, nec parcit maledica lingua Domino; sed obscurat. O quàm grande virtuti periculum imminet frequenter à diuitibus: grauius non dubites, quàm ab hostibus. c.12. n.13.toto §.p.506

Simon habeo tibi aliquid dicere. Correxit tumentem Dominus, & quas in conuiuio culpas commiserat, declarauit, ne si Christus dissimulasset, viuidius Pharisaicus tumor arsisset. Certè nonnulli si semel patienter lati, grandiori turgent insolentia superbi. cap. 12. num 23. toto §.p. 509

Ait intra se. Fors Pharisaica lingua Domini retardabatur præsentia. Intra se obmurmurabat, nec defectum manifeste promebat. Et quidem vt eximium gratiæ elogium fuit Magdalenam amore sauciam attulisse, sic etiam grande ad speciem miraculum procacem linguam frænasse, cùm ratus sit, qui aliorum defectum silentio premat, nec euulgandi pruritu opportunè, importuneque effundat. cap.12. num. 61. toto §. p. 522

Stans retro secus pedes eius, &c. Ecce Dominus nullum tempus otio reseruat; imò ad mensam discumbens peccatricem non vetat accedere, & conuiuium ad illam conuersus non refugit interrumpere: se tibi Dominus quodammodò denegabat, vt cunctis prodesset, Dei edocens ministros se alienæ saluti impendere, & omni tempore necessitatibus subuenire. c.13. n.95. toto §. p.571

Stans retro. Vbi Maria ad Deum voluit accedere, expeditum inuenit aditum: non impediebant conuiuia, occlusa non arcuerunt ingressum ostiâ, vt notum omnibus sit non stare per Deum peccatorem vitiis non eximi; sed per ipsum qui mauult suis cupiditatibus auxiliari. c.14.n.59. toto §.p.599

Stans retro secus pedes eius. De humili corporis habitu iam dæmonem distorquebat, & diuexabat: nam humilitas semper reportauit triumphum, & dæmonis fuit tormentum. c.14. n.101. toto §.p.612

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Lachrymis Domini rigabat vestigia, vt copiosum meteret fructum, & gemituum vorticibus dæmoni afferret naufragium: nam lachrymæ, pœnitentiaque diaboli sunt naufragium, & acerbum semper excidium. c.14. n.106. toto §.p.613

Ecce mulier. Et cur tantisper non spectet Maria Dominum à conuiuio expediri, vt opportunius possit accedere? Iam pro Maria respondet Christus: *Dilexit multum*: ergo nobilissimis amoris flammis adusta properauit, ne mortem incurreret: nam qui ab ardenter desideratis repressus, censeri debet iam mortuus. c.14.num.130.toto §. p. 620

Capillis capitis sui tergebat. En Maria odoriferis vnguentis delinitos Domini pedes recreat, & oculos suos copiâ lachrymarum obscurat: sibi delegit planctum, pedibus exhibuit vnguentum: nam iam vti Christi discipula sibi delegit pœnitentiæ amaritudinem, aliis propinabat dulcedinem. c.14.n.136.toto §.622

Capillis capitis sui tergebat. Cum capillis honestè defœdatis Domini vestigia tergit, ipsos capillis opponit: irrufata coma fortè deliquerat, cincinnis artificiosè intertextis allexerat oculos: ergo ipsis capillis & proprios oculos abscondit, & alienos arcuit: nam iam cælesti erudita sapientiâ de ipsa calamitate elaborabat sibi calamitatis venenum, & virtutis auxilium. c.14.n.151. toto §.p.626

Hic si esset propheta. Pharisæus exteriùs Domino obsequebatur, & interiùs criminabatur: resplendebat Dominus miraculorum fama, virtutum gloria: ergo Pharisæus eius familiaritatem affectat: nescias an gloriæ cupidus, an deuotus; in se tamen, quod magnatibus solet accidere, expressit, quandoquidem plures exteriùs hilari vultu potentibus obsequuntur, & interius insidiantur. c.14.n.185. toto §.p.635

IN FESTO SANCTI Iacobi Apostoli.

MATTHÆI XX.

Die vt sedeant. Videbant Christum Dominum ad regnum tendere per labores; sed regni suspirabant commoditates: regias ambiebant sedes, non cruces. O quot annexum dignitatibus laborem fugiunt, & splendorem exambiunt. c.7.n.38.toto §.p.14

Nescitis quid petatis. Meliori consilio Ioannes ardens ambiuit dolium, & Iacobus pro religione aggressus est sæpè bellum: cælesti namque iam illustrati lumine agnouerunt discupienti redimiri trophæo non esse indulgendum otio. c.7.n.52. toto §.p.18

Nescitis quid petatis. Ad regnum properabat Christus, & tamen propinquorum non inaurauit defectus. Certè de sæculi vsu si culmen occupauerit consanguineus, propinquorum inaurantur semper defectus. cap.7. num. 92. toto §. p. 31

Potestis bibere calicem? Vult vires expendere antequam certamen inirent, & quod sumptuosius Iacobi, & Ioannis elogium, quàm sic virtutum præstare viribus, vt Domini calicem non solum possent animosè bibere; sed ardenter desiderare. Fratres dum sitim declarant, & virtutem suam commendant, & dum Dominus an possint, inquirit edocens ne aduersatiis tibi contingat succumbere, oportere vires priùs prudentes expendere. cap. 7. num. 100. toto §. p. 34

Possumus.

Index ad Sacras Conciones.

Possumus. O animos excelsos! Ecce Iacobum & Ioannem non deterrent conglobata Dominicæ passionis tormenta; imo incitauere martyria. Quàm cæteri non possumus vel minutissimam passionis partem ferre? Quam ignoramus vel calicis guttulam sitire! O pia audacia, quæ vindicauit virtutem! Videas non semel virtutis alumnum leui deterreri periculo, voluptatis verò assecla non frænari ingentissimo detrimento. c.7. n.114. toto §. p.38

Non est meum dare vobis. Christi erat communem deuicta morte procurare salutem, suum ait non esse cognatis solo cognitionis iure excelsam præstare sedem. Discat Reipublicæ minister non tam studere propinquorum splendori, quàm communi omnium saluti. c.7. num.129. toto §. p.43

Dic vt sedeant. Thronos filiis mater exambit, & otiari discupit; non tamen suspirabat otium inertia acquisitum; sed laboribus dignis partum quandoquidem Iacobus religionem gladio defendit, & Ioannes calamo fraudes hæresum propulsauit: non est ignobile otium dignis laboribus acquisitum; sed inertiæ artibus procuratum. c.7. n.133. toto §. p.44

Calicem quidem meum bibebetis. Dum ambiunt excelsam sedem, amarum exhauriunt calicem: non poterat deesse calix thronorum desiderio præexcellentiæque voto. Certè qui plus humanæ gloriæ exambit, & grauius periculum subit. c.7. n.153. toto §.51

Dic vt sedeant. Quàm feliciter Christi latus cingerent Iacobus contra anxietates leuamentum, & Ioannes contra versutias auxilium. Ecce Iacobus religionis gladio prostrat inimicos: ecce Ioannes calamo veritatis conterit aduersarios: ergo felix regnum, cui tales contigere ministri. Certè fortunatus est Princeps, cuius ministri sunt anxietatis leuamina, & veritatis auxilia. c.7.n.186. toto §.p.62

Calicem quidem meum bibetis. Et quæ Iacobo Ioannique calicem bibendi causa? Mundi tenebras veritatis luce depulisse, & deliriis Magnatum obuiasse. Certè calicem bibet, qui veritatis luce densas Principium & potentiam tenebras effugarit. cap. 7. num. 297. toto §. p. 101

Dic vt sedeant. Non erat tempus sedendi; sed cum hostibus depræliandi. Christus per crucem immortale tendebat ad regnum; oportebat tamen Ioannem Iacobumque prodire contra aduersarios in campum, quandoquidem tonitrui filij, & duo fulmina belli, alter ense innumeras inimicorum Christi phalangas euertit, & calamo alter hæreses ac versutias inuectas à dæmone profligauit: eiusmodi erant Iacobus & Ioannes, vt ad eorum aspectum vitia fugerent, & ad vocem inferna gemerent. cap.7. num. 302. toto §. p. 103

Dic vt sedeant. Non ait, Dic vt partem flagellorum excipiant, vt se ludibriis exponant; sed *vt sedeant.* Ecce crucem audit, & thronos postulat: quia cognati de more laboribus adesse renuunt, interresse lucris exambiunt. c.8.n.35. toto §. p.121

Possumus. Certè mirandi sunt Ioannes & Iacobus, quando sitienter calicem ipsi exambiunt, nec per se ipsos; sed per matrem thronos dare sibi contendunt. Quam putabant mundialem gloriam, alienis solicitabant votis, crucem verò Domini propriis iam & ardentissimis solicitan desideriis, cùm nobis cuenjat prorsus oppositum: humani honoris stillam indefessis solicitudinibus procuramus, virtutis gloriam contemnimus. c.8.n.43. toto p.123

Sed quibus paratum est à patre meo. Vt immortale probarit regnum, obseruandam asserit æquitatem, nec distribuenda præmia consanguinitatis suffragio; sed meritorum consilio. Certè regna obseruata semper stabiliuit iustitia, vt iniusta destruxit præda. c. 8. num. 138. toto §. p.155

Adorans & petens. De adorationis obsequio, thronos filiis solicitabat, & quidem ni talis Christus esset, fors adorationibus initet gratiam, & adulationibus caperet prædam. Suo errore nos edocuit mulier tanti valere apud Magnates adulationem, vt ea inaurentur delicta, & ineatur facilè gratia. cap. 8. numer. 183. toto §. p. 183

Duo filij mei. Suspirabatur mulier Christi adesse iam regnum, & de sæculi more cognatos ei obtulit dignitatibus decorandos, & cæteris præferendos: falsa est mulier, dum cognationis titulo fidit; nos tamen edocet quàm frequenter dignitatum fastigia inscendentes suos præferant non virtutis merito; sed cognationis suffragio. c.8.n.219. toto §.p.179

Nescitis quid petatis. Dum temporale regnum suspicati suspirabant cæteris præponi, & otio placido frui, de ignorantiæ cæcitate impossibilia miscebant, inmicaque concordabant: non erat facile placidè quiescere, & cæteris anteponi: ergo vt felices sint, prouectionem suam intra terminos moderationis includant: nam infelices erunt, si nimium lucere exambiant. c. 8. n.249. toto §. p.189

Dic vt sedeant. Mulier ætate longeua, quæque Christum sequebatur auida, filiis modò importunè dignitatem suspirat, & quod accidere solet, ad nostram eruditionem declarat. Videbis aliquando contempsisse sibi nonnullos diuitias, & dignitates magnanimos; ambire tamen dignitates propinquis illorum amore illectos, & ambitione adulterata corruptos. c. 8. num.261. toto §. p.193

Non est meum dare vobis. Quàm eximiis se virtutibus ornatum prodebat Christus, quando cognatis non dabat ex ad alios spectantibus, & si fas est dicere, pertinentibus: proprium calicem propinauit, sedem pro meritis donandam eis non promisit, cùm nonnullos inueniat Reipublicæ administros, qui ex ad se pertinentibus nil tribuant, ex ad Rempublicam tamen spectantibus sine difficultate concedant. c.8. n.273. toto §. p.196

IN FESTO SANCTISSIMI Protoparentis Nostri Ignatij.

Lvcæ XII.

Sint lumbi vestri præcincti, &c. Quàm Ignatius incunctanter Domino pulsanti fuerit obsecutus, suorum erga Ignatium obedientia non obscurè testatur. Certè morigeros sibi subditos sortitur, qui Deo præcipienti incunctanter obsequitur. cap.7. num.33. toto §. p.12

Vt

Index ad Sacras Conciones.

Vt cùm venerit, & pulsauerit. Præcinctus, & omnium temporalium amore nudus singulari obedientiæ voto se suosque Ignatius constringit: voluit mortem contemnere, & per barbarorum gladios, & ardentes rogos Iesuitas fidei disseminandæ ardore inuolare, & Thulem extremam petere; verum ipse & filij frustrarunt sæpe pericula, dum inuolant obedientia, & quidem qui pericula obedientiæ postponit, ipsa obedientia propellit. c.7.n.47.toto §.p.17

Faciet illos discumbere. Alij arctis cingulis constringuntur, vt opipara ac cælesti mensa fruantur; at Ignatius vel gloriæ renuntiabat cælesti, dum proximorum quiuerit saluti consulere. O quàm ardebat charitas dum propriam differebat gloriam, vt à proximis depelleret culpam. c.7.n.76. toto §. p.26

Sint lumbi vestri præcincti Vt à se, suisque propulsaret periculum, omnem erga dignitates sæculique splendores expungi penitus voluit affectum, & quidem dum nulla à Iesuitis dignitas exambitur, pax floret, & tranquillitas viget, vt gerentur certè periculis, si æstuarent euanidis desideriis. c.7.n.153.toto §.p.51

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ. O quàm cælesti luce Ignatius fruebatur ad dæmonis frustrandas versutias, dum apud Manresam antro delitescebat non solùm cilicio præcinctus; sed piè crudelibus flagris dilaceratus. Disce ab Ignatio corpori non inseruire, si discupis insidias dæmonis deuitare. cap.7. num.157. toto §.p.52

Sint lumbi vestri præcincti. Attritis corporis viribus milites producit in campum, vt faciliùs subegerint inimicum: faciliùs namque victoria acquiritur, si contra vitium infirmis corporis viribus depugnatur. cap.7. num.170.toto §. p.56

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Eo charitatis ardore æstuabat Ignatius, vt se intra ianuæ limites non continuerit; sed foras quæsiturus animas inuolarit. Honoris dispendio scholasticos ad virtutem trahebat, & moniales à vanitulorum colloquiis refrænabat: non ignorabat Ignatius esse vitiorum proxenetas, qui honoris dispendio ad vitia alios adlaborabant trahere: ergo Ignatius, ne minus pro virtute faceret, honorem expositi, vt ad virtutem alliceret. Certè virtutis zelator suam ignorabit sapienter dignitatem, quando plures pro vitiis maculauerunt honorem. cap.7. num. 224. toto §. p. 76

Et vos similes hominibus. Communi seruulorum habitu illos vult vti, forte vt faciliùs cælesti lumine tenebras valeant depellere, & sine austeritatitis horrore ignauos ad virtutem possint allicere: pugnat contra vitium virtus, sed oportet etiam externum habitum instituto adaptari, ne inertes contigerit deterreri. c.7. n.232. toto §. p.79

Sint lumbi vestri præcincti. Præcinctus erat Ignatius militari balteo; sed modo iubet seruulorum constringi cingulo, & inire glorioſius, & periculosius bellum: edomabat hostes Ignatius anteà inuicto ferro; sed posteà à vitiorum excitauit letargo: ergo hic & laboriosior campus, & nobilior triumphus: est enim gloriosius quam domare ferro, à vitiorum hominem excitare letargo. c.7.n.285.toto §.p.97

Expectantibus Dominum suum. Præcincti expectabant Dominum, vt ad mensam acciperent præmium; verùm Ignatius ab omni humano præmio desudabat remotus, & cingulo laborioso præcinctus. O quantas requirit vires ad labores semper præcingi, & ab omni temporali præmio inhiberi. Mihi crede, durissimùm, est laboriosas ad molestias vocari, & debito honore præmioque carere. cap.8. num.39. toto §. p.122

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes. Oportet ad terras hominum propulsandas tenebras pati Euangelici cinguli angustias. Certè Ignatius dum omni virtute ornabatur exultus, vitiorum erat hostis acerrimus, vt qui studet aliorum vitia expungere, à vitiorum vmbris curet distare. cap. 9. num. 123. toto §. p.259

Similes hominibus expectantibus Dominum suum. Ecce Christi socij discipulique ardentes sitiunt famulatum, nec exambiunt imperium: lucernis certè fulgentissimis illustrabantur, dum omni dignitatum ambitu nudabantur: ambitiosis videtur dignitas omnibus artibus procuranda; sed sapientibus fugienda. cap. 9. num.135. toto §. p.262

Similes hominibus expectantibus Dominum. Vt expectaret Dominum, vt vigiliis vacaret attentior, vt exerceret famulatum studiosior, omni dignitati aditum præclusit Ignatius, ne animum Domino virtutique debitum abalienaret, aut irretitum dignitas variis occupationibus detineret. c.9.n.138.toto §.p.263

Et lucernæ ardentes in manibus vestris. Constringit seruulos cinguli duritie; sed lucernarum illustrat etiam splendore; at Ignatius Societatis Generalis dignitatis oblitus, vt propudiosas mulierculas, & libidinum victimas virtutibus reformaret, eas per orbem Romam comitabatur, nec timebat dignitatis nubilum, dum ad virtutis traheret desiderium: nec solùm detrahebat splendori; sed etiam saluti, dum non est veritus asperrimo hyemis tempore gelidissimum stagnum nudus intrare, si ruentem ad vitia possit arcere. Eximiæ certè charitatis fuit proprio renuntiare splendori, vt aliorum consuluerit saluti. c.9.n.152.toto §.p.267

Et vos similes hominibus. Dum nil alios quam Dominum expectant grandi virtutum censu ditantur, & dum plus virtutibus consecrati, & hominibus plus proficui. cap.9. num.160. toto §. p. 270

Sint lumbi vestri præcincti. Præcinctus Ignatius diu noctuque militabat virtuti, & refragabatur dæmoni. Militiam instruant, Societatem composuit, qua vel extremas orbis partes Euangelio subigeret, & idololatriæ exercitus debellaret; verùm etsi filiorum resplenduerit ornatus trophæis, per seipsum semper studebat triumphus quia etsi præclara militum facta duci applicentur ad famam, ex propriis factis cumulatiorem sortitur gloriam. c.9. num.427. toto §. p.353

Et vos similes hominibus expectantibus, &c. Omnia vult Christus ad Domini gloriam referri, & ei totis viribus inseruire, quod exactè adeò præstitit Ignatius, vt religionem à se constructam Iesu nomini voluerit dicari, nec nomine proprio insigniri. Verùm dum Ignatius nominis gloriam humillimus repudiauit, augustius sibi nomen & Societati acquisiuit. c.10.n.31.toto §.p.379

IN

Digitized by Google

IN FESTO TRANSFIGVRATIONIS Domini. Adi dicta pro ſecunda Dominica Quadrageſimæ.

IN FESTO ASSVMPTIONIS B. Mariæ Virginis.

LVCÆ X.

INtrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Chriſtus Martham hoſpitio nobilitat, Mariam cæleſti doctrina informat: ſed Martha Domino dat querelas: quia ferè nullus accepta penſat ad gratiam; ſed quæ acceperint alij exaggerat ad querelam. c. 10. numero 55. toto §. p.386

Non eſt tibi curæ quod ſoror mea, &c. Dum Maria ſtudioſiùs Domino addicitur, ad ſeruiendum Domino Martha & viribus adaugetur. O quam dæmon exoptabat à Domino ſeparari Mariam: nouerat namque plus vnicam valere Virginem ad eius vires infringendas, quàm plures ad retardandas. cap.9. num. 435. toto §. p.356

Et turbaris erga plurima. Quæ de Maria dabat querelas, reprehenſa obmutuit, & ingentes turbari audiuit: nullus in Mariam audeat cælestis patrocinium ſortitam, & à filio ſummè delectam, ni velit durè carpi, grauèque puniri. Certè aliquando dæmon, ſi aggrediatur Chriſtum, fruſtratur votis; ſed aggreſſus Mariam duris punitur ſuppliciis. c.9. num. 439. toto §. p. 357

Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Ornabatur caſtellum illud Mariâ: ergo Ieſus hoſpitio recipitur, & obſequijs religioſiſſimis honoratur: O felix caſtellum, quod gratum Domino exhibere potuit hoſpitium; imò & iucundiſſimum habitaculum: ad Mariam diuertit toto virtutum cœtu exornatam; ſed Proh nos miſeros tot aliquando vitijs exhibemus habitaculum, vt Deus noſtrum inueniat hoſpitium. c.10. num.104. toto §. p.402

Reliquit me ſolam miniſtrare. Nihil Marthæ optabilius, quam Mariam Chriſto adhærere, & ſermonem ab eius labijs haurire. Certè dum Maria Domino conſecratur, & omnibus debitrix conſtituitur: nullum quidem ad ſe confugientem reſpuet, quia ſe omnibus hodie quodammodo debitricem conſtituit. c.11. num.20. toto §. p.439

Turbaris erga plurima. Martha querula quod poſtulabat, non impetrauit; Maria tacens quod deſiderabat obtinuit: non iuſſit Dominus vt diſcederet; ſed optimam partem elegiſſe declarauit: & quid Dominus denegare poſſit Mariæ, per quam illibata carne amictus prodiit, & regiam Dauidis dignitatem obtinuit. Certè nil ſuperior valet illi negare, per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere. c.11. num. 94. toto §. p.461

Turbaris erga plurima. Maria non turbatur, quia cæleſti epulo fruitur, obturbatur Martha Domini hoſpitio nobilitata, & diuitiis onuſta: nec mirum quando Maria fruitur cæleſti, & Martha temporali felicitate, & humana felicitas cumulatè nunquam plena, quia ſemper anxietatibus obtu bata. c.11.n.164.toto §.p.483

Reliquit me ſolam miniſtrare. Vel à ſorore fugit, quæ meliorem ſortem adiuit, Maria dignius Deo exhibebat hoſpitium, dum humanum fugiebat conſortium: vt diſcas fugere hominum conſortium, ſi cupis exhibere Domino obſequium. cap.13. numero 21. toto §. pagin. 548

Sedens ſecus pedes Domini. Secus pedes ſedebat humillima; ſed dum Maria humilitatem ſtudioſè colit, & dæmonem ardentiſſimè vrit; humilitas namque de dæmonibus ſemper reportauit triumphum, durumque inflixit tormentum. cap. 14. numero 101. toto §. pagin.612

Sedens ſecus pedes Domini, &c. Mariam honeſtiſſimo otio ſtudentem & Dominum auidis auribus auſcultantem factuoſæ amantur querelæ; verùm quæ videtur querelis depellenda, vicit futuris ſæculis dilaudanda, reſtante Domino: *meliorem partem elegit.* Profectò virtutem colenti imminent ad ſpeciem pericula; ſed quæ re inania; imò quæ mutentur in trophæa. cap.14. n.111.toto §.p.615

Non eſt tibi curæ quod ſoror mea, &c. Maria ſecus Domini pedes humillima Dei verbum excepit fortunata, ibi omnium mater, ibi miſerorum auxilium, ibi ægritudinum leuamentum; verùm Martha, vt tantiſper laborem minuat, communem Mariam ſecus pedes Domini curare vtilitatem ignorat. Quàm de more hominibus eſt bonum publicum propriæ, licèt exiguæ vtilitati poſtponere, & omnium ſaluti propriam commoditatem anteferre. c.8. num.265. toto §. p.195

Non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare. Nil Marthæ fortunatius, quàm Mariam verbo excipiendo electam, & præexcelſa dignitate nobilitatam: dum ſororem habet gloria redimitam immenſa, & apud Dominum præ ipſis Angelis eleuatam, non carebit auxilio; ſed fruetur opportuno leuamento: ergo gratias egerit, querelas non fuderit, quando apud ſeculum eleuati ad faſtigium omni cognationi promanant commoda, & ſplendoris crementa. cap. 10. numero 70. toto §. pagin.391

Non eſt tibi curæ. Certè Satius Marthæ eſſet, vt Chriſti Domini frueretur auxiliis celebrare Mariam dignis elogiis. Queritur non eſſe Chriſto curæ eius anxietatem leuare; ſed ipſa ſibi nocet, dum in Mariam conſtat aſſurgere. Si vis apud Chriſtum inire gratiam cole religioſo affectu Mariam, nec Martham imiteris; ea tamen eſt peccatorum cæcitas, vt eodem tempore Deum velint auxiliatorem ſortiri, & cupiditatibus famulari. c.10.num.154.toto §.p.418

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI Apoſtoli.

LVCÆ VI.

ERat pernoctans in oratione Dei. Pernoctabat Chriſtus, vt nos Bartholomæum dignum eius orationis fructum ſortiremur. O quanta

Index ad Sacras Conciones.

Reipublicæ Christianæ commoda ab hac pernoctatione Domini promanarunt ; dum post vigilias Apostolos eligit, superiores ac Principes edocet. Certè felix est Respublica, quæ sortitur Principes vigilantes : parum fortunata si patiatur dormientes. cap.7. numero 43. toto §. p.15

Erat pernoctans. Quos ad Apostolicam dignitatem euexit, pernoctare suis exemplis suasit. O quàm Bartholomæus studiosè est imitatus magistrum. Omnem ferè diem, noctemque orationi dedicabat, & dilleminandæ fidei incumbebat. Resplendebat Apostolica dignitate ; sed annexum non recusabat laborem, cùm ferè omnes laborem fugiant, & splendorem, dignitatem exambiant. cap.7. numero 38. toto §. p.14

Philippum & Barthomæum. In campum Bartholomæum produxit, vt dæmonum phalangas, & machinas vitiorum euerteret : non illum deturbarunt à virtutis statione durissima flagra, non gladij acutissimi pellem à carnibus diuidentes. Certè opus erat, vt Bartholomæus assectas mundi confunderet, quandoquidem vitiorum alumni ferè semper virtutis confuderunt discipulos, dum hi leuibus deturbantur peruulis, & illi statione perstant grauissimis detrimentis. cap. 7. numer. 114. toto §. p. 58

Erat pernoctans in oratione Dei. Apostolos electurus strenuos elegit, imbelles repudiauit: constare omnibus voluit esse Bartholomæum conscientiæ superioris probatum, vt meritis non dubitarint electum. Ritè certè non inueniuntur electi, qui priùs non fuerint conscientia superioris probati. cap.7. num.137. toto §. p.45.

Et Bartholomæum. Furebat diabolus Bartholomæum aduersarium sortitus, idololatria gemebat : ergo tyrannus exuere cutem decreuit; sed errauit : nam Bartholomæus vti excellentissimus athleta quo nudior, hostis vitiis erat acerbior : nesciebat cæcissimus furor victoriam facilius acquiri, si infirmis corporis viribus contigerit depugnari. cap. 7. num. 172. toto §. p.56

Et Bartholomæum. Bartholomæus electus est ad durius dæmonis tormentum, eiusque superbiæ cruciatum : igneis catenis deuinxit, & contemptibilem omnibus demonstrauit : acerbissimum erat exambienti lucere capite, ligari, & conteri pede. cap. 7. numero 193. toto §. p.65

Et Bartholomæum. Bartholomæus eligitur laboribus consecrandus, & dæmoni extimescendus : alij Apostoli duram perpessi sunt mortem, Bartholomæus & tulit mortem, & deposuit pellem. Principis se delitiis opposuit, cupiditati prædam abstulit: ergo excoriatus labores subiit: non poterat durissimos labores non perpeti, qui veritatis luce appetitus tenebras, Principisque insaniam nitebatur frænare. cap.7. num.297. toto §. p.101

Descendens cum illis stetit in loco campestri, &c: Ecce Bartholomæo associatus descendit dominus languores curaturus, & dæmones fugaturus : quod sic edicit optimus discipulus, vt ad eius aspectum vitia fugerent, & dæmonia conticescerent. c.7.n.302.toto §.p.103

Qui vexabantur à Spiritibus immundis, curabantur. Christus Dominus dæmona è corporibus effugabat ; verum Bartholomæum voluit nobiliori exornari triumpho, dum dæmonem duris constrinxit vinculis, & igneis vsit catenis: plausibilior certè est triumphus, si inimicus non arripiat fugam ; sed subeat pœnam. c.7.n.315.toto §.p.107

Et Bartholomæum. Certè Bartholomæus, dum acerrimus pudicitiæ defensor, Principem non timet exasperare, immortalem gloriam probatur sortiri : despexit, vt virginitatis suppetias ferret Principis beneuolentiam; sed lucratus est immortalem gloriam, vt politici nouerint infelicitatem sibi asciscere, dum non sine virtutis iniuria Magnates nolunt exasperare. c. 8. n.108. toto §.p.149

Et Bartholrmæum. Et descenaens, &c. Ecce Bartholomæus ad Apostolatum electus cum Domino descendit, & renuntiat culmini, vt proximorum attendat vtilitati : & eximia certe refulget charitas, dum propriæ renuntiat magnitudini, altitudiniqúe, vt alterius consulerit vtilitati. cap. 9. numero 152. toto §. p.267

Et Bartholomæum. Electus Bartholomæus dicitur, vt dignus, & exornatus meritis declaretur. Christum imitentur electores, nouerintque ad dignitatem vltra meritum euehere, non tam esse eligere, quam illudere. c.9.n.185.toto §. p.278

Et Bartholomæum. Bartholomæus ad dæmonum supplicium est natus, igneis vinculis vinxit, & odio ardentissimo inflammatum subiecit : & quid dæmoni acerbius quàm noster Apostolus, quandoquidem vinctus cogebatur subiici iugo, & ardebat virulentissimo odio. c.9. n.252.p.299

Qui vexabantur à Spiritibus immundis, curabantur. Peccatores immundis Spiritibus in idolis litabant victimas, thura offerebant, & dum ab eis sperabant auxilium, infirmitatum patiebantur augmentum : expulit dæmonia Bartholomæus, impertiuit salutes, vt peccator nosceret à vitiis promanare infelicitatum augmentum etsi cæcus speraut solatium. cap.9.num.375.toto §. p.337

Sterit in loco campestri. Discipulis cinctus prodit in aciem, vt expugnauerit hostem. Nil ita iucundum Bartholomæo, quàm in campum prodire, & dæmonem subiugare, & quid adeo iucundum strenuo militi, quàm ad congressu citari. cap. 11. num. 74. toto §. p.455

Erat pernoctans in oratione Dei. Apostolos electurus Christus pernoctat, cum Deo facienda consulit, vt nos erudiat, superioresque doceat, ne committerint errata, cum Deo priùs consuluisse facienda. c.11. n.107. toto §.p.465

IN FESTO NATIVITATIS B. Mariæ Virginis.

MATTHÆI I.

Virum Mariæ. Nata est Maria ad hominum gloriam, vt ad dæmonum etiam pœnam: nata

nata eſt, vt caput ſerpentis tereret, & verbum parereret: Mariæ triumphus & pœna hoſti inflicta glorioſus: nam is plauſibilior eſt triumphus, vbi inimicus non vertit tergi; ſed digna tulit ſupplicia. cap. 7. num. 315. toto §. p. 107

Virum Mariæ. Mariæ nomen ſignificat ſtellam, & amariſſimam Myrrham ergo hodie naſcitur, vt hominibus ſit pro Helice, & dæmonibus pro amariſſimo felle; nec minus eius ortus nobiliratur de tenebris ab hominibus depulſit, quam de ſuppliciis dæmoni inflictis. Adæque namque celebrandum nomen excudit iuſta delinquentium punitio, & prouida miſerorum protectio. c. 9. n. 318. toto §. p. 327

Virum Mariæ. Semper Maria hominibus ſalutaris; verùm dum recens: orta cælorum mundique inauguratur regina, ſpecialius lucet hominibus benignitate exornata: inter regni namque primordia benigniſſimæ indulgentiæ ſemper micantior reſplenduit gratia. c. 8. num. 53. toto §. p. 126

De qua natus eſt Ieſus. Nondum cunabilis vagit, etiam Chriſti mater reſplendet: mater proditur, vt eius excelſa dignitas agnoſcatur: deleuit Maria felici exortu, quod nobiles probrum intulerunt virtuti: oportebat vt Maria vel in ipſa infantia apta ad excipiendum diuinum verbum proferretur, vt pro virtute inuerteretur ſtylus, quando frequentes nobiles ad voluptates in pueritia ſunt viri, & ad virtutes in ſenitie ſunt pueri. c. 8. n. 215. toto §. p. 178

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. Matrem noſtram, & humani generis pulcherrimum florem audis dignitate exornatam; & ad cælorum reginam electam: ergo ſpes magnas foue, & ab ea ſpera honeſte efficiendum, quod à ſæculi magnatibus experiris non ſemel factum: cares meritis; ſed Mariæ honoraberis ſuffragiis, quando apud ſæculum dignitatis faſtigio ſublimes tuos honorant conſanguinitatis ſuffragio, etſi virtutis non merito. c. 8. n. 219. toto §. p. 179

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. Maria oritur ſtella hominibus ſemper propitia, & dum mater Chriſti efficitur, ad regale ſolium leuanda: ergo peccator per Mariam ſperet veniam, & ſolicitet ſibi gratiam. O quot peccatores, indigniſque ob Mariæ patrocinium calamitatum vortices ſubiugarunt, & ad portum feliciter peruenerunt. Certè apud ſæculum, ſi Magnatum adſit fauor, indigni non ſemel promouentur, & ſi deſit, vel digniſſimi repelluntur. Ergo ſi Mariæ fauor adſit, ſpes bonas concipe: ſi contemnas eam dignis prometere officiis, time. cap. 9. num. 29. toto §. p. 231

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. Regali ſanguine proditur orta, & ad celſiorem dignitatem electa, vt eius magnitudo tuis ſit neceſſitatibus vectigalis, & petitionibus quodammodò tributaria. Quis dubitet Mariam ob pietatem facturam, quod ſæculi magnates non ſemel ob præſumptionem. Certè vanitati vertunt vel indignis auxiliari, & petentibus opem ferre. cap. 9. numer. 51. toto §. p. 238

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. Humanæ naturæ pulcherrimus fructus Maria exoritur, nec poteſt hominibus teneræ, honeſtiſſimæque affectionis tributum non pendere, à quibus nouit vitam, & ſanguinem accepiſſe: ergo quis dubitet apud filium noſtra excuſaturam delicta, honeſtéque exaggeraturam merita, quando apud ſæculum in affectionis officina cuduntur merita, & inaurantur delicta. cap. 9. numero 70. toto §. p. 244

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. Cæleſtis dignitas vel vagientem quæſiuit, nec ſæcula prolixè expectauit. Ecce Maria natiuitatis faſciis inuoluta in Domini dignam matrem iam acclamatur electa: nec mirum, quando dignitas à ſæculo non exhibebatur; ſed à cælo offerebatur: apud ſæculum dignitas tardiùs benemeritos ornat, celeriùs non ita dignos nobilitat. cap. 9. num. 130. toto §. p. 260

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. Qui peccatis obrutus, & à vitiis ſæpè deuictus animum non deſpondeat, ſed ad Mariam recens natam & gratiarum manibus factam confidenter accurrat. De Hercule fabulantur venenatos ſerpentes ipſis in cunabulis trucidaſſe; ſed quod ibi confinxit fabula, hic edocuit experientia: infernales ſerpentes vel recens nata diſcerpit Maria, eorum vires eneruans, & venenum euacuans: plus certè valet vnica Virgo Maria ad dæmonis vires infringendas, quàm plures ad retardandas. cap. 9. numero 435. toto §. p. 356

De qua natus eſt Ieſus. Maria Ieſum nobis attulit ſæculorum ſalutem: propitium hodie oritur hominibus ſydus, vt Mariana luce depellantur caliginis terra, & fruſtrentur etiam pericula. Iure in matrem ab ipſis cunabulis eligitur, quandoquidem Mariæ præſentia deterrentur dæmonia, vt fruſtrantur prouidentia pericula. cap. 10. numero 17. toto §. pagin. 375

Virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus. In Ieſu matrem naſcitur pulcherrima puella; ſed præexcelſa dignitas exhibita Mariæ eſt non ſine honeſta penſione: mater noſtra etiam efficitur, dum mater Domini declaratur: ergo ad Mariam nullus timeat accedere, quia hodie omnibus debitrix quodammodo naſcitur, & honeſtè tributaria exoritur. c. 11. num. 20. toto §. p. 439

De qua natus eſt Ieſus. Dum Maria naſcitur, quibus prouais orta, expreſsè non referrur, cuius tamen mater expreſsè dicitur, vt qui de natalium luminibus nimium gloriantur, nouerint felicius eſſe dignis virtutum fructibus exundare, quàm fumoſis ſtemmatibus inſigniri. cap. 11. numero 69. toto §. p. 453

De qua natus eſt Ieſus. Ipſo in exortu iam mater deprædicatur, & lætitia mundus perfunditur, ipſa in infantia reſplendent indubia virtutum facinora, & de facinoribus gaudia. c. 13. n. 67. toto §. p. 561

IN FESTO S. MATTHÆI Apoſtoli.

MATTHÆI IX.

SVrgens ſecutus eſt eum. Matthæus obedientiæ filius miris lucet virtutibus exornatus: nec mirum quando obedientia eſt felicitatis vena, ſi incunctantes exprompta & gloriosè cæca. c.7.n.26.toto §. p.10

Et ſurgens ſecutus eſt eum. Secutus eſt per labores, per ærumnas, per anxietates, nec glorioſum virtutis militem deterruerunt pericula; imò viuidiùs, vt in campum prodiret, incitarunt tormenta. Quàm aliter nobis contingit? Voluptatibus addicti per indubia inuolamus detrimenta, nos de virtutis ſtatione vel leuia deturbauere pericula. cap.7. numer. 114. toto §. p. 38

Vidit Ieſus hominem ſedentem, &c. Iuxta maris fluctus, vt placet interpretibus, ſedebat colligendorum tributorum ſiti, & incrementandi auri cupiditate, & quidem loci ſitus congruebat occupationi: nec enim poterat diſtare à vorticibus, & periculis, qui humanarum rerum vrgebatur deſideriis. c. 7. num. 153. toto §. p. 51

Et ſurgens ſecutus eſt eum. O miraculum modo non opinabile! O diuini imperij vim! Ecce Matthæus nec conſuetudine detinetur, nec cupiditatis vinculis irretitur, quando vel vrgente periculo conſuetudini paremus, & compediti eius vinculis immoramur. cap.7. num.161. toto §.p. 54

Surgens ſecutus eſt eum. Iubebatur diuitias deferere, paruit: vocabatur ad labores, ſine cunctatione cucurrit: à nonnullis obedientia lubenter impletur; ſed ſolum quæ eorum votis attemperatur. c.7.n.189.toto §.p.63

Sequere me. Mira res: ad laborioſa vocat, præcipit ardua, & tamen Matthæus exultat & gaudet, & cautiones ac vincula cupiditatis diſrumpit. Certè Deus cùm ardua præcipit, contra difficultatum volumina, & vires addit. c.7.n.212. toto §.p.72

Et factum eſt diſcumbente eo in domo. Quis dubitet Matthæum nouis beneficiorum incrementis adauctum, quando adeo gratus opiparum exhibuit conuiuium: nam matura gratitudo non ſolùm eſt generoſi animi teſtimonium; ſed & beneficij incrementandi artificium. c.7. n.259.toto §. p.89

Matthæum nomine. Non refugit Matthæus ſe telonarium publicare, nomenque exprimere, de aliis ſcripſit glorioſa, de ſe publicauit obſcura: nam vti verè humilis in ſe ſolùm agnouit ingloria, in alteris laudabilia. c. 8. num. 87. toto §.p.138

Et ſurgens ſecutus eſt eum. Ad ſacerdotalem dignitatem vocatus diuitias abiecit, & quam colebat antè, de corde auaritiam expunxit. Et quidem auaritia laicum obſcurat; Sacerdotem verò quodammodo exaugurat. cap. 8. num. 175. p.166

Videntes Phariſæi dicebant. Qui Domini benignitatem ſummis debuiſſent elogiis extollere, ob eam ipſam liuidiſſimis dentibus audebant carpere: & vtinam hoc Phariſæis ſolùm contigerit; verùm non ſemel experierit detorqueri ad materiam obmurmurationis, quæ materia ſunt gratitudinis. c.8.n.287.toto §.p.202

Et ſurgens ſecutus eſt eum. Quam diuina refulſit gratia, vbi conſuetudinis, cupiditatiſque geminatis vinculis præpeditum inuolare fecit ad Apoſtolatum. Rupit Sanſon funes; ſed Matthæus nouus Eccleſiæ Sanſon diſrupit cupiditates, quando difficillimum eſt, vel adurgente ratione denudari conſuetudine. c.9.num.142. toto §. p. 265

Sedentem in telonio. In telonio ſedebat lucro ineſcatus, & ad animæ pericula cæcus: nam peccator præſenti allectus commodo, naſcituro inde neſcit occurriſſe periculo. c. 9. num.205.toto p.284

Sedentem in telonio. Certè illud *ſedere, erat ſubſidere*: ſedebat vt Principis adaugeret fiſcum; ſed commune incurrebat odium: ergo grandi exemptus eſt miſeria, & diuina vſus miſericordia. Certè miſer eſt, qui ob alienum lucrum multorum ſuſtinet odium. cap. 9. num. 257. toto §. p. 300

Cum publicanis & peccatoribus manducat, &c. Publicani alienis lachrymis hilares, & rapinis ſemper copioſi omni fruebantur pace: nam regia poteſtate vſi in iuſtitiam armabantur; verùm etſi effugerent pœnam, incurrebant tamen infamiam, vt magnates diuiteſque nouerint obſcurandos infamia, etſi non mulctentur ob ſcelera aliqua pœnâ. c.9. n.261.toto §.p.301

Et ſurgens ſecutus eſt eum. Sedebat incrementandi diuitias percupidus, & ipſa cupiditate periculo expoſitus: ergo dum Chriſtus eum vocat, & amittendi diuitias periculo liberat, nam ardens aggerandi diuitias ſtudium non indubium eſſe ſolet animæ, & diuitiarum diſpendium. c.9. n.278. p.307

Quare cum peccatoribus & publicanis. Chriſtus Dominus animarum medicus peccatorum non dedignabatur conuiuia, vt dum familiari affabiliſque ſermone cum illis agit, ad virtutum alliciat documenta; verùm Phariſæi maleuolentiâ adufti ægrotos vocare fugillabant, & ipſam virtutem in calumniam conuertebant: nam maleuolentia à liuore innutrita qualibet occaſione prorumpit exoculata. c. 9. num. 292. toto §. p. 311

Sequere me. Per Apoſtolos diſcipuloſque alios traxit Dominus ad virtutis obſequium; ſed per ſeipſum Matthæum vocauit ad Apoſtolatus faſtigium: nec mirum, quando ingens erat Domini gloria Matthæus tot cautionibus expeditus, tot facculis liberatus: per ſe voluit Dominus Matthæum vocare, & de vocatione famam cumulatiùs extendere: nam licet militum facta Duci applicentur ad famam, ex propriis operibus cumulatiorem ſortitur gloriam. c.9.n.417. toto §. p. 353

IN FESTO S. MICHAELIS & Angelorum.

MATTHÆI XVIII.

ANgeli eorum, &c. Michael cæleſtis militiæ dux, Eccleſiæ patronus miris Angelorum triumphis

Digitized by Google

triumphis micat redimitus; ipse tamen dum draconem per se depellit, dum mulieri sole amictæ opem fert, glorioſius lucet exuuiis inimicorum ditatus: nam etſi præclara militiem facta duci applicentur ad famam, cumulatiorem ex propriis factis ſortitur gloriam. c.9. num.427. toto §. p.353

Angeli eorum. Vt paruulos Michaël defendat virulentum draconem valentes oppugnat: ecce Moyſes viſo colubro trepidat, & terre populo ſuppetias recuſat, etſi Deitatis nomine nobilitatus, & à Domino ſemel & iterum miſſus; at Michaël copias Angelorum in campum producit, & certamen obire geſtit, teſtante Ioanne Apocalypſ. 12. *Michael & Angeli eius prœliabantur cum dracone.* Ergo diſcamus à Michaële, & ſtylum inuertamus: virtutis opera ſequamur impauidi, ad delicta inueniamur trepidi: ſi vſque modò ad delicta inueniebamur intrepidi, ad virtutis opera pauidi. c.9. num. 446. toto p.360

Angeli eorum. Michaël Angelique ſic paruulis conſulunt, ſic attendunt, vt nihil aliud videantur curare: ergo & paruuli ſalutem, & ipſe Michaël conſequitur laudem: nam dum ſuperior nihil aliud eſt quam officium, de populi ſalute immortale ſibi elaborat elogium. c.10.n.8.toto §. p.372

Angeli eorum. O quàm dignè Michaël dignitatis poſſedit faſtigium, quando ad eius aſpectum & coluber trepidat, & paruulus periculis exemptus exultat. Certè dignè poſſedit faſtigium, cuius præſentia exterminauit peccata, & cuius prouidentia pericula. c.10.n.17. toto §. p.375

Angeli eorum. Dum Michaël paruulis attendit, ambitioſius nomen non cupit: Lucifer, & Deo aſſimilari exambiebat, & ſectatus otium inſeruire detrectabat: ergo Michaël glorioſius ſibi nomen humilitate procudit, Lucifer ſplendidum nomen cum ignominioſo colubri commutauit. Certè qui ambitioſum nomen humilitate non ambit, auguſtius ſibi nomen acquirit. cap. 10. numer. 31. toto §. pagin. 359

Angeli eorum. Docet Chriſtus quanta paruulis reſultent commoda ob Michaelis & Angelorum ſolicitam vigilantiam, vt deuotam illis præſtiterit reuerentiam. Certè Michaelis deuotus ſibi conſulit prouidentiſſimus, quandoquidem opportunum ſortietur auxilium contra virulentiſſimum aduerſarium; verùm ea eſt peccatorum dementia, vt creaturis, à quibus nullum poſſunt ſperare ſubſidium, earum exhibeant obſequium. cap. 10. num. 166. toto §. p. 422

Angeli eorum. Michael paruulos defendit cum ſerpente de præliando, & Dei auxilium implorando: *Quis ſicut Deus?* vt & ipſi alumni patroni ſequantur exemplum, nouerintque ad depellendam calamitatem oportere diuinam opem implorare, & dexteram ad operationem extendere. cap. 10. num. 194. toto §. p. 430

Angeli eorum. Non recuſat Michael bellum, vt pacis nobis attulerit commodum: ergo non recuſemus dignis eius patrocinium obſequiis, & deuotis excitare ad noſtram defenſionem officiis: nam in humanis dum Princeps non recuſat Deum adire, ſubiectus geſtire debet obſequiis dignillimis promereri. c.11. num.89. toto §. p.459

Angeli eorum ſemper vident faciem Patris Michael, Angelique, vbi referuntur paruulis conſulere, & Dei faciem, quod exilium præmium eſt, aſſeruntur etiam videre, vt à cæleſti diſcat humana Reſpub. non differre militibus præmia, dum conſtat obire pro cunctorum defenſione certamina. cap. 11. num.99.toto §. p.462

Angeli eorum. Michael, Angeliſque eius expulſo teterrimo aduerſario paruulos defenderunt, vtque conſummarent triumphum, Deo victoriæ obtulerunt plauſum: Michael namque dum ait: *Quis ſicut Deus?* ab eo teſtatur omne promanare auxilium, illiſque applicandum trophæum, potitur victoria integra: nec enim reſplendet reportata de hoſtibus plena victoria, niſi iugulata præſumptio prudentiæ mactetur arca. c.11. n.187. toto §. p.490

Angeli eorum. Dum Michael totis viribus ſolicitat paruulos virtutibus exornari, & diuino aſpectu potiri, humilitatem ſuam manifeſtat, & Luciferum valentes oppugnat, quandoquidem ſuperbus ille, & ſuperbiæ parens non ſuſtinet alium lucere, ſed ſolicitat animitus obſcurare. c.12. n.8.toto §.p.505

Angeli eorum. Quàm ſe cæleſtem miniſtrum probat Archangelus Michael, qui nec recuſat bellum, nec denegat paruulis opportunum auxilium, nec exambit ſibi plauſum; imò dicendo. *Quis ſicut Deus?* à Deo teſtatur omnem promanare virtutem, & illi deberi laudem: ergo vt dicebam, miniſter lucet cæleſtis, dum ſibi nil applicat ad commodum, & ſolicitat omnia ad paruulorum ſubſidium, & ſuperioris obſequium. cap. 13. numer. 91. toto §. p.570

Angeli eorum. Quàm aptus inuenitur Michael ad humanam cæcitatem depellendam, & ſalutem curandam, quandoquidem ſerpentem coëgit imis delitеſcere abſtruſum, & glorioſum tulit trophæum. Diſcat triumphos priùs de dæmone reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere. cap. 14. num. 115. toto §. p. 616

Angeli eorum. Paruulis ſupremi Spiritus auxiliantur, & dum humiles paruulis præſtant auxilium, graue dæmonibus intulere tormentum: humilitas namque de dæmonibus reportauit ſemper triumphum, & illis duriſſimum fuit tormentum. c.14. n.101.toto §.p.612

PRO B. FRANCISCO DE BORGIA,
Adi Feſtum N. S. Patris, Franciſci Xauerij, & Ludouici Gonzaga.

IN FESTO OMNIVM Sanctorum.

MATTHÆI V.

Beati pauperes Spiritu, &c. Spiritu pauperes omnium à ſe cupiditatem abiiciunt, & pro diuitiis paupertatem colunt: ergo beati ſunt nullo timore preſſi, nulla ſolicitudine diuexati: nec enim poteſt gelido timore non diuexari, quem

Digitized by Google

quem constat sæculi amore teneri. c.7. num.118. toto §.p.39

Beati pauperes Spiritu, &c. Dum nil mundi discupiunt, tranquilla iam statione quiescunt: nam qui humanarum rerum quid exambit, & naufragium etiam subit. c.7. n.153.toto §.p.51

Beati qui esuriunt. Iustitia esurieque corpora edomant, & sic procellas tentationum euitant, si latentis cupis hostis eludere insidias, corpori studiosè non seruias. cap. 7. num. 157. toto §. p. 52

Beati qui esuriunt. Dum infirmus corporis viribus depugnant, victoriam etiam accelerant: nam facilius citiusque victoria acquiritur, si contra vitium infirmis corporis viribus depugnetur. c.7. n.170. toto §. p.56

Beati pauperes Spiritu. Per Spiritu pauperes intelliguntur humiles, qui præsumptione non inflantur turgidi, nec turgent inflati: ergo hi placida requiem fruuntur, vt superbi magnis anxietatibus discruciantur: repellentur namque pedibus conterendi, & sic tormentis acerbissimis discruciandi. c.7.n.193. toto §.p.65

Beati qui lugent. Non ait. Qui luxerunt: sed qui lugere perseuerant: nam ad reportandos triumphos satis non est inchoare; sed opus virtute insistere. c.7.n.289. toto §.p.99

Beati pauperes Spiritu. Qui carent superbiæ Spiritu, tranquilla fruuntur pace: qui turgent, implacabili altercantur lite. Certè superbi sunt ad mouenda iurgia apti; sed ad virtutis officia quodammodo inepti. c.8.n.30. toto §.p.119

Beati qui lugent, &c. Felices lachrymæ, quibus felicitas rigatur æterna, & calamitas absorbetur laboriosa, non miserearis veluti infelicium pro virtute laborantium, & copiosas lachrymas effundentium: miserere pro vanitate insudantium: nam cùm ad laboriosas molestias inueniantur sæpè compulsi, præmiis inueniuntur vacui. c.8.n.39. toto §.p.122

Beati pacifici. Pax dives census, animum perturbationibus liberat, corporis pericula exterminat: si pace frui discupis, te non iacta, & alios honora: nam nil ita conciliat pacem, laudemque quam aliorum gesta decenter extollere, & de se modestè sentire. c.8.n.87.toto §.p.138

Beati misericordes. Misericordes dum prudenter effundunt, copiosè colligunt, vt è contrà auaritia nutrit odium, & affert dispendium. Certè largitas est felicitatis vena, vt calamitatis mater auaritia. c.8.n.116.toto §.p.147

Beati misericordes. Non solùm in futuro sæculo misericordes humanique consequentur præmium; sed in præsenti etiam plausum: nam humanus ab omnibus honoratus, inhumanus despicitur. c.8. n.152. toto §.p.159

Beati pauperes. Quàm aliud est cæleste regnum ab humano! Ibi paupertas nobilitat, hîc aurum superbos animos creat: ibi eximit paupertas à pœna, hîc aurum à mulcta: mirum namque, erit, si quem hic defendit aurum, tradiderit pœnæ delictum. c.8.n.229.toto §. p.182

Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Iustitiæ siti dignum redditur præmium, & dum ardenter desideratur iustitia, felicitas arridet æterna. Quàm aliter delirantes ac cæci existimant peccatores! Ea est eorum cæcitas, vt vitiis renuntiare idem esse crediderint, ac calamitatem abscisscere. c.8.n.529.toto §.p.215

Beati mites. Varias beatitudines posuit veluti gradus, qua ad cælum ascenditur, componentes scalam: quia ad summum non subitò ascenditur; sed per gradus peruenitur. cap. 9. num. 41. toto §. p.235

Beati estis, cùm maledixerint vobis. Certè maledictio, execratioque, si iusta nitatur causa, totis viribus est fugienda; at quæ causa iusta non nititur, parui æstimanda. c.9.n.229.toto §.p.292

Beati qui esuriunt, &c. Qui esuriunt iustitiam: beatitudine fruuntur; si mundi esurirent vanitatem, inquietudinibus vrgerentur: est namque ambitio tranquillitatis pestis, & sæuus salutis hostis. c.9.n.46.toto §.p.236

Beati pauperes. Inualidi paupereſque apud Dominum assequuntur præmium, & honesti cursus brauium; verum apud sæculum pauperes potentium sunt præda, nec sortiuntur ob virtutem fastigia. Certè miraculi adinstar erit, si inualidus assequatur virtutis præmium, aut potentiòris frustretur odium. cap. 9. n.106. p. 253

INDEX

Digitized by

INDEX

Locorum Sacræ Scripturæ, quæ in hoc opere illustrantur.

C, Caput indicat, illiúsque ordinem primus numerus, secundus numeros eiusdem capitis Marginales, & P. Paginam.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Genesi.

Cap. 1. vers. 3. SPIRITVS Dei ferebatur super aquas. c. 14. n. 115. p. 616.

4. Fiat lux, & facta est lux, & vidit Deus lucem quòd esset bona, &c. cap. 7. num. 39. pag. 14. c. 8. num. 56. p. 127. cap. 10. num. 186. p. 427.

5. Divisit lucem à tenebris, appellavitque lucem diem. c. 8. n. 56. p. 127. n. 234. p. 183. c. 7. n. 71. p. 25. c. 10. n. 186. p. 427.

16. Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, ut præesset diei, & luminare minus ut præesset nocti. c. 7. n. 39. p. 14. n. 321. p. 109. c. 9. n. 157. p. 269. c. 10. n. 18. p. 375.

Cap. 2. v. 10. Fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde dividitur in quatuor capita. c. 11. n. 22. p. 440.

15. Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum. c. 7. num. 282. p. 96. cap. 8. num. 259. p. 192.

16. Præcepit ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. c. 8. n. 41. p. 123. c. 13. n. 13. p. 546.

17. In quocumque die comederis ex eo, morte moreris. c. 8. n. 40. p. 123.

21. Immisit Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit unam de costis eius, &c. c. 7. n. 221. p. 75.

Cap. 3. v. 1. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus. Qui dixit ad mulierem, &c. c. 7. n. 199. p. 67. c. 8. n. 51. p. 125. & n. 342. p. 219. c. 9. n. 406. p. 347. c. 10. n. 102. p. 402. c. 14. n. 122. p. 619. & n. 211. p. 643.

3. Præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud. c. 11. n. 104. p. 464.

4. Dixit serpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini. c. 9. num. 364. p. 333. c. 14. num. 96. p. 611.

4. Scit Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. c. 7. n. 58. p. 21. c. 8. n. 251. p. 190. c. 9. n. 214. p. 287. & n. 258. p. 301. c. 11. num. 104. p. 464. c. 12. n. 46. p. 517.

6. Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit. c. 9. num. 206. p. 285. & n. 449. p. 361. c. 11. num. 198. p. 493. c. 12. n. 70. p. 525. c. 13. n. 13. p. 546. c. 14. n. 12. p. 585. n. 122. p. 619. & n. 179. p. 633.

7. Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. c. 7. n. 131. p. 43. & n. 282. p. 96. c. 8. n. 121. p. 149. & n. 128. p. 152. c. 14. n. 150. p. 626.

8. Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, &c. c. 7. n. 124. p. 42. & n. 221. p. 75. c. 14. n. 64. p. 601. & n. 102. p. 612.

9. Vocavit Dominus Deus Adam, & dixit ei: Ubi es? c. 7. n. 295. p. 101. c. 14. n. 67. p. 601.

10. Vocem tuam audivi in paradiso, & timui. c. 7. n. 227. p. 77. & n. 295. p. 101.

14. Ait Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ, &c. c. 9. n. 258. p. 301.

15. Ipsa conteret caput tuum. c. 9. n. 438. p. 357.

16. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios. c. 9. n. 101. p. 252.

19. In sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, &c. c. 13. n. 53. p. 558.

20. Vocavit nomen uxoris suæ Eva, eo quòd mater esset cunctorum viventium. c. 9. n. 73. p. 245. c. 11. n. 21. p. 440.

21. Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait, &c. c. 8. n. 251. p. 190.

22. Nunc ergo, ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum. c. 7. n. 82. p. 28.

23. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est. cap. 11. num. 137. pag. 474. c. 8. num. 41. p. 123. c. 13. n. 13. p. 546.

24. Eiecit Adam, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium. c. 7. n. 108. p. 36.

Cap. 4. v. 3. Factum est post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. c. 11. n. 130. p. 473.

4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain verò, & ad munera illius non respexit. c. 7. n. 110. p. 37. c. 9. n. 219. p. 289. c. 12. n. 25. p. 510. c. 14. n. 68. p. 602.

5. Iratusque est Cain vehementer, &c. c. 12. n. 34. p. 512. c. 14. n. 72. p. 603.

6. Quare irasceris, & cur concidit facies tua?

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Nonne si benè egeris, recipies; sin autem malè, statim in foribus, &c. c.10.n.48.p.385.c.12.n.34. p.512.c.14.n.68.p.602.

8. *Consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. c.7.n.110.p.37.c.10.n.61.p.389. c.14.n.72.p.603.*

9. *Vbi est Abel frater tuus? Respondit: nescio. c.8. n.124.p.150.c.14.n.58.p.599.*

11. *Nunc igitur maledictus eris super terram. c.12. n.34.p.512.*

13. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. c.14.n.58.p.599.*

15. *Posuit Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. c.7.n.110.p.37. c.9.n.264.p.302.*

16. *Egressus Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. c.10. n.61.p.389.*

Cap.6. v.2. *Videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. c.9.n.339.p.325. c.13. n.40. p.554.c.14.n.13.p.583. & n.45.p.595.*

7. *Delebo, inquit, hominem, quem creaui. c.14. n.46.*

14. *Fac tibi arcam de lignis lenigatis. c.14.n.159. p.628.*

18. *Ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* ibid.

Cap.7. v.23. *Deleuit omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus, &c.c.10. n.131.p.410.*

Cap.8.v.7. *Egrediebatur, & non reuertebatur. c.10, n.153.p.418.*

10. *Expectatis autem vltra septem diebus aliis rursum dimisit columbam ex arca. c.12. n.124. p.540.*

11. *Venit ad eum ad vesperam portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. c.7.n.218.p.74. & n.261.p.90.c.13.n.89.p.569.c.14.num.229. p.648.*

12. *Emisit columbam, quæ non est reuersa vltra ad eum. c.11.n.209.p.496.*

Cap.9.v.21. *Bibens vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo: quod cùm vidisset Cham, &c. c.9.n.105.p.253.*

23. *Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum cooperuerunt verenda patris sui. c.7.n.179.p.60.*

25. *Maledictus Chanaan seruus seruorum erit fratribus suis.c.9.n.233.p.293.*

Cap.12.v.1. *Dixit Dominus ad Abraham. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. c.11. n.138. p.474. c.13. num.57. p.559.*

11. *Noui quòd pulchra sit mulier, & quòd cùm viderint te Ægyptij, dicturi sunt: vxor ipsius est, & interficient me. c.13.n.39. p.554.*

15. *Sublata est mulier in domum Pharaonis.* ibid.

Cap.13.v.6. *Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul. c.11.n.57.p.444.*

14. *Leua oculos tuos, & vide à loco, in quo nunc es, ad Aquilonem, & Meridiem, ad Orientem, & Occidentem.c.13. n.58.p.559.*

Cap.15.v.1. *Hic itaque transactis factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens. Noli timere, &c. c.8.n.243.p.186.c.10.n.58 p.387.c.11. n.51.p.448.*

2. *Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris mei iste Damascus Eliezer. c. 11. n. 166. p. 483.*

3. *Mihi non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. c.10. n.58.p.388. c.11. n.166. p.483.*

4. *Qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. c.13.n.116.p.578.*

5. *Suspice cælum, & numera stellas si potes: sic erit semen tuum. c.7.n.142.p.47. & n.260.p.89.c.11. n.37. p.444.*

7. *Ego Dominus, qui eduxi de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideret eam. c.13. n.115.p.578.*

8. *Domine Deus vnde scire possum, quòd possessurus sim eam. c.10.n.122.p.408.*

9. *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, &c. c.7. n.260. & 261.p.89.c.8. num.142. p.156. c.10. n.122. p.408. c.11. n.206. p.496. c.13. n.116. p.578.*

10. *Tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, aues autem non diuisit, &c. c.11.n.206.p.496.*

14. *Egredientur cum magna substantia tu autem ibi ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona, &c.c.7.n.260.p.89.*

17. *Apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. c.11. num.206. p.496*

Cap.16. v.7. *Cùm inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine, quæ est in via Sur in deserto, &c. c.13.n.122.p.579.*

9. *Dixit ei Angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. c.13. n.80. p.565.*

10. *Multiplicans multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. c.13. num.122. p.579.*

11. *Ecce concepisti, & paries filium. c.7. n.69. p.24.*

13. *Profectò hic vidi posteriora videntis me. c.13.n.80. p.565. & n.122.p.579.*

Cap.17. v.15. *Dixit Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai; sed Saram & benedicam ei, &c. c.14.n.82.p.606.*

Cap.18.v.2. *Apparuerunt ei tres viri stantes propè eum: quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum. c.9.n.161.p.270.c.12.n.100.p.533.*

4. *Afferam pauxillum aquæ, & lauate pedes vestros, & requiescite sub arbore. c.9. n.211. p.286.*

8. *Tulit butyrum & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis. c.11.n.51.p.448. & n.169. p. 485.c.13.n.95.p.571.*

9. *Vbi est Sara vxor tua? Ecce in tabernaculo est. c.11.n.160.p.482.*

10. *Reuertens veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. c.13.n.28. p.550.*

15. *Negauit Sara dicens: Non risi, timore perterrita. c.11.n.176.p.486.*

27. *Loquar ad Dominum meum, cùm sim puluis & cinis c.9.n.117.p.257.*

Cap.19.v.1. *Venerunt duo Angeli Sodomam vespere, & Sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidisset eos, &c. c.9.n.161.p.270.c.11.n.112.p.467. c.12.n.100.p.533.*

10. *Clausernnt ostium, & eos, qui foris erant percussernnt cæcitate à minimo vsque ad maximum, &c. c.9.n.419.p.351.c.8. n.83.p.136.*

14. *Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui*

qui acceperi erant filiæ eius, & dixit : Surgite, &c. c.14.n.42.p.593.

15. *Cogebant eum Angeli dicentes: Surge tolle uxorem tuam, & duas filias, quas habes &c. cap.14. n.62.p. 600.*

17. *Eduxerunt eum, & posuerunt extra ciuitatem, ibique locuti sunt ad eum dicentes: Salua animam tuam, &c. c.11.n.176. p.487. c 14. num 62. p.600.*

26. *Respiciens uxor eius post se versa est in statuam salis. c.11. num.160. p.482. & n. 176. p.487.*

Cap. 21. v. 7. *Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni. c.12. n.126. p. 540. c.13. n.46. p.556.*

12. *Omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Isaac vocabitur tibi semen. c.7.n.142. p. 47.*

14. *Tollens panem, & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum. c.9. n. 182. p. 277.*

17. *Vocauit Angelus Dei Agar de cœlo dicens: Quid agis Agar? Noli timere. c.9.n.211.p.286.c.13. n.80.p.565.*

Cap.22.v.1. *Tentauit Deus Abraham. c.7.n.148. f.49.*

2 *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum, &c.c.9.n.335.p.324.c.11 n.169.p 484. & n.193. p.491.c.13.n.24. p.549. & num.102.p.573.c.14. n.120.p.618.*

5. *Expectate hic cum asino: ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. c.7.n.185.p.62.*

6. *Tulit ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum. c.7.n.219.p.75.c.9.n.182.p.277.*

9. *Cum alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. c.7. n.219. p 75.*

11. *Ecce Angelus Domini de cœlo clamauit dicens: Non extendas manum tuam super puerum. c.7. n.69. p 24.*

13. *Vidit post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum, &c. c.7.n.192.p 64.*

16. *Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, &c. c.8.n. 243.p.186.c.11.n.211.p.497.*

18. *Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. c.11. n 138 p 475.*

Cap 23. v.6. *Princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum. c.8. n. 328 p.215.*

Cap.24.v.3. *Pone manum tuam super femur meum, vt adiurem te per Deum cœli, & terræ. c. 9. n.232.9 293.*

47. *Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas posui in manibus eius. c.14.n.29. p 589.*

50. *Responderunt Laban & Bathuel. A Domino egressus est sermo, & non possumus extra placitum eius quicquam, &c. c.14.n.43.p.594.*

Cap.25. v.17. *Fatlus est Esau vir gnarus venandi. c.12.n.84.p.529.*

21. *Collidebantur in vtero eius paruuli: Quæ ait: si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere. c.13.n 85.p.568.c.7.n.309.p.105.*

23. *Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, &c. c. 13. num. 85. p.568.*

25. *Qui prior egressus est, rursus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque est nomen eius Esau. c.8.n.320. p.212.*

27. *Fatlus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola; Iacob autem vir simplex habitabat, &c. c.8 n.306.p.208.*

Cap. 26. v. 32. *Duxit vxores Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdem loci, quæ amba. c.12. n. 111. p.536. c. 14. num 46. p. 595.*

Cap.27.v.3. *Egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, &c. c.21.n.84.p.529.*

4. *Affer, vt comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar. c.7.n.237.p.81.*

11. *Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, &c. c.14.n.194. p.637.*

12. *Timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione. c.7.n.49.p.18.*

14. *Parauit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius, & vestibus Esau valde bonis, &c. c.14. n.228.p.648.*

25. *Cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum: quo hausto dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi osculum, &c. c.7.n.159.p.53.*

27. *Vt sensit vestimentorum illius fragrantiam benedicens illi ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, &c. c.14.n.228.p.648.*

41. *Dixit in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. c.9. n.33. p.231. & n.231.p.292.*

Cap.28. v.12. *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, &c. c.7.n.134.p.44. & c. 9.n.396. p.344. & n. 425. p.353.*

20. *Si fuerit Deus mecum, & custodierit me, &c. cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. c.13.n.106.p.575.*

Cap.29.v.18. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. c.13.n.106.p.575. c.14.n.36. p. 592.*

19. *Melius est, vt tibi eam dem, quàm alteri viro: mane apud me. c.14.n.36.ibid.*

23. *Vespere Liam filiam suam introduxit ad eum. c.14. n.181.p.634.*

27. *Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi. c.10.n.139.p.313.*

31. *Videns Deus quòd despiceret Liam, aperuit vuluam eius sorore sterili permanente. c.13.n.36. p. 552.*

Cap.30.v.2. *Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? c.13.n.36.p.553.*

23. *Concepit & peperit filium dicens: Abstulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioseph. c.13.n.27.p.550.*

Cap.31.v.1. *Tulit Iacob omnia, quæ fuerant patris nostri, & de illius facultate ditatus factus est inclytus. c.10.n.81.p.395.*

3. *Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam: eroque tecum. c.11. n.135. p.474.*

11. *Dixit Angelus Dei ad me in somnis: Iacob. Et ego respondi: Adsum. Quis ait: Leua oculos tuos, & vide, &c. c.13.n.127.p.472.*

14. *Responderunt Rachel & Liam. Numquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus. &c.c.14.n.31.p.590. & n.41.p 593.*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

19. *Rachel furata eſt idola patris ſui. c.7.n.154 p.51. c.8.n.350.p.222.c.9.n.65.p.242.*

24. *Vidit in ſomnis dicentem ſibi Deum : Cave ne quid aſperè loquaris contra Iacob. c.12. n.104. p.534. & n.110.p.536.*

32. *Apud quemcumque inueneris Deos tuos necetur coram fratribus noſtris. c.7.n.154.p.51.*

35. *Ne iraſcatur Dominus meus quod coram te aſſurgere nequeo : quia iuxta conſuetudinem ſeminarum, &c. c.11. num. 26. p.441. & n. 210. p. 497.*

Cap.32. v.1. *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei. c.11. n.217.p.499.c.7. n.119.p.40.*

2. *Quos cum vidiſſet, ait : Caſtra Dei ſunt hæc.c.7. n.119.p.40.c.14.n.202. p.640.*

10. *In baculo meo tranſiui Iordanem. c.14. n. 36. p.592*

11. *Erue me de manu fratris mei Eſau : quia valde eum timeo. c.14.n.202.p.640.*

24. *Ecce vir luctabatur cum eo uſque mane. Qui cum videret, quod eum ſuperare non poſſet, &c. c.7. n.119.p.40.*

25. *Tetigit nervum femoris eius, & ſtatim emarcuit. c.11. n.217.p.499.*

30. *Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea. c.9.n. 396.p.344.*

32. *Claudicabat pede. c.7.n.309.p.105.*

Cap.33.v.12. *Gradiamur ſimul, eroque ſocius itineris tui. c.9. n. 368.p.335.*

13. *Noſti Domine quod parvulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando, &c. c.7.n.202.p.68.*

Cap.34.v.2. *Rapuit, & dormiuit cum illa vi opprimens Virginem, & conglutinata eſt anima eius cum ea, &c. c.12.n.120.p.539.*

Cap.35.v.1. *Interea locutus eſt Deus ad Iacob : ſurge & aſcende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, &c. c.13.n.106.p.575.*

4. *Infodit ea ſubter terebinthum. c. 9. num. 65. p.242.*

Cap.37.v.4. *Videntes fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum. c.9.n.253. p.299.*

7. *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare veſtroſque, &c. c.11.n.68.p.453. & n.34.p.474.c.12.n.79. p.527.*

8. *Numquid rex noſter eris, aut ſubiiciemur ditioni tuæ ? c.7.n.45.p.17. c.12.n.79.p.527.c.9. n.383. p.340.c.13.n.11.p.546.*

23. *Nudauerunt eum tunica talari & polymita miſeruntque eum in ciſternam veterem.c.7.n.310. p.105.*

9. *Vidi per ſomnium quaſi Solem & Lunam & Stellas undecim adorare me. c.11.n.68.p.453.*

19. *Ecce ſomniator venit, venite occidamus eum. c.9.n.253.p.299.c.11.n.33.p.443.*

Cap. 38. v.10. *Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat ſella filius meus. c.10.n.140.p.313.*

14. *Mutato habitu ſedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam. c.10. n.114.p.405.*

15. *Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem : operuerat enim vultum ſuum, &c. c.8. n.318.p.211.*

24. *Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumeſcere. c.11.n.113.p.467.*

27. *In ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, &c. c.9.n.100. p.251.c.10. n.82.p.395.*

Cap.39.v.1. *Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis.c.11.n.43. p.445.*

7. *Iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait : Dormi mecum. c.14. n.16. p.585. & num. 48. p. 596*

8. *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua ; nec quidquam eſt, &c.c.11.n.184.p.489.c.14.n.48 p.596.*

10. *Et mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum. c.14.n.215.p.644.*

14. *Vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos. En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis : ingreſſus eſt, &c. c.7.n.98.p.33.*

19. *His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis iratus eſt valde, &c. c.7. num. 310. p.105.*

Cap.40. v.10. *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas. c.8.n.70.p.132. & n.203.p.174.*

13. *Tres propagines tres adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum, &c.c.7.n.211.p.72.*

16. *Et ego vidi ſomnium quod tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum, & in vno caniſtro, quod erat excelſius, &c. c.14.n.125.p.619.*

Cap.41. v.14. *Protinus ad regis imperium eductum è carcere Ioſeph totonderunt, ac veſte mutata, &c. c.10.n.142.p.414.*

17. *Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis & ſeptem boues de amne conſcendere pulchras nimis, &c. c.9.n.79. p.246.*

56. *Aperuit Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Ægyptiis. c.8. n.275.p.197.*

38. *Dixit ergo ad Ioſeph : Quia oſtendit tibi Deus omnia, quæ locutus es : numquid ſapientiorem, & conſimilem tui, &c.c.11.n.18.p.439.n.33.p.443. & n.43.p.446.*

Cap.42. v.25. *Tollens Simeon & ligans illis præſentibus iuſſit miniſtris, vt implerent eorum ſaccos tritico. c.8.n.275.p.197.c.9.n.237.p.294.*

21. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum : videntes angueſtiam animæ illius, &c. c.10.n.177. p.425.*

Cap.43. v.32. *Sederunt coram eo. c. 8. num. 200. p.173.*

Cap. 45. v. 6. *Biennium eſt enim quod cœpit fames eſſe in terra, & adhuc quinque anni, &c. cap. 9. n.79.p.246.*

16. *Auditum eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis : Venerunt fratres Ioſeph. c.9.n.311. p.316.*

Cap.49.v.3. *Principium doloris mei : Effuſus es ſicut aqua, non creſcas : quia aſcendiſti cubile patris tui, &c. c.9.n.184.p.277.*

8. *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda, &c. c.8.n.305.p.208.*

16. *Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſrael. c. 14. num. 53. p.597. & n.54. p.598.*

21. *Nephthali ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. c.14.n.116.p.616.*

22. *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu, filiæ diſcurrerunt ſuper murum. c.14.n.215. p.644.*

Ex Exodo.

Cap. 1. v.10. *Venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum,*

Digitized by Google

bellum, addatur inimicis noſtris, &c. *c.*11.*n.*18. *p.*439.

11. *Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus*, &c. *c.*11.*n.*126. *p.*471. *c.*13. *n.*11 *p.*546.

13. *Oderant filios Iſraël Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant*, &c. *c.*11.*n.*18.*p.*439.*c.*13.*n.*11.*c.*14.*n.*166. *p.*619.

22. *Præcepit Pharao omni populo ſuo dicens: Quidquid maſculini ſexus natum fuerit*, &c. *c.*8.*n.* 170. *p.* 164. *& num.*248. *p.* 188. *c.* 9. *n.* 286. *p.*309.

Cap.2.*v.*3. *Sumpſit ſiſcellam ſi rpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, poſuitque intus infantulum*, &c. *c.*7.*n.*231.*p.*79.

5. *Ecce deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine. c.*11.*n.*162.*p.*482.

9. *Suſcepit mulier, & nutriuit puerum, adultumque tradidit filiæ Pharaonis, quem illa adoptauit*, &c. *c.*10 *n.*26.*p.*377.*r.*14.*n.*182.*p.*634.

10. *Vocauitque nomen eius Moyſes dicens: Quia de aqua tuli eum. c.* 10. *n.*26. *p* 377. *& n.* 191. *p.*429.

12. *Percuſſum Ægyptium abſcondit ſabulo. cap.*8. *n.*157.*p.*160.*c.*12.*n.*50.*p.*518.

13. *Egreſſus die altero conſpexit duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat iniuriam: Quare percutis*, &c. *c.*10.*n.*49.*p.*185.

15. *Audiuit Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſem, qui fugiens de conſpectu eius*, &c. *c.*9.*n.*320.*p.*319.*c.*13.*n.*71.*p.*562.

Cap.3.*v.*2. *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. c.*9.*n.*104. *p.*253. *n.*183.*p.*277. *& n.*471.*p.*368.

4. *Ne appropies huc. Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas*, &c. *c.*7. *n.*120. *p.*40.*c.*8.*n.*233.*p.*183.

7. *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto & clamorem eius audiui propter duritiam eorum*, &c. *c.*11.*n.*18 *p.*439.

8. *Deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam. c.*9.*n.*251.*p.*299.

9. *Veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſraël de Ægypto. c.*14. *n.* 107.*p.*614.

12. *Ego ero tecum, & hoc habebis ſignum, quod miſerim te: cum eduxeris populum meum de Ægypto*, &c. *c.*12.*n.*30.*p.*511.

15. *Hæc dices filiis Iſrael: Dominus Deus patrum veſtrorum: Deus Abraham, Deus Iſaac & Deus Iacob*, &c. *c.*10.*n.*8.*p.*372.

22. *Poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, ac veſtes ponetiſque*, &c. *c.*10.*n.*78.*p.*394.*c.*11.*n.*126.*p.*471.

Cap. 4.*v.*1. *Reſpondens Moyſes ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam*, &c. *c.*10.*n.*78. *p.*394.

2. *Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit virga. c.*12.*n.*35.*p.*513.*c.*13 *n.*98.*p.*572.

3. *Verſa eſt in colubrum ita vt fugeret Moyſes, dixitque Dominus: Extende manum tuam*, &c. *c.*7. *n.*48.*p.*117.*n.*139.*p.*46.*c.*13.*n.*98.*p.*572.

4. *Extendit, & tenuit, verſaque eſt in virgam. c.*7. *n.*123.*p.*41.*n.*139.*p.*46.

6. *Dixit Dominus rurſum: Mitte manum tuam in ſinum tuum; quam cum miſiſſet in ſinum, protulit leproſam, &c. c.*7. *n.*123.*p.*41. *& n.*173. *p.*57.

15. *Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es. c.*12. *n.*51. *p.*518.

14. *Iratus Dominus in Moyſem. c.*9. *num.*183. *p.*277.

17. *Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna. c.*7.*n.*120. *p.*40. *c.*10. *n.*26. *p.*378.

20. *Reuerſus eſt in Ægyptum portans virgam Dei in manu ſua. c.*7.*n.*123 *p.*441.

22. *Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Iſraël. c.*9.*n.*104.*p.*253.

Cap.5.*v.*1. *Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. c.*9.*n.*298.*p.*313.

2. *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius? c.*9. *n.*429.*p.*354.

3. *Dixerunt: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem & ſacrificemus Domino Deo noſtro*, &c. *c.*9. *n.* 403. *p.*345.

8. *Menſuram laterum, quam prius faciebant imponetis ſuper eos. c.*8.*n.*281.*p.*199.

13. *Præfecti operum inſtabant dicentes: Complete opus veſtrum quotidie. c.*9.*n.*471.*p.*368.

Cap. 7. *v.* 1. *Dixit Dominus ad Moyſem: Ecce conſtitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus*, &c. *c.*11. *n.*98.*p.*462. *cap.*8.*n.*233.*p.*183. *n.*323.*p.*213. *c.*10.*n.*191.*p.*429. *c.*13. *n.*93.*p.*570. *c.*14.*n.*103.*p.*612.

3. *Multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra Ægypti, & non audiet vos. c.*10.*n.*124.*p.*408.

10. *Tulit Aaron virgam coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum. c.*7.*n.*72.*p.*26.*c.*8. *n.*132.*p.*153. *& c.*10.*n.*165.*p.*421.

12. *Proiecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. c.*7.*n.*123.*p.*41. *c.*8.*n.*98.*p.*141. *& n.*151. *p.* 158.

15. *Virgam, quæ verſa eſt in draconem, tolles in manu tua, diceſque ad eum*, &c. *c.*7.*n.*37.*p.*13.

20. *Feceruntque Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus, & eleuans virgam percuſſit aquam fluminis*, &c. *c.*7.*n.*37.*p.*13.*n.*283.*p.*96.*c.*9.*n.*378. *p.*338.*c.*10.*n.*165.*p.*421.

21. *Computruit flumina, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Ægypti. c.*7. *n.*150.*p.*50.

22. *Fecerunique ſimiliter malefici Ægyptiorum incantationibus ſuis. c.*7.*n.*283. *p.*96. *c.*9.*n.*378. *p.*338.

Cap.9. *v.*3. *Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi: quod ſi adhuc renuis, & retines eos, ecce manus mea erit*, &c. *c.*7.*n.*205.*p.*69.

15. *Extendens manum percutiam te. c.* 9. *n.* 163 *p.*271.

31. *Linum ergo & hordeum læſum eſt, eo quod hordeum eſſet virens, & linum in folliculos germinaret. c.*7.*n.*65. *p.*23.

Cap.12.*v.*3. *Surgite & egredimini à populo meo vos & filij Iſrael, ite, immolate Domino, ſicut dicitis*, &c. *c.*9.*n.* 318. *p.*319.

5. *Erit agnus abſque macula, maſculus anniculus, iuxta quem ritum tolletis & hœdum. c.*11. *n.*218. *p.*499.

8. *Edent carnes nocte illa aſſas igne, & azymos panes cum lactucis agreſtibus.c.*7.*n.*243.*p.*83.

35. *Petierunt ab Ægyptiis vaſa argentea, & aurea, veſtemque plurimam. cap.*13. *num.* 93. *p.*570.

Cap.13. *v.*19. *Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum*

Digitized by Google

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

cum eo quod adiuraſſet filios Iſraël. c.13.n.93. p.570.

21. *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, &c. c.7.n.249.p.85. & n.262.p.90. c.9.n.426.p.353. & n.429. p.354. c.14.n.107. p.614.& n.173.p.631.*

Cap.14. v.16. *Loquere filiis Iſraël,vt proficiſcantur: tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam, &c. c. 7.n. 35. p.13. & n.231. p.79.*

16. *Tollens ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis. c.7.n.279.p.95.*

20. *Erat nubes tenebroſa & illuminans noctem. c.7. n.319.p.108.*

21. *Cùm extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, &c. c.12.n.66.p.523.*

22. *Erat aqua quaſi murus à dextera eorum & læua. c.7.n.75.p.26.*

23. *Perſequentes Ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & & equites per medium maris. c. 7. num. 205. p. 69.*

24. *Iam aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis,&c. c.7.n.249.p.85.c.9. n.429.p.354.*

25. *Fugiamus Iſraëlem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* ibid.

27. *Fugientibus Ægyptiis occurrerunt aquæ,& involuit eos Dominus in mediis fluctibus. c.7.n.316. p.107.c.8.n.170.p.164.c.12. n.66.p.524.cap.14. n.66. p.625.*

28. *Reuerſa ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant,&c. c.7.n.243.p.83.*

Cap.15. v.8. *Steterunt vnda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari. c.11.n.30.p.442.*

10. *Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare, ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. c.10.n.118.p.406.c.11.n.126.p.471.*

19. *Ingreſſus eſt eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare. c.10.n.96.p.400.*

21. *Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus eſt: equum, & aſcenſorem eius deiecit in mare. c.7.n.316.p.107.*

Cap.16.v.24. *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum. c.9.n.119 p.258.*

Cap.17. v.1. *Caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo, qui inrgatus contra Moyſem,&c. c.12.n.42.p.515.*

6. *Ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb, percutieſque petram,& exibit ex ea aqua,&c. c.7. n.318.p.108.*

8. *Venit Amalech,& pugnabat contra Iſraël in Raphidim.c.12.n.42.p.515.*

Cap.19. v.18. *Totus mons Sinai fumabat, eo quod deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne,& aſcenderet fumus,&c. c.9.n.74.p.245.*

Cap.20. v.3. *Non habebis Deos alienos coram me. c.14.n.25.p.588.*

Cap.21.v.2. *Si emeris ſeruum Hebræum,ſex annis ſerviet tibi, in ſeptimo egredietur liber gratis. c.14.n.63.p.600.*

5. *Quod ſi dixerit ſeruus: Diligo Dominum meum, & vxorem ac liberos, non egrediar liber, offeres eum,&c.* ibid.

Cap.24.v.7. *Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. cap. 7. num.319. p.108.*

14. *Habetis Aaron & Hur vobiſcum, ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. c.9. n.56. p.240.*

Cap.25. v.18. *Duos Cherubim aureos,& productiles facies ex vtraque parte oraculi: Cherub vnus ſit in latere vno. c.11.n.145.p.477.*

Cap.26. v.10. *Sicut bouum iugum, quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem. c.8.n.129.p.152.*

Cap.32. v.1. *Videns populus quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, &c. c.7.n.248. p.85.c.8.n.233. p.183. n.247.p.188.n.323.p.213. c.10.n.140.p.313.c.11.n.59.p.450.*

2. *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. c.7.n.248.p.85.n.133.c.8.n.122.p.149.c.13.n.100. p.573.*

4. *Fecit ex eis vitulum conflatilem, dixeruntque. Hi ſunt dij tui Iſrael, &c.c.7.n.89.p.30.n.312. p.106.c.8.n.247.p 188. & n.267.p.194.& n.331. p.216. c.10. n.92. p.399. & n.101.p.401.c.12. n.14.p.506.*

6. *Surgentes mane obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare & bibere, &c. c.8.n.184. p.169. c.10. n.150. p.417. c.11. n.96.p.461.*

9. *Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me,vt iraſcatur furor meus contra eos,& deleam eos. c.9.n.326.p.321.*

10. *Deleam eos, faciamque te in gentem magnam. c.8.n.267.p.194.c.11.n.181.p.488.*

12. *Ne quæſo dicant Ægyptij: callidè eduxit eos, &c. c.11.n.181.p.488.*

17. *Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis dixit ad Moyſem: Vlulatus pugnæ auditur in caſtris. c.9.n.361 p.332.*

19. *Confregit eas ad radicem montis. c. 7. n. 105. p.36.*

20. *Contrinit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël. c. 7. n.312.p.106.c.9.n.65.p 242.*

25. *Videns ergo Moyſes populum nudatus: ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam,&c. c.8.n.166.p.163.*

27. *Occidat vnuſquiſque fratrem & amicum, & proximum ſuum. c.9.n.461.p.365.*

28. *Ceciderunt in die illa quaſi viginti tria millia hominum. c.8.n.232.p.216.*

Cap.33. v.20. *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. c.9. n.94. p.250.*

Cap.34. v.29. *Cùm deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat,&c. c.7. n.105. p.35.& n.265 p.91. c.11. n. 149 p.478.*

33. *Poſuit velamen ſuper faciem ſuam,quod ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo, &c. c.9. n.172.p.273.*

Ex Leuitico.

Cap.10. v.1. *Arreptis Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis poſuerunt ignem,& incenſum deſuper, &c. c.9.n.415. p.350.*

Cap.15. n.46. *Omni tempore, quo leproſus eſt immundus,ſolus habitabit extra caſtra.c.7. n.132. p.44.*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Ex Numeris.

Cap. 10. v. 13. *Moverunt castra primi, iuxta imperium Domini in manu Moysi. cap. 7. num. 28. p. 11.*

29. *Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, ut benefaciamus tibi, &c. c. 7. n. 94. p. 32.*

31. *Noli nos relinquere: tu enim nosti, in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, & eris ductor noster, &c.* ibid.

Cap. 11. v. 3. *Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero congregavit coturnicum qui parum, decem coros. c. 12. n. 127. p. 541.*

12. *Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi, &c. c. 9. n. 168. p. 272.*

16. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti quod seniores populi sint, &c. c. 10. n. 44. p. 383. c. 12. n. 115. p. 537.*

24. *Congregans septuaginta viros de senibus Israël stare fecit circa tabernaculum. Descenditque, &c. c. 10. n. 44. p. 383. & n. 193. p. 429.*

Cap. 12. v. 1. *Locuta est Maria & Aaron contra Moysem propter uxorem eius Æthiopissam, & dixerunt, &c. c. 9. n. 290. p. 310. & n. 316. p. 318. & c. 14. n. 37. p. 592.*

3. *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. c. 8. n. 157. p. 160.*

12. *Ecce iam medium carnis eius devoratum est à lepra. c. 12. n. 89. p. 530.*

13. *Clamavit Moyses ad Dominum dicens: Deus obsecro, sana eam. c. 8. n. 168. p. 164.*

15. *Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec revocata est, &c. c. 14. n. 37. p. 592.*

Cap. 13. v. 32. *Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere: quia fortior nobis est. c. 9. n. 433. p. 355.*

33. *Terra, quam lustravimus, devorat habitatores suos. c. 8. n. 172. p. 165. c. 9. n. 277. p. 306.*

Cap. 14. v. 4. *Dixerunt alter ad alterum: Constituamus nobis ducem, & revertamur in Ægyptum. c. 7. n. 113. p. 38. c. 9. n. 277. p. 306. & n. 433. p. 355.*

6. *Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustraverunt terram, scinderunt vestimenta sua, &c. c. 12. n. 44. p. 516.*

12. *Feriam eos pestilentia atque consumam.* ibid.

Cap. 16. v. 13. *Ignis egressus à Domino interfecit ducentos, & quinquaginta viros. c. 7. n. 262. p. 90.*

31. *Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum devoravit illos. c. 8. n. 172. p. 165.*

Cap. 17. v. 1. *Accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas. c. 8. n. 118. p. 147.*

8. *Invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi, & turgentibus gemmis eruperant flores qui foliis dilatatis, &c. c. 8. n. 118. p. 147. & n. 223. p. 180. c. 10. n. 80. p. 395.*

Cap. 20. v. 8. *Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. c. 8. n. 169. p. 164.*

10. *Audite rebelles & increduli: num de petra hac vobis aquam poterimus elicere? c. 12. n. 92. p. 531.*

11. *Cum elevasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ. c. 8. n. 169. p. 164. c. 9. n. 201. p. 283. cap. 14. n. 162. p. 629.*

12. *Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. cap. 8. n. 159. p. 161. cap. 14. n. 162. p. 629.*

25. *Tolle Aaron & filium eius cum eo, & ducet eos in montem Hor, cumque nudaveris patrem veste sua, &c. cap. 8. n. 122. p. 149. c. 10. n. 64. p. 389.*

26. *Indues eo Eleazarum filium eius: Aaron colligetur, & morietur ibi. c. 8. n. 178. p. 167.*

Cap. 21. v. 6. *Misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moysem, &c. c. 9. n. 471. p. 368.*

8. *Fac serpentem æneum, & pone eum pro signo qui percussus aspexerit eum, vivet. c. 8. n. 339. p. 218.*

Cap. 21. v. 9. *Fecit Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo. c. 7. n. 89. p. 30.*

23. *Cernens asina Angelum stantem in via evaginato gladio avertit se de itinere. c. 8. n. 344. p. 220.*

Cap. 22. v. 4. *Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas, &c. c. 8. n. 304. p. 207.*

20. *Surge & vade cum eis, ita dumtaxat, ut quod tibi præcepero, faciat. cap. 12. n. 52. p. 519.*

23. *Cernens asina Angelum stantem in via evaginato gladio, avertit se de itinere, & ibat per agrum. cap. 11. n. 129. p. 472. c. 14. n. 73. p. 603.*

25. *Junxit se parieti, & attrivit sedentis pedem. c. 8. n. 181. p. 168.*

31. *Aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit Angelum stantem in via evaginato gladio, adoravitque eum, &c. c. 7. n. 288. p. 98.*

32. *Ego veni, ut adversarer tibi: quia perversa est via tua, mihique contraria. cap. 12. n. 52. p. 519.*

34. *Peccavi nesciens quod tu stares contra me. Et nunc si displicet tibi, ut vadam, revertar. c. 11. n. 129. p. 472.*

Cap. 23. v. 4. *Ecce populus ut leæna consurget, & quasi leo erigetur; non accubabit, donec devoret prædam, &c. c. 8. n. 304. p. 208.*

16. *Cum Dominus occurrisset, posuisseque verbum in ore eius, ait: Revertere ad Balac, & hæc loqueris ei, c. 11. n. 122. p. 500.*

Cap. 24. v. 5. *Quam pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israël; ut valles nemorosæ, &c. c. 8. n. 304. p. 208.*

9. *Accubans dormivit ut Leo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, &c. c. 10. n. 119. p. 404.*

Cap. 25. v. 10. *Revertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnificè honorare te; sed Dominus privavit te, &c. cap. 11. n. 122. p. 500.*

Ex Deuteronomio.

Cap. 5. v. 25. *Cur moriemur, & devorabit nos ignis hic maximus? si enim audierimus, &c. c. 10. n. 182. p. 426.*

Cap. 20. v. 8. *Quis est homo formidolosus, & corde pavido? Vadat & revertatur in domum suam, &c. c. 7. n. 164. p. 35. & n. 201. p. 68.*

10. *Duces per singulas turmas audientes exercitu proclamabunt: Quis est homo, qui ædificavit, &c. c. 7. n. 118. p. 40.*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Cap. 21. v. 20. *Dicent ad eos : Filius iſte noſter proteruus & contumax eſt : monita noſtra audire contemnit.* c.9.n.304.p.314.

Cap. 22. v. 9. *Non ſeres vineam tuam altero ſemine, ne & ſementis, quam ſeniſti, & quæ naſcuntur ex vinea, &c. cap. 13. num. 73. p.563.*

Cap.32. v.11. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, &c.* c.7.n.93. p.31. c.8. n.204. p.174. c.9. n.181.p.276. & n.223.p.290.c.13.n.120.p.579.c.14. n.59.p.586.

36. *Iudicabit Dominus populum ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur : videbis quod infirma ſit manus, &c.* c.10.n.169.p.422.

Cap.34.v.4. *Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam.* c.14.n.132.p.621.

5. *Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino.* c.8.n.178.p.167.

Ex Ioſue.

Cap.2.v.6. *Fecit aſcendere viros in ſolarium domus ſuæ.* c.9.n.109.p.254.

Cap.3. v.16. *Steterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes, &c.* c.7. n.75.p.26.

Cap.6. v.19. *Quidquid auri, & argenti fuerit, & vaſorum æreorum, ac ferri, Domino conſecretur.* c.8.n.276.p.198.

20. *Muri illico corruerunt.* c.13.n.59.p.560.

25. *Omnia quæ habebat, fecit Ioſue viuere.* c.12. n. 60.p.521.

Cap. 7. v.5. *Statim ergo vertentes percuſſi ſunt à viris urbis Hai.* c.9.n.88.p.248.

11. *Peccauit Iſraël, & prænaricatus eſt pactum meum : tulerunt quæ anathemate.* c.8. n.276. p.198.

15. *Quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni cum omni ſubſtantia ſua.* c.10.p.147. p.416.

25. *Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Iſraël, &c.* c.9. n.36.p.234.

Cap.9.v.14. *Suſceperunt de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. Feciſque Ioſue cum eis pacem, &c.* c.11.n.109.p.465.

Cap.10. v.12. *Sol contra Gabaon ne moueris, & Luna contra vallem Aialon.* c.7.n.36.p.13.n.180. p.60.n.217.p.74.n.250.p.85.n.271 p.92.c.10.n.28. p.378.

13. *Steteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* c.7.n.36.p.13. n.180. p.60. n.217. p.74.

16. *Fugerant quinque Reges, & ſe abſconderant in ſpelunca urbis Macedæ : nuntiatumque eſt Ioſuæ, quod inuenti eſſent, &c.* c.7.n.271.p.91. & n.317. p. 108.

Cap. 11. v.15. *Sicut præceperat Dominus Moyſi ſeruo ſuo, ita præcepit Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa complenit.* c.7.n.36.p.13.

Ex libro Iudicum.

Ea tantum, quæ alibi præter loca propria explicantur.

Cap. 2. v. 12. *Fecerunt filij Iſraël malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt Baalim.* c.10 n.54. p.386.

Cap.3. v. 18. *Cùm obtuliſſet ei munera, proſecutus eſt ſocios, qui cum eo venerant, & reuerſus de Galgalis, &c.* c.9.n.200.p.281.

Cap. 5. v. 20. *De cœlo dimicatum eſt contra eos : Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo, &c.* c.9. n.437.p.357.

Cap. 4. v. 17. *Erat enim pax inter Iabin Regem Aſor, & domum Haber Cinæi.* c. 9. n. 376. p.338.

18. *Egreſſa Iaël in occurſum Siſaræ dixit ad eum. Intra ad me Domine, intra ne timeas.* c.11.n.163. p.482.

19. *Da mihi, obſecro, paululum aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit, &c.* n.7.n.158.p.53.

20. *Soporem morti conſocians defecit, & mortuus eſt.* c.9. n.437. p.357.

Cap. 6. v. 15. *Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei.* c. 8. n.249.p.189.

37. *Si ros in ſola vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quod per manum meam, ſicut locutus es, liberabis, &c.* c. 9. num. 83. p. 247.

Cap.7.v.2. *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus tuas, ne glorietur contra me Iſraël, &c.* c.7.n.197.p.66.

6. *Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiiciente lambuerunt aquas, trecenti viri, &c.* c.7.n.74.p.26.

8. *Sumptis, itaque præ numero cibariis, & tubis omnem reliquam multitudinem abire præcepit, &c. cap.7.n.30. p.11. cap.8. num.104. p.145.*

14. *Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraëlitæ : tradidit enim Dominus, &c.* c.7. n.114.p.38.

20. *Tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dexteris ſonantes tubas, clamaueruntque, &c.* c.8. n. 283 p.201.c.7.n.106.p.36.c.11.n.215.p.498.

Cap.8.v.1. *Dixerunt ad eum viri Ephraim : Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, &c.* c.12.n.23.p.509.

3. *Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cum locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, &c. cap. 8. n. 61. p.129. c. 12. n. 57. p.520.*

5. *Date, obſecro, panes populo, qui mecum eſt, quia valde defecerunt, &c.* c.11. n.91. p.460. c.8.n. 272. p.196.

18. *Dixit ad Zebee & Salmana : Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor.* c.8.n.147.p.157. & n.155. p.160.

19. *Similes mei, & vnus ex eis, quaſi filius Regis.* ibid.

20. *Non eduxit gladium : timebat enim.* c.9.n.450. p.362.

22. *Dixerunt omnes viri Iſraël ad Gedeon : Dominare noſtri tu & filius tuus, &c.* c. 8. n.288. p.202.

23. *Non dominabor noſtri, nec dominabitur in vos filius meus ; ſed dominabitur vobis Dominus.* c.10.n.60. p.388.

Cap. 9. v. 1. *Abiit Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, &c.* c.8.n.93.p.120.c.10.n.43.p.383.

2. *Quid vobis eſt melius, vt dominentur vobis ſeptuaginta viri, omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir?* c.8.n.222. p.180. & n.255. p. 191.

3. *Locuti ſunt omnes fratres matris eius de eo*

ad

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

ad omnes viros Sichem, &c. *cap.* 8. *num.* 38. *p.*122.

6. *Abierunt, & conſtituerunt Regem Abimelech iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem. c.*8. *n.*26. *p.*118.

8. *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem, dixeruntque olivæ: Impera nobis*, &c. *cap.* 8. *num.* 258. *p.* 192. *& n.* 349. *p.*221. *cap.*10.*n.*76. *p.*395.

9. *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua dy vtuntur & homines, & venire*, &c. *c.*11. *n.*97. *p.*461.

10. *Dixerunt ligna ad arborem ficum: Veni & ſuper nos regnum accipe. cap.* 8. *num.* 315. *p.* 210.

11. *Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear. c.*9.*n.*190.*p.*279.

12. *Locuta ſunt ligna ad vitem: Veni, & impera nobis. Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum*, &c. *c.*8.*n.*46.*p.*124.*n.*265.*p.*194.

13. *Numquid poſſum deſerere vinum meum quod lætificat Deum, & homines. cap.* 13. *n.* 73. *p.*563.

14. *Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni & impera ſuper nos. c.*7.*n.*42.*p.*15.

16. *Venite, & ſub vmbra mea requieſcite. c.*12.*n.*80. *p.*527.

22. *Regnauit Abimelech ſuper Iſraël tribus annis. c.*8.*n.*334.*p.*217.*c.*10.*n.*60.*p.*338.

26. *Venit Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſiuit in Sichimam. c.*8.*n.*334.*p.*217.

29. *Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. c,*9.*n.*67. *p.*243.

34. *Dederunt illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith, qui conduxit ſibi ex eo viros inopes*, &c. *c.*10.*n.*112.*p.*405.

40. *Perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit, ceciderunteque ex parte eius plurimi. c.*9. *n.*207.*p.*285.

42. *Sequenti die egreſſus eſt populus in campum. c.*9. *n.*256.*p.*300.

53. *Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illiſit capiti Abimelech. c.*8.*n.*226.*p.*181.

Cap. 10. v. 2. *Iudicauit Iſraëlem viginti & tribus annis. c.*9.*n.*333.*p.*323.

18. *Perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephte. cap.* 11. *n.* 60. *p.*451.

Cap. 11. v. 1. *Fuit illo tempore Iephte Galaadites, vir fortiſſimus, atque pugnator. cap.* 10. *n.*25. *p.*377.

2. *Eiecerunt Iephte dicentes: Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris: quia de altera matre natus es. cap.* 8. *n.* 29. *p.* 119. *cap.* 12. *n.* 61. *p.*522.

3. *Congregati ſunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quaſi Principem ſequebantur. cap.*9. *n.*359.*p.*332.

7. *Nonne vos eſtis, qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei? Et nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi. c.*9.*n.*324.*p.*320.

9. *Si verè veniſtis ad me, vt pugnarem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus*, &c. *c.*10.*n.*161.*p.*426.

30. *Votum vouit Domino dicens: ſi tradideris filios Ammon in manus meas, quicunque primus fuerit*, &c. *c.*9.*n.*203.*p.*283.

35. *Heu me filia mea decepiſti me. c.* 13. *n.* 164. *p.*574.

39. *Expletis duobus menſibus reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei, ſicut voverat. c.*14.*n.*119. *p.*618.

Cap. 12. v. 1. *Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum? c.*8.*n.*23.*p.* 117.

2. *Vocaui vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis. c.*9.*n.*297.*p.*312.*n.*310.*p.*316. *& n.* 324.*p.*320.

4. *Quid commerui, vt aduerſum me conſurgatis in prælium? c.*8.*n.*81.*p.*136.

Cap. 13. v. 17. *Quod eſt tibi nomen. cap.*10.*n.*10. *p.*373.

18. *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile.* ibid.

21. *Intellexit Manue Angelum Domini eſſe, & dixit ad vxorem ſuam: Morte moriemur, quia vidimus Deum. c.*13.*n.*112.*p.*576.

Cap. 14. v. 2. *Vidi mulierem in Thamnata de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem*, &c. *c.*11.*n.*212.*p.*497.

3. *Irruit Spiritus Domini in Samſon & dilacerauit Leonem. c.*14.*n.*221.*p.*646.

5. *Apparuit catulus Leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei. c.*7.*n.*115.*p.*39.

6. *Irruit Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit Leonem. c.* 8. *n.* 25. *p.* 118. *cap.* 11. *n.* 19. *p* 491.

9. *Ecce examen apum in ore Leonis erat, ac fauus mellis, quem cùm ſumpſiſſet*, &c. *c.*9.*n.*407.*p.*347. *c.*11.*n.*47. *p.*447.

11. *Cùm ergo ciues loci illius vidiſſent eum dederunt ei ſodales triginta, vt eſſent cum eo. c.*9. *n.* 370.*p.*336.

14. *De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. c.*12.*n.*76.*p.*527.

19. *Irruit in eum Spiritus Domini, deſcenditque in Accharon, & perenſſit ibi triginta viros*, &c. *c.*11. *n.*125. *p.*471.

Cap. 15. v. 10. *Cur aſcendiſtis aduerſum nos? c.* 14. *n.*219. *p.*645.

11. *Deſcenderunt tria millia virorum de Iudæ ad ſpecum Silicis Ethan. cap.* 8. *num.* 269. *p.*195.

12. *Ligare te venimus, & tradere in manus Philiſthinorum. Quibus Samſon: Iurate ait, & spondete. c.*12.*n.*29.*p.* 511.

15. *Inuentam maxillam, id eſt mandibulam aſini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, & ait*, &c. *c.*11.*n.*102.*p.*463.

Cap. 16. v. 5. *Venerunt ad eam Principes Philiſthinorum atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab eo in quo habeat tantam fortitudinem. c.*13.*n.*108. *p.*575.

11. *Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerint in opere infirmus ero, & aliorum hominum ſimilis. c.*11.*n.*142.*p.*476.

15. *Quomodo dicis quod amas me, cùm animus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi*, &c. *c.*12.*n.*22.*p.*509.

18. *Videns illa quod confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad Principes Philiſthinorum, & mandauit*, &c. *cap.* 14. *n.* 212. *p.*643.

21. *Eruerunt oculos eius, & duxerunt eum Gazam vinctum catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. c.*14 *n.*92.*p.*610.

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

23. *Principes Philiſthinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo. c.9.n.414.p.349.*

29. *Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens, &c. cap. 11. num. 208. p. 496.*

Ex Ruth.

Cap. 1. v.14.. *Ruth adhæſit ſocrui ſuæ. c.12.n.113. p.536.*

Cap.2. v.3. *Colligebant ſpicas poſt terga metentium. c.8.n.318.p.211.*

16. *De veſtris manipulis proiicite de induſtria, & remanere permittite, vt abſque rubore colligat, &c. c.14.n.178.p.632.*

Cap.13. v.15. *Menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam. c.8.n.275.p.197.*

Ex I. Regum.

Cap.1. v.9. *Surrexit Anna poſtquam comederat & biberat in Silo, & Heli Sacerdote ſedente ſuper ſellam, &c. c.14.n.198.p.639.*

11. *Si reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, &c. c.13.n.107.p.575.*

12. *Factum eſt autem cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius. c.14.n.198.p.638.*

27. *Pro puer iſto orabi, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum, &c. c.11. n.170.p.485.*

Cap.2. v.1. *Exultauit cor meum in Domino. c.13. n.30.p.551.*

3. *Nolite multiplicare loqui ſublimia gloriantes, c.7.n.63.p.22.*

43. *Veniebat puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, &c. c.14.n.170.p.631.*

20. *Cur non venit filius Iſai nec heri, nec hodie ad veſcendum? c.14.n.67.p.601.*

22. *Veniebat puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuſcinulam tridentem in manu ſua, &c. c.8.n.277.p.198.*

29. *Quare calce abieciſti victimam meam, & munera mea, quæ præcepi, vt offerrentur in templo, &c. c.11.n.171.p.485.*

35. *Suſcitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet, & ædificabo ei domum fidelem, &c. c.9.n.315.p.318.*

Cap. 3. v. 3. *Samuël dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei: Et vocauit Dominus Samuël. Qui reſpondens, &c. c.13.n.30.p.551.*

Cap.4. v.7. *Timuerunt Philiſthiim dicentes: Venit Deus in caſtra, & ingemuerunt dicentes: Væ nobis, &c. c.12.n.14.p.506.*

Cap. 5. n. 4. *Inuenerunt Dagonem iacentem ſuper faciem ſuam in terra coram arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum, &c. c.8.n.74.p.133.*

Cap. 6. v.7. *Arripite & facite plauſtrum nouum vnum & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, &c. c.8.n.63.p.129.*

Cap.8. v.5. *Conſtitue nobis Regem, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habent nationes. c. 10. n. 103. p. 402.*

12. *Conſtituet ſibi tribunos & centuriones. c.9.n.44. p.236.*

19. *Rex erit ſuper nos, & erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & iudicabit nos Rex noſter, &c. c.9.n.373.p.337.*

Cap. 9. v.8. *Ecce inuenta eſt in manu mea quarta pars ſtateris argenti. c.11.n.100.p.463.*

16. *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſraël. c.7.n.70.p.25.*

22. *Aſſumens itaque Samuël Saulem, & puerum eius introduxit eos in triclinium, &c. c.9. n.150. p. 267.*

Cap.10.v.8. *Septem diebus expectabis, donec veniam ad te. c.9.n.432.p.355. cap.11. n. 120. p.469.*

Cap.11.v.7. *Aſſumens vtrumque bouem concidit in fruſta, miſitque in omnes terminos Iſraël. c.8. n.107.p.144.*

Cap.12. v.3. *Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, &c. c.9.n.218.p.288. & n.315.p.318. c.10. n.39.p.382.*

12. *Tu feciſti abſconditè; ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, &c. c.9. n. 453.p.362.*

Cap.13.v.1. *Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum. Dixitque Samuël ad Saul, &c. c.11.n.120. p.469.*

4. *Clamauit populus poſt Saul in Galgala. c. 9. n. 373.p.337.*

6. *Cùm vidiſſent viri Iſraël ſe in arctò poſitos, abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, &c. c.9.n.276.p.306.n.420. p.351. & n.451.p.361.*

8. *Dilapſus eſt populus ab eo: ait ergo Saul: Afferte mihi holocauſtum, &c. cap. 9. n. 432. p. 355.*

11. *Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & c. neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum. c.7.n.51. p.18.*

13. *Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi, &c. c.7.n.51.p.18. & n.112. p.37.*

Cap.14.v.1. *Veni & tranſeamus ad ſtationem Philiſthinorum. c.7.n.181.p.60.*

11. *Dixerunt Philiſthiim: En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abſconditi fuerant, &c. c.9. n.276.p.306.n.420.p.351.*

13. *Aſcendit Ionathas manibus, & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum, &c. cap.7. n. 187. p.62.*

25. *Factum eſt miraculum in caſtris. c.7.n.167.p.56. & n.181.p.60.*

27. *Extendit ſummitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, &c. c.11.n.188. p.490. c.14.n.169.p.630.*

45. *Fecit ſalutem hanc magnam in Iſraël. c.7. n. 181.p.60.*

Cap.15.v.1. *Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem, &c. c.9. n.151. p.267.*

2. *Recenſui quæcumque fecit Amalec Iſraëli, quomodo reſtitit ei in via, cùm aſcenderet de Ægypto. c.9.n.215.p.288.*

8. *Apprehendit Agag Regem Amalec viuum omne autem vulgus interfecit in ore gladij, &c. c. 9. n.35.p.233.n.63.p.242. n.171.p.294. n.236.p.285. c.13.n.103.p.574.*

13. *Cùm veniſſet Samuël ad Saul dixit ei Saul: Benedictus tu Domino. cap. 8. num. 186. p. 170.*

14. *Dixit*

Digitized by Google

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

14. *Dixit Samuël: Et quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio.* c.8.n.191.p.171.

15. *Et ait Saul de Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis,* &c. ibid.

20. *Audiui vocem Domini, & ambulaui in via, per quam miſit me Dominus.* cap. 9. num. 145. p.265.

21. *Tulit de præda populus oues, & boues primitias eorum, quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo,* &c. c.9.n.338.p.325.

27. *Conuerſus eſt Samuël, vt abiret; ille autem apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt.* c. 9. n.89. p.249.n.240.c.295. n.393. p.343.

28. *Scidit Dominus regnum Iſraël à te hodie.* c.14. n.171.p.631.

30. *Peccaui; ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei.* c.9.n.171.p.273.

32. *Dixit Samuël: Adducite Agag regem Amalec,* &c. c.9.n.167.p.272.

Cap.16.v.1. *Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi Regem,* &c. c.7.n.70.p.25.n.138. p.46. n.167. p.56. c.10.n.45.p.383.cap.11.n.61. p.451.c.14. n.160.p.628.

6. *Cùm ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* cap.7. n.59.p.21. c.10.n.45.p.384. & n.192.p.429. cap.9. n.132. p.261.

11. *Dixit Samuël ad Iſai: Numquid iam completi ſunt filij? Qui reſpondit: Adhuc reliquus eſt paruulus.* c.7.n.253.p.87. c.9.n.141.p.264. & n. 187.p.278.

12. *Ait Dominus: Surge, vnge eum: ipſe eſt enim: Tulit ergo Samuël cornu olei, & vnxit eum,* &c. c.9.n.174.p.274.c.14.n.160.p.628.

13. *Tulit ergo Samuël cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius* c.11.n.133.p.474.

21. *Venit Dauid ad Saul, & ſtetit coram eo, at ille dilexit eum nimis, & ſallus eſt eius armiger.* c.8. n.244.p.187. c.9.n.366.p.334.

23. *Leuius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* c.8.n.44.p.124. & n.49.p 125.c.9.n.244. p.296.c.13.n.88.p.569.

Cap.17.v.1. *Ibat Philiſthæus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid, & armiger eius ante eum.* c.8.n.100.p.142.

8. *Eligite ex vobis virum & deſcendat ad ſingulare certamen.* c.9.n 188.p.279.

15. *Abiit Dauid, & reuerſus eſt à Saul, vt paſceret gregem patris ſui in Bethlehem.* c. 13. n. 88. p. 569.

16. *Procedebat Philiſthæus mane & veſpere, & ſtabat quadraginta diebus.* c. 7. num. 228. p. 78.

17. *Dixit Iſai ad Dauid filium ſuum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos.* c.9.n.159.p.269. cap. 13. n.117. p.578. c.14.n.82. p.606.

20. *Surrexit Dauid mane, & commendauit gregem cuſtodi, & onuſtus abiit ſicut præceperat ei Iſai.* c.12.n.37.p.514.c.13. n.23.p.549.

24. *Omnes Iſraëlitæ cum vidiſſent virum fugerunt à facie eius timentes eum valde.* c.7.n.41. p.15. n.54.p.16.n.116. p.39.n.167.p.56.n.313.p.106.c.9. n.424.p 352.& n.446.p.360.

25. *Virum qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei,* &c. c.11. n.105. p 464.

26. *Quid dabitur viro, qui percuſſerit Philiſthæum hunc, & tulerit opprobrium de Iſraël?* c.11.n.105. p.464.

28. *Quod cum audiſſet Eliab frater eius maior loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid, & ait: Quare veniſti,* &c. c.7.n.59.p.21.n.83.p.29. c.9.n.357.p.331.

33. *Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum; quia puer es,* c.8.n.95.p.141. & 216.p.178.c.9.n.366 p.334.

34. *Veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam,* &c. c.8.n.14 .p.156.c.10.n.130.p.410.c.11.n.124. p.471.

36. *Leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur, & Philiſthæus hic incircumciſus, quaſi vnus ex eis.* c.7.n.103.p 35. n.215.p.73. c.9. n.94. p.250

38. *Induit Saul Dauid veſtimentis ſuis.* c.8. n.42. p.123.

40. *Elegit quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit eos in peram paſtoralem.* c.8. n.106. p.144.

41. *Ibat Philiſthæus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid, & armiger eius ante eum.* c.7. n.184.p.61.

43. *Maledixit Philiſthæus Dauid in diis ſuis.* c.9. n.230.p.292.

45. *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie.* c.9.n.227.p.291.c.10.n.195.p.430.c.11.n.153.p.479. c.13.n.16.p.547.

46. *Percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera Philiſthiim hodie volatilibus cæli, & beſtiis terræ.* c.7.n.313.p.106.

49. *Infixus eſt lapis in fronte eius, & cecidit in faciem ſuam ſuper terram.* c.7.n.286.p.97.c.8.n.42. p.123. c.10.n.195.p.430.

50. *Prænaluit Dauid aduerſus Philiſthæum in funda & lapide.* c.7.n.225.p.77.c.8.n.202.p.174.

53. *Cùm regreſſus eſſet Dauid percuſſo Philiſthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule,* &c. c.8.n.244.p.187.

Cap.18. v.5. *Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcumque miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat,* &c. ibid.

7. *Præcinebat mulieres ludentes, atque dicentes: Percuſſit Saul mille, & Dauid decem millia.* c.8. n.44.p.124.

8. *Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei ſupereſt, niſi ſolum regnum?* c.10.n.143.p.414.

9. *Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid ab illa die, & deinceps:* c.9.n.244 p.297.

10. *Poſt diem autem alteram inuaſit Spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ.* c.10.n.98.p.400. n.158.p.419.

11. *Et miſit eam putans quod configere poſſet Dauid cum pariete.* c.7.n.103.p.35.c.8.n.49.p.125 & n.202.p.174. c.12.n.31. p.511.& n.47.p.517. c.14. n.196.

21. *Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum, manus Philiſthinorum.* c. 9. n 204. p.284.

25. *Sic Loquimini ad Dauid: Non habet Rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia,* &c. c.11.n.118.p.469.

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Cap.19. v.4. *Ne pecces rex in seruum tuum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. c.7.n.187.p.63.*

5. *Posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem magnam, &c. c.12.n.41.p.516.*

9. *Dauid psallebat manu sua, nitusque est Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid, &c. c.8.n.209.p.176.c.10.n.121. p.407.*

12. *Deposuit eum per fenestram, porro ille abiit, & aufugit, atque saluatus est. cap. 9: n. 204. p.284.*

Cap.20. v.3. *Vivit Dominus, & vivit anima tua; quia vnc tantum, vt ita dicam, gradus ego morsque dividimur. c.10.n.143.p.414.*

5. *Ecce calenda sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendum, &c. c.14. n.196.p.637.*

6. *Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret, &c. c.8. n.93. p.140.*

10. *Quis renuntiabit mihi, si quid forte responderit pater tuus durè de me. cap. 8. num. 150. p.158.*

27. *Cur non venit filius Isai? cap. 11. num. 140. p.475.*

30. *Fili mulieris virum vltrò rapientis nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam, &c. c.7.n.253.p.87.*

31. *Omnibus diebus, quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu neque regnum tuum. c.9.n.291.p.310.*

32. *Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. c.7. n. 187. p.63.*

35. *Cum illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum, &c. c.14.n.192.p.637.*

41. *Fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. c.9. n.462.p.365*

Cap.21.v.1. *Dixerunt serui Achis ad eum, cùm vidissent Dauid: Numquid non iste est Dauid rex terræ, &c. c.9.n.346.p.328.*

6. *Dedit ei Sacerdos sanctificatum panem. c.8.n.111. p.145.*

7. *Erat ibi vir quidam de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo Domini, & nomen eius Doeg, &c. c.13.n.92.p.570.*

13. *Immutauit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia portæ, &c. c.7.n.112.p.37. c.9.n.346. p.328. c.12. n.71. p.525.*

Cap.22. v.2. *Conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, &c. c.11.n.53.p.448.*

9. *Respondens Doëg Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter seruos Saul: Vidi, inquit, filium Isai, &c. c.12.n.64.p.523.*

14. *Et quis est in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis.* ibid.

Cap.24. v.2. *Ecce Dauid in deserto est Engaddi. c.11.n.42.p.445.*

3. *Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israël, perrexit ad inuestigandum Dauid, &c.* ibid.

5. *Dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum, &c. c.9.n.227.p.291. c.14.n.90. p.609.*

6. *Præcidit oram chlamydis Saul silenter. c.11. n.166.p.483.*

7. *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo Christo Domini, vt mittam manum meam in eum. c.9.n.170. p.273.*

8. *Confregit Dauid viros suos sermonibus, & non permisit eos vt consurgerent in Saul. c.11. n.121. p.470.*

12. *Cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea. c.9. n.89.p.249.*

18. *Iustior tu es, quàm ego. cap. 11. num. 83. p.457.*

21. *Nunc quia scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israël, &c. c.9.n.248.p.298.*

Cap.25.v.20. *Quis est Dauid, & quis est filius Isai. c.12.n.16.p.507.n.47.p.517.& n.62.p.522.*

8. *Quodcumque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. c.8. n.273.p.199. c.12. n.62. p.522.*

13. *Accinctus est Dauid ense suo, & secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri. cap. 8. n. 209. p.176.*

22. *Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus, quæ ad ipsum pertinent, &c. c.12.n.47.p.517.*

38. *Emortuum est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis, cùmque pertransissent decem, &c. c.8. n.111. p.145.*

Cap.26. v.7. *Venerunt Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, &c. c.7. n.44.p.16.n.54.p.19.& n.286.p.98.*

20. *Egressus est rex Israël, vt quærat pulicem vnum. c.8.n.89.p.138.*

21. *Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciam. c.7.n.286.p.98.c.8. n.89. p.188.*

22. *Ecce hasta regis, transeat vnus de pueris regis, & tollat eam. c.7.n.155.p.52.*

Cap.28.v.3. *Saul abstulit Magos, & Ariolos de terra. c.7.n.301.p.102.*

8. *Mutauit habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri, &c. c.9. n.275. p.306.*

14. *Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. c.7.n.234.p.80.*

Cap. 29. v.4. *Irati sunt aduersus eum Principes Philisthinorum, & dixerunt ei: Reuertatur vir iste, & sedeat in loco suo. c.7.n.57.p.20.c.8.n.336. p.217.*

9. *Scio quia bonus es tu in oculis meis sicut Angelus Dei. cap. 7. n.253. p.87. cap. 12. n. 16. p.507.*

20. *Quid feci, aut quid inuenisti in me seruo tuo? c.7.n.97.p.33.*

Cap.30. v.15. *Iura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus Domini mei, & ego ducam te, &c. c.13.n.14.p.546. c.14. n.208.p.642.*

16. *Ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes, & bibentes, &c. c.14.n.197. p.638.*

17. *Et percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperam alterius diei. c.14.n.208.p.641.*

Cap.31. v.4. *Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircumcisi isti, & insultent me, &c. c.8.n.227.p.181.*

Digitized by Google

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Ex II. Regum.

Cap.1.v.6: *Incumbebat ſuper haſtam ſuam. c.9. n.16.p.257.& n.268.p.304.*

9. *Tenent me angustiæ. c.8. n.227. p.181*

10. *Stans ſuper eum occidi illum. cap.10. num.109. p.404.*

17. *Planxit Dauid planctum huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionatham filium eius & præcepit, &c. c.14.n.167.p.630.*

Cap.2.v.1.*Igitur poſt hæc conſuluit Dauid Dominum dicens: Num aſcendam in vnam de ciuitatibus, &c. c.11.n.108.p.465.*

10. *Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis , & ſepultus eſt in ciuitate Dauid , c.9. num. 238. p.295.*

Cap.5.v.1.*Venerunt vniuerſæ tribus Iſraël ad Dauid in Hebron dicentes: Ecce nos os tuum,& caro tua ſumus. c.11.n.42.p.445*

Cap.6.v.7.*Iratus eſt indignatione Dominus contra Ozam,& percuſſit eum ſuper temeritate.c.7.n.85. p.29.*

14. *Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum. c.11.n.189.p.490.*

22. *Ludam, & vilior fiam , pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis,& cum ancillis, &c. c.11.n.189. ibid.*

Cap. 9. v. 7. *Faciens faciam in te miſericordiam propter Ionatham patrem tuum,& reſtituam tibi, &c. c.9.n.210.p.286.*

Cap.11.v.3. *Miſit rex,& requiſiuit , quæ eſſet mulier. c.14.n.121.p.618.*

4. *Voluit Salomon interficere Ieroboam , qui ſurrexit , & aufugit in Ægyptum ad Seſac regem Ægypti, &c.c.9.n.121.p.258*

Cap. 12. v. 13. *Peccaui Domino cap.12. num.71. p.525.*

28. *Nunc congrega reliquam partem populi , & obſide Ciuitatem,& cape eam,ne cùm à me vaſtata fuerit, &c. c.9.n.430.p.354.*

31. *Populum eius adducens ſerrauit , & circumegit ſuper eos ferrata carpenta,diuiſitque cultris,&c. c.8.n.131. p.153.*

Cap.13.v.14.*Prænalens viribus oppreſſit eam.c.12. n.121.p.539.*

24. *Fugit autem Abſalon.c.14.n.80.p.606.*

28. *Præceperat Abſalon pueris ſuis dicens:obſeruate cùm temulentus fuerit Amnon,& dixero vobis, &c. c.9.n.372.p.336.*

29. *Fecerunt pueri Abſalon aduerſus Amnon ſicut præceperat eis Abſalon.c.7.n.185.p.62.*

Cap.14.v.33. *Porrò Abſalon fugiens abiit ad Tolomai filium Ammiud regem Geſſur. c. 14. num. 80. p.606.*

Cap.15.v.2. *Mane conſurgens Abſalon ſtabat iuxta introitum portæ,& omnem virum,qui habebat, &c. c.9. n.98.p.251.*

9. *Accidit vt occurreret Abſalon ſeruis Dauid ſedens mulo ; cumque ingreſſus fuiſſet ſubter condenſam, &c.c.14.n.80.p.606.*

12. *Acceſſit Abſalon Achitophel Gilonitem conſiliarium Dauid de ciuitate ſua Gilo.c.8. n.296. c.9. p.205.n.352.p.329.*

17. *Egreſſus rex, & omnis Iſrael pedibus ſuis ſtetit procul à domo.c.10.n.188.p.428.*

23. *Dixit rex ad ſados : Reporta arcam Dei in vrbem.c.14.n.203.p.640.*

30. *Porrò ; Dauid aſcendebat olimum olimarum ſcandens & fletus nudus pedibus incedens , & operto capite. cap.10. num. 188. p.428.*

Cap.16.v.1. *Apparuit Siba puer Miphiboſeth. in occurſum eius cum duobus aſinis,qui onerati erant, &c. c.9.n.39.p.234.*

4. *Ait rex Sibæ:Tua ſint omnia,quæ fuerunt Miphiboſeth. c.9.n.210.p.286.*

5. *Maledicebat , mittebátque lapides contra Dauid,& contra vniuerſos ſeruos regis Dauid. c.10. n.176.p.425.c.12.n.41. p.515.*

16. *Cùm veniſſet Chuſai Arachites amicus Dauid ad Abſalon, locutus eſt ad eum,&c. c.14. n.188. p.636.*

Cap.17. v.14. *Dixit Abſalon,& omnes viri Iſraël: Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ conſilio Achitophel. c.9. num.30.p.232. c.12. n.19. p.439.*

23. *Surrexit, & abiit in domum ſuam,& in ciuitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interiit. c.9.n.260.p.301.n.287.p.309. n.385. p.340. & n.442.p.359.*

Cap. 18.v.6. *Itaque egreſſus eſt populus in campum contra Iſraël , & factum eſt prælium in ſaltu Ephraim, &c. c.9.n.50.p.237.*

14. *Tulit ergo tres lanceas in manu ſua , & infixit eas in corde Abſalon. c.9.n.216.p.257.*

15. *Cùm adhuc palpitaret hærens quercui , occurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab,& percutientes interfecerunt eum. c.8.n.225.p.181.*

18. *Abſalon erexerat ſibi, cùm adhuc viueret , titulum , qui eſt in valle regis.c.8.n.326.p.214.*

21. *Ait Ioab Chuſi:vade,& nuntia regi,quæ vidiſti.c.7.n.242.p.83.*

29. *Vidi tumultum magnum , cùm mitteret Ioab ſeruus tuus,ô rex me ſeruum tuum : neſcio aliud. ibid.*

Cap.19.v.17.*Siba puer de domo Dauid, & quindecim filij eius , ac viginti ſerui erant cum eo. c.9. n.39.p.234.*

29. *Tu & Siba diuidite poſſeſſiones. c.9. num.210. p.286.*

Cap.23.v.16. *Attulerunt ad Dauid libauit eam Domino.c.7.n.177.p.59. c.9. n.450. p.361.c.11. n.93.p.461.c.14.n.50.p.596.*

8. *Sedens in cathedra ſapientiſſimus Princeps inter tres. Ipſe eſt,quaſi tenerrimus tigni vermiculus, &c.c.7.n.135 p.45.c.14.n.223. p.646.*

Ex III. Regum.

Cap.3.v.1. *Imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam,& ducite eum in Gihon, &c. c.9. n.217.p.288.*

9. *Immolatis Adonias arietibus , & vniuerſis pinguibus iuxta lapidem Zobeleth , &c. c. 9. n.38. p.234.& 217.p.288.*

11. *Num audiſti quod regnauerit Adonias filius Agith,& Dominus noſter Dauid hoc ignorat,&c. c.9.n.354 p.330.*

33. *Tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri , & imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam,&c. c.9.n.217.p.288.c.10.n.14.p.344.*

Cap.2.v.8. *Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim , qui maledixit mihi, &c.c.8.n.241.p.186.*

10. *Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis , & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. cap.8. num.326. p. 214.*

Cap.10.v.18. *Fecit rex ſalomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro ſuluo nimis , &c. c.9.n.137. p.263.*

Digitized by Google

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

31. *Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. c. 9. n.210. p.286.*

Cap.11. v.23. *Suſcitauit quoque ei Deus aduerſarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba, &c. c.9.n.362.p.333.*

24. *Abierunt Damaſcum, & habitauerunt ibi, & conſtituerunt eum regem in Damaſco. c.11. n.95. p.461.*

26. *Ieroboam quoque filius Nabath Ephrateus de Sareda ſeruus Salomonis, cuius mater, &c. c.8. n.240.p.185.*

27. *Hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum: quia Salomon adificauit Mello, &c. cap. 10. num.15. p.374.*

28. *Erat Ieroboam vir fortis, & potens, videnſque Salomon adoleſcentem bonæ indolis, &c. c. 9. n.369.p.335*

Cap.12.v.4. *Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum, &c. c.11. n.200.p.493.*

11. *Pater meus poſuit ſuper vos iugum graue: ego autem addam ſuper iugum veſtrum. c.10. n.36. p.381.*

16. *Qua nobis pars in David, vel qua hæreditas in filio Iſai? c.9.n.312.p.317.*

26. *Dixit Ieroboam in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domum David, ſi aſcenderit populus iſte, &c. c.8.n.256.p.191.c.10.n 94.p.399.*

28. *Excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltra aſcendere in Ieruſalem. c.7.n.89.c.8.n.256.p.191.& n.290.p.202.& c.10. n.94.p.399.*

Cap.13. v.4. *Extendit manum ſuam de altari dicens: Apprehendite eum. Et exaruit manus eius: &c. c.8.n.161.p.161.c.10.num.155.p.418. c.12. n.106.p.534.*

6. *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi. Orauitque, &c.c.13.n.20. p.548.*

7. *Locutus eſt autem rex ad virum Dei. Veni mecum domum, vt prandeas, & dabo tibi munera. c.7.n.300. p.102.*

8. *Non comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini. c.7. n.290.p.99.*

11. *Prophetes quidem ſenex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij ſui, & narrauerunt, &c. c.10.n.53. p.386.*

18. *Et ego propheta ſum ſimilis tui, & Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens: Reduc eum tecum, &c. c.7.n.241. p.82.num.290. p.99.n.300 p.102.*

22. *Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum. c.8.n.161. p.161.*

30. *Poſuit cadauer eius in ſepulchro ſuo. c.9. n.263. p.302.*

31. *Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. c.8.n.228. p.182.c.9.num.263.p.302.& n.453. p.362.*

Cap.17.v.1. *Viuit Dominus Deus Iſraël, in cuius conſpectu ſto, ſi erit annis his ros & pluuia niſi iuxta oris mei verba, &c. c.13.n.38.p.553.*

3. *Abſcondere in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, &c. c.7. n.152. p.50.*

6. *Corui deferebant ei panem, & carnes mane: ſimiliter panem & carnes veſperi. cap. 15. num.52. p.558.*

13. *Hæc de ipſa ſtrinula ſubcineritium panem paruulum, & affer ad me. c.8. n.274. p.197. c.13. n.52.p.558.*

14. *Hydria farinæ non deficiet, nec lacythus olei minuetur vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ. c.11. n.166. p.483.c.12.n.39. p 514.*

18. *Quid mihi & tibi vir Dei. Ingreſſus es ad me vt rememorarentur iniquitates meæ, &c.c.12.n.39. p.514.*

21. *Expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus. c.13 n.96.p.572.*

22. *Reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit. c.13.n.52. p.558.*

24. *Nunc in iſto cognoui, quoniam vir Dei & tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt. c.11.n.35. p.443.c.12.n.39.p.514.*

Cap.18.v.1. *Vade, oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. c.10.n.127.p.409.*

8. *Vade & dic Domino tuo: Adeſt Elias. cap.14. n.218.p.645.*

10. *Non eſt gens aut regnum, quo non miſerit Dominus meum te requirens. c.14.n.218.p.645.*

17. *Venit Achab in occurſum Eliæ, & cum vidiſſet eum, ait: Tune es ille, qui conturbas Iſraël? c.11.n 35.p.443.c.12.n.21.p.508.*

18. *Non ego turbaui Iſraël; ſed tu, & domus patris tui, qui, &c.c.12. num.21.p.508. c.13. n.38. p.558.*

21. *Accedens autem Elias ad omnem populum ait: vſquequo claudicatis in duas partes? c.9. num.57. p.240.c.10.n.104.p.402.*

23. *Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, &c.c.11.n.203.p.494.*

25. *Eligite vobis bouem vnum, & facite primi. c.9. n.197.p.281.*

27. *Illudebat illis Elias dicens: Clamate voce maiori. Deus enim eſt, & forſan loquitur, aut in diuerſorio eſt, &c.c 10.n.167.p.422.*

28. *Clamabant voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine. c.10.n.167.p.422.*

39. *Quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait: Dominus ipſe eſt Deus. c. 8. n.232.p.183.*

40. *Duxit eos Elias ad torrentem Ciſſon, & interfecit eos ibi. c.14.n.93.p.610.*

Cap.19.v.1. *Nuntiauit Achab Iezabel omnia, quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas, &c. c.10.n.127.p.409.*

2. *Miſit Iezabel nuntium ad Eliam dicens: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora, &c. c.9.n.31.p.232. c.14.n.76.p.605.*

3. *Timuit ergo Elias, & ſurgens abiit. c.14. n.93. p.610.*

4. *Perrexit in deſertum viam vnius diei: cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperam, &c. c.13.n.19.p.548.c.14.n.93.p.610.*

5. *Proiecit ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi, & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi, &c. c.7.n.55.p.20.n.134 p.44.& n.288.p.98.*

8. *Comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. c.8.n.112.p.146.c.14.n.202.p.640.*

15. *Vade & reuertere in viam tuam per deſertum. c.14.n.84.p.607.*

Cap.21. v.8. *Scripſit litteras ex nomine Achab, & ſignauit eas annulo eius, & miſit ad maiores natu, &c. c.7.n 80 p.28.*

19. *In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem*

Naboth,

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Nabeth, lambent quoque sanguinem tuum. c.14. n.89.p.609.

23. *Canes comedent Iezabel in agro Iezraël.* c.14. n.76.p.605.

Cap.22. v.2. *Ait ad Iosaphath: Venies ne mecum ad præliandum.* cap.14. n.89.p.608. c.9. n.53. p.238.

3. *Dixit Rex Israël ad seruos suos: ignoratis quod nostra sit Rameth Galaad, & negligimus tollere eam,&c.* c.9 n.159.p.301.c.10.n.37.p.381.

23. *Ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic sunt, &c.* c.14.n.89. p.608.

30. *Dixit Rex Israël ad Iosaphath: sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis, &c.* c.10.n.144.p.414.

34. *Vir autem quidam tetendit arcum sagittam in incertum dirigens, & casu percussit Regem, &c.* c.10.n.121.p.407.

37. *Cum ergo vidissent Principes curruum Iosaphath, suspicati sunt quòd ipse esset Rex Israël, &c.* c.19.n.132.p.411.

Ex IV. Regum.

Cap.1. v.9. *Misit ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant cum eo.* cap.8. n.246.p.188.

10. *Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* c.8.n.181.p.168. c.10.n.134. p.411.

13. *Homo Dei noli despicere animam meam, & animas seruorum tuorum, qui mecum sunt. Ecce descendit ignis,&c.* c.9.n.153.p.268.

Cap.2.v.2. *Ibant Elias, & Eliseus de Galgalis, &c. cumque descendissent Bethel, egressi sunt filij,&c.* c.7. n.252.p.86.

11. *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque, & ascendit Elias per turbinem, &c.* c.14.n.84.p.607.

12. *Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga eius.* c.7.n.107.p.36.

13. *Stetit supra ripam Iordanis, & pallio Eliæ, quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ.* c.7.n.209.p.71.

14. *Et dixit: vbi est Deus Eliæ etiam nunc. Percussitque aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, &c.* ibid.

23. *Cum ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes, &c.* c.8.n.208.p.176. c.9.n.222.p.290.

24. *Maledixit eis in nomine Domini, egressique sunt duo vrsi de saltu, & laceranerunt ex eis quadraginta, &c.* c.9.n.232.p.293.

Cap.3.v.22. *Primo mane surgente, & orto iam sole ex aduerso aquarum viderunt Moabitæ,&c.* c.9. n.34.p.233.

23. *Pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuo: nunc perge ad prædam Moab.* cap.8. num.62. p.129.

Cap.4.v.13. *Loquere ad eam: Ecce sedulò in omnibus ministrati nobis: quid vis faciam tibi?* c.13. n.83.p.567.

15. *Præcepit itaque vt vocaret eam: qua cum vocata fuisset, & stetisset ante ostium, dixit ad eam, &c.* c.11.n.156.p.480.c.13.n.83.p.567.

28. *Numquid petiui filium à Domino meo? Numquid non dixi tibi: Ne illudas mihi?* c.13. n.29. p.550.& n.86.p.568.

29. *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade.* c.7.n.284.p.97.c.9.n.456. p.363.

31. *Non erat vox, neque sensus.* c.7.n.291. p.99.

32. *Ingressus clausit ostium super se, & super puerum, & orauit ad Dominum, & ascendit, &c.* c.13.n.90.p.569.

34. *Incubuit super puerum, posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, &c.* c.7. n.255.p.87.n.188.p.63.c.10.n.20.c.12. n.75. p.526. c.13.n.96.p.572.c.14.n.146.p.624.

35. *Reuersus deambulauit in domo semel huc atque illuc, & ascendit, & incubuit super eum, &c.* c.7. n.291.p.99.

37. *Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terram, tulitque filium suum & egressa est.* c.13.n.90.p.569.

38. *Eliseus reuersus est in Galgala, &c.* c.7. n.252. p.86. & 304. p.103.c.11.n.49. p.447.c.13. n.88. p.568.

39. *Inuenit quasi vitem syluestrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, &c.* c.11.n.49.p.447.

41. *Afferte farinam, cumque tulissent, misit in ollam & ait: Infunde turbæ, &c.* c.11.n.49.p.447.

Cap.5. v.25. *Vnde venis Giezi?* c.8. n.124. p.150.

27. *Lepra Naaman adhærebit tibi.* ibid.

Cap.6. v.11. *Conturbatum est cor regis Syriæ pro hac re,&c.* c.9.n.408.p.347.

14. *Misit illuc equos & currus, & robur exercitus, qui cùm venissent nocte, circumdederunt ciuitatem.* c.8.n.286.p.201.

21. *Numquid percutiam eos, pater mi? At ille ait: Non percuties: nec enim cepisti eos gladio, &c.* c.8.n.208.p.176.c.12.n.43.p.516.

25. *Non init seruus tuus quoquam.* c.7. n.188. p.63.

26. *Apposita est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos.* c.8. n.180.p.168.

31. *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat. Si steterit caput Elisæi filij Saphat super ipsum hodie.* c. 9. n.422.p.352.

32. *Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.* c.7.n.269.p.92. & 308. p.105.

Cap.7.v.1. *In tempore hoc cras modius similæ vno statere erit.* c.7.n.68.p.24.c.9.n.422. p.352.

2. *Respondens vnus de ducibus, super cuius manum rex incumbebat, homini Dei ait: si Dominus fecerit,&c.* c.12.n.88.p.530.

Cap.8. v.1. *Locutus est ad mulierem, cuius viuere fecerat filium, dicens: surgens vade tu, & domus tua, & peregrinare,&c.* c.7.n.68.p.24.c.10.n.20. p.376.

Cap.9. v.3. *Tenens lenticulam olei fundes super caput eius, & dices. Hæc dicit Dominus, &c.* c.9.n.122.p.259.

33. *Præcipitate eam deorsum.* cap.8. num.195. p.172.

Cap.12.v.3. *Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuscinulæ, & thuribula,&c.* c.8.n.282.p.200.

20. *Surrexerunt serui eius, & coniurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in domo Mello, in descensu Sella.* c.7.n.182.p.61.

Cap. 24. v.7. *Constituit Mathathiam, patruum eius pro eo, imposuitque ei nomen Sedeciam.* c.10. n.184.p.427.

Cap.18. v.4. *Confregit serpentem æneum, quem fecerat Moyses.* c.10.n.29.p.378.

5. *Siquidem vsque ad illud tempus filij Israël adolebant ei incensum.* ibid.

Cap.20. v.9. *Vis vt ascendat vmbra decem lineis,*

an

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

an vt reuertatur totidem gradibus. c.9.n.125. p. 259.& n.162.p.270.

11. *Reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderet in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. cap. 7. n. 226. p. 77. cap. 11. n. 63. p.452.*

Cap. 23. v. 17. *Quis est titulus ille, quem video? c.9. n. 263. p.302. n.454. p.362. cap. 10. n. 84. p.396.*

18. *Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc.c.10.n.84.p.396.*

Ex II. Paralipomenon.

Cap.24.v.7. *Athalia impiissima,& filij eius destruxerunt domum Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant, &c.c.9.n.81.p.247.*

8. *Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, posuerúntque eam iuxta portam domus, &c. c.8.num.282. p.200.*

17. *Postquam obiit Ioiada, ingressi sunt Principes Iuda, & adorauerunt regem, qui delinitus obsequiis, &c. c.8.n.348 p.221.*

21. *Congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini. c. 9. n.209 p.286.*

Cap.29. v.19. *Statim orta est lepra in fronte eius. c.8.n.300. p.206.*

9. *Octo annorum erat Ioachim, cùm regnare cepisset, & tribus mensibus, & decem diebus, &c. c.8.n.206.p.175.*

Ex Esdra.

Cap.4. v.3. *Si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. c.7.n.90.p.31.*

Cap.8.v.15. *Egredimini in montem, & afferte frondes olivæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrthi,&c.c.8.n.117.p.147.*

Ex Iobia.

Cap. 2.v.29. *Anna vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, &c. c.14. n.177. p.632.*

Cap. 3. v. 15. *Peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me. c.14.n.27.p.589.*

Cap. 6. v. 3. *Expauescens Tobias clamauit voce magna dicens: Domine inuadit me. c.14. n.113. p.616.*

4. *Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet attraxit eum in siccum,&c. c.14.n.113.p.616.*

5. *Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel & iecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria, &c. c.14. n.154.p.627&n. 117.p.617.*

8. *Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus damoniorum,&c. c.14.n.117.p.617.*

Cap.7.v.10. *Hic ego hodie non manducabo, neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi, &c. c.14.n.184. p.634.*

12. *Dixit ei Angelus:* Noli timere dare eam *isti. c.14.n.184.p.634.*

Cap.11.v.7. *At vbi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei accede,&c.c.13.n.17.p.547.*

Cap.12. n.16. *Cùm hæc audissent,turbati sunt, & trementes ceciderunt super terram in faciem suam.c.13.n.112.p.576.*

Ex Iudith.

Cap.1.v.12. *Iurauit per thronum,& regnum suum, quod defenderet se de omnibus regionibus his.c.9. n.409.p.347.*

Cap.2.v.2. *Vocauit omnes maiores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium,&c. c.8.n.297.p.205.*

Cap.7. v. 6. *Incidi præcepit aquæductum illorum. c.14.n.110.p.614.*

23. *Æquo animo estote fratres,& hos quinque dies expectemus à Domino misericordiam.c.10.n.139. p.317. & n.196.p.430.*

Cap.8. v.12. *Qui estis vos, qui tentatis Dominum: Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet. c.10.n.139.p.313.& n.196.p.430.*

Cap.9. v. 1. *Posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino clamabat ad Dominum. c.14.n.110.p.615.*

8. *Tenuit pedes eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos: sic fiant & isti.*ibid.

Cap.10.v.18. *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his meritò,&c.c.9.n.446.p.360.*

Cap.13. v.6. *Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio dicens, &c.c.10. n.196. p.430.*

Ex Esther.

Cap.3. v.1. *Posthæc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadati, qui erat de stirpe Agag, &c. c.8.n.58.p.128. n.199.p.173.*

10. *Tulit rex annulum,quo vtebatur,&c.c.9.n.112. p.256.c.11. n.62.p.452.*

Cap.4. v.11. *Norunt prouincia quod sive vir, sive mulier non vocatus interius atrium regis intrauerit c.8.n.268.p.195.*

Cap. 5. v. 13. *Cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias. c. 8. num.58. p.128.*

Cap.7. v.1.*Cuncti serui regis, qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman.c.8.n 322.p.213.*

10. *Suspensus est itaque Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo. c. 11. num. 44. p.446. c.14.n.112. p.615.*

Cap.8. v.2. *Tulit itaque rex annulum, quem ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. c.11.n.44.p.446. & n. 62.p.452.*

5. *Obsecro vt nouis epistolis veteres Aman littera insidiatoris, & hostis Iudæorum corrigantur. c.11. n.62.p.452.*

15. *Mardochæus autem de palatio & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regijs.c.14.n.112. p.615.*

Cap.11. v.5. *Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua,& terræ motus,& conturbatio super terram, &c. c.11.num.204. p. 495. c.14. num. 112. p.615.*

8. *Fuit dies illa tenebrarum,& discriminis,tribulationis,& angustiæ,& ingens formido super terram. c.9. n.112.p.255.*

Cap.15.v.9. *Sedebat ille super solium regni sui indutus vestibus regijs, auróque fulgens,&c. cap.8. n.185.p.169.*

16. *Vidi*

Digitized by Google

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

16. *Vidi te Domine quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ*, &c. ibid.

Ex Iob.

Cap. 1. v. 4. *Ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos vnuſquiſque in die ſuo, & mittentes vocabant, &c.* c. 12. n. 122. p. 539.

5. *Cum in orbem tranſiſſent dies conuiuij mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos, conſurgénſque diluculo, &c.* c. 9. n. 302. p. 314.

8. *Numquid conſideraſti ſeruum meum Iob quod non ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex*, &c. c. 9. n. 314. p. 317.

10. *Tange cuncta quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi.* ibid. & n. 468. p. 367.

18. *Filiis tuis, & filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti repente*, &c. c. 7. n. 160. p. 53. & n. 206. p. 70.

19. *Quaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi.* c. 7. n. 29. p. 11. & n. 183. p. 61 c. 9. n. 103. p. 253.

20. *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* c. 7. n. 121. p. 40. c. 8. n. 285. p. 201. c. 9. n. 117. p. 257. & n. 460. p. 365. c. 10. n. 142. p. 414. c. 11. n. 78. p. 456. c. 12. n. 109. p. 536. c. 14. n. 105. p. 613.

Cap. 2. v. 9. *Dixit illi vxor ſua: Adhuc tu permanes in ſimplicitate tua? Benedic Deo & morere.* c. 12. n. 82. p. 528.

Cap. 3. v. 3. *Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt: conceptus eſt homo*, &c. c. 8. n. 235. p. 184.

6. *Noctem illam tenebroſus turbo poſſideat: non computetur in diebus anni*, &c. ibid.

12. *Quare exceptus genibus, cur lactatus uberibus? Nunc enim dormiens ſilerem, &c.* c. 7. n. 163. p. 54. & n. 168. p. 56. c. 8. n. 308. p. 209.

Cap. 4. v. 2. *Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies: ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit?* c. 12 n. 93. p. 531. & n. 95. ibid.

7. *Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens perijt, aut quando recti deleti ſunt. Quin potius*, &c. c. 7. n. 84. p. 29.

Cap. 6. v. 8. *Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus.* c. 9. num. 465. p. 366.

11. *Quæ eſt fortitudo mea, vt ſuſtineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? c. 9. num. 460. p. 365.*

13. *Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.* c. 8. n. 37. p. 121. c. 9. n. 375. p. 337.

12. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea eſt.* c. 9. n. 390. p. 342.

26. *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba proferris.* c. 12. num. 98. p. 532.

27. *Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum.* c. 9. n. 460. p. 365.

Cap. 9. v. 25. *Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum.* c. 10. num. 198. p. 431.

Cap. 15. v. 15. *Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non ſunt mundi in conſpectu eius.* c. 9. n. 147. p. 266.

Cap. 18. v. 9. *Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam: vndique terrebunt eum formidines.* c. 13. n. 41 p. 554.

Cap. 19. v. 1. *Vſquequo affligis animam meam, & atteritis me ſermonibus.* cap. 7. num. 64. p. 13.

21. *Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltem vos amici mei: quia manus Domini tetigit me.* c. 12. n. 48. p. 517.

Cap. 20. v. 4. *Hoc ſcio à principio ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quòd laus impiorum brevis ſit*, &c. c. 8. n. 165. p. 163.

15. *Diuitias, quas deuorauit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* cap. 9. num. 282. p. 308.

Cap. 29. v. 2. *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me.* c. 10. n. 90. p. 398.

6. *Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* ibid.

18. *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.* c. 8. n. 327. p. 215. c. 10. n. 87. p. 397. c. 11. n. 73. p. 454. c. 12. n. 122. p. 539.

Cap. 31. v. 1. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine.* cap. 14. num. 11. p. 584.

Cap. 33. v. 27. *Reſpiciet homines, & dicet: Peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi.* c. 8. n. 192. p. 171.

Cap. 36. v. 13. *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.* c. 9. n. 78. p. 243.

Cap. 37. v. 23. *Dignè eum inuenire non poſſumus magnus fortitudine & iudicio, & iuſtitia, & enarrari non poteſt*, &c. c. 9. n. 348. p. 328.

Cap. 38. v. 8. *Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat quaſi de vulva procedens, cum ponerem nubem*, &c. c. 7. n. 172. p. 57.

Cap. 39. v. 1. *Numquid noſti tempus partus ibi cum in petris, vel parturientes cernas obſeruaſti?* c. 11. n. 183. p. 489. c. 14. n. 145. p. 624.

19. *Numquid prabebit equo fortitudinem, aut circumdabit collo eius hinnitum? Terram vngula fodit.* c. 11. n. 75. p. 455.

20. *Exultat audaciter, in occurſum pergit armatis, contemnit pauorem.* &c. c. 14. n. 213. p. 643.

27. *In præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus: inde contemplatur eſcam.* &c. c. 8. n. 204. p. 175. c. 9. n. 181. p. 277. c. 10. n. 71. p. 391. c. 13. n. 120. p. 579.

30. *Pulli eius lambunt ſanguinem.* c. 10. num. 71. p. 391.

Cap. 40. v. 15. *Huic montes herbas ferunt, omnes beſtiæ agri ludent illi.* c. 8. n. 71. p. 132.

18. *Sub vmbra dormit, in ſecreto calami.* c. 8. n. 302. p. 207.

24. *Numquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?* c. 9. n. 435. p. 356.

Cap. 41. v. 12. *Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur, in collo eius morabitur fortitudo*, &c. c. 8. n. 101. p. 142.

Cap. 42. v. 11. *Dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam.* c. 7. num. 32. p. 12.

13. *Fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ*, &c. c. 12. n. 109. p. 536.

Ex Pſalmis.

Pſ. 1. v. 1. *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſteti, & in cathedra peſtilentiæ*, &c. c. 9. n. 146. p. 266. c. 14. n. 224. p. 588.

3. *Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum*, &c. c. 14. n. 128. p. 620.

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

2.1. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati, &c.c.10.n.170.p 423.*

2.4. *Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua &c. c.10.n.170.p.423.*

4.3. *Filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.c.10. n.108.p.404.*

9.2. *Dum superbit impius: incenditur pauper comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant, &c.c.8. n.144.p.157.*

15. *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.c.8. n.145.ibid.*

11.9. *In circuitu impij ambulant. c.9.n.142.p.265.*

18.6. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. c.7. n.40.p.14.c.9.n.157.p.269.& n.162. p.270. c.10. n.68.p.391.*

21.3. *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. c.10. n.174.p 424.*

22.4. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. c.14. n.94. p.610.*

5. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt c.12.n.35.p.513.c.13.n.98.p.572.*

26.3. *Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si exurgat aduersum me prælium. c.7. n.215.p.73.*

30.11. *Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt. c.8.n.102. p.143.*

36.35. *Vidi impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, &c.c.9.n.92 p.250.& n.241.p.295.*

37.18. *Quoniam ego in flagella paratus sum & dolor meus in conspectu meo est semper, &c. c.10.n.178. p.425.*

38.2. *Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me. c.9.n.246.p.297. c.12. n.41. p.515.& n.55.p.520.c.14.n.104. p.613.*

44.4. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè. c.9.n.129.p.260.*

8. *Ibi dolores vt parturientis in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. c.8. n.250. p.189. c.10. n.129.p.410.*

48.12. *Sepulchra eorum domus illorum in æternum. c.8.n.325.p.214.*

51.10. *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. c.8.n.258.p.192.*

54.7. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? c.9. n.165.p.271.*

13. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem, & si is, qui oderat me, super me magna, &c.c.9. n.459.p.364.*

22. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. c.12.n.96.p.532.*

54.5. *Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me, &c. c.14.n.94.p.610.*

57.7. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus.c.9.n.59.p.241.*

5. *Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. c.12. n.58.p.521.c.14.n.98.p.611.*

59.6. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui. c.7. n.204.p.69.*

67.5. *Iter facite ei, qui ascendit super occasum Dominus nomen illi. c.11.n.185.p.485.*

68.3. *Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laborani clamans, rauca facta sunt, &c.c.9.n.374.p.137.*

8. *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum. c.8. n.210.p.176.*

68.13. *In me psallebant, qui bibebant vinum. c.9. n.301.p.314.*

71.6. *Descendit sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. cap.9. num.83. p.247.*

73.23. *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. c.12.n.10.p.505.*

75.4. *Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.c.8.n.34.p.120.*

7. *Ab increpatione tua Deus Iacob, dormitauerunt, qui ascenderunt equos. cap.10. num.96. p.400.*

77.46. *Dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustæ.c.14.n.129.p.620.*

81.2. *Vsque quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis. c.8.n.109.p.145.*

6. *Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini, &c. c.8.num.135. p.154.c.10.n.136. p.412. c.13. n.64. p.561. c.14. n.52.p.597. & n.60.p.600.*

5. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant; mouebuntur omnia fundamenta terræ. c.9.n.47.p.237.*

82.3. *Ecce inimici tui fremuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput; super populum tuum malignauerunt, &c. c.9.n.61. p.241.*

6. *Quoniam cogitauerunt vnanimiter; simul aduersum te testamentum disposuerunt, &c.c.7.n.199. p.67.*

90.3. *Ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.c.11.n.197.p.492.c.12.n.59.p.521. c.14.n.179.p.633.*

10. *Altissimum posuisti refugium tuum, & flagellum non appropinquauit tabernaculo tuo. cap.8. n.163.p.162 & n.232.p.183.*

98.6. *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius.c.8. n.159.p.161.*

102.20. *Benedicite Domino omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam, &c. c.9.n.330.p.323.*

103.20. *Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.c.8.n.198. p.173. c.9.n.278.p.305 c.10 n.18.p.375.*

104.37. *Eduxit eos in argento & auro. c.14. n.32. p.590.*

105.10. *Commutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.c.8.n.230.p.182. c.9.num.71. p.244. & n.165. p.271. c.11. n.90. p.460.*

37. *Immolauerunt filios suos, & filias suas dæmoniis. c.11.n.213.p.498.*

113.4. *Simulacra gentium argentum & aurum opera manuum hominum: os habent, & non loquentur. c.10.n.168.p.422.*

118.28. *Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.c.8.n.113.p.146.*

37. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.c.14. n.14 p.585. & n.23.p.588.*

139.10. *Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.c.9.n.342. p.327.*

143.15. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. c.8. n.162.p.162.*

146.9. *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis corvorum inuocantibus eum. c.10. n.71.p.391. & 153.p.417.*

Ex Prouerbiis.

Ca.1.v.24. *Vocaui, & renuistis: extendi manum meam*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

meam & non fuit, qui aſpiceret, &c. c.8.n.28.p.119

Cap 6.v.7. *Vade ad apem, & diſce quomodo operaria eſt. c.7.n.176.p.59.*

23. *Mandatum lucerna eſt, & lex lux, & via vitæ increpatio diſciplinæ. c.7.n.106. p.36.*

24. *Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. c.14. n.216.p.644.*

Cap.7.v.6. *Melius à ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarum, &c. c.12.n.94.p.531.*

10. *Ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas garrula & vaga. c.9. n.199. p.282.*

Cap.8. v.1. *Numquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam in ſummis excelſiſque verticibus, &c. c.8.n.148.p.157.*

Cap.9.v.1. *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, &c. c.7.n.138.p.81.*

10. *Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem & ad mœnia ciuitatis ſiquis, &c. c.7. n.219. p.74.*

17. 2. *Qui peruerſi cordis eſt, non inueniet bonum, & qui vertit linguam, incidet in malum. c.12.n.91. p.531.*

19. 4. *Domus, & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens. c.14. n. 39. p.592.*

21.28. *Vir obediens loquetur victorias. c.7. num.47. p.17.*

26. 13. *Leo eſt in via, & leæna in itineribus: ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo. c.7.n.115.p.39.*

28.1. *Iuſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit. c.11 n.79.p.456.*

30.8. *Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi tribue tantum victui meo neceſſaria. c.8.n.99.p.142.*

15. *Sanguiſuga duæ ſunt filiæ dicentes, Affer affer. c.14.n.127 p.632.*

19. *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, &c. c.13.n.49.p.557.*

Ex Eccleſiaſte.

Cap.9.v.14. *Ciuitas parua, & pauci in ea virisvenit contra eam rex magnus, & vallauit eam, &c. c.8.n.295. p.205.*

Cap.10.v.11. *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit. c.14.n.99.p.611.*

18. *In pigritiis humiliabitur contignatio. c.8.n.173. p.165.*

Ex Canticis Canticorum.

Cap.1.v.3. *Adoleſcentulæ dilexerunt te: Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum, &c. c.12. n.56.p.520. c.14. num.21.p.587. n.95. p.610.*

6. *Indica mihi quem diligit anima mea vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam, &c. c.8.n.36.p.121.*

12. *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. c.7.n.168.p.56. c.8. n.176. p.167.*

16. *Lectulus noſter floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina. cap.7. n.29.p.11. c.9.n.29.p.231.*

Cap.2.v.9. *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. c.14.n.15.p.585.*

10. *Surge propera amica mea, &c. c.7.n.175. p.58.*

13. *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum. cap.7. num. 296. pag.101.*

Cap.3. v.1. *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea. c.12. n.86.p.529.*

2. *Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. c.11.n.157. p.481. c.12.n.86.p.529. c.13.n.108.p.575.*

3. *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea vidiſtis? &c. c.11. n.54.p.449 c.13.n.79.p.565. c.14.n.75.p.604.*

6. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, &c. c.11. n.54.p.449. & c.13.n.25.p.549.*

7. *En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, &c. c.14.n.164.p.629.*

1. *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad. c.7.n.121.p.41. c.10.n.21. p.376. c.13.n.22.p.548.n.66.p.561. & n.78.p.565.*

2. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus. c.11.n.23. p.440.*

3. *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce. c.12.n.60.p.521. & n.107.p.535.*

5. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli caprææ gemelli, qui paſcuntur in liliis. c.11.n.52. p.448. cap.13. n.45.p.556.*

15. *Fons ſignatus fons hortorum. c.11. n.24. p.441. c.14.n.157. p.627.*

Cap.5. v.2. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, &c. c.7. n.50.p.18. c.8. num.24. p.117. c.11. num.55.p.449. & 159.p.481. cap.14. n.34.p.591.*

3. *Expoliaui me tunica mea quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos. c.7. n.87.p.30. n 175. p.58. c.11.n.55.p.446. c.13.n.108. p.575. c.14 n.34.p.591.*

8. *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo. c.14.n.141. p.623.*

7. *Percuſſerunt me & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. cap.7. num.50.p.18. & n.233. p.79. c.12. num.86. p.529. c.13.num.25. p.549. & n.79. p.565. c.14. num.21. p.587. & n.141. p.623.*

11. *Caput eius aurum optimum, coma eius ſicut elatæ palmarum. Manus illius tornatiles aureæ, &c. c.14.n.34.p.591.*

17. *Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum. c.14.n.75. p.604.*

Cap.6.v.1. *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum c.14. n.75.p.604.*

9. *Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt Luna, electa vt Sol, terribilis, &c. c.9.n.438.p.357.*

Cap.7.v.3. *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli caprææ. Caput tuum vt carmelus. c.14.n.140. p.623.*

Cap.8.v.2. *Ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malogranatorum, &c. cap.11. num.54. p.449.*

5. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens. c.13.n.25.p.549.*

8. *Soror noſtra parua & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ, &c. cap. 11. num. 52. p.448.*

10. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris. c.13.n.44. p.555.*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Ex Sapientia.

Cap.10. v.19. *Iusti tulerunt spolia impiorum. c.9. n.280. p.307.*

Cap. 19. v.19. *Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. c.14. n.87. p.608.*

Ex Ecclesiastico.

Cap.2. v.1. *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. c.9. n.399. p.345.*

Cap.3. v.18. *Quàm mala fama est, qui derelinquit patrem, & maledictus à Deo, qui exasperat, &c. c.14. n.81. p.606.*

Cap.4. v.32. *Noli resistere contra faciem potentis, nec ceneris contra ictum fluuij. c.14. n.221. p.646.*

Cap.6. v.5. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos. c.12. n.57. p.520.*

8. *Est amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam. c.11. n.179. p.487.*

16. *Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis. c.11. n.180. p.180.*

Cap.8. v.5. *Qui custodit præceptum, non experietur quidquam mali. c.7. n.26. p.10.*

Cap.20. v.30. *Qui placet magnatis, effugiet iniquitatem: xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus, &c. c.13. n.118. p.578.*

Cap.44. v.3. *Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à sæculo, dominantes in potestatibus suis. c.9. n.127. p.260.*

Cap.45. v.3. *Cum leonibus lusit quasi cum agnis, & in vrsis similiter fecit sicut in aguis enim, &c. c.10. n.143. p.414.*

Ex Isaia.

Cap.1. v.5. *Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem? Omne caput languidum, &c. c.9. n.391. p.342.*

6. *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, &c. c.8. n.127. p.151.*

Cap.3. v.6. *Apprehendit vir fratrem suum domesticum patris sui. Vestimentum tibi est, &c. c.10. n.73. p.392. n.27. p.393. & num.163. p.421. c.11. n.67. p.453.*

7. *Non sum medicus, nolite constituere me Principem populi. c.8. n.79. p.135. c.9. num.149. p.266. & n.323. p.320.*

12. *Populum meum exactores sui spoliauerunt. c.11. n.201. p.493. c.13. n.75. p.564.*

Cap.5. v.4. *Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda iudicate inter me, & vineam meam, &c. c.12. n.33. p.512.*

7. *Expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor, &c. c.8. n.311. p.209. c.14. n.272. p.631.*

Cap.6. v.1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea quæ sub ipso erant &c. c.8. n.75. p.133. & n.300. p.206. c.11. n.39. p.444. c.14. n.201. p.640.*

2. *Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant. c.7. n.73. p.26. c.8. n.45. p.124.*

5. *Væ mihi quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. c.9. n.344. p.327. c.12. num.107. p.535.*

6. *Et volauit ad me vnus de seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. c.7. n.222. p.76. & n.246. p.84. c.9. n.464. p.366. c.10. n.120. p.407. c.13. n.110. p.576.*

Cap.7. v.18. *Erit in die illa sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & Api quæ est, &c. c.10. n.126. p.406. c.14. n.165. p.629. n.144. p.624. & n.149. p.625.*

Cap.8. v.3. *Proiecit Israël bonum, inimicus persequetur eum, ipsi regnauerunt, & non ex me. c.7. n.140. p.46.*

4. *Antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci. c.13. n.43. p.555.*

Cap.11. v.1. *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini. c.10. n.9. p.372.*

6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur. c.10. n.128. p.410.*

8. *Delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis, & in caueruna materiæ. &c. c.8. n.205. p.175. c.13. n.43. p.555.*

10. *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. c.10. n.85. p.396.*

Cap.13. v.22. *Respondebunt tibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis. c.7. n.87. p.30.*

Cap.14. v.1. *Miserebitur Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israël, & requiescere eos faciet super humum suam. c.13. n.75. p.564.*

3. *Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, &c. c.9. n.49. p.237. c.13. n.75. p.564.*

8. *Abietes quoque lætatæ sunt super te, & Cedri Libani. c.9. n.43. p.236.*

9. *Infernus subter conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes, omnes Principes, &c. c.8. n.31. p.120.*

12. *Quomodo cecidisti de cælo, &c. c.8. n.135. p.154. c.10. n.33. p.380.*

13. *In cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus, &c. c.7. n.62. p.22. c.9. n.137. p.263. c.11. n.38. p.444.*

Cap.16. v.1. *Emitte agnũ Domine dominatorẽ terræ de petra deserti ad montẽ filiæ Sion. c.13. n.49. p.557.*

Cap.21. v.5. *Pone mensam, contemplare in speculo comedentes, & bibentes. Surgite Principes, &c. c.11. n.92. p.460. c.8. n.105. p.143.*

Cap.24. v.1. *Ecce Dominus: dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & dispergit habitatores eius. c.8. n.197. p.172.*

2. *Et erit sicut populus sic Sacerdos, & sicut seruus sic Dominus eius. ibid.*

5. *Terra infecta est habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerũt ius, &c. c.9. n.251. p.298.*

Cap.27. v.1. *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti super Leuiathan, &c. c.9. n.421. p.352.*

Cap.29. v.4. *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi Pythonis, &c. c.12. n.74. p.526.*

Cap.30. v.10. *Loquimini nobis placentia. c.7. n.240. p.82.*

Cap.40. v.9. *Super montem excelsum ascende tu, qui Euangelizas sion, exalta in fortitudine vocem tuam. c.9. n.124. p.259. c.14. n.161. p.628.*

Cap.42. v.2. *Non clamabit, neque accipiet personam nec audietur vox eius foris: calamum quassatum non conteret. c.12. n.24. p.509.*

Digitized by Google

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

3. *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non extinguet.c.8.n.211.p.176.*

Cap.51.v.20. *Filij tui proiecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum, ſicut oryx illaqueatus. c.12.n.67.p.524.*

Cap.53.v.7. *Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutescet, & non aperiet os ſuum. c.14.n.135. p.621.*

12. *Cum ſceleratis reputatus eſt. c.8. n.194. p.172.*

Cap.60.v.8. *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & ſicut columbæ ad feneſtras ſuas. c. 14. n.219. p.648.*

Ex Ieremia.

Cap.6. v. 12. *Tranſibunt domus eorum ad alteros agri & vxores pariter, quia extendam manum meam,&c.c.9.n.365.p.334.*

14. *Curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax pax,& non erat pax. cap.8. n.136.p.154 c.9.n.389.p.342.*

15. *Confuſi ſunt,quia abominationem fecerunt;quin potius confuſione non ſunt confuſi, &c.c.8.n.189. p.170.*

Cap. 8. v.5. *Quare ergo aduerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium. c.10.n.135.p.412.*

17. *Ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos,quibus non eſt incantatio,&c.c.14.n.97.p.611.*

Cap.12.v.7. *Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam in manu inimicorum eius, &c. c.9. n.470. p.168.*

Cap.13. v. 11. *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſraël. &c.c.8.n.345.p.220.*

23. *Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam,aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere. c.8.n.345.p.220.c.9.n.142. p.265.*

Cap.44.v.12. *Cadent in gladio & in fame,& conſumentur à minimo vſque ad maximum in gladio & in fame,&c.c.8.n.330.p.216.c.9.n.380.p.339.*

Ex Baruch.

Cap.6.v.2.*Videbis in Babylonia Deos aureos,& argenteos,& lapideos,& ligneos in humeris portari. c.7.n.95.p.32.& c.14.n.138.p.622.*

Ex Ezechiele.

Cap.1.v.11. *Et facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor.c.13.n.120.p.579.*

24. *Audiebam ſonum alarum quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei, &c. c.7.n.222.p.76.*

Cap.8.v.5. *Leuani oculos meos ad viam aquilonis & ecce ab aquilone porta altaris idolum zeli in ipſo introitu,c.9.n.416.p.330.*

14. *Introduxit me per oſtium portæ domus Domini, quod reſpiciebat ad aquilonem,& ecce ibi mulieres,&c.c.9.n.417.ibid.*

Cap.17.v.3. *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate,&c. c.7.n.218.p.74.*

4. *Summitatem frondium eius,& tranſportauit eam in terram Chanaam.c.8.n.139.p.155.*

Cap.19. v.1. *Aſſume planctum ſuper Principes Iſraël, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit,&c. c.8.n.218.p.179.*

3. *Leo factus eſt, & didicit capere prædam, hominemque comedere. Et audierunt, &c. c.8.n.140. p.155.*

5. *Tulit vnum de leunculis ſuis, leonem conſtituit eum: qui incedebat inter leones. c.8.n.218.p.179. c.11.n.136. p.474.*

6. *Factus eſt leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare, didicit viduas facere, &c. c.8. n.153.p.159.*

Cap.28. v.13. *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum,ſardius, topazius,& iaſpis, Chryſolytus, & onix. c.8.n.284.p.201.*

17. *Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo, perdidiſti ſapientiam tuam.c.11.n.38. p.444.*

Cap. 33.v.11. *Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij; ſed vt conuertatur impius à via ſua,&c.c.10.n.148.p.416.*

Ex Daniele.

Cap.1. v.2. *Vaſa intulit in domum theſauri Dei ſui.c.8 n.278.p.198.*

Cap.2.v.1.*Vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus eſt Spiritus eius.c.7.n.195.p.65.*

23. *Poſt hæc Daniel ingreſſus eſt ad Aricch, quem conſtituerat rex,vt perderet ſapientes Babylonis, &c.c.12.n.43.p.516.*

31. *Statua illa magna, & ſtatura ſublimis, cap.9. n.445.p.360.*

32. *Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem,& brachia de argento,&c.c.7.n.256.p.88.*

34. *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus,& percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis,& fictilibus, &c. c.7. n. 223. p.76. n.225. p.77. & 256. p.88. c.9.n.445.p.360.*

35. *Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum & aurum,& redacta,&c.c.7.n.76.p.27. n.229.p.78.*

Cap.3.v.1. *Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream.c.13.n.61.p.560.*

5. *Cadentes adorare ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex,&c.c.8.n.75.p.133.*

7. *Cadentes omnes populi,tribus, & lingue adorauerunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabucho. c.7.n.314.p.106.*

8. *Statim in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos. c.8.n.125.p.150.*

12. *Viri iſti contempſerunt rex decretum tuum: Deos tuos non colunt,& ſtatuam auream,quam erexiſti, &c,c.8.n.59.p.128.n.75.p.133.& n.340.p.219.*

13. *Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Miſach,& Abdenago. c.8. n.59. p.128. & n.125.p.150.*

23. *Ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati.c.12.n.104.p.534.*

46. *Non ceſſabant, qui miſerant eos miniſtri regis, ſuccedere fornacem naphtha,& ſtuppa, &c.c.14. n.174.p.631.*

48. *Erupit & incendit,quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis, Angelus autem Domini deſcendit, &c.c.7.n.31.p.11.*

92. *Ecce video quatuor viros ſolutos, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.c.7. n.55. p.20. n.280.p.95. c.14.n.174 p.631.*

93. *Serui Dei excelſi egredimini, & venite. cap.7. n.239.p.81.*

Cap.4.v.7. *Videbam,& ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia.c.8.n.139.p.155.*

9. *Subter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli. c. 8. n.278.p.198. & n.301.p.207.*

11. *Excutite folia eius, & diſpergite fructus eius, &c.c.7.n.223.p.76.c.8. n 139.p.155.*

12. *Germen radicum eius in terra ſimile. Et alligetur*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

vinculo ferreo & æreo. c.7.n.229.p.78. & n.314. p.106.c.8.n.170.p.164. n.301. p.207.c.9. n.177. p.276.

14. *Conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime.c.8.n.164.p.162.*

28. *Vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex:regnum tuum tranſibit à te,* &c. *c.8. n.196. p.172.*

30. *Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor,& ex hominibus abiectus eſt*, &c. *c.8. n.292.p.203.c.11.n.223.p.501.*

Cap.5.v.2. *Præcepit iam temulentus, vt afferrentur vaſa aurea, & argentea, quæ aſportaverat Nabucho,*&c.*c.8.n.292.p.204.*

Cap.6.v.16. *Adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum. c.12. num.43.p.516. c.14. n.114.p.616.*

22. *Deus meus miſit Angelum ſuum,& concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi. c.7. n.223.p.76. n.280.p.95.c.12.n.110.p.536. & c.14.n.14.p.616.*

Cap.13.v.5. *Conſtituti ſunt de populo duo ſenes iudices in illo anno,de quibus locutus eſt Dominus,* &c.*c.9.n.175.p.275.*

20. *Ecce eſtia pomarij clauſa ſunt, & nemo nos videt,& nos in concupiſcentia tui ſumus,*&c. *c.14. n.122.p.618.*

21. *Si vulneris, dicemus contra te teſtimonium, quod fueris tecum inuenis.c.11.n.196.p.492.*

23. *Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini. c.11. n.196.p.492.*

Cap.14.v.20. *Extraxit eum de lacu leonum: porrò illos,qui perditionis eius cauſa fuerant,intromiſit in lacum,*&c.*c.7.n.239.p.81.*

Ex Oſea.

Cap.1.v.6. *Et concepit adhuc,& peperit filiam, & dixit ei:Voca nomen eius, Abſque miſericordia. c.8.n.156.p.160.*

Cap.2.v.5. *Vadam poſt amatores meos,qui dant panes mihi,& aquas meas,lanam meam, & linum meum,*&c.*c.8.n.174.p.165.n.231.p.182.& n.289. p.202.*

6. *Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis,& ſepiam eam maceria,& ſemitas ſuas non inueniet, & ſequetur amatores ſuos.c.10.n.123. p.408.*

Cap.4.v.8. *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum,* &c. *c.8.n.231.p.182.*

16. *Sicut vacca laſciviens declinauit Iſraël: nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum in latitudine. c.14.n.207.p.641.*

Cap.5.v.10. *Facti ſunt Principes Iuda quaſi aſſumentes terminum. c.8.n.309.p.209.*

13. *Vidit Ephraim languorem ſuum:& Iuda vinculum ſuum,& abiit Ephraim ad Aſſur. c.9.n.387. p.341.*

Cap.7.v.1. *Reuelata eſt iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ:quia operati ſunt mendacium. c.7. n.270.p.92.*

11. *Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.c.7.n.58.p.21.*

Cap.12.v.3. *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum.c.8. n.306.p.208.*

4. *Flevit & rogauit eum.c.11.n.77.p.455.*

Ex Amos.

Cap.3 v.15. *Percutiam domum hyemalem cum domo æſtiua. c.7.n.275.p.94.*

Cap.6.v.13. *Numquid current? queunt in petris equi,aut arari poteſt in bubalis?quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium.c.8.n.97. p.141.*

Ex Iona.

Cap.1.v.3. *Inuenit nauem euntem Tharſis,& dedit naulum eius, & deſcendit in eam.c.7. num.130. p.43.*

4. *Timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum ſuum, & miſerunt vaſa quæ erant in naui*, &c. *c.9.n.284.p.308.*

6. *Quid tu ſopore deprimeris? ſurge invoca Deum tuum,ſi fortè recogitet Deus de nobis,& non peramus.c.9.n.388.p.341.*

10. *Cognouerunt viri, quod à facie Domini fugeret. c.14.n.148.p.625.*

11. *Tollite me,& mittite in mare,& ceſſabit mare à vobis: ſcio enim quoniam propter me.c.7. n.117. p.39.c.9.n.388.p.341.*

15. *Tulerunt Ionam,& miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo.c.7.n.143.p.47.*

Cap.2.v.3. *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum.c.14.n.131.p.621.*

11. *Et euomuit Ionam in aridam.c.8.n.137.p.154.*

Cap.3.v.10. *Vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt Deus ſuper malitiam,*&c.*c.10.n.157.p.418.*

Cap.4.v.1. *Afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt. c.14.n.131.p.621.*

v.5. *Egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra orientem ciuitatis, & fecit ſibimet umbraculum ibi.c.7.n.203. p.68.c.10. n.157. p.418.*

7. *Parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum,& percuſſit hederam,*&c.*c.7.n.203. p.68.*

9. *Dixit Dominus ad Ionam:Putaſne benè iraſceris tu ſuper hedera? Et dixit Bene iraſcor ego*, &c. *c.11.n.141.p.475.*

Ex Nahum.

Cap.1.v.12. *Leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis, & implenit præda ſpeluncas ſuas.c.9.n.86.p.248.*

Ex Aggæo.

Cap. 1. v. 6. *Qui mercedes congregauit,miſit eas in ſaccum pertuſum. c.14.n.124.p.619.*

9. *Dicit Dominus exercituum, quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinaſtis vnuſquiſque*, &c. *c.9. n.85. p.248.*

Ex Zacharia.

Cap. 1. v. 18. *Leuaui oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua, & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me,*&c. *c.9.n.70.p.244.*

Cap. 5. v. 6. *Hæc eſt amphora egrediens. Et dixit. Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra,* &c. *c.8. n.119. p.148.*

7. *Ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ, & dixit. c.9. n.178.p.276.*

9. *Ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas quaſi alas milui. c.12. n.9. p.505.*

11. *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur. c.9.n.179.p.276.*

16. *Ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret,*&c. *c.9. n.165. p.271.*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

27. *O pastor, & idolum derelinquens gregem. c.11. n.64.p.452.c.14.n.138.p.622.*

Ex Malachia.

Cap.1.v.7. *Offertis super altare meum panem polluium, & dicitis: In quo polluimus te? &c. c.13. n.99.p.573.*

Cap.2.v.5. *Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis & dedi ei timorē, & timuit me.c.11.n.147 p.477.*

Cap.3.v.6. *Ego Dominus & non mutor. c.10. n.136. p.412.*

Cap.4.v.2. *Orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, &c. cap.12. n.101.p.533.*

Ex I. Machabæorum.

Cap.5.v.67. *In die illa ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium.c.11.n.57.p.450.*

Cap.6.v.46. *Iuit sub pedes elephanti, & suppositi se ei, & occidit eum, & cecidit in terram, &c. c.14.n.222.p.646.*

Ex II. Machabæorum.

Cap.5.v.6. *Non parcebat in cede civibus suis. c.8. n.335.p.217.*

Cap.14.v.3. *Alcimus quidam, qui summus Sacerdos fuerat; sed voluntarie coinquinatus est temporibus, &c. c.9.n.353.p.330.*

EX NOVO TESTAMENTO

Ex Matthæo.

Cap.2.v.1. *Ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? c.7. n.91.p.31.*

2. *Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum.c.7. n.254.p.87.c.9 n.107. p.254. n.144.p.265.n.242.p.296. & n.343.p.327. c.10. n.19.p.375.n.69.p.391. & n.125.p.408.c.11. n.48. p.447. c.12. n.12. p.506. n.77. p.527. & n.117. p.537.c.13.n.70.p.562.*

3. *Audiens Herodes rex turbatus est, & omnis cum illo.c.7.n.91.p.31.c.9.n.90.p.249.c.12.n.12. p.506.c 13.n.70.p.562.c.14. n.56.p.599.*

4. *Congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas populi sc.ciabatur ab eis, ubi Christus nasceretur.c. 2.n.77.p.527.*

6. *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda. Ex te enim exiet dux, &c.c.9.n 360.p. 332.*

8. *Mittens illos in Bethlehem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inveneritis, &c. c.13.n.63.p.561 c.14.n.193.p.637.*

9. *Ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos usque dum veniens staret supra ubi erat puer. c.7.n.264.p.90.& n.273.p.93.c.13.n.113.p.577.*

11. *Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adoraverunt eum. c.13. n.48. p.556.*

12. *Responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.c.7.n.273.p.93.*

13. *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens surge & accipe puerum, &c.c.7.n.78 p.27. & n.102.p.34.c.8. n.54. p.126.c.9. n.440. p.358. c 10. n.187. p.428.c.11. n.76. p. 455. & n.122. p.470.c.12 n.17.p.507.*

16. *Occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius.c.8.n.50.p.125.*

Cap.3.v.7. *Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, &c. c.8.n.239.p.185.c.9. n.99.p.251. & n.102. p.252. c 14.n.206.p.641.*

8. *Facite fructum dignum pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham, &c. c.11.n.71.p.454.c.13.n.62.p.560.*

13. *Venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo: Ioannes autem prohibebat c.13.n.97.p.572.*

Cap.4.v.1. *Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, ut tentaretur à diabolo. c.9.n.404.p.346. c.12.n.17.p.507.c.14.n.20.p.587.*

6. *Mitte te deorsum: scriptum est enim, quia Angelis suis mandavit de te.c.9.n.213.p.287.*

10. *Tunc dicit ei Iesus: Vade Sathana.c.9.num.439. p.158.*

21. *Vidit duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in navi cum Zebedæo. &c.c.8. n.315.p.210.*

Cap.5.v.3. *Beati pauperes Spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.c.14.n.101.p.612.*

14. *Vos estis lux mundi: non potest civitas abscondi supra montem posita.c.10.n.16.p.375.c.12.n.116. p.537.c.14.n.85.p.607.*

15. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio; sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.c.14.n.199.p.639.*

25. *Esto consentiens adversario tuo citò, dum es in via cum eo, ne fortè tradat te adversarius iudici, c.10.n.47.p.384.*

Cap.6.v.2. *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, &c.c.9.n.48.p.237.*

Cap.8.v.6. *Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur.c.11.n.32.p.443.*

8. *Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. c.8.n.84.p.137.c.9.n.458.p.364.*

10. *Amen dico vobis non inveni tantam fidem in Israël. Dico autem vobis quòd multi ab oriente &c. c.9.n.194.p.281.c.11.n.70. p.454.*

19. *Sequar te quocumque ieris.c.14.n.100. p.612.*

20. *Vulpes foveas habent volucres & cæli nidos filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.c.8.n.310.p.209.c.14.n.100.p.612.*

21. *Alius de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primum ire, & sepelire patrem meum, c.8. n.67.p.131.c.11.n.194 p.492.*

26. *Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperavit ventis, &c.c.8.n.82.p.136.*

28. *Cum venisset transfretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia de monumentis exeuntes.c.9.n.294. p.305.*

29. *Clamaverunt dicentes: Quid nobis, & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos.c.8. n.55.p.127.n.74.p.133.& n.190.p.171.c.9.n.111. p.255.*

31. *Si eicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. c.8.n.74.p.143.*

Cap.9.v.11. *Pharisæi dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? c.8.n.72 p.132.*

24. *Nō est mortua puella; sed dormit.c.7.n 125.p.42.*

Cap.10.v.16. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.c.7.n.58.p.21.*

35. *Veni separare hominem adversus patrem suum, & filium adversus matrem suam, & murum adversus socrum suam.c.8.n.67.p.131.*

36. *Inimici hominis domestici eius c.7. n.307.*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Cap.11.v.3. *Tu es qui venturus es, an alium expectamus? c.8.n.154.p.159.*

Cap.12.v.20. *Arundinem quassatam non confringet. c.12.n.24.p.509.*

22. *Tunc oblatus est ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur, & videret. c.12.n.97.p.532.*

38. *Magister volumus à te signum videre. c.12.n.97. p.532.*

39. *Generatio mala & adultera signum quærit. c.12. n.97.p.532.*

44. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, &c. c.9.n.78.p.246.*

Cap.13.v.1. *Vobis datum est nosse mysteria regni cælorum; illis autem non est datum. c.11.num.173. p.485.*

27. *Cum crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & Zizania. c.11.n.110.p.466.*

28. *Vis imus, & colligimus ea? ibid.*

Cap.14. v.4. *Dicebat illi Ioannes non licet tibi habere eam. c.9.n.341.p.376.*

10. *Misit, & decollauit Ioannem in carcere, & allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ. c.11.n.199.p.143.*

14. *Misertus est eis, & curauit languidos eorum. c.8.n.114.p.146.*

15. *Desertus est locus, & hora iam præteriit: dimitte turbas, vt euntes in castella emant sibi escas. c.11. n.167.p.484.*

16. *Videntes eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes: Quia phantasma est. cap.11. n.114. p.467.*

20. *Manducauerunt omnes, & saturati sunt, & tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. c.11.n.167.p 484.*

22. *Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum transfretum, donec dimitteret turbas. c.9.n.447.p.360.*

27. *Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. cap.7. n.169.p.56.*

28. *Iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: Veni. c.7.n.27.p.10. c.9. n.45. p.364. c.14.n.18. p.586.*

29. *Descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam. c.7.n.27.p.10. & n.169.p.56. c.8.n.96. p.141. c.9.n.447.p.361.*

30. *Videns ventum validum timuit, & cum cæpisset mergi, clamauit. c.7.n.117.p.39. c.9. n.374. p.337. c.10.n. 152.p.417. c.14.n.18.p.586.*

Cap.15.v.22. *Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. c.8. n.88. p.138. c.10.n.172.p.423. c.11.n.34 p.443 & 116. p.468. n.158.p.481. c.13.n.32 p.551.*

26. *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. ibid.*

27. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. c.8.n.88.p.138. c.10.n.172.p.423. c.11. n.116.p.468.*

Cap.16.v.17. *Ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. c.9. n.191.p.280. c.10.n.11.p.373. c.12.n.103.p.533.*

Cap.17.v.1. *Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum. &c. c.9.n.131.p.261.*

2. *Resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. c.8.n.198. p.173. c.13.n.97.p.572.*

4. *Domine bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnum, Eliæ vnum. c.8.n.261.p.192. & n.110.p.209.*

5. *Ipsum audite. c.13.n.97.p.572.*

23. *Cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, &c. c.13.n.74.p.564.*

26. *Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius, &c. c.7.n.126.p.42. c.10.n.67.p.390. c.11. n.28. p.441. c.13.n.74.p.564.*

Cap.18.v.1. *Quis putas maior est in regno cælorum. c.7.n.255. p.87.*

25. *Iussit eum Dominus eius venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi, &c. c.10.n.160. p.420.*

26. *Procidens seruus ille orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi, &c. c.9. n.254.p.299.*

27. *Misertus Dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei. c.10.n.160 p.420.*

Cap.20.v.2. *Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurna, misit eos in vineam suam. c.14.n.33.p.591.*

11. *Accipientes murmurabant aduersus patrem familias, dicentes, &c. c.11.n.57. p.387.*

12. *Portauimus pondus diei & æstus. c.14. num.34. p.591.*

17. *Ascendens Iesus Ierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secreto, & ait illis, &c. c.8. n.263 p.193.*

21. *Dic vt sedeam hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. c.8. n.315.p.211. c.9.num.55. p.239. c.11.n.39.p.444. & n.117.p.468. c.14.n.91.p.609.*

22. *Nescitis quid petatis. Calicem quidem meum bibetis. c.10.n.62. p.389.*

23. *Sedere ad dexteram meam vel sinistram non est meum dare vobis; sed quibus paratum est à Patre meo. c.11.n.117.p.468. c.14.n.91. p.609.*

24. *Audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. c.9.n.435. p.236.*

Cap.21.v.2. *Misit duos discipulos dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis &c. c.9.n.331.p.323.*

19. *Nihil inuenit in ea nisi folia tantum, &c. c.9. n.177.p 275.*

28. *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit: Fili vade hodie operare in vinea mea, &c. c.10.n.183.p.426. c.14. n.33. p.590.*

40. *Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis. c.14.n.66.p.601.*

42. *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. c.10.n. 151.p.417.*

Cap.22.v.9. *Ite ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias. c.7.n.162. p.54.*

11. *Vidit ibi hominem vestitum veste nuptiali & ait illi: Amice quomodo huc intrasti, &c. c.12. n.68. p.524.*

13. *Mittite eum in tenebras exteriores. c.7. n.196. p.66. c.12.n.68.p.524.*

Cap.23.v.27. *Væ vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent, &c. c.9.n.69.p.243.*

Cap.25.v.2. *Quinque ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. c.11.n.161. p.452.*

4. *Prudentes accepernnt oleum in vasis suis cum lampadibus. c.14.n.126.p.622.*

8. *Fatuæ sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. c.14. n.230.p.648.*

9. *Respondernnt prudentes dicentes: Ne forte non sufficiat*

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

ſufficiat nobis & vobis : ite potius ad vendentes, &c. c.14. n.126.p.620.

15. *Vni dedit quinque talenta : alij autem duo alij verò vnum. c.12.n.54.p.519.*

18. *Qui vnum acceperat, abiens fodit in terrâ, & abſcondit pecuniam Domini ſui.c.9.n.337.p.325.*

20. *Domine quinque talenta tradidiſti mihi,ecce alia quinque ſuperlucratus ſum.c.12.n.54.p.519.*

24. *Scio quia homo durus es : metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens, &c. c.9.n.337.p.325 c.11.n.131.p.473.*

26. *Sciebas quia meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi : oportuit ergo te committere, &c.* ibid.

31. *Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo,tunc ſedebit, &c. c.11. n. 135.p.474.*

34. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. c. 14. n. 61. p.600.*

41. *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo,& Angelis eius.* ibid.

Cap. 26. v. 15. *Conſtituerunt ei triginta argenteos. c.12.n.17. p.507.*

21. *Amen dico vobis quia vnus veſtrum me traditurus eſt. c.7.n.128.p.42.*

22. *Contriſtati valde cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum Domine ? c.7.n.96.p.33.*

25. *Reſpondens autem Iudas,qui tradidit eum dixit: Numquid ego ſum Rabbi.* ibid.

36. *Sedete hîc,donec vadam illuc & orem. c.7.n.191. p.64.*

40. *Venit ad diſcipulos ſuos,& invenit eos dormientes,& dicit Petro : ſic non potuiſtis vna hora,&c. c.7.n.101.p.34.*

47. *Ecce Iudas vnus de duodecim venit,& cum eo turba multa cum gladiis & fuſtibus miſſi. c.14. n.189. p.636.*

51. *Ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu extendens manum exemit gladium ſuum,& percutiens,&c. c.8.n.213.p.177.*

55. *Tamquam ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos eram,&c. c.9.n.395.p.343.*

56. *Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt : Petrus autem ſequebatur eum à longè, &c. c.7. n.101. p.34.*

63. *Princeps Sacerdotum ait illi : Adiuro te per Deum vivum,vt dicas nobis,ſi tu es Chriſtus filius Dei vivi,&c. c.9.n.267 p.303.*

64. *Videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. c. 9. n.255.p.300.*

65. *Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens : Blaſphemauit : Quid adhuc egemus teſtibus ? c.9.n.64.p.242. & n.88.p.248.*

72. *Negauit cum iuramento,quia non noui hominem. c.10 n.152.p.417.*

Cap.27.v.3. *Tunc videns Iudas,qui eum tradidit, quod damnatus eſſet,pœnitentiâ ductus retulit triginta argenteos,&c. c.9.n.386.p.341.*

15. *Per diem ſolemnem conſueuerat Præſes populo dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent, &c. c.10.n.30.p.379.*

20. *Principes Sacerdotum & ſeniores perſuaſerunt populis,vt peterent Barabbam,Ieſum verò perderent. c.9.n.59.p.241.*

26. *Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium congreganerunt ad eum vniverſam cohortem,& c. c.9.n.329.p.322.*

29. *Plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius,& arundinem,&c. c.12.n.24.p.510.c.9. n.186 p.278.*

41. *Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei. c.8.n.266.p.194.*

45. *A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniverſam terram vſque ad horam nonam. c.11. n.50.p.448.*

60. *Poſuit illud in monumento ſuo novo, quod exciderat in petra. c.10.n.85.p.396.*

63. *Conuenerunt Principes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum dicentes: Domine, recordati ſumus quia ſeductor ille,&c. c.7.n.60.p.21.*

66. *Munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus. c.14.n.152.p.626.*

Cap. 28. v. 1. *Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum, & ecce terræmotus factus eſt magnus,&c. c.7.n.214.p.73.*

5. *Scio quod Ieſum, qui crucifixus eſt, quæritis : non eſt hîc : ſurrexit enim ſicut dixit,&c. c.13.n.82. p.566.*

6. *Venite & videte locum, vbi poſitus erat Dominus,&c. c.10.n.89.p.396.*

9. *Illæ acceſſerunt,& tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum. c.13.n.82.p.566.*

18. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra. c.8.n.201.p.173.*

20. *Ecce terræmotus factus eſt magnus : Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, &c. c.7.n.136.p.45.c.11. n.146. p.477.& n.186 p.489 c.12.n.118.p.538.*

Ex Marco.

Cap.1. v. 6. *Erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & Zone pellicea circa lumbos eius, & mel ſylueſtre edebat. c.7.n.66.p.23.*

21. *Ingreſſus in Synagogam docebat eos. c.7. n. 305. p.104.*

23. *Erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu immundo,& exclamauit dicens : Quid nobis & tibi, &c.* ibid.

24. *Scio quis ſis Sanctus Dei. c.7.n.294.p.100.*

25. *Obmutesce, & exi de homine.* ibid.

Cap.4. v.37. *Facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. c.7.n.53.p.19.*

38. *Erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens. c.7. n.42.p.35.n.53.p.19.c.9.n.412.p.348.*

39. *Tace,obmutesce. c.8.n.82 p.136.*

Cap.5. v.2. *Exeunti ei de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo,qui domicilium habebat. c.7.n.198.p.66.& n.225.p.77.*

3. *Domicilium habebat in monumentis. c.7. n. 279. p.95.c.8.n.236.p.184.*

5. *Semper die ac nocte in monumentis,& in montibus erat clamans,& concidens ſe lapidibus.* ibid.

6. *Videns autem Ieſum à longè cucurrit,& adorauit eum, & clamans voce magna dixit, &c. c. 7. n. 194.p.65.c.9.n.111.p.255.c.14.n.187.p.635.*

7. *Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas. c.8.n.90. p.139. & n.346.p.220.c.10.n.146.p.415.c.12.n.15.p.507. & n.19.p.508.c.14.n.71.p.603.& n.225.p.646.*

9. *Quod tibi nomen eſt. Et dicit ei : Legio mihi nomen eſt,quia multi ſumus.c.14. n.225.p.646.*

10. *Deprecabatur eum multùm,ne ſe expelleret extra regionem c.8.n.341.p.219.*

12. *Mitte nos in porcos. c.8.n.317.p.211.*

13. *Exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos,*

Digitized by Google

& magno impetu grex precipitatus est in mare. c.14.n.71. p.603.

30. *Non est mortua puella; sed dormit. c.7.n.230. p.78.*

42. *Confestim surrexit puella, & ambulabat. c.7. n.164.p.55.*

Cap. 6. v. 18. *Non licet tibi habere uxorem fratris tui. c.9.n.262.p.202.*

21. *Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & tribunis,& primis Galilææ. c.9.n.266.p.303.*

26. *Contristatus est Rex propter iusurandum, & propter simul discumbentes noluit,& c.c.9.n.249. p.298.*

Cap.8. v.2. *Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent. c.8.n.114.p.146.*

6. *Accipiens septem panes gratias agens fregit,& c. c.8.n.271.p.196.& n.274.p.197.*

7. *Et habebant pisciculos paucos, & ipsos benedixit.* ibid.

Cap.9. v.16. *Respondens unus de turba dixit: Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum,& c.c.9.n.293.p.311.& n.308.p.316.*

20. *Quantum temporis est, ex quo, ei hoc accidit? Ab infantia, & frequenter eum in ignem, & c. c.14 n.183.p.634.*

22. *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. c.14.n.109. p.614.*

25. *Exclamans,& multum discerpens eum exiit ab eo.* ibid.

Cap. 11. v. 20. *Viderunt ficulneam aridam factam a radicibus. c.9.n.177.p.275.*

Cap. 15. v. 25. *Erat hora tertia, & crucifixerunt eum,& erat titulus causæ eius inscriptus Rex Iudæorum,& c. c.8.n.194. p.172.*

Cap.16.v.5. *Viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida. c.13.n.82.p.566.*

Ex Luca.

Cap.1.v.5.*Fuit in diebus Herodis Regis Iudææ Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & uxor illius,& c. c.10.n.41.p.182.& n.52.p.386.*

8. *Factum est cum Sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum secundum consuetudinem Sacerdotii,& c. c.13.n.33. p.551.*

18. *Dixit Zacharias ad Angelum: unde hoc sciam? c.13.n.112.p.576.*

31. *Ecce concipies,& paries filium. c.13.n.65.p.565.*

59. *Vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius dixit: Nequaquam, & c. c.8.n.66.p.130.*

65. *Factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia, & c. c.13.n.68.p.562.*

Cap.2.v.5. *Factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cœlum, pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usque Bethlehem,& c.c.13.n.113.p.577.*

16. *Inuenerunt Mariam,& Ioseph,& infantem positum in præsepio. c.13.n.48.p.557.*

17. *Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit,& reclinauit eum in præsepio, & c. c.8.n.176.p.166.c.10.n.105.p.403.*

34. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum,& c. c.14. n.77.p.605.*

46. *Post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos,& c.c.13. n.69.p.562.*

Cap. 3. v.1. *Procurante Pontio Pilato Iudæam, Ierarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius,& c c.8.n.293.p.204.*

2. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto,& venit in omnem regionem,& c. c.11.n.58.p.450.c.13.n.121.p.579.*

Cap.4. v.22. *Nonne hic est filius Ioseph? c.11.n.34. p.443.*

23. *Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum: Quanta audiuimus facta in Capharnaum,& c. c.10.n.59.p.388.*

38. *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus. c.12. n.112.p.536.*

Cap.5. v.4. *Laxate retia vestra in capturam. c.14. n.118.p.617.*

5. *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.* ibid.

6. *Cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam: rumpebatur autem rete eorum. c.8.n.214. p.178.c.14.n.118.p.617.*

8. *Exi a me, quia homo peccator sum Domine: stupor enim circumdederat eum,& c.c.8.n.85.p.137. c.9.n.191.p.280.& n.195.p.281.*

Cap.7. v.16. *Propheta magnus surrexit in nobis. c.7.n.164.p.55.*

Cap.8.v.7. *Aliud cecidit inter spinas,& simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. c.14.n.205.p 641.*

24. *Increpauit uentum & tempestatem aquæ & cessauit, & facta est tranquillitas. c. 10. n. 165. p.421.*

Cap. 9. v. 23. *Qui uult uenire post me, abneget semetipsum.c.12.n.72.p.525.*

30. *Ecce duo viri loquebantur cum illo. erant autem Moyses & Elias visi in maiestate. c. 9. n. 154. p.268.*

33. *Ait Petrus ad Iesum: Præceptor bonum est nos hic esse,& faciamus tria tabernacula. c 10.n.66. p.390.c.14.n.49.p.596.*

35. *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. c.9. n 154.p.268.*

53. *Non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem. c.7.n.147.p.49.*

59. *Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. c.7.n.165.p.55.*

Cap. 10. v. 17. *Reuersi sunt septuaginta duo cum gaudio dicentes: Domine, etiam dæmonia subiciuntur nobis, & c. c.9. n.428.p.354.c.11.n.190. p.491.*

18. *Videbam Sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi,& c.c.7. n.194.p.65.c.9.n.428.p.354.c.11.n.190.p.491.*

19. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. c.9.n.443.p.359.*

30. *Homo quidam descendebat ab Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum,& c. c.9 n 272.p.305.c.10.n.64.p.389.*

Cap.11.v.8. *Si ille perseuerauerit pulsans, dico vobis etsi non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit. c.10.n.138.p.413.*

14. *Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus. c.9. n.78.p.246.c.10.n.106.p.403.& n.161.p.420.*

25. *Cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam & ornatam. c 10.n.97.p.400.*

26. *Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. c.10. n.106.p.403.& n.161.p.420.c.14.n.223.p.646.*

Cap. 12. v. 8. *Ille seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui,& non se præparauit, & non fecit,& c. c.8.n.160.p.161.*

18. *Destruam horrea mea,& maiora faciam,& illuc congregabo*

congregabo omnia quæ nata ſunt mihi. c.9.n.349. p.329.
37. Præcinget ſe,& faciet illos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis. c.9.n.155.p.268.
45. Quod ſi dixerit ſervus ille in corde ſuo. Moram facit Dominus meus venire,&c.c.8.n.299.p.206.
Cap.13. v.6. Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea ſua, & venit quærens fructum, &c. c 8.n.313.p.210.
7. Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio. c.9. n.177. p.275.
13. Impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. c.11.n.84.p.457.
14. Reſpondens archiſynagogus indignans,quia Sabbatho curaſſet Ieſus dicebat,&c.c.11.n.84.p.458.
Cap. 14. v. 7. Dicebat ad invitatos parabolam intendens quomodò primos accubitus eligerent, dicens ad illos,&c. c.9.n.196.p.281.
9. Da huic locum: & tunc incipias cum rubore noviſſimum locum tenere. c.7.n.196.p.66.
10. Cum vocatus fueris, vade recumbe in noviſſimo loco. c.7.n.127.p.42.
23. Compelle intrare, ut impleatur domus mea: dico enim vobis quòd nemo virorum illorum, &c. c.14.n.199.p.639.
Cap.15.v.4.Vadit ad illam,quæ perierat,donec inveniat eam,& cùm invenerit eam,imponit in humeros ſuos gaudens. c.9.n.158.p.269.c.10. n.12. p.373.c.11.n.175.p.486.c.14.n.17.p.586.
12. Da mihi portionem ſubſtantiæ,quæ me contingit. c.8.n.77.p.34.c.11.n.178.p.487.
13. Diſſipavit ſubſtantiam ſuam vivendo luxuriosè. c.8.n.319.p.212.
15. Adhæſit uni civium regionis illius,& miſit illum in villam ſuam, ut paſceret porcos. c.9. n.77. p. 246.& n.277.p.307.c.11.n.106.p.465. c.13.n.12. p.546.
17. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo. c. 9. n.139.p.264.c.11.n.87.p.459.c.14.n.79.p.605.
18. Pater non ſum dignus vocari filius tuus.Fac me ſicut unum de mercenariis tuis.c.10.n.179.p.425.
20. Surgens venit ad patrem ſuum. c.11. n. 175. p. 486.
22.Proferte ſtolam primam,& induite illum,& date annulum in manum eius,&c. c.7.n.245.p.84.c.9. n.72. p. 244. c.10. n.89.p.398.& c.13. n.100. p.573.
25. Erat filius eius ſenior in agro. c.7.n.99.p.33.c.8. n.40.p.122.& n.92.p.139.
28. Indignatus eſt, & nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum. c.8.n.80.p.136. c.9. n.243. p.296. c.11. n.19. p. 442.& n. 40. p.444.
29. Ecce tot annis ſervio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi,&c.c.10.n.56.p.387.& n.156. p. 418.
Cap. 16. v.2. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicari. c.8.n.125.p.150.
19. Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè. c.8.n.27.p.119.
24. Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti ſui in aquam, & refrigeret linguam meam, &c. c.8.n.52.p.126.c.9.n.52.p.238.n.303.p.314.n.392. p.343.& n.464. p.366.c.13.n.18.p.547.& n.54. p.558.c.14.n.133.p.621.
27. Rogo te pater, ut mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, &c. c.8. n.47. p.124.
Cap.17. v.3. Attendite vobis. c.8.n.86.p.137.
Cap.19. v.1. Ingreſſus perambulabat Iericho. c.13. n.59.p.560.
2. Ecce vir nomine Zachæus, & hic Princeps erat publicanorum, & ipſe dives, & quærebat videre Ieſum,&c.c.14.n.134.p.621.
3. Quærebat videre Ieſum quis eſſet, & non poterat præturba,quia ſtatura puſillus erat,&c.c.9.n.347. p.328.c.14.n.155.p.627.
4. Et præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, ut videret eum. c.8.n.314.p.210. c.9.n.42.p.235. & n.444.p.360.c.14.n.150.p.626.
7. Cùm viderent omnes, murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem diverſiſſet. c. 14. n.156.p.627.
14. Cives eius oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum dicentes,&c.c.9.n.254.p.299.
20. Ecce mina tua, quam habui repoſitam in ſudario: timui enim te: quia homo auſterus es, &c. c.11.n.143.p.476.
41.Videns civitatem flevit ſuper illam. c.14.n.135. p.621.
43. Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te undique, & ad terram proſternent te. c.10.n.111.p.405.
54. Domine, vis dicimus,ut ignis deſcendat de cœlo, & conſumat illos? c.10.n.164.p.421.
Cap. 22. v. 18. Accipite,& dividite inter vos. c.7. n.210.p.71.
49. Videntes autem hi, qui circa ipſum erant quod futurum erat,dixerunt ei: Domine ſi percutimus, &c. c.9.n.457.p.364.
50. Percuſſit unus ex illis ſervum Principis Sacerdotum, & amputavit auriculam eius dexteram. c.8.n.182.p.168.
51. Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite uſque huc,& cùm tetigiſſet auriculam eius ſanavit eum.ibid.
59. Quidam affirmabat dicens: Verè & hic cum illo erat: nam Galilæus eſt,&c. c.12.n.72.p.525.
Cap.23. v. 14. Obtuliſtis mihi hunc hominem quaſi avertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam cauſam invenio. c. 9. n. 321. p. 320.
25. Ieſum tradidit voluntati eorum. c. 9. n. 469. p.367.
34. Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt. c.9.n.235.p.194.
39. Unus de his qui pendebant, latronibus blaſphemabat eum dicens: ſi tu es Chriſtus, ſalvum fac temetipſum,&c. c.12.n.85.p.529.
51. Cùm tetigiſſet auriculam eius,ſanavit eum.c.12. n.106 p.534.
Cap.24.v.30. Dum recumberet cum eis,accepit panem & benedixit,ac fregit,& porrigebat illis. Et aperti ſunt,&c. c.7.n.210.p.71.
37. Conturbati verò & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre.c 9.n.40.p.235.
39. Videte manus meas,& pedes meos, quia ego ipſe ſum.c.9.n.192.p.280.

Ex Ioanne.

Cap. 1. v. 27. Non ſum dignus,ut ſolvam corrigiam calceamenti. c.9.n.133.p.161.
41. Adduxit eum ad Ieſum. cap. 10. num. 11. p.373.
Cap.2.v.3. Deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum vinum non habent. c.9.n.319.p.319.

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

9. *Guſtauit architriclinus aquam vinum factam. c. 8. n. 97 p. 141.*

15. *Cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo. c. 9. n. 228. p. 292.*

18. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. c. 14. n. 86 p. 608.*

Cap. 4. v. 29. *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunque feci. c. 10. n. 164. p. 421.*

47. *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum: hic cum audiſſet quia Ieſus, &c. c. 9. n. 194. p. 281. & c. 10. n. 164. p. 241.*

Cap. 6. v. 1. *Poſt hæc abiit Ieſus trans mare Galilææ, quod eſt Tiberiadis. c. 12. n. 28. p. 511.*

11. *Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. c. 7. n. 79. p. 27.*

14. *Dicebat, quia hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum. c. 8. n. 153. p. 159.*

15. *Ieſus ergo cum cognouiſſet, quia venturi eſſent, ut raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum, & c. c. 8. n. 254. p. 190. & n. 263. p. 193.*

57. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo. c. 8. n. 346. p. 220.*

Cap. 7. v. 5. *Si hæc facis, manifeſta te ipſum mundo: nec enim fratres eius credebant in eum. c. 11. n. 32. p. 443.*

Cap. 8. v. 46. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi. c. 9. n. 120. p. 258.*

48. *Samaritanus es tu, & dæmonium habes. c. 9. n. 226. p. 291.*

59. *Tulerunt lapides, ut iacerent in eum. c. 9. n. 120. p. 258. n. 226. p. 291. & n. 398. p. 344.*

Cap. 9. v. 7. *Interpretatur Miſſus. c. 9. n. 217. p. 288.*

16. *Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. c. 9. n. 295. p. 312.*

17. *Numquid & vos vultis diſcipuli eius fieri. c. 9. n. 289. p. 310.*

Cap. 10. v. 12. *Mercenarius videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. c. 7. n. 176. p. 59.*

Cap. 11. v. 3. *Ecce quem amas, infirmatur. c. 10. n. 173. p. 414.*

4. *Infirmitas hæc non eſt ad mortem; ſed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eam. ibid.*

8. *Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? c. 12. n. 38. p. 514.*

21. *Domine ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. c. 12. n. 20. p. 508. & n. 38. p. 514. c. 13. n. 37. p. 553.*

25. *Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit, in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet & omnis, & c. c. 14. n. 153. p. 626.*

33. *Vbi vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & c. c. 14. n. 57. p. 599.*

34. *Vbi poſuiſtis eum? c. 12. n. 20. p. 508. c. 13. n. 34. p. 552.*

39. *Iam fœtet: quatriduanus eſt enim. c. 7. n. 230. p. 78.*

43. *Lazare veni foras. c. 8. n. 68. p. 131.*

44. *Prodiit, qui fuerat mortuus ligatis pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata, & c. c. 7. n. 125. p. 42.*

47. *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & c. c. 8. n. 110. p. 145. c. 9. n. 64. p. 242.*

Cap. 12. v. 6. *Fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat. c. 13. n. 93. p. 570.*

Cap. 13. v. 2. *Cùm diabolus iam miſiſſet in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Iſcariota, & c. c. 9. n. 440. p. 358.*

14. *Si ergo ego laui pedes veſtros Dominus, & magiſter, & vos debetis alter alterius lauare pedes, & c. c. 7. n. 276. p. 94.*

Cap. 14. v. 6. *Ego ſum via, veritas, & vita. c. 8. n. 149. p. 158.*

Cap. 15. v. 1. *Ego ſum vitis vera, & pater meus agricola eſt: omnem palmitem in me non ferentem fructum, & c. c. 7. n. 145. p. 48. c. 8. n. 46. p. 124. & n 265. p. 194.*

Cap. 18. v. 4. *Ieſus itaque ſciens omnia, quæ uentura erant ſuper eum proceſſit, & dixit eis, & c. c. 9. n. 398. p. 344.*

10. *Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. c. 9. n. 228. p. 292.*

34. *Dixit ei: Tu ei Rex Iudæorum? c. 7. n. 299. p. 102.*

38. *Quid eſt veritas? Ego nullam inuenio in eo cauſam. c. 9. n. 434. p. 356.*

Cap. 19. v. 7. *Ego non inuenio in eo cauſam. Reſponderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, & c. c. 11. n. 82. p. 457.*

12. *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe Regem facit, contradicit Cæſari. c. 9. n. 434. p. 356.*

15. *Ecce Rex veſter. c. 10. n. 111. p. 404.*

23. *Acceperunt veſtimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem. c. 8. n. 293. p. 204.*

31. *Iudæi ergo, quoniam paraſceue erat, ut non remanerent in cruce corpora Sabbatho, & c. c. 8. n. 237. p. 185.*

Cap. 20. v. 12. *Vidit duos Angelos in albis ſedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes. c. 12. n. 118. p. 538.*

15. *Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam. c. 11. n. 155. p. 480.*

Cap. 21. v. 3. *Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. c. 7. n. 88. p. 30.*

5. *Pueri numquid pulmentarium habetis? c. 7. n. 190. p. 63. c. 8. n. 217. p. 179.*

6. *Non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. c. 7. n. 274. p. 93.*

7. *Simon Petrus cum audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe, erat enim nudus & miſit ſe in mare, & c. c. 7. n. 88. p. 30. c. 11. n. 174. p. 486. c. 12. n. 103. p. 534.*

9. *Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem. c. 7. n. 274. p. 93.*

10. *Afferte de piſcibus, quos prendiſtis nunc. c. 8. n. 214. p. 177. c. 9. n. 411. p. 348.*

12. *Nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes quia Dominus eſt. c. 14. n. 200. p. 639.*

15. *Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine tu ſcis quia amo te, & c. c. 7. n. 33. p. 12. & n. 126. p. 42. c. 9. n. 45. p. 236.*

17. *Paſce oues meas. c. 9. n. 45. p. 236. & n. 55. p. 239. c. 11. n. 66. p. 453.*

18. *Alius te cinget, & ducet quò tu non vis? c. 12. n. 72. p. 525.*

20. *Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem. c. 10. n. 63. p. 389.*

Ex Actibus Apoſtolorum.

Cap. 1. v. 10. *Cùm intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, & c. c. 11. n. 146. p. 477.*

Cap.

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Cap. 3. v. 4. *Respice in nos. c. 11. n. 27. p. 441. c. 13. n. 15. p. 547.*

6. *Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula. c. 11. n. 27. p. 441. c. 13. n. 94. p. 571.*

7. *Apprehensa manu eius dextera alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ. c. 11. n. 103. p. 534.*

12 *Viri Israëlitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute, aut potestate, &c. c. 13 n. 94. p. 571.*

Cap. 7. v. 25. *Existimabat intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis. c. 10. n. 49. p. 385.*

Cap. 9. v. 1. *Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini accessit ad Principem Sacerdotum, &c. c. 11. n. 86. p. 458. c. 14. n. 130. p. 621.*

4. *Saule, Saule, quid me persequeris? c. 9. n. 235. p. 294.*

Cap. 19. v. 24. *Demetrius quidam nomine argentarius faciens ædes argenteas Dianæ præstabat artificibus, &c. c. 9. n. 334. p. 324.*

29. *Impleta est ciuitas confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum rapto Gaio, &c. c. 11. n. 80. p. 456.*

Cap. 20. v. 28. *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. c. 13. n. 114. p. 577.*

Ex Epistola ad Romanos.

Cap. 6. v. 21. *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis; nam finis illorum mors est, &c. c. 11. n. 103. p. 464.*

Cap. 7. v. 23. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, &c. c. 9. n. 402. p. 347.*

Cap. 13. v. 1. *Non est potestas nisi à Deo; quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. c. 8. n. 252. p. 190.*

Ex I. Ad Corinthios.

Cap. 1. v. 9. *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi. c. 10. n. 74. p. 392.*

Cap. 3. v. 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. c. 9. n. 95. p. 250.*

Cap. 4. v. 3. *Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. c. 11. n. 195. p. 492.*

12. *Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus. c. 9. n. 73. p. 245.*

13. *Tamquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc. c. 11. n. 195. p. 492.*

Cap. 7. v. 15. *Si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi, &c. c. 14. n. 38. p. 592.*

39. *Cui vult nubat, tantùm in Domino. c. 14. n. 27. p. 589.*

Cap. 9. v. 22. *Omnibus omnia factus sum, vt omnes facerem saluos. c. 13. n. 95. p. 571.*

25. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem, &c. c. 11. n. 220. p. 500.*

Cap. 10. v. 4. *Bibebant de spiritali consequente eos petra. c. 10. n. 151. p. 417. c. 14. n. 123. p. 619.*

Cap. 11. v. 10. *Debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos. c. 13. n. 77. p. 565.*

Cap. 12. v. 31. *Æmulamini charismata meliora; & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro. c. 10. n. 100. p. 401.*

Cap. 13. v. 4. *Charitas patiens est, benigna est. c. 14. n. 136. p. 622.*

5. *Charitas non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt. c. 9. n. 152. p. 267.*

Ex II. Ad Corinthios.

Cap. 3. v. 14. *Vsque in hodiernum diem in ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, &c. c. 11. n. 129. p. 478.*

Cap. 4. v. 6. *Dixit de tenebris lucem splendescere. c. 11. n. 40. p. 448.*

Cap. 5. v. 14. *Charitas Christi vrget nos. c. 14. n. 163. p. 629.*

Ad Galatas.

Cap. 3. v. 1. *O insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati: ante quorum oculos Iesus Christus, &c. c. 10. n. 99. p. 401.*

Cap. 4. v. 19. *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. c. 14. n. 142.*

Cap. 5. v. 14. *Per charitatem Spiritus seruite inuicem: omnis enim lex in vno sermone impletur, &c. c. 9. n. 245. p. 297.*

Cap. 6. v. 14. *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. c. 14. n. 142. p. 623.*

Ad Ephesios.

Cap. 5. v. 14. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. c. 7. n. 287. p. 98.*

Ad Philippenses.

Cap. 4. v. 13. *Omnia possum in eo, qui me confortat. c. 14. n. 92. p. 609.*

Ad Thessalonicenses.

Cap. 5. v. 2. *Ipsi diligenter satis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: cum enim dixerint, &c. c. 7. n. 207. p. 70.*

Ex I. Ad Timotheum.

Cap. 1. v. 3. *Sicut rogaui te, vt remaneres Ephesi, cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam, &c. c. 12. n. 63. p. 522.*

Cap. 2. v. 14. *Mulier seducta in prævaricatione fuit. c. 13. n. 55. p. 559.*

Ex II. Ad Timotheum.

Cap. 3. v. 12. *Omnes qui piè viuere volunt in Christo persecutionem patientur. c. 9. n. 400. p. 345.*

v. 13. *Mali homines & seductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes, &c. c. 11. n. 148. p. 477.*

Ad Hebræos.

Cap. 6. v. 17. *Abundantius volens Deus ostendere pollicitationes hæredibus immobilitatem consilij sui, &c. c. 14. n. 220. p. 645.*

3. *Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia. c. 7. n. 129. p. 43. c. 10. n. 74. p. 393.*

24. *Fide Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens, & c. c. 10. n. 32. p. 380.*

Ex

Index Locorum Sacræ Scripturæ.

Ex Epistola Iacobi.

v. 3. *Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam, &c. c.12.n.90.p.530.*

9. *Cùm Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, &c. c. 12. n.26. p.510.*

Ex Epistola Iudæ.

vers. 9. *Cùm Michaël Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore. c.7. n. 62.p.22.*

Ex Apocalypsi.

Cap. 1. v. 15. *Pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. c.7.n.258.p.88.& n.298.p.102.*

16. *De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. c.7.n.104.p.35.& n.298.p.102.*

17. *Cùm vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. c.7.n.303.p.103.*

Cap. 3. v.16. *Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. c. 7. n.144.p.48.*

Cap. 4. v. 5. *Septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem Spiritus Dei. c.7. n. 268. p.92.*

Cap. 5. v. 5. *Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & soluere septem signacula, &c. c.8.n.140. p.155. c.9.n.166.p.272. c.10.n.24.p.377.& n.34.p.380.*

6. *Ecce in medio throni,& quatuor animalium,& in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum.c.9.n.166.p.272.c.10.n.24.p.377.*

7. *Venit,& accepit de dextera sedentis in throno librum.c.9.n.156.p.269.& n.164.p.271.*

9. *Redemisti nos Deo in sanguine tuo. c. 9. n. 164. p.271.*

12. *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam. c.10. n. 24. p.377.*

Cap.6. v.2. *Ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit,&c. c.11.n.65 p.453. & n.101.p.463.c.12. n.102. p.533.*

Cap.7.v.3. *Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis habentem signum Dei viui. c.9. n.328. p.322.*

Cap.12. v.1. *Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta Sole,& Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona, &c. c.7.n.258.p.88. & n.303. p.103.c.9.n.118.p.257.c.11. n.20.p.439. & n. 152. p. 479.*

2. *In vtero habens clamabat parturiens. c.9.n.108. p.254.*

3. *Ecce draco magnus rufus habens capita septem & cornua decem, & in capitibus eius diademata septem. c.9.n.60.p.241.*

4. *Draco stetit ante mulierem,quæ erat paritura, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. c.9. n.118. p.257. & n. 397. p. 344. c.12. n.46. p.517. c.14. & n.226.p.647.*

5. *Peperit filium masculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea,& raptus est,&c.c.9.n.136. p.262.n.123 p.490.c.10.n.189. p. 428.c.11.n.152. p.479.& n.172.p.485.& n.207.p.496.*

6. *Mulier fugit in solitudinem.c.14.n.19.p.586.*

7. *Factum est prælium magnum in cœlo, Michaël & Angeli eius præliabantur cum dracone, &c. c.7. n.62.p.22.c.8.n.284.p.201.c.9.n.135.p.262. & n. 438.p.357.c 10.n.197.p.431.c.12.n.26.p.510.*

9. *Proiectus est draco ille magnus serpens antiquus. c.9.n.186.p.359 c.10.n.186.p.428.*

13. *Persecutus est mulierem,quæ peperit masculum. c.10.n.189.p.428.& n.197.p.431.*

14. *Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum. c.10. n.197. p.431.c.13.n.120.p.579.c.14.n.19.p.586.& n.226. p.647.*

17. *Væ terræ & mari,quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam. c.14.n.70.p.603.*

Cap.17.v.1. *Habens populum aureum in manu sua. c.11.n.36.p.444.*

2. *Ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas.c.8.n.96.p.141.*

9. *Septem capita septem montes sunt,super quos mulier sedet,& Reges septem sunt, quinque ceciderunt,&c. c.9.n.239.p.295.*

LIBER

Digitized by Google

LIBER IVDICVM.

CAPVT SEPTIMVM.

VERS. 1.

GITVR Ierobáal, qui eſt Gedeon, de nocte conſurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem, qui vocatur Harad. Erant autem caſtra Madian in valle ad Septemtrionalem plagam collis excelſi. 2. Dixítque Dominus ad Gedeon: Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Iſraël, & dicat; Meis viribus liberatus ſum. 3. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidoloſus, & timidus eſt, reuertatur. Receſſerúntque de monte Galáad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanſerunt. 4. Dixítque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus eſt, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi, vt tecum vadat, ipſe pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. 5. Cúmque deſcendiſſet populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum, qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. 6. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiiciente lambuerant aquas, trecenti viri, omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. 7. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum. 8. Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua, & ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. Caſtra autem Madian erant ſubter in valle. 9. Eadem nocte dixit Dominus ad eum: ſurge, & deſcende in caſtra, quia tradidi eos in manu tua. 10. Sin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus. 11. Et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendens. Deſcendit ergo ipſe, & Phara puer eius in partem caſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ. 12. Madian autem, & Amalec, & omnes Orientales populi fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo; cameli quoque innumerabiles erant, ſicut arena, quæ iacet in littore maris. 13. Cúmque veniſſet Gedeon, narrabat aliquis ſomnium proximo ſuo, & in hunc modum referebat, quod viderat: vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere: cúmque peruenisſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terræ funditus coæquauit. 14. Reſpondit is, cui loquebatur: Non eſt hoc aliud, niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraëlitæ: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius. 15. Cúmque audiſſet Gedeon ſomnium, & interpretationem eius, adorauit, & reuerſus eſt ad caſtra Iſraël, & ait: ſurgite, tradidit enim Dominus in manus noſtra caſtra Madian. 16. Diuiſitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenáſque vacuas ac lampades in medio lagenarum, 17. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero, ſectamini. 18. Quando perſonuerit tuba in manu mea, vos quoque per caſtrorum circuitum clangite, & conclamate

clamate, Domino, & Gedeoni. 19. Ingreſſúſque eſt Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo, in partem caſtrorum incipientibus vigiliis noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas. 20. Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque: Gladius Domini, & Gedeonis. 21. ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulantéſque fugerunt. 22. & nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. Immiſitque Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant. 23. Fugientes vſque ad Beth-ſeta, & crepidinem Abel-mehula in Tabbath. Conclamantes autem viri Iſraël de Nephthali, & Aſſer, & omni Manaſſe, perſequebantur Madian. 24. Miſitque Gedeon nuncios in omnem montem Ephraim dicens: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Bethbera atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanem vſque Bethbera. 25. Apprehenſóſque duos viros Madian Oreb, & Zeb, interfecit Oreb in Petra Oreb; Zeb verò in torculari Zeb. Et perſecuti ſunt Madian, in capita Oreb, & Zeb, portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

§ I.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 1. Igitur Ierobáal, qui & Gedeon, de nocte conſurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem, qui vocatur Harad. Erant autem caſtra Madian in valle ad Septemtrionalem plagam collis excelſi.

1 EXPSO iam luco, contritis idolis, réque diuina titè peracta, is ardor inimicos debellandi, & antiquam gloriam recuperandi poſſedit populum, vt quàm plures Gedeoni tot cæleſtibus ſignis à Deo electo, & bellum felicibus omnibus auſpicato dare vltro nomina geſtiuerint; vnde quàm citò Imperator copioſam adeo manum adlegit, vt ad triginta duo millia attingeret: ſtipatus igitur copiis matutandum cenſuit, ne, dum moras trahit, tempus hoſtibus concedatur ad penitiùs Gedeonis agnoſcendum animum, & ad validius, grandiúſque ſibi comparandum ſubſidium. Toſtatus q. 1. quinque ſolùm dies inſumpſiſſe Abulenſ. exiſtimat: *Videtur quòd quarto vel quinto die ipſe inierit ad bellum.* Non diſplicet Toſtati coniectura. Ergo auroram anteuertens in campum prodiit. Repetere poſſet Athalaricus de Gedeone, quod Caſſiod. S. v. 10. aiebat de ſtrenuo viro: *Ad inuenienda ſubtilis, ad implenda robuſtus, ad celanda cautiſſimus.* Noctem elegit, quò tenebrarum patrocinio ſecurius poſſet accedere, nec ab hoſtibus impediri: Marium ſecutus eſt, qui Cymbros impetiturus, vt nebuloſum nactus eſt diem, hoſti inopinatus occurrit: ſubitaneus namque aduentus vel prudentiam aduerſariorum conturbat, & non ſemel ipſa improuidentia improuidos armorum loco debellat. Septuaginta interpretes ſic habent: *Et diluculo ſurrexit Ierobáal.* Septuag. Hebræus de tempore tacet: ſic enim habet: *Surrexit autem Ierubáal:* Chaldæus: *Et* Hebraica. Chaldæa. *anticipauit Ierubaghal.* Itaque nec profundâ ſurrexit nocte, nec claro die; ſed, vt videtur, eo tempore, quo aurora iam teneris, & anguſtis luminibus proditur. Ducem, ait textus, ſurrexiſſe, vt conſtet cæteros non minùs exemplo obarmaſſe, quàm hortatu. Ergo totus populus ſecutus eſt præeuntem, quem iam ſacrum ſortitum nomen ob idololatriam expunctam cognouerant, & optimo auſpicio hoſtes debellaturum credebant. *Cœpta eſt res*, inquit Arias Montanus, *felicis nominis, ac tituli auctoritate, nempe Ierubaghal, eius, inquam viri, qui Baghalis poteſtatem nuper expugnauerat, irritámque reddiderat, vanumque Numinis illius ex ſuorum animis metum, & cultum ademerat.* Ipſum Ducis nomen prodebat de olim adorato Numine reportaſſe triumphos, vt milites animo erigerentur audaci, arbitrati facilius debellaturum fore aduerſarios, qui ſic expugnarat Deos. Ergo venit ad fontem, qui vocatur *Harad.* Abulenſis putat milites ibi aliquantulum animos recreaſſe, cibóſque ſumpſiſſe. In Hebræo pro *Harad* eſt *Charon*, quod interpretatur *Fons terroris*, ab aliquo forte euentu, antiquis namque mos erat nomine præterita deſignare, aut futura præſagire. Certè ipſe fons, dum milites animos recreat, hoſtibus excidium prænuntiat: nam vt miles ieiunus, & incibatus eſt hoſtium præda, ita cibatus eſſe ſolet certa ruina. Ieiunus ille, qui è caſtris Madian in manus Dauid peruenit, & victoriam illi tradidit: 1. Reg. 30. *Reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: non* verſ. 12. *enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus.* Madianitas eo tempore in valle ſatis ampla deliciosáque collis excelſi iacuiſſe tradit textus, quò nos docerat inopinam aduerſariorũ irruptionem ſuſtinuiſſe, dum vallis placiditate ad ſomnum dulciter capiendum inuitantur, & dum collis celſitudine præpediuntur: illâ enim vallis parte videtur Gedeon acceſſiſſe, qua ſuum aduentum meliùs poſſet aduerſariis occultaſſe. *Fortè iſte collis,* ſcribit Abulenſis quæſt. 1. *excelſus erat mons Galáad, de quo dicitur immediatè quòd erant Iſraelitæ apud illum.* Opportunè, tempeſtiuè, & commodè acies diſponere ſtrenuus Dux incipiebat, cùm Dominus ſic ad eum.

Verſ. 2. Dixítque Dominus ad Gedeon: Multus tecum eſt populus, nec tradetur

Digitized by Google

detur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Iſrael, & dicat: Meis viribus liberatus ſum.

2. Chald. Chaldæus habet: *Multus populus, qui tecum ad tradendos Madianæos in manibus eorum: fortaſſe magnificabuntur ante me Iſrael ad dicendum: Manus noſtra liberauit nos.* Ea eſt humanæ mentis peruerſitas, ſic exoculata propriæ gloriolæ ambitio, vt quantumuis clareat Dei prouidentia quid geſtum, infirmiſſima occaſione humanis viribus applicet, & diuinam gloriam innubilet. Ergo ſummâ cum prouidentia Deus omnem præcidit occaſionem, ne amentes ſibi Iſraëlitæ adſcriberent gloriam, quam peperiſſe, attuliſſéque conſtabat omnipotentiam. Vbi in arenam deſcenſurus erat Dauid, non permiſit Dominus armis inſtructum congredi; imò deponere voluit vti victoriæ impedimenta & pericula: *Depoſuit ea, & tulit baculum ſuum.* Ad quæ Baſilius Seleucienſis orat. 13. *Ne victoriæ gloriam ad ſe trahat armorum potentia, videant te paſtoris habitu depraliantem: gratiæ, non armis trophæum adſcribatur.* Ne igitur armis victoria adſcriberetur, Gedeonis copiæ anguſtantur, & præconis voce terga vertere formidoloſi iubentur.

1. Reg. 17. v. 40. Baſilius.

Verſ. 3. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur: Receſſeruntque de monte Galaad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanſerunt.

3. Deuter. 20. Hoc edicto à Duce prolato ſatisfactum eſt legi illi Deuteronomij 20. qua iubebantur Duces audiente exercitu proclamare, formidoloſis ad ſua redeundi fieri facultatem: *Duces quoque per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabunt, &c. Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido? vadat, & reuertatur in domum ſuam.* Dum bellum à legis adimpletione exorditur, Gedeon fauſtè, & feliciter victoriam iam auſpicatur. Ad hæc: oſtendit quantùm diſtet à turba exercitus: acies námque ſtrenuis viris inſtructa hoſti terrori eſt; aſt ſi non conſtet milite; ſed numero, aduerſarij negotium gerit, dum timidus ſocio pauorem infundit, & quodammodo exemplo ad timorem cogit. Plures erant in Saülis exercitu; verùm dum timore concuſſi, inimicis ante certamen & palmam concedebant, & gloriam: *Omnes Iſraëlitæ cùm vidiſſent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valde.* Conducibilior fuit vnus Dauid animo infracto, quàm plures corde timido. Coëgerat Xerxes ferè innumeram militum copiam; verùm dum illorum plures vacuum portabant vocabulum, non militarem ſpiritum, promiſerunt victoriam; ſed oſtenderunt ignauiam: *Stratus per totam paſſim Græciam Xerxes*, inquit Seneca lib. 6. de Benef. cap. 31. *intellexit quàm ab exercitu turba diſtaret.* Turbam habebat Gedeon, non exercitum. Ergo iubet Dominus imbelles expelli turbas, temaneréque copias. Mirandum tamen eſt eos ipſos, qui militiæ ſua dare nomina exambierant, & tot cæleſtibus auſpiciis ceſſurum feliciter congreſſum dubitare non poterant, modò timore concuti, & angi. Ad quod reſpondet Arias Montanus maiorem illorum partem nomen dediſſe, ne quid minus aliis facere viderentur; dum periculum à longè aſpiciebant, magnos oſtentabant animos; iam verò inſtante congreſſu ſe ipſos conſtat reprehendiſſe, & ſubducere ſe certamini optaſſe: *Ad iſtam expeditionem magis adeò ex contentione, & ex oſtentatione, quàm ex vera virtute concurrerant, nimirum, ne timiditatis atque ignauiæ apud cæteros notam ſubirent: interim dum nullum imminebat periculum, ſeſe cum fortibus in numerum dedebant: quod vbi creari viderent, primi omnium terga daturi, atque fortioribus ad rem expeditiùs agendam impedimẽto futuri erant.* Tremellius, & Iunius, quia montem Galáad vltra Iordanem eſſe ex Geneſ. 31. & Numer. 32. conſtat, putauerunt noſtram litteram corrigendam pro illoque verbo *de monte Galáad*, legendum, *verſus montem Galáad.* Horum verò ſententiam noſter Serarius rectè improbat quæſt. 1. affértque ex Caietano facultatem factam fuiſſe formidoloſis etiam ex Manaſſæa tribu, quæ ipſius erat Gedeonis. Hanc Caietani ſententiam non improbat Abulenſis quæſt. 4. ipſum audi: *Omnes iſti, qui receſſerunt, venerunt de monte Galáad: quia fons Harad, apud quem caſtra metati fuerant, & mons Galáad erant ſimul.* Vnde iuxta hanc opinionem non eſt ſenſus quòd receſſerint de monte Galáad, hoc eſt quòd illuc peruenerint, & inde terga verterint; ſed quòd qui terga verterunt, venerant de monte Galáad. Addit Abulenſis quæſt. 5. hunc montem Galaad non eſſe illum, in quo Laban perſecutus Iacob inuenit Geneſ. 31. ſed alium Galáad, etiam appellatum, ad occidentalem partem Iordanis, in ſorte Iudæ circa vrbem Iezraël. Noſter Serarius quæſt. 1. exiſtimat non in ſorte Iudæ iacuiſſe; ſed in ſorte Iſſachar, aut Manaſſe, aitque Gelboë hunc eſſe montem, & nomen ob aliquid in eo geſtum mutaſſe. Ego quidem non dubito duos fuiſſe montes hoc nomine appellatos, quod tradit etiam Cythræus.

Montan. Seraf. Caietan. Abulenſ.

§ II.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 4. Dixitque Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus eſt: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixero tibi, vt tecum vadat, ipſe pergat: quem ire prohibuero, reuertatur.

4. Permanſerant plures, qui audentem animum, & ad omnia paratum oſtentabant; inter eos tamẽ fuiſſe nonnullos minùs fortes, quàm ſuperbos ac vanos, experimẽtũ citò manifeſtauit. Ergo illis in

cauſa propria non credendum ait Dominus ; ſed experimentum captandum, ne Gedeon, dum decem millia virorum fortium habere ſe exiſtimat, falſa opinione laboret, & periculum ſibi creet. Ad aquas igitur iubet ſtrenuos oraculum experiri. Septuaginta habent *Fac eos deſcendere ad aquam, & emundabo tibi eum illic.* Idem ferè Septuag. Chaldæus Paraphraſtes : *Deligam tibi.* Paucos Chald. milites à ſe delectos edocet plus conducere ad obtinendam victoriam, quàm plures humano ſolùm arbitrio aſcitos, & humanâ ſolùm prudentia approbatos. Caietanus purificaſſe ibi milites ait, vt cum hoſte congrederentur intrepidè : *Iuxta Hebræum habetur : Et purificabo eum tibi ibi. Ad ſimilitudinem purificantis diſcreturum ſe promittit populum ſeparando magnam ab eo partem.* Caietan. Separationis, diſcretioniſque modum textus iam explicat.

Verſ. 5. Cùm deſcendiſſet populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon: Qui lingua lambuerint aquas, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum. Qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.

Verſ. 6. Fuit itaque numerus eorum, qui manu ad os proiiciente lambuerant aquas, trecenti viri : omnis autem reliqua multitudo flexo poplite bibebat.

5. Quomodò dignoſci potuerint, qui ſic aut aliter biberint, quærunt Interpretes, quandoquidem inter magnam adeò militum copiam non erat facilè diſcernere quis manu ad os aquam proiiciente libaret, quiſue ſe ad explendam ſitim incuruaret, aquámque hauriret, præcipuè ſi ad fluminis oras, vt vult Ioſephus, experimentum capiendum erat. Ob hanc difficultatem putant nonnulli ad ipſum fontem Harad alios ab aliis fuiſſe diſcernendos : nam cùm ſimul plures nequirent accedere, arduum non erat diſtinguere. Abulenſis quæſt. 8. exiſtimat Ducem omnibus militibus declaraſſe oportere aquam haurire, vt hauriendi modus iuxta Dei præſcriptum alios reiectaneos, alios verò eligendos oſtenderit ; ignoraſſe verò quis electioni bibendi modus aptus, aut aduerſus. Ergo turmatim ad fontem accedebant, vbi ſine confuſione non erat arduum dignoſcere quis hoc, illóne modo aquam hauſiſſet. An ipſo in bibendi modo aliqua electioni congruentia apparuerit, dubium. Arias Montanus exiſtimat, qui non adeò per otium biberint, alacriores ad pugnam animos oſtendiſſe, ad certaménque vinidiùs properaſſe, quandoquidem vel ſiti non adulabantur per otium ; ſed prodire contra aduerſarios accelerabant in campum : *ſtudium, Solertiam, & alacritatem*, inquit, *atque in labore perferendo induſtriam eorum, qui ſeſe ad rem gerendam idoneos præbituri erant, illo examine cognoſcendam Deus indicabat ; quippe eos, qui inclinati tantùm aquas lambere magis quàm Sorbere, ſitim reſtinguere magis quàm explere viſi ſunt, animum promptum, & ad agendam rem magis quàm ad ſuam vel ſatietatem, vel voluptatem attentum, atque adeò de illa victoria cogitantem præſtare interpretari erat.* Montan. Vt omnia illis in figura contingebant, edocere voluit Deus non aleò aptos eſſe ad congrediendum viris, dæmonibúſque eos, qui voluptati ſtudioſe attendunt, quique omnem à ſe ærumnarum moleſtiam depellere ſolerter diſcuppant. Verùm, ne ad myſticos ſenſus litteram detorqueamus, viſi ſunt ad congreſſum, certaménque præſtantiores, qui militarem potiùs titiebant gloriam, quàm aquam : *Nemo miles*, aiebat Tertullianus ad Martyr. cap. 3. *ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit, ſed de papilionibus expeditis, & ſubſtrictis, vbi omnis duritia, & inbonitas, & inſuauitas conſiſtit.* Tertul. Itaque cùm militia animos requirat omni imbonitati aſſuetos, & perferendis laboribus obduratos, relicti debuerunt, qui ſtudioſiùs indulſerant ſibi, & adulati ſunt voluptati : *Numquid athleta otio vacat*, aiebat Ambroſius lib. de Elia & ieiunio cap. 21. *cùm ſemel dederit certamini nomen ſuum ? Exercetur quotidie, vngitur quotidie, ipſe cibus ei agoſticus datur.* Ambroſ. Itaque miles ad famem, ſitimque tolerandam eſſe debet expromptus ; alioquin facilè delicatum ſuperabit inimicus.

Verſ. 7. Et ait Dominus ad Gedeon. In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian : omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum.

6. Cùm iam bibendi modus ab aliis alios ſeparaſſet, omnéſque eſſent in electionis expectatione, iubet oraculum pauciores aſſumi, & multitudinem reliquam manu mitti : nec enim grauior peſtis eſt exercitui, quàm ignauus, & commodis propriis addictus. Ergo Deus, quod pollicitus fuerat Gedeoni, adimplet, declarátque eis ſolùm trecentis viris obtinendam de innumero hoſte victoriam, quo triumphus luceat celebrior, & Numinis præſentia notior. Iuxta Hebræum habetur : *In trecentis viro* : ac ſi dicat, in trecentis, qui morum ſimilitudine, & animi ſtudio vnum referunt, liberabo vos, id eſt, victoria in veſtram cedet partem, hoſte attrito, ac penitùs exiguo temporis interuallo deleto. Eo verbo *tradam* pollicetur ſuâ efficientiâ virtutéque ſubigendos hoſtes, Gedeoníque tradendos ad triumphum, non ad congreſſum, vt repetere poſſet Caſſiodorus 8. var. 10. *Triumphus ſine pugna, ſine labore palma, ſine cade victoria.* Caſſiod. En Gedeon inuulneratus vicit, & ipſa triumphi proclamatione triumphauit. Hebr.

Verſ. 8. Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua, & ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit. Caſtra autem Madian erant ſubter in valle.

7. Multa hic contigiſſe miranda nulli erit dubium, ſi expendat licuiſſe Gedeoni, quin hoſtes adeò vicini norint, aut irruptioné tentarint, meticuloſos ablegare, experimentum poſtea de decé millibus ſumere, & tandé trecétos ſolùm adlegere quod

quod ſine ſpecialiſſima Dei ope contingere non potuit, quandoquidem exercitus adeò magnus ſe ipſe prodebat excito, dum carperet viam, fragore, moto puluere, & ipſo, licet depreſſo, ſermone: nec minus fuit, qui ad ſpeciem ſtrenui, timoriſque expertes perſtiterant, ægrè non tulit adeò probrolam repulſam; ſed pacate implerunt obedientiam. Duci milites exactiſſimum præſtant obſequium, & exequuntur ſine tergiuerſatione mandatum; ſi tamen illis non fuerit inglorium; alter námque contemnere ſolent edicta, & ipſius vitæ diſcrimine obſurdeſcere ad decreta. Refert obedientiam militarem Plutarchus in quæſtion. centur. Plutarch. *Chryſantham*, inquit, *laudauit Cyrus, quòd obtruncaturus hoſtem, ſublatumque tenens gladium, vt tubam audiuit receptui canentem, hominem miſſum feciſſet, neque vt prohibitus percuſſiſſet.* Verum eiuſmodi obſequium præſtant, dum ſibi non exiſtimant inglorium; at ſi ſuſpicati fuerint Ducis edictum irrogare fortitudini iniuriam, aut aliquam ignaviæ iniurere notam, ægrè adeò ferent, vt non ſolùm recuſarint obedientiam; ſed præcipites recurrerint ad ferociam. Ergo cùm frequens ſit militibus legem infringere, & arroganter ferocire, ſi ab ſtatione derecti, aut abire iuſſi, miraculi ad inſtar habendum eſt nullum ex reiectis Ducem querimonijs ferire, aut reditum recuſare; ſed pacato animo fuiſſe præceptum amplexos, & redijſſe exauctoratos. Iam illi terga verterant, cum Dominus Ducis ac militum animos denuò confirmauit, & ad certamen inſtruxit.

Verſ. 9. Eadem nocte dixit Dominus ad eum: ſurge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua.

Verſ. 10. ſin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus.

8. Prædictis omnibus à Gedeone ſolerter exactis, cibariſque prouidè & copiosè pro militum numero comparatis bellum iam adornare geſtienti, & forte è monte hoſtilia caſtra ſpectanti animos facit Deus, vtque præſciuerit nullo militum detrimento, nullo ſui damno obtinendam eſſe victoriam, ad hoſtium adhuc in valle iacentium caſtra iubet deſcendere, affirmans excubias approximantium aduentum nullatenus perſenſuras; imò relaturas ſomnium victoriæ à Gedeone obtinendæ certum auſpicium. Itaque exploratum iuſſit deſcendere, quò ſibi paratam iam, partámque victoriam non ambigeret; ſed prænoſceret, verùm licèt triumphus diuino auxilio fuerit obtinendus, decuit exploratoris munus agere, & aduerſariorum animos ſtudiáque prægnoſcere: nullum ergo optimi Ducis ſtudium Gedeon omiſit; imò bellica induſtriâ ac ſolicitudine claruit. Epaminond. *Nihil in Duce laudabilius*, aiebat Epaminondas, *quàm hoſtium conſilia noſſe.* Strenuus Dux hoſtis conſiliorum ſedulus eſt indagator, neque ad hoc conſequendum parcit labori, aut pecuniæ: plus ſæpe ſæpiùs ad victoriam iuuerunt prænota inimicorum conſilia, quàm armis munita caſtra. Stant regna, & Reſpublicæ, ſi hoſtium ſtudia maturè præuenta: eſt enim facile prætiſis remedia opponere, & inimicum eludere vnde cùm Eliæus Syriæ regis conſilia proderet, ſic illum perculit, vt eius cor conturbatum fuerit: *Conturbatum eſt cor regis Syriæ* 4. Reg. 6. v. 11. *propter hac re*: priùs curauit conſiliorum proditorem capere, quàm exercitum in aduerſarium conſtruere. Ergo Gedeon optimi Ducis munus implet, dum hoſtium conſilia exploraturus deſcendit. Verùm quia copioſus adeo aduerſariorum exercitus breui tempore explorari iam hac, iam illa parte nequibat, prudentiæque humanæ erat veteri, ne dum moras in explorando trahit, ab hoſtibus caperetur. Deus Pharam ſubſidium, explorationis adhibuit, quo dum minus tempus inſumitur, periculo conſulerit. Hanc eſſe pennatorem huius loci ſenium tradit, & rectè meo non diſſimilem Arias Montanus. Et ipſa ratio pro hac ſententia ſtare videtur: nam ſi Gedeon exercitum formidaſſet, allabatus Phara exiguum ſolatium fuiſſet, ad explorandum verò è diuerſis locis minimè exercitum breui tempore non expediebat multos ducere; conducebat verò quàm plurimum aliquem ſecum deferre. Ergo aſſociatus pergat, quò citius exploratio perficiatur, & periculoſa mora vitetur vox iſta *Puer* obſcenum manſeriumque plusquam ætatem denotare, obuium eſt in Sacra ſcriptura; vt etiam apud profanos. Ita Virgilius Ecloga 1.

Paſcite, vt antè, boues, pueri, ſubmittite tauros.

§ III.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 11. Et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes. Deſcendit ergo ipſe, & Phara puer eius in partem caſtrorum, vbi erant armatorum vigiliæ.

Voluit Deus, ante conflictum conſtare Gedeoni hoſtes iam animo fractos, & immiſſo ſomnio perterritos, vt ſic nouos animos inderet, & omnem dubitationis vmbram depelleret. Illud, *ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes*; ſic explicant Septuaginta: *Audies quid loquentur, &* Septuag. *poſt hoc inualeſcent manus tua, & deſcendes in caſtra.* Ferè idem textus Hebræus; ac ſi dicat oraculum: Modò, quia nondum audiſti ſomnium, aliqualem corde geris metum: ob quod comitem Phara tibi permitto, at cùm audieris ſomnium, eos indues animos, vt maturate opus geſtias, & ad victoriam iamiam paratam ſine cunctatione iter arripias: Euentus oraculi veritatem comprobauit. Abulenſis quæſt. 14. inquirit, quomodo per ſomnium confortari poterat Gedeon: reſpondétque vt audiuit illos metu iam territos, & ſciret etiam valdè genres eſſe ſuperſtitioſas, magnos ſumpſiſſe animos, quandoquidem pugnabat cum hoſtibus timore iam deterritis, & ſua quodammodo ſuperſtitione illigatus: *Dum dormiunt*, aiebat Plutarchus lib. de virtute & vitio, *corpori ſomnus* Plutarch.

& requies est ; animo verò ex superstitione pauores, somnia & fluctus ; quando apprehendis conniuentem me dolor, mox enecant insomnia (vt ait quidam) superstitiosis somniis vidit iam enectos, vnde difficile non fuit confortari, & victoriam sibi promittere.

10. In eam partem descendisse ait textus, vbi erant armatorum vigiliæ, verùm cùm excubias agentium alter alteri retulerit somnium, violasse videtur, qui somnum ceperat, solicitum vigiliarum studium : ergo cùm ad excubias designati dormitarint, aut inerti somno indulserint, appetere calamitatem non erat dubium. Hebr. Quos Latinus textus vocat armatos, Hebræus *Hhamusim* appellat, quasi quinque armorum generibus instructos. Ergo licèt inuictis quodammodo armis protecti, eo somnio sic trepidauere perterriti, vt nullum in galea, lorica, clypeo, hasta, gladio sibi subsidium esse putarint ; sed se traditos iam ac subiugatos crediderint ; nec sine speciali prouidentia contigit, vt Gedeon ad eam partem castrorum descenderit, vbi conuersabantur excubiæ : nam si in somno sepultos, immersósque incidisset, cùm expectandus esset illorum sermo, noctis fortè patrocinium deesset, & iam aurora, etsi tremulis ac dubiis radiis, aduersariis eum prodere potuisset : dum verò eam castrorum partem, vbi agebantur excubiæ adiit, etsi grauius ad speciem immineret periculum ; reuera grande fuit commodum : potuit námque Gedeon audito somnio ad suos citiùs reuerti, & celeriùs irruptionem denuntiato auspicio disponere.

Vers. 12. Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo. Cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena, quæ iacet in littore maris.

11. Hostilis exercitus multitudinem, situm, & castrorum formam textus accuratè denotat, dum ait : *sicut arena maris* : qua similitudine volunt Interpretes non solùm copiam ; sed ingenium, & formam exprimi. Itaque exercitus fortè multitudine nimiùm fidebat, nec eam formam, disciplinámue militarem tenebat, quæ hostilibus adsultibus, irruptionibúsque repellendis oporteret. Arias Montanus verò contrariam sententiam amplexus est : putat namque non solùm ob multitudinem securitatem concepisse : sed etiam quia ex bellicæ disciplinæ arte erant copiæ collocatæ, impedimentis munitæ, & armorum præsidio armatæ. Mihi tamen tanti auctoris pace contrarium innui videtur, cùm textus iacuisse asserat locustarum, arenæque ad instar : arena námque nullo vinculo illigatur, vt locusta Ducem nullum volatum arripiens sequitur : *Regem locusta non habet*, Prouerb. 30. v. 27. aiebat Salomon, *& egreditur vniuersa per turmas suas.* Itaque etsi turmatim locusta incedat, Ducem non sequitur, nec consilio regentis ducitur. Ergo ipsa multitudo sibi inimica erat, suísque se premebat viribus, dum militari disciplina expuncta, armabatur vanissimá confidentiâ. Collegerat Xerxes copiosissimam manum, & qui innumeras copias solùm attendebat, victoriam reportaturum non dubitabat : verùm disertus Lacedæmonius ipsam multitudinem timendam fore prædixit, quod & effectus dilucidè ostendit : *Lacedæmonius*, inquit Seneca lib. 6. de Benef. cap. 31. *solus dixit ipsam illam, qua sibi placeret, multitudinem indigestam & grauem metuendam esse ducenti : non enim vires ; sed pondus habere : immodica nunquam regi posse, nec diu durare ; quidquid regi non potest.* Non aliter Amalecitis ac Xerxi accidit : indigesta námque & indisciplinata multitudo, dum regi non voluit, periit. Seneca.

Vers. 13. Cumque venisset Gedeon, narrabat aliquis somnium proximo suo, & in hunc modum referebat, quod viderat : vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere, cumque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditùs coæquauit.

12 Septuaginta Interpretes habent : *Ecce somniaui somnium, & ecce mensa panis hordeacei voluens se in castra Madian.* Septuag. Hebræus textus : Hebr. *Ecce torta panis hordeacei voluebat se in castra Madian.* Paulò aliter Chaldæus : *Ecce placenta panis hordeacei conuoluta est in castris Madianorum, & venit vsque ad tabernaculum, & percussit illud, & cecidit, & euertit illud à sursum* Tostatus quæst. 16. ex aliquibus sic transtulit : *Canistrum panis.* Addítque : *In canistro erant multi panes, & rotabatur canistrum, & dispergebantur panes.* Conlonat Caietanus. *Describitur multitudo panum terribili motu voluentium se in castra Madian.* Qui somnium viderat, socio commilitoníque suo, quam ex somnio perturbationem conceperat, declarabat : hunc autem non fuisse ex gregariis militibus ; sed nobilem, & notabilem, putant nonnulli Interpretes ; mihi verò nullo innitl fundamento videntur, existimo tamen eum esse virum, qui non inani timore, aut leuitate somnium referret ; sed quia aliquid ibi arcanùm latere prudenter existimaret, & socium erga præsagium illud consuleret. Illa verborum repetitione : *vidi somnium, & videbatur mihi* ; innuitur iudicasse illud non phantasiæ accidisse vitio ; sed immissum cælitùs somnium, vti futurorum præsagium. Socius somnio audito sic interpretatus est. Abulens. Caietan.

Vers. 14. Respondit is, cui loquebatur : Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israëlitæ : tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius.

13 Nonnulli cùm inter panem gladiúmque nullam inueniant similitudinem, ad Hebræam originem recurrunt, aiúntque ibi legi *Lechem* : quo nomine putant significari & gladium, & alimentum. Abulensis quæst. 15. rogat quomodo Deus per somnia erudire voluerit Gedeonem, cum Leuitici 19. & Deuteronomij 18. somniorum obseruatores damnentur? Respondet

Reſpondétque hoc non intelligendum de ſomniis à Deo immiſſis: hæc enim vt certiſſima futurorum præſagia haberi poterant, vt patet Geneſ. 40. & 41. in ſomniis Pharaonis, & Danielis 2. in Nabuchodonoſoris inſomniis: hoc autem ſomnium à Deo immiſſum dubitare non poterat Gedeon, nec permittebat ambigere circa euentum Interpretis indubia, & conſtans certitudo: *Non eſt hoc aliud*, aiebat, *niſi gladius Gedeonis*. Vndénam Madianitæ militi tam clara futuri euentus præcognitio, vnde etiam virtutis Gedeonis experimentum, difficile non eſt inueſtigare, quando & ſomnianti ſomnium, & interpreti ſomnij notitiam Deum conſtat cælitus indidiſſe: ergo interpres cœleſti ſpiritu afflatus præuidit Madianitis, omnibúſque eorum ſociis extremam calamitatem impendere, nec poſſe vllatenus illam euadere, quandoquidem omnia Madianitarum caſtra iam apparebant funditùs euerſa, ac penitùs diſſipata. Ex Hebræo, vt aiebamus, legit Caietanus: *Voluit ipſum in ſupra*. Addítque: *Hoc eſt, non ſolùm percuſſit, verùm vertit partes inferiores in ſuperiores*. Cùm nouerit miles omnia tentoria in contrarium reuoluta, & euerſa, extremam iam calamitatem tuliſſe dixit: eâ námque certitudine euentum præuidebat, vt futurum iam aſſeueraret præteritum.

Caiet.

Verſ. 15. Cùm audiſſet Gedeon ſomnium & interpretationem eius, adorauit, & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait: ſurgite: tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian.

14 Hebr. Chald. In exemplari habetur: *Et fuit cùm audiſſet Gedeon narrantem ſomnium, & fractorem illius, & procubuit*. Chaldæus loco illius verbi *adorauit*, poſuit *laudauit*: loco illius *in manus noſtras*, reddidit *in manibus veſtris*. Vbi audiuit Gedeon ſomnium conſtanti veráque ratione referatum, gratias Numini retulit: fuit námque ſanctiſſimus ac iuſtiſſimus antiquorum mos, quamcumque de Dei voluntate notitiam acciperent, factis peractis, ſi tempus ſuppeteret, ſoluere; ſin minus adoratione, & gratulatione beneficium confiteri. Ad hanc igitur beneficij gratitudinem pertinebat in faciem procumbere, illáque humilis corporis deiectione benefactori reuerentiam impendere. In faciem procidit Abraham, Manue hœdum obtulit, lapidem Iacob erexit: ergo relatis gratiis nec dubitans ipſo pannum ſtrepitu, celerrimáque rotatione matutandam expeditionem ſignari, ad ſuos rediit Gedeon expectationéque ſuſpenſos læto nuntio exhilarans ad pugnam à bellicis ſtudiis prorsùs alienam ſtatim aggrediendam corroborauit. Repetere poſſet Caſſiodorus, quod 8. var. 10. aiebat: *Nutritus in otioſa ſeruitio laborioſos ſubegit, & quod exercitatione non didicit virtus manus propria compleuit. Rediit ſubitò veteranus egreſſus primanus*. Ad ſuos quodammodò veteranus, & triumphis redimitus egreſſus eſt, qui paulò antè diſceſſerat explorator & primænus. Ergo vbi felici nuntio, & indubio futurorum auſpicio milites confirmauit, aciem ea forma, quam à Domino acceperat, adornare diſponit.

Caſſiod.

§. 4.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 16. Diuiſitque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenáſque vacuas, ac lampades in medio lagenarum.

SEptuaginta habent: *Et diuiſit trecentos viros in tria principia, & dedit corneas in manu omnium, & hydrias vacuas, & lampades in hydriis, & dixit ad eos*. In tres centurias milites diuiſit Gedeon, quibus, vt innuunt ſeptuaginta, tria capita adſignata ſunt, quo ferè centeni vni capiti adſcripti faciliùs & commodiùs obedirent Duci, & timorem incuterent hoſti. Eximium hoc fuiſſe ſtratagema, ipſe euentus oſtendit. Lagenas ex diſcedentium ſupellectili remanſiſſe putat Arias Montanus: nam cùm ſupellectilia ad vitæ vſus neceſſaria attulíſſent, arduum non fuit ad ſua reuerſos, lagenas, quibus iam non opus erat reliquiſſe. Ergo accenſis aliquibus tædis, vel ex arboribus ex monte fruſtulis, lagenis in vacuis ita diſpoſuerunt, vt conceptum ignem poſſent fractis opportuno tempore cadis flammas repentè oculis ſemiſopitis obiicere, quibus repercuſſi obturbarentur, & obturbatione irretiti faciliùs detriumpharentur. Ego verò exiſtimo oraculi omnia iſta conſiliis peracta, lagenáſque, vt etiam corneas non caſu, ſed ſtudiosè, eóque numero, quo opus erat, adductas, quandoquidem qui deferri iuſſit, numerum apprimè ſciuit.

15 Septuag.

Diſputant Interpretes, an hoc ſtratagema fuerit actionis mendacium: nam cùm ad ſpeciem ordinatum fuerit ad hoſtes fallendos, copioſiſſimúmque exercitum indicandum, nec liceat opere fallere, vt nec verbo mentiri; videtur Gedeon aliquâ operis fallaciâ obſcuratus & quodámodo mendacij reus. Abulenſis q. 28. exiſtimat Gedeoni licuiſſe: ſubditque rationẽ, *Licebat, quia Deus iuſſit, & quidquid Deus iubet, etiãſi aliàs malum eſſet, bonum efficitur ſicut iuſſit Abrahæ occidere filium ſuum, & licuit cap. 22. Iuſſit Iſraëlitis furari bona Ægyptiorum, & licuit Exod. 3.* Verùm cùm ſint aliqua intrinſecè, vt aiunt Theologi mala, ex quorum genere mendacium eſt; aſſeret aliquis hoc à Deo nullatenùs fuiſſe præceptum, quandoquidem ex ſe illicitum. Non iubet imò nec iubere poteſt Deus, quod ex ſe honeſtati, aut æquitati repugnet. De auro, & ſacrificio Abrahæ alia eſt ratio: nam cùm Deus ſit Dominus vitæ, diuitiarúmque eo modo, quo collibitum fuerit, vitam auferre, & ab aliis ablatas aliis diuitias largiri poteſt. Ob id fortè aliam rationem addidit ibi Abulenſis, videlicet licuiſſe Iſraëlitis Madianitas occidere: vnde quoquomodò occidere poſſent. Addit adhuc & meliùs quæſt. 30. hoc non fuiſſe mendacium, ſed bellicum ſtratagema, ad inſtar videlicet inſidiarum: nam cùm hoſtes ſe inuicem fallere adnitantur, eorum quiſque iam eſt præmonitus, ſicque rerum ſpeciebus non debet fidere; imò contrarium

16 Abulenſ.

vereri. *Quod vellent* (verba sunt Abulensis) *Madianita intelligerent esse exercitum magnum hostium in castris ipsorum, non erat mendacium, licèt conaverentur occulere veritatem: nam qui ponit insidias, vult immuere hostibus, quòd non sint plures bellatores, quam qui apparent, & quòd non sunt alibi, quàm vbi apparent: & falsum est, tamen istud licitum est, vt tenet Augustinus.* Modernus quidam quemlibet posse, ait, in bello ea tentare, quæ sine decipiendi animo viderit sibi prodesse, etiamsi fallendos hostes prænouerit, & præsciuerit: quia hoc non ex intentione ortum; sed per accidens, & ex hostium insciti natum. Adducit in exemplum Iudith, quæ se floridè, comptéque expoluit, licèt præsumpserit barbarum eius pulchritudine capiendum, & subingandum: nam cùm ornatus ille ex se non esset rationi, stylone aduersus; sed ætati, nobilitatique consentaneus, eo vti potuit Iuditha sine aliqua impostura nota. Verùm cùm Iudithæ factum eamdem subeat quæstionem, huic sententiæ parum suffragatur. Ergo putauerim hîc Gedeonem stratagematis militaribus iure gentium licitis vsum, sicque omnia disposuisse obediendi Numini studio, non fallendi animo; Deum verò aduersariorum oculos inopino splendore obcæcatos, correptósque spectaculo animos aduersariis tradidisse, & tradendo mulctasse.

Vers. 17. Et dixit ad eos: Quod me facere videritis, hoc facite; ingrediar partem castrorum, & quod fecero, sectamini.

17 Septuag. Septuaginta habent: *Ex me videbitis, & sic facietis, & ecce ego ingredior in principium castrorum, & erit sicut vtique fecero, sic facietis.* Quomodo aduersariorum castra fuerit Gedeon ingressus, dubium: nam si eius milites aduersariis miscerentur, nouo opus erat miraculo, vt aduersarijs in se ipsos irruentibus eos non solùm non truncarent; sed nec attingerent: ergo cùm vbi opus non est, non sit ad miracula recurrendum, videtur propè adeò accessisse, vt Amalecitæ in ipsa castra hostes irruisse putarent, & suos in castris existentes vti aduersarios occiderent. Itaque optimus Dux exemplo præiuit, vt suis faciat animum, & omnem depellat metum: ergo centuriis opportunè, commodéque dispositis iubet ipsum imitari nihil ex proprio cerebro, aut ardore militari commentos, sed solummodò exempla Ducis secutos. Noluit, cùm ad castra venerint, vlteriùs progredi, aut citeriùs sisti; sed eis internallis contineri, quibus hostium ictus eluderent, & ardentibus timorem tædis inferrent: modum explicatiùs tenendum tradit.

Vers. 18. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangite, & conclamate Domino & Gedeoni.

18 Tostatus quæst. 24. inquirit, an fuerit Gedeon aliquâ arrogantiâ tactus, dum Domino, sibique proclamandum iusserit, respondétque hoc præcepisse, vt timorem ex insomnio conceptum adaugeret: nam cùm Interpres dixisset. Non est aliud, nisi gladius Gedeonis, oportuit nomen proferre, & somnium prolato nomine confirmare. Addit aliquos Duces adeò hostibus exitiosse terribiles, vt ad eius nomen pauitarint. Iam quantùm faciat ad reportandam, aut admittendam victoriam animus, aut metus, probat ex Aristotele 3. Ethicor. vbi Argæorum ponit exemplum, nam cùm Argæi Sicionios debiles æstimarent, sæpè eis certamine prævalebant. Lacones verò non audebant aggredi, quos eximia fortitudine suspicabantur. Ergo cùm aliquando Lacones Sicionios credidissent, adeò confidenter fortitérque pugnarunt, vt Laconibus prævaluerint: tantùm iuuat, aut nocet opinio de hoste concepta. Ergo cùm iam Madianitæ Gedeonis gladium horrerent, iubet eius nomen proclamare, non arrogantia tumidus; sed militari prudentia clarus. Non inficiabor Ducis fortitudinem hostibus notam plurimi ad victoriam interesse; verùm cùm somnium vni tantùm Madianitarum fuerit immissum, & ab altero tantùm enodatum, non videtur Gedeon apud reliquos eam æstimationem fortitus: vnde putauerim hoc ex Dei consilio potiùs factum: adeò enim Dominus suos nobilitat, vt licèt ipse miram adeò victoriam fuerit adeptus, eius gloriam, & laudem cum Duce fuerit partitus. Chaldæus Paraphrastes hunc versiculum sic reddit, *Et dicetis Gladius occidens à Domino, & victimus in manu Gedeonis.* Hæc proclamatio sæpius repetita, & alacri voce de reportato iam triumpho iterata semisopitos acriter deterrebat, & acri metu percussos diuerberabat, ac prosternebat. Chald.

Vers. 19. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo, in partem castrorum incipientibus vigiliis noctis mediæ, & custodibus suscitatis cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas.

19 Septuag. Septuaginta habent. *In principio custodiæ, mediæ, & excitantes excitarunt custodes, & cecinerũt in corneis, & excusserunt hydrias, quæ in manibus eorum.* Santes Pagninus vertit. *Et clangerunt tria capita tubis, & fregerunt hydrias, tenuerúntque manu dextra lampades; manu verò sinistra tubas, ad clangendum.* Id tempus elegit optimus Dux, quod opportunius videbatur ad somno oppressos de repentè excitandos, & terrore insolito confundendos, cúmque peruenisset ad castra Deo sic disponente, ipso communi noctis conticinio omnibus somno immersis præter paucos, quorum vigilantiæ commissum erat contra hostiles adsultus stationes agere, & nè quid inopinum turbaret castra, impedire, grandi clangore victoriam conclamauit, lagenásque non sine strepitu fregit: cúmque repentè ardentissima flamma oculos non benè expergefactos feriret, & feriendo deterreret, ingenti obturbatione agitati, hostes à ratione prudentiáque Pagnin.

desciue

deſcinerunt, & in ſe ipſos arma prænſarunt. Noctis mediæ vigilias nonnullos obſeruaſſe, cùm ſingulæ centuriæ, quam ambirent, caſtrorum partem diligerent, Gedeone cum ſuis primam occupante, certiſſimum eſt; cuſtodes textus inſcitatos ait, vt innuat præter muneris, temporis, atque officij rationem ſommo indulſiſſe, aut ſi manus, vt denotet à centuriis procuratum, vt ipſi cuſtodes aliorum ſecuritati & quieti inuigilantes ſic percellerentur, vt è cœlo ruentem calamitatem putarent, cæteróſque confuſis clamoribus excitatos, & turbatos ſtrepitu deterrerent. Vbi lagenas confregerunt, & occultum anteà ignem manifeſtarunt, ſplendore hoſtes repercuſſi ingentem ſupra ſe multitudinem tuere non dubitarunt, quam opinionem & lagenarum fragor, & facularum adaugebat ſplendor. Tenuiſſe ſiniſtris lampades vno ex duobus modis fieri potuit, ſi lagenæ videlicet penitùs non frangerentur; ſed id tantùm, quod ad lumen manifeſtandum ſufficeret, aut ſi contritæ penitùs, fortè occulti torres non adeò igne fuerant inflammati; vt aliqua pars ab igne non fuerit libera, qua potuerunt apprehendere, manúque geſtare. Inſuper cùm omnia diuinitùs facta fuiſſe dicendũ ſit, nil difficile; in eam tamen ſententiam propenderem, lagenas videlicet ſic attritas, vt extrema ſaltèm pars manſerit, ex qua torris rutilabat, & quam ſiniſtra miles gerebat.

---

§. V.

Commentarius Litteræ,

Verſ. 20, Cumque per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque: Gladius Domini, & Gedeonis.

20. Clangere, hydriáſque confringere centuriones cœperant, quorum reliqui ſecuti exemplum, ſpectaculum hoſtibus improuiſum oſtenderunt, & illa ſpecie obturbarunt.

Verſ. 21. Stantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium. Omnia itaque caſtra conturbata ſunt, & vociferantes, vlulantéſque fugerunt.

21 Septuag. Hebr. Seneca. Septuaginta ſic vertunt. *Et ſtetit vir ſuper ſe in circuitu caſtrorum, & cucurrerunt vniuerſa caſtra, & ſignificauerunt, & fugerunt.* Hebræus ſic vertit: *confracta ſunt omnia.* Metus, quod leuiſſimum erat, grauiſſimum finxit, & militares copiæ, quæ ſuis viribus non conſtabant, pauentiũ perturbatione vicerunt. Benè Seneca Epiſt 13. *Plerũque ſuſpicionibus laboramus, & illudit nobis illa, quæ conficere bellũ ſolet fama; multò autem magis ſingulos conficit. Ita eſt, mi Lucili, citò accedimus opinioni, non coarguimus illa, quæ nos in metum adducunt, nec excutimus; ſed trepidamus: & ſic vertimus terga, quemadmodum illi, quos puluis motus fugâ pecorum exuit caſtris, aut quos aliqua fabula ſine auctore ſparſa conterruit.* Sanè Madianitæ iſti trepidauerunt, vbi non erat timor, vtque periculo ſe ſubducerent, improuidè arripiebant fugam, & ipſa fuga maturabant ſibi miſeriam: vociferantes vlulabant, & vlulatu ſe ipſos contra ſe ipſos acuebant.

Verſ. 22. Et nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes. Immiſitque Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant

Cùm quilibet qua licebat parte, fugam ar- 22
ripere conaretur, contigit vt præcedens à tergo ſequentem hoſtem deluſus exiſtimaret, & in eum, quo expeditior eſſet fuga, arma cæco furore conuerteret, quod mutuæ ſtragis, & obtruncationis fuit cauſa. Septuaginta ſic habent: *Poſuit Dominus gladium viri in proximum ſuum in vniuerſis.* Septuag.
Licet Iſrahelitæ natio diſpolitis ſtationibus perſiſterent, vt viderunt à fugientes exoculatos, præcipitique fugæ ſe dediſſe, eos perſecuti ſunt clangorem tubarum non omittentes; imò potius incrementantes: & quidem ſi remanſiſſent iuis in locis diſtantes Madianitæ iam hoſtium clangorem non audirent, & dum ſe liberos putant, a cæde abſtinerent; at vbi clangor inſequebatur fugientes, improuidus creſcebat metus, & proprius conſumebat fugientes gladius. Ioſephus S. Antiquit. putat cùm ad Madianitas variæ confluxiſſent gentes, linguâ diſcordaſſe, vnde qui extraneam audiebat linguam, hoſtem exiſtimabat, & in illum irruebat. Abulenſis quæſt. 33. exiſtimat hoc accidiſſe ex quodam animi perturbatione à Deo immiſsâ, quod textus videtur innuere, dum ait: *Immiſit Dominus gladium in caſtris.*

Verſ. 23. Fugientes vſque ad Bethſeta, & crepidinem Abel-mehula in Tebbath. Conclamantes autem viri Iſraël de Nephthali, & Aſer, & omni Manaſſe perſequebantur Madian.

Bethſeta, vt placet Abulenſi quæſt. 34. 23
erat ciuitas Iſrælitarum citra Iordanem: vſque ad illam ergo ciuitatem durauit mutua interfectio; ibi verò iam Madianitæ clariori luce ſe agnoſcentes à cæde abſtinuerunt. *Crepidinis Abel-mehula* meminit textus, cui in Hebræo reſpondet *Zeredaza*, vt innuat adeò exoculatos fugiſſe, vt ſe per crepidinem in præceps dederint. His contigiſſe videas, quod aiebat Seneca lib. 1. de vita beata cap. 1. *Cùm ipſe ſe populus premit, nemo ita cadit, vt non alium in ſe attrahat; primi exitio ſequentibus ſunt.* Hebr. Seneca.

Verſ. 24. Miſitque Gedeon nuntios in omnem montem Ephraïm dicens: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Bethbera, atque

atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas, atque Iordanem vsque Bethbera.

24 Cum eximius Dux, quâ parte fugientibus liber esset exitus, præcalleret, celeri consilio omnem illis aditum festinauit præcludere, & Ephraitas iussit celeriter præoccupare: parueruntque Duci exprompto animo, occurrerúntque non casu aut improuidè; sed eo ordine, eáque celeritate, vt in singulis vadis & portubus, quæ illis satis nota erant, armata manus consisteret, quæ fugientes hostes caperet: nec difficile fuit, præcipuè cùm fuga arriperetur nullo ordine, cúmque illuc peruenerint lassitudine penè attriti, & metu prorsus confracti.

Vers. 25. Apprehensosque duos viros Madian Oreb, & Zeb, interfecit Oreb in Petra Oreb; Zeb verò in Torculari Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon transfluenta Iordanis.

25. Fugerant Oreb, & Zeb suorum gladios, fortè quia præmaturâ se fugâ subduxerant: illos textus Hebræus appellat *Sarim*, quod magistratus militares videtur denotare: neque hi duo eodem capti sunt loco; sed diuersis, Oreb captus & occisus fuit in editiore petra, quæ à cæde ibi patrata Oreb nomen accepit: itaque Oreb in eadem petra sanguinem, & nomen reliquit, non ad laudis elogium; sed ad probrosum fugæ ac timoris argumentum. Hic Oreb, siue *Ghoreb* interpretatur cornus, vt Zeb etiam Latinis Lupus: & fortè dum hi Duces carni, & rapacitati vacarunt, in se iram Numinis exacuerunt. Zeb in torculari interfectus dicitur propter loci formam, vt placet Ariæ Montano. Vterque Princeps ab hostibus captus & occisus sibi acquisiuit infamiam, & interfectoribus gloriam. Dum hæc agerentur, Gedeon centuriis suis fugientes insectatus ad Iordanem etiam accessit, ibíque Ephraitæ, qui egregiam nauarant operam non solùm vada & portus occupando; sed strenuos etiam Duces occidendo, præcisa capita illi obtulerunt. Notat Caietanus perpeti hîc filo Ephraitarum referri gesta, ne ad illos pertinens imperfecta maneret historia: Caietan. *Prius Gedeon* (verba sunt Caietani) *persecutus est vltra Iordanem alios duos reges, & victoriam habuit integram, & postea gestum est hoc, quod modò narratur, videlicet quòd viri Ephraim portauerunt capita Oreb, & Zeb ad Gedeonem trans Iordanem.*

§. VI.

Obedientia felicitatis est vena, licèt de promptitudine fortunata, & de cæcitate semper gloriosa.

OBedientiâ omnia conctinnè constant, & constanter perseuerant, quæ in chaos forderent sine obedientia confusa, dum parent legibus, rutilauêre splendentia: legem cognoscit aqua, & termini sui positorem adorat, terra omnigenâ florum varietate vestitur, & saporatis fructibus: secundatur: stat tellus obedientiæ axibus librata, & obtemperando firma. Ignis metam agnoscit, aër cogitur, dúmque omnia suis legibus religiosè adstringuntur, creaturarum viget Respublica, & Reipublicæ concinnitas perseuerat felicitata: *Admonitio nostra se cumulat*, aiebat Cassiodorus 3. var. 26. *vt securiùs fiat, vbi se reuerentia nostræ iussionis accommodat.* Securitas obsequij filia est, felicitas legitima semper propago: & quidem qui iustæ leges non transgreditur obedientiæ, torpitatem non experietur fortunæ: *Obedientia est*, aiebat Æschylus inter antiquos Philosophos non ignotus, *felicitatis mater, seruatoris vxor.* Itaque vt homo sine vxore prolem legitimam non accipit, nec mulier sine viro, vir autem & vxor laudabili suam fœcunditatem prole nobilitant, & sæculis in obliuionis anathema nomen delegant, ita vel ipse seruator sine obedientia, quæ eius est vxor, felicitatem non procreat, nec salutem homini generat. *Qui custodit præceptum*, aiebat Ecclesiastes, *non experietur quidquam mali*: imò experietur plurimum boni: nam, vt aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 4. *Artificium promerendi obsequium est, obsequij verò disciplina morigera subiectio est.* Moriger, & decenter subiectus præceptum lenit, & ad beneficium cogit. Gedeon diuinæ voluntatis accepto signo obsequium accelerat, quo securiùs triumphos acquirat. *Ierobáal, qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem, qui vocatur Arad*; Non expectauit lucem, quo expromptiùs exequeretur iussionem. Adest ad hunc locum Hugo: *Cognita Domini voluntate per signum, statim Gedeon voluit implere mandatum Domini: dicit: de nocte consurgens:* Quia sæculis decantandam strenuus Dux exambiebat decenter gloriam, non distulit obedientiam: nouerat námque obsequium promerendi esse artificium de promptitudine semper decorum, vt de mora semper obscurum. 26. Cassiod. Æschylus. Eccles. 8. v. 5 Tertul. obsequium est promerendi artificium. Hugo.

27. Petrus tempestate agitatus cum ventis de naui deprælíatur, vires fatiscebant, & antequam vita, iam patiebatur miserè naufragium, prudentia. Adfuit opportunè Dominus voce humanissimè discipulos compellans, & procellæ terrore perculsos consolans. Petrus, vt erat feruentior, orat, vt illi imperet tumentes fluctus gressibus premere, & celeriùs cæteris inuolare: *Iube me ad te venire super aquas. At ipse ait, veni. Et descendens Petrus* Matth. 14. v. 28.

Petrus de naticula, ambulabat ſuper aquam vt veniret ad Iesum. Profectò cui videatur Petrus acriùs imprudentiæ, quam maris fluctibus impetitus. Quando nauim deſerit, fluctúsque inuadit, omni profectò auxilio graditur deſtitutus, in nauis ligneis armis contra vortices incedebat armatus: ergo imprudenter vt diſcrimina fugiat, ſubſidium deſerit, & naufragium præter opinionem exambit. O vtiliſſimam Apoſtoli nobis eruditionem! In naui non carebat contra tempeſtatem ſubſidio; at ſi illam deſerat, munitur obſequio: & quia bene nouerat obedientiam Deo præſtitam eſſe calamitatis exilium, eligit potiùs vndas obedientia aſpirante premere, quàm naui perſeuerare. Et quidem nauis obnoxia videbatur naufragio, quando obedientia coronabatur calcatis vorticibus triumpho. Hoc voco Baſilium Seleucienſem

Seleucienſ. orat. 22. *Videamus Petrum contra fluctus audentem, & in naticula conterritum.* In ipſo ſubſidio timet, qui obedientia ductus ipſo in periculo audet. Accedit Auguſtinus ſerm. 29. de

Auguſtin. Sanctis: *Petrus ambulare ſuper aquas debita ſibi Deo poteſtate præſumpſit, & rerum obſtante natura per inſueti maris nouas vias pendulum inferens greſſum; tumentia maris dorſa calcauit.* Petrus quod naturæ Chriſtus ſortiebatur elogio, obedientiæ obtinet priuilegio, & quodammodo ipſi Deo controuerſiam facit obedientiæ expromptæ artificio. Ecce Petrus de obedientia præſumpſit, quod de diuinitate Chriſtus obtinuit.

28 Per difficiles & intractabiles vias firmo veſtigio Iſraëlitæ contendunt, nulla illis per montium abrupta occurrit fera, nullus leo, vt prophetam illum, occidit, nullus vt Samſoni, obuiauit, imò montes ipſi inclinantur, & obliti ingenium, exhibere exambiunt ſeruitium. Iam ſi inquiras cauſam, textus reſpondet: *Mouerunt caſtra primi iuxta imperium Domini in*

Numer. 10. v. 13. *manu Moyſi.* O quot truces ſubiuganere inimicos! quot deterruerunt monſtra, quot obediendo ſuperauere pericula! Audi cæſarium

Cæſarius. Arelatenſem orat. 4. poſt Paſcha. *Filij Iſraël, qui ad libertatis, & quietis, & ſedem regni per difficiles itineris vias ducis Moyſi, & ſacerdotis ſui non reluctantur imperio, Dei meruere comitatum.* Obedientiâ difficillima quæque facilè ſubiugantur, & inueniuntur ſalutaria, quæ deterrebant aduerſa: eſt námque obedientia vitæ vena, proſperitatis origo, contra aduerſitatem ſcutum, felicitatis augmentum, fortitudinis ædificium, quod nec turbo diſſicere, nec malignitas audet violentis adſultibus elocare: non poteſt nutare fundamentum, quantumuis ventorum flatibus impetitum ſi obedientiâ (eſt námque virtutis corona) fuerit protectum.

29 Filij Iob collapſi ſepeliuntur ædificij ruinis:

Iob. 1. v. 19. quia, etſi firmum, violentiſſimis tamen ventis agitum ceſſit: *Ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos.* Videt ædificium firmiſſimum corruiſſe; Tranſi ad ſponſæ domum; in qua ſecurè quieſcit, quia nec ventorum flatibus patet. *Lectulus noſter*, inquit,

Cant. 1. v. 16. *floridus, tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.* Et cur hæc nunquam domus nutant? cur eam hoſtis non aggrediatur ſubruere, ſi aggreſſus eſt domum illam firmiſſimam elocare? Quia laquearia cypreſſina, inquit Honorius: in cupreſſo namque expromptæ obedientia ſignatur. Dum ergo domus laquearijs cypreſſinis tegitur, & periculum propulſatur. Audi Honorum & Nyſſenum apud Noſtrum Delrium in expoſitione tropologica huius loci: *Poſſumus in particulari laquearia hæc cum Honorio exponere obedientiæ exempla:* Delrius. *quia cypreſſus, teſte Nyſſeno, ſe aptam & facilem omni ſculpturæ præbet: obedientia verò omnes virtutes calaturæ periti ſuperioris inſerit animæ.* Sub obedientiæ tecto ſponſa florido in lecto quieſcit, nec timet aduerſariorum inſultum: quia illam obedientiæ protegit inuincibile munimentum. Obedientia, quæ ad inſtar cypreſſi facilem ſe ad omne ſuperioris mandatum præbet, virtutes omnes coronat, & vti tectum domum contra iniurias temporum, firmat. Vides obedientiam de obſequio ſemper felicem, de promptitudine fortunatam: vide etiam de cæcitate gloriolam. Obedientiæ nunquam illuditur decora cæcitas: quia dum obſequens luctose amittit oculos, ſecuriùs fruſtrantur pericula cæcus, quam fugillet inoculatus. Adeſt Gedeon hoc in ipſo capite exemplum.

Copioſam collegerat manum, cùm iubet 30
Deus formidoloſos excludi: Receſſerunt facta poteſtate quamplures: anguſtior iam exercitu in hoſtem feſtinabat irruere, cùm Deus ad aquas iubet probari: ſolummodò trecenti remanſerant, & his bellum adoritur: *Ipſe cum* Iud. 7. v. 8. *trecentis viris ſe certamini dedit*: nec adhuc armis inſtruebantur milites; ſed perſtrepentibus tubis, & obtectis luto lucernis; Et quidem ſatis innubilatam videbatur lucem ferre, qui huiuſce ludicris ad ſpeciem armis molliebatur deprælari. Dum tuba inimicum prouocat, ne ictus expectatione fruſtretur: lux impetendum deſignat. Ergo dum in ſe ipſum tuba perſtrepit, & lucernis fulget, inimicum non aggreditur; ſed detriumphandus obiicitur. Ita profectò eſſet, ſi ratione humana cenſendum; at voluit Deus prudenti Gedeoné cæcitate obedire, & obedientia reportatum ſæculis triumphum commendare. Deus, inquit Origenes in Iudices hom. 9. *Reſponſa dedit ad Gedeon dicens: Grandis multitudo eſt tecum. Et quid ſi grandis eſt multitudo? Nonne in bellis numeroſior exercitus præſtat, & eſt tutior ad ſubſidia. Nequaquam, inquit: quibus non ſunt humana prælia.* In hoc prælio dum laudabilis cæcitas aggreditur hoſtem, & vt obediat, excludit militem: excuſato laboris ſenſu diteſcit ſpoliis, & fulget reportatis de hoſte trophæis.

Pueri truculentâ rabie flammarum globulis 31
traditi, intra fornacem propter quem præcipitantur, inueniunt: flamma cedit, & viam vaporibus quærens extra fornacem adurit. *Eripit,* Dan. 3. v. 48 *& incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis eius in fornacem, & excuſſit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Zeno Veronenſis expendebat contra opinionem intra fornacem flotere gaudium, & extra fornacem audiri lamentum. *Lambunt*, inquit ſerm. 5. de tribus pueris, *roſcidos flammæ blandientes: mira res! opacitas intus, incendium foris eſt: intus hymnus canitur, foris vlulatus auditur.* Quid in hac rerum periſtaſi Sancti egerint, audi. Barbarus nouitate perculſus fornacem iubet deſerere, & in

Zeno.

populi

populi præſentiam exire. *Serui Dei excelſi egredimini, & venite : ſtatimque egreſſi ſunt.* Si anteà parere detrectarunt, cur tam expromptè modò paruerunt ? & cur luce fulgentiſſima radiantem deſerant ſocium, qui poterant vereri foris incendium. Ergo detrectent iuſſa, ne laudabilem audaciam imprudenti infamauerint obedientia. O eximios obedientiæ cultores ! vbique illorum fulget perfectio, dum illicita iubenti viriliter refragantur, & dum expromptè illicita non iubenti obſequuntur : videbantur minùs cordatè relinquere roſcidæ auræ blandimenta, & proſilire ad incendia extra fornacem æſtuantia ; & tamen qui fumo non fuerant obcæcati, parent laudabiliter cæci : quia nouerant honeſtè iuſſa non ſubtiliter examinanda ; ſed prudenti cæcitate adimplenda. Huc voco quod aiebat Gregorius lib. 35. moral. cap. 10. *Ad detrimentum quippe obedientia ducitur, cùm mentem ad ſuſcipienda probra huius ſæculi nequaquam ex parte aliqua etiam ſua vota comitantur.* Itaque vota & mens obedientiæ debent ſacrari, ne ſi mens reluctetur, obedientiæ ſplendor minuatur. Adeſt etiam Bernardus ſerm. 1. in conuerſione ſancti Pauli. *Felix cæcitas* (inquit aliorſum) *quâ malè quondam illuminati in prænaricatione, tandem in conuerſione ſalubriter excæcantur.* Salubriter pueri excæcantur, vt pareant, ſi primi parentes deteriùs cæci illuminati ſunt, vt obedientiam contemnant.

Gregor.

Bernard.

32. Iobi amici, qui famelico vel panis fruſtulum denegabant, felici inaurem auream, & opimam ouem miniſtrant : *Dederunt ei vnuſquiſque ouem vnam, & inaurem auream vnam* citatus Gregorius cenſet inaure deſignati iudicium, & oue affectum. *Offerant ouem, ſed vnam : offerant inaurem ſed vnam, id eſt, ad ſanctam Eccleſiam cum innocentia atque obedientia venientes eam mentem deferant, quem ſectarum ſchiſmata non diuidant.* Sic verba noſtro inſtituto adapto : offerant, inquit, mentem à voluntate non diuiſam, & voluntatem mente copulatam, ne ſit ſchiſma inter voluntatem parentem, & mentem reluctantem. Adde non ſine myſterio aurea inaure, quæ oculos non habet, deſignati intellectum, & oue oculis inſtructa votum : vt noueris vtiliſſimo commercio hæc ſibi debere ad inuicem mutuari, ſcilicet voluntatem ſuas tenebras intellectui, & intellectum ſuos oculos voluntati, vt affectus ſit ſemper ad rationem inoculatus, & intellectus ad patendum Numini rationabiliter cæcus.

Iob 42. v. 11.

Gregor.

§ VII.

Morigeros ſibi ſubditos ſortitur, qui Deo præcipienti incunctanter obſequitur.

33. QVi expromptum ſibi à ſubiectis exambiuit obſequium, ſuperioris non detrectarit mandatum, quando irrationabile eſt alios ſtricta lege tenere, & quâ tenetur ipſe audacter infringere : ſuam præceptionem euacuat, qui maioris præceptionem obliterat, & ſibi inuenit obſequenter qui docet exemplo, antequam adurgeat mandato : Cùm Petro Dominus regimen commendauit, agnos morigeros fore ſubiectos promiſit : *Paſce agnos meos*, & cum ſubiectos agnos promittit, & Simonis elogium promit : *Simon Ioannis diligit me plus his ? Dicit ei : Etiam Domine : tu ſcis quia amo te. Dicit ei : Paſce agnos meos* : cùm non multò ante Petrus tantummodò fuerit vocatus : ait enim textus : *Deſcendens Petrus de naui cula*, &c. videtur hîc non ſine myſterio Simon vocatus. Calluit profectò Alcuinus apud D. Thomam in catena, ſcilicet commendari eius erga Deum obedientiam, vt ſubiecti otium agnorúmque ad inſtar eius auſcultarint mandata. *Myſticè Simon*, inquit, *obediens, Ioannes gratia : meritò hoc nomine vocatur, id eſt, obediens gratiæ* Dei. Qui ſubiectis obedientiæ præbet exemplum, ipſo exemplo vitat inobedientiæ reatum : nec enim facilè ſubiectus audebit reſiſtere, ſi conſtet expromptè Numini præcipientem parere : vt è contra non eſt inuenire religiosè obſequentem, ſi Principem diuinis iuſſit æſtimauerit refragantem. Ergo Petrus vt agnos ſubditos ſibi ſortiatur, Simonis, hoc eſt obedientis laude honeſtetur. *Myſticè Simon obediens.* Quod etiam in Gedeone videas adumbratum. Ecce inuigilat, vt Dei præceptis obediat, & iam populus eius imitatur exemplum vel cùm expreſſum non auditur protulitſe mandatum : *Ierobáal, qui & Gedeon, de nocte conſurgens, & omnis populus cum eo venit ad fontem, qui vocatur Arad.* Quia voluntatis diuinæ ſigno paret Gedeon obſequentiſſimus, & Gedeoni totus populus comitatur obtemperandi ambitioſus. Adeſt Hugo Charenſis : *Cognita Domini voluntate per ſignum, ſtatim Gedeon voluit implere mandatum Domini : dicit, de nocte conſurgens.* &c. Tenebræ impediebant ; & tamen milites ducem ſequebantur : hoſtiles copiæ excedebant numerum, & tamen non deſpondebat populus animum : religioſè obtemperanti incunctanter obſequebantur : nec enim poterant Gedeonis refragari iuſſis, quem conſtabat omnibus expromptiſſimè Numinis paruiſſe præceptis. Iam quàm in ſe connexæ ſint obedientia à Pricipe Deo exhibita, & Principi obedientia à populo oblata probat luculenter Petri per vortices marinos inceſſus.

Hugo.

34. Tempeſtatis periculo obturbatus ad obedientiæ portum recurrit, & obediens portum in mediis fluctibus ante ipſum portum inuenit : *Iube me, inquit, ad te venire ſuper aquas, at ipſe ait : Veni. Et deſcendens Petrus de naui cula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.* Obſequenti vnda gracilis famulatur, & labilis libenter fluctus obſequitur : *Ambulat ſuper aquas Petrus*, inquit Ambroſius tom. 5. ſerm. de cathedra S. Petri *& ſub pedibus eius mollis vnda non cedit.* Obſequium vnda obſequenti geſtit præbere, nec audet obedienti, vel agitata reſiſtere. Quid tunc ? Petrus acrioribus venti flatibus impetitus vndam premere cunctatur, & qui vortices paulò antè calcauerat, naufragus redditur : *videns ventum validum timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamauit.* Ecce iam vnda non ſubſternitur gradienti ; ſed excutiens oneris moleſtiam parat naufragis ruinam. O quàm infida eſt labilis vorticis fides ! Ecce Petrus qui ſolido greſſu modò torquebat inuidiam, iam clamat vltimam expertus miſeriam. Verùm non mirum gurges ſubtrahatur, ſi ambulare præcipienti imprudenter trepidus non obſequitur. Accipe Ambroſium : *ſed vbi turbatus ventis, exagitatus procellis incipit timere quod credidit, ſtatim ei gurges ſubtrahitur, vnda ſubducitur, mox de fatiſcente fide fatiſcit ſemita : Modicæ fidei, quare dubitaſti ? Cur tam paruæ fidei,*

Creaturæ dum calcantur, obſequuntur. Matth. 14.

Ambroſ.

Digitized by Google

Culpa naufragij mater.

fidei & vt qui credeodo mare ambulare cœperas, non in perſeuerando traſires? dum cunctaris, & dubitas, iter quod ingreſſus fueras, perdidiſti. Cunctanti ſubdùcitur vnda, quæ ſubſternebatur pedibus ſplendentis obedientiæ nec obedienti eſt ſubducta, nec inobedienti inuenitur famulata.

35

Cùm Iſraëlis populus diro captiuitatis iugo depreſſus gemeret, & Pharao commutato cum belluis ingenio truculentiſſimus deſæuiret, Deus ad commiſerationem commotus eſt: Duce Moyſe, poſt miraculorum illuuiem, iuſſus eſt proficiſci; at dum inter duo elementa peruenit, præſentaneæ exitum mortis expauit: hinc namque infeſtiſſimis perſequentium Ægyptiorum mucronibus premitur obturbatus, inde magnis vndarum vorticibus impeditus: nullæ ſuppetebant naues, nulla ad transfretandum præſidia; verùm adiutor in tribulationibus Deus Moyſem iubet eleuatâ virgâ mare percutere, populoque, vt per medios vortices arripiat iter iubere: *Loquere filiis Iſraël., vt proficiſcantur; tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud.* Et quid neceſſe eſt tempus conſumere in eleuatione virgæ, quando tergis aduerſariorum inſiſtunt copiæ? Findatur mare, vt celeriùs fuga arripiatur, dum tempus in percuſſione non teritur. O vide, amabo te: iubebat Moyſes populum per ſtupentes vndas incedere, erátque præceptum ad ſpeciem arduum; quando ipſo videbantur laborare remedio; imò & captiuitatis gemitum grauiori naufragiis redemiſſe periculo. Ergo voluit Deus Ducem à populo in rebus arduis, ſcilicet in diuidendo virgâ mari ſpectari Numinis iuſſis rationabili cæcitate obſequentem, ne Dux inueneret populum iuſſis reluctantem: *Cùm extendiſſet Moyſes manum ſuper mare*, addit textus, *abſtulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in ſiccum, diuiſáque eſt aqua & ingreſſi ſunt filij Iſraël per medium ſicci maris.* Nullus è populo refragatur Moyſis præceptis, quando præruptorum vorticum adurgeri vehementer poterat minis: quia nec Moyſes reſtitit diuinis mandatis. En dum obtemperans promit præcepta, populus viam incunctanter arripit per naufragia. Innuit Abulenſis ad hunc locum: *Fortè Deus locutus fuit ei de nube, vt ſupra dictum eſt, vt proficiſcantur.* Ne populus per abrupta excauati ac labilis montis proficiſci timidus expauiſcat, audiat Moyſes Deum ſibi de nube loquentem, & mare in vitreos aggeres ſolidare non renuat: quia ſi ipſe Deo geſſerit morem eius parendo præceptis, & populus parebit mandatis: *Fortè Deus locutus eſt ei de nube, vt proficiſcantur. Addit: Iſta eleuatio virgæ, & extenſio manus ſecundum ſe nihil proderat: quia nullius potentiæ ad hoc agendum erat manus Moyſi, aut virga eius: ſed iſta fiebant ad ſignificandum quod Deus mare rubrum diuidebat ad preces Moyſi in vtilitatem Hebræorum.* Ad vtilitatem Hebræorum præcepit Moyſi, quod ſine virgæ eleuatione facilè poterat perficere: ſed quia duro ad ſpeciem vereri poterat Moyſes populum reſtiturum mandato, voluit vt præſtitum Numini attenderint ducis obſequium: quò crederet ſibi exhibituros obſequium, quando ab ipſo videbant expromptè Numinis adimpleri mandatum.

Exod. 14. v. 16.

Hugo

Abulenſ.

36

Ioſuë cùm iam præ manibus de Amorrhæis haberet victoriam, ſolis extimuit abſentiam, ne, dum confuſis tenebris miſtum feruentem retardat animum, aduerſarijs præbeat effugium. Ergo voce pietatis plenâ luminaria figit, & periculum prouidenter depellit: *Sol contra Gabaon ne mouearis & Luna contra vallem Aialon.* Luminatia virtuti præcipientis præſtiterunt obſequium, & ſteterunt rapidum curſum: *ſteteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Status ab exordio mundi tenor inuertitur, & prodigium in auditum retrò ſæculis expectatur. Quis crederet luminaria hominis partita mandato, quando coronata intuetur imperio? At rationem reddidit textus: *Sicut præceperat Dominus Moyſi ſeruo ſuo, ita præcepit Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa compleuit: non præterijt de vniuerſis mandatis, ne vnum quidem verbum quod ingerat Dominus Moyſi.* Moyſes auſus non eſt luminatia ſiſtere, Ioſuë iuſſit audacter ſtare: nec mirum: nam Moyſes ad contradictionis aquas dominis refragatus eſt nullis, at Ioſuë exprompté ſemper paruit vel Moyſis præceptis. Ergo quæ fortè Moyſi præcipienti luminaria non ſiſterentur, Ioſuë iuſſionibus adulantur. Ad ſt Procopius apud Gloſſam: *Moyſes non dixit: ſtet Sol, non ſuſpexit in cælum, non ſignum cæleſte oſtendit; verum Ioſuë dixit: ſtet Sol: ſtetit itaque & mens Ioſuë Solem.* Addit Tertullianus aduerſus Psychicos cap. 10. *Ipſis elementis ſtationem imperauit: ſteterit ſol in Gabaon & Luna in Aialon.* Præceptis obſequentis parent, inobſequentis iuſſis reſtituunt, ſibi namque mitè reſpondent exhibitum à Principe obſequium, & inuiolatum à ſubiectis ſibi mandatum. Iam à morigero ardua facillimè obtineri, & à non morigero, nec arduè facillima impetrari, ſuis Moyſes actionibus conteſtatur.

Ioſue 10. v. 12.

Procop.

Tertullian.

73

Ad Dei præceptum ſerpentem vertit in virgâ, & fluenta vertit in ſanguinem: *Virgam, quæ conuerſa eſt in draconem, tolles in manu tua*, iubet Deus, dicéſque ad eum &c. *Fecerúntque Moyſes & Aaron, ſicut præceperat Dominus, & eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in ſanguinem.* Naturas immutat, & mira facillimè patrat. Tranſi modò ad Numeter. 20. vbi cùm populus ardentiſſimæ ſitis æſtuaret flammis, virgâ rupem ferit, vt elicitis æſtuantibus ſuccurreret vndis, nec tamen rupes primo ictu percuſſa paruit; imò reſtitit, oſque fuit iterum repercutere, vt aquas ſitientibus miniſtraret: *Cùm eleuaſſet Moyſes manum percuſſitque virga bis ſilicem egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.* Primo icta aquas non elicuiſſe teſtatur Lyra: quia ipſo ictu obedientiæ refragabatur: & quidem ille magnus, & qui tanta fuerat expertus, ſic totius populi infidelitate obturbatur, vt tantiſper hæreat dubius, & ipſo impedimentum remedium ſolicitet cæcus: *Primo ictu non exierunt aquæ propter dubitationem Moyſi.* Ea virga, quâ vndas induraueràt, quâ in ſanguinẽ mare verterat, non potuit è rupe, quod videbatur facilius vndam educere. Et quidem hic, etſi aperiretur vndarum vena, non immutabitur natura, cùm ibi aqua in ſaxeum murum ſtupeat conuerſa, & rubeat in ſanguinem tranſmutata. Ecquæ huius diſcriminis ratio? Quia ibi, inquit textus, dictis paruerat: *ſicut præceperat Dominus*; hic tantiſper eſt refragatus mandatis: inſſerat namque Dominus: *Loquimini ad petram, & ipſa dabit vobis aquas.* Ergo dum præcepta tranſgreſſus eſt, & eius etiam rupes ictum fruſtrauit, iuſſaque contemſit. Accipe ex catena & apud Gloſſam Cyrillum: *In*

Exod. 7. v. 15. & 20.

Numer. 20. v. 11.

Lyra.

Cyrill. *Ægypto semel tantùm eadem virgâ vel æra, vel aquas diuerberans ostentabat; nunc quia insultanti populo succumbens de fide aliquatenus deturbatur, parum abfuit, quin Dominus negaret aquas.* Paucioribus expensis obtinuit à mari, quod solicitabat à rupe: vt noueris inobsequentes laborem sibi adaugere, & desiderata ipso conatu impedire. Rupes Moysi refragatur, vbi Moyses Numini non obsequitur; & vnda obsequitur, vbi virga non refragatur. Vt noscas respondere sibi præcipientis obedientiam Numini, & subiectorum obedientiam præcipienti.

§. VIII.

Dignitas annexos habet labores, sed plures laborem fugiunt, & splendorem exambiunt.

38 SPlendor virtutis ac laboris legitima progenies est, vtque sapor ad deguſtandos allicit cibos, sic splendor, qui virtutis sapor est, ad exantlandos labores. Sciat qui dignitatis lumina exambit, se vectigalem laboribus ac vigiliis futurum. Principatus semper subiectis tributarius, & operosis vigiliis inuenitur annexus: *Dij*, aiebat Tertullianus in apolog. cap. 13. *qui magis tributarij, magis sancti; imo qui magis sancti, magis tributarij, maiestas quæstuaria efficitur.* Non sibi profectò, sed subiectis, quibus pro honoris reuerentia, & obsequiorum cultu vigiliarum ac laborum vectigalia semper impendit: dignitas & subiectio commercium est: subiectio pendit reuerentiam, & dignitas rependit curam. *Habeo imperium*, aiebat Agesilaüs apud Plutarchum in apophthegm. Lacon. *Non mihi, sed Reipublicæ nostræ, & socijs. At tum demum Imperator verè ac iustè imperat, cùm etiam paret legibus, & ephoris.* Magistratum non gerit, qui sibi magistratus solùm honorem exambit: est enim fucata dignitas, quæ opere non impletur, & ad honorem tantùm ambitur. *Principem*, aiebat Themistocles apud Stobæum de magistratu cap. 46 *Non ob quæstum priuatum; sed salutem, custodiámque subditorum omnia facere oportet, sic vt ipsos quoad efficere potest, illæsos, & in felici statu, ei, qui credidit, restituat.* Addit: *scias te subditorum singulis præstare commuui pro omnibus curâ, & solicitâ gubernatione pro vniuersâ Republica.* Ecce qui cæteris honore præstat, præ cæteris curâ inuigilare tenetur, & præ cæteris adlaborare præcipitur: aliter namque dignitati detraheret, & rapina honoris sorderet. Gedeon in Principem auguratus vigilias anticipat, & in hostes lampadas prænsat. *Igitur Ierobáal, qui & Gedeon de nocte consurgens, & omnis populus cum eo venit ad fontem, qui vocatur Arad* Primus somnum discutit, primus viam carpit, & imperium Domini primus implet: *Cognita Domini voluntate per signum*, inquit Hugo hîc, *statim Gedeon voluit implere mandatum Domini; dicit, de nocte consurgens.* Non traxit moras, non misit, vt indulgeret otio, deprælaturas phalanges; sed tenebrarum obstacula vincens, & delicias quietis spernens exurgit impauidus, & in hostem audet prouidus.

Tertullian.

Plutarch. Ille benè imperat, qui legibus paret.

Stobæus. Superior subiectos antecedat, solicita curâ, & vigilanti custodiâ.

Deus solo nutu cœli latitudinem, terræ molem, aquarum congeriem produxit, & producta inuiolabili lege continuit; verùm producto iam mundi corpore velut domicilio hactenus inconcinno aggreditur ornamenta producere, quæ pari cum magnitudinis miraculo oculos pulchritudine allicianr, & in conditoris elogia trahant. Lucem locutus est: *Fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem quòd esset bona.* Prima vox à Deo mittebatur, & lux nascebatur; posteà eamdem lucem, vt Interpretibus placet in cœlo collocat, & præsidis dignitate nobilitat: *Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas, & posuit eas in firmamento cœli, vt lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras.* Quæres cur luci, si anteà diuidendi tenebras munus non fuit iniunctum, testante Scriptura: *Vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris:* modò radiorum spicula sit in tenebrarum acies contorquere præceptum? Ad hæc: si luci illi primogeniæ, nec diei, nec nocti præsidere mandatur, cur modò inquietus adeò labor iniungitur? Causam iam reddit textus: *Et posuit*, inquit, *in firmamento cœli.* Dum in fastigio collocat, dum regendi honore nobilitat, laboriosos discursus explicat, vt compertum omnibus fuerit intertextos dignitate labores, & dignitates laboribus ac vigiliis inuiscerarus semper extitisse. *Sunt*, aiebat Aëlredus in allegor. Tilman. *in sancta Ecclesia firmamento à Domino creata duo magna luminaria, sacerdotium scilicet & regnum, Rex, & Episcopus.* Ecce Reges, Episcopique non de tenebris; sed de splendoribus producuntur, ne obscura origo fuerit dignitatis iniuria, aut tenebrosi mores præceptorum inefficacia. Ergo productis de lumine Rege, & Episcopo solicitas iniungit curas, quas ignorauerant anteà, vt constet labores dignitati adnatos, & fastigio semper adnexos. *Istuc pertinet*, aiebat Oleaster hic ad mores, *quod de luminaribus sequitur, quibus tot facere officia præcepit, quot poterant præstare. Diuidant, inquit, diem à nocte, & sint in signa, tempora, dies & annos, & illuminent terram. Vbi vides quot & quanta terræ luminaria præstent ministeria: nihil lucri ex ea sperantes, neque dedignantur, cum tam sublimia corpora sint, tam lucida, támque pulchra, infimo elemento, terræ scilicet, tot præstare ministeria.* Lux dignitatis culmen nondum adepta, nullum terræ ministerium exhibere iubetur, fastigio euectæ impendere plura præcipitur: solium namque nil aliud est, quàm seruitium nobile, & iugum spectabile. Adde luminaria contenta non esse, si vnum aut aliud exhibuerint ministerium; sed pro viribus omne præstitisse officium: vt norint Principes, superioresque teneri pro viribus laborare, & quidquid ad subiectorum possint leuamen curis solicitis exhibere.

39

Gen. 1. v. 4.

Aëlred.

Oleast.

40

In sole, aiebat Psaltes, *posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam.* Cùm sponsum audiui, existimabam thalamo incubiturum, & intueor gigantis ad instar viam carpere, & omnes salubri influxu fouere: solis redimitus radiis non quiescit otiosus; sed pro subiectis prodit armatus. Vtrumque iunxit, tabernaculum,

Psalm. 18. v. 6.

Digitized by Google

tabernaculum, & faſtigium, quaſi laborioſum militandi ſtudium tabernaculo ſit adnexum: *Tabernaculum*, inquit Incognitus ad hunc locum, *dicitur militantium, & verbum in homine habitauit, vt hic militaret contra dæmones.* Solis redimitur lumine; ſed periſtat Chriſtus contra inimicos in acie. In ſole tabernaculum collocatur, ne aliquando videatur dignitatis lumine frui, quin conſtet etiam hoſtiles contra adſultus armati. Vides primam noſtræ theſis partem, ſcilicet dignitati labores ſemper adnexos, ſatis fulcitam: vide modò aliam non infirmioribus teſtimoniis probatam. Et vtinam dubitare permitteret experientia; at quotidie videmus dignitatis honoribus inhiantes, & annexas curas honoribus faſtidientes: vt illud Caſſiodori 6. var. 12. etſi alio ſenſu prolatum, fuerit certiſſimum: *Magnum quidem multis, & inter vices videatur eſſe geniorum publicæ vtilitati probis actionibus occupari; ſed quanto felicius honorem ſplendidum ſumere, & cogitationum moleſtias non habere, interdum enim aſſidui labores etiam ipſas ingratas faciunt dignitates; dum imbecillitas humana cuiò ſolet ſuſtinere faſtidia, & quod prius ambiſſe creditur, poſteà vitare velle ſentitur. Sed hoc multò præſtantius, adeſſe conſpectibus regijs, & abeſſe moleſtijs, gratiam habere loci, & vitare contumelias actionis.* Faſtidiunt plures labores dignitatibus annexos, vtque ambitioni adulentur, & moleſtijs ſubtrahantur, damnanda induſtria ita ſplendorem & laborem diuidunt, vt labori proſus pareant, & commodis laboris indulgeant.

Incogn.

Caſſiod. Aſſidui labores ingratas faciunt dignitates.

41 Bellua hominis ſpecie in Iſraëlitarum phalanges ſacrilega lingua inſurgit, & ad duellum, minas ac iniurias ingeminando, compellit; adeò tamen horribilis omnibus erat torualis aſpectus, vt maluerint terga non ſine dedecore vertere, quàm trucem hominis vultum ſpectare: *Omnes Iſrael vt cùm vidiſſent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valde.* Non ſolùm gregarij milites; ſed & Saül ipſe fugit: Saül cæteris præſtabat honore, æquabat infirmitate, vt cæteri timidus, vti nullus honoratus: dignitatis honorem ambiebat; ſed hoſtem nullatenus refrænabat, coniungebátque cum timiditatis ignauia dignitatis etiam lumina: retinuit honorem dignitatis; ſed moleſtias tenuit laboris: *Terribilis aſpectu*, aiebat de gigante Baſilius orat. 15. *ac voce terribilior terrorem terrore geminabat, latéque ſpargebat: Saul interim in tumultu erat.* Ecce Saül indecorè vertit terga, & retinet dignitatis inſignia: quia ſubtili ambitionis acumine inter laborem, dignitatémque ſic diuidit, vt quamuis inuiſcerata concatnatáque ſit laboribus dignitas, & dignitatibus laboris anxietas, retinuerit honoris gloriam, & laboris recuſarit moleſtiam.

1. Reg. 17. v. 24.

Seleucienſ.

42 Vt Apoſtolorum fidem Dominus excitaret, & veluti examinis lance expenderet, ſcapham ingreſſus puppim aſcendit, & ſomno indulget: *Erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens.* Mare in diſcipulos fluctus armat, illi defatigatis iam viribus, caſſáque induſtria, ad portum, qui in ſcapha erat, recurrerunt, & immodicis clamoribus excitarunt: *Dicunt illi: Magiſter non ad te pertinet, quia perimus?* Dignitatis proferunt nomen, vt ſomnum arguant; puppim principaliorem nauis, partem occupaſſe, ibíque ſomno indulſiſſe aliquo modo ſugillant, dum ad dormientem pertinere reliquorum ſalutem clamant. Quid tunc Dominus? *Quid timidi eſtis? necdum habetis fidem?* Fide opus erat, ne ſuſpicarentur aliorum morem ſecutum puppim aſcendiſſe, aſcendendóque non ignauiâ; ſed myſterio dormitaſſe: ſunt namque plures qui puppim cupiant aſcendere, & magiſtratus honoribus irradiare, & ſimul otio indulgere. Itaque non priuarunt magiſtri titulo, etſi traditum adſpexerint ſomno: quia de more experiebantur plures faſtigia occupantes dormitaſſe, ſuoſque medijs in diſcriminibus reliquiſſe. *Si habuiſſent fidem*, inquit Theophylactus apud D. Thomam, *credidiſſent quòd & dormiens ſeruare eos potuiſſet incolumes.* Vel ipſi ſomno indulgens ſubiectorum commodis vigilabat, tantúmque aberat ab inerti otio, vt in ipſo otio vigiliis ſuis conſuluerit ſtudio; at Diſcipuli dum non credunt dormiendo vigilare, clamoribus excitant, & muneris ad ſpeciem iniuriá dormitantem ſugillant. Et quidem huic rei ſatis aptatur, quod Drogo aiebat ſcribens de Sacramento Paſſionis, ſcilicet Chriſtum pellucidi, cryſtalliníque ad inſtar ſpeculi actus noſtros ſuis actibus expreſſiſſe, & irreprehenſibilibus actibus actiones noſtras reprehenſibiles oculis obiectaſſe: *Feciſti*, inquit, *de corpore tuo ſpeculum animæ meæ.* Ergo Chriſtus, vt plurium actiones in ſe adumbrarit, puppim aſcendit, & dormit: quia plures, vt dormirent, puppim aſcenderunt, & quaſi ad illos non pertineat ſubiectorum ſalus, & impenſus pertineat honos, cum vorticibus deprælliantes relinquunt, & ad obſequia pendenda cogunt. Ecce dormit Dominus, & Diſcipuli deprælliantur, quaſi illorum conflictus militauerit ſomno, & ſomnus productus ſit de conflictu. Addebat citatus ſuprà Oleaſter aliquos faſtigia occupantes non tantùm dormire; ſed & ſibi ſubiectos deuorare. Certè Dominus in ſole tabernaculum poſuit: quia ſol benigno influxu omnia fouet, & fota nutrit; at Abimelechus cùm inſcendit faſtigium, rubo ſpinoſiſſimo comparatur: quia nullum fructum promebat, & ſentibus dilaniabat: *Dixerunt omnia ligna ad rhamum: veni & impera ſuper nos.* Audi Oleaſtrum hic: *Quo exemplo* (lucis videlicet) *docentur Principes, nobiles, & ſublimes inferioribus, cùm opus ſit, miniſtrare, quorum præcipuum munus eſt inferiores ſuo conſilio dirigere, & illuminare. Sed proh dolor! non ſolùm non dirigunt; ſed deuorant pauperum bona, & cogunt pauperes vice verſa ſibi miniſtrare, ex quorum ſudoribus viuunt, & deliciantur.* Quid plura?

Theophyl.

Drogo.

Iudic. 9. v. 14.

Oleaſt.

Marc. 4. v. 38.

§. IX.

Felix Reſpublica, quæ ſortitur Principes vigilantes; infelix, quæ experitur dormientes.

SVperioris ſolicitudo Reipublicæ eſt, quod nauigio gubernaculum, vtque ſine gubernaculo 45

naculo nauis vel pacatis vndis aſciſcit ſibi naufragium, ita Reſpublica vel tranquillo tempore cogitur ſuſtinere periculum; amantur Principes, de quorum ſolicitâ curâ venit, vt hoſtis abigatur, & tranquilitas conſeruetur: non ita diliguntur ignauo torpentes otio, aut ſomno indulgentes nociuo quando ſæpè leui gubernaculum moderantis deſidiâ nauigium tumidis abſorbetur vndis, aut gaudia accumulat inſidiantibus ſubiugatum piratis. *Quam viciſſitudinem*

Caſſiod. *reddat*, aiebat Caſſiodorus 10. var. 14. *Qui maximo labore defenditur, cuius per dies ſingulos ciuilitas cuſtoditur, niſi vt illos diligat ſuprà omnia, per quos habere probatur vniuerſa.* Per quem prouenium vniuerſa, diligitur, ſi non prouenerint, non amatur. Reſpublica proſperitate efflorescens ſemper regentis fuit laus, quando de ſubiectorum ſecuritate gratior micat Principis gloria, vt de dolore obſcurat ſemper querela. Miniſteſterium eſt Principatus, non otium. Et quidem ſi dignitatis culmine conſtitutus ſibi ſoli ſit indulgere contentus luctuoſiſſimum populis inuenitur excidium, & ineluctabile fatum. *Eſt hic*, aiebat Plutarchus ad Principem indoctum. *Principis be-*

Plutarch. Laudabilis motus eſt, ne ſubiecti aliquam ſubierint iniuriam. *nignus metus, nec ignauus, ſubditis metuere, ne imprudente ipſo violentur, haud ſecus atque canes laborioſos, qui apud gregem ouium excubias agunt in cauſa, quando ſeram audiunt trucem, non proſe; ſed pro illis, quas cuſtodiunt.* Vt canes laborioſi excubias agentes omnium inuigilauere ſaluti, dormientéſque luporum agnos tradiderunt immanitati, ita ſuperiores, ſi vigilarint ſuis afferunt ſalutem, vt ſi dormierint, perniciem: *Dices & Principes*, præmiſerat Plutarchus ibi, *inertes ex inteſtina ſua importunitate ſubinde agitantur, & ſubuertuntur.* Rationem reddit: *Dum enim baſi non ad rectam lineam poſita poteſtatem ſuperſtruunt excelſam, vnà cùm ea nutant.* Nutat cum inerti poteſtas; quia quæ fundanda erat ſolicitâ curâ, innititur ſomnolentiſſimâ ignauiâ. *Patrem quidem*

Seneca. *patriæ appellauimus*, ſcribit Seneca lib. 1. de clementia cap. 14. vt *ſciret datam ſibi poteſtatem patriam, quæ eſt temperatiſſima, liberis conſulens, ſuâque poſtillos ponens.* Subiectis conſulendum eſt, & vt conſulatur, nulli labori parcendum: aliter qui ad dignitatis faſtigium euectus ſibi ignauè indulget, ſubiectos diligentiſſimè perdit. Gedeon excuſſo ſomno auroræ præuenit ſplendorem, & in hoſtem vigilat proceſſurus, quo tempora triumphis redimiuerit laureatus: *De nocte conſurgens, & omnis populus cum eo venit ad fontem, qui vocatur Arad.* Solicitâ curâ vigilantem iubet oraculum maiorem partem exercitus ad ſua remittere, & anguſtâ manu hoſtem inuadere; eo tamen tempore, quo nocturnis vigiliis deſignati dormiebant milites: paruit, & vicit: quo notum omnibus fuerit, vel anguſto numero Ducem vigilantem viciſſe, & copioſiſſimum hoſtem ſomno indulgentem ſine pugna ſuperaſſe: *Ingreſſus eſt Gedeon, & trecenti viri, qui erant cùm eo, in partem caſtrorum incipientibus vigiliis mediæ noctis, & cuſtodibus ſuſcitatis cœperunt buccinis clangere.* Ecce dum qui excubias agere debuiſſent, altè adeò dormiunt, vt buccinis perſtrepentibus ſit opus, vt excitentur, totus Madian interiit, & dum media nocte Gedeon ſolerter inuigilat, hoſtes vigilando detriumphat: *Poteſt intelligi, & melius, quod vigiles caſtrorum circa medium noctis*, inquit Abulenſis quæſtione Abulenſ. 25. *ſopore grauati ſunt: & tunc venit Gedeon, & ſocij ſui; nec excitati ſunt cuſtodes, quouſque cœpit ſtrepitus & clangor Gedeonis apud caſtra & ſic etiam ipſi vigiles putauerunt eſſe hoſtes intra caſtra: quia non viderunt eos venientes: vnde omnes conturbati ſunt, & in ſe conuerſi.* A Duce vigilanti, anguſto militum numero ſtipato copiolus hoſtium ſuperatus eſt numerus: quia dum cuſtodes altiſſimo ſomno immerſi dormiunt, & quo debuiſſent vigilare, otij deliciis tempore incumbunt, omnia ab aduerſatio caſtra inopinè turbantur, & ipſa incautâ turbatione vinciuntur. Quàm fortunatus fuit Gedeonis exercitus vigilantem ducem ſortitus: quàm miſer Madianitarum populus ſomnolentos cuſtodes paſſus? vt firma ſit noſtra theſis, ſcilicèt felicem eſſe Rempublicam, quæ ſortitur ſuperiores vigilantes; infelicem, quæ ſuſtinuerit dormientes.

Dauid vnico ſtipatus milite non timet in aduerſariorum caſtra deſcendere ad ſpeciem temerarius, dum ineuitabile ſibi aſciſcere videbatur periculum; verùm vt omnia illis in figura contingebant, ſic fieri oportuit, quò Salubre futuris tradiderit documentum: tunc namque Saül & Abner eius exemplum ſecutus grauati ſomno iacebant, & in ſe imprudenter aduerſariorum manus concitabant: *Venerunt Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saül iacentem, & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius; Abner autem & populum dormientes in circuitu eius.* Effectus inaurauit audaciam, quandoquidem dormiente Principe vel à numeroſo populo Dauidi non imminebat periculum; imò Saüli ab vnico vigilante milite minabatur contortum telum: Dauid exinceps non adeò timuit: quia Saülis ſomnolentiam cognouit: *Conſpiciebat illum dormientem*, inquit Chryſoſtomus hom. de Dauide & Chryſoſt. Saüle, *ac de morte omnibus communi philoſophabatur.* Expendamus illud: *De morte omnibus communi*, id eſt, de morte non ſolùm humano generi communi philoſophabatur in mortis vmbra; ſed etiam de morte omnibus Saülis militibus eo tempore communi philoſophabatur in ipſorum ducis ignauia: Dauidi dum vigilat, tam facile fuit exiguo milite regnum obtinere, quàm Saüli milite copioſo, dum ignauè dormit, amittere. Epicurei ſic deſipiebant ciborum ingluuie obtuſi, vt quem aſſeuerabat Deum, diuinitatis priuârint iure, dum, vt ab eo omnem laborem depellerent, inerti tradebant otio: nam dum credebant otioſum, iam negabant imprudentiſſimè Deum. *Platonici quidem curantem rerum*, inquit Tertullianus in apolog. cap. 47. Tertullian. *contra Epicurei otioſum, & inexercitum, & vt ita dixerim, neminem humanis rebus.* Prudentiores erant, inquit Tertullianus, Platonici Epicureis in Deo conſtituendo: nam Epicurei ſibi ipſis aduerſantes, & Deum diſcupiebant habere, & ſimul probabantur indignè præſumentes expungere. Ni iam vt haberent neminem ſtatuerunt inertem: eſt namque nullus, qui poſtpoſitâ minoris curâ, otioſam ſectatur ſemper inertiam.

44

Ioſeph,

Digitized by Google

45 Ioseph, vt nil mali suspicabatur, candidè virulentis prodebat quæ à cœlo acceperat somnia: senectutis filius senectutem patris recreabat, & laborem obsequiis alleuans, amorem sibi naturalem fouebat. Ergo fratribus inuidentia turgidis sic somnium refert. *Audite somnium meum, quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Fratres futurum Regem suspicati toruitate vultus somniantem feriunt, & asperis verbis non satagunt corrigere; sed offendere: *Numquid Rex noster eris, aut subjiciemur ditioni tuæ?* Et quid si eius ditioni subiiciantur, fratrem euectum ad dignitatis culmen fortiti? Estne contemnenda Regis consanguinitas, & quãdo alios extrema premit inopia, fructuũ vbertas? O inuidiam prorsus exoleulatam! Suam ipsorũ respuunt felicitatem, ne minorem spectarint felicem, & ipsius vitæ dispendio, adulari satagunt odio. Verùm tantisper in gratiam redeamus cum fratribus: putauerim sub ignobili inuidiæ cortice aliquod latere mysterium erudiendis superioribus opportunum: fructuum audiebant vbertatem, verùm & Ioseph dormientem, nec fore crediderunt victuros sub Principe somno indulgenti; imò illi subiici veram putabant calamitatem, & fortunam solùm somniatam: *Neque notam*, inquit Basilius orat. 8. *ex in omnis pueri felicitatem sustinebant.* Felicitatem promittebant insomnia; at fratres non credebant somno depictæ felicitati: quia nouerant superiore dormiente subiectos non posse felicitari; imò non posse calamitate non obrui. Et fortassis Deus, vt ostentaret gratiæ miraculum, subiectorum incrementa, & superioris coniunxit somnium, quasi miraculi ad instar foerit, superiore indulgente somno, subiectos non vrgeri detrimento: nam de more superior somno indulgens subiectorum non est prosperitas, sed calamitas.

Gen. 37. v. 7.

Seleucienſ.

46 Ethnici, vt refert Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 4. Solem, Lunámque vti Deos adorabant; verùm nec nocte Solem, nec die Lunam Deos colebant; imò se eo tempore Deo caruisse, imprudenter; sed moralissimè existimabant: *Alij*, inquit, *Solem ponebant, vt occidente Sole noctis tempore sine Deo essent; alij verò Lunam, vt in die Deum non haberent.* Itaque dum feriantem existimabant, & regimine carentem credebant: quasi idem sit curas regiminis intermittere, & regiminis cultu carere. Et quidem Sol post tot exantlatos labores iure aliquod sectabatur otium laboris differens pensum; at ita inuiscerata putabant vigilantiam diuinitati & regimini, vt arbitrarentur Solem non sine causa otiantem, tanto tempore exaugurari, quanto subiectis constabat, luminibus non adesse.

Cyrill.

§. X.

Qui pericula obedientiæ postponit, ipsâ obedientiâ propellit.

47 *Vir obediens*, aiebat Sapiens, *loquetur victorias*: quia non potest religiosa triumphis non coronari obedientia. Multi passionibus ob-

Proverb. 21. v. 28.

turbati, & salutis amore vincti si suspicentur pericula, fugiunt animitùs obtemperare præcepta; at dum imminenti ad speciem periculo obsequij iniuriã subuenunt, pericula sæpe incurrunt, & quibus sibi salutem artibus nitebantur fulcire, eisdem inueniuntur præter opinionem labefactare. Timor deponendus est, & ipsâ obedientia firmandus animus: quia aliter caulæ timoris augentur, & quæ mala timebantur, nutriuntur. *Obedientia felicitatis est mater*, aiebat quidam Chil. 4. centur. 5. adag. 59. Et iure: nam obtemperantem munit, & omnia mala propellit. Ecce Gedeon milites quam plures adlegit, pertimescebant non pauci certamen, & suspicabantur imminere sibi discrimen; eâ tamen religione conuenerunt, vt maluerint timorem sustinere, quam obedientiam violare. *Igitur Ierobaal*, inquit textus, *qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem, qui vocatur Arad.* Plures formidolosos conuenisse probat; cuentus recitferunt namque viginti duo millia virorum facta redeundi ad propria licentia: *Reuersi sunt de monte Galaad, & reuersi sunt de populo viginti duo millia virorum.* Quod si inquiras, cur in hostes formidant, depræliaturi descendant? Et si depræliaturi descendunt, cur iubente Numine reuertantur: conducibilius namque videbatur labores itineris non sub isse, aut post tot æruminas non remeasse? Respondeo postposito timore parusse præcepto, & ipsa obedientia occurrisse periculo. Eodem tempore timor corda quatiebat, & præceptum fugis vocabat. Quid tunc? Formidolosi obedientiam timori præponunt, & timentes prodeunt; at Deus timori succurrit, & facultatem manendi facit: *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidolosus est & timidus, reuertatur.* En dum timentes obediunt, obedientes timoris causas præcidunt: quia quos Numen salutem nouit postposuisse, volant parendo firmasse: *Excluduntur timidi*, inquit Glossa moralis: formidantes obtemperant, & ob id ipsum pericula exarmant: vt nouerit postpositum obedientiæ periculum ipsâ postpositione propelli, & timoris causam vitari.

Eraſm.

Gloſſa.

48 Degebat Moyses in fœcundis Arabiæ montibus, dúmque loca herbida, & pascua ouibus florida sectaretur, in horribilem incidit visionem: rubus flammis impetitus manebat illæsus, quasi non esset incendij materia; sed ipse ab igne aleretur; vox è rubo mittebatur, quæ Moysem contra inimicos armaret; pastor prouidus, non incredulus signa legationis depoſcit: nouerat namque non solùm cutias fraudibus sentire; sed desertis etiam aliquando nutriri: proiecta virga serpentinam faciem induit, & qui ad ignes inuolabat intrepidus, venenum serpentinum expauit prudenter timidus: speciem sceleris fugit ad coercenda scelera delegandus, igneo delpexit cum bellua pertinaci debellaturus: Deus serpentis caudam prænsare iubet, & Moyses ne obedientiam violet, timorem postponit: *Versa est in colubrum ita vt fugeret Moyses: dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius: extendit, & tenuit, versáque est in virgam* Horribilis coluber timorem vel ipso aspectu incutiebat, fuga tentabatur metum; at dum Moyses paret, in baculum serpentem conuertit, vt vnde oriebatur metus, inde fulciretur armatus: comprehensa virga elementis imperabat, qui timidus effugiebat: timori obediendo subuenit, dum obedientiæ postponit.

Exod. 4. v. 3.

Nec vnico hanc veritatem Deus fulsit testimonio: miracula ingemmat, vt auditores instituat: dexteram Moyses sinu recondit, quæ dum indulget otio, marcet contagio: *Cum misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis.* Exterior erat facies serpentina, interior lepra, cum serpente belligerando triumphis coronata est dextra, & tabe lorduit otiosa: Deus in eumdem sinum leprosam manum iubet retrahere: *Retrahe*, ait, *manum tuam in sinum tuum.* Difficile sanè præceptum: videbatur, namque multiplicandum ipsâ obedientia contagium, & adaugendum periculum; verùm paret Moyses, & obediendo recuperat sanitatem, qui amissurus obediendo videbatur salutem: *Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquæ.* Pestilenti sinu viguit obediens dextra; & quod videbatur augere damnum, depulit prorsus periculum: *Extendit, & tenuit*, inquit Lyra de serpente virga loquens, *in quo apparet obedientia Moysi, qui statim cum manu nuda accepit colubrum ad verbum Domini.* Vbi effloruit obedientia, de colubro prodiit virga, vt qui periculum postposuit præceptis, coronaretur & triumphis, & loqueretur victoriam, qui non detrectauerat obedientiam.

Lyra.

49 Iacob fortis bellator ad patrem timet accedere, ne dum benedictionis exàmbit gloriam, maledictionis tulerit ignominiam. Ecce qui teste Osea, ad Angelum confortatus, ad culpæ speciem inuenitur sapienter timidus: & fortasse quia ad criminis speciem timidùs, ad Angelum est viriliter confortatus: *Timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione.* Timenti mater imperat, & timens præcepto obedit: *Ad quem mater: In me sit ista maledictio, fili mi, tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit, & attulit.* Timorem obedientiæ aris sacrauit, & quibus ad speciem strophis augebatur periculum, adeptus est benedictionis augmentum. Ipse postpositus timor contra discrimina militabat, & obedientia benedictionis gratiam parturiebat: si timidus matrem non audisset, timorem non minuisset detrectando, & fratrem Dominum sustineret timendo; at dum paret timoris causas abscindit.

Gen. 27. v. 12.

Cyr. Alex. Adest Cyrillus Alexandrinus, qui in Glaphyror. lib. 3. per cibum Dei intelligit voluntatem. Obtulit ergo Iacob, vt impetraret benedictionem obsequium, vt ipso obsequio depulerit maledictum: *Obtulit Deo quæ ipse volebat, & prius fidem fruelificauit, quæ diuina natura est instar cibi: vt docebat Christus Samaritanorum conuersionem præsignificans: Ego cibum habeo ad comedendum, quem vos nescitis. Explicans autem quod dixerat, adiecit: Cibus meus est, vt faciam voluntatem Patris mei.* Cibo, hoc est, Dei voluntati obtemperando depulit timorem, qui timebat maledictionem incurrere, vt noueris obsequium vrgente etiam timoris causâ, ipsa propulsasse præceptorum auditione pericula. Econtra inobsequentes dum alicuius damni timore parere renuunt, obediendi gloria priuantur, & quæ timebant, detrimentis vrgentur.

Cibus Christi obedientia est.

50 Sponsus vt veniebat gelido rore madidus ostium dilectæ pulsauit, & amori adulatus labores exantlatos explicuit: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea.* Otio indulgens distulit obedire, ne gelidæ noctis, dum ornatum induit, pateretur iniurias, aut leues contraheret vestigio maculas: *Expoliaui me tunicâ meâ, quomodo induar illâ? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Inurbanâ responsione sponsum fugauit offensum, & frigoris causis exasperatum. Quid tunc? Quæ se nolle, dum rogaretur, fingebat, rogari desinens assit, & fugientem quæsitura non solùm è lecto surrexit; sed & domo excedens prodiuit. Facilè ciuitatis custodes inuenerunt errantem, qui, vt de more, inciuiles, pallium detraxerunt ac vulnerarunt. *Percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.* Grandi modò dispendio quærit, quem labore exiguo rogantem recepisset; at dum obedire distulit, & timoris causas adauxit: obediendi priuata nitore iam non solùm frigoris diuexatur iniuria, sed nudatur vulnerata: dum moras trahit timens se veste leuiter tegere, & nudam terram vestigio tangere, nuditatem cogitur sustinere, & illata vulnera pati. *Incidit*, scribit in littera nostet Delrius, *in vigiles, & circuitores, hi turbari nocturnam quietem, & nocte intempesta clamores intempestiuos cieri non ferentes, malè acceptam pessimis mulctant plagis.* Timori inseruiens incommoda sibi adauxit, & grati obsequij laudem amisit: si timorem præceptis postposuisset, ipso obsequio timoris causas enerualsset; at dum moras trahit, pro operimento fert nuditatem, & pro leui pedis offensâ vulnera. O quoties quod semel sponsæ accidit, parùm morigeris contingit! Præceptis aduersantur friuolas causas colorantes, & pericula periculis carentia timentes, & dum obedire recusant, incommoda sibi duriora incrementant, & morbos reluctando contrahunt; quia quæ timebant, eueniunt.

Delrius.

Saül expectare iussus præceptum vt populum retineret, violauit: *Quia vidi*, inquit, *quod populus dilaberetur à me*, &c. *necessitate compulsus obtuli holocaustum.* Timor amittendi exercitum obedientiæ aduersatus est; adeò tamen stultè leuare timorem nititur, vt non depulerit; sed adauxerit: *Stultè egisti*, inquit Samuël, *nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod si non feciſſes, iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum.* Ab exercitu destituti veritus fregit mandatum: & quia fregit, non solùm exercitu; sed & regno abiicitur destituendus: si obedientiæ postposuisset periculum, ipsa obedientia firmasset regnum; at dum præcepta violat, causas sibi timoris adaggerat. *Qui diligenter inquirit*, verba sunt Rabbani apud Glossam, *inuenit eum iure culpatum, & inobedientiæ reum.* Grauiora impatiens pertulit damna, dum obedientiæ detrimento studet leuiora propulsare pericula. Vt ratum omnibus sit, qui obedientiæ timorem præferunt, timori non consulere, sed fimare.

51

1. Reg. 15. v. 11.

Rabban. Inobediens pericula sibi procudit.

§. XI.

Indulgere non debet otio, qui discupit redimiri trophæo.

QVi animi aut corporis hostes detriumphare exambit, otium animitus auersetur, est námque cupiditatum fomentum, & inimicorum auxilium: nihil ab otioso magni sperandum, & hosti nihil timendum: *Nunquam*, inquit Vopiscus in Probo, *militem otiosum esse perpessus est dicens annonam gratuitam militem non debere comedere.*

52

Vopisc.

Otiosum

Digitized by Google

Duci otioſi milites non permittendi.

Otioſum ferrum rubigine teritur, exercitio acuitur: grauius ab inertia & torpedine militi periculum imminet, quàm ab hoſtili acie dimanet. Vel in ſumma pace ſudandum, vigilandúmque homini eſt, ne deliciis otij eneruatus gemat occaſione vrgente captiuus. Prudentes duces hoſtili ad ſpeciem inter contubernales & amicos velitatione quid timere, quid fugere, quid proſequi, quid impetere, ſi non ſtudent, exercent, vt dum hoſtis vrget, inueniat exercitos, nec inertia premat ſolutos.

Nazar. Princ. 8 etſi manu ceſſet, conſilio inuigilet.

Audi Nazarium de Conſtantino: *Inter tuos non vis Principatu magis excellere, quàm labore: cumulatiſſimum quidem Principis munus eſt, ſi manu ceſſet, non ceſſaſſe conſilio; ſed tu non ſegnior gerere, quàm iubere ſimul exercitus tuos moniu regis, opere iuuas, incendis exemplo.* Incendebat milites gregarios exemplo, quia redimiri exambiebat triumpho: *Indurandus eſt animus*, aiebat Seneca epiſt.

Seneca. Dux milites accendat exemplo.

51. *& à blandimentis voluptatum procul abſtrahendus. Vna Annibalem hyberna ſoluerunt, & indomitum illum niuibus atque alpibus virum eneruauerunt fomenta Campaniæ: armis vicit, vitijs victus eſt. Nobis quoque militandum eſt, & quidem genere militiæ, quo nunquam quies, nunquam otium datur.* Militanti otium nunquam conceditur: quia in otioſos hoſtis facilè triumphis coronatur. Nouerat profectò Gedeon quàm noxium militi fuerit otium, dum aciem producturus antelucanus inuigilat, & expeditionem accelerat. *Igitur Ierobaal, qui & Gedeon, de nocte conſurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem, qui vocatur Arad.* In hoſtes otio indulgentes voluit irruere, vt faciliùs triumphos ipſe vigilans reportaret: nec enim poterant aduerſarij ſepulti immerſique ſomno non perire, nec Gedeon poterat victoriam vigilando non aſſequi. Adeſt Abulenſis quæſt. 1.

Animus à deliciis prorſus abſtrahendus eſt.

Abulenſ.

Iſtud intelligitur quòd fortè erant propè caſtra Madianitarum, & voluerunt de nocte conſurgere, vt non ſentirent Madianitæ aduenire Gedeonem, quouſque viderent eum ſuper ſe, vel fortè vt irrueret ſuper caſtra eorum nocte. In ſoporatos, otióque merſos pugnandum cenſuit: quia quantum inertia detrimentum afferat, nouit. Vt hinc diſcamus fallenti otij dulcedine non irretiri, ſi velimus triumphis fulgere.

53 Marc. 4. v. 38.

Dominus, vt ſuo exemplo homines edoceret, ſcapham ingreſſus ſomno indulget: *Erat ipſe in puppi ſuper cervical dormiens.* Somnum ad ſpeciem comitabatur periculum: attollebantur námque vndæ, armabantur venti, vndequaque ſcapha iactabatur, etiam diſcipuli mortis expectatione pendebant: *Facta eſt procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.* Cum tempeſtate diſcipuli depugnabant, decertabant de naui cum ventis; ſed cùm præualeret procella, neque arti pareret vnda, Magiſtrum anxiis clamoribus excitarunt: *Magiſter non ad te pertinet, quia perimus.* Baſilius Seleucienſis orat. 22. diſcipulorum arguit perturbationem: nam ſi vigilans fluctus refrænare poſſit, & dormiens etiam ventos cohibere valebit: aut ſi dormiens cogere nequit fluctus, neque expergefactus ventos. Ergo ſi à vigilante ſubſidium quærunt, ſperare poterunt à dormiente. Profectò iam diſcipuli aliquale fidei fecère naufragium; at dum Chriſtum excitant, præſtiterunt nobis vtiliſſimum documentum, ſcilicet Ducis otium inimicorum nutrite audaciam, & vigiliam eneruate valentiam: *Oſtende te vigilantem*, inquit diſcipulorum nomine Baſilius, & *pelagus te reuerebitur.* Et ſomnum capiens & vigilans, vt qui Deus erat, ventis imperare poterat, vt tamen noueris quantas otium hoſtibus vires addiderit, quantaſque vigilia detraxerit, vel otiante Chriſto diſcipuli timent naufragium, & recurrunt ad vigilantem vt portum: *Oſtende te vigilantem, & pelagus te reuerebitur*: Ipſe Ducis aſpectus timorem incutit aduerſariis, & infundit vires ſubiectis: audet namque hoſtis, dum à dormiente ſibi nil timet, & miles ſtrenuè pugnat, ſi ducem inuigilare cognouerit. Ergo Gedeon auroram præuenit bellica induſtria, vt decantanda ornetur victoriâ. Adde grauius otioſos vigere periculum, quàm vigilantem viſere monſtrum.

Seleucienſ.

54

In campum contra Philiſthæos prodit Saül, & iam prælens aderat Goliath cæteros vt ſuperbia, corporis exuperans ſtatura, ingens robore, adſpectu terribilis, ſpuians immane, altè vociferans, & adſpectus toruitate videntes territans Iſraëlitas pugnam detrectare cogebat. Saül interim erat in tumultu, non tamen vires terror adeò refrænabat, vt terga vertere prohibuerit. Itaque Saül toruitate & vociferatione perterritus, interuallo periculis occurrebat, & fuga gigantis arma fruſtrabat: *Omnes Iſraelita cum vidiſſent virum fugerũt à facie eius timentes eum valde.* Ecce aſpectus conſuluit fugam, & hoſtis dum videtur, exercendi certaminis expectatione fruſtratur. Tranſi modò ad ipſum Saül, qui cùm Dauidem inuidia aduſtus inſectaretur, otióque indulgens & ſomno irretitus quieſceret in aduerſarij manus & poteſtatem deuenit: nam cùm Dauid Abiſai ſtipatus in aduerſa caſtra deſcendiſſet, Saülem reperit ſopore oppreſſum. Abiſai opportunam nactus occaſionem, lancea ipſius Saulis transfodere aggreditur, ac nex patrata ſit, ni Dauid oloris curam habuerit, & militis audaciam frænarit: *Inuenerunt Saül iacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius, Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. Dixitque Abiſai ad Dauid. Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit.* Propiùs dormienti accedit periculum, quam vigilanti acceſſerat monſtrum: fugit Saul gigantem, cùm inuigilans aſpexit: eráttque inimici præda, dum ſoporatus dormiunt. Grauius illi diſcrimen erat ab otio, quàm fuerit ab immetato aduerſario, & haſta ipſa, quæ vigilantem muniret, parum abfuit quin otio reſolutum perfoderet. *Natius*, aiebat idem Baſilius orat. 16. *hoſtem per ſomnum in prædam obiectum.* Inimico obiecit ſomnus, quem gigantis fugarat aſpectus, vt noſcas Saülem periculis remotiorem, dum fugit territus, & victiorem, dum otiatur ſoporatus. Adnice aliquando vigilantes in mediis flammarum globulis ſecuriores viuere, quàm in placida vmbra otiolos ſomno indulgere.

1. Reg. 17. v. 24.

1. Reg. 26. v. 7.

Seleucienſ.

55

Eo Nabuchodonoſoris inflatiſſima peruenit elatio, ſic ſuperbiæ terminos ſtulta rupit præſumptio, vt diuinitatis ſibi honores vendicarit, & deteſtandum ſimulacro cultum exhiberi compulerit: parebant omnes partim harmoniæ dulcedine allecti, partim ardentis crepitantiſque fornacis ſpectaculo obſtupefacti; verùm inter tot mendacij aſſeclas tres religio diuinitus ſortita eſt collegas: tres iuuenes nobilitate clari; ſed plus religione conſpicui ſtatuam adorare renuerunt laudabili vanitate, imitandáque præſumptione, verum in tanta hominum affluentia, non defuerunt, qui notarent, & ad Principem accuſationem deferrent: ille furoris flammâ fornacis flammas euincens

imperat vſtulandos ignibus tradi; verùm ignis; quia non inuenerat culpæ reatum, libenter exhibebat obtequium, & vinculis auida veneratione voratis pueros reliquit expeditos. Adfuit etiam Angelus, ne virtutis cultores viderentur deſerti, quando vitiorum vernulæ gaudebant muſica protectati. *Ecce video quatuor viros ſolutos*, exclamat Barbarus, *& ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.* Tranſi mecum cogitatione ad Eliam, quem Iezabel minas effugientem, & ſomno deditum Angelus ſemel & iterùm excitauit, & ad montem feſtinare conſuluit: *Proiecit ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi, & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede.* Expendamus, ſi placet cur Angelus vmbram deſerere Eliæ pertuaſerit, cùm ardentes globulos pueris fugere non præceperit: cur è flammis non extrahit, & cur ſomnum Eliæ capere non permittit? Fallar ſi ad noſtram eruditionem vtrumque non ſpectarit. Quo edoceant Angeli plus ab ignauia otióque, quàm ab honeſto labore, vtiliſſimóque periculo nobis timendum, alter ambulantes inter medias flammas pueros comitatur, alter otio ad ſpeciem torpentem periculo eximere aggreditur, quaſi grauius diſcrimen immineat otio ignauo torpenti, quàm inter ardentes ob religionem globulos ambulanti. Sæpiùs repeto heroum actiones vitio prorsùs carentes defectus noſtros adumbraſſe, & nos ipſa adumbratione docuiſſe. Ergo Elias ignaui perſonam agens excitatur, & viam carpere celeri paſſu adgreditur: *Obdormiuit in vmbra*, inquit Gloſſa moralis: *tepor enim aliquando dominatur in ſcriptura ſopor.* Addit Ambroſius lib de fuga ſæculi, cap. 6. *Fugit Elias mulierem Iezabel, id eſt, effuſionem vanitatis, & fugit ad montem Horeb, quod ſignificat exſiccationem, vt ſiccaretur in eo carnalis profluuium vanitatis.* Ne Elias aliquod pateretur damnum, opus fuit inuigilare, cùm opus pueris non fuerit fornacem flammis ſtrepentem deſerere.

Dan 3. v. 92.

3. Reg. 19 v. 5.

Gloſſa.

Ambroſ.

§. XII.

Rationabilis culpæ ſuſpicio ſuperiorem doceat cautelam; ſubiecto tamen non afferat honoris aut æſtimationis iacturam.

56 Seneca. Virtus temporis ſuffragio comprobatur.

QVadam falſa, aiebat Seneca lib. 2. de ira, cap. 22. *veri ſpeciem ferunt: dandum ſemper eſt tempus, veritatem dies aperit. Ne ſint aures criminantibus faciles, hoc humanæ naturæ vitium ſuſpectum, notúmque nobis ſit, quod quæ inuiti audimus, libenter credimus, & antequam iudicemus, iraſcimur.* Naturæ humanæ inditum vitium eſt ſuſurris facillimas aures præbere, & degeneri voluntatis affectu rationabile iudicij examen præuenire: lignum rectum ſub aquis apparet curuum, & fallentur profectò oculi, ſi crediderint aquæ, & pepercerint experientiæ: vnde illam curuitatem lapſu ſuo rectitudini ligni affricant, & ni ratio aſpectum corrigat, viſus errat. Addiderim non ſolùm criminationibus patulas nonnullos aures præbere; ſed ad dehoneſtandum infirmiſſimis coniecturis inniti. Notauit Seneca dato libro, cap. 23. *Quid quod non criminationibus tantùm; ſed ſuſpicionibus impellimur, & ex vultu riſúque alieno peiora interpretati innocentibus iraſcimur. Itaque agenda eſt contra ſe cauſa abſentis, & in ſuſpenſo ira retinenda: poteſt enim pœna dilata exigi, non poteſt exacta reuocari.* Omnis ſuſpicio eſt ab animo repellenda, aut ſaltèm accuratè examinanda. Non negabo maiori in hac re licentiâ poſſe ſuperiores vti; eo tamen moderamine, vt prudens ſuſpicio tantùm ſuadeat adhibere cautelam, non tamen lædere ſuſpecti perſonam, aut obſcurare aliquo modo famam: Ecce Deus, cui omnia nuda ſunt, de populo cum Gedeone diſſerens ſic ait: *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Iſraël, & dicat: Meis viribus liberatus ſum.* Origenes in Iudices hom. 9. legit: *Ne fortè exultet aduersùm me Iſraël.* Ecce tibi ad ſpeciem contradicunt in pendulo reliquiſſe iudicium, & militantium anguſtare conuentum. Si Iſraëlis gloriatio manet ad ſpeciem ſub incerto, vt illo verbo *fortè* innuitur; quid populus minuatur? aut ſi populus minuitur, cur gloriatio fixè non creditur? O bonam ſuperioribus eruditionem! Deo futura vti præſentia ſunt nota; verùm quia iactantia nondum obſcurauerat milites, vti certum crimen non ſugillauit, & quod more humano coniici poterat ex multorum ingeniis, præuenit. Itaque iactantioſo tumori cautelam adhibuit ad propria milites remittendo, & ne ſuperbiæ nota obſcuraret, ſuſpectam ſolùm multitudinem aſſeruit: *Multus eſt populus.* Audi Origenem homil. 9. in Iudices: *Ne fortè gloriaretur Iſraël, & iactantia victoriæ partem præſumeret, propterea dicit Dominus ad Gedeon: Multus eſt populus tecum.* Non ait, ſuperbus erit populus; ſed, multus: certæ non aſpergit iactantiæ notâ; obuiat tamen velut coniciens crimini matura cautela: *Non tradam*, inquit, *in manus eorum Madian*: vt nouerint ſuperiores, ſi quid aliquando rationabiliter ſuſpicentur, honoris iacturam ſemper vitare, & ſimul cautelam criminibus adhibere.

Quæ inuiti audimus libenter ſuſpicioſi credimus.

Peiora ſemper interpretamur.

Origen.

Confugerat Dauid ad Achis, & qui apud ſuos claris ſibi facinoribus conciliârat inuidiam, inuenit apud exteros reuerentiam; verùm cùm procedendum eſſet in prælium, Philiſthinorum ſatrapæ prouidè ne ſuſpectos ad certamen admitterent, Dauidem conſulunt abigendum, ne occaſionem nactus eorum ſanguine ſuorum niteretur indignationem ſopire, & gratiam Principis emere: *Irati ſunt aduersùs eos Principes Philiſthiim, & dixerunt ei: Reuertatur vir iſte, & ſedeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum, & non deſcendat nobiſcum in prælium, ne fiat nobis aduerſarius, cum præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris.* Achis rationabili ſatraparum ſuſpicione perſuaſus Dauidem iubet Philiſthinorum caſtra deſerere; & cùm iubet deſerere, geſtit laudibus cumulare. *Scio quia bonus es tu in oculis meis ſicut Angelus Dei; ſed Principes Philiſthinorum dixerunt: Non aſcendet nobiſcum in prælium. Igitur conſurge manè tu*, &c. Profectò Achis hac in re optimi ac prudentiſſimi ſuperioris impleuit officium: quia vidit rationabilem contra Dauidem ſuſpicionem, non permiſit in caſtris manere, & ob ſuſpicionem, etſi rationabilem auſus non eſt dehoneſtare. Diſcrimini adhibuit prudens cautelam; honoris tamen omnem vitauit iacturam; imò ſuſpicionem inauratit proferens Dauidis elogia. Adeſt Abulenſis oportunè quæſt. 6. *Iſta erat rationabilis præſumptio: putabant quippe Philiſthini quòd cùm Dauid eſſet transfugus*

57

1. Reg. 29. v. 4.

Abulenſ.

Digitized by Google

transfugus de terra Iſrael propter iram Saulis, quòd deſideraret eum placare, vt rediret in gratiam eius. Addit poſt aliqua ſatis ad rem: *Conſentiens autem Achus verbis ſatraparum, non quidem quaſi ipſe propter verba illorum aliquid præſumere inciperet contra Dauid, quod priùs non præſumebat, ſed vt non offenderet eos, aſſenſit verbis ſuis, vocauitque Dauid ad ſe, vt mitteret eum de caſtris in Siceleg, & ait ei,* &c. Simul allaudat, & ablegat, & dum ablegat, allaudat: ſuſpicionibus non credidit, vt dehoneſtaret; credidit tamen, vt mitteret, ſuperiores optimam regiminis rationem edocens, ſcilicet nec rationabiles ſuſpiciones contemnere, nec ſibi ſubiectos ſolis ſuſpicionibus infamare.

58 Chriſtus Dominus, vt ſuos, quia ad Apoſtolatus faſtigium euehendi erant, ad optimi politiam regiminis eruditret: *Eſtote*, inquit, *prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Matth.10. v.16. Nec ſolùm columbinam ſimplicitatem voluit habere, nec malitiam ſolùm ſerpentinam. Repetamus quid ſerpenti, & quid columbæ diuiſim acciderit: ſerpens cùm homines in omnes arbores vna excepta accepiſſe facultatem videret, ex prohibitione, quæ ſalutis cauſam agebat, inuidentiam coniecit, & Deum non obſcuris verbis notauit: *Scit Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij.* Gen.3.v.5. Itaque infirmiſſimis coniecturis Deum inuidum credidit, & audaciſſimè protulit: columba facilè ſeducitur, dum nimia ſimplicitate malè nihil ſuſpicatur: vnde Oſeas aiebat: *Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor.* Oſee 7. v.11. Itaque columba nil ſuſpicata ſeducitur; & quia ſerpens nimium ſuſpicax, virtutem aggreditur. Ergo temperandam docet ſerpentinam calliditatem ſimplicitate columbina, ne infima coniectura officiat honori, aut nimia ſimplicitas aduerſetur virtuti: non ſit ſuperior adeò candidus, vt ſeducatur columbæ ad inſtar: non ſit adeò verſutus, vt ſerpentinum imitetur ingenium leui coniectura peiora interpretatus, & interpretatione contra honorem facilè inuectus. Adeſt Rhemigius apud D.Thomam in catena. *Ideò Dominus hæc duo ſociauit: quia ſimplicitas abſque prudentia facilè decipi poteſt, & prudentia periculoſa eſt, niſi ſimplicitate temperetur.* Rhemig. Addit ibi Rabanus: *Solet ſerpens eligere ſtrictas rimas, per quas tranſiens veterem pellem exuat.* Rabban. Strictis rimis vtitur ſerpens: ergo rimis ſtrictis vtatur ſuperior ad exuendum ſubiectum malitiæ pelle; vtatur tamen columbina ſimplicitate, ne nocuerit honori, & nouerit iure à regimine depellendum, qui leui innixus coniectura aſperis verbis ferit, & quod malignè coniectat, omnibus prodit: Adeſt Eliab Dauidis frater huius veritatis exemplum.

59 Cùm Samuël vnctionis miniſter ad Regem de filiis Iſai inaugurandum Eliab promouere ſatageret, prohibitus eſt: *Cùm ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait: Nam coram Domino eſt Chriſtus eius? Et dixit Dominus ad Samuelem: Non reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius: quoniam abieci eum.* 1.Reg.17. v.6. Et quæ abiectionis cauſa? Fallar, ni fuerit quia nimiùm ſuſpicax, & coniector nimiùm loquax. Tranſi ad caput 17. huius libri, vbi cùm Dauid à patre miſſus, fratribuſque alimenta afferens ad caſtra peruenieſſet, monſtrúmque illud ſuperbiæ intuitus de promiſſis victori præmiis cum aliis ageret, Eliab furore candeſcens in fratrem inuectus eſt, & aſperrimis verbis ferit, quia ſuperbum & audacem leui coniectura ſuffultus prodidit: *Quod cùm audiſſet Eliab frater eius maior loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid, & ait: Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? Ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, deſcendiſti.* 1.Reg.17. v.28. Profectò Dauidis de prælio ſciſcitatio non prodebat iniquum; ſed ad ſummum afferebat curioſum; & tamen Eliab cauſis aduentus non exploratis ſuperbum coniecit, nec coniecturam reticuit. Ergo iuſtè abiectus eſt, ne dignitatis culmen inſcenderet, qui non explorata cauſa; imò leuiſſima motus coniectura minoris fratris famæ detrahebat, & virtutem obſcurabat: *Putabat*, inquit Rabbanus apud Gloſſam, *in eo tumorem propter Samuëlis vnctionem, quaſi ex ea audaciam ſumpſiſſet, & timebat, ne ſi congrederetur cum Philiſthæo, interficeretur.* Rabban. Maior minoris reuera curam agebat, & eius pericula deuitabat; at modo indebito, dum leuiſſimis credit coniecturis, & duriſſimis ferit, & furit verbis. Parùm intereſt ſuperiori ſi zeli ſpecie nitatur periculis occurriſſe, ſi rationabili non moueatur coniectura, imò ſi rationabili coniecturâ motus, ipsâ prouidentiâ honori ſit refragatus. Aduertit ſolito acumine Tertullianus in lege Euangelica coniectores non permiſſos, imò caſtigatos ſemper. Audi Septimium de idololatria, cap.9. *Poſt Euangelium nunquam inuentas aut Sophiſtas, aut Chaldæos, aut incantatores, aut coniectores, aut magos, niſi planè punitos.* Tertullian. Expende illud *Coniectores*, id eſt, illi qui ex aſpectu, ex auis volatu, ex habitu faciei interna coniiciunt, & coniicientes vti veriſſima produnt. Caſſianus collat.14.cap.11. has coniecturas virtuti teſtatur aduerſas: *Ne* (coniector) *quorumdam verborum, aut nominum coniecturis, quæ ſimplicitatem fidei polluunt, implicetur.* Caſſian. Vtinam coniector ſe tantùm, & non alios implicaret ſtultiſſimis coniecturis; verùm adeò plures leuiſſimis ſuis coniecturis aſſentiuntur, vt alios implicent, & irretiant. Adde quod licèt aliquando opus videatur ſuperiori periculis occurriſſe, ſi contumelioſis verbis honorem dehoneſtet, apparet non prouidentiâ duci; ſed inuidentiâ aut malignitate inflammari.

60 Phariſæi poſtquam Chriſtum Dominum in crucem egerant, poſtquam extinctum viderant, non quieſcebant; imò ne diſcipuli aliquam reſurrectionis fabulam ſeminarent, periculo occurrunt, & ad Pilatum accedunt: *Conuenerunt Principes Sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum dicentes: Domine recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Juſſe ergo cuſtodiri ſepulchrum uſque in diem tertium, ne forte veniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi: ſurrexit à mortuis. Et erit noviſſimus error peior priori.* Matth.27. v.63. Ad ſpeciem videntur obuiare mendacio; ſed ipſe obuiandi modus illos oſtendit inflammatiſſimos odio, quandoquidem ſi charitate, optimique regiminis zelo agerentur, contumelioſis verbis abſtinuiſſent, & ſuſpecta pericula propulſaſſent: dum ſeductorem appellant, inuidentiam, qua turgebant, declarant. Adeſt Hilarius apud D.Thomam: *Metus furandi corporis, & ſepulchri cuſtodia, & obſignatio, ſtultitiæ atque infidelitatis teſtimonium eſt.* Hilarius. Mentitam ſimulabant prouidentiam, veram prodebant malitiam, dum obtentu deuitandi dubium periculum, honori afferebant certiſſimum detrimentum.

§. XIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA
Digitized by Google

§. XIII.

Iactantia præ aliis vitiis semper omnibus est odiosa, & ipsi iactabundo semper aduersa.

61 ALia vitia morbi sunt animam inficientes, & sæpè ad commiserationem pietatem vocantes; at elatio animum superbi obcurat, & reliquos omnes exasperat: phrenitidis est superbia, vtque cordati declinare solent furiosum, ita prudentes vitare satagunt vaniloquum & superbum. Nec mirum; quis enim sustineat superbissimè se gloriantem, & sine causa extollentem. Profectò vt modesti omnibus sunt in pretio, sic & superbi fastidio. *Ob hoc meritò*, inquit Epictetus apud Stobæum de fortitudine cap. 4. *laudandus Agrippinus, quod in magno pretio cum haberetur nunquam laudauit seipsum; sed etiamsi alius quispiam eum laudibus veheret, erubescebat.* Verecunda modestia apud omnes reuerentiam illi conciliabat, & animos deuinciebat. Nil aptius, ni esset culpa, vt delecta semper suo adularetur ingenio, inuenire posset, quàm elationem humilitas, cum omnes superbum ac iactantiosum contemnant. Superbos ac vaniloquos more nautarum cum procellis depræliantium vndique exagitari & retundi asserebat Plutarchus lib. de sui laude: *Vbi inciderunt*, inquit, *in victoriarum aliquarum suarum, vel successuum in procuratione publica, vel actionum apud Principes, vel orationum celebrium mentionem, non temperant sibi, neque modum tenent, cui generi iactantiæ nationem nauticam cernere est, & militarem affinem esse.* Vti miles nautáque aduersantes sibi habent ingentissimas copias, & turbulentissimas vndas, ita qui vanis se commendationibus efferunt, omnium sibi concitauerunt inuidiam, & accenderunt maleuolentiam. Aliis fordescentes vitiis patienter sustinet tolerantia; elatos verò ac iactabundos ipsa auersatur patientia. Ecce collectis copiis, instantéque certamine timidos ac formidolosos Deus manumittit: Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. Caulam edicti prodit, ne scilicet reportatis miraculosè triumphis superbirent elati, gloriarentúrque iactabundi: *Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manu eius, ne glorietur contra me Israel, & dicat: Meis viribus liberatus sum.* Si discedant à castris, timidos, & qui ad aratrum iam miserant manum retro respicientes cogitur substinere patientia: si non discesserant hoste subacto ventosos & vanè elatos denigrabit arrogantia; adeóque intolerabile est superbientes audire, vt maluerit Numen timidos sustinere, vt iactationis molestiæ occurrerit prouidentia timidos sustinet tolerantia. *Ne fortè*, scribit Origenes hom. 9. in Iudices, *gloriaretur Israel, & iactantia victoria partem presumeret: propterea dicit Dominus ad Gedeon: Multus est populus tecum, non tradam Madian in manus eorum, ne fortè exultet aduersùm me Israel dicens: Quia manus mea saluum me fecit.* Victoria defertur, vt elationis auferatur occasio, ne suis tumentes triumphis inuiderunt, & se victoriæ laude priuarunt. Vt videas vanitulos, arrogantésque non aliis tantùm esse fastidiosos; sed etiam sibi aduersarios.

Epictetus. Prudentes nunquam laudant.

Plutarch.

Origen.

Diabolus Moysis sepulchrum Hebræis manifestare contendit, vt ipsum vanitatis nostræ remedium in salutis vertat exitium; at Michaël veritatis patronus, contráque idololatriam hostis acerrimus arma capit, & in campum disceptaturus procedit: *Cùm Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore.* Audis in diabolicas technas vnicum armatum Michaëlem. Transi modò ad Apocalypsis 12. vbi ingens Angelorum cohors draconem propulsare nititur, & prælium studiosissimè aggreditur: *Michael & Angeli eius prœliabantur cum dracone; Et proiectus est draco.* Quæres cur plures aduersarios sustineat cœlo, pauciores sepulchro, cúrque Michaël alibi in hostem non irruat, cum alibi prorsus depellat? Causa in promptu est. Quia serpens alibi elatione turgebat superbissimus, alibi idololatriæ desiderio obscuratus, & licèt solus Michaël in fraudulentum militarit, in superbum tamen omnes armantur, & in iactantiosum quasi manu facta feruntur. Adest Ambrosius ad hunc locum. *Rectè diabolus serpens vocatur, siue quod per serpentem primum hominem deceperit; siue quod veneno suæ malitiæ genus humanum perdiderit. Diabolus verò interpretatur deorsum ruens: ruit quippe primò per superbiam de cœlo.* Michaël patienter quodammodò de Moysis corpore disputantem sustinuit; at dum serpentem audit, quæ Isaias 14. refert, blaterantem, scilicet: *In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*; manum cogit, & in campum depræliaturus procedit: quis enim blaterantem sustineat? quis superbiæ metas excedentem patiatur? Quis turgens omnia astra proculcare tentauit, omnia luminum radiis in se irruentia sustinuit: & qui vnicum Michaëlem de Moysis corpore disputans patiebatur, elatione phalanges copiosissimas prouocauit, & contra se arrogantiæ flammis accendit. Præ cæteris namque vitiis est odiosa iactantia, & in reptante colubro superbia clarissima non ferenda. Addiderim vel infirmos, imbellésque arma in iactantiosos prænsare: quia omnes se à iactantioso arrogantéque frequenter impeti cognouêre.

Iul. epist. v. 9.

Apocal. 12. v. 7.

Non semel qui serpit terrâ, turget immeritâ arrogantiâ.

Ambros.

Isaiæ 14. v. 13.

63 Huius veritatis testis est decantatissima illa fœmina, quæ sterilitatis maledictum orationibus depulit, & vbera lachrymis fœcundauit: *Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes:* tationem affert; *Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.* Quos gloriantes dixerat, arcum vocauit: nam vt intentus arcus sagittas iacit, quibus vel longè stantes percutiat, ita arrogans vel remotissimos ferit, nihílque inuulneratum relinquit. Ergo dum vel infirmi à facie arcus timent, vt sibi consulant, accinguntur; & in arcum confœderati depræliaturi conueniunt. Adest Gregorius Magnus ad hunc locum: *Arcus fortium superbia est spirituum malignorum: dicuntur autem fortes, vel quia de se magna senserunt, vel quod humanum genus magnarum tentationum impetu vincant: quem profectò arcum dum inuentio impia tetendit, iacere malitia iacula supra se in conditorem studuit.* Aptè arcui arrogantia confertur: quia in omnes eminùs & cominùs adstantes sagittas eiaculatur: qui arcus non semel in prauum conuertitur quia superbus suis ipsis sagittis conuulneratur, & reliquorum iaculis referitur. Etiam infirmi accinguntur robore, ne superbientis arcus

1. Reg. 2. v. 3.

Greg. Plures mentitur fortes superbia, quos infirmos ostendit pugna

patuerint

patuerint vulneri: cúmque multorum vnio robur addiderit, facile arcus confringitur, & arrogans superatur. Adde secundò non semel immotam contra dolores omnes in acie perstitisse patientiam, & quodammodo defatigati, si non vincitur, arrogantiâ. Iobum producamus patientiæ exemplum.

64 Violentissimis calamitatum flatibus impetitus non corruit; imò intrepidus ac constans semper surrexit, vtque inuincibiles vires cordatè contra hostes virulentissimos ostentarit, comam totondit, & regales vestes discidit, paupertatem ab inimicis tentatam adaugens, adauctam magnanimitate virtutis vincens: hic ipse doloribus cunctis superior, cùm inflatissimis amicorum sermonibus vrgeretur, quasi de impatientiæ confinio querelam protulit: *Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?* Sermonibus atteritur, qui calamitatibus induratur. Iam si inquiras, quales hi fuerint sermones, quibus ad speciem attrita patientia nutat, & tolerantia defatigata vacillat, respondebit Gregorius Magnus lib. 14. Moral. cap. 12. tumentia amicorum verba fuisse, qui se gloriosè iactabant, & vel patientissimum iactatione premebant: *Valde affligitur anima iustorum, quando illi contra bonos districtas sententias interquent, qui bene viuere ignorant, & ex voce sibi iustitiam vendicant, quam moribus impugnant.* Addit: *Atteruntur enim boni sermonibus iniquorum, quando contra eos illi in verbis tument, qui aut in peruersa fide, aut in prauis moribus iacent.* Profectò vel Iobi defatigatur patientia, si videat homines nulla virtutis laude florentes, nullis naturæ donibus diuites inflatissime superbire, & de se gloriosa semper iactare. Ipse Iobus, qui adamantis instar dolores vicit, amicorum arrogantia attritum se confiteri non renuit, & quam sit odiosa vel modestissimis iactantia prodit.

Iob. 19. v. 1.

Gregor. Seuerè aliorum facta iudicant qui sordidiùs se culpis maculãt.

65 Quia omnia in figura contigerunt, & concinnandis moribus militarunt, placet expendere quod Exodi 10. Moyses diuino spiritu afflatus scripsit: turbine scilicet allatam grandinem igne mixtam, linum, hordeúmque læsisse: *Linum ergo, & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret.* Quæ ab ingenio discrepant, grando videlicet & ignis, contra linum concordabant, & prorsus eradicare gestiebant. Quod allegoricè interpretatus Stephanus in allegor. Tilman. ad hunc locum ait in lino folliculos germinante denotari vanitatis arrogantiã, & tumoris insolentiam. *Ideò læsum est*, inquit: *quia folliculos germinabat, id est, in elationem excrescebat:* in hoc vnum vel aduersantia sibi conueniunt, scilicet, vt armentur contra tumidum, vtpote cunctis odiosum: ignis & grando sibi parcunt, & contra folliculos germinans confœderati feruntur: quasi facilius fuerit igni grandinis pati, rigorem, & grandini æstum ignis sustinere, quàm turgentes folliculos spectare. Dum linum de munditie sua gloriatur folliculus gloriationis vanitate nutritur, & dum turgens omnium offendit oculos, in se ipsum concitat manus: vel cum mue conueniet flamma, vt deteratur superbia. Adiicio cordatos viros ac vitæ humanæ morbis virtutis pharmaco succurrentes priùs fatagere vanitatem depellere, quàm libidinem propulsare.

Exod. 9. v. 31

Stephan.

66 Marcus Ioannis virtutes commendans refert locustas & mel syluestre comedisse: *Erat Ioannes vestitus pilis cameli, & Zona pellicea circa lumbos eius, & locustas, & mel Syluestre edebat, & prædicabat,* Galfridus ad hunc locũ in allegor. Tilmani testatur in locustis designari vanitatem, in Syluestri melle libidinem. Accipe eius verba: *Locusta vanam gloriam significat, quæ non est nutrienda; sed deuoranda potiùs, & crebriùs ruminando terenda.* Addit: *Syluæ quædam opaca, & horrenda caro nostra est incultis & infructuosis Syluescens arboribus, videlicet prauis moribus: quod si caro syluna est, voluptas carnis mel Syluestre: viraque igitur nobis est deuoranda, & crebris reprehensionibus tamquam duris morsibus conterenda, tam cordis vanitas quàm corporis voluptas.* Ioannem in seipso hæc conterere vitia opus non habuisse, vt qui ex matris vtero gratia repletus, scriptura testata est. Ergo dum medici curam gerit, priùs locustas deuorat, quàm mella syluestria prandeat: quia licèt grauior sæpè culpa carnis sit voluptas, multorum scelerum seminarium est vanitas. Ob id locustas plurali numero exposuit, mel singulari signauit? & ob id fortasse locustarum pluuia Pharaonis duritiem emollire Moyses aggressus est quasi nec Pharaonis obstinatio facilè queat vanitulos tolerare, arrogantésque sustinere. O quàm graue supplicium fuit in medio tumentum locustarum viuere, & de se magna præsumentes semper auscultare, & quàm dignum tumentem perlequi? *Superbiam diuinitus semper exosam,* aiebat Cassiodorus 2. var. 3 *persequi debet generalitatis assensus.* Addit: *Credit sibi omnia cedere, si elatum contigerit in abominabili certamine superare.*

Galfrid.

Non semel annectunt cordis vanitas, & carnis voluptas.

Cassiod.

---

§. XIV.

Dei erga parentem amor contentus non est, damna depellere; sed accelerat periculis obuiare.

67 PRincipi occasio est non semel gloriæ delinquentis reatus: quia nisi delicta occasiones prębęrent, pietas claris adeò luminibus non radiaret: quid medici dexteritas gerat si salubritas cuncta componat. Aridus tractus pluuiæ beneficium exoptat: & manus medici depulsa ægritudinis iniuria semper commendat: verùm etsi luceat in reatu principalis indulgentia, splendidior tamen apparet cautela prouida. *Latitia debet esse cunctorum,* aiebat Cassiodorus 3. var. 49. *Prouida iussio dominantium, quando illud, quod vos debuistis expetere, non vidistis offerre: quid est enim gratius, quàm humanis rebus cautelam semper adhibere, quæ aut sit necessaria, aut non grauet esse superfluum.* Semper cautela periculum auertens est grata; verùm in his quæ propiùs accedunt, quodammodo est etiam debita, quando non sine affectionis iniuriâ morbus, qui maturâ vitari potuit cautelâ, laboriosâ depellitur medicinâ. Loquebatur Theodoricus de domicilio sibi construendo in veruca Castello, & eius proprietates describens ait: *Est in medijs campis tumulus saxeus in rotunditate consurgens, qui proceris lateribus syluis erasus totus mons quasi vna turris efficitur, cuius ima graciliora sunt, quàm cacumina. & in molissimi fungi modo superiùs extenditur, cùm inferiori parte tenuetur. Agger sine pugna, obsessio secura, vbi nec aduersarius quidquam præsumat, nec*

Cassiod. Numquam grauat, si rationabilis est cautela.

Digitized by Google

nec incluſus aliquid expaueſcai. Hunc Atheſis inter fluuios honorus amœni gurgitis puritate praterfluit, cauſam præſtans munimins, & decoris. Caſtrum penè in mundo ſingulare tenens clauſtra prouincia: quod ideò probatur magis eſſe præcipuum, quia feris gentibus conſtat obiectum. Hoc opinabile munimen, mirabilem ſecuritatem cui deſiderium non ſit habitare, quod vel externos delectat inuiſere. Ecce Theodericus ſibi omni cautela caſtellum iubet conſtruere, cui hoſtilis adſultus nequeat nocere. *In Veruca caſtello*, præmiſerat, *nobis domicilia conſtruatis.* Et quidem iniuria haberetur prudentiæ, ſi domicilium ſibi conſtruens, quam cauere poterat, obieciſſet inimicorum iniuriæ. Theodoricus laudabilem à noſtro textu ediſcere potuit cautelam: nam ad eius parentem Iſraëlem ſcilicet tuendum maturè conſtat à Numine adhibitam: *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Iſrael, & dicat: Meis viribus liberatus ſum.* Si hoſtiles phalanges in Hebræorum manus traderentur inani gloria tumeſcet, & tumoris culpam incurret, & vitabitur odioſa omnibus arrogantia, ſi tantiſper, dilata fuerit victoria. Ergo Deus, qui ab illo populo oriundus, noluit commiſſum crimen depellere, ſed ne admitteretur, vigilanti ſtudio pericula propulſare. Morbo poterat ſubuenire, & morbi occaſionem depellere vtque circa populum, ex quo oriundus, tepidior non ſugillaretur affectus, obuiant prouidenter periculo, nec contracto ſubuenit morbo: *Ne forte* (verba ſunt Origines in Iudices homil. 9.) *gloriaretur Iſrael, & iactantia victoria partem præſumeret, propterea dicit Dominus ad Gedeon: Multus eſt populus tecum, non tradam Madian in manus eorum.* Elegit differre triumphum, vt à populo ablegaret reatum; imò ne contraxerit reatum, depulit cautè periculum.

Origen.

68 Eliſæus Chriſti figuram gerens Sunamitidis hoſpitio excipitur, vtque officium irremuneratum nó relinquat vim naturæ legibus infert, ſterilique etſi tardam, mirabilem impetrat prolem: nec beneficiorum imbrem ſtitit; ſed cùm dura immineret fames, periculi denuntiatione periculum anteuertit, & mutare ſolum iubet. *Locutus eſt ad mulierem cuius viuere fecerat filium, dicens: ſurge, vade tu, & domus tua, & peregrinare vbicumque repereris: vocabit enim Dominus famem, & veniet ſuper terram ſeptem annis.* Alibi Samariam fame vrgentiſſima laborantem ſolatus eſt ciborum copiam promittens: *In tempore hoc cras modius ſimila vno ſtatere erit, & duo modij hordei ſtatere vno in porta Samaria.* Vides aliter ſe cum Sunamitide, & cum Samaria geſſiſſe: populum namque famem expertũ liberat, viduã præuenit, ne fuerit experta famẽ: quòd ſi causã diſcriminis curioſus inquiras, reſpondet lyra ſolicitiorã fuiſſe de puero & matre: quia matris excipiebatur hoſpitio, & puerum impetrauit miraculo: quibus ergo tenerior debebatur affectio, noluit iam fame lutidos liberare; ſed conſilio prouido eripe. *Erat ſolicitus* (verba ſunt lyræ) *de puero tamquam de creatura ſua: quia eius conceptionem, & reſurrectionem impetrauerat, vt patet ex dictis 4. capite, & de matre, quæ ei plura beneficia fecerat.* Iam Chriſti figuram geſſiſſe teſtatur Seleucienſis Baſilius orat 10. *Eliſæus Chriſti figuram gerit.* Ratio exigebat, vt à quibus maiora acceperat obſequia, & grandiora impẽderet beneficia, cúmque Sunamitis liberalior erga prophetã fuerit, & propheta erga Sunamitidẽ extitit liberalior; populũ obſidione oppreſsũ liberat, famelicũ exundãtia ciborũ recreat; at Sunamitidem famis periculo exemit, ne videretur ingratus, ni inuigilauerit prouidus. Si ergo Eliſæus, quia imaginem Chriſti gerebat à diſcrimine prouidenter exemit hoſpitam, quis credat ipſum Chriſtum à matre originalem non auertiſſe maturo conſilio maculam.

4. Reg. 8. v. 1

4. Reg. 7. v. 1

Lyra.

Seleucienſ.

Cùm Geneſis 16. Agar fugientem è deſerto 69
inueniſſet Angelus, ſolatus eſt, ac redire ad Dominam iuſſit, vtque obedientiam, quæ ſatis difficilè videbatur, præmij magnitudine dulcoraret, ſic ait: *Ecce concepiſti, & paries filium.* Superfluum cui videatur fœcunditatis meminiſſe, quando adeò ſe matrem iactabat, vt dominum iactabunda deſpiceret, & deſpectu offenderet. Quid ergo Angelus tumoris nutrit fœcunditatis memoriâ flammam, quando nititur ſopire ſuperbiam? Angelus, inquit Abulenſis, demortuum vtero ex acceleratæ fugæ defatigatione fœtum vitæ reſtituit, & his verbis à ſe reſtitutum oſtendit quaſi dicat, Quem iam geſtabas viſceribus mortuum, mei ope paries viuum. Hanc interpretationem cenſet legittimam Abulenſis ad hunc locum: *In Hebræo dicitur: Ecce concipies: dicunt enim quidam Hebræi quòd Agar paſſa fuerat aborium in deſerto in pœnam datam à Deo: quia dominam contempſerat, & quia ex labore itineris magnus motus in vtero factus fuerat, ſed quia acquieuit Angelo monenti reditum, & humiliationem ſub domina ſua, Deus viuificauit in vtero fœtum extinctum, & ita viuificatio vocatur conceptio de nouo.* vides Angelum extinctum viuificaſſe: tranſi modò ad alteram Abrahæ filium, qui cùm morti iam crederetur vicinus, patris armatam ferro dexteram ingeminata voce ne in iugulũ rueret, ligauit Angelus: *Ecce Angelus Domini de cœlo clamauit dicens: Non extendat manum tuam ſuper puerum.* Quid intereſt manum extenderit, quando vti Iſmaëlem reſtituere poteſt vitæ, & miraculo conſulere famæ. Irruat in ceruicem gladius, vt dum mors depulſa luget, vita reſpiret. Aliter, inquit Auguſtinus apud gloſſam, quàm alius, hic ſe Angelus geſſit: quia Chriſti ex Iſaac oriundi vmbram gerebat, & ipſo nomine publicabat. *In Angelo figuratus eſt Dominus* inquit, *qui Deus eſt, & magni conſilii Angelus.* Vtrobique morti eximitur puerulus; ea tamen differentia, vt Iſmael ob parentis culpam mortem guſtârit, Iſaac verò ob filij gratiam mortem non viderit: nec enim ſine nominis ad ſpeciem iniuriã ſimile Iſaaco ac Iſmaëli impenderetur beneficium, quando Angelus iſte, vt magni conſilii implêrit eloquium, à patre auertere tenebatur periculum: ſatis fuerit necem depuliſſe ab inobedientis filio; non tamen videbatur ſatis mortem depuliſſe ab morigeri parente. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 7. *Maſcula fortitudine dexteram in filii iugulum extendit, ſupremè verò miſſa vox manum ſiſtit, vincitque: vox ingulationem anteuertit, & antè ad aures accedit vocatio, quàm in ceruices gladius incubuerit.* Angelus magni conſilij, quia Iſaaci futurus filius, maturè obuiauit periculo, Iſmaëlem exemit damno. Nec mirum quando agnus aderat, qui effuſo ſanguine Iſaaci impediret mortem, nec viſus fuerit, vt Iſmaëlis vitarit necem. Agar agnum non obtulit, Abraham victimam innocentem inuenit: *Obtulit*, inquit *holocauſtum pro filio.* Non poterat non præferri, qui maiori lucebat obedientia, & pro cuius ſalute litabatur

Geneſ. 16. v. 11.

Abulenſ.

Geneſ. 22. v. 11.

Auguſt.

Baſil.

Digitized by Google

tabatur nobiliſſima victima : nec ius erat ſeruum æquali cum parente frui priuilegio, & honoris
Iſidor. gaudere titulo : *Ipſe filius*, aiebat Iſidorus apud Gloſſam, *quia natus, aries quia immolatus.* Filius, qui vt immolaretur pro patre, agni ſpeciem induit, à periculo patrem fuſo ſanguine liberauit : nec debitus parenti luceret affectus, ſi eodem modo ſe erga patrem gereret filius, ac erga conſeruum ſeruus : ſi magni conſilij Angelus necem non anteuerteret prouidentia, quando Angelus non magni conſilij mortem abegit miſericordia. Adde oportere parentem Chriſti omni gratiarum plenitudine relucere, vt plenitudinem diuinitatis in Chriſto reſidentem peruerſitas nequiuerit inficiari.

70 Cùm Saül in populi regem inaugurari oporteret, de eius vnctione cum Samuële ita Deus
1. Reg.9. v.16. diſſerit : *Cras mittam virum ad te de terra Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael.* Vides vnctionis modum non præſcribi in Saüle. Tranſi modo ad Dauidis vnctionem.
1.Reg.16. *Imple*, inquit Deus, *cornu tuum oleo, & veni vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem : prouidi enim in filijs eius mihi regem.* Hic olei plenitudo iubetur, ne vacuum quid relinquatur, ibi nil de vacuitate aut plenitudine auditur. Quod ſi diſcriminis cauſam quæras, reſpondebit Baſilius ex Dauide futurum Chriſtum, idcóque oportuiſſe, ne, dum ſibi rex deligitur : ait enim : *Prouidi mihi*, quid à gratia delectum reperiatur : cornu ſacra vnctione plenum expreſſit, ne ſuſpicio filij condemnarit affectum, ſi quid à gratia exiſti-
Seleucienſ. mauerit vacuum. Accipe Baſilium orat.14. *Prouidi in filijs Iſai mihi regem : quoniam ex Dauide Chriſtus ſecundum carnem.* Erga Saülem, qui futurus non erat pater ; ſatis fuit prodere vnctionis ſtudium : erga Dauid futurum patrem expreſſit plenitudinis deſiderium. Benè ; ſed ingenioſiùs Rupertus in lib. 1. Reg. cap.23. olei, quo vngitur pater, plenitudinem putat, plenitudinis diuinitatis in Chriſto Domino eius filio corporaliter inhabitantis teſtimonium clariſſimum extitiſſe, omnémque iniquitatis ſuſpicionem prorſus exterminaſſe. Accipe Rupertum : *Primò hoc*
Rupert. *ipſo quòd pleno olei cornu vngitur quid myſterij, quid pulchritudinis habet intrinſecus : plenitudo olei, qua pater vnctus eſt, rectè omnis plenitudo diuinitatis intelligitur, quæ nunc in filio eius inhabitabat corporaliter.* O ſubtiliter ac profundè excogitatum ! Si quid ſacra vnctione vacuum reperiretur, inquit Rupertus, fortè æmulatio in Chriſto diuinitatis plenitudinem denegaret, quandoquidem hæc duo, videlicet filium diuinitatis plenitudine ſplendere, & parentem vacuitate non ſordidari adeò videntur connexa, vt in vnctione patris vnctio filij præuideatur, & ex filij vnctione patris vnctio reputetur. Ergo, inquit Rupertus, quia in filio plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter, opus fuit vt patrem vnctio nobilitauerit plenè : alioquin fortè quis dicat, ſi in patre putauerit vacuitatem, in Chriſto non habitaſſe diuinitatis corporaliter plenitudinem : erraret ſanè ; verùm adeò inter ſe filij honor & patris honor nectuntur, vt ad reprimendam audaciam Chriſti plenitudinem inficiantem, interſit cornu plenè patrem conſecraſſe, & regem populis promouiſſe.

§. XV.

Ferè ſemper imbecilliores turgent ſuperbi, & ſuperbiunt tumidiſſimi.

SVperbia & præſumptio agnatum imbecillibus 71
vitium eſt : turgent ſæpè inglorij, & quam ob virtutem non poſſunt laudem mereri, ſatagunt à vanitate elucrari : ventoſiſſimi aures audientium offendunt procaci ſæpè iactantia, & ſibi arrogant, à quibus remotiùs diſtant, facinora : *Eſt ratio*, aiebat Seneca epiſt.26. *Etiam tumidiſſimis audax.* Auda- Seneca.
ciùs timidiores blaterant, vt ignauiam arrogantiæ fucis oblinant, & ſpecie roboris veſtiant : Creatam lucem Deus à tenebris ſeparauit : *Diuiſit lucem à te-* Gen.1.v. 5.
nebris. Non inquit ab vmbris ; ſed *à tenebris* : quia tenebræ vti tetriores de principatu contenderent, & faſtigium dignitatis ambirent. Dum obſcuriores ſunt vmbris tenebræ, dum nullam lucem ſortiuntur, maiori ambitione contra ſplendorem armantur. Audi Philonem de opificio mundi : *Non ſolùm* Philo.
ſeparauit lucem à tenebris ; verùm & terminos in mediis ſpatijs poſuit, quibus virumque arceatur ab extremitatibus alterius. Alioqui propter vicinitatem inductura erat confuſionem contentionibus de principatu mutuis pertinaci ambitione luctam appetentia, niſi præfixi in medio termini ad pugnam geſtientia dirimerent. Vmbræ aliquid lucis ſortiuntur, tenebræ prorſus nudantur : & ob id forſan non tam neceſſarium fuit vmbras diuidere, ne de principatu contenderent, quàm longiſſimis ſeparatæ interuallis tenebras, ne faſtigium dignitatis ambirent : vt noueris à mundi exordio procaciùs obſcuriores audere, & impudentiùs conari : Ecce Gedeon copioſam manum adlegerat ; verùm ne victoriæ gloriam ſibi numerus vendicaret, iuſſit Deus ignauos ac formidoloſos militiæ ſacramentis exoluí : *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Iſrael, & dicat : Meis viribus liberatus ſum. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica. Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur : receſſerúntque de monte Galaad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanſerunt.* Profectò cui videatur redeundi licentiam iactantiæ non obuiaſſe ; ſed ſuperbiam nutriſſe : nam qui recedunt timidi formidoloſíque, ſibi non arrogarent victoriam, cum nouerint detrectaſſe ſe animitus pugnam. Qui ſtrenui remanent, reportatis triumphis potiori iure poterunt gloriari, & de ipſa numeri anguſtia triumphorum laudem fouere. Ergo ſi obuiandum eſt vanitati, bellicoſi receſſerint, & formidoloſi remanſerint. O ſapientiam immortalem ! Nouit Dominus imbecilliores plus ſtrenuis ſuperbire, ſtrenuóſque facilius modeſtiæ limitibus contineri, cúmque gloriam ſuam alteri dare recuſet, formidoloſos exterminat illi namque manu infirmi abſque dubio triumphos ſibi vendicarent ventoſi, & quantò minùs in acie militaſſent, tantò maiori ſibi certaminis gloriam præſumptione arripuiſſent : *Exiſtentibus triginta duobus millibus*, inquit Abu- Abulenſ.
leuſis q.1. *gloriarentur dicentes quòd viribus ſuis pugnauerant.* Imbelles robur venditarent, & quàm in certamine ſtrenuè ſe geſſerint, buccis pleniſſimis non ſine audientium moleſtia tertio quoque verbo repeterent. Ergo Deus dum imbecilliores ablegat, iactatiæ ac gloriationis vaniſſimæ periculum vitat.

Aderat Moyſes coram Pharaone virgâ omni-

Digitized by Google

potentiæ vices gerente inſtructus, & diuinitate quodammodo armatus, vtique illum a pertinacia reuocarit, ad prodigia recurrit: nouerat namque, ſi ſemel ambitio & faſtus potentis animum occuparit, vltra naturæ vires iactandum fore tumorem medicanti, & obſtinationi medenti. Ergo proiectâ virgâ in colubrũ vertit: *verſa eſt in colubrum.*

Exod. 7. v. 11. Quid tunc? Magos, maleficoſque cogit Pharao, qui non ſine iactantia virgas virtute prorſus carentes proiecerunt, & iam in dracones ad ſpeciem ingentiſſimos vertunt: *Proiecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones; ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Fortis Aaronis virga inuictoque robore armata colubri formam aſſumit. Magica virga viribus vacua, vt incantationibus plena, non colubri; ſed ingentiſſimi draconis ſpeciem aſſumit, quo inflatiſſima præſumptio vires venditarit, & ſupplenerit arrogantia ad vanam poteſtatis oſtentationem, quod nequibant conſequi vires ad

Abulenſ. laudem. Adeſt Abulenſis ad hunc locum quæſt. 5. *Iſti dracones, in quos dicuntur mutatæ virgæ, non fuerunt ex mutatione virgarum verâ; ſed ex apparenti.* Vigore prorſus deſtitutæ virgæ, draconum faciem mutuantur, arrectiſque cernicibus & immani hiatu perterrefacientes ſibi iam de victoria adulabantur ante certamen iactabundæ; ſed in certa-

Philo. mine deuoratæ: *Non aliter,* aiebat Philo lib. 1. de vita Moſis, *quàm obiectos piſces circumquaque periti aſſolent.* Ecce quæ iactando virgæ periculi, ante certamen dracones adæque tumidi ac imbelles: vt noueris agnatam imbecillitati ſuperbiam, gloriationique connectam ſæpiſſimè ignauiam.

Tertullian. Quam benè Tertullianus de cultu fœminar. cap. 3. *Gloria exaltationis ingenium eſt.* Addit: *Omnis gloria vana & ſuperata.* Se ſuperâ gloriolus iactant, & cæteris præſtare affectant.

73 Expendebat Bernardus Cherubinos faciem ſuam aperire, dum perniciter volant, vt ſe diuinæ ſapientiæ non poſſe ſcrutari profunda fateantur apertè; cùm tamen inferior naturæ dotibus Cherubim adeò ab hac humilitate deſtiterit, vt de ſapientia cum ſapientia ipſa contenderit:

Iſai. 6. v. 2. *Duabus*, inquit Iſaïas de Seraphim locutus, *velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, duabus volabant.* Ecce qui alis adornantur ſpiritus, acutiſſimam oculorum aciem ipſis alis obnubilant, ſeque immenſam luminis claritatem inconniuentibus oculis intueri non poſſe actionibus alleuerant. Tranſi modò ad Cherubinum, qui apud eumdem Prophetam cap. 14. aiebat:

Iſai. 14. v. 14. *Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo*: Non ait: Volabo; ſed *aſcendam*: carebat namque perpeti penna, vt volaret; imò & firmo greſſu, vt aſcenderet; & tamen pennis volucribus carens geſtis immetatum ſapientiæ pelagus vincere, cùm volucres Seraphini nullatenus audeant tranare. Ipſis alis, quibus ſuper alios volitant, ne ſuperbiant, detinentur, & humilitati ipſo volatu ancillantur. Itaque ſe volantes deſiciunt alieni prorſus à iactantia, qui extolli volandi poterant gloriâ: pedes Cherubin culmen ſuperbiendo exambit, & cum ſapientia paritatem affectare non erubeſcit. Audi Bernar-

Bernard. dum ſerm 5. de verb Iſai. *Superbus ille Lucifer alteri tantùm inuixus ala caſum facere potuit, non volatum: non ergo ſteriit, quia contempſit; ſed nec volare potuit, quod præſumpſit.* Ipſa inanis præſumptio volandi impotentiam teſtabatur, & qui volare nequibat, reliquos ſe victurum alis volucribus affectabat. Vera virtute ac fortitudine præditi ſe gloriosè non iactant; ſed virtutem modeſtia, humilitatéque exornant. Adde hoc ex ipſo capite pro veritate fulcienda aliquale teſtimonium.

Cùm qui remanſerant milites, ad aquas perueniſſent, nonnulli vndam manu ad os proiiciente guſtarunt: alij non manu; ſed patulo ore, ac ſtienti lingua biberunt: *Fuit itaque numerus* Iud. 7. v. 6. *eorum, qui manu ad os proiciente lambuerunt aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat.* Origenes homil. 9. in lib. Origen. Iudic. in aqua deſignari teſtatur verba, vt in manu facta: quâ ſuppoſitâ allegoriâ expende plus linguas flexo poplite bibentium aquis abundare, & bibentium manu ſolùm madere: nec enim verbis ita exundare poterant fortes, vt imbelles: quia ferè ſemper ſtrenui milites requirunt gloriosè à factis, quæ inglorij mentiuntur verbis. Adeſt Origenes ſuprà datus: *Quod dicit eos manu vel linguâ aquam lambere, non abſque ſacramenti quadam ſignificantia hoc mihi videtur ſcriptum*, ſcilicet quod & manu & linguâ operari debent milites Chriſti, hoc eſt, *opere & verbo.* En Chriſti milites priùs manum aquâ tingunt, quàm linguam, cùm reiiciendi priùs linguam tingant, quàm manum; imò non manum; ſed ſolùm lingnam.

Vt mare virga percuſſum puluerulentam Iſraëlitis concederet viam, fluctus labiles ſolidos gelauit in muros: *Erat aqua quaſi murus à dex-* Exod. 14. *tera*, inquit, *eorum, & læua.* Vides mare fluctus v. 22. ſuos in muros vndique cogere, & Hebræus dextrâ læuâque defendere. Tranſi ad Iordanem lutoſum quidem fluuium: hic cedere iuſſus, ad inſtar montis intumeſcit; imò tumore montes

Ioſuë 3. v. 16. euincit: *Steterunt aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes apparebant procul ab vrbe.* Deſcendentes intumeſcunt, & dum intumeſcunt, deſcendunt: ſunt enim nonnulli, qui eo ipſo, quo tumorem debuiſſent deponere, inueniuntur enutrire. Mare muri aſſumit ſpeciem, & tumidior fluuius montis ſpeciem adiumit. Quòd ſi diſcriminis cauſam quæras: reſpondebit Zeno Veronenſis ſerm. 5. mare ſoliditatem induiſſe, & tumorem denudaſſe: *Findituri* Zeno. *mare, & dexterâ, lauáque in abruptum digeſtis aggeribus ſtupens vnda ſolidatur.* Mare aquis ditiſſimum non montis; ſed muri faciem aſſumit, & aggeribus vndarum ſolidis murum refert: at inferior Iordanis ſic tumet, vt montes tumore vincat: *ad inſtar montium intumeſcentes.* Non ait ad inſtar montis ſolidus, ſed ad inſtar montis tumidus: nec enim, ni fluuius, mare auderet vincere, & montium altitudinem exæquare.

§. XVI.

Bonus ſuperior, vt à ſubiectis auerterit culpam, propria aliquando diſtulerit laudis gloriam.

76 NOn ſolùm propriis; ſed & alienis erratis ſuperior inficitur, & regimen poſſidens ſubiectorum nebulis obſcuratur: priuatus niſi propria actione non lædituri: qui tenet culmen, alienis etiam erratis inficitur. *Quid eſt*, aiebat Theodoricus apud Caſſiodor. 1. var. 22. *quod nos melius prædicet, quàm* Caſſiod. *quietus*

quietus populus, concors ſenatus, totáque Reſpublica morum noſtrorum honeſtate veſtita. Qui ſubiectorum deſpexit mores, ſibi acciuit calamitates: nec enim terreus pes rationabili lapidis ictui potuit ſubiacere, quin aurei capitis nitor fuerit pariter in fauillam redactus, & in contemptum

Dan. 3. v.35. adductus, teſtante Daniele: *Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum; & redacta quaſi in fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento:* vt inter ſe corporis membra ea colligantur concordia, vt ad quodlibet alterius pertinere videatur offenſa, ſic in morali corpore caput & inferiora membra colligantur, vt ad inuicem exornentur. Bonus Princeps eſt Reipublicæ ſtatus, & Principis applicatur famæ probus ſubiectus. Ad hæc non ſolùm ſuperior à ſuis culpas auertere debet proprij honoris ſtudio; ſed etiam compaſſionis, charitatiſque debito. Adeſt Gedeon à Domino eruditus, qui formidoloſos ad ſua remittit tantiſper triumphi protelans gloriam, ne iactationis, tumiditadiſque manumiſſi incurrerint ignominiam: *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Iſraël, & dicat: Meis viribus liberatus ſum.* Præ manibus erat triumphus; ſed ne tumidiores iactantiæ denigraret ſuperbia, differtur in aliud tempus victoria. Quo ſuperiores edoceat Numen vel propriæ laudis diſpendio à ſubiectis culpam auertere, & prouidenter occurrere. Adeſt Origenes in Iudices hom.9. *Ne fortè ergo gloriaretur Iſraël, & iactantiâ victoriæ partem præſumeret: propterea dixit Dominus ad Gedeon: Multus eſt populus tecum: non tradam Madian in manus eorum.* Vt culpæ periculo occurrat, triumphis redimiri protelat: maluit namque aliquo tempore carere victoriæ gloria, quam ſubiectos deſpecta ſemper tumere iactantia.

Origen.

77 Dauid milite vnico aſſociatus in aduerſariorum caſtra deſcendit eo tempore, quo ſopor altiſſimus omnes ſepeliebat, Abiſaï Saülem ſomno indulgentem intuitus perfodere aggreditur; at Dauid oſoris curam geſſit, & Abiſaï audaciam magnanimus ſemper prohibuit: *Dixit Dauid ad Abiſai: Ne interficias eum:* quis enim extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & *innocens erit?* Profectò Dauid inopino caſu tantiſper perturbatus videtur, dum opportunam nactus occaſionem regni imprudenter ad ſpeciem coronam differt, ſeque in pericula varia coniicit. Eſto innocens non ſit Abiſaï haſta Saülem perfodiens; Dauid tamen alterius diſpendio, & regno potietur & triumpho. Ergo manum non comprimat; ſed fortunam ſceptrum offerentem hilari vultu ſuſcipiat. Profectò Dauid Principum ac ſuperiorum exemplar maluit, quam potiri citiùs regno, Abiſaï non deſœdari piaculo: Si Saül iaculo traiectus intereat, virulentiſſimo carebit hoſte, & collucenti purpuræ radiabit murice; at Abiſaï non innocuè inferet necem. Ergo generoſum pectus, & ſolùm gratiæ ſeruire gnarum diſtulit coronæ gloriam, vt à ſubiecto culpæ auerteret ignominiam. Audi Chryſoſtomum ſic Dauidis nomine philoſophantem homil. de Dauide & Saüle: *Is qui occidit inimicum, frequenter & ipſe ſeſe condemnauit, dum pranam gerit conſcientiam, dumque in ſingulos dies & horas à peccato illo vrgente affligitur; at qui pepercit, breuique tempore vicit affectus ſuos, poſt exultat, & delectatur, optimáque ſpe fultus ac tolerantia*

Chryſoſt. Qui inimicis parcit, ſibi lætitiam procudit.

braui expectans à Deo. Non perturbatus paſſionibus; imò ſupernis illuſtratus luminibus, dum vidit occiſorem culpa defœdandum: aiebat enim: *pranam gerit conſcientiam*: maluit plauſu carere, quàm boni ſuperioris laude fraudari.

Dum Chriſti Domini recens nati, quam aſtro 78
didicerant, exertis vocibus Orientales Magi publicauerunt infantiam, Herodes regni inuaſor, religionis corruptor, morúmque euerſor nuntio pauitat perculſus, & timoris cauſas imprudens inuenitur adaggerare, dum perturbans ſatagit periculo ſubuenire: Angelus Ioſephum præuenit, & Chriſtus fugit: *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Matth.2. v.13. Quis non miretur ipſam fortitudinem timore ad ſpeciem concuti, & timori matura fuga ſubuenire? Et cur perſequente homine Deus fugiat, qui facilè potuiſſet ſubuertere? Lapillus manibus non abſciſſus edomat ferri duritiam, & ambitioſi Deus veretur audaciam? *Accipe*, inquit, *puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* En naufragatur portus, refugium trepidat, laſſeſcit auxilium: & quare? Quia maluit, reſpondebit Chryſologus ſerm.150. tantillum de propria auctoritate remittere, quàm Herodem ſibi ſubiectum grauiori piaculo conuulneratum videre. *Fugiendum eſt, vt & ille, qui per ignorantiam furit ſanetur.* Præmiſerat: *Cùm poſſet aliter, quare tantus? Quare talibus ſe ſubmiſit iniurijs? Quare? Primum, quia nec ſine homine poterat ſaluari homo, neque ſine humanis iniurijs iniuriæ humanæ poterant amputari. Cauſam ſuam facit, qui alterius vult cauere.* Ecce Herodis cauſam, inam fecit Chriſtus; & ne grauiùs furendi occaſionem haberet, volnit ad ſpeciem inglorié fugam arripere, ſuperiores edocens, vel proprio incommodo culpam à ſubiectis auertere, & ſi opus ſit, ſplendorem tantiſper innubilare.

Chryſol. Suam cauſam facit, qui alterius impedit.

Turbæ per deſerti etiam fragoſitates Chriſtum 79
ſequebantur: morborum videbant depulſorem, ſpéque & admiratione impulſi, omnes eò affluebant, quia errore vacantem adſpiciebant. Itaque quo illi tendere placebat, morbidus ſequebatur, vt eximeretur à morbo; ſanus, ne tangeretur periculo. Ergo cùm ventum eſſet in deſertum, omni prorſus alimento nudum, cúmque iam viuidior fames vrgeret, panes accipit, & gratias ſubleuatis oculis agens famelicis generoſa manu diſtribuit. *Accepit ergo Ieſus panes, & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus.* Ioan. 6. v.11. Miraculo turbæ excitantur, ſed qui adfuerat famelicis, fugit ab ipſum inaugurare in Regem percupidis: *Fugit in montem ipſe ſolus.* Baſilius Seleucienſis orat.33. quærit cur gratias egerit, qui à ſe poteſtatem habebat. Nonne eſſet ſatius diuinitatem oſtendere, & debitum tanto miraculo plauſum elucrari? Cur dignitatem ſuam quodammodo tegit, plauſúmque fugit? Quia maluit, reſpondet Baſilius, Iudæorum calumniam præoccupare, quàm ſplendidiùs lucere. *Numquid velut indigus abundantiam poſtulat? Numquid oculorum elatione de cœlo accerſit auxilium? Numquid aliunde mutuatur beneficentiæ poteſtatem? Non equidem; ſed Iudæorum calumniam opprimere occupat.* Subiicit: *Ne ex miraculi magnitudine calumniandi caperent occaſionem, quod ſe per ambitionem Patre ſuperiorē oſtenderet, néue quod Patri parem ſe faceret, ſuetā rurſus calumniā excogitarēt, Iudæorum* Baſil.

loquacitati eripiens accusationem, sublatis in cœlum oculis Patri hoc præclarè factum acceptum refert. Si Christus acceptum Patri referat, Iudæis calumniandi amputat occasionem; si non referat, maiorem lucratur laudem; verùm pepercit laudi, vt occurreret occasioni: regni distulit auctoritate fulgere, ne dum ambitiosum Iudæus suspicatur, suspicione audacissimâ maculetur: hoc bonus rationis deposcit ordo; verùm non semel inuenitur prorsus inuersus: subiectorum inaculis promouere nititur suam vtilitatem superior, vtque ipse splendeat lucidior, non incommodat, si subiectus fuerit deterior.

80 Achab Naboth vineam discupit, vt generosi fructus viles degenerauerint in delicias, & vtilissima vitis noxias aluerit cupedias: restitit Naboth non dignitatis contemptor; sed legis cultor, verùm Iezabel impietatis mater, vt Achab subuenerit tristitudini, aggreditur violentiam inferre legi: ad optimates ciuitatis scribit imperans, vt commenta Naboth adscribant delicta, & indigna vitæ condemnauerint pœna: *Scripsit litteras ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates, qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth: litterarum autem hac erat sententia: Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios Belial contra eum, & falsum testimonium dicant.* Ecce impudentissima mulier, vt oletum sibi ortum acquirat, iubet inediam & culpam: de subiectorum fame, de miserorum ieiuniis, de indignè parentium erratis acquiritur detestanda voluptas, & grata oculis procuratur amœnitas. Quàm longè distabat procacia à laudabilis regiminis lege, quando non solùm suis non parcebat commodis, vt suorum aduersaretur erratis; sed suorum erratis suis studebat impudentissimè commodis. *Quæruntur*, aiebat Ambrosius lib. de Nabothe cap. 4. *duo testes iniquitatis.* Præmiserat: *Quàm euidenter expressa est diuitum consuetudo: contristantur, si aliena non rapiant, renuntiant cibo, ieiunant, non vt peccatum minuant; sed vt crimen admittant.* Suorum ieiuniis non semel pompaticè incedunt diuites, & suadent subiectis noxas, quò sibi caras adaggerarint diuitias.

1.Reg.21. v.8.

Ambros.

§. XVII.

Deus ad nostram eruditionem de visis loquitur, ac si solùm essent coniecta; nos de solùm coniectis, ac si essent visa.

81 MVlta homines, vt maligna pollent calliditate, coniiciunt, animum per vultum effluentem curiosis oculis inuestigant, & ex vultus habitu de animi loquuntur studio eâ certitudine, vt nullatenus putaueris coniecturam; sed credideris euidentiam: *suspicionibus*, aiebat Seneca lib. 2. de ira, cap. 23. *Impellimur, & ex vultu visúque alieno peiora interpretati, innocentibus irascimur.* Ira, quæ culpis debetur, suspicionibus innutritur, & maleuolentia factum iam censet, quod possibile fore videt. Econtra candidus animus, quæ vti certa potuisset credere, solùm putat incertis coniecturis innixa. Alexander à matre admonitus sibi à medico cauere, vt qui potionem veneno inficeret, vti coniecturam spreuit, & intrepido ac securo animo propinatam à medico potionem hausit. Testatur datus Seneca: *Animosius Alexander cùm legisset epistolam matris, qua admonebatur, vt à veneno Philippi medici cauret, acceptam potionem non deterritus bibit: plus sibi de amico suo credidit. Dignus fuit, qui innocentē haberet, dignus qui faceret.* Noluit Alexander excelso animo Princeps ea, quæ affirmabantur, certa putare; sed coniecta potiùs præsumere. Et quidem docuit qualiter honor alienus tractandus sit. Nec solùm nos erudiuit Alexander suo facto; sed ipse Dominus prudenti consilio. Quis dubitet diuinam notitiam nil latere; & tamen veluti de re dubia, & solùm probabili coniectura innixa cum Gedeone differens loquitur: *Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Israel, & dicat: meis viribus liberatus sum.* Hebræus textus, & Sanctes Pagninus sic habent: *Multus est populus, qui est tecum, vt nō tradam Madian in manus eorum, ne fortè glorietur contra me Israel.* Non affirmat inani gloria Israëlem extollendum, sed quasi ex ipsa victoria coniectans posse superbire, remedium adhibet crimini ad speciem dubio, & coniecturis fundato: illud namque *ne fortè* vtrumque extremum amplectitur, & mentem relinquit pendulam, vt rem dubiam. Huc voco Origenem homil. 9. in Iudices. *Ne fortè gloriaretur Israël, & iactantia victoria partem præsumeret, propterea dicit Dominus ad Gedeon: Multus est populus tecum.* Non illum latebat futura arrogantia; verùm sic loquitur, vt videatur inniti solummodò coniecturâ.

Hebr. Pagnin. Origen.

Adamus animalium terræque prorex, ne contristaret delicias suas, oblitus est benefactoris & legis: fructum decerpsit lethalem, eâ qua posset auiditate vinificum, vtque Dominus eius temeritatem arceret, ne ad vitale lignum sordidam manum mitteret, de originis loco exterminauit, & cum Angelis differens potiùs agit munus coniectoris, quàm perspicacis: *Nunc ergo ne fortè mittat manum suam & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.* Illud *ne forte* dubitationem quamdam præ se fert, & ipsius dubitationis rationabilem causam prodit: Quasi dicat: Iam Adamus temerario ausu septa legis transgressus est. Ergo vereri potest prudentia, ne qui nimio scientiæ studio obcæcatus deliquit, manum etiam ad vitæ arborem miserit æternitatis desiderio. Occurramus ergo coniecturis exilio: *Nunc ergo ne fortè mittat manum suam.* O sapientiam immortalem! Deus diuinitatis iure futura prænoscit, non prænoscunt Angeli: ergo noluit cum illis agere de re soli nota sibi vti de indubia; sed temperato stylo egit, vti posset de ancipiti, & sub dubitatione cadenti. Adest Caietanus ad hunc locum: *Dictio interpretata ne fortè, est illudmet aduerbium dubitandi.* Addit: *Sonat enim consideretionem diuinam futuri, qui posset accidere, euentus, nisi prouideretur, & describitur sub dubio non relatiuè ad diuinam scientiam; sed relatiuè ad libertatem hominis, & ad conditionem actionis secundùm se ad significandum quod potuisset accidere.* Ecce actio libera hominis relatiuè ad diuinam scientiam non est dubia, ratione verò humanæ libertatis, antequam fiat, non est creaturis certa; sed coniecturis obnoxia. Ergo Deus ad nostram eruditionem stylum accommodat non scientiæ perspicari, sed humanæ conditioni. Vt discas alterius delicta hac vel illâ ratione tibi soli aperta

82

Gen. 3. v. 22.

Caiet.

&

& nota non proferre notitiæ tuæ imprudenter adulatus; ſed de illis, ſi opus ſit, loqui vt de contingentiæ obnoxiis, & adhuc dubitationi celatis. Verum proh dolor! Adeò longè homines ab hoc diſtant exemplo; vt contrario vtantur ſtylo. Quæ ſolis coniecturis venantur, eiſque non ſemel infirmis, fixè adeò adhærent, vt oculis putes acceptiſſe, & ſolerti examine comprobaſſe. Quàm benè

Auguſt. Auguſtinus tomo 4. lib. de amicitia cap. 14. *Amicitia ſemper expers eſt ſuſpicioſus: nunquam enim requieſcit, ſemper cum curioſitas comitatur, quæ continuos ſtimulos acuens, inquietudinis & perturbationis materias ſubminiſtrat. Si viderit amicum ſecretiùs loquentem cum aliquo, proditionem putabit, ſi ſe benevolum alteri præbuerit, vel iucundum, ille ſe minùs diligi proclamabit: ſi cum corripuerit, odium interpretabitur.* Iniqua interpretatione omnia ad malignitatem detorquentur, adeóque ipſis coniecturis homines abutuntur, vt dubia tranſmutarint in euidentia.

83 Miſſus in caſtra Dauid, vt fratribus deferret ſubſidia, quid in hoſtem honeſtè audenti ſcitatur promiſſum: cúmque interrogatio curioſum tantummodo proderet, frater eius vti ſuperbum, tumidúmque iugillauit, & ſe eius nequitiam cognouiſſe optimè aſſeruit: *Quod cùm audiſſet Eliab frater eius maior, loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid, & ait: Quare veniſti? & quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto?* Non expectauit interrogationis reſponſum, quaſi non indigeret reſponſo, qui plenè agnoſcebat quæ gerebat puerulus animo: *Ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui.* Vnde nouiſti? Prodidit textus: *Cùm audiſſet Eliab frater eius maior loquente eo cum aliis.* Satis fuit vt condemnaret ſuperbum, auſcultare curioſum: ea namque eſt hominum malitia, vt leues coniecturas in deterius ferè ſemper interpretentur, & vti certiſſimis aſſentiantur. Adeſt Abulenſis quæſt. 18. *Ego noui* (inquit nomine Eliab) *ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui.* (*Nequitia eſt iniquitas, & accipitur pro quadam aſtutia ad malum, cùm quis malè agens ſub probitatis colore illa velat. Sic autem obyciebat Eliab contra Dauid, ſcilicet quòd quamquam ipſe in bellum deſcendiſſet ferens farcinulas; tamen non ideò venerat, vt ferret farcinulas; ſed vt videret bellum; & ob hoc ſubmouebat patrem, procurans quòd mitteretur in caſtra.* Allatæ farcinulæ teſtabantur obedientiam, & in fratres charitatem; verbum aliquantulum curioſum manifeſtabat; verùm ea fuit fratris malignitas, vt ipſa quæ ſe oculis ingerebant, interpretaretur malignè, & leuiſſimæ coniecturæ innixus carperet Dauidem aſperrimè.

1. Reg. 17. v. 28. Abulenſ.

84 Cùm Iob calamitatibus impetitus in ſterquilinio ſederet, Eliphaz ſub amicitiæ obtentu nimiùm ſuſpicax vitam amici condemnat, omniáque infortunia iniquitatis ſolicitudine accidiſſe

Iob 4. v. 7. proclamat. *Recordare, obſecro te, quis vnquam innocens periit, aut quando recti deleti ſunt. Quin potiùs vidi eos, qui operantur iniquitatem, & ſeminant dolores, & metunt eos. flante Deo periſſe, & ſpiritu iræ eius eſſe conſumptos: rugitus leonis, & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti ſunt, tigris periit.* Omnia Iobi infortunia ſupplicia culpis debita fuiſſe teſtatur, & ex infirmitate iniquitatem coniiciens veluti in impium inuehitur, quin viſa patientia ſuffragetur innocentiæ, aut opituletur famæ. Adeſt Gregorius lib. 5. moral.

Gregor. cap. 15. *Quid rugitum leonis appellat, niſi vt paulò antè præmiſimus, ſeueritatem viri? Quid vocem leænæ niſi loquacitatem coniugis? Quid dentes catulorum leonum, niſi educitatem prolis? Quia enim filij communantes extincti ſunt, dentium expreſſione ſignantur, quæ cuncta dum contrita Eliphaz rigidus exultat, quaſi iure damnata denuntiat.* Iure verberatum Iobum aſſerit, iuſte filios eius contritos, quaſi euentus patrem manifeſtauerit tigrim, matrem declarârit leænam, & prolem rapacitatis oſtenderit auidiſſimam. Nihil reliquit intactum, & cum poſſet à Deo, vt eius teſtabatur patientia, probatum coniicere, maluit audaciſſima ſententia iuſtè punitum aſſeuerare: *Quaſi iure damnata denuntiat.* Succedat ipſe Gregorius ſibi.

Arca Dei, vbi ſpeciali titulo aderat, bobus re- 85
calcitrantibus inclinatur, inclinatio impediendæ recalcitrationi ſeruiebat; verùm Oza ipſum condeſcenſionis remedium credidit caſum, & caſui adhibuit inconſultè remedium: quod adeò maieſtatis oculos offendit, vt inopina morte puniuerit: *Iratus eſt indignatione Dominus contra Ozam,* 2. Reg. 6. v. 7. *& percuſſit eum ſuper temeritate.* Non tacuit ſacer textus punitionis cauſam, dum ait, *ſuper temeritate:* erat enim audax temeritas ſuſpicari arcam ſubituram miſerum caſum, poſtquam nouerat ad eius conſpectum labiles Iordanis vndas montium tetuliſſe natatum, imitatáſque fuiſſe conſtantiam. Tot miracula Ozæ non perſuaſerunt non poſſe Dei Arcam caſum ſubire, cùm leuis inclinatio perſuaſerit poſſe infeliciter cadere. Benignam Arcæ inclinationem interpretatus eſt infortunium, & quæſiuit manu temerè faciente remedium. Ergo dum non prouidus; ſed temerarius putat Arcam ruituram, dignam tulit temeritate ſententiam: *ſuper temeritate.* Itaque feſtinauit, vt videtur, non exigere; ſed infamare. Audi Gregorium dato libro cap. 10. *Sæpè quia intelligi non* Gregor. *valent, deterioribus diſplicent, vel facta, vel dicta meliorum; ſed eo ab eis non temere reprehendenda ſunt, quo apprehendi veraciter nequaquam poſſunt. Sæpè aliquid à meritoriis diſpenſatoriè agitur, vel præcipitur, quod à minoribus error putatur.* Addit. *Quod benè bobus calcitrantibus inclinata illa teſtamenti Arca ſignauit, quam quia caſuram credens leuiter erigere voluit, mox ſententiam mortis accepit.* Adhuc ſubiungit: *In hoc quod diſpenſatoriè agitur, inclinatio ipſa fortitudinis caſus putatur imperitis.* En malè coniiciens inclinationem credit ruinam, & dum ſimulato zelo nititur impedire, inuenitur dehoneſtare. Et vtinam hoc Ozæ ſolummodò accidiſſet; verùm vt Deus, ne honori notam inuret, de rebus indubiè cognitis loqui ſolet, vt de ſuſpectis, ita homo procedit erga ſuſpecta, vt poſſet erga manifeſtè viſa.

---

§. XVIII.

Facile prauis corrumpimur, difficulter probis exemplis docemur.

EXempla facilè dum ingeruntur oculis, inhærent animis quidquid exerceri adſpicitur, & exerceri edocetur: ſæpè ſuadetur tacitâ exemplorum rhetoricâ quod peragi non obtinebat florida, & Ciceroniana eloquentia; verùm id inter prauа & honeſta exempla diſcrimen eſt; vt facilius nos allexerint prauа, ægriùs traxerint ſemper honeſta. 86

Cassiod. *Quæ ciuitas*, aiebat Cassiodorus 10.var.13.*non fiat excusabilis; si Romæ deliquerit: rex minor ad potioris currit exemplum, & alieni factis iure inuidiam sustinet, qui peccatis præstat exemplum.* Qui peccare docet, alumnos ac discipulos sine difficultate sortitur, qui ad virtutes erudit, vt proselythum habeat, orbem circuire necessum est. *Homines amplius oculis*, aiebat Seneca epist.6. *quàm auribus credunt.* Verum dixit; sed dum vident ambitioni inseruientes, & cupiditati adulantes: efficaciùs nos mouent peruersa, & viuidiùs proritant voluptuosa, fortium contubernium imbelles retinet, imbellium societas fortes aut enerUat, aut saltèm obscurat. Ecce adlecta copiosa manu molitur Gedeon hostes impetere, & inuicta fortitudine detriumphare; verùm Deus prouida cautela ante conflictum iubet timidos & formidolosos manumitti, & à fortibus separari: *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidolosus; & timidus est, reuertatur.* Interlinearis hac Deum testatur prudenti cautela vtum, ne imbellium, fortium vires debilitaret exemplum: Quasi dicat: *Certamina fortibus viris derelinquat, ne exemplum timoris & formidinis cæteris præbeat.* Videbantur remansuri imbelles, vt strenuorum exempla secuti, timorem prorsus excuterent confirmati, & nihilominus reiiciuntur, ne fortes illorum exemplo hosti terga vertant, & indecoram fugam arripiant. O expende, amabo te, simul conuenisse ad certamen inaniter trepidantes, & viriliter in hostem audentes, eò tamen ad deteriora procliuiores sumus, vt certius fuerit strenuos examinandos, quàm robore imbecilles muniendos. Æqua probitatis, improbitatisque vis inesse videtur exemplis; verùm eandem nostris animis dispositionem inuenisse non reperitur, quando nutu trahimur ad illicita, eo ægrè impellimur ad honesta.

Seneca.

Interlin.

87 Expendebam Canticorum locum cum Isaiæ loco conferens, quàm dissimiles virtutis ac improbitatis effectus sortiantur exempla. Sponsus tenero adeò sponsæ amore flagrauit, vt iniurias temporum paruipenderit: *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore; & cincinni mei guttis noctium.* Quæ sponsi exemplo prouocabatur ad noctis gelúque despiciendas iniurias, amiciti vel leuitet renuit, ne exiguo tempore otij relinquat delicias: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Vides exemplum non secutam, nec vrgentibus adeò rationibus persuasam. Transi modo ad Isaiæ 13. caput, vbi sic habet: *Respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & Sirenes in delubris voluptatis.* Respondere audis, vocari non inuenies. Iam quid sit sibi vlulas respondere, interpretatur Stephanus in allegor. Tilman. ad Exodi 20. *Vlula auis stercorea, & rostro crepitat: hi sunt luxuriosi huius mundi, qui respondent ad inuicem deliciosè viuendo vnus ad exemplum alterius.* Ecce vlulam exemplis respondentem, & sponsam refragantem. Quòd si discriminis causam quæras, inuenies vlulam ad stercora inuitatam, & sponsam ad honestatem allectam. Vel leuiter vocata respondet vlula, ostio sæpè pulsato non assurgit sponsa, vt noueris maiorem efficaciam perniciosa sortiri, cùm virtutis reperiantur effectibus exempla sæpè carere.

Cant. 5 v. 2.

Isai. 13. v. 22.

Stephan.

88 Petrus condiscipulis se piscatum tendere manifestat: *Vado piscari*: eius commoti exemplo consilium approbant, & comitari festinant: *Dicunt ei: Venimus & nos tecum.* En nec insidiantium aduersariorum technis deterrentur, nec nocturnis ac incertis laboribus exanimantur; cùm tamen iam illucescente aurora Petrum vndis honestè audentem non fuerint comitati, imò nec à longè secuti: labores in vacuum toties, rete iactantium miseratus Dominus iubet in nauigij dexteram rete mitti: paruerunt: erat namque perfacilis obedientia, & ingens piscium responsura allicichat copia; Deum felix euentus prodidit: nec enim exiguus adeò labor ab alio tam magnum obtinuisset lucrum, & lucraretur augmentum. Petrus vt erat ardentior, licèat sibi firmo vestigio vndas calcare deposcit, & nactus facultatem per medios vortices siccis vestigiis incedit: *Tunica succinxit se, & misit se in mare; alij autem discipuli nauigio venerunt.* Quæres cur solum reliquerint vndis strepentibus ambulantem, qui piscatum secuti fuerant tendentem: aiebant ibi: *Venimus & nos tecum*; hic cum Petro non veniunt; sed nauigio vndas transcurrunt. Ecqua discriminis causa est? Fortè quia ibi Petrus studebat emolumentis humanis, & hic præceptis obediebat diuinis: nullum dum ad Christum inuolat, exemplis traxit, nullum, dum capturæ incumbit, exemplis non comitari permisit: quasi maior vis insit piscationis exemplo, quàm vortices calcandi miraculo. Quàm opportunè Chrysostomus apud Diuum Thomam in catena: *Alij discipuli sequebantur Petrum: vnde dicitur: Dicunt ei: Venimus & nos tecum: colligati enim de reliquo sibi inuicem erant, simul volebant piscationem videre.* Dum Petrus piscationi incumbit, dum laboriosis lucris intendit, reliquos exemplo trahit; at dum propiùs Christo accedere inuolat, laudabili audacia reliquos non prolectat. Solus per vndarum aggeres ad Christum tendit, qui solus pisces extracturus non vadit.

Ioan. 21 v. 3.

Chrysost.

89 Populus idololatriæ furore percitus, & impatientiæ stimulis agitatus vitulum sibi conflari vel ingenti pretio deposcit: Aaron ne ambitioni vim inferret, religioni iniuriam intulit, & maluit quàm amittere principatum, abiecisse diuinum cultum: vitulus aureus conflatus est, cuius nitore obcæcati exertis vocibus proclamarunt sibi deos adesse, & illorum curam suscepisse: *Fecit ex eis vitulum conflatilem, dixerúntque: Hi sunt dij tui Israël:* Vitulus illis multiplex est, & cum sibimet integris membris non constet: solùm namque, teste Ambrosio, caput conflatum est, oculis affectu perturbatis multiplicatus appatet; verùm hæc delirantium insania fuit quodammodo prophetia: quasi iam præuiderint Ieroboamum exemplo illorum secutum aureos vitulos effinxisse, & nouis augmentis impietatem incrementasse. Transi ad Numeror. 21. vbi Moyses salubrem illum serpentem effinxit, & vti vitæ tesseram collocauit: *Fecit Moyses serpentem æneum, & posuit eum pro signo.* Et quare numero plurali non referat *posuit eos*, cùm vitulum plurali retulerit: *Hi sunt dij tui?* Si alibi numerositatem exclusit simplicitas, cur exclu-serit alibi? Vnicus est serpens; sed & vitulus est vnicus: ergo vitulum singulari numero referant, aut serpentem numero plurali promant. Verùm discrimen ipsa rerum materies persuadebat. Vitulos protulerunt exemplo suo alios pessimè erudiendos intuiti, non protulerunt serpentes imitandum non fore gnari. Serpens virtuti ac saluti famulabatur, vitulus sacrilegio & neci: ergo pernicio-

Exod. 32. v. 4.

Num. 21. v. 9.

sum

cioſum exemplum imitatores inuenit, ſalutiferum
3.Reg.12. v.28. non perſuaſit, *Excogitato conſilio*, inquit ſcriptura de Ieroboam, *fecit duos vitulos aureos.* Ad quæ Lyra: *Fecit ad ſimilitudinem vituli, quem fecerat Aaron.* Inuentus eſt, qui Aaronis ad idolatriam ſecutus fuerit delirium, cùm inuentus non legatur, qui Moyſis ad ſalutem imitatus fuerit exemplum. Conſtructo vitulo inclamare potuerunt: *Hi ſunt dij tui*: quia iam in illo exemplo alij vituli videbantur futuri; de Moyſe tamen non dicitur: *Et poſuit eos*: quia ad ſerpentis illius ſimilitudinem non fuerant alij efformandi. Quid Moyſes fecerit, ſunt obliti; quod Aaron effinxit, ſunt imitati: *Fecit ad ſimilitudinem vituli quem fecerat Aaron.*

90 *Si aſcenderit vulpes*, ſcribit Eſdras lib.2.cap.4.
2.Eſdræ 4. *tranſiliet murum eorum lapideum.* Murum lapideum vulpem tranſilire allegoricè exponens Stephanus apud Tilmanum ait, facilùs murum vulpis cedere adſultui, quàm reſpondeat ædificantis labori. Itaque ſapiens architectus murum conſtruit ædificando, vulpes labefactare nititur tranſiliendo, & cùm murus lapiduni deberet imitari conſtantiam, vulpis ſequitur fraudulentiam. Accipe
Stephan. Stephanum: *Vulpes tranſilit murum lapideum, cum apud eos, qui videbantur aliquando in bono ædificati, maiorem efficaciam habent mala exempla quàm bona.* O verum!

91 Natum Dominum ab conſúmque tugurtiolo Magi ſplendenti ſyderis eloquentia ſuaſi inuolant adoraturi: *Ecce Magi ab oriente venerunt Ieroſolymam dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Nuntio perfidus Herodes
Matth.2. v.2. percellitur, nec vult quærere; ſed occidere: Turbatus eſt Herodes; & cuius putas Ieroſolymitas ſecuturos exemplum? Herodis an Magorum? Profectò vnicus erat Herodes, plures Magi; & tamen Ieroſolyma turbatur, Herodis ſecuta exemplum; non requirit imitata Magorum ſtudium: *Turbatus eſt*, inquit, *Herodes, & omnis Ieroſolyma cum eo*: quaſi plus valuerit vnius exemplum ad reliquos perturbandos, quàm deuotio multorum, ad alliciendos. Expendebat ſolito acumine
Chryſol. Chryſologus ſerm. 156. *Chaldæa defert, non defert Iudæa; Ieroſolyma auerſatur & refugit, Syria ſequitur, & adorat.* Deuotè inſeruientium quærentiúmque nullus imitatur inceſſum, cùm vnius furentis omnes imitentur delirium. Plures vnicus Herodes ſuo exemplo corrupit, & multiplex Magus nullum ad inueſtigandum promouit.

§. XIX.

Mirum eſt ſi propinquorum non inaurentur defectus, dum dignitatis culmen occupauerit conſanguineus.

92 Caſſiodor. QVidquid digno creditur, aiebat Caſſiodorus in Gnomologia, *hoc multis ſine dubio collatum eſſe ſentitur.* Non ignoro aliorſum verba Caſſiodori prolata; at noſtræ theſi putauerim non inepta: quod digno confertur, omnibus eius propinquis puta collatum: nam vt de lucis candore confinia veſtiũtur, ſic propinqui de ſplendore dignitatis ornantur: ad omnia inueniuntur apti, & habentur digni, ſi non æquitatis iudicio, adulationis ſaltem ingenio. Mirum eſt, ſi faſtigium tenentis cognatus ingenij non efflorueric acumine, ſi militari non præſtet robore, ſi morum ac ſcientiarum non replendeat concinnitate. Iacob ad inſtar, maioris optimis veſtibus cognati exornantur, & ornamentis veſtiuntur, & impetrant aſcititiis meritis, quod obtinere nequibant propriis. Gedeon copiolam militum manum adlegerat; verùm Deus quem plures cordis pauorem celabant, intuitus, iubet è caſtris ablegari, & ad propria remitti: *Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica: Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur.* Edicto conclamato, plures receſſerunt: *Receſſerunt*, inquit, *de monte Galáad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum.* Caietanus ſolito ingenio textum ruſpans non con- Caietan.
temnendum moralitatis granum inuenit, ſcilicet à Deo procuratum, vt etiam remotiſſimi, & Gedeonis contribules abigerẽtur expulſi: quia requiſita ad pugnandum fortitudine vacui, *Meminit ſpecialiter montis Galáad ad inſinuandum quod etiam contribules Gedeonis reuerentur, ſi timerent.* Opus fuit oraculo, vt Gedeonis contribules haberentur ignaui, & caſtris exularent excluſi, quando de more clauium tenentis affines mitris inueniuntur dotibus prædití, & ad facinora præ cæteris habiliſſimi.

Moyſes vt diuinum regimen in Hebræorum de 93
ergaſtulo libertate commendet, vt illorum ad promiſſionis tellurem poſſidendam electionem allaudet, Deum aquilæ ingenium retuliſſe teſtatur: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos,* Deuteron.
& ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis. Ne quis malitia obcæcatus, aut liuore aduſtus diuinum regimen infamare vti humanum præſumeret, néue latratibus obſcuraret, dum optimam promiſſionis terram cognatis ac conſanguineis impertiſſe refertur, vt temeritatis etiam audaciam frænet, aquilæ retuliſſe ingenium narratur: *Sicut aquila,* inquit, *prouocans ad volandum pullos ſuos*, &c. Et cur præ aliis auibus Deum aquilæ contulit, quo diuinam eius politiam in gubernando probaret; Quia aliæ aues naturali affectu erga pullos ducuntur, & ad promouendum ſemper inſitis naturæ perſuaſionibus inclinantur, aſt aquila non de naturæ merito; ſed de indubij experimenti promouet filios ſuffragio: molliter apprehenſos pullos versùs ardentiſſimos ſolis radios ſtatuit, & quem inconniuentibus oculis ſolares radios excipere agnoſcit, ſtudiosè refouet; quem verò cadentibus palpebris ſolis ſplendorem intuetur refugere, ſepolito naturæ affectu ad terram prolabi iubet. Itáque aquilæ pulli non tam promouentur naturæ ſtudio, quàm perſpicaciæ ſuffragio. Ergo dum ad inſtar aquilini pulli examinantur Hebræi eligentis cognati (nam Chriſtus de Hebræorum progenie oriundus) dum non naturæ ſolùm affectu inueniuntur apti; ſed examine vero electi, eligentis diuinitas commendatur, & metas humanæ electionis tranſiluiſſe refertur, quandoquidem affinium eligentis aptitudo non tam conſtat examinis approbatione, quàm naturæ propinquitate. Cognati alta poſſidentium ſemper ad omnia inueniuntur opportuni: quia illos non approbat æquitatis iudicium; ſed adulationis ingenium. Ergo dum Hebræi eligendi examinantur, iam electio nequit haberi humana; ſed deprædicari diuina. Vt noueris quàm ſuſpecta ſit ad promo-

Digitized by Google

tionem affinitas, Moyſes vel cùm de conſanguineorum Dei promotione agit, omnes fibras ſuſpicionis præcidit. Et quidam in Deum degener non cadit affectus; virum Moyſes aquilæ comparans malitiæ occurrit, oſtenditque quàm erga cognatos & affines creaturarum propendeat animus inclinatus, & inclinetur propenſus. Audi Plinium lib. 10. natur. hiſtor. cap. 3. *Implumes etiamnum pullos ſuos percutiens ſubinde cogit aduerſos intueri ſolis radios: & ſi conniuentem hume-ctantémque animaduertit, præcipitat è nido velut adulterinum atque degenerem: illum, cuius acies firma contrà ſteterit, educat.* En optimum regimen ad alta euehere cognatos non conſanguinitatis titulo; ſed virtutis merito. En quàm naturæ ſuffragiis commendentur conſanguinei, quando ne quid malitia poſſit latrare, examen Moyſem conſtat referre: *Sicut aquila*, inquit, *prouocans ad volandum pullos ſuos.* Plures pullos ſuos ad excelſa volare etiam inexpertes contendunt, non aquilæ imitantes ingenium; ſed ſecuti affectionis inordinatæ delirium. Commendans Caſſiodorus 8. variar. 21. Cyprianum Patritium virum de rationabili erga filios affectu, aquilæ more illos probaſſe teſtatur, ne palatiis ingereret nudo originis titulo; ſed ſpectabili virtutis ſemper præconio: *Quoniam educantium felicior laus eſt de filiorum probitate laudari, primum quod non minimæ laudis præſtat initium, infantia eorum nota eſt palatio: ſic fœtus tui more aquilæ ſe probantes, regales oculos ab ipſis penè cunabulis pertulerunt: reſurgent enim gratia gentili, nec ceſſant armorum imbui fortibus inſtitutis.* Mira res, filios miſus eſt promouere pater expolitor meritis, non naturæ commendatos ſolùm ſuffragiis, quando naturæ ſuffragium cenſeri ſolet pro merito.

Plinius.

Caſſiod.

Parentum felicior laus de filiorum geſtis commendari.

94 Sæpiſſimè aduerti in virorum virtute ſplendentium factis noſtræ minùs rationi conſona facta adumbrari, & miro hiſtoriæ penicillo deſcribi. Ergo videamus quid moyſes de Hobab filio Raguel Madianitæ cognato ſuo ſenſerit: *Proficiſcimur ad locum* (illum alloquutus ait) *quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promiſit Iſraëli.* Ecce bona Iſraëli promiſſa cognato offert, & quæ non debebantur Numinis promiſſione, iam Hobab, ſi velit, conſequi poterit cognationis affinitate; verùm cùm ille renuerit, addidit Moyſes: *Noli nos relinquere: tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris dux noſter. Cúmque nobiſcum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus eſt Dominus, dabimus tibi.* In Hebræo habetur, vt refert. Oleaſter ad litteram: *Fuiſti nobis in deſerto pro oculis.* Expendamus, ſi placet, cur Moyſes itineris directionem Hobab adſcripſerit, cùm Dei Angelus caſtra præcedens loca prouidenter ſignarit, caſtráque ſine errore ſemper promouerit. Adde quòd Angelo nulla exhibita obſequia memini, cùm videas optima ex opibus Hobab pro directione promitti. Profectò angelus potiora merebatur intentiſſimis ſemper oculis, ſolicitiſque vigiliis populum ducens ſine errore per errores deſertorum, viam explanans per montium non ſolùm ſcrupuloſa, ſed & præcipita: cur ergo Hobab oculorum honoratur elogio, quando Angelus plauſu non extollitur debito? Iam texrus reſpondet, ſcilicet Hobab Moyſi iure cognationis conjunctum, & affinitate aſſociatum: Angelus caſtra ſemper promouet, Hobab exiguo ſolùm interuallo poteſt dirigere, cùm viæ reliquum veſtigio non preſſerit, nec experientiâ cognouerit; & tamen viæ ignarus præfertur de conſanguinitatis ſuffragio, & itineris dux ſapientiſſimus poſtponitur, qui cognationis carebat titulo. Audi Abulenſem quæſt. 38. *Volebat habere Iethro, vt erudiret eos de locis caſtrametationum per deſertum; ſed videtur quòd nemo hoc ſciret: quia nullus ambulauerat per terram illam. Ergo non poterat dirigere. Patet, quia habetur Ieremiæ cap. 2. Qui traduxit vos per deſertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram ſitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulauit vir, nec habitauit homo.* Vides Hobab viæ non peritum ductoris munere nobilitari, & optima illi ob regendi laborem concedi. O quàm non ſemel ingemiſcere ſolent munia, dum gaudet conſanguinitatis cauſa! O quàm ſæpè excuduntur merita in conſanguinitatis officina! O quoties nouus quæritur titulus, vt coloretur affectus. Addit Abulenſis quæſt. 39. *Quæret aliquis, quare Moyſes petebat Iethro ire cum illo ad monſtrandam viam & caſtrametandi loca: quia dato quod ſciret, non attinebat ad eum directio; ſed mota nube mouebantur, & in quo loco quieuiſſet, quieſcebant, vt patet præcedenti capite: cùm ergo illa ſignaret locum, non expediebat, quod aſſignaret Iethro.* Tantùm aberat, vt populus Hobab directione indigeret, vt habere illum ductorem non expediret, & tamen ad Ducis dignitatem vocatur, & copioſum illi præmium promittitur: vt quod nobis ſolet accidere, mitis coloribus deſcribatur. Sine vtilitate; imò non ſine diſcrimine noua creantur officia, ingentiſſimáque gerenti adſcribuntur præmia: & hoc totum, vt perdat ignatus, quod communi omnium vtilitate exercebat peritiſſimus. Ergo oraculum Gedeonis contribules ableget, alioquin quantumuis ad certamina inepti, præponentur vti periti.

Numer. 10. v. 29.

Oleaſt.

Abulenſ.

§. XX.

Nonnulli conſcientiam tegere geſtiunt audacia, & aſpicienti imponere virtutis vmbra.

NOn rarò timidus faciem aſſumit audacis, & 95
celat fortitudinis vmbra, quam gerit animo ignauiam: ambitioſus ambitum humilitate colorat, & moderationem animi venditat: res externis fucis oportet denudare, ne error queat fraudulenter irrepere: omnia introſum ſunt deſpicienda, & ſtudioſiſſimè examinanda; aliter à veritate aberrabit iudicium, & imprudenter iudicando committet erratũ: plures imbelles ſe mentiuntur audaces, vt de audacia fortitudinis acquiſiuerint gloriam, & ſæculis tranſmiſerint famam. *Videbitis*, aiebat Baruch, *in Babylonia deos aureos & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum gentibus.* Addit: *Habet etiam in manu gladium & ſecurim, ſe autem de bello, & à latronibus non liberat.* Ligneus Deus internè fragilis oculis ſe oſtentat armatum, & terrores aſpectu ingeminans inuicto robore præditum; at bello cedit, hominum manibus diſcerpitur; imò imbecilli manu patuulorum infringitur: *Quod vides accidere pueris*, aiebat Seneca epiſt. 24.

Baruch. 6. v. 3.

Seneca.

Digitized by Google

epiſt. 24. *hoc nobis quoque mainſeulis pueris euenit: illi quos amant, quibus aſſueuerunt, cum quibus ludunt, ſi perſonatos vident, expaueſcunt: non hominibus tantùm; ſed & rebus perſona demenda eſt, & reddenda facies ſua: Quid mihi gladios & ignes oſtendis, & turbam carnificum circa te frementium? Tolle iſtam pompam ſub qua lates, & ſtultos territas.* Vti pueruli leonum nam non ſemel faciem aſſumunt, & interne imbelles ſocios ſuos territant vti leones; ita quod ludo, accidere ſolet bello. En Gedeon manum colligit, cúmque plures pauerent corde, armatos ſe inuictà venditarunt fortitudine: ambire videbantur prælium, quando vel ſomniatum expauelcebant periculum. Ergo Deus corde timidos iubet recedere, & fortitudmis vmbram deponere: *Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur.* Origenes legit: *Qui timidus eſt, & formidoloſus corde, reuertatur.* Non ait: Qui formidoloſus exterius; ſed qui corde formidoloſus; nouerat namque plures cordis gelu diſſimulare ardore præliandi, & timiditatem inaurare mentito voto vincendi. *Formidoloſus eſt*, verba ſunt Origenis homil. 9. in Iudices, *qui iam quaſi inoleſcente vitio, etiam antequam videas mala, ſola cogitatione terretur, gelidam per membra formidinem voluens, ita vt non tam conſpectu malorum, quàm ipſo auditu & expectatione ſoluatur: & ideò addidit: Formidoloſus corde: in corde enim iam hoc, & in interioribus animi defixum vitium manet.* Ecce gelida cordis formido belliceſis armis tegitur, & vmbrâ pulchritudinis coloratur.

Rebus perſona detrahenda eſt, & acutè veritas examinanda

Origen.

96 Chriſtus Dominus de paſſione ſua cum diſcipulis differens, & ab illorum vno ſe tradendum dolens, non quia mortem recuſaret; ſed quia traditoris perditio charitatem vrgeret. Vnus Iudas cæteris metu perculſis, & dolore ferè exanimatis audet intrepidus, & interrogat audaciſſimus: *Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego ſum Rabbi?* Cæteri Apoſtoli vti ſeruuli Dominum interrogauerunt: *Cœperunt ſinguli dicere: Numquid ego ſum, Domine?* At Iudas dum magiſtrum appellat, ſe diſcipulum etiam iactat vt diſcipulatus opinione, quam corde gerebat, execrabilem traditionem tegeret, & condiſcipulos audaciâ illuderet. Adeſt Hieronymus ad hunc locum: *Iudas cæteris contriſtatis, & retrahentibus manum, & interdicentibus cibos oris ſui, temeritate & impudentia, qua proditurus erat, etiam manum cum magiſtro mittit in paropſidem.* Audi attentiùs quæ ſubdit: *Vt audacia bonam conſcientiam mentiretur.* Ecce cæteris audacior eſt proditor, & quantò maiorem corde gerit nequitiam, tantò occidui ſolis more maioris virtutis proiicit vmbram. Manum in paropſidem mittit: Chriſtum non ſolùm Dominum; ſed & magiſtrum appellans, vt ipſe præ cæteris habeatur non tantùm ſeruulus; ſed diſcipulus.

Matth. 26. v. 25.

Hieronym.

97 Philiſthinorum ſatrapæ non ſine cauſa Dauidē habebant, ſuſpectum, vt qui plura illorum genti damna intuliſſet: Achis de caſtris ſatis vrbanè ablegat; & tamen querelas excitat, & innocentiam ſuam exertis vocibus clamat: *Quid feci, aut quid inueniſti in me ſeruo tuo?* Profectò ſæpius fefellerat Achis eius regionem incolens, vt conſtat ex 1. Reg. 27. num. 8. & tamen non veretur exilium cauſari, & ſe fideliſſimum dicere. Notauit Abulenſis quæſt. 7. *Quæret aliquis, quare Dauid conqueritur hic quod mittatur de caſtris?* Quæſtioni iam reſpondet. *Reſpondendum quòd Dauid fecit hoc ad demonſtrandum innocentiam ſuam: quia ſi ipſe non conqueſtus fuiſſet de præſumptione habita contra ipſum, tacitè confiteretur quòd ipſe talis erat, de quo iuſtè ſuſpicio haberi poſſet: vt ergo excluderet à ſe omnem ſuſpicionem, conqueſtus eſt.* Adiicit poſt pauca: *Quia Dauid erat hic reus, cùm ipſe egiſſet multa, propter quæ Achis deberet ſuſpicari contra ipſum, & illa non patebant: conqueſtus eſt grauiter quòd contra ipſum iniuſta haberetur ſuſpicio.* Ecce excitatis tragœdiis legitimam nititur ſuſpicionem depellere, & quantò rationabilis erat ſuſpicio, tantò audaciùs nitebatur innocentiam oſtentare, & fidelitatem defendere.

1. Reg. 29. v. 2.

Abulenſ.

98 Ioſeph in Ægyptum ductus graniùs herilis dilectionis, quàm fraterni odij cogitur ſuſtinere naufragium; mulier namque mirabili pueri corporis habitudine illecta, & in iuuentutis flore modeſtiam mirata vanitatis lege tranſgreſſa eſt: & fœmina virum importuna latis rogauit: ille ratione impetum temperabat, & ardentiſſimas libidinis flammas debitæ marito fidei vndis ſopire geſtiebat; verùm vnde videbatur flamma ſopienda, inde candebat acrior, & adurebat animum durior: tandem opportunitatem nacta: quia, vt domui ſine arbitris remaneret, ægritudinem finxerat, ſeruum ad ſe vocatum fucis, adulatione, & blandimentis tentauit. Renuit adoleſcens caſtiſſimus. Quid tunc? Regredienti marito de ſeruo queritur, & excitatis tragœdiis illachrymatur: *Vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum.* Retentum pallium mulieris procaciam, & adoleſcentis manifeſtabat modeſtiā: nam vt bene Philo lib. de Ioſeph: *Non animaduertit veſtem, quam ab adoleſcente relictam mulier proferebat eſſe iudicium violentiæ; ſed muliebris ipſius verò adoleſcentis patientiæ,* Itaque præ oculis erat incontinentiæ muliebris indicium; at illa excitatis clamoribus, mentitis lucibus continentiæ ſibi procudit audaciſſimè teſtimoniū. Et quod peius eſt, ſibi acquiſiuit caſtitatis fidem audacia, quando caſtitatem amiſerat impudentia. Audi Philonem citato loco: *Reuerſo è foro marito honeſtatem & pudicitiam inceſta ſimulans, indignabunda dixit: Adduxiſti in noſtras ædes iſtum ſeruum Hebræū.* Mariti præoccupauit querelas, & ne ipſe ablatum criminaretur pallium, audaciſſima mulier tragœdiarum aſciuit auxilium, & ſe venditauit caſtiſſimam: quia ſe iuueni obtulerat deturpandam.

Gen. 39. v. 14.

Peccator quæ pro ſe allegat, non ſæpe contra ſe arma. Philo

Philo

99 Senior prodigi frater fraternæ charitatis oblitus, & largitati paternæ ſemper ingratus, cùm debuiſſet adeſſe fraterni reditus gaudio, ſe ſubtraxit debito officio. Et quis credat filium à patre non vocatum, quando vocatos conſtat; imò compulſos ad gaudia ſeruulos: *Erat autem filius eius ſenior in agro.* Chryſologus exiſtimat ſcripturam notanter occupationem expreſſiſſe, vt noſceremus malignitate detentum, non obedientia immoratum: *Erat in agro*, inquit ſerm. 4. *terram percolens, ſe deſertans, duritiem ſoluit caſpitis, perdurat affectum, ſentes eradicat & gramina, ſtimulos inuidiæ non euellit. Sic in ſegete cupidita is fructum zeli colligis & liuoris.* Vides inuidia ſordidum, cupiditate inflammatum, à paterna pietate degenerem: audi modò indignanter conqueſtum, & patri redditæ obſequia exaggerantem: *Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præterii.* Vt tegeret negligentiam, vt inauraret inuidiam, vt

Luc. 15. v. 25. Chryſol.

cupiditatis

cupiditatis abſconderet flammam, criminator paternæ liberalitatis conqueritur,& excitatis de induſtria tragœdiis vociferatur. Adeſt idem Chryſologus ſerm. 5. *Non facientis verba ſunt ; ſed tumentis*, Tumet & audet, vt de audacia venditarit virtutem, & de tumore exaggeratit laborem. Sæpè videas ignauos negligentéſque de virtute iactabundos,& in alios criminoſos.

§. XXI.

Suas quiſque vires prudenter expendat, ne miſerè aduerſario pugnans ſuccumbat.

100 NOn ſemel periculoſiſſima audacia aſſumit faciem prudentiæ, & dum quis ſuas vires ignorat ingentiſſimam ſibi ac luctuoſiſſimam cladem parat: *Ignorauere vires ſuas*, aiebat Seneca 6. de benef. cap. 30. *& dum ſe tam magnos quàm audiunt, credunt . attraxere ſuperuacua, & in diſcrimen rerum omnium peruentura bella.* Vltra vires plures vanitatis caligine, & ſuperbiæ nebulis audent obcæcati, & de audacia pereunt miſerrimi: trutinandum eſt robur,& fidelisſima lance expendendum, ne aut hoſti cedas ignauus, aut hoſtis cauſam agas intrepidus. Perſtet in acie bellicoſus, prælio ſe ſubtraxerit imbecillus : melius namque eſt quàm luctuosè ſuccumbere, decora fuga hoſtiles vires fruſtrare.Eua dum ſerpentinæ fallaciæ accedit nil verita illuditur, Moyſes dum ſerpentem fugit, carpitur : conducibilior non erat Moyſis fuga, quàm mulieris audacia : nota aſpergitur viribus prævalens, ſi terga vertat ; infamia obſcuratur imbellis, ſi in hoſtes irruat.Ecce Gedeon Chriſti Domini figuram gerens, priuſquam hoſtes certamine impetat, militum ſtudioſè vires examinat: *Qui formidoloſus & timidus eſt*, inquit, *reuertatur.*Putares nullum receſſurum, ne timiditatis inureretur opprobrio, & tamen plures prudenti ſe ſubduxere conſilio. *Receſſerunt de monte Galáad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum.*Dum ſe ſtrenuis timidi exæquare detrectant prouida ſibi fuga ſalutem parant : ſi, ne commilitionibus cederent, vires inuictas oſtentaſſent, oſtentatione periſſent. Notauit appoſitè Origenes hom. 9. *Licet etiam hoc in militia Chriſti, vt ſi fortè aliquando inferiorem te viribus ſenſeris in perſequutionibus, & non æquum tibi aduerſùm crudelitatem tyranni per fragilitatem corporis videris eſſe certamen, dare locum iræ, & fugere de loco ad locum: nec tibi in hoc adſcribitur militare commiſſum. Deſignatur hoc etiam in legibus Chriſti dicentis : ſi vos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam.* Addit ingenioſus Doctor: *ſumma namque rei eſt*, Ieſum quem ſemel confeſſus es, non negare : certum eſt enim quod Chriſtum confitetur ille qui propterea fugit, ne neget. *Si quis ergo timidus eſt, & formidoloſus corde, diſcedat à caſtris, reuertatur in domum ſuam.*Gedeonis ſunt milites qui edicto paruerunt imbecillitatem ſuam confeſſi, & qui permanſerunt viribus in hoſtes armati : alij namque exambiunt glorioſè victoriam, alij prudenter deuitauere ignominiam. Et vtinam ſuas quàm plures prudentiæ lance vires expendiſſent, profectò ſtragem indecoram vitaſſent ; at dum vltra vires audent tumidi, plagas accipiunt miſerrimi.

Seneca.

Origen.

In Chriſtum Dominum acceptis bẽneficiis ingrata furit inſania, & inſanit truculenta ſæuitia: campo adſtat diſcipulis cinctus, & ne tentationi ſuccumbant, vigilandum aſſeuerat. *Venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & dicit Petro : ſic non potuiſtis vna hora vigilare mecum ? Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Petrum mouet infirmitatem carnis vigiliis ac orationibus ſuffulciendam : aliter namque inimicis ſuccumbet, & tentationibus cedet. Non multò poſt ſeſe offerentem hoſtes comprehendunt, & iam diſcipuli omnes præter Petrum fugam arripiunt : *Tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt . . . Petrus autem ſequebatur eum à longè vſque in atriũ Principis ſacerdotum.* Hic negat Magiſtrum, qui interritum præ cæteris olim oſtẽtauerat animum. Iam ſi miſerandi caſus cauſas requiras, reſpondebit Chryſologus ſerm. 150. Petrum negaſſe, quia noluit aufugiſſe:debebat Apoſtolorum coryphæus expendere ſe carnis infirmitatem orationibus non præmuniſſe ; ſed ignauia dormitaſſe, nedum vltra vires audet, magiſtrum neget ; at dum præſumit, & dormit, maculatur audaciâ, qui negationis dedecus vitauerit fugâ. Accipe loco dato Chryſogum : *In perſecutione melius eſt fugere, quàm negare. Denique Petrus quia fugere noluit, abnegauit : Ioannes, ne abnegaret, aufugit.* Ioannes prudentiſſimus ſubeundem certamen ſuis viribus comparat, & quia inerti indulſiſſe reperit ſomno, ſe acri ſubtraxit prælio ; at Petrus dum vires ignorat, ancillæ clamori cedit. Nec ſolùm nos Petri ſtrages erudit ; ſed eius etiam Chriſtus exemplis edocet nec à forti aciem deſerendam,nec ab imbelli tractandam.

101

Matth.26. v.40.

In perfectionemelius eſt fugere, quàm negare.

Ecce Chriſtum teneris infantiæ pannis obuolutum truculenta quærit Herodis inuidia; ſed præuenit Ioſephum Angelus, vt fruſtratus diſcrucietur digniſſima pœna : *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Vides infantem furentis rabiem fugâ prouidâ declinaſſe : vide modò in horto audacter aduerſariis occurriſſe : Ieſus itaque, inquit Ioannes, ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis : *Quem quæritis ?* Omnia Chriſti Domini facta myſteriis ad noſtram eruditionem ſcatent plena: aliter enim ipſa terrenum hoſtem non fugeret fortitudo. Expendamus ergo, ſi placet : cur idem modò ad hoſtium non pauẽſcat incurſum, & anteà hoſtile præuenerit deſiderium. Sanè in ipſo nec diuinitatis minuebat vires infantia, nec addebat adoleſcentia ; quia tamen ſuis nos inſtruere tenebatur exemplis, nec puerulus ſubſtitit, nec vir receſſit. Certè ſi infantibus membris cum armatorum manu in campum depræliaturus prodiret, audax ad ſpeciem cenſeretur : etſi robuſtus fugeret, fortitudini ſuæ inuideret. Ergo quo nos erudiat nec imbellibus audendum, nec bellum fortibus detrectandum; non pauore,ſed ſacramẽto Herodis fuga præuenit iras, & in horto intrepidè expectauit aduerſariorum phalanges. Adeſt idem Chryſogus ſerm. 151. *Eſt & alia cauſa quòd fugit Chriſtus, quòd infans tempus ſuæ diſtulit paſſionis* : viribus adulti prævalent, carent infantuli; Ergo fortes ſuo exemplo docuit aduerſarios deſpicere, & imbelles declinare. *Martyr comprehenſus*

102

Matth.2. v.13.

Ioan.18 v.4

Chryſol.

(verba

(verba ſunt Chryſologi) *debet tenere conſtantiam non comprehenſus debet fugere perſequentem, vt & perſecutori indulgeat reſipiſcendi tempus, & ſibi tempus, non auferat ſupplicandi: dicente Domino: ſi vos perſecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Perſecutorem, qui prouocat, facit: corrigit qui declinat.* Declinare perſecutionem licet aut perſequentis charitate, aut propriæ imbecillitatis timore.

Nec perſecutio prouocãda, nec conſtantia, ſi vrſerit, deſerenda.

103 Vt cum gigante in campum debellaturus prodiret, triumphos de truculentiſſimis belluis reportatos refert Dauid non ſuperbus; ſed prudentiſſimus: Saül ætatis excuſationes prætendebat, & à prælio auertere procurabat; verùm Dauid Saülis non potuit oratione ſuaderi aſſuetus cum belluis

1.Reg.17. v.36. glorioſiſſimè depræliari: *Leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic incircumciſus quaſi vnus ex eis.* Saül valentiam pueri miratus armis induit, & facultatem concedit; verùm ſeipſum paſtor experitur, galea tectus, lancea & ſcuto munitus tentat incedere, & arma illa belli impedimenta arbitratus abiecit: *Cœpit tẽtare ſi armatus poſſet incedere: non enim habebat conſuetudinem. Dixitque Dauid ad Saül: Non poſſum ſic incedere quia non vſum habeo, & depoſuit ea, & tulit baculum ſuum*, & Ecce victoriæ auſpicium, vires cum armis metiri, & certaminis difficultatem expendere, nouerat Dauid funda lapide inſtructa, ac dexterè circumrotata foras abegiſſe, nec voluit ſuæ dexteritati detrahere: nam licèt armorum conducibiliora viderentur auxilia, inexpertum grauabant pondera. Ergo dum nec temerarius aurea oſtentat arma, nec iaculator ſtrenuus vertit indecorè terga, triumphis coronatur, & ſpoliis hoſtilibus redimitur. Hic ipſe dum Saulẽ furiis exagitatum citharæ cantu oblectat, ſemel & iterum fugam arripuit, & contortam haſtam fruſtrauit. *Dauid pſallebat manu ſua ſicut per ſingulos dies, tenebátque Saül lanceam, & miſit eam putans quod configere poſſet Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius ſecundò.* Miraberis contra gigantem audentem, & Saülis telum declinantem; cur Dauid inquiris in monſtrum audens, Saülem fugit, quando ratio videatur conſulere in hunc audere: illúmque declinare? O profundam nobis eruditionem. Saül armatus militat, cùm Dauid armis omnino diſcinctus adſtat, cantu furias abigens: quibus feras deuicerat, armis contra gigantem procedit, & vti prudentiſſimus nec inermis audet, nec armatus terga vertit. *Nunc iterum rediit ad patrem*, inquit Lyra, *oſtendens periculum, in quo fuerat.* Periculorum diligentiſsimus examinator nec temeritatis dehoneſtatur audacia, nec ignauiæ obſcuratus eſt negligentiâ; ſed pro temporis opportunitate fugam init, aut in campum prodit. Expendat igitur accuratè virtutem ſuam, quiſquis Dauidis laudes exambit, declinétque inermis periculum, ſi legitimis inſtructus armis non detrectauerit bellum.

1.Reg. 18. v.11.

Lyra.

§. XXII.

Si legis floruerit obſeruantia, felici exercitus coronatur victoriâ.

104 QVi in hoſtiles phalanges cogunt exercitus, in milite non tam mores, quàm vires ſtudioſè requirunt, toroſi, impauidi, & de cæca audacia, & audaci temeritate pericula deſpicientes laudantur, & cæteris præponuntur: nulla de legibus cura eſt: cùm tamen lex ſit inexpugnabile ſcutum, & religioſa præceptorum obſeruantia; miſſile violenter in aduerſarios contortum: lex murus igneus ad munimen, & gladius biceps acutiſſimúſque ad certamen: *Leges* aiebat Menander apud Stobæum de legibus cap 44. *per quam egregia res ſunt*: vtique colentibus, non violantibus. Et quidem ex Dei ore prodire acutum gladium aquilinis oculis proſpexit Ioannes: *De ore eius gladius vtraque parte acutus exibat*: vt nouerit Dei verba pro gladio in hoſtes tibi futura, ſi aute ſitiente ſuſcipias, aut hoſtibus contra te, ſi ſurdis auribus negligas. *Primum militiæ vinculum*, aiebat Seneca epiſt. 95. *eſt religio, & ſignorum amor, & deſerendi nefas.* Armantur religione milites, & armati legibus facile proſternunt hoſtes. Adeſt nobis Gedeon huius veritatis indubius teſtis parauerat non ſine ingẽti labore copioſam manum, cúmque iam iam ſigna conferenda forent, formidoloſis ad propria remeandi facultatem fecit: *Qui formidoloſus, & timiduseſt, reuertatur.* Qualis quiſque eſſet, licentia prodidit: ſe namque viginti duo millia certaminis ſubduxere: *Receſſerunt de monte Galád, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum, & tantùm decem millia remanſerunt.* Profectò Gedeon hoſtium cauſam agere videtur, dum minuit exercitum: quid enim aliud cuperet aduerſarius, quàm copias aduerſarias imminui, & ad ſummam anguſtiſſimam redigi. Contra ferè innumeros in campum hoſtes proditurus acies exarmat, & formidoloſos ablegat, quando oportuerit repugnantes etiam cogere, & inuitos impellere, vt ſaltem numerus hoſti poſſet timorẽ incutere? O prædicandum Ducis ſtudium! Iubebat in Deuteronomio lex Ducem cum hoſtibus manus conſerturum exertis vocibus proclamare: *Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido? vadat & reuertatur in domum ſuam.* Ergo Gedeon non ſibi inuidens; ſed legi obtemperans formidoloſis fecerit facultatem: nam licèt maiorem exercitus partem amittat, certius de legis obſeruantia, quam de militum copia triumphum reportabit, & inimicos proſternet. Maluit prudentiſſimus Imperator exigua manu quam milite copioſo prodire: quia nouerat conducibiliorem eſſe ad victoriam legis obſeruantiam, quàm innumeram, lege violata, armatorum copiam. Adeſt Caietanus: *Qui formidoloſus, & timidus eſt, reuertatur: hoc fuit ſecundum legem Moyſi.* Ecce Gedeon decantandis ſæculo triumphis redimitur, dum ſtudioſè lex colitur, cùm fuerit ſine dubio numeroſus exercitus hoſtium victima, ſi lex aduerſaretur violata. Diſcant Duces habere pro ſe legem, ſi ſubiicere cupiunt hoſtem: primum namque militiæ vinculum religio eſt: quid enim Siſaræ profuit maris arenam militibus exæquare, ſi cogitur aduerſantia ſydera, & iacta fulmina ſuſtinere.

Menand

Apoc.1.v.16

Seneca. Religio militiæ vinculum

Deuter. 20. v.8.

Caietan.

105 Expendebam aliquando Moyſem de montis culmine fulgentiſſimis in hoſtes radiis armatum, aliquando inermem prorſus deſcendiſſe. Repetamus hiſtoriam, vt producamus doctrinam. Accepit ſecundis tabulis leges, quibus populum inſtrueret, & iam ex eius facie, qui ſolares vincerent, radij promicabant: *Cùm deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quod cornuta eſſet facies ſua ex cõſortio ſermonis*

Exod 34. v.29.

sermonis Domini. Modò iuxta illud prophetæ: *Cornua in manibus eius, in ipsis ventilabit gentes,* luminosis in hostes cornibus ob armatur;cùm priùs non fulserit, nec lucis radios vibrarit. Ecqua huius discriminis causa est? Quia priùs inquit Abulensis legem idololatriæ delirium fregit: *Confregit eas ad radicem montis*; at modò mansit illæsa, & ab omni populo religiosè auscultata. Ergo dux lege violata armis caret, quibus aduersarios impetat, integra radios habet, quibus percussos prosternat. Adest Abulensis quæst. 25. *Iste fulgor faciei Moysi dabatur ad honorem legis quam ferebat; sed lex quam primò ferebat in tabulis, non profuit: quia fracta fuerunt tabulæ; secunda autem tabulæ manserunt. Ergo dari debuit cornutatio in secunda vice.* Lex inuiolata secum attulit in hostes ardentia luminis cornua, fracta violatores exarmauit, mortique subiecit: vt noueris præcipuum exercitus robur non tam esse arma chalybe refulgentia, quàm obseruata legis mandata. Addamus si placet, quod expendebat acutissimè Origenes hom. 12. in Exod. nempe velatum Moysis vultum leprosæ respondisse manui. Comprehensa virga latissimum Israëlis populum Moyses pascebat, & contra ingruentes hostes armabat: hac virga caruit, dum sinu absconditam lepra infecit dextram: *Protulit leprosam instar niuis.* Lepra eneruem manum reddidit: quia velum, inquit Origenes, legis splendorem obtenebrauit: *Manus intra sinum missa leprosa facta est. In quo mihi videtur forma totius legis plenissimè designari: in vultu enim sermo, legis in manu opera signantur: quia ergo ex operibus legis nullus erat iustificandus; manus leprosa fit, & in sinum reconditur tamquam nihil perfecti operis habitura.* Dum legis ipsedor innubilatur manus exarmata,& lepra infesta reconditur: quasi eius valentia de legis obseruatione constaret, & violata lege robur prorsus infesta amitteret. Lex integra spectabilem Moysem reddebat, & splendoris gloria redimiebat; at dum frangitur splendor velo obscurissimo obtegitur, & manus contagio inficitur. Culpa vultus splendores obnubilat,& manus vires eneruat. Adde certiùs triumphum de hostibus reportari si armis etiam carentem dexteram legis obseruantia muniat, quam si violata ferrum defendat.

Exod. 32. v.20.

Abulens.

Culpa vires eneruat, & splendorem obnubilat. Exod.4.v.6.

Origen.

106 Gedeon præceptis parens formidolosos remisit, & hostes non armis; sed splendentibus lucernis inuasit: *Tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas clamauerunt.* In lucernis signari legem testatur Salomon Proucrb.6. *Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ.* En quibus armis inimicos prosternat, mandatorum scilicet obseruantia. Et quidem sine lucernis periret, quantumuis stipatus copiis, armisque instructus incederet. O quot dum Numinis iram sceleribus excitarunt, exiguis ac imbellibus aduersariis cesserunt! Sit igitur primum religiosi Ducis studium exacta præceptorum, obseruantia, si felici exambiat coronari victoriâ.

Proner. 6. v.23.

107 Flammigero stellatóque curru in cœlum tendebat Elias, legis acerrimus propugnator & doctor, quem inconniuentibus oculis aspiciens Elisæus sic in elogia & lamenta effusus clamabat: *Pater mi, pater mi, currus Israël & auriga eius.* Profectò animi perturbatio has voces ingeminasse videtur? nã si Elias militaris ac falcatus currus populo erat, exercere aurigæ munus nequibat, cùm res diuersissimæ sint gubernare & sustinere. Ergo Elisæus diuersa adeò munia non misceat, ne dum magistri laudes exaggerat, ambitiosi notam incurrat: solent namque frequentissimè candidati non sine veritatis iniuria nimium extollere, & à quibus pendent, inuidiosis laudibus onerare. Profectò Elisæus vtrumque munus coniunxit, & ab vno aliud emanare disertus docuit. Falcati currus hostibus erant excidia, vtentibus mœnia. Vt igitur doceat Eliam igneum ad populi defensionem murum extitisse, dum studuit inuiolatam legem seruari, vtrumque, aurigam scilicet & currum dixit: ipsa namque legis eruditio erat munitissima populi defensio, & ad instar falcati currus aduersarios culta trucidabat, ad sultúque ac pericula propellebat: *In Hebræo habetur,* inquit Lyra: *Currus Israël, & militia eius, id est potentior ad defensionem Israël, quàm militia cum curribus bellicis; secundum quod exponit R. Salomon.* Legis propugnator hostium erat terror, & dum florere legem curabat, enerues aduersarios prorsus reddebat. Offenso Numine falcati currus non proderant: propitio sine falcatis curribus hostes peribant. Iure ergo Elias populi appellatur exercitus,dum legis ab eo promouetur studiosissimè cultus. Arma namque aduersariorum in se ipsum exacuit,qui præceptis non obediuit.

4 Reg.2. v.12.

Lyra.

Diuinæ bonitatis imber delatus priora sequentibus beneficiis obscurat, dum Adamum circumfusum vndequaque deliciis vallat:degebat in amœnissimo illo topiario, vbi vberrimi fructus manus prontabant, vbi pulcherrima prata oculos fulgentissimis floribus alliciebant, vbi aures dulcisoni cantus demulcebant. Erat sanè voluptas innoxia serpentino carens veneno;at ictus inuidia dæmon serpentẽ efferatus induit, & cara Euam adulatione fefellit: legem violans mortis fructum decerpsit, dum stultissima Deitatem ambitione sitiuit. Quid tunc? Pellitum orbi Deus vt metallo hominem damnat, & ante paradisi fores arma ardentissima collocat: *Eiecit Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium.* Profectò satis erat Cherubim, vt hominis audaciam propelleret, & timorem audenti incuteret. Quid ergo opus fuit gladio Cherubinum armari, & flammis eluctantibus communiri. Fallar ni gladius eruditioni nostræ militari:erat Adamus mundi Princeps,vtque norint Principes præcepti violationem in se cælestes adferre ignes,& humanos etiam acuere enses ignitum gladium vibrat Cherubinus. In vnum coëunt de superis flamma, & de humano more rhomphæa: quia legem temerantes non solùm patiuntur arma; sed fouent etiam incendia: *Ostendit locus iste,* inquit Oleaster ad mores, *legibus adiungendos esse ministros, qui cogant nolentes eas custodire.* Armis instructus fulget legis defensor, & inermis luget prævaricator: temerata lex Cherubinos ipsos armauit, vt quos homo experiretur patronos,cogatur sustinere aduersarios.Ergo studeant sanctissimas leges colere,qui triumphos cupiunt de hostibus reportare: nam legis obseruantia florent exercitus: violatione acquirit vires inuincibiles inimicus.

108

Gen.3 v.24

Oleast.

Digitized by Google

§. XXIII.

Vitæ sæpè consulitur honoris dispendio, cùm virtuti non consulamus allecti lucro.

109 Seneca. Vitæ nos amor ligat.

VNa est catena, aiebat Stoïcus epist.29. *qua nos alligatos tenet, amor vitæ.* Profectò vitæ amor non est abiiciendus; sed nec adeò studiosè colendus est, vt hominem sibi vendicet totùm, ac premat vinctum. Maioris pretij virtus, quàm vita est, verùm sic apud mortales longioris vitæ viguit desiderium, vt in producenda vita anxium collocarint studium. Post longissimum annorum tractum curâ tenes solicitantur salutis, & cum ægrè possint senectam sustinere, verentur nimis relinquere. Decrepiti,& extrema tangentes anhelant quolibet dispêdio crastinum,cùm sæpè virtutis nullatenus eos angat studium.Certè vt compediti ferróque onerati figere gressum non possunt: quia graue illis obstat impedimentum: sic quàm plures vitæ studio vt obstaculo vincti ad virtutum castra nequeunt transire, nec norunt virtutem colere.Despicienda erat salus,vt culta floreret virtus; at despicitur virtus, vt breui finienda viguerit salus. Summum incommodum arbitrantur homines vitâ excedere, nullum existimant inquinatam vitiis vitam producere, cùm tamen conducibilior sit honestus exitus,quàm turpissimus incolatus. Ecce in virtutis aduersarios copiosam manum adlegit Gedeon; verùm facultate redeundi facta formidolosi partes suas deseruerunt, & ne vitæ sustinerent periculum, sustinere virtutis elegerunt aduersarium: *Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesserúntque de monte Galáad, & reuersi sunt de populo viginti duo millia virorum.* Timent, si in acie persistant, periculum,virtutis habebunt, si terga indecorè verterint, aduersarium; sed vitæ amore obcæcati malunt se bello subducere, periculúmque vitare, quàm in hostem, triumpho etiam inuitante audenter irruere. Præ manibus erat in vitia militantibus triumphus,ignauiæ timiditatísque nota ad suos inurebat reuersos;& tamen maluerunt honoris etiam dispendio vitæ consulere, quàm proritante lucro in acié perseuerare.

Abulens. *De triginta duo millibus*, inquit Abulensis q.5. *reuersi sunt viginti duo millia: quia quidam erant formidolosi, alij vineas plantauerunt, alij domos, alij vxores duxerant.* Diuitiarum amor,salutis studium eum animis pauorem incussit, vt virtutis ac honoris dispendio verterint terga, vt frustrarentur pericula.

110 Duo fratres primi humanæ naturæ fructus immolatis hostiis diuinitatem Numinis contestantur: fulgentissima luce pinguem Abelis hostiam Numen coronauit. Caïni munera non respexit

Gen.4.v.4. testante Scriptura: *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera illius non respexit.* Vidit Caïnus virtuti honorem cœlitus exhiberi,& cum debuerit excitari præmio,virulentissimo incanduit odio: immansueta bellua glíscit ira, & accelerat cædem,vt expleat rabiem:*Consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Postquam humanum degustarat sanguinem, postquam mortis, quam non didicerat, aperuerat viam, postquam indebitum tradiderat fratrem orco contra se arrhabonem futurum, vindex integerrimus adest,& iam Caïnus instare mortem deplorat,& iure statim finiendam producere vitam anhelat:*Omnis qui inuenerit me,occidet me.* Deus timori impressa nota consuluit,& Caïnus homicida sigillatus discedit: *Posuit Dominus Cain signum,vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum:* testantur Patres signum illud occurrentibus facinus propalasse, & loquaci silentio sæculis expressisse. *Tremens obambula,* inquit Basilius orat.4. *animata lex* Seleucens. *videntibus occurrens, spirans columna auertat à pari pœna;lex,inquam atramenti vice, trepidationis nota conscripta, malum tacere nescium.* Expendamus, si placet, facta Caïni. Ecce non refugit infami nota sugillari, dum vitam amplius protelarit,qui virtutem exercere cœlesti allectus lumine noluit: vidit fratris religionem vice linguæ splendenti luce laudari:nec exemplum secutus est:nouit,si vita producenda sit, infami sugillatione notandum, & amplexus est notam, ne amitteret vitam: arctè adeò illum salutis ac diuitiarum illigarat studium, vt honoris paruipenderit detrimentum: indecora nota non renuit inuri: quia mortem refugit pati. Proh dolor! Plures Caïnus imitatores reliquit:sequi virtutem copioso alliciente præmio non curant, & ingenti etiam labore vitam producere anhelant: virtus in proximo expedita est, salus multis difficultatibus implicata,& tamen homines studiosè amplectuntur difficultates,despiciunt imprudenter virtutes.

Culpa tacere nescit.

111 Expendebat acutissimè Tertullianus Deum, vt homines ad pœnitentiam alliceret, promisisse vitam,tacuisse gloriam:*Viuo ego, dicit Dominus Deus* (verba sunt Ezechielis) *nolo mortem impij; sed vt* Ezech.33. *conuertatur impius à via sua,& viuat.* Animæ salutem salute corporis obliniuit, vt ad pœnitentiam faciliùs homines traheret. Et quidem pœnitentia retractatione sugillat, innocentia cœlesti luce coronat;at dum vita pœnitentiæ promittitur,non recusabunt quam secum affert, salubrem notam qui forsitan luce allecti despicerent innocentiam. *Viuo,inquit Dominus* (Tertullianus audis lib.de pœnit. cap.4.)*& pœnitentiam malo quàm mortem. Ergo pœnitentia vita est, cùm præponitur morti.* Culpa annexam habere mortem ostenditur; vita pœnitentiæ promittitur, vt si fortè pœnitentiam homines non amplectantur ob gloriam,amplexentur saltèm ob vitam: eo namque amore in salutem feruntur vt huic rei omni studio incumbant, & honoris etiam detrimento vigilantissimè inseruiant.

v.11.

Pœnitentia semper vitalis. Tertullian.

112 Componamus cum Saüle Dauidem: Saül rex inungitur,& expectare iubetur:impatientia tamen præceptum violat, & coronæ gloriam euacuat:

1.Reg.13. *Stulte egisti nec custodisti mandata Domini Dei tui,* v.13. *quæ præcepit tibi. Quod si non feciſſes,iam nunc præparasset Dominus regnum tuum super Israël in sempiternum.* Vel ingenti præmio non potuit adduci, vt exiguo tempore præceptum coleret: impatiens refragatur virtuti, adulatur vanitati. Transi modò ad Dauid,qui cùm ad Achis regem se contulisset, illícque regis seruorum musitatio periculi timorem afferret, vitæ consulens non renuit insani opprobrium subire, & indignis motibus stultitiam simulare: *Immutauit os suum coram eis, & colla-* 1.Reg.21. *bebatur inter manus eorum, & impingebat in ostia* v.13. *portæ, defluebántque saliua eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanum.* Nulli dubium est Dauidem vitam ignominia redemisse,& salutem insani non procurasse: *Hic consequenter describitur,* inquit Lyra,*imminentis periculi* Lyra. *euasio in ciuitate Geth.* Dauidem vitæ adurgebat periculum, nec propelli poterat sine prudentiæ

Digitized by Google

Vitæ deſidio non ſemel ſtultitia eſt annexa.

nota, ſine ſapientiæ ignominia. Quid tunc? Sapientiam obnubilat, & prudentiam ad ſpeciem infamat, ne vitam perdat: tantum dedecus vitæ vorauit ſtudium, cùm Saüli exiguo parere tempore ingens nullatenus perſuaſerit præmium. Ab vno virtus non colitur etiam ſceptri lucro, ab altero ſalutis propulſatur periculum honoris ingentiſſimo detrimento. Et quidem horum factis quaſi coloribus (omnia namque illis in figura contingebant) mores noſtros mirè ſcriptura depinxit: exiguum tempus colendæ virtuti adſcribitur, & corona æterna proponitur; & tamen homines ſic improbis obcæcantur affectibus, vt coronam malint amittere, quàm exiguis virtutem ſpatiis colere. Vita aliquando produci poteſt, non tamen ſine honoris diſpendio; nec fugiunt diſpendium, vt exiguum protelarint ſpatium. Quid turpius homini, quàm haberi inſanum? Quid durius, quàm dolores impingendo ſubire, & ab adſtantibus irrideri? Et tamen Dauid irriſione vitæ redemit periculum, & ignominia diſpendium. Miraberis iure, ſi expendas quot martyria ſibi procurent homines ob ſalutem, qui nihil pati volunt ob iuſtitiæ incolumitatem:

Tertullian. *Vlulans ille*, aiebat Septimius aduerſ. gnoſt. cap. 5. *& gemens, & mugiens inter manus medici, poſtmodum eaſdem mercede cumulabit, & artifices optimas prædicabit, & ſanas iam negabit. Etſi martyria deſcuiunt; ſed in ſalutem. Licebit, & Deo in vitam æternam per ignes & gladios & acerba quæque curare.* O mirum! medico licet de cauterio vrere, de ſcalpello ſcindere, de vinculo premere, cùm homines nolint leuiora ob virtutem pati. Salus, non virtus, de ſinapis procuratur incendio, & vita de medicinæ martyrio.

113 Miſſi exploratores promiſſionis terræ detraxerunt, adeoque facilè obtrectationi fides præſtatur, vt minus perſuaſerit oculis vbertimus fructus, quàm' auribus inanis latratus: nolunt mandatis obedire in ipſius felicitatis confinio, nec verentur iterum opprimi captiuitatis ergaſtulo: *Dixerunt alter ad alterum: Conſtituamus nobis Ducem, & reuertamur in Ægyptum.* Vmbram periculi expauent, vtque vitæ conſulant, immenſos labores amant: non timent vitam captiuitate producere, & renuunt virtutem circumfuſi fructibus colere: vicinio erat promiſſionis tellus, Ægyptus remotior; & tamen prolixas, laborioſas, difficillimáſque vias malunt ob dubiam ſalutem ingredi, quam virtutem ſine laboribus ſequi: tam longè aberat à virtute periculum, quàm proximabat trophæum: timor obortus erat infirmiſſima ſuſpicione, & tamen ſuſpicioni nota captiuitatis malunt obuiare, quàm virtutibus fructu alliciente inſeruire: vt nouerit theſin noſtram certiſſimam eſſe, ſcilicet homines quàm frequenter conſulere vitæ honoris diſpendio, cum virtutem renuant etiam ingentiſſimo lucro. *Conſidera*, inquit Oleaſter, locum hunc ad mores componendos exponens, *qualiter peccator in malum proficiat, vt tandem Deo ſubijci renuat, & malit ſupra ſe impium habere hominem.* Si vitæ ac ſalutis vel remorum diſcrimen appareat, ferè omnium animos nimium cura periculum fruſtrandi ſolicitat, & labores omnes extenuat, cùm virtus non tantùm ad aratrum; ſed etiam deſides inueniat ad lucrum.

Num. 14. v. 4.

Oleaſt.

§. XXIV.

Non ſemel virtutis milites adumbrata fugæ pericula, cùm mundi aſſectas, indubia non fugauerint detrimenta.

INnatus noſtri corporis amor aliter cum virtute, cum vitio ſe aliter gerit: virtutis vel ad ſpeciem incommoda ſic exaggerat, vt terga vertere ſæpe compellat, at vitiorum comes incommoda inaurat, & clariſſima pericula innubilat: ad vitiorum caſtra transfuga Dominum prodit, qui à virtute vel ficto timore auertit. Quàm bene Seneca epiſt. 14. *Spretæ vincuntur, qui patientiâ reſtitiſſent.* Negari non poteſt inſitam eſſe nobis corporis noſtri charitatem, eiuſque honeſtam demandatam fuiſſe tutelam; at non tantùm ei indulgemus; ſed indecorè ſeruimus. Quam bene citata epiſtola Stoïcus: *Multis ſeruiet, qui corpori ſeruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert.* Quam verè dixit: Nimium timet, qui corpori ſeruit; verùm ea ſolùm incommoda virtuti annexa, non illa indubia voluptatum pericula. Nimius corporis amor nos timoribus inquietat, ſolicitudinibus onerat, contumeliis obiicit; hoc tamen ſolum eſt, cùm ad arma vocant honeſta, & in campum prodire iubent mandata. *Honeſtum* (Senecam audis) *ei vile eſt, cui corpus nimis carum eſt. Agatur eius diligentiſſimè cura, ita tamen vt cùm exiget ratio, cùm dignitas, cùm fides, mittendum in ignem ſit.* Faciendum docuit Stoïcus; ſed contrarium docet euentus: Cùm exigit voluptas, cùm auaritia vrget, cùm ira inflammat, nõ ſolùm incommoda deſpiciuntur; ſed cæciſſimis oculis; imò dementi animo procurantur: fieti vortices temeratius mercator deſpicit, & Aquilonis contemnit minas, ſi auaritiæ temperare quinerit flammas. Mirum ſanè eſt, ſi nos de virtutis ſtatione non deiecerint minæ, cum de vitiorum acie non profligauerint plagæ: *Anaxander Phyſicus*, refert ex Ariſtotele Stobæus de fortitudine cap. 4 *dicente ei Alexandro, ſuſpendam te: Minare his, inquit, è vulgo; mea autem nihil intereſt ſupra terram ne, an infra terram computreſcam.* Miraculi ſanè inſtar fuit Philoſophus, qui ſuſpendij minas deſpiceret, ne iniuriam virtuti inferret, cùm ferè omnes honeſtatis deſerant partes, ſi periculi inſtare videantur terrores. Accipe clariſſimum huius veritatis teſtimonium hoc Iudicum 7. capite. Miles quidam ex Madianitis commilitoni refert ſomnium, ſcilicet pane ſubcineritio omnia Madian caſtra ſubuerti, & penitus interite: ſomnium commilito expoſuit, & Madianitas in Gedeonis manus indubiè adeò tradendos, vt pro traditis haberi poſſent, oſtendit. *Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraëlitæ: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius.* Vides ſomniantem, interpretémque ſuſpicari pericula; imò non ſolùm pericula coniicere; ſed inuolantia etiam diſcrimina præuidere. Quid tunc? in acie perſiſtunt, nec terga, vt ſibi conſulant, vertunt. Tranſi modò ad Gedeonis milites, quibus facta redeundi ob metum licentia aciem deſeruerunt, & ad propria celeri greſſu inuolarunt. *Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur: Receſſerúntque de monte Galáad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum.* Origenes hom. 9. in Iudices, quid formidoloſi nomine Scriptura denotet, explicans ait eum denotare, qui ſolo malorum conſpectu, imò

114

Seneca. Inimicos frangit patientia, & conſumit tolerantia.

Multis ſubiicitur, qui corpori famulatur.

Stobæus. Sapiens minis non terretur, quia nullius rei cupiditate ligatur.

Iud. 7. v. 14.

&

Origen. & auditu terretur, & ſe ſubducere nititur. *Formidoloſus eſt, qui iam quaſi mole cernit vitio, etiam antequam videat mala, ſola cogitatione terretur, gelidam per membra formidinem voluens, ita vt non tam conſpectu malorum, quàm ipſo auditu & expectatione ſoluatur.* Ecce Gedeonis milites gelida adeò formidine vel ad ſolam periculi ſpeciem premuntur, vt partes ſuas deſerant, timoríque occurrant; cùm tamen Madian milites inuolantes gladios intuiti terga non verterint; ſed acriebus conſtanti pertinacia ſubſtiterint: id namque inter viti; allectas, & virtutis milites inuenitur diſcrimen, vt ſecleſti deſpexerint veriſſima detrimenta, cum alij trepidarint vel ad fucata pericula.

115 Ignauus ne lecſuli vel ardente Sole delicias deſerat, leonem ſibi fingit in via famelicum expectare, & leænam gradienti occurrere. *Leo eſt in via, & leana in itineribus: ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lecſulo ſuo.* Vides ignauum ficto timore alligari, & inani periculi ſpecie terreri: tranſi modò ad Samſonem, qui cum alienigenæ non ſine myſterio contra legem venuſtate allectus viam carperet, feram fame exagitatam inuenit. Leo vianti occurrit flammiuomis oculis, horridâ iubâ, immani rictu, & totius corporis toruitate timorem ingeminans. Quid tunc? Intrepidus in feram irruit, & ſubiecti audacia dilcerpit: *Apparuit catulus leonis ſaltus & rugiens, & occurrit ei.* Ingens adeò periculum ad propria redire non ſualit; ſed via inſtitit, & intrepide pericula proculcans ad mulieris domum peruenit. Mortem ad ſpeciem deſpexit Samſon cupiditati adulatus, cùm tamen ſatis fuerit, vt ignauum illigauerit timor fictus: *Leo ille*, inquit Auguſtinus in Pſalm. 80. & apud Gloſſam, *viro forti Samſon venienti ad ducendam de alienigenis vxorem fremens ibat in obuiam; ſed quid egit? Accepit, tenuit, fregit, diſſipauit leonem.* Contra pericula cupidine armatur, nec diſcrimine terretur, cùm ſatis fuerit ſuſpectus leo ad incutiendum timorem, & differendam virtutem. O quoties vel acriùs adſpirantis venti leuis iniuria ſatis fuit, ne quis domo exiret, vt animum confeſſione purgaret, ſacríſque myſteriis aſſiſteret, quando veneri deditos nec horribilis turbo fulminibus armatus, nec gelu noctu gliſcens, nec inſidians gladius deterruit. Perpetrandis criminibus eſt annexa temeritatis audacia: ſalutis nimis prudens habetur cura, ſi aliqua virtus afferre poſſit incommoda.

Prouerb. 20. v. 13.

Iudic. 14. v. 5.

Auguſt.

116 Aſſabat Goliath corpore procerus, ac vulcaniis armis munitus; minis Dei phalanges perterrefaciebat, & ſolùm minis de ſtatione Iſraëlitas deturbabat. *Omnes Iſraelitæ cùm vidiſſent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valde.* Dauid manu fortem, quíque cum leonibus ludebat quaſi cum agnis, qui vrſorum audaciam morte puniuit, qui innocuos contra ferarum rabiem agnos defendit, nullus de Philiſthæis timet, aut terga vertit. Adde Saülem aliquid in puero diuinitatis non imprudenter coniecíſſe, cùm pericula intrepidè deſpicientem audiuit, & in hoſtem prodire nouit. Dauidem gigante fortiorem docuit euentus, & docuerat reportatus de feris triumphus. Lingua gigas fortitudinem oſtentabat; at Dauid dexteræ viribus præualebat: interpretatur namque manu fortis; hanc tamen inuictam fortitudinem non expauent Philiſthini, cùm ſolùm blaterantis minas extimuerint Hebræi. *Hoſtilis aſpectus*, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 15. *Iſraëlitas vel armatos de ſtatione deturbabat: minæ intempeſtiuè animos percellebant: ante viri mente quàm corpore conſternebantur.* Ecce caſſæ Iſraëlitas minæ percellunt, cùm Philiſthæos Dauidis inuicta non percellat fortitudo: nec mirum: erant namque alia caſtra virtutis, & alia criminis: vel Deum non timet, qui vitio inſeruit; cùm ſæpè Dei miles minas expaueſcat, & ad ſola verba diffugiat: Audi Auguſtinum apud Gloſſam: *Intellexit Saul cùm videret audentem puerum, aliquid in eo diuinitatis eſſe.* Diuinum ſuſpicatus eſt, cùm vidit minis non perculſum; imò ipſis periculis inflammatum: homines namque de more, etſi inuictas ad patranda crimina vires oſtentent, ſemper ad virtutem exercendam inueniuntur enerues, & diffugiunt imbecilles.

1. Reg. 17. v. 24.

Seleucienſ.

Sæpè deterremur minis, & cedimus caſſis terriculamentis.

Auguſt.

117 Expende Petrum leui vento virtutis naufragium feciſſe, & Ionam honori ſuo conſulentem naufragia audaciſſimè deuoraſſe. iuſſus Propheta appetentem Niniuitis ſtragem proclamare, latere in ipſis minis Dei clementiam deprehendit, & ne denunciatione euentum non ſortita haberetur mendax nauem Tharſin petiturus inſcendit: fugitiuum venti comprehenderunt, & confuſis ſcapham catenis vorticum illigarunt: viam non inuenit prora, naucleri fatiſcit induſtria, increbreſcunt per momenta naufragia. Quid tunc? *Tollite me*, inquit Ionas, *& mittite in mare.* Vides elegiſſe naufragia, ne mendacij aſpergatur nota: *Euerſionem proclamans*, aiebat eius nomine Baſilius Seleucienſis orat. 12. *mendax vates inueniar.* Addit: *Quid ergo? Inopiam conſilij fuga leuabo.* Ea vates honoris ligabatur catena, vt maluerit infamiæ ad ſpeciem naufragio occurrere, quàm naufragia honorem obſcurando vitare. Verte oculos ad Petrum ſuper fluctus fide ambulantem: actior reflauit ventus, & iam gradum fiſtit, nec Chriſto accedit. *Videns ventum validum timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamauit.* Ventus fidei attulit naufragium, dum aliquale minatur incommodum, & ab incepto deliſtit ventorum flatibus impetitus, cùm non deſtiterit Ionas miſerando naufragio deditus. Et vtinam vni Petro, Ionæque acciderint iſta: ſed ô miſerum! Plures inuenies ob honorem aut diuitias naufragia vorantes, & plures ob leuiſſimum ventum Chriſto accedere non audentes.

Ioan. 1. v. 12.

Seleucienſ.

Matth. 14. v. 29.

§. XXV.

Non poteſt gelido timore non diuexari, quem conſtat ſæculi amore teneri.

118 POſſeſſionis gaudium ſemper eſt timore amiſſionis immixtum, & quò plus quis delicijs fallacibus oblectatur, eas amittendi ſolicitiùs periculis deterretur: ſalutis ſtudium timoribus nos inquietat, auri cupiditas ſolicitudinibus onerat, & ſæpè contumeliis obiecit ambitio. Qui faſtigia occupant, præcipitia verentur, & quo tenaciùs alligantur culmini, miſerabiliùs famulantur etiam timori. *Circumſpiciendum eſt*, aiebat Seneca epiſt. 14. *quo modo à vulgo tuti eſſe poſſimus. Primum nihil inde concupiſcamus, vnde rixa eſt inter competitores.* Habent competitores diuitiæ, habent dignitates, nec vitari poſſunt rixæ pericula, ſi rixandi fuerit materia. *Multis* (citatum audit Stoicum) *timendi attulit cauſas timeri poſſe.* Qui faſcibus comitatus incedit, timere poteſt: opus namque illum timore, & acerrimo quidem pulſari,

Seneca.

Digitized by Google

quem conſtat nactum dignitates, aliis timorem incutere. Gedeon timidis prælio iam inſtante facultatem abeundi concedit,& legem implet: *Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur.* Profectò vt legem impleuiſſet,nõ ſolùm timidis;ſed aliis etiam facere facultatem debuiſſet: Deuteronomij namque vigeſimo ita lex habet: *Duces per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabunt: Quis eſt homo, qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam, vadat,& reuertatur.* Et iterum: *Quis eſt homo,qui plantauit vineam,&c.vadat,& reuertatur. Quis eſt homo formidoloſus & corde pauido, vadat & reuertatur.* Si ergo lex his omnibus conceſſerit facultatem,cur Gedeon redire ſolùm formidoloſis permiſit? Fuítne quia miniſtri ſæpè leges ita provt volunt, interpretantur,vt iam ampliauerint, iam reſtrinxerint? O quot legum iniuriâ ambitioni ſuæ adulantur, nec aliam præter ſuam voluntatem, legem agnoſcunt! Ita profectò eſt; verùm hic Gedeon non eſt refragatus legi;ſed inſeruiuit doctrinæ, & omnes timidorum nomine comprehendit: quia reuera dum probantur humanis rebus addicti,& timore inueniuntur etiam oppreſſi. Qui ergo & muliebri amori addictus, & ædificij pulchritudine illectus, & hæreditatis fructibus ineſcatus, non poterat non timere: ideò legem implet,dum abire timidos iubet. Adeſt Hugo Cardinalis: *Quæ mandauit Dominus Moyſi clamanda Deuteronomij 20.non tacuit hic Dominus;ſed clamari fecit.* Itaque intelligere poſſumus diſtinctè hic in Deuteronomio præcepta protuliſſe,aut ſub timiditatis nomine pronuntiaſſe,quandoquidem qui aliqua cupiditate illigantur, & timore concutiuntur.

Deuter.20. v.10.

Hugo.

119 Iacob patriam repetens, & fraternum odium animo voluens, timore ſolicitatur: nouerat namque altas adeo radices in ambitioſis cordibus agere cupiditatem, vt nec tam longo tempore conſumptas crediderit; imò vegetiores exiſtimarit. Deus Angelorum caſtris circumcingit timentem,vt dum ſupernum ſibi adeſſe noſcit auxilium, humanum contemnat bellum: *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quos cùm vidiſſet,ait:Caſtra Dei ſunt hæc.* Quis crederet tot ſuppetiis omnem prorſus timorem non depellendum,& animum roborandum? & tamen adhuc Iacob timore concutitur,& occurſu fratris terretur. *Timuit Iacob valde, & perterritus diuiſit populum,qui ſecum erat.* Deus vt ſuorum patronus ſolicitiſſimus eſt, luctatoris ſpecie aggreditur timentem erigere,& animos triumpho addere: *Ecce vir luctabatur cum eo vſque mane. Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet,tetigit nervum femoris eius, & ſtatim emarcuit.* Luctatoris deſiderium ab actione ad ſpeciem diſſidet,quandoquidem ſi acri agitabatur timore robuſtus,acriori ſolicitandus eſt claudus. Ergo dum nervum tangit, timorem non depellit;ſed nutrit. O ſapientiam immortalem! Rerum humanarum amorem facit marceſcere,vt qui timebat cupidus,iam deſpectis omnibus periculum non timeat magnanimus. Adeſt opportunè Gregorius Magnus apud Gloſſam. *Voluptatem carnis arefacit, vt qui priùs quaſi duobus pedibus nitentes eum videbamur quærere, & ſæculum tenere, poſt agnitionem ſuauitatis Dei vnus in nobis pes ſanus permanet,alter claudicat:quia debilitato amore ſæculi ſolus amor Dei conualeſcit.* Ecce Angelorum phalangibus ſtipatus timet, quia ſæculi amorem pectore alit; nec in acie perſtabit intrepidus, niſi omni fuerit cupiditate nudatus. Ergo Deus ſæculi deſiderium expungit, & timorem dum expungit, expellit: vt nos doceat ita inuiſceratum, concarnatúmque amittendi timorem cum habendi cupiditate,vt dum cupiditas gliſcit, timor non poſſit depelli. Adſint cœleſtia caſtra,inuincibiles Iacobum cingant ſuppetiæ, adhuc cor pauitare opus eſt, ſi pulchritudinis amore vincitur, ſi filiorum ſtudio ſolicitatur, ſi gregum cupiditate tenetur.

Geneſ.32. v.1.

Gregor.

Deus Moyſem in monſtrum pertinaciſſimum virga elementis imperante obarmat: *Virgam quoque hanc ſume in manu tua,in qua facturus es ſigna.* Miraculis eiſque ingentibus opus erat de induſtria obcæcatum illuminare aggredienti, verùm adhuc miraculis munitus, & ad diuinitatis culmen euectus Moſes tergiuerſatur & timet,& moras ſtudioſiſſimè trahit. Rubo Deus iguem interlocat, imperio teſſeræ vice munit, & quò faciliùs obſequi perſuadeat, timorémque imminuat, pedes denudare iubet: *Solue calceamentum de pedibus tuis.* Inquires quid interſit pedes nudaſſe, vt audaciùs pergat, ſi florens inter medios flammarum globos rubus obedire promptiùs non perſuadeat: horribilis viſio & vltra omnem dubitationem grande miraculum, debilis ſcilicet, pauperrimuſque rubus à potenti, validóque non abſumptus omnem timoris occaſionem propulſabat, quandoquidem, vt rubus euincebat flammam, ita paſtor Pharaonis vincere quibat potentiam; & tamen Moyſes adhuc timore ſolicitatur, & ſolicitudine diſtorquetur. Si ergo viſo tanto miraculo animum non reſumit, quid proderit,vt vires colligat, pedem nudare,calceóſque abiicere? Plurimum,inquit Theodoretus q.7. nam nudare pedem non ſolùm erat calceos relinquere; ſed eo ſigno rerum ſolicitudinibus,& cupiditatibus renuntiare. Ergo licèt virga armatus, miróque ſpectaculo eruditus timere non ſinat, cupiditates abiiciens intrepidus iam audebit, & in hoſtem deprælaturus inſurget, vt è contra, quantumuis virgâ miraculiſque obarmetur, timoris fouebit cauſas, ſi cupiditates foueat innutritas. *Quare iuſſus eſt Moyſes calceamenta ſoluere? Dicunt nonnulli,vt ſolicitudines ſeculares abiceret,huic mortali vitæ adhærentes.* Dum cupit, & timeat neceſſum eſt:nec enim fieri poteſt,vt quis amittere non vereatur,quod ſummo ſtudio retinuiſſe ſemper adnititur. Ergo dum corde gliſcit cupiditas, abeſſe nequibit timor: ſunt namque hi duo affectus adeò concatenati,& innexi,vt vnus oriatur ab alio, nec poſſit alter ſopiri, ni contingat alterum mori.

Exod. 4. v.17.

Exod. 3. v.5.

Theodoret.

120

121 Virulentiſſimus Iobi aduerſarius contentus non fuit innocentiam vanis ſuſpicionibus obſcurare,ſed omnem ſubſtantiam niſus eſt violentiſſimi turbinis more confuſis calamitatum vorticibus ſepelire: cœleſtes ignes armat, truculentos barbaros ciet, ventorum impetu ædificia labefactat,& menſæ delicias ruinarum miſcet miſeriis; verùm Iobus adamantino virtutis robore tectus non ceſſit hoſtis adſultibus timidus;ſed vel de genu pugnans acriùs ſurrexit accenſus: *Tunc ſurrexit Iob,& ſcidit veſtimenta ſua,& tonſo capite corruens in terram adorauit.* Profectò de impatientiæ confinio, de animóque calamitatibus obturbato,de corde altis ſagittis perculſo actiones hæ emanaſſe videntur: quid intereſt, vt intrepidè in acie contra hoſtem perſtet, capillos abſcindere? Eſto veſtem ſciderit, ne vnde ab aduerſario athleta ſtrenuus trahatur, habuerit;at comam radere quid conducit? Gregorius in capillis ſignari cupiditates exiſtimat, vnde ſponſam de columbina oculorum pulchritudine, & de capillis tonſis ſponſus laudauit, vt terrenis nudam prorſus affectibus diceret: *Capilli tui ſicut greges caprarum. Ea qua videt* (verba ſunt Gregorij

Iob. 1. v.20.

Digitized by Google

Cant.4 v.1. Gregor. gorij ad Cant. 4.) *temporaliter concupiscere dedignatur: & si quid tamen in hoc mundo placet, post concupiscentias suas ire detestatur. Sed vehementer pulchrius & honestius est quòd cordis desiderium illibatum retinere conatur.* Vides in capillis desideria signari. Aduerte ergo modò & virulentissimi hostis technas, & Iobi sapientissimi industrias: capillos, hoc est, desideria hostis reliquit, vt timoribus impeteret; at Iobus desideria in coma præcidit, vt intrepidus contra aduersarium pugnaret: perstat in acie immotus, quia dum nil desiderat, timere nescit; imò in hostem audacter irruit. Accipe Origenem lib. 1. in Iob: *Ob hoc concidit, vt expeditior atque constantior existeret in prælio, vt illa quæ retardant, deponeret, vt illa quæ impediunt, à se proijceret, vt tamquam audacissimus prælior, & tamquam singularis monomachus aduersus innumeros inimicos, & aduersus inæstimabiles aduersarios singulariter immobilis perstitisset.* Desideria sæculi abscindit, & abscissis in campum prodit non debellandus; sed triumphaturus, & pauere incepit diabolus, dum tonsum vidit, quia arma nequitiæ suæ eneruata prorsus agnouit: prima namque dæmonis tela terrena cordis nostri sunt vota. In nos nostra militant desideria, & dum fouemus cupiditates, hostium adaugemus & vires. Ergo desideria cohibe, si vis timore non quati, nec ab aduersario vinci.

Capilli cupiditatum emblemata.

Origen.

§. XXVI.

Euangelicus Concionator curabit excitare, aut conuenire conscientiam, & animitus fugiet delinquentis inurere notam.

122 CConcionator Euangelicus pro virtute semper agit excubias, & vt caueantur, irruentium vitiorum denuntiat copias; zelo rationabili inflammatus, & irâ pietatis auxiliatrice munitus vitia aggredietur debellare, & criminosos eriperes sæpè cogendi sunt minis ad officia, sæpè feriendi terroribus, qui aliter virtuti non exhibuerint obsequia; id tamen Euangelico concionatori præ oculis semper habendum est, ne dum inuehitur in culpam, imprudenti zelo imprimat peccanti notam: peccatoris semper debet (si scandalum absit) manere illæsa persona & fama, semper culpa deuorata & attrita; imò vt atteratur culpa, interest ne dehonestetur persona: alioquin ipso laboratur remedio, & dum putamus ferre virtuti suffragium, inflammamus audientis odium. Aptè Augustinus de verb. Dom. serm. 16. Saluatoris verba ad Matth. 18 explicans sic aiebat: *Corripe cum inter te & ipsum solum, studens correptioni, parcens pudori.* Studere debet Euangelicus corrector, ne dum incautè applicat medicinam, ipsa morbus medicina irritetur, & vnde fieri debuisset remissior, flammescat ardentior: non est fugillanda persona; sed culpa; imò vt deteratur culpa, non debet dehonestari persona. Addit Augustinus: *Forte enim præ verecundia incipit defendere peccatum suum, & quem vis facere correctiorem, facis peiorem.* Omnes haberi peccatores pudet, etsi peccatores esse delectet. Ergo vt pudori consulant, si publicentur, nihil non tentant. Itaque ne procacior in virtutes, militarit audacia, fugiendam esse omnis suspicionis notam docet oraculum, dum Gedeonem iubet in formidolosos inuehi, & ab aciebus depelli: *Loquere ad populum. & cunctis audientibus prædica: Qui formidolosus & timidus est, reuertatur.* Facilè erat formidolosos exprimere, vt Gedeon manumitteret, & aliis scandala prouidenter auerteret, at dum prædicationis formam præscribit, in communi iubet proferre: *Cunctis audientibus prædica*; vt sic timidi excitetur conscientia, nec inuratur à prædicatore nota: *Qui formidolosus est*, inquit: omnes arguit, nullum designat, vt quisque propria perculsus conscientia sibi prouideat, nec opprobrio irritatus in monentem excandescat. *Locatis castris*, scribit Abulensis q. 3. *vnus de præcipuis sacerdotibus, qui ibi maneret, stare debebat coram toto populo, & loqui verba hæc exhortando.* Expende illud *exhortando*, non feriendo: vi namque exhortatio prorsus careret, si personam aliquam peculiariter referiret.

Augustin.

Abulens.

Israël à Pharaone inuitatus ad delicias, durissimas est expertus catenas, & qui vt alliceret, optima terræ promiserat, flagellis proscissos luti sordibus inquinabat: Deus clamoribus miserorum perculsus Moysem in refractarios obarmat, & virga munit: *Reuersus est in Ægyptum*, inquit textus, *portans virgam Dei in manu sua*: quòd si causam inquisieris cur hæc virga appelletur Dei, capite septimo inuenies: *Proiecerunt*, inquit de Magis loquens textus, *singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Dei virgâ vtitur Sacerdos. Deique & Sacerdotis virga illæsis Magis illorum deuorauit serpentes: nulli hominum morsum infixit, nullum cauda vulnerauit, cum serpentibus tantummodò conflixit, & ore auidissimo absorbuit. Notauit Philo lib. 1. de vita Mosis: *Multi dracones circa primum illum voluebantur simuosis orbibus, ille verò arrecta cervice, immani hiatu non aliter quàm obiectos pisces circumquaque petitos absorbuit, atque ita deglutitis in pristinam virgæ naturam rediit.* Profectò Dei virga solùm erat draco draconum, erant dracones illi mera Magorum figmenta, dæmonum artificia. Ergo acri morsu fallacias deterit, ore auido versutias deglutit; fallaces autem ac versutos Magos non lædit, vt in virga Dei & Aaronis discant Sacerdotes prælatique peccatores non obscurare, & culpas semper deterere. *Quid per virgam*, aiebat Bruno in allegor. Tilman. super Exod. *nisi Dei correctio? Vnde virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Ecce & virga & baculus peccatoris vertitur in solamen, dum virga solos dracones deuorat, & dum baculus peccatoris suffulcit fragilitatem. Adde! probi concionatoris, Sacerdotisque proprium esse peccata correctione ferire, & peccatorem orationibus tueri. Virga in colubrum versa est, cuius Moyses caudam manu prænsat, vt iterum reducat ad virgam: *Extende manum tuam, & apprehende caudam eius: extendit, & tenuit: versaque est in virgam.* Cauda nocet serpens: ergo Moyses apprehendit caudam, vt plagam inferendam impediat. Adest citatus Bruno: *Caudam Moyses tenet, & in virgã serpens conuertitur, quando aliquis vir iustus vindictam peccatoribus imminentem suis orationibus auertit.* Ab scopo prorsus aberraret, & iniuriam muneri inferret, qui in serpentem hominem deuorantem conuerteret virgam, cùm potiùs Sacerdotis sit apprehendere caudam, & draconem vertere laudabili metamorphosi in virgam.

Philo.

Exod. 4. v. 20.

123

Exod. 7. v. 12.

Bruno.

Exod. 4. v. 4.

Bruno.

Adamus cibum veritum degustans, se suósque inexplicabilibus doloribus condemnauit: ipse se ipsum quodammodò effugiebat, & oculos declinabat: Deus miseratus erroris ad arrigendum

124

Digitized by Google

cucurrit, & humanissimis vocibus compellauit: Genes. 3. v. 8. *Cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius à facie Domini in medio ligni paradisi. Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit: vbi es?* Interrogatione illa: *vbi es?* conscientiam conuenit, & de tempore pudori succurrit: non onerat peccatorem verecundia, vt profecerit medicina. Adest Procopius apud glossam: Procop. *In latebras delituit: ad delitescentem vesperâ se intendente venit Deus dicens: Te nunc maiora affectasti: ergo vt tibi consulam, me minora assumo.* Ne si in solem protrahat, dolorem pudoris adauget, opportunum tempus expectat, conscientiam voce vrget, & peccantis honori consultissimè attendit *Vesperâ se intendente venit Deus.*

125 Iudæi inuidiâ ac superbiâ veluti geminatis calcaribus incitati necem Christo Domino moliebantur; verùm illorum technas amore euincens, ea operabatur, quibus durities vel adamantina emolliretur. Ob id Lazarum quatriduanũ in frequentia populi aggreditur suscitare, vtque miraculo adaugeat plausum, referari iubet sepulchrũ, *Tollite lapidem.* Voce cum mortuo differuit, vt agere potuisset cum viuo: tunc Lazarus sepulchralibus fasciis prodiit compeditus sepulchri partus, & post partionem ligatus: Ioann. 11. v. 44. *Prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis, & facies illius sudario erat ligata:* Non est qui ignoret in Lazaro peccatorem adumbrari. Ergo dum in publicum sepulchri notis sugillatum vitæ restituit, quodammodo miraculorum metas excedit: adeò namque difficile est obedire præceptis, qui dehonestatur publicis notis, vt Lazarus ad omnipotentiæ pompam voci obtemperarit vocantis, quin publicatus renuerit obedire præceptis. Adeò peregrinum fuit illud miraculum, vt nec inuidia potuerit denegare, nec maleuolentia abrodere: frequentia illa peccatorem vidit publica nota sugillatum, & luci iterum restitutum. Adest Chrysologus serm. 65. Chrysol. *Fremit Christus debellans mortem: quia non potest non fremere, qui singularem rapit de hoste victoriam: quod autem dixit rursus fremens, fremit rursum, vt geminata resurrectionis demonstret insignia: quia voce Christi sicut mortui corpore de sepulchris suscitantur ad vitam, perfidia mortui ad vitam fidei sic resurgunt.* Iairi filiam suscitans, mortem somni vocabulo inauarat: Matth. 9. v. 24. *Non est mortua puella; sed dormit;* ast Lazarum discipulis prodit mortuum: *Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos:* vt dum funestissimis sepulchri fasciis obscuratum in omnium conspectu sistit, & silicem incredulitatis emolliat, & perfidiæ obstinationem depellat, quando vltra miraculum videbatur hominem publicè diffamatum iterum luci restituit, & cum verecundiæ obicibus congredi. Fremit Christus de singulari victoria: quia etsi rarum non sit, dum creduntur somno indulgere, ad vitam mortuos reuocare; singulare tamen erat mortem depellere, & publicè dedecoratum reducere: tantùm officit correctioni incussa nota, imò vel leuis suspicionis infamia.

126 Petrus hamo piscem capit: Matth. 17. v. 26. *Mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle:* & reti etiam pisces educit: Ioan. 21. *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram:* hic agnos iubetur pascere: *Pasce agnos meos:* cúmque iidẽ sint pisces & agni: nam vt aiebat Tertullianus de baptismo cap. 1. *Nos pisciculi in aqua nascimur;* nominum varietas materiam nobis dubitationis ministrat: ergo quæramus, cur antea dignitatis munere non decoretur; sed dum rete trahit, cúrque pisces Christus Dominus agnos appellauerit. Ad quæsitum primum respondeo: discrimen inter hamum & rete in causa fuisse: hamus namque è lutosis finibus extrahit; sed vnicum, eúmque vulneratum; ast rete extrahit, non vulneratos, sed aliquomodo tectos: ergo vt nouerit Petrus Apostoli non esse singularem conuulnerare; sed rete in incertum mittere, vt ad littoris soliditatem trahat fluctibus mersos, & visui quodammodò denegatos, rete trahenti munus demandatur, & singularem piscem hamo vulneranti differtur. Ad secundum quæsitum dico: Christum, vt Apostolum erudiret, honestasse innocentiæ nomine ipsos, quos traxerat lutulentos è flumine: sordescentes vidit, vt extraheret; agnos appellauit, vt honori illorum consuleret. Et quidem qui corrigere vitia exoptat, debet aspicere fluctuosis vorticibus innatantes, vt rete iaciat, & innocuos agnos, vt suspiciat: ne si solùm putauerit agnos, muneris detrimento quiescat otiosus, aut si solùm putauerit pisces, humilitatis damno tumeat superbus. *Petro sancta Ecclesia est commissa*, inquit Gregorius apud Diuum Thomam in catena: Gregor. *ipsi specialiter dicitur: Pasce oues meas: quod ergo postmodum aperitur in voce, nunc significatur in opere: ipse enim pisces ad soliditatem littoris pertrahit: quia stabilitatem aeternæ patriæ fidelibus ostendit.* Itaque idem est piscis & agnus: piscis; vt extrahatur è luto, agnus, ne habeatur despectui: sic enim & honor seruatur illæsus, & piscis lutum deserit extractus.

D. Ambrosius lib. 7. in Lucam ad cap. 14. expendebat Christum Dominum tumidorum conscientiam conuenisse; ea tamen arte vt affectum correxerit, & odium non inflammauerit: 117 Luc. 14. v. 10. *Cùm vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco.* Non videtur corrigere erratum; sed præbere documentum, quo faciliùs ab auditoribus exciperetur doctrina, & effectum sortiretur medela. *Docetur humilitas, dum in illo conuio nuptiali appetentia loci superioris arcetur; clementer tamen, vt persuasio humanitatis asperitatem coërcitionis excluderet, ratio proficeret ad persuasionis effectum, & correctio emendaret affectum* Quid luculentius? Ambros.

Christus Dominus de morte sua cum discipulis 118 differens, intimo cordis dolore se ab vno illorum tradendum luget, non horrore mortis; sed commiseratione tradentis: Matth. 26. v. 21. *Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est:* vnum absolutè affirmat, non determinatè infamat, ne publicatus despondeat animum, sed conscientia tactus ad pœnitentiæ recurrerit patrocinium. Adest opportunè Hieronymus ad hunc locum: Hieronym. *Qui de passione prædixerat, & de proditione prædicit, dans locum pœnitentiæ, vt cùm intellexisset sciri cogniciones suas, & occulta consilia, pœniteret eum facti sui, & tamen non designat specialiter, ne manifestè coarguatus impudentior fieret. Mittit crimen in numero, vt conscius agat pœnitentiam.* Ecce optimam correctionis formam, citare conscientiam, non dehonestare personam.

Digitized by Google

§. XXVII.

Optimus administer Reipublicæ non tam studet propinquorum splendori, quàm communi omnium saluti.

129 QVi Reipublicæ curam gerit, id in primis curabit, generalem videlicet omnium salutem, quandoquidem electus nouo iam cognationis titulo, suos reputare debet subiectos, ne si specialiter contribules attenderit, felicitati impedimentum attulerit: peculatis habet consanguineos, ad culmen dignitatis electus non superbiæ vitio; sed regiminis commodo iam non habebit cognatos. Nec mysterio caret Melchisedech Principem vocari pacis, quando sine matre, sine patre, ac sine genealogia refertur: *Rex Salem*, inquit Paulus ad Hebræos 7. vers. 3. *quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia.* Habuit quò strenuum ducem remuneraret, dum non habuit cognatos, quibus munera larga impertiret? & fortasse popularium pax turbaretur, si parentela lucidior suspicionem ingeneraſſet, aut inuidiam commouiſſet: floruit pax, dum populi administer adæquè omnibus fuit cognatus, & ab omnibus remotus. *In nobis*, aiebat Cassiodorus 11. var. 5. *facilius consentimus excedi, quàm Romanorum vtilitates patiamur imminui, non vt fauorem plausionque popularem; sed vt immante Deo meum in illis compleam dilectionis arbitrium: ciues siquidem omnes fouendi sunt.* En optima regiminis regula: ciues omnes vigilanti studio fouere, illorum vtilitati consulere, & propria facilius incommoda tolerare. Amputandus est palmes, quantumuis radici innexus, si aliis palmitibus est nociuus: nec administrandus est infrugifero succus fructuolis palmitibus debitus: ignoranda est consanguinitas, si non illam exornarit & meritorum conspicua claritas. Habent in Gedeone imitandum gubernatores exemplum: adlegerat inter alios copiosam contribulium manum ad promissos sibi triumphos; at antequam in campum produceret contra hostem repelli timidos procurauit. *Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur.* Non exemit à commum lege contribules, non exceptauit cognatos: & quidem si vt consanguinitatis splendori attenderet, retinuiſſet pauidos, sui ac reliquorum incommodo amiſiſſet fortasse triumphos; verùm dum optimus dux communem vtilitatem præposuit, & suorum inhonorationem despexit: *Quia itaque conuenerant ad exercitum multi ex regione trans Iordanem*, inquit Caietanus, *clamatum est voce præconum, vt quilibet timidus vndecumque esset, etiam ex monte Galàad, reuertatur.* Addit: *Et meminit specialiter montis Galàad ad insinuandum, tum quòd etiam remotissimi, tum quòd etiam cõtribules Gedeonis reuerterentur, si timerent.* Itaque sub lege aliis communi contribules etiam inclulit, ne si consanguinitatis consilio timidis tradiderit lampada, omnem exercitum obtulerit hosti prædam. O quoties ingenti reliquorum incommodo traduntur lumina consanguineo? nam dum administrat arma timidus, dum iura dicit ignarus, dum obscurat dignitatis lumina ineptus, hostis exultat, iura gemunt, & publicæ vtilitates succumbunt. Discat ergo bonus administer omnes fouere, ignorétque indebitum consanguinitati pendere obsequium, ne regiminis obscurarit officium.

Ad Hebr. 7. v. 3.

Cassiodor.

Princeps plus sentiat suorũ, quàm propriam facultatem imminui.

Caietan.

Ionas publicæ salutis ministes delegatus nauigat Tharsos petiturus: *Inuenit nauem euntem in Tharsis, & dedit naulum eius, & descendit in eam* Quid prophetam mouerit ad hanc carpendam viam, inquirunt Patres, Theodoretus existimat hoc contribulium studio excogitasse, vtque illis consuleret, iter contra Numinis præceptum aggressum fuisse. Accipe eius verba: *Iudæis suspicatu est fore crimini, si Niniuita sibi obtemperarent homini nimirum ignoto, & externo, cum Iudæi infinitis quidem prophetis contribulibus suis cum miraculorum editione prophetiam exercentibus assiduè refragarentur, nihilque ab eis admirarentur.* Vides nimio affectu consanguinitatis motum publicæ salutis administrum. Quid acciderit, audi: *Facta est tempestas magna in mari*, inquit textus, *& nauis periclitabatur comeri.* Subito coniuratorum violento flatu ventorum lacessitum fremebat mare, prærupti gurgites ad instar montium cauis voluminibus tumescentes miseram naufragantibus per momenta minabantur ruinam, insanientes procellæ crebrescebant, funes aures repercutiebant horrisono sibilo, gemebant antennæ, vela rumpebantur, prora viam non inueniebat vndecumque retusa, nautarum absorbebatur prudentia, & lassata fatiscebat prorsus industria. En quantam calamitatem attulerit omnibus, administer parentelæ amore captus, & suorum vtilitati semper attentus: omnium saluti ad speciem extitit inimicus, dum à suis dedecus propulsare contendit impudenter studiosus, Niniuitis salutem differt & naui procellas adfert. O quanta incommoda vitarentur, si commodis suorum minus addictus muneri satisfeciſſet attentiùs Profectò reipublicæ administer suorum semper vtilitatibus consulens, illósque promoueri semper contendens tranquillitatem turbat, pacem exterminat, diuitiis ad sedandam tempestatem iactis denudat.

130 Ioan. 1. v. 3.

Theod.

Adamus prorex animalium electus pacato floruit regimine, dum consanguinitatis ignorauit affectus; ad dum Euæ complacere studuit, dum de latere sumptam ad diuinitatis culmen promouere affectauit, licèt non seductus, affectu cæcus, legibus iniuriam intulit, arma in illam rempublicam pacatissimam inuexit, & omnem animalium pacem turbauit: *Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Ficus pomposis ornata frondibus, ditata sapidissimis fructibus iam alget nuda, & ingemit dispoliata, iam flammeus gladius rotatus timorem incutiens, & animalia, quæ intrepidè incedebant, diffugiunt. Et quid aliud sperandum erat ab animalium protege, animalium non gerente curam, quandoquidem Diabolus serpentem induit, & consanguineæ fœminæ non ferente mœstitiam? Ne contristaret mulierem sanguinis vinculo sibi coniunctam, paruipendit omnem lugere creaturarum rempublicam dissipatam *Hoc malum*, scribit hìc ad mores Oleastes, *vsque hodie grassatur in orbe.* Ab Adamo prognati sic hæreditarunt ingenium, vt erga suos propensissimum sortiantur perplures animum priuatæ suorum vtilitati detrimento communi consulunt, & vt cognatus effulgeat, dignitatis lumine clarus, omnium detrimento luget sine præmio dignus. Satis inepta erat Eua, vt diuinitatis ascenderet culmen, mundique potiretur gubernatione, quando à serpente & falli potuit & seduci: &

131 Genes. 3. v. 7

Oleast.

tamen Adamus ineptitudinem ad diuinitatem non ignorans, eius acquieſcit conſiliis,& ſtudet imprudentiſſimè augmentis.

132 Non ſine myſterio cùm oraculum pro communi omnium ſalute delegat Moyſem manum qua
Exod.4.v.7 prænſanda erat virga, infecit lepra: *Protulit leproſam inſtar niuis.* Manum lepra infecit, & virgam vitâ diuinitus infuſa in ſerpentem tranſmutauit: *Verſa eſt in colubrum.* Quæ omnia non ſolum fouendæ Moyſis fortitudini militabant; ſed & doctrinæ ſæculorum ſeruiebant. Et cur manus baculo inſtruenda, leprâ inficitur, cùm reliquum corpus eo morbo non inficiatur? Conſule Leuitici 13.caput, inueniéſque ſtatuta lege leproſos à reliquis ſeparari, & anulſos quodammodò viuere:
Leuit. 13. v.46. *Omni tempore quo leproſus eſt & immundus, ſolus habitabit extra caſtra.* Itaque ſi reſpectu manus conſideres lepram, idem fuit manum leproſam efficere, ac à reliquis membris quodàmmodò ſeparandum docere,ne ſi coniunctionem agnouerit, virgam non adeò ad communem omnium ſalutem prænſauerit. Ad hæc: virga in draconem verſa vitam habet à Deo ſolo infuſam; imò prius proiicitur, ne aliquomodò à manu putauerit dimanatam: quæ omnia indubia erant populi incolumitatis teſtimonia, & impietatis excidia: nam dum virga ſerpens non agnoſcit cognatos, ſerpentes non attendet; ſed honeſtè deuorabit: dum manus affinitatem non agnoſcit, virga inuiolato iure vtetur,eáque in ſubſidium iuſtitiæ armabitur.
Theodor. Innuit Theodoretus quæſt. 10. *Dextera qua admiranda illa perpetrarat: cùm prius fuiſſet leproſa, ſignis diuinis inſeruiuit, & elementa mutauit.* Mira perpetrabit iam Moyſis dextera; nam licèt, vt multi putant, ſine iuſtiæ querela Ægyptum occiderit, iura conſanguinitatis attendit, & cum Ægyptium ob rixam cum Iſraëlita interfecerit, Hebræum tamen eadem cauſa delinquentem non occidit. Ergo etſi iuſtè ea patrauerit priuatus, oportebat ad eruditionem noſtram non niſi purgato affectu culmen aſcendere dignitatis,& prænſare virgam regiminis. Ergo lepra inficitur manus, quò vtatur virga à reliquis membris quodammodò ſeparata & abſciſſa: nam tunc omnium procurabit ſalutem ſi decenter ignorauerit cognationem.

§. XXVIII.

Non eſt ignobile otium laboribus acquiſitum; ſed inertiæ artibus procuratum.

133 COrporis vigor continua exercitatione laſſeſcit, & niſi accurata reparetur induſtria,cuta euigoratur aſſidua: tempus alternantibus annis ſeneſcit, & ſol peragratis orbibus occaſu decumbit non otioſus; ſed otio dignus: grande interuallum eſt inter quietem laboribus acquiſitam, & laboris tædio procuratam: quia licèt vtrobique ſit ſimilis requies, alia eſt nobili progenie exorta, & alia indecoris cunabulis innutrita. Omnia ad centrum elementa feruntur, & poſt laborem peracti curſus requieſcunt: miles poſt longum tempus in certaminibus poſitum ad delicias domus remittitur; quibus ſi indulgeat belli inexpertus, & corde carens, culpatur. Itaque etſi effectus videantur æquales,diuerſis tamen orti radicibus adæquè non micant nobiles: otium labori debitum otiantis eſt gloria, inertiæ progenies eſt ignominia. Quàm benè Caſſiodorus 5. var. 36. alloquens Caſſiod. ab expeditione bellica dignè abſolutum: *Continuis laboribus attritum corpus debilitatem tibi cauſaris attuliſſe membrorum, vt qui antè bellicis fueras aptus inſignibus, nunc vel ad otioſam vitam vix idoneus approberis, expetens vt ad expeditiones feliciſſimas non cogaris à quibus non vocaris; ſed neceſſitate ſubduceris: atque ideò allegationibus tuis diutiùs perquiſitis, & ad rerum fidem dedu&is otium tibi non ignobile præſenti ſuſſione largimur.* Diſertè dixit, *Otium non ignobile*, quandoquidem vt fructus arborem non dehoneſtat; ſed apud intuentes nobilitat; ita oſtium laboris partus otiantem honeſtè exornat. Addit diſertus Conſul: *Fruere ſecura vita, aduerſorum inſidiis noſtro Numine liberatus: nec aliquis tibi imputabit deſertoris opprobrium, quando illis, quos contigerit à militia morbi cauſa ſiſſpendi, ex prioribus factis habendi ſint iure reuerendi: nec enim dignus eſt à quoquam redargui, qui noſtro iudicio meretur abſolui.* Cui ſuperioris iudicium cognitis exantlatis laboribus conceſſit otium,non debet ſugillari otioſus; ſed ſuſpici emeritus. Fortè ob id cùm de Gedeonis caſtris plures mitterentur, ſolùm timidi ignauique ſugillantur. *Qui formidoloſus, & timidus eſt, reuertatur.* Cùm dubium non ſit Gedeonem exactè patuiſſe legi, conſtétque legem non ſolùm formidoloſos iubere excludi; ſed qui fabricandis ædificiis, vineíque plantandis inſudarint, ad propria præcerpit remeare; inquiret nec ſine ratione curioſus, cur illi ſilentio premantur, & ſolùm pauidi corde notentur? Mihi ea ſe ratio offert, quam theſis innuit, videlicet, etſi omnes bellica otientur expeditione abſoluti, diuerſas cauſas inurere notam, aut propulſare ignominiam Qui ædificio conſtructo reuertitur,& qui plantata vinea ablegatur nobile ſibi otium continuis procurauêre laboribus, at qui corde pauidus,nullis ſibi otium valuit acquirere certaminibus, ob idque timidi digniſſimè ſugillatur otium, cùm ſit laborantium honeſtum præmium: *Obligabatur Gedeon* ſcribit Abulenſis quæſt. 4. *prædicare hîc de omnibus quatuor modis, exprimitur tamen vnus illorum.* Abulenſ. Timor tantùm vt indecora manumiſſionis cauſa refertur: quia aliis cauſis miſſus exantlatis laboribus decoratur. Vt repetere poſſit Caſſiodorus: *Quos contigerit à militia exantlati laboris cauſa ſuſſpendi, ex prioribus factis iure habendi ſunt venerandi.*

Iacob dum dulci fatigatos artus ſomno recreat, 134
ſcalam illam Angelis ſcatentem intuetur: *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacu-* Geneſ.28.
men illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſ- v.12.
cendentes, & deſcendentes per eam. Angelorum nullus dormientem excitat, nec ad carpendam adurget viam, cùm tamen dormienti Eliæ Angelus ſomnum excutiat, & viam celeriter carpendam moneat: *Proiecit ſe & obdormiuit in vmbra* 3. Reg.19.
iuniperi, & ecce Angelus Domini tetigit eum, & v.5.
dixit illi ſurge. Inquiramus, ſi placet, cur inter tot Angelos nullus fuerit, qui Iacob vindicari ab otio,cùm Eliam Angelus vixerit repetito conſilio. Dormiat Elias, ſi Iacob dormit, aut excitetur Iacob, ſi ab Angelo excitatur Elias. Profectò vterque minas efficiebat, & appetentia pericula declinabat, mulieris execrandæ Elias, fratris ambitioſi Iacobus. Si ergo non diſſimilis eſt cauſa,cur

inuenitur

inuenitur tanta differentia ? An quia cum muliere prophetæ bellum ? solent namque huiusmodi certamina esse periculosiora. Benè; sed textus aliam discriminis causam innuit, videlicet Eliam indulsisse somno, non tam defatigatum labore, quàm tædio; at Iacobum post longa itinera, post difficiles itineris exantlatos labores aliquam captasse requiem. Ergo vt noueris non esse ignobile otium laboribus acquisitum; sed tepore procuratum, Elias ad nostram eruditionem otiosus non permittitur, & Iacob vt dormiat, ab Angelis asseruatur.

Seneca. Quàm aptè quod aliorsum aiebat Seneca de otio, sapientis cap. 30. *Alter otium ex proposito petit, alter ex causa.* Iacob otium petiuit ex causa, hoc est labore defatigatus, itineris molestia afflictus; at Elias sopore allectus, & nostram figuram gerens ignauia otiosus. Audi glossam moralem:

Glossa. *Et obdormiuit in vmbra: tepor enim aliquando nominatur in scriptura sopor.* Itaque tepidus figuratè otiabatur Elias, Iacob longo itineris labore attritus. Ergo alteri Angeli conciliant somnum, & vrgent alterum ad volatum. Figuratè dixi, vt noueris dormientem non sugillari; sed ad nostram eruditionem inertiam somno describi,

135 Cùm sciptura fortium Dauid aggrediatur sæculis facinora commendare, sic ait: *sedens in cathedra sapientissimus Princeps inter tres. Ipse est*

2. Reg. 23. v. 8. *quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* Hieronymus in traditionibus

Hieronym. Hebraic. in Paralipom.: Putat fuisse Iesbaan, qui sedens in populo interpretatur: *Iesbaan interpretatur sedens in populo.* Profectò aliud videtur textus agere, aliud intendere: nam quem aggressus est dilaudare, inuenitur otiositatis notam inurere, Cur sedeat in populo vir adeò strenuus, vt hostes non solùm profligauerit; sed protriuerit? Dubitandi ratio est solutio: qui impetu inimicos deuicit, qui bellicosus certaminibus insudauit nobilissimo potitur otio, sedétque redimitus florenti lauro: Omnia tempus habent, nox diurni laboris placida quiete fastidium allenat, & artus sopore recreat: Iesbaan ergo ab omnibus otiatur honoratus, quia otiatur, postquam inimicos impetiit acerrimus: *Prudenter, & tectè*, scribit noster

Sanctius Sanctius, *sic instruxit, & ordinauit acies, aut sic ipse scienter & callidè aggressus est inimicorum castra, vt prius tantus hostium ceciderit numerus, quàm se ab aduersario oppugnari sentirent.* Hostibus attritis, victoris partis dignum erat otio potiri, & bellorum anxietate carere.

136 Resurgente Domino descendit Angelus, qui splendoribus armorum instar hostes veritatis percussit, ad clarius ostendendam veritatem lapidem euoluit, & iam euoluto sedit. *Ecce terræ motus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit*

Matth. 28. v. 2. *de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum: erat autem aspectus eius sicut fulgor, & vestimentum eius sicut nix; præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Dum Angeli sessio describitur, latere mysterium legentibus declaratur, quandoquidem Angelus, vt qui lassari nequeat, non quæreret lassitudinis leuamentum, nisi lateret arcanum: nec sedit anteaquam lapidem euolueret, & hostes veritatis prosterneret. Notauit Chrysologus serm. 75.

Chrysol. *Cœlestis natura ignorat lassitudinem, nescit laborem; sed factus est lapis vas Angelica sessionis:* vbi reuolutionis refertur labor, & post laborem refertur otium, & lapis ipse, qui vires fatigauerat magnitudine, ad speciem recreat sessione. Ibi ad nostram eruditionem Angelus gaudet nobilissimo otio, vbi virium videbatur laborasse dispendio. Expers laboris ac defatigationis natura, dum speciem induit humanam, actibus suis instillat nobis doctrinam. Ergo deuictis hostibus, euoluto prægrandi lapide sedet, vt ibi placidissimam capiat quietem, vbi sustinuit anxium laborem. O quam erat cœlestis doctrinæ cathedra ille lapis ministrans otium, postquam præcesserat prælium! Discant superiores subiectis compati, nec illorum vires repetitis iniunctisque laboribus exhaurire, intelligántque laudabiliter frui otio, qui per longa tempora legendo, scribendo, prædicandóue salutis laborauere dispendio: est namque si non inhumanum, à ratione prorsus alienum, vt cogatur idem ferre vnus viribus iam attritis, qui ferebat olim integris ac robustis.

§. XXIX.

Ad munia ritè non inueniuntur electi, qui non fuerint prius conscientia superioris probati.

PEriclitatur grauiter Reipublicæ status, siquis 137
sine Principis notitiæ suffragio ad obeunda munia promoueatur electus, & grauiter boni mores læduntur, si dignitates solis diuitibus aut corpore valentibus conferátur; quid si applicetur excubiis ignauus, & inerti otio solutus? Qui possent laudabili conuersatione fulgere, labori applicitos munus contigit obscurare: multis vires non suppetunt ad certamen, & inest prudentia ad regimen, & subuerteretur laudabilis politia, si culmen sine Principis pertigerit quis conscientiæ: *Iudicij nostri,* aiebat Theodoricus apud Cassiodor. 1. var. 3. Cassiodor. *culmen excelsum est cùm quia à nobis prouehitur præcipuus & plenus meritis æstimatur: nam si æquabilis credendus est, quem iustus elegerit, si temperantia præditus, quem moderatus asciuit, omnium profectò capax potest esse meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum.* Rationem addit: *Regnantis quippe sententia iudicium de solis actibus sumit, nec blandiri dignatur animus dominij potestate munitus.* Quis ad dignitatis culmen Principis ignotus ascendit, plenam meriti approbationem non habuit, dum aut creditur munerum suffragio elatus, aut solicita affectione promotus. Nec solùm electi opinionem obscurat; sed non semel etiam optimo regimini incommodat, quando non modico impendio ascisciturr, qui lucro depelleretur. Gedeon milites colligi grandi labore, nulla vtilitate; formidolosos certaminibus aduocabat, & expensis impedimenta certaminis acquirebat: Deus timidos reuerti iubet, & reliquos ad aquas probare moralissimè persuadet: *Duce eos ad aquas, & ibi probabo illos.* Addit: *Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.* Opus non erat Numini illos ad aquas experire; erat tamen Duci opus ad fluenta probare, ne quos sine notitia in campum produceret, prædam hostibus congregaret, quando satius erat paucis experientia commendatis hostem adoriri, quàm innumeris inexpertis militibus congredi. Adest Glossa moralis: *Primo suos bellatores exa-* Glossa.

Ptincipis sententia dignus promouetur, quia suprema dignitas non blanditur.

minat

Digitized by Google

minat ad videndum qui sunt apti ad sequendum ipsum ; exeluduntur autem timidi. Addit Augustinus quæst. 37. in Iudices : *Isti probati sunt, per quos vinceret Gedeon.* Expertis etsi angusto numero triumphum reportauit, qui forte inexpertus etsi copioso periret. Vt discant in Gedeone duces, Principes ac superiores venari de promouendis notitiam, si volunt Reipublicæ gerere prouidenter tutelam.

August.

138 Iam ad occasum Saülis regnum vergebat, cùm Deus regem pronidit omnibus salutarem, vnctionisque magno Samuele ministro constituto, eum iubet ad Iſai domum inuolare, & eligendum inuerso cornu experiri : *Imple cornu tuum oleo, & veni mittam te ad Isai Bethlehemitem : prouidi enim in filiis eius mihi regem.* Addit : *Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias. Et vnges quemcumque monstrauero tibi.* Multa nobis expendenda ad mores occurrunt. Quid necessum est Iſai ad victimam vocari, si à Deo eligendum constat ostendi ? Quid sacræ vnctionis cornu super aliorum capita inuergere, tempúsque consumere, quando Dauid meritorum suffragiis iam inuenitur approbatus, & à Numine probatur electus? Promat exertè oraculum : *vnges Dauid*, nec communi nomine tegat, quem omnium vtilitati designat. O sapientiam immortalem ! Iſai vocatur, & Samuel filios omnes inuerso cornu experitur, ne dum sine superiorum notitia vel Dauid inuenitur promotus, omnibus fuerit suspectus. Adest Gregorius Magnus lib. 6. in cap. 16. lib. 1. Reg. cap. 3. *Fortasse hoc locus iste insinuat quòd præter Prælatorum conscientiam subditi promouendi non sunt : Isai priùs ad victimam vocatur, vt bonum quòd subire subiectus cernitur, in magistri sui mente fundetur. Benè subditur : Et ostendam tibi quid facias : id ipsum quoque expri. mens ait : Et vnges quem monstrauero tibi : nisi enim Isai priùs vocetur, ei quæ facienda sunt, non pandentur.* Patris hoc est superioris suffragium quæritur, ne imprudens electio habeatur : superioris namque notitia addit electioni decorem, & ab omnibus depellit metum : quandoquidem non creditur fraude electus, qui à magnis nosci tur approbatus. Adde non solùm Iſai approbationem requiri ; sed Samuëlis etiam experimentum desiderari : omnes experitur, & qui expertus commendatur, omnium commodis antefertur. Adest Basilius Seleucienſis orat. 16. *Ecce præsto erat Samuel, & filiorum Iesse chorus circumstabat ac post sacrificium ad vnctionem comparabatur, ignotáque erat de vnctione diiudicandi ratio, & medius Samuël, quem eligeret, dubius hærebat.* Subdit post pauca : *Hisce cum gratia contendit : Num coram Domino Christus eius ? Et cornu inuergens reiectaneum, vt vngeret cogebat ; sed oleum fluere recusabat.* Dauidem gratia cœlestis regimini applicat ; sed experientia etiam prophetæ insudat, & quamuis operosum prophetæ in deligendo examen non fuerit Numini necessarium, fuit ad instruendos electores quàm opportunum : non egebat gratia Samuëlis experientia ; voluit tamen vt ad deligendum Principis diligentia contenderit mul cum gratia. Et quidem Samuëlis studium sine suffragio Numinis parum iuuabat, & suffragium Numinis, etsi sufficiat ; voluit tamen vtrumque concurrere, & quomodo electiones tractandæ sint, edocere.

1. Reg. 16. v. 4.

Gregor.

Seleuc.

139 Deus Angelum delegat, qui Moysem in Ægyptiosarmet virga quodammodo omnipotentiæ vicariâ : ille rubo flammis igneſcente apparet, & in terram proiicere virgam iubet : *Proiice eam in terram* Proiectum agolum serpentinas vires induit, & vitam pectore fouit : *Versa est in colubrum.* Angelo manu prænsare colubrum præcipienti obtemperat, & quæ distans faciem serpentinam induerat, manu apprehensa ad pristinam virga naturam rediit : *Extendit, & tenuit, versáque est in virgam.* Post hæc iussus est in Ægyptum celeri gressu contendere, & virga illa miracula perpetrare : *Virgam quoque hanc sume in manu tua in qua facturus es signa.* Et quid interest hanc vel aliam virgam tulerit ? aut quid iuuat anteà proiecisse, & in colubrum versam morigera manu prænsasse ? Nonne poterit alio agolo elementis imperare, & in aduersarios irruere ? Cur ergo signanter hanc asportare iubetur, & fore miraculis exundaturam promittitur ? Fallar, si thesi nostræ non suffragetur mysterium. Erat agolum in sceptrum mutandum, & ne videretur inexpertum ascendisse, congruit iam colubrum in virgam verti iam virgam in colubrum transmutari. Quia oportebat, vt serpentis facie adsumpta virgas magis deuoraret, & fallaces dolositates destrueret, voluit cælestis elector priùs quodammodo virgam experiri, & posteà sceptri dignitatibus honorare. Profectò cælestis nuntius errare in deligendo nequibat ; verùm vt formam electionis præscriberet, priùs experiri voluit, & iam expertus delegit. Quod & ipsi Moysi facilè etiam applicatur : nam etsi à principio ad Dei titulum Angelus potuisset euehere, distulit quousque proiecta virga, & colubet apprehensus morigerum proderent & audentem commendarent. Et fortasse Aaron dum ante experientiam inuenitur electus, populi fuit saluti nociuus : Moyses tyrannum edomuit, Aaron vitulum conflauit : *Præcepit Deus*, inquit Theodoretus quæst. 9. *Virgam, quà illum, scilicet Pharaonem, flagellauerat, in serpentem mutari, ad conuincendam illius feritatem.* Vt nulli esset dubium Pharaonis feritatem virga edomandam, priùs eius ingenium voluit experiri, & expertam elementis dominari. Huc voco quod aiebat citatus Gregorius : *Electi pastoris æquales discipuli omnes non sunt : sunt namque ex illis alij vtiles ad obediendum, alij & humiliter obediunt, & iubere discretè didicerunt* : subiungit : *Cùm ad culmen sacerdotij persona quæritur, cum magna subtilitate requiratur.* Cùm magna subtilitate congruit examinare, qui tenetur ad dignitatem præficere, ne reipublicæ laborarit status, dum ad culmen eligitur inexpertus. Hoc profectò ratio ipsa edocet ; verùm non semel ordinem inuertit affectio, & affectum sibi deuincit munerum elargitio : non eliguntur aliquando à Deo ostensi, & diligenti examine trutinati ; sed quos commendat consanguinitatis suffragium, aut quos venale inuenit profusiores Officium.

Exod. 4. v. 3

Theodor. A similibus grauius periculum nobis est.

Greg. Qui ad regimen eleuandus, cum magna subtilitate est quærendus.

Deus populi summis calamitatibus attriti querelis satisfaciens sic per Oseam aiebat : *Proiecit Israël bonum, inimicus persequetur eum : ipsi regnauerunt, & non ex me. Principes extiterunt, & non cognoui.* Quid sperandum erat à tribunis, Reipublicæque præfectis, quorum electio non à ratione ; sed à cupiditate pendebat ? si prudenti iudicio : si examinis suffragio fuissent delecti, & Reipublicæ fuissent vtilitati opportuni ; at dum affectionis calculo resplendent inaugurati, dum meritis diuitiarum euecti, non sunt Reipublicæ salutares ; sed pestilentes. Redeat citatus Gregorius iterum :

140 Osee 8. v. 3.

Digitized by Goog

Gregor. iterum : *Quod ſuum eſt, faciunt, quod Dei eſt, tollunt.* Addit : *Dum ergo ipſi ſibi monſtrant quos vngant, habere Deum cooperatorem nolunt : vnde & per Prophetam Oſeam de talibus electis Dominus queritur dicens : Ipſi regnauerunt, & non ex me : Principes extiterunt, & ego ignoraui.* Se electos ignoraſſe teſtatur, non quod potuerint eius effugiſſe notitiam ; ſed quia electores non fuerint ſecuti rationis regulam. Dum ergo aut muneribus corrupti, aut affectionibus obcæcati ſine diſcretione eligunt, commodis Reipublicæ officiunt. Ecce Gedeon dum timidos ad certamina præter opinionem adlegerat, ſibi comparat excidium, & aduerſario trophæum :

§. XXX.

Triumphis coronatur exercitus, vbi licet milites ſtrenuos probari, & imbelles caſtris expungi.

141 NOn ſemper ſatis eſt prouida vitando errori cautela : ſunt namque multa, quæ ſolùm tẽpus aperit, & quæ conuictus oſtendit. Subrepunt vitia virtutum coloribus extrinſecus adornata, & dum temporis ſuffragio non adiuuatur prudentia, latet ſub virtutis fuco malitia. Probati ſecurè eliguntur, dubitationem ſecum afferunt inexperti.

Caſſiodor. *Laborum tuorum*, aiebat Caſſiodorus 2. var. 13. *Longa ſeruitia, & explorata fidei multa documenta hoc nobis iudicium tradunt, vt qui tuos animos moderatus es, tunc alienis moribus præferaris, & præſtes prouinciæ diſciplinam, qui priuatus amaſti continentiam : is enim poteſt alios benè regere, qui ſe ſtuduit ſub decore tractare.* Diuturna actionum meditatio errandi non ſinit locum, quando diu nulla poſſunt ſuſpenſum fefelliſſe iudicium. Graui certè iactura Gedeon admiſiſſet milites, ni liceret illorum virtutes trutinare, & animo pauitantes expungere : nam ſi miles ſemel poſito tyrocinio nequiret à Gedeone depelli, tardè exercitui cõtingeret trophæis hoſtilibus redimiri, quãdo timiditatis, cupiditatiſue rubiginẽ aliis affricans aut exercitus eneruaret virtutem, aut infuſcaret ſaltèm decorem. Ob id Deus poſt aliquod tempus omnes probari iubet ad aquas, vt ad militiam ſeruetur appoſitus, & inutilis præcedat exauctoratus? *Dixit Dominus ad Gedeon. Adhuc populus multus eſt, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos, & de quo dixero tibi, vt tecum vadat, ipſe pergat : quem ire prohibuero, reuertatur.* Iam omnes admiſſi erant, iam præceſſerat primum examen, & recedentibus timidis remanſerant fortes ; ſed iterum illos experitur Gedeon, quia ſatis non erat ad vitia debellanda vnica florere virtute. Ergo ſibi adlegit bello opportunos, & delegauit ineptos : *Iuxta Hebræum habetur*, ſcribit Caietanus : *Et purificabo eum tibi ibi. Ad ſimilitudinem purificantis diſcreturum ſe promittit populum ſeparando magnam ab eo partem.* Vt noſſet Gedeon ſibi non minus conuenire ad reportandos de hortibus triumphos, prudenter abactos, quàm ſtudiosè retentos ſibi, hoc eſt in eius vtilitatem teſtatur Dominus prudenti milites examine diſcuſſurum, ne triſtetur de ablegatis, quando adæquè ſua intererat inutiles excutere, ac bellicoſos habere.

Caietan.

142 Deus ſuſpicienti cœlum Abrahamo ferè innumeram poſteritatem ſtellas luce exæquaturam promittit : *Suſpice cœlum, & numera ſtellas, ſi poteſ: ſic erit ſemen tuum.* Genes. 15. v. 5. Poſteà Sara Iſmaëlem eiiciendum affirmat, & Deus eius confirmat ſententiam, vt in Iſaaco promiſſiones reſplenduerint completæ : *Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Genes. 21. v. 12. Et quid vetat Iſmaëlem remanere domi, vt Iſaac filios habeat luce euincentes ſydera, & numero aſtra? vocetur in Iſaac ſemen, prolem natura ei regerat numeroſiſſimam ; non tamen maneat eius frater expulſus, & paternâ domo priuatus. Vtrumque profectò ad Abrahami felicitatem ſpectat, Iſmaëlem ſcilicet depelli, & Iſaacum moribus optimis informari. Et quidem ſi domi ſimul cum Iſaaco cohabitaret, improbis moribus obſcuraſſet, aut ſaltèm nequitiæ rubiginem affricuiſſet. Iſmaël dum cupidini ſtudet ; dum ſordidam vitam agit, claritatem ſtellarum tetris vaporibus innubilaſſet ; imò ſplendorem poſteritatis prorſus ſopiuiſſet. Ergo vt Iſaac filiorum nobili progenie ſplendeat ditatus, oportuit, vt Iſmaël ab eius conſortio exularet expulſus. Adeſt Hieronymus ludum Iſmaëlis cum Iſaaco ſit exponens apud Gloſſam : *Hoc exponitur quòd idolis ludos fecerit iuxta illud Exodi 32. ſedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Vel quòd aduerſum Iſaac quaſi maioris ætatis loco ſibi primogenitæ vendicauerit.* Si vitiis intinctus, ſi ambitione inflatus manſiſſet, Iſaac fortè, vt eſt exemplum efficaciſſimum, ab pietate auita degeneraret, & ad poſteros infelicem quodammodò hæreditatem tranſmitteret. Ergo vt Iſaac filios ſemper cum ſyderibus de luce gloriosè contendentes accipiat, intereſt quòd Iſmaël ab eius ſocietate longè diſcedat.

Hieronym.

143 Ionas nauim Tharſos petituram inſcendit : admiſit lubenter nauis rector Prophetam : quia latebat illum periculoſiſſima fuga : ventis vela tradunt, & iam cõiurati contra nauim repugnãt venti, tumidiſſimæ inſaniunt vndæ horriſonæ increbreſcũt procellæ, vela cum rudentibus ventorum adſultibus diſſipantur, prora viam non inuenit contrariis fluctuum vorticibus vndique retuſa : putares iam nauigantes expetere naufragium, vt quo pulſabantur acerrimè per momenta, naufragij vitarent metum : nauis gubernator, dum omnia verſat, ſopiri traditum Ionam inuenit, & paulò pòſt vndis tradit. Nec mora : mare deferueſcit, coguntur venti, vnda ſcaphæ ſubſternitur, & gubernaculo ſine difficultate aurigatur: *Tulerunt Ionam, & miſerunt in mare, & ſtetit mare à feruore ſuo.* Ionæ 1. v. 15. Si nauis illa, quem ſemel imprudenter admiſit, nequiret fluctibus reddere, omnes ſine dubio periiſſent ; at dum quem prophetam exiſtimabant, & ſopori traditum experiuntur, licèt euomere, mari tranquillitas redditur, & nauis molli veſtigio tranſmittitur. *Ionas quem ſolùm expetebat bona illa tempeſtas*, inquit Zeno Veronenſis ſer. de Iona. *ſorte ductus naufragus redditur, imò à ligneo ad vitale nauigium tranſfertur, qui vt eſt demiſſus in altum, ferinæque voraginis eſt receptus hoſpitio, vigilat in cato, qui ſtertebat in naui.* Ionas cogitur vigilare dimiſſus, qui in naui aliis etiam laborantibus capiebat ſomnum ignauus. Et dum ille vigilat duriori carcere incluſus, nauigantium collegium fluctus tranſmittit pacatum. O quàm naui vtile fuit iactare dormientem, & habuiſſe vigilantem.

Zeno.

144 Apocalypſis tertio, quodam tepido diuinus nauſeabat ſtomachus, vtque anguſtias nauſeæ vitaret,

Digitized by Google

Apocal. 3. v. 16. vitaret, euomuit. *Quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.* Stomachus si inter salutifera alimenta aliquod nociuum acceperit, acribus nauseæ motibus solet concuti, & corpus totum concussione afflictari, nec tranquillitatis possunt frui commodo membra, quousque nociuum alimentum expulerit acris nausea; at iam expulso omnia pacata sunt, nec vexat concussio, nec concutit perturbatio. Et quidem non sine graui corporis incommodo nocerent retenta, quæ vtiliter comprobantur expul-

Ambros. sa. Adest Ambrosius ad hunc locum. *Aqua tepida, si hausta fuerit, fastidium generat, ideóque facilè reiicitur; in ore verò Domini tunc ingredimur, quando per baptismum à vitiis omnibus emundati membra eius efficimur. Igitur si fidem, quæ per charitatem operatur, & quam in baptismate promisimus, à charitate tepescentes operari neglexerimus, ab ore Domini veluti quoddam nocuum ac fastidiosum, fœtidúmque reiicimur.* Expende illud: *Veluti quoddam nocuum*, id est, veluti quod cæteris alimentis nocet, veluti quod inquietat stomachum, quod artus cæteros concutit, quod reliqua membra lædit. Profectò salus corpori est noxium, quod traxit, euomere: quia non sine salutis detrimento constat retinere.

145 Hoc idem expressit Christus Dominus se viti comparans, suósque palmitibus vitis exæquans:

Ioan. 15 v. 1. *Ego*, inquit, *sum vitis vera, & pater meus agricola est: omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.* Vitis dum in palmites dilatatur, dum pompaticè frondescit, dum gemmas protudit, quæ in generosum matureſcant liquorem, se nobiliter potest iactare, & palmites fructibus decorè oppressos ostendere; at si palmes arescat virore nudus, frondibus spoliatus, ac fructibus omnino exuccus, & radicis nota, & reliquorum infamia. Ergo viti beneficium confertur, dum exucci palmitis onus abscinditur: abscissus namque licet voraci flammæ sit nutrimentum, non erit germanis palmitibus probrum, palmites reliquos non vitiabit, nec radicem generosam confundet. Ergo viti commodum est fructiferis palmitibus exornari, & exuccos inutilésque præcidi. *Fructum hîc vitam occultè in-*

Chrysost. *sinuat*, inquit Chrysostomus in catena, *ostendens quòd sine operibus, non potest aliquis esse in eo* Ecce quomodò se ab illa vite, quæ expectata est, vt faceret Vuas, fecit autem spinas, discernit, videlicet conseruando palmites fructuosos, abiiciendo aridos. Omnes in hac vite eumdem palmites succum videntur attrahere; at dum palmes fructibus succum non soluit, & viti & palmitibus notam inurit. Ergo vitis lucet, dum palmes, qui producit fructum, purgatur, & qui non producit, abiicitur.

---

§. XXXI.

Non semel sine verbis indicantur vultu, quæ desiderantur affectu.

146 QVæ oportet alto silentio premere, quæ iuuat ad rectam regiminis formam omnem notitiam prorsus effugere, nec fidelissimo sunt indicanda, si aliquod ille consilio prodito futurum sperat emolumentum, aut obuenturum putarit lucrum: nam licet non promat verbis, quod eius pectori commissum est, vultus fortè indicabit habitu: cúmque sæpè legantur in oris adspectu, quæ geruntur cordis abstruso, quæ conueniebat alto silentio signari, prodentur signis, etsi non referantur verbis: *Sulla*, aiebat Seneca epist. 11, Seneca. *tunc erat violentissimus, cùm faciem eius sanguis inuaserat: nil erat mollius ore Pompeij: numquam non coram pluribus erubuit: vtique in concionibus.* Quantumuis *Sulla* animi furorem niteretur dissimulare, ipsa vultus excandescentia prodebat, & oris habitu publicabat: Pompeij roseus color ingenuum ac verecundum animum testabatur, sicque per oris rimulas vtriusque inuestigabatur cordis affectus, vt certus redderetur aspicientis obtutus. Itaque Pompeium modestum vultus publicabat, Sullam feruentem iracundia prodebat. Ergo cùm ore sæpè legatur, quod interno animo non sine studio reconditur, oportet nulli tacenda committere, ne fortè sine verbis tentauerit publicare. Hinc prudentes, si alicuius ministerio opus habeant ad bonam rerum gubernationem, illi, quæ referare cupiditas suadere, possit, non indicant, scientes fideles etiam commissa tibi non semel prodere vultu, etsi non prodiderint verbo. Hinc noscres cur Deus Gedeoni, quem ad prælium cum Madianitis vti optimum ministrum elegerat, facienda non simul; sed per partes indicarit: *Dixit Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos.* Si iubet ducere experiendos, cur antea, quam biberint non declarat reiiciendos, & approbandos Rem adeò magni momenti Gedeoni committit securus, & exigui momenti circunstantias celat ad speciem cautus? Iubeat lambentes aquas retineri, genua curuantes dimitti, ne si postquam aquas hauserint, eligendos, reiiciendósque expresserit, aliquam indecoræ suspicionis dederit causam, aut Gedeonis fidelitati Inusserit notam O bonam Principibus eruditionem! Noluit Deus antea experimenti formam declarare; imò iam iam omnes biberant, & nihilominus sententia manebat suspensa, ne si antè vlla Gedeon polleret approbandorum notitia, genua curuantes errare, ipsa vultus proderet dispicentia: vti fidelissimus sibi commissa silentio premeret; fortè tamen naturali oris perturbatione aperiret, quo & iubentis frustraretur studium, & irritum foret experimentum. Adest Abulensis quæst. 9. *Hic sæpe* Abulens. *loquebatur Deus Gedeoni & non dicebantur omnia hæc simul, causa autem fuit, quia si Gedeon sciuisset quod erat signum eorum ad bellum, & quod reiiciendorum, cùm ipse desideraret, quòd multi irent ad bellum, quia putabat hoc securius, verbo, vel signo expressisset, quem modum bibendi ipse vellet habere Israelitas.* Ne verbo aut signo quæ debebant celari, contigerit aperiri, ea solùm commisit tunc Dominus Gedeonis, quæ instabant, non quæ post ad fontem accessum sequenda erāt. Sibi obiecerat Abulensis Gedeonis sanctitatem, fidelitatémque: *Dicetur quod non faceret hæc Gedeon: quia peccaret declarando signum Dei quod ipse volebat esse occultum.* Sed respondet: *Dicendum quòd quamquam Gedeon ab intentione non ostenderet verbo aut nutu alicui quem modum de istis duobus bibendi tenere deberent; tamen cùm ipse cuperet quòd Israelita biberent, taliter vt omnes vel multi irent ad bellum, quando videret quòd aliqui flexo vtroque genu bibebant, conturbaretur necessariò*

vultus

vultus eius: nam affectio hominis in vultu significatur, nec est facile eam omnino tegere. Concludit satis ad politicam idoneè: *Ideò ne Gedeon magis in vnam, quàm in alteram partem moueretur, voluit Deus adhuc occultum sibi esse signum.* Si Gedeon aliquod sibi emolumentum crescente numero arbitrati posset obuenturum, quantumuis vti fidelissimus verbo, celanda non promeret, naturali tamen commotus affectu, ipso vultus habitu bibendi modum, dum alium reprobat, indicaret, ad bibendúmque accedentes instrueret. Ergo Deus Reipublicæ negotia tractans, & ad tractanda suis factis informans, ea tantùm ministro etsi fidelissimo, quæ celari non poterant, aperuit; sed cætera reseruauit, nec vultu effluens cordis affectus, ore silenti indicaret quæ oportebat silentio tegi.

147 Cùm Christus Dominus per Samariam transiret, Samaritani recipere detrectarunt: nouerunt namque in Ierosolymam sibi infensam tendere, illácque solùm excursim transire: *Non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ierusalem.* Profectò reddita causa est notatu digna, cùm non differat euntis facies à facie commorantis. Si diceret Euangelista: quia cognouerunt Ierosolymam velle tendere, prompta & facilis esset ratio; at cùm dicit euntis notasse faciem, citat studium ad indagandum mysterium: *Quia habebat,* inquit, *faciem euntis:* quasi ipsa facies animi votum prodiderit, & sine vllo nutu desiderium intuentibus declarauerit. Notauit Theophylactus in catena, & Beda imbi: *Ierusalem ire conspicientes Samaritani Dominum non recipiunt: non enim contantur Iudæi Samaritanis, vt Ioannes ostendit.* Voluntatem corde abstrusam ab ore venabantur: quia quodammodo euaporabatur in facie, quod occultabatur in corde.

Luc. 9. v. 53.

Beda.

148 Deus Abrahamum iubet hostiam de filio parare, & ad montem non modico interuallo distantem ducere: quæ omnia eius virtuti deseruiebant probandæ, sæculísque in exemplum proponendæ: *Tentauit,* inquit, *Deus Abraham.* Et cur non præcepit filium ad montem ducere, quin futurum holocaustum adeò maturè declaret? Satis erit imperare sacrificium ipso in montis vertice, quando non videtur conducere ad sacrificium præscientia, aut ad holocaustum notitia. Omnia Sacramento necessaria deferre iubeat, ibíque aliis repudiatis hostiis vnigenitum aris deposcat, ne dum holocaustum fore præmuntiat, patris cor anticipatè distorqueat. Non solùm tentare voluit offerentis animum; sed experiri etiam ministri secretum, si fortè aliquo vultus signo detegat matri, si fortè longo itinere sic vultus tristitudine, pedum tarditate, ambiguitate verborum rem seruis indicet, & ad impediendum armet: si fortè filius iam holocausto proximus ex oris paterni habitu posset coniicere quæ ignorabat Dominum imperasse. Hæc omnia vrgentissima erant tentamenta ad diuulgandam ministri prudentiam, & offerentis constantiam: si enim alius esset Abraham, quantumuis sibi iussa silentio premeret, vultu indicaret, verùm is fuit, vt nec Sara potuerit coniicere, nec serui diuinare; imò nec filius ipse citissimè immolandus, at de victima rogitans patrem, prænoscere: *Cùm duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi: at ille respondit: Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham: Deus prouidebit sibi victimam holocausti.* Mira res, vt seruum se ostenderet, se patrem nesciuit; eodémque vultu, quo arietem obtulit, offerre tendebat filium; vtque nullus, si tenderet agnum immolaturus, ex eius vultu filium immolandum coniiceret, ita neque ex ore, quando filium tendebat aris sacraturus diuinaret. Adest Veronensis Zeno satis opportunè serm. 1. de Abraham: *A filio ad agnum transtulit dexteram semper lætatus, & gaudens, nec mutatus est vultus eius, cùm esset victima commutata.* O quam decantandum sæculis Abrahamum Numinis ostendit tentatio; nam cùm naturale adeò sit, quæ discupiuntur vehementer, oris indicare nutu, quamuis ob silentij religionem nullatenus promantur verbo; nec verbo, nec vultu quid ostendit, sed ministri munus ornauit. *O qui seruum Domini,* Addit Veronensis Zeno, *ita se esse memineral, vt patrem se esse nesciret.* Paterna affectio consulebat mœstitiam aliquo signo manifestare, & impedimenta ipso vultus habitu, sibi perquirere; at talis fuit Abrahamus, vt vultu sibi non solicitauerit commodum; sed implere gestiuerit sacrificium: *Nec mutatus est vultus eius, cùm esset victima commutata: seruum Domini ita se esse memineral, vt patrem se esse nesciret.* Tentatus resplenduit, & ministri munus ornauit. Verùm cùm non inueniantur plures Abrahami, sed ille vnicus hoc facto resplenduerit sæculis omnibus decantandus, curabit reipublicæ administer nulli committere, quæ naturali vultus habitu possit detegere.

Zeno.

---

§. XXXII.

Ministri munus detorquere solent ad propria commoda, cùm debeant vti ad Principi, & Reipublicæ profutura.

149 PRincipis studium vtilia Reipublicæ vigilanti solicitudine tractat, illíque sunt cunctis profutura gratissima: quia de communi vtilitate resplendet rectoris gloria; verùm cùm per se ipsum non possit omnia complere, & ministris opus sit vti, non semper quod communi saluti conducit, resplendere potest perfectum: quia aliquando praua ministri actione exorbitare solet detortum. Non dubites plures ministros laudabiliter insudare, & communi saluti studiosissima vigilantia consulere. Et quidem prudenter efficax, & efficaciter prudens minister magnum est Principis leuamentum, & Reipublicæ magnum subsidium. Audi Cassiodorum 5. var. 17 ministri sedulam solicitudinem dilaudantem: *Magnum genus incitamenti credere desiderata compleri. Dudum igitur magnitudini vestræ ex Italiæ littoribus officia iussimus præparare nautarum, vt dromones, quos industria fabricare valuisset, manus remigum prouisa susciperet; sed tu iudicio nostro, electionique respondens ostendisti, quàm fuerit indubitata perfectio efficacissimis imperare, quod quæritur. Renuntias illico completum, quod vix credi poterat incheatum.*

Cassiod. Indubium lucrum est efficaci commendare exequenda.

Digitized by Google

inchoatum. Addit: *Ornasti Rempublicam tua institutione reparatam: non habet quod nobis Græcus imputet, aut Afer insultet.* Solicitus minister Reipublicam reparat, & gloriam Principi parat; verùm ita nonnulli publicæ vtilitatis causas deriuare solent ad commoditates proprias, vt opus sit non solùm profutura iubere; sed & detorquendi iussa occasiones præcidere: satis non est prudenter cogitata iniungere, si non benè contigerit adimplere. Cùm oporteret ad aquas milites deligi, & à Deo electis lampadas tradere, Deus Gedeoni imperat exercitum omnem haurire aquas; eo tamen discrimine, vt qui lambuerint, ab aliis seperentur: *Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.* Iam erat actio absoluta, quin sententia Numinis cognita. Abulensis quæstione 9. inquirit cur Deus, qui ad aquas iusserit Gedeonem milites experiri, distulerit approbationis modum indicare. Respondétque oportuisse modum celare, ne Gedeon, vt plures haberet milites, aut signo, aut verbo aliàs reiiciendis bibendi modum indicaret, & votis Principis contraïret. Audi Abulensem: *His sæpè loquebatur Deus Gedeoni, & non dicebantur omnia hæc simul: causa autem fuit, quia si Gedeon sciuisset quod erat signum eundum ad bellum, & quod reijciendorum, cùm ipse desideraret quod multi irent ad bellum, quia putabat hoc securius, verbo vel signo expressisset quem modum bibendi ipse vellet habere Israëlitas.* Profectò hæc cautela non tam Gedeonem respiciebat, quàm eruditionem futuris sæculis ministrabat: & quidem licèt sciret Gedeon approbationis signum, vti fidelissimus secretò premeret, ne peccaret; verùm vt ostenderet oraculum quæ in commune benè iussa, non semel à ministris ad propriam vtilitatem detorta, vel Gedeonem facienda celauit, ne dum putat sibi securiùs, vtiliúsque fore ad plures habendos milites secretum promere, contigerit aperire.

Abulens.

150 Moyses & Aaron Ægyptum ingressi percussum virga fluuium in cruorem vertunt: computruit aqua, nec Ægyptij poterant bibere: *Computruit fluuius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota terra Ægypti.* Ægyptij ad durissimos cogebantur labores, vt siti occurrerent, & quodammodo leuarent: *Foderunt omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam, vt biberent.* Quid tunc? Magi Pharaonisque ministri virgis referiunt, quàm Ægyptij ad leuandam sitim ingenti labore quæsierant aquam, & in cruorem etiam transmutant, non modicè adaugentes miseriam: *Similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis.* O verè maleficos, pessimósque incantatores! Si non potestis virgâ à Pharaone vobis concessâ aquam ad pristinum reducere statum, non adaugeatis tormentum: si exiguam aquam tot sudoribus quæsitam, tot ab Ægyptiis laboribus comparatam in sanguinem commutatis, durior ardentiórque sitis omnes inflammabit, & miserabiliùs aduret. Ergo ne imitemini, si Moysi non obnitimini. Philo, vt erat diserti ssimus, hoc testatur fecisse Magos cum Moyse contendentes, ne quis putaret se illarum artium rudes imperitósque esse: vt ergo vanitati suæ adulentur, omnium vtilitati refragantur, & qui vti Pharaonis ministri occurrisse deberent calamitati, suppetias ferebant miseriæ: paruipendebant namque, dum ipsi inflatissimi opinione fulgerent, suorum saluti consulere: *Sophistæ Magique quotquot aderant*, scribit lib. 1. de vita Mosis: *Quid vos terret, inquiunt? nec nos sumus rudes talium artium, & nos talia perpetrare possumus.* Vt quæsitæ sibi artificio potentiæ studeant, calamitatem adaugent, & Sophistarum munus ad vanitatem propriam & splendorem detorquent. Grauioribus, si expendas, per suos Ægyptus laborabat ministros, quàm per contrarios, dum illi honoris ambitiosissimi communi vtilitati inueniebantur oppositi.

Exod. 7. v. 21.

Philo.

Cassiodorus 12. variarum 10. depingit florenti 151
stylo Principis exactores, qui cùm prudenti exactione deberent tributa exigere, inueniebantur longissima debitoribus spatia temporis prorogare, & hoc misericordiæ genus non erat in Principis commodum, nec in soluentis auxilium; sed ad concedentis fellitas inducias improbandum semper augmentum: sibi fingebant spatia concedentes tributis soluenda eáque vtebantur fellitâ misericordiâ, vt debitores illis semper soluerent, Regi deberent: *Parcendo*, inquit, *non parcitis, exonerando prægnatis, & dum venales moras quæritis, tributi onera duplicatis.* Eo pretio vectigales emebant moras, quo possent extenuare pendenda regi tributa; verùm dum vt moras emerint, exhauriuntur, prorsus tributa euacuantur: vnde fit, vt qui exactoris donabatur officio, & soluenti inueniatur inimicus, & Principi prorsus aduersus. Superiùs monui plures inueniri Reipublicæ administros, quibus cordi est eius salus, quíque impensissimo studio generalitatis felicitatem exambiant, nec quid ad propriam vtilitatem detorqueant; verùm quia non paucos potestate constat abuti, & in ipsum munus armari curauit sedulè Princeps super ministros inuigilare, vigilantiáque cohibere.

Cassiod.

Elias ille magnus cùm videret homines diui- 152
tiarum copia abuti, & ad fouendas voluptates detorquere claustra iniecit nubibus, vt dum homines adurgentur fame non studuerint libidini: erat in vacuum exhortatio, vt voluptati reprimeret deditos, & ob id aggressus est coërcere austeritate ieiunij, quos nequibat vrbana refrænare adhortatione consilij. Fugit hominum consortium: nam quamuis fames esset opportuna medicina, medici exacerbabantur præsentia, & ne laborarent grauiùs ipso remedio, si inflammati furerent odio, opportuno decreuit exulare interuallo. Ergo desertum incolenti corui delegantur ministri, qui panes & carnes deferant, & egentis necessitati succurrant: *Abscondere*, monet illum Dominus, *in torrente Carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, coruíque præcepi, vt pascant te ibi.* Corui traditum sibi panem & carnes alacriter deferebant, & sedulò ministrabant: *Corui deferebant ei panem, & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi.* Abulensis quæstione 15. existimat fuisse Angelos coruorum specie Eliæ ministrantes: *Possumus dicere istos fuisse Angelos, qui ministrarent Eliæ ducendo ei cibos.* Dum corui, quibus innata est carnium voracitas, & auiditas, legatione vtuntur, non vt sibi rapiant,

3 Reg. 17. v. 3.

Abulens.

sed

Digitized by Google

ſed vt alendo Prophetæ ferant, Angeli comprobantur, etſi cornua nigredine conteguntur: eſt enim prorſus inſolitum opportunam occaſionem nactum miniſtrum ſibi non attendere, ſed incorruptè inſeruire. Si corui eſſent, non parum ſibi vſurpaſſent. Ergo quantumuis ſpecies perſuadeat coruos, incorruptum munus teſtatur Angelos: Miniſtri namque non ſemel munus ſibi accommodant, non ſe muneri.

§. XXXIII.

Dum quis plus humanarum rerum exambit, & periculum grauius ſubit.

153 NAtura paucis contenta eſt: vitam agit veluti omni periculo alienam qui concupiſcentiæ à pectore exterminauit inſaniam, & ſpeciosè fallacem abſtulit ſplendentibus cruſtam: fallacibus inhiamus, addiximus animum cupiditati, cui indulgere initium omnium malorum eſt: ambitioni tradimur, voluptatibus mancipamur, nec mirum eſt ex tam variis, intérque ſe altercantibus concupiſcentiis immortales oriri lites. Quàm benè Seneca epiſt. 110. *Hoc ipſi mihi dico, quoties tale aliquid perſtrinxerit oculos meos, quoties occurrit domus ſplendida, cohors culta ſeruorum, lectica formoſis impoſita calombus. Quid miraris? Quid ſtupes? Pompa eſt, oſtenduntur iſta res, non poſſidentur; & dum placent, tranſeunt. Ad veras potiùs te conuerte diuitias, diſce paruo eſſe contentus, & illam vocem magnus atque animoſus exclama: Habeamus aquam, habeamus polentam. Ioui ipſi de felicitate controuerſiam faciamus.* Quàm diſertè dixit! vt enim putabatur Iupiter extra periculorum aleam, extra diſcriminum controuerſiam, extra fortunam turbulentam, & toruam; ita qui paucis viuit contentus, & nulla ex iis, quæ ab aliis ardentiſſimè quæruntur, deſiderat ambitioſus, extra controuerſiam viuit. Non naturæ inſidiatur latro; ſed auro: odit ambitorem ambitor vt ſuæ felicitatis impedimentum, non refugit naturæ conſortium. Quæ circa hominem ſunt, quæruntur: ſi abiecerit, iam nulla lis eſt. Stultum iudica, qui beatam vitam in auro & argento poſuit, inſanum, qui ad tranquillitatem faſtigium dignitatis ambiit: hæc namque ſitim poſſidentis non ſedant, ſed aliorum cupiditatem inflammant, ac manus inuidentium proritant: vtque noueris quàm indecorè repat, quàm hoſti ſubiaceat, qui hydropicâ inflammatus ſiti hæc fallacia bona deſiderat, à Dominicis triumphis exulauère reiecti fugientem vndam auidiſſimè hauritentes & nunquam ſatiati exhaurire ſemper feſtinantes: *Qui lingua lambuerint aquas, ſicut ſolent canes lambere, ſeparabis eos ſeorſum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt.* Quærunt interpretes, cur oraculum lambentes elegerit, & ad tabernacula alios remittendos iuſſerit. Abulenſis quæſt. 10. ait: *Qui procumbentes bibebant, confidentiores erant, ſcilicet bibentes ſpatiosè proſtrati in terram, nec timentes hoſtem; qui verò lambebant aquas, bibebant velociter præ timore, & non audebant procumbere terræ, vt non grauarentur ſurgere irruentibus hoſtibus, ideò hos elegit.* Expende qui pleno ore hauriebant aquas non adeò facilè potuiſſe hoſtiles vitare adſultus, & aduerſariorum ictus: dum proſtrati terram verrunt non prompti ad fugam; ſed expoſiti inueniuntur ad prædam. Et quidem dum plus aquarum ſitiunt, ſe hoſtili audaciæ & cupiditati proſternunt. Qui lambuerunt aquas, facilius poterant hoſtem eludere, & eius arma repellere. Vt veriſſimam noſtram theſim agnoſcas, ſcilicet quò quis ardentiùs hæc volatica oblectamenta exambiſſe probatur, eo ampliùs ſe diſcriminibus obieciſſe, & hoſtiles manus armaſſe.

Seneca.

Humana tranſeunt, dum oculos gratè alliciunt.

Abulenſ.

154 Lia & Rachel repetentem patriam maritum geſtiunt comitari, quin patriæ cognatorúmve poſſint vinculis detineri. Lia nil è paterna domo tulit contenta ſponſi conſortio, Rachel inhiauit cupida auro: *Rachel furata eſt idola patris ſui.* Furtum latere non potuit, quantumuis Rachel ſagaci cautela fuerit vſa, & quod in muliere miraculi ad inſtar eſt, nulli ſecum deferre manifeſtarit idola. Itaque cùm Laban ſe auro diſpoliatum agnoſceret, manum cogit, & fugientem comprehendit: Iacobo furtum exprobrat; at ille reſpondit: *Apud quemcumque inuenerit Deos tuos, necetur coram fratribus noſtris:* Ecce Lia mortis periculo non terretur, quando Rachel perturbatione ingenti concutitur, & metu acerrimo exagitatur. Lia in procelloſis perturbationis fluctibus quieſcit tranquilla, Rachel quantumuis ſedeat, angitur variis, ac ſeſe collidentibus cogitationibus perturbata: nec enim poterat graue non ſuſtinere mortis periculum, qui Labani concupiuerat aurum: eſt enim diſcrimen cum ipſa cupiditate quodammodo concarnatum, & ipſi ambitioni immixtum: licèt exteriùs placidè ſe otiari mentiatur, qui cupit, aduerſarios ſuſtinebit, & pericula ſubibit: *Poteſt per Laban*, ſcribit Gregorius apud Gloſſam, *mundus exprimi, qui cum furore Iacob ſequitur.* Adiicit moraliſſimè: *In idolis auaritia ſignatur, quæ eſt idolorum ſeruitus: Laban veniens apud Iacob idolum non reperit: quia oſtenſis mundi diuitijs Redemptori noſtro diabolus veſtigia concupiſcentiæ non reperit; ſed quæ Iacob non habuit, Rachel ſedendo operuit, quæ interpretatur ouis.* Profectò Rachel ouis ad inſtar à ratione deſciſcere videbatur, dum credidit ſe poſſe inhiare auro, & carere diſſidio: quam in auro colit, diuinitas eſt mentita, & quam patitur ob aurum, diſcriminis pœna eſt vera. Ergo qui tranquillè deſiderat conuerſari, nihil Labani, hoc eſt, mundi geſtiat præripere; imò nec deſiderare.

Genes. 31. v. 19.

Genes. 31. v. 32.

Gregor.

155 Saül Dauidem amore proſecutus eſt, dum mulierum cantus eius non percuſſit auditum, & inuidentia inflammauit affectum; vt tamen agnouit maiori Dauidem plauſu celebrari, illum & decreuit perſequi: Dauid libertatis aſſertor vt proditor oculis notabatur, compellebatur antris latitare, exerrare montibus, humaniſque ſe ſubducere aſpectibus: nec ſatis erat fuga ad ſalutem: coacto námque exercitu Saül illum obſtinato adeò animo perſequebatur, vt à vindictæ curſu nullis incommodis frænaretur; dormiebat tamen in tentorio, haſtámque terra fixerat, & quidem ſatis ſtultè: nam ſi olim regibus erat pro ſceptro, non poterat indulgente Principe ſomno, figi remota à periculo. Dauid tentorium intrat, oſoris contra Abiſaï ſuſcipit patrocinium, ſed defixam haſtam aufert, non vt auferat; ſed vt reddat:

competenti iam interuallo dormientem exitat, periculum declarat, haſtámque reſtituit. *Ecce haſta regis, tranſeat vnus de pueris regis, & tollat eam.* 1. Reg 26. v. 22. Quid tunc? *Ait Saül ad Dauid: Benedictus tu fili mi Dauid. Et quidem faciens facies, & potens poteris. Abiit autem Dauid in viam ſuam, & Saül reuerſus eſt in locum ſuum.* His immoremur tantiſper. Si Saül totis conatibus Dauidis procurabat venari notitiam, ſi ardebat inferre plagam, cur modò ab inceptis deſiſtit, & domum repetit, & quomodo iam dilaudatur benedictus, qui filius mortis damnabatur ſugillatus? Textus aperuit cauſam: Erat olim haſta regni inſigne, & dum putauit Saül inhiare Dauidem haſtæ, illum eſt ſtudioſiſſimè inſectatus, & acerrimè perſecutus; at cùm agnouit haſtam non ambire; ſed ablatam Saülı iterum delegare, iam deforbuit ira, & iam ceſſauit maleuolentia: nec enim Dauid ambitione nudus diſplicebat; ſed vt putabatur, regni candidatus exulcerabat: ſe omni Dauid periculo exemit, cùm haſtæ renuntiauit. Rabbanus apud Gloſſam in aquæ ſcypho adumbratam exiſtimat legis gratiam, in haſta regni potentiam: *Scyphum aquæ, id eſt, gratiam legis abſtulit, & ſceptrum regni.* Rabban. Dum reſtitutione oſtendit ſe regnum non ambire, redit in Saülis gratiam: quia Saül non aduerſabatur nudam perſonam. O verum! Quiſquis carere aduerſariis optat, diſcupiat nihil ex rebus humanis: nam timor carendi concupitis inflammat hoſtes, & dum quis putat ſe amittere, quod alius geſtit lucrari, odit geſtientem lucrari, ne contingat ſibi amittere.

156 Ambitioſi temporalibúſque inhiantes deberent ad ſui tutelam conducere exercitum, & emere gladiatorem: vt enim qui alium iniuria affecit, ſibi omni loco præcauet, & ſemper timore agitatus viuit, ſic qui hæc volatica gaudia exambit, & pericula vbique ſubit. Audi Plutarchum lib. de cupidit. diuitiar. Plutarch. *Propter ambitionem, oſtentationem, & inanem gloriam, ne neceſſe eſt vt viſcerationes dent, largitiones faciant, aſſectentur, dona mittant, exercitus alant, gladiatores emant.* Omni cupidus, ambitioſúſque miſeriæ ſubiacet: indignè ſe demittit, & pluribus odioſus gemit. Itaque exercitum debet alere, ne oppugnetur, & aſſectari, aſſentaríque maioribus, vt inania conſequatur. Semper neceſſaria cupiditati ſunt arma, & pendere tenetur ſemper indigna abiectæ demiſſionis tributa.

§. XXXIV.

Corpori nimis ſtudiosè non ſeruias, vt latentes hoſtis deuitare poſſis inſidias.

157 FAteor inſitam nobis corporis charitatem; verùm vt latet anguis in herba, charitatis ſpecie latere ſolet fallacia. *Sic gerere nos debemus*, aiebat Seneca epiſt. 14. Seneca. *non tamquam propter corpus viuere debeamus; ſed tamquam non poſſimus ſine corpore.* Hæc mortalis vita quam Adami poſteri gerimus, laboribus implicatur, neceſſitatibus adurgetur, fame ac ſiti aduritur non: non poſſumus non his naturæ indigentiis ſubuenire; at cautè curandum eſt, ne vitium ſubrepat neceſſitatis fuco veſtitum, & fucis falſiſſimis coloratum: nam vt piſces hamo, ita homines ſæpè capiuntur ſubueniendi corpori deſiderio: quibus corpus nimis charum eſt, facilè patent aduerſariorum inſidiis: nam cupitis allecti pereunt non ſemel incauti: adeò corporis agunt ſolicitè curam, vt rationis dignitatiſque non ſemel ſtatutam tranſiliant metam: vtque miles, ſi à caſtris diſcedat, non ſemel eſt inimicorum præda, & excubantium lætitia, ſic qui nimium corpori indulget, dum à ſobrietatis caſtris diſcedit, non ſemel aduerſariorum manus incurrit, aut ſaltèm quibus redimiri gloriosè poſſet, triumphorum laudibus caret. Euitanda ſunt incommoda, eo tamen modo, quo euitentur etiam pericula. Excogitare debemus per ea ipſa, quibus noſtris neceſſitatibus ſubuenimus, negotium aduerſariorum præter opinionem agere, & pericula nobis aſcicere. Ob id fortè Deus Gedeoni mandat ad aquas milites experiri, ita tamen vt qui flexis poplitibus ſe quodammodò ad hauriendas aquas effuderunt, militari honore manumittantur priuati; qui verò lingua lambuerint aquas, admittantur electi, qui non ſolùm gaudeant adlectionis gloria; ſed æterna detriumphatis hoſtibus fama: *Fuit numerus eorum, qui manu ad os proiciente lambuerunt aquas, trecenti viri; omnis autem reliqua multitudo, flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian. Omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum.* Cùm hic aut alter bibendi modus parùm videatur ad milites eligendos conducere, quærunt Interpretes latens profundè myſterium. Putat Theodoretus quæſt. 15. in Iudices eos, qui manu libarunt aquam, vti ignauos vel ſuæ vtilitati non attendiſſe ſolicitos, ob idque in cæleſtis auxilij commendationem electos. Et quidem in curandis corporis rebus non ſemel laudabilior eſt ignauia, quàm diligentia. *Cùm plures celeriter ſe demittentes* (Theodoretum audit) *genu flexo biberent; trecenti verò per ignauiam hoc non agentes manu aquam ori admouerent, hoc ſolos vt ignauos & ſocordes iuſſit in hoſtes irruere.* Theodor. Socordes ad corporis commoditates ſectandas, ad explendam ſitim cunctabundos iuſſit arma capere: hi namque quanto ignauiores ad ſectanda commoda, aptiores inueniebãtur ad prælia: vt è contra qui ſiti indulgentes ſe profuderunt expanſi, contra hoſtes inueniebantur inepti. Audi noſtrum Seratium quæſt. 6. *Quemadmodum de canibus è Nilo bibentibus, & crocodylos extimeſcentibus dictum anteà quæſt. 3. videntur iſti trecenti genua ideò non flexiſſe; ſed carptim tantum modo canis aquam lambitaſſe manibus quòd timerent, & ad fugam, ſiſtarent, multò eſſent expeditiores.* Seratius. Canes è Nilo bibentes crocodylos fluctibus latitantes verentur, & ne ſalutis pretio ſecundæ ſitis, vacarint ſtudio, celeriter aquas lambunt, vtque latens vitarint periculum, plenum ſiti non afferunt refrigerium: ſatius æſtimantes ſuſtinere aliquantulum patienter ſitis ardorem; quàm ob breuem voluptatem profudiſſe ſalutem. Ergo qui horum canũ ad inſtar corporis neceſſitatibus conſulunt, electi ad bella procedunt.

Siſara

Siſara terga vertere compulſus,& ſyderum ſpiculis effugatus ad Iaëlis tabernaculum peruenit, cúmque ſiti adurgeretur ardentiſſima, pauxillum
Iud 4.v. 19. aquæ popoſcit: *Da mihi, obſecro, paululum aquæ, quia ſitio valde.* Verba inter ſe diſſidere videntur: cur aquam taxat, ſi ardentiſſima ſiti exæſtuat? Aquam poſtulat copioſam,& ſitim declaret anhelam, vt Iaël latices præbeat abundantiores, quibus ſitis calorem valeat extinguere, non paucitate irritare. Profectò qui periculum effugere procurabat, prudenter ſe continuit, nec ſiti plenè ſatisfacere ſtuduit: vtque noueris quàm ſaluti fuerit contrarium totum naturæ explere, aut deliciis vincere deſiderium, vide quid Iaël obtulerit: *Aperuit*, inquit, *vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum.* Idem fuit abundantiores præbere cupedias, & operto vultu mortis alectſcere anguſtias: dum ſitim lautius extinguit, dum corporis neceſſitatibus ſine moderamine inſeruit, imprudentiſſimè accerſiuit ſomnum, & perforantem tempora tulit clauum. Si pauxillo aquæ ſolùm temperaſſet ardorem, nec adeò placidè ſomnus irreperet, nec dure adeò tempora clauus transfoderet; at dum ſine temperantia bibit, incautè periit. Adeſt Hugo Cardinalis:
Hugo. *Aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, id eſt, aquam dulcem ad modum lactis, vel etiam ipſum lac, quod naturaliter ponderoſum eſt, vt ſi vellet anfugere, de facili non poſſet, & quod grauius eſt, obdormiret, vt poſſet eum occidere.* En qui armatam cœlorum militiam fugerat,qui Barach valentiam fruſtrarat, illigatur deliciis,& perit lactis illecebris. Securiùs morti tradiderunt exundantia corporis commoda, quàm aduerſariorum armata caſtra. Et quidem ſi pauxillo ſolum aquæ, vt popoſcerat, placaret ſitim,non tuliſſet acerbam mortem; at dum copioſe bibit,dum lactis dulcedinem auidiùs hauſit, ſe morti imprudentiùs offert: ſunt namque quæ exambimus copioſiùs corpori commoda, aduerſa ſalutifera. Corpori ſeruiendum eſt, eo tamen moderamine, vt vigilare poſſit contra hoſtiles inſidias ſenſus; alioquin ipſa triumphabit commoditate inimicus.

159 Iſaac morti, vt putabat ipſe vicinus tenationis deliciis amat, vt Eſau oblatis cibis benedictionem acquirat. Rebeca, cui oraculum futura manifeſtarat, opportunam nacta occaſionem, Iacob opiparos cibos iubet afferre, & ſic ſine dolo dolum contra Iſaac placitum concinnare: *Cùm*
Gen. 27. v.25. *oblatos (cibos) comedi ſſet, obtulit ei etiam vinum, quo hauſto dixit ad eum: Accede ad me, & da mihi oſculum, fili mi.* Ecce famelico quantumuis cæcutienti error non irrepſit, nec fallacia mentis aciem obtenebrauit; at dum lautè prandit, dum ſaporatis cibis, vinóque annoſitate decrepito, famis ſitiſque deſiderium eximit, & periculum imprudenter inuenit: cibi ſaporibus delitescebat fallacia, & vini dulcedine prælualebat decens aſtutia. Laudabilem fraudem hauſit cum vino, & præſentia mens non attigit ſubornata ſaporatiſſimo edulio: dum hœdus duplex pro ferculo eſt.dū copioſus vini hauſtus adulatur ſiti, animus accedit præter opinionem erroni. Et quidem quod in Iſaac, Iacóbque extitit profundum myſterium, quale ſecum afferre ſoleat lautus cibus & potus, declarauit nobis periculum:
Auguſt. *Iſte dolus*, ſcribebat Auguſtinus lib. 16. de ciuit. cap. 37. *ne putaretur fraudulentus dolus, & non in eo magna rei myſterium quæreretur, ſuperiùs prædixit ſcriptura: Erat autem Iacob homo ſimplex habitans in tabernaculis. Quis eſt in iſta benedictione percipienda dolus hominis ſine dolo? Quis eſt dolus ſimplicis? Quæ filio non mentientis, niſi profundum myſterium veritatis?* Addit Procopius Procop. in cap. 27. *In ſenectute obſonio vtebatur duorum hœdorum.* Sine temperantiæ iniuria lautè epulatus admiſit dolum, & poſteris explicuit myſterium, ſcilicet latere in cibis fallaciam, in vino fraudulentiam, corporis commoditatibus tegi aduerſariorum cautelam, & effectum ſortiri luctam, dum Iſaac, cui domi cibus. lautitias appetit, dum delicatas ſolicitat ſibi cupedias, dum curat ſtudioſè venerationis delicias, ſibi ipſi aduerſatur, & deſideratis præter opinionem opponitur: vt noueris quanta ſit neceſſaria cautela in curandis corpori commoditatibus, & quàm nimium ſtudium expolitum ſit erroribus.

In Iob dæmonis armatur ſæuitia, eius furens 160
tyrannis commouet elementa: Sabæos inuitat ad rapinam, in greges ardentem adducit flammam vlceroſis plagis eius corpus atterit; non tamen inuenies omni ex parte ventorum flatibus impetitum, cùm eius filij, dum ventri indulgent, dum conuiuia inſtruunt opipara, dum generoſo potantur vino, omni ex parte euerſo ſepeliantur ædificio: *Ecce alius intrauit, & dixit: Fliis tuis* Iob.1.v.18. *& filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos ſuos, & mortui ſunt.* Iobi domus, vbi nulla referuntur conuiuia, nec ventorum ſuſtinet prælia; eſt vbi filij lauta fruuntur menſa, imminet etiam ruina: occaſionem nactus eſt aduerſarius filios interimendi, dum lautitiis inuenit addictos, deliciis deditos, & conuiuiis periodicè repetendis dicatos. Et quidem filij Iob ſobrietatis metas non excedebant;ſed concordiæ, fraternitatiſque leges conuiuio repetito firmabant: verùm vt noſcamus quàm ſit vicinum periculum corporis negotia ſtudioſè curanti, & voluptatibus indulgenti, ibi miſerè tulerunt excidium, vbi ſaporata fercula inuitabunt palatum. Adeſt Origenes apud Gloſſam: *San-* Origen.
cti memores quod meridiano tempore hora prandij ruina occupari ſunt filij Iob, orauerunt Dominum conſtruari à dæmonio in tenebris ambulanti, à ruina, & à dæmonio meridiano. Addit Lyra: *Veſcentibus* Lyra.
& bibentibus vinum id eſt occupatis in potationibus, & ineptis lætitiis ſecundum intentionem iſtius nuntiantis. Meridianus dæmon, vt qui concupitis ab homine deliciis in ipſum hominem obarmetur, præ cæteris nominatur:à meridiano dæmone Iobi filij corruunt interempti, dum lautiùs,dum copioſiùs ſaporatiſſimis ferculis innutriti. Ergo prudentiſſimè contra aduerſariorum pericula carptim lambuerunt aquam, qui de hoſtibus glorioſam geſtiebant reportare victoriam, ne ſi,vt commilitones, auidiſſimo ore ardentiſſimóque deſiderio ad quærendas corporis commoditates ſe effuderint, & vires ad prælíandum cum hoſtibus eneruarint.

§. XXXV.

Consuetudine vel vrgente periculo ducimur, & triumphare prolectante, victoria compediti eius vinculis immoramur.

161 SIbi ipsi imponit, qui si vrgeat occasio, consuetudine se denudandum facilè credit. Qui longo tempore aliqua exercuit, iam ad illa non it; sed ducitur; imò & cogitur. Malè se animus ad difficilia præparat. Difficulter sectatur contraria, si assuetus est sectari voluptuosa. Dauidi armorum inexperto vel adurgente occasione, & minante periculo arma extiterunt impedimenta. Et quidem si certamen illud armis foret absoluendum, non coronaretur victoria; sed hostili fuisset furori præda. Qui funda, & lapide, quibus assuetus erat, adeptus est triumphum, armis fortè non vinceret inimicum. *Miles*, aiebat Seneca epist. 18. *in media pace discurrit sine vllo hoste, vallum iacit, & supernacuo labore lassatur, vt sufficere necessario possit. Quem in ipsa re trepidare nolueris, ante rem exerce.* Addit *Exerceamus ad palum, & ne imparatos fortuna deprehendat, fiat nobis paupertas familiaris* Qui virtuti assuefactus, vel vitiis obsitus, vel voluptatibus impetitus, si non fugabit, effugiet. Transit in naturam consuetudo, & vt nullus desuescit naturam, sic rarus it contra consuetudinis efficaciam, aut vt meliùs dicam, violentiam. Claret hoc Iudicum 7. nam cùm Deus milites probarit ad aquas, vt qui illas lamberent, florerent trophæo, & qui prostrati biberent, dehonestarétur repudio: plures se terræ coæquantes aquas hauserunt: *Multitudo flexo poplite biberant.* Triumphus vocabat, electionis gloria alliciebat, hostis non longè aberat: sic tamen appetendi fluxa sunt consuetudine plures delicti, vt aquas grandi gloriæ detrimento bibere non dubitarint prostrati. Notauit Abulensis quæst. 8. *Quilibet bibebat secundum quod consueuerat, vel secundùm quod desiderabat, & certissimè cognitus sunt.* Oportebat præsenti occasione cupidos abstinere, & vt eligerentur ad triumphos, manu aquam lambere; verùm quia assueti expanso ore bibere, séque totos ad plenius fruendam voluptatem expandere, se modò effuderunt, quantumuis vicinus hostis vrgeret, & glorioſus triumphus alliceret: sic námque difficile est consuetudinis obliuisci, vt nec vocante triumpho, nec deterrente aduersario abstinere nouerint; sed se ad hauriendam aquam effuderint.

Seneca. Ne imparatos occasio inueniat, exercitium assuefaciat.

Abulens.

162 Cùm pater, & alioqui generosus, opiparas mensas ad filij celebrandas nuptias instruxisset, inuitatos iussit vocari; verùm cùm illi inurbani ac sibi ipsis inuidentes occupationes varias colorarent, ad viarum exitus seruos delegat, qui transcurrentes conducant: *Ite ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias.* Inter alios quidam sordida veste maculatus insedit: *Vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali,* Mira res: si inuitatur ad nuptias, quibus oportet festiuo ornatu, & lætiori cultu adesse, quomodo pannosus intrat contra quod ius ratióque exigebat? Quia anteà indecenti illo amictu tegebatur, & quamuis occasio aliud exigeret, indutus consueta veste imprudentissimè intrauit: vrgebant fortasse regis ministri, cúmque exiguum esset tempus, & alioquin homo ille, qui vitam sordida veste maculatus traduxerat, vestem nuptialem ad manum non haberet, ingressus est ad conuiuium, & sibi solicitauit tormentum. *Quomodo huc intrasti,* rogat Princeps, *non habens vestem nuptialem?* Et quomodo haberet vestem nuptialem, qui assuetus erat sordidam induere vestem: *Ingredienti inuenit quemdam,* scribit Origenes in catena, *qui non mutauerat proprios mores. Vnde sequitur: Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Qui omnem viam lacera veste confecerat, non habuit de facili in viæ exitu, qua splenderet, vestem nuptialem Fateor, aliud indumentum exigebat occasio; sed prævaluit consuetudo, & pannosis assuefactus, vel in nuptiis adfuit pannosus.

Matth. 22. v. 9.

Origen.

163 Sanctus Iob, vt quàm periculosa sit vitij consuetudo declaret, veluti irremediabilem nobis ostendit: peccatoris námque personam agens se vberibus lactatum dolet, alioquin cum regibus & consulibus dormiturus: *Quare exceptus genibus? cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem cum regibus & consulibus terræ.* Profectò ab animo passionibus obturbato hæ voces erupisse videntur, quando etsi vberibus lactatus, possit modò cum Principibus requiescere, cum Consulibúsque otiari: ergo exambiat post lactationem requiei solatium, si ante lactationem sorturus erat placidæ tranquillitatis silentium. Profectò cui videatur ab stultitia profectum lachrymas prodigere in deplorandis infructuosè præteritis, cùm illas quis benè possit collocare in solicitandis sibi futuris. Ergo Iob non lamentetur amisisse requiem, qua ante lactationem frueretur; sed post lactationem requiem solicitet, qua fruatur. O profundissimum documentum! Omni tempore dum vita supereſt, potest homo regum Principúmque in gratiæ regno requiem ambire, & commoditatem similem procurare; verùm vt noueris quàm difficile sit vitiis iam lactato, culpísque innutrito hâc sibi requiem solicitare, vtpote qui ferè limites desperationis attingat, Iob sanctissimus peccatoris personam gerens hanc lactationem deplorat. Accipe Gregorium lib. 4. moral. cap. 25. *Peccator cùm iam de iniquitate sua non confunditur, in iniquitate eadem etiam adminiculis pessimæ consuetudinis roboratur. Quasi genibus peccator fouetur, vt crescat, dum culpa consuetudinibus firmatur, vt vigeat: lactatur vberibus: quia dum prodire culpa in vsum cœperit, nimirum se vel falsa spe diuinæ misericordiæ, vel aperta miseriæ desperationis pascit, vt eo nequaquam ad correptionem redeat.* Difficulter redit ad correptionem lactatus, quia iam vitiorum oblectamento assuetus. Ergo Sanctus Iob deploret hac infelici lactatione se ad eum peruenisse statum, vt cum Principibus requiem iam non audeat exambire; sed compellatur quodammodo desperatus sibi denegandam non dubitare. Profectò plures homines cum peccatorum pelago se immersos, cœnosisque profundis experiuntur affixos, desponent animum, nec solicitant sibi portum, & qui ante consuetudinem salutem ambiebant, iam ipsa consuetudine peccandi eo adducuntur cæci, vt vrgenti etiam periculo iaceant prostrati, & deliciis vel properante aduersario affixi. Adde assuetum vitiis, menti virtutique restituere, clarum adeò

Iob. 3. v. 11.

Gregor.

Digitized by Google

adeò diuinitatis eſſe teſtimonium, vt nequaquam contraire poſſit malitia, etſi alia diuinitatis argumenta poſſit tegere, aut diſſimulare maleuolentia.

164 Marci 5. Chriſtus Dominus calente adhuc funere, adhuc viante Spiritu Iairi filiam ſuſcitat: Mar.5.v.42 *Confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat.* Miraculum adeò rarum excepiſſe populorum plauſus non legitur; imò arcano ad noſtram eruditionem ſilētio non puella, ſed miraculum ſepelitur. Lucæ 7. viduæ extra portam filius vnicus ſuſcitatur. & à Lucæ 7. v.16. turbis iam Dominus Propheta habetur: *Propheta magnus ſurrexit in nobis.* Ioannis 11. cùm infirmum Lazarum audiſſet, ſic ait: Ioan. 11.v.4 *Infirmitas hæc non eſt ad mortem; ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* Infirmabatur Lazarus, vt vita excedens occaſionem præberet Chriſto ſuam declarandi diuinitatem, quantumuis Iudæorum perfidia obliteretur, odiúmque reclamaret: *Vt glorificetur*, inquit, *filius Dei per eam.* Hærebit, ne immeritò: nam ſi filiam Iairi ſuſcitans, Deus, non acclamatur, ſi viduæ ſuſcitans filium Propheta tantùm habetur; cur in ſuſcitatione Lazari Deus habeatur? Quia Iairi filia, reſpondet Gregorius, nondum plenè à morte poſſeſſa: quia viduæ filius nondum plena peccandi conſuetudine obſcuratus; at Lazarus peccatorem referebat vitijs aſſuefactum, & ſi fas eſt dicere, deſperatione poſſeſſum. Ergo etſi aliis miraculis reſplenduerit ſanctitas, hic clariſſimis luminibus radiabat diuinitas, quandoquidem ſuſcitaſſe vitijs traditum & ſepultum erat diuinitatis clariſſimum argumentum, & omnipotentiæ teſtimonium indubium.

Gregor. Gregorium ſupra datum audi: *Sepulturæ aggere premitur, qui in perpetratione nequitiæ etiam vſu conſuetudinis preſſus grauatur; ſed hos ad vitam miſeratus reuocat: quia plerumque diuina gratia non ſolùm in occultis; ſed etiam in apertis iniquitatibus mortuos & mole prauæ conſuetudinis preſſos*

Chryſol. *reſpectus ſui lumine illuſtrat.* Addit Chryſologus ſatis appoſitè ſerm. 63. *Videtis quemadmodum dat locum morti, licentiam dat ſepulchro, corruptioni poſſe permittit, negat nil putredini, nil fœtori: atque vt tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit, atque agit, vt humana ſpes tota pereat, & tota vis mundana deſperationis accedat; quatenus quod factum eſt, diuinum ſit, non humanum.* Huius aut illius lethali ſceleris morbo interemptum ſuſcitare, potuiſſet haberi humanum; at virtuti reddere vitiorum conſuetudine ſepultum, & vſu peccandi preſſum, ſic manifeſtè apparebat diuinum, vt nec inficiari audeat maleuolentia, nec poſſet tergiuerſari malitia. Adde cùm recens demortui filius Chriſto acceſſiſſet patris reſurrectionem non poſtulaſſe, nec Dominum morte cognita ad vitam reduxiſſe, quò oſtenderetur conſuetudinis velut deſperatum eſſe damnum, & ratum ſuſcitationis prodigium.

165 *Domine*, aiebat adoleſcens ad pedes Chriſti de Lucæ 9. v.59. volutus, *permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum.* Et cur non obſecret: Demortuum ſuſcita? Et cur Dominus ingeſta non ſuſcitarit notitia? Quia filius fortè, inquit Gregorius datus, deſperauerat, & Chriſtus vtiliſſimam nobis eruditionem tradebat, nempe vitiis aſſuetum frequenter ſepulturæ tenebris amandandum, etſi aliquando prodigioſo miraculo virtutis reuocetur ad vitam, & ad lucis reſtituatur vſuram: Gregor. *Quartum mortuum Redemptor noſter nunciante diſcipulo agnoſcit; nec tamen ſuſcitat: quia valde difficile eſt, vt is quem poſt vſum malæ conſuetudinis etiam ad vltimum adulantium lingua excipiunt, amentiæ ſuæ morte reuocetur.* Quid formidoloſiùs? Quid veriùs?

§. XXXVI.

Chriſti Domini caſtra faſtidioſè dimittunt incautam fiduciam, adleguni ſtudioſè fidentem cautelam.

166 VIrtus in æquilibrio ſtat, & inſtar funambulorum ſic rećto tramite incedit, vt ad nullam partem pendula ſemper inclinet: nam vt funambuli totam dexteritatis laudem deperdunt, grauiſſimúmque diſcrimen incurrunt, ſi non benè veſtigium collocarint; ita qui virtutis procedunt via, ſic directè tendere oportet, vt rationis ſequantur ductum, aliter laturi naufragium. Plato ſplendidos toros ornarat: calcauit Diogenes, qui rogatus quid faceret, reſpondiſſe fertur: calco Platonis faſtum. Cui Plato argutè: Calcas, ſed maiori faſtu. Innuit Tertullianus de pallio cap.4. Tertullian. *Alius & ſericatus & crepidam eratus (dignè quidem vt bacchantibus indumentis aliquid ſubtinniret cymbalo.) inceſſit. Quod ſi iam tunc locorum Diogenes de dolio latraret non cœnulētis pedibus, vt tori Platonici ſciunt; ſed omnino totus Empedoclem in adyta cloacinarum detuliſſet, vt qui ſe calitem delirarat.* Diogenes intumuerat cœnulentis pedibus nutriens ſuperbiam, Empedocles à ratione deſciuerat, ætatis crepidis incedens, & tinnitu concilians famam. Itaque virtus, vt aiebam initio, fideliſſima rationis lance penſata in neutram partem exorbitat: nocet namque quoduis extremum, ſcilicet audax confidentia, & timiditas nimia. Chriſti Domini caſtra adæquè nimium timidos repellunt, & reſpuunt audaces nimium: quod Iud.cum 7. clarè conſtat. Adlegerat Gedeon in Madianitas copioſam manum; ſed Dominus, vt nobili coronaretur triumpho, monuit timidos, & corde trepidantes repellere, & à caſtris proſſus ablegare, *Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur.* Receſſerunt quàm plurimi, remanſerunt decem millia; ſed iterum exercitus anguſtatur, & ad aquas probandus ducitur. Milites omnes, ſi trecentos excipiat, proſtrati, ore expanſo aquas hauriebāt: trecenti manu ſolùm lambuerunt aquas: *Fuit numerus eorum, qui manu ad os proiiciente lambuerant aquas, trecenti viri; omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat: Et ait Dominus ad Gedeon: In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian; omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum ſuum.* Quærunt Interpretes, cur ſolùm elegerit Dominus repudiatis reliquis hos trecentos, Reſpondéntque hos ſic hauſiſſe aquam, vt contra hoſtiles impetus parati ſtarent; ſicque conſtitiſſe, vt præceptis parentes, & exambientes victoriam biberint; alios verò toto expanſos corpore os aquis immerſiſſe, vt hoc corporis habitu oſtentarent audaciam, & remota omni cautela triumphorum fiduciam. Ergo Dominus hos, vt timidos, etiam ablegat, & trecentos ſolùm approbat; vt noueris virtutis caſtra vt nimiam timiditatem, repudiare incautam etiam fiduciam, ſibique adlegere fidentem ſolùm cautelam: ſic namque

Digitized by Google

contra virtutis hostes procedendum est vt timendo caueas, & cauendo confidas. Audi Abulensem quæst. 10. *Qui procumbentes bibebant, confidentiores erant, scilicet bibentes spatiosè prostrati in terram, nec timentes hostem. Qui verò lambebant aquas, bibebant velociter præ timore, & non audebant procumbere terræ, vt non grauarentur surgere irruentibus hostibus: ideò hos elegit.* Eos elegit, quos prudens cautela, & cauta ornabat fiducia: fastidiuit eos, quos incauta ad terram demiserat confidentia: plures namque repulsi sunt malè confidendo, qui adlegerentur cautè trepidando. Ergo nec nimium fidas, nec caueas nimium; sed sic in virtutis castris animum tempera, vt confidendo caueas, & cauendo confidas. Abulens.

167 Cùm Saül inauguratus fuisset ad regnum, repulsus est, & cum illi succedere potuisset Ionathas eius filius, quæsitus est consulente oraculo extraneus: *Imple cornu tuum oleo*, iubet Dominus Samuëlem allocutus, *& veni vt mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem.* Cùm hæc electio arcanum contineat, iuuat indagare mysterium. Esto repellatur Saül, cur Ionathas non inungatur? Ea se mihi ratio offert, Saülem inter alias etiam causas nimium trepidasse, Ionatham nimium confidisse. Ea Ionathas audacia inimicos adortus est, vt vulneribus confossus iacuisset, ni Deus miraculum perpetrasset: *Factum est miraculum in castris:* Goliath Israëliticis aciebus exprobrabat, eáque vultus toruitate, & intempestiuis minis deterrebat, vt Saülem de statione turbaret, & in tumultu esse cogeret: *Omnes Israëlitæ cùm vidissent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valde.* Hoc in rerum statu Dauid pugnæ prouocationem ad se rapit, & se victoria coronandum de Domini virtute confidit; verùm dum fidit, eis se armis in pugnam præparat, quibus à longè hostem infixo lapide posset prosternere, & eius telo interualli auxilio non subtici. Ergo dum interuallo interposito cauet, dum belligeraturus confidit, dignus est, qui corona donetur: se in cælestè regnum factis inauguratum declarat, dum cautela & confidentia se munit: nec imprudenter in hostem audet. Adest Basilius Seleucensis orat. 15. *Cùm nullus è toto exercitu probaretur satis, effèque in periculo Saül, tunc militem suum producit in medium gratia, verè regem factis declarans.* Addit: *Virga ac pera obarmatur, quibus eum rebus ad regnū promouit gratia.* Ecce Dauid nec audet accedere, nec detrectat oppugnare. Ergo dum cautè fidit, & fidenter cauet, se electum ad coronam immortalem ostendit. 1. Reg. 16. v. 1. 1. Reg. 14. v. 25. 1. Reg. 17. v. 24. Seleucens.

168 Iob peccatoris personam agens vberibus se lactatum deplorat: *Cur lactatur vberibus?* Non ait vbere; sed vberibus: peccata namque duobus vberibus copiosè lactantur, & innutriuntur, nimia videlicet veniæ confidentia, & desperatione indulgentiæ nimia: peccator incautè aliquando confidentiæ lacte inuenitur, nec timet infligendum sibi supplicium: quia Christi Domini infinitum appellat meritum, & de sibi futuro auxilio elaborat imprudentissimè, & imprudentissimè scandalum. Econtra ea desperatione solet animum despondere peccator, vt medicinam non quærat: quia sibi putat denegandum fore prorsus remedium. Hic ergo vberibus se lactatum Iobus dolet; at sponsa inter vbera collocasse Christum congaudet *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Non ait in vberibus; sed inter vbera, vt in nullam partem inclinet; sed in æquilibrio exornet. Ecce Dominus inter vbera innutritur, quando peccator vberibus saginatur. Accipe Gregorium lib. 4. moral. cap. 25. *Ad extremum* (peccator) *vel falsæ spei seductionibus, vel obstinatione miseræ desperationis enutritur.* Addit post aliqua: *Vberibus est lactatus: in consensu enim culpæ addictis spiritus sensibus multa cassa fiducia argumenta subsecuta sunt, quæ natam in peccato animam virulento lacte nutrierunt, & ne asperſa mortis supplicia metueret, hanc blandis excusationibus fouerunt.* Stultitia peccatorum mater vberibus fouet, & ne ab eis aliquo timore auellantur, varia fiduciæ argumenta suggerit, & in auxilium audaciæ congerit. Repræsentat memoriæ Christum Dominum ligno affixum, durissimis sentibus terebratum, verberibus repetitis profcissum, nec posse peccatum tãto pretio solutum graue sustinere tormentum. Et sæpè fit, vt inde homo fiat contra virtutem procacior, vnde fieri debuit obtemperantior. Myrrhæ fasciculo comparatur Christus, & inter vbera sponsæ iacet: quia Myrrha & mortuorum est condimentum, & viuorum membris firmandis auxilium. Ergo sponsa mortis ob peccatum indictæ, & salutis ob Christi Domini merita partæ memor fugit pericula confidenti cautela, & Dominum amplexatur cauta fiducia. Cant. 1. v. 12. Greg.

169 Cùm Petrus naui ventorum flatibus concussa aliis associatus discipulis naufragium timeret, à Domino petit, vt per labiles possit vortices ambulare: facultate à magistro accepta vndis se cõmittit intrepidus, & nisi affuerit Dominus, perierit naufragus: *Habete fiduciam, ego sum, nolite timere*, monebat discipulos Dominus. Petrus, vt dicebam, pelago incedit: *Descendens Petrus de nauicula ambulabat super aquam.* Iam si animaduertas, inermes pelago & nauigio malè securum: quod si causam inquiras, textus innuit, non firmum naui fiducia, & per vndas fuisse progressum audacia. Ergo nisi adfuerit Dominus, vtrobique periret; dum plus audet, & minus fidit. Adest opportunè Seleucensis Basilius orat. 22. *Videamus Petrum contra fluctus audentem, & in nauicula conterritum.* Quoduis ex his extremis annuebat naufragio, nimium videlicet diffidere & nimium audere. Ergo metu temperari debet audacia, & deliniri audaci animo diffidentia. Matth. 14 v. 27.

§. XXXVII.

Dum contra vitium infirmis corporis viribus depugnantur, facilius victoria acquiritur.

170 QVa inordinatè nos affectione diligimus, sic rationis oculos implet tenebris, sic obsidet rationem præstigiis, vt potiùs eligamus tranquillo mari subsistere, quàm acriùs adspirantibus ventorum flatibus ad potus soliditatem vectari Corporis nostri insitum amorem; imò altissimè insitum nullus negabit; verùm temperandus prudentia est, & si ratio postulet, abiiciendus. Multis seruiet qui corpori famulatur, in vitiorum castra transiliet, qui nimium pro salute timet, qui ad corporis commodum omnia refert. Sic, aiebat Seneca

Seneca epiſt. 14. *gerere nos debemus, non tamquam propter corpus viuere debeamus; ſed tamquam non poſſimus ſine corpore: huius nos nimius amor timoribus inquietat, ſollicitudinibus onerat, contumeliis obiicit.* Adiecit ſtoicus moraliſſimè: *Honeſtum ei vtile eſt, cui corpus nimis charum eſt.* Cui ſalus nimis chara eſt, quidquid vtile ad ſalutem tutamentum occurrit, honeſtum cenſet. Itaque apud hunc honeſtas de commodis ſalutis cenſetur, ſalus non de honeſtate æſtimatur; cùm tamen vegetior floreat animus, dum corpus languet infirmius. Vitiorum caſtra pro exploratoribus ad virtutis caſtra euertenda corporis robore, virium firmitate non ſemel vtuntur, ratio ab externis fucatiſque oblectamentis obſidetur, & ab internis viribus proditur. Itaque non ſemel vegetior ſalus mortis negotium gerit, & patrocinatur crimini quod conducere exiſtimabatur ſaluti. Vt omnia in figura antiquis contingebant, hanc veritatem Gedeon mirè, ni fallor, adumbrauit, factiſque ſequentes edocuit. In Madian Amalécque vires collegit; verùm Deus exercitum prouidenter imminuit, & ad anguſtiorē numerum redigit: *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manu eius.* Timidi, & qui gelido pauore triumphos ſibi inuidebant, & inuitantem triumphorum gloriam obſcurabant, è caſtris expulſi ſunt: decem millia remanent pugnatorum; verùm Deus iterum exercitum anguſtat, & in trecentis ſolùm viris depugnandum aſſeuerat: *In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian.* Si belli res ſolùm ſpectes, non videbatur multitudo vitium impedire victoriam; ſed reportatura palmam; at vt in externo exercitu, quod interno accidit, hiſtoriæ Deus penicillo depingeret, vt victoriam conceſſerit, vires ſemel & iterum vtiliſſimè extenuauit: vt noueris non ſemel animum à validioribus corporis viribus hoſti deditum, & infirmato robore triumphis coronatum: *Deus reſponſa dedit ad Gedeon dicens* (verba ſunt Origenis hom. 9.) *grandis multitudo eſt tecum: & quid ſi grandis eſt multitudo? Nónne in bellis numeroſior exercitus præſtat, & eſt tutior ad ſuſ ſidia? Nequaquam*, inquit, *quia non ſunt humana prælia: non enim ſicut humana, ita & diuina prælia peraguntur.* Quia Gedeonis certamen animi cùm vitiis bellum adumbrabat, vires imminuuntur, & ad ſpeciem ſubſidia non ſine conſilio anguſtantur. Vt noueris ſecurius triumphum agi de vitio viribus corporis debilitatis, quàm vegetis & torolis.

Pro honeſto habebit vtile, cui corpus charum eſt.

Seneca.

Origen.

171 Pſaltes vt rebus corporis interna depingeret, ſic aiebat: *Non ſaluatur rex per multam virtutem, & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ:* Gigas ille robuſto corpore procerus ſaluatus non eſt inuincibili, vt videbatur, fortitudine; imò dum intrepidè audet, dum audaciter cónfidit, dum in riſum effuſus puerulum belli inexpertum contemnit, plagam inopinam admiſit, citóque proſtratus corruit: Dauid bellicam ſtolam exuit, ratus prudentiſſimè impedimenta, quæ reputabantur auxilia. Itaque tantùm abfuit vt fortitudo ſua ſuppetias giganti ferret, & infirmitas puerulo Dauidi officeret, vt hic de monſtro triumphum egerit, & ſæculis victoriam decantandam tradiderit: *Per gigantem quemcumque robuſtum hominem intellige*, ſcribit, ad hunc locum Euthymius, *qui generoſo ac præſtanti ſit corpore.* Ad virtutis cum vitio conflictum arma infirmitatis proſunt: quia dum infirmitas edocet naturæ fragilitatem, ſuperbiæ obſiſtit, & iam qui periiſſet ſuperbus, triumphat de crimine infirmus: tam longè eſt gigas in multitudine virtutis ſuæ à triumpho, vt excidio approximet miſerando.

Euthym.

Differens cum Iobo Dominus de mari ſic aiebat: *Quis concluſit oſtiis mare, quando erumpebat quaſi de vulva procedens, cùm ponerem nubem veſtimentum eius, & caligine illud quaſi pannis infantiæ obuoluerem? Circumdedi illum terminis meis.* Gregorius vt omnia ad morum concinnitatem adaptat, per mare humanum cor intelligit, quod propriis vndarum vorticibus agitatur, quod vanitatis ventis acriùs adſpirantibus repercutitur, quod planetarum, Veneris præcipuè ac Martis noxiis influxibus adurgetur: cui procelloſo æſtuantique confuſis vndarum vorticibus mari arenam, hoc eſt, infirmitatis ſuæ corruptionem veluti equo frænum impoſuit, & ne vltra erumperet, prouidenter cohibuit: ſuæ namque corruptionis contemplatione reluminata mens obedientiæ ſubiicitur, & præceptis promptè exequendis paratur. Audi Gregogium lib. 28. moral. cap. 9. *Terminis ſuis Dominus hoc mare circumdat: qui cor noſtrum adhuc corruptionis ſuæ moleſtia & cura turbulentum ſub menſura contemplationis humiliat, vt licèt plus appetat, vltra tamen quam ſibi conceditur, non aſcendat*: vt mare inſanis fluctibus intumeſcens, vbi terram attingit, in ſe ipſum colligitur, & termini poſitorem adorans fluctibus curuatis reuertitur: ita humanum cor tentationibus exæſtuans, vbi in morbum arenam impingit, elatos vndarum vortices curuat, ac audaciam eruptionis refrænat.

172 Iob. 38. v. 8

Gregor.

Mecum ſæpius cogitaueram qua leproſa Moyſis manus muneri, ad quod deſtinabatur aptitudine polleret; agnoſcēte illo rubo Deus omes deſerto agenti conſpicuus apparet, relatiſque afflictorum clamoribus, & ſentibus, quibus pungebatur, oſtenſis, vt facilius ad commiſerationem alliceret, in refractarios iubet armari: Moyſes tum oris impedimento tardatur, tum furore hoſtili deterritus ſuam non refugit ineptitudinem confiteri ſi poſſit confeſſione iuſſionis difficultatem extrahere; verùm Deus ſignis cordis pauorem deterit, & de vitiis reportandum triumphum promittit: virga in ſerpentem mirabili tranſmutatione conuertitur, manus exeſa carnibus lepra inficitur: *Dixit Dominus rurſum: Mitte manum tuam in ſinum tuum, quàm cùm miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis.* Mirabar, vt dixi, hoc à Numine patratum ſignum ad trepidum Moyſis animum erigendum. Eſto virga ſpiritus induens animos reſumere perſuadeat, dum Ægyptiis vitiorum vmbris ſtragem luctuoſiſſimam prædicat. Eſto quia ſerpens ad paradiſi caſtra transfuga deteſtabili aſtutia crimina inuexit, & ſerpens ad vitiorum caſtra progreſſus mirabili æquitate deterat, ac virtutis negotium agat; at leproſa manus tinnitatis videbatur auxilium, & ſerpentis impedimentum, quandoquidem infirmitate inualida, & ſerpenti contagio infecta, nec virgam in hoſtem poterat retorquere, nec maris inſanientes fluctus ferire. Ergo Deus pro victoriæ obtinendæ ſigno lepram non indat ſed ſalutem dexteræ adaugeat. O ſapientiam immortalem! Quia cum Ægyptiis bellum, quod nobis accidit cum vitiis ac dæmonibus, adumbrabat certamen, eis oportebat Moyſem armis fulciri, quibus hoſtes conſtaret deteri: vtque noſcas robuſtas corporis vires non ſemel pro vitio ſtare, & ægritudinem

173 Exod. 4. v. 6

virtutis

virtutis causam assumere, tunc manus felix victoriæ sortiebatur auspicium, cùm infirmitatis patiebatur contagium. Adest Theodoretus quæst. 10. *Dextera, quæ admiranda illa perpetrarat, etiam priùs fuisset leprosa, signis diuinis inseruiuit. & elementa mutauit. Quæ res Moysem etiam admonuit non superbire debere; sed agnoscere naturam cum recordatione dextræ leprâ priùs infectæ.* Si Moyses comprehensa virga elementis imperasset, fragilitatis recordatione non refrænatus, forsitan tumeret superbus, & quam victoriam solicitabant prodigia, tumoris retardasset superbia: nec tam virtutis causam ageret miracula in hostes fulminans, quam vitiorum negotium promouerat arrogantiæ tumore insaniens; at si suæ imbecillitatis agnitione munitus, & Dei virtute, hoc est virga in hostes procedat armatus, Ægyptios præcipiti sepeliet vnda, & Hebræos coronabit sæculis decantanda victoria. O quàm videre est hominem morborum catenis illigatum, doloribus impetitum, angustiis mortalibus diuexatum nil aliud cogitare, quam cælum, & ambire solùm diuinum asciscere sibi auxilium. Tunc facilius pœnitentiæ resonant gemitus, tunc cælum pulsant ardentissima suspiria, tunc non solùm mentem non obscurat improbæ alicuius affectionis insania; sed nec inquietat memoria. Ergo non adeò toruo aspectu infirmitatem aspicias, quæ patienter lata est vitiorum ineluctabile fatum, & virtutis certum augmentum.

Theodoret.

§. XXXVIII.

Morigera subditorum erga dominos subiectio, nostra erga Deum manifesta est fugillatio.

174 Misera est æquitatis conditio, quandoquidem non obtinet ab ingenuis, quod extrema fors impetrare assuescit à famulis: serui non solùm expromptè dominorum iussa festinans explere; sed etiam diuinantium ad instar illorum desideriis gestiũt adulari: deuotum adeò obsequium illi persuadet exiguæ mercedis amor, aut infligendi supplicij timor: à nobis erga Deum, maiora præmia, & grauiora supplicia dignam non obtinent subiectionem; imò contra rationem detrectamus obsequium, cùm exambire ardenter deberemus seruitium. Quàm disertè Tertullianus lib. de patient. cap. 4. *Si probos quoque seruos & bonæ mentis pro ingenio Dominico conuersari videmus (siquidem artificium promerendi obsequium est, obsequij verò disciplina morigera subiectio est.) quantò magis nos secundùm dominum moratos inueniri oportet, seruos scilicet Dei viui cuius iudicium in suos non in compede, aut pileo vertitur; sed in æternitate aut pœnæ, aut salutis.* Seruus ne compes pedem astringat, à Domino iussa inuolat executioni mandare, vtque pileo libertatis insigni gaudeat, nititur domini vota anteuertere, cùm nos, quos nobilius allectat præmium, & grauius terret supplicium, exhibere domino detrectemus officium, aut moremur saltèm obsequium. Esto nec præmium, nec supplicium Dei seruos moueret, ratio ipsa Numini obedire compellit; sed proh dolor! à nobis non obtinet ingenua ratio, quod à famulis seruilis conditio: *Infelicibus seruis*, aiebat Seneca epist. 47. *mouere labra, ne in hoc quidem, vt loquantur, licèt: virga murmur omne compescitur, & ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternutamentum singultus magno malo, vlla voce interpellatum silentium luitur nocte tota ieiuni, mutique perstant.* Vides qualiter domini se cum seruis gerant: vide modo quo studio inseruiant, & quàm adulandi ambitione placeant. *Adiice*, addit Stoicus, *obsonatores, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius rei illum sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius nouitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriat.* Vt sibi dominorum gratiam concilient, non solùm famuli obsequuntur; sed adulantur, præsagiunt vota, venantur studia, coniiciunt desideria, cùm nos vel Numinis manifesta præcepta aut affectatè ignoremus, aut manifestè despiciemus. Ecce Deus Gedeonem alloquitur & hostilia castra descendere iubet exploraturum: *Descende in castra, quia tradidi eos in manu tua.* Descendere iussus, vt innuit textus, formidat, & opus est, ne iussionem extrahat, timorem leuare, & vt seruum sibi asciscat, iubere: *sin autem solus ire formidas: descendat tecum Phara puer tuus.* Quid tunc? Ante audias seruulum fuisse dominum comitatum, quàm ad ipsum proferri noscas præceptum: *Descendit ergo ipse & Phara puer eius in partem castrorum.* Non aduertis Phara nullo timore concussum vel antequam præceptum audiat, ambire descensum, cùm Gedeon expressum Domini non adeò expromptè impleri mandatum. O quàm morigera serui subiectio fuit tarditatis fugillatio. Adest Abulensis quæst. 14. *Noluit descendere solus, vt non timeret.* Gedeon à Domino iussus descendere timoris quæsiuit solatium, cùm Phara Gedeonis seruus quod timere rationabiliter posset, intrepidè fuerit aggressus periculum.

Seneca. Serui ieiuni dominis adstant, & famelici.

Abulens.

Sponsus, vt sponsam ad sequendum ipsum suaderet, sic aiebat: *Surge, propera amica mea.* Addit: *Ficus protulit grossos suos.* Hyemis recessus, imbrium exterminatio flores gratissimo odore sensibus adulantes & terram grata amœnitate vestientes, ficus protrusis iam grossis diuitata suauẽ temperiem, & opportunum ruris inhabitationi tempus asserebant; verùm cùm inter tot arbores specialis ficulneæ mentio facta fuerit, non erit abs re aliquod suspicari mysterium: quæramus ergo quid conducat ficus piæ aliis plantis floribus grossisque ornata, vt sponsa expromptè obsequatur iussa, & impleri sine difficultate præcepta? Fallar, ni fuerit tarditatis fugillatio: properate iussa non semel excusationes colorauit, & friuolas causas protulit: *Expoliaui me tunica mea, quomodò induar illa? Laui pedes meos, quomodò inquinabo illos?* Vt ergo plantæ confundatur exemplo, floruisse ficum adiunxit mandato: nam, vt testatur Plinius lib. 15. cap. 18. hæc arbor festinat domino fructum offerre, & properat dulcibus, ac maturis fructibus adulari. Ipsum audi: *Admirabilis est pomi huiusce festinatio, vnius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ.* Se ficus vrget, & properat inseruire colenti, quando sponsa cunctatur obedire creanti. Ergo illam de ficus celeritate rubore suffundit: est namque magna nostræ ingratitudinis fugillatio huius plantæ accelerata fructuum exhibitio.

175 Cantic. 1. v. 10.

Cantic. 5. v. 3.

Plinius.

Ob id fortassis Salomon 6. Prouerbior. nos ad apem remittit, si septuaginta translationem attẽdas:

Vade

Tertullian. Obsequium est promerendi artificium.

Prouerb. 6. v. 7. *Vade ad apem, & diſce quomodo operaria eſt.* Vt noſcas qualiter operaria ſit, eius operandi modum examinare neceſſum eſt. Vltronea erga Principes ſuos noſcuntur apes exhibere obſequia; imò & exactiſſimè obſeruare veſtigia. Audi Aldhelmum lib. de virginit. cap. 11. *Vltroneum voluntariæ ſeruitutis affectum erga ſuorum obſequia Principum exercere noſcuntur.* Subdit: *Quamdiu antiquas inhabitare ſedes, & exigua fouere tuguria gracillimis contexta viminibus ille, qui inter cæteros magiſtratus officio fungitur, decreuerit, nulla ex immenſa multitudine fugitiuis diſcurſibus, & laſciuis volatibus per æthera vagatur.* Itaque ſi Principis locum tenens ſuo inceſſu veluti prodito iuſſu tuguriola inhabitanda monuerit, apum nulla, vt volitarit, relinquit. Addit Aldhelmus: *At ſi certis exigentibus cauſis illa, cui conſulatus vice regimen cæterarum commiſſum eſt, externa quærere regna maluerit, nuſquam apud mortales videas extorrem propria pulſum patria tam denſis exercituum agminibus, támque ſpiſſis legionum cohortibus ſtipari: ita prorſus vt multò libentiùs ob reuerentiam Principis ad incolatum peregrè proficiſcantur, quàm domeſticis aſſuetum deliciis, & vernacula contentum quiete in cellulis commorentur.* Ecce apes nec ſaporatis fructibus alliciuntur, nec partis anxiè laboribus detinentur, nec opportunis contubernij cellulis immorantur, ſi poſſint principi gratum exhibere officium, dum eius imitantur exemplum. Iuſtè ergo Salomon pigrum deſidioſúmque ad apem mittit, quo eius erga Deum confundatur negligentia viſa apum erga Principem obſeruantia. O vtinam quàm ſerui erga dominos, quàm ſubiecti erga Principes exhibent, imitaremur reuerentiam erga Deum; verùm ſic inuerſa ſunt omnia, vt ſuperiores ad inſtar Numinis ſuſpiciantur, cùm diuina nec vti humana honorentur. Hilarius in opere de Concilio Ariminenſi ita loquitur: *Canes ipſi ad cuſtodiam domus habiti quodam ſenſu naturæ intelligentes oblatrant, & vbi quadam eos aduentantium aura contigerit, totis ad ſuſpicionem ipſam ſaltibus efferuntur: Vos audiſtis Chriſtum verum Dei filium negari, & quieſcitis. Quid quieuiſſe dico? obnitimini reclamantibus, & aggregamini ſtrepentibus.* Mercenarius non modico præmio conductus officium deſerit, cùm eius canis ſe obiiciat periculis, vt dominum ſuum excitet, ac defendat latratibus. *Mercenarius videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues.* Mercenarius fugit, canis non fugit; verùm ea eſt cuſtodis degenerantis impudentia, vt canis non ſequatur exemplum, vt à domino traditum implerit officium.

Aldhelm.

Hilar.

Ioan. 10. v. 12.

177 Dauid cùm ſitis vrgeretur flammâ, puriſſimæ vndæ Bethlehemiticæ prodidit deſideria: tres fortes hoſtilia caſtra irruperunt, & felici temeritate aquam aſportarunt: *Attulerunt ad Dauid.* Ille aquam noluit bibere; ſed nobili ſuffuſus rubore Domino conſecrauit: *Libauit eam Domino.* Putant interpretes memoriam tunc ſubiiſſe quam contra Dei præcepum culpam perpetraret, ob idque aqua abſtinuiſſe, & libaſſe. Audi Gregorium apud Gloſſam: *Dauid alienam vxorem concupiuit, & abſtulit, cuius culpam digna verbera ſunt ſecuta, & malum, quod perpetrauit, per pœnitentiæ lamenta correxit.* Addit: *In ſacrificium Domini effuſa aqua conuerſa eſt: quia culpam concupiſcentiæ mactauit per pœnitentiam ſuæ reprehenſionis.* Itaque modò erubuit ſacrum violaſſe præceptum. Sed quare modò? Quia vidit milites ingenti periculo eius impleuiſſe votum: *Exercuit ſubditos*, aiebat Ambroſius Apolog. 1. pro Dauid cap. 7. *ad virtutis officium, vt etiam per pericula regali imperio voluntarij milites obtemperarint.* Vbi animaduertit ſibi ſubiectos diligenter obtemperaſſe eius votis, ſugillatus doluit diuinis contraiuiſſe præceptis, quando erat non modica ſugillatio erroris expromptum officium militis.

2. Reg. 23. v. 16.

Gregor.

Ambroſ.

§. XXXIX.

Bonus Superior vni ſibi totum regiminis negotium numquam vendicabit ſuperbus, nec totum alteri committet ignauus.

178 VT qui nauigant ſolerter attendunt, ne alium incurrant, dum alium vitare ſcopulum minus diligenter contendunt, cùm æquale diſcrimen ſit imprudens cautela & incauta audacia: vtque optimus gubernator ſic nauigij aurigat curſum, vt fruſtratis vorticibus, eluſis ſcopulis portũ appellat illæſum, ſic qui regiminis gubernaculum ſuſcepit, ſolicitè debet attendere, ne aut tumoris incurrat ſyrtes, dum ſuperbia turgidus aliorum aſpernatur auxilia, aut otij ſcopulis illidatur, ſi aliena sẽper vtatur opera, inerti reſolutus ignauia. Ita temperandus eſt modus, vt nil liceat præſumptioni, nil inertiæ: *Solatium curarum*, ſcribit Caſſiodorus 8. var. 5. *frequenter ſibi adhibent mauri reges, & hinc meliores æſtimantur, ſi ſoli omnia non præſumunt.* Vel experti, longæuique Domini ſubiectorum aduuantur ingeniis, vt partitis fructuoſiùs gubernent curis; verùm aliquando ita ſe ipſo plenus inuenitur ſuperior, vt indignum putet ab alio conſilium quærere, & negotiorum partem iniungere: Nec ratò contrarium euenit: à ſe omnes prorſus curas aliquando rector amandat, & tractantem ſubiectorum negotia non ſine detrimento ſublimat. Iam quid horum ſubiectis grauius, regiminíque indecentius quiſque æqua iudicij lance penſabit, ego verò conſtanter aſſeram, oportere ſuperiorem nec omnia ſibi adſcribere, nec cuncta alteri delegare; ſed alienis proprias tantiſper releuare curas, & ſoliciti miniſtri honorare attenta ſedulitate vigilias. Quàm bonæ politices regulam miris depinxit coloribus Gedeon ſe in aduerſariorum caſtra Phara miniſtro aſſociatũ proripiens: *Surge & deſcende in caſtra*, monet oraculum: *quia tradidi eos in manu tua; ſin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus.* En nec ſolus Phara deſcendit; nec ſe Gedeon ſolus in hoſtilia caſtra proripuit: oportebat namque optimi gubernatoris formam implere, ad idque nec totum debuit onus aſſumere, nec totum Pharæ committere; ſed miniſtro comitante deſcendere: vt miniſter ſuperioris eſſet ſolatium, & ſuperior foueret miniſtri ſtudium. *Noluit deſcendere ſolus*, inquit Abulenſis, quæſt. 14. *vt non timeret.* Miniſter ducis timorem leuauit, & ſuperior miniſtro robur infudit.

Caſſiodor. Qui melior eſt, non præſumit.

Abulenſ.

179 Noë vniuerſalis diluuij victor vino à ſe inuento inexpertus ſubiit naufragium: nudus iacebat & irridendus, qui paulò antè vel animantibus fuerit ſtudioſiſſimè

ſtudioſiſſimè venerandus: Cham patrem intuitus cùm debuiſſet vicem naturæ reddere, feſtinauit ignominiam omnibus prodere: tunc Sem fratrum Dominus Iaphet miniſtro vtitur, & pallio humeris vtriuſque impoſito indigenti ſuccurrit, & nudo fauit: *Sem & Iaphet pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retroſum cooperuerunt verenda patris*: Profectò niſi magnum hic edoceretur myſterium, ab vtroque deferri pallium videri potuiſſet otioſum, quando ſatis erat Sem, vt neceſſitati ſuccurreret, aut Iaphet, vt debitum pietati obſequium præberet. Cur ergo vterque, Princeps ſcilicet & miniſter ſupponunt humerũ, quando facile videbatur neceſſitatis remedium? Quia oportebat ad bonam formam regiminis, vt nec Sem totum ſibi arrogaret ſuperbus, nec miniſtro totum commendaret otioſus. O quàm citò neceſſitati ſubuentum eſt, dum ſuperior nec totum ſibi arrogat, nec ſubiecto totum delegat: quia Sem humerum apponit portando pallio, & Iaphet apponit humerum ad pietatis citò abſoluendum negotium. O quàm videre fuit Superiorem, ſubiectúmque æquali gradu æqualíque ſtudio pietati inſeruientes, indigentiæque famulantes. Noluit Sem ſibi totum aſſumere, ne videretur ſuperbus, nec totum voluit Iapheto committere, ne cenſeretur ignauus; ſed dum vterque ſuperior videlicet & ſubiectus mutuò ſibi ſuppetias ferunt, depellitur nuditas, & floret pietas: *Super cathedram Moyſi*: ſcribit Hugo ad hunc locum, *ſederunt Scribæ & Phariſæi, omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate & facite; ſecundum verò opera eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt: alligant autem onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum; digito autem ſuo nolunt ea mouere; ſed Sem & Iaphet pallium ponunt in humeros.* Ecce deteſtabile regimen, Phariſæum ſuper cathedram ſatis otioſè ſedere, & ſubiectorum humeros onere moleſtiſſimo prægrauare. Et ecce optimæ politices pulchram ideã, Sem videlicet nec ſibi omnem ſolicitudinem aſcribentem, nec omnem ab ſe ablegantem. Sem ſubiecti aſciſcit humerum ad laboris ſolatium, & ad ſubiectum ſubleuandum apponit humerum. Quo factum eſt, vt & nudus citiſſimè fuerit veſtitus, & inſolens caſtigatus. Vtinam hoc omnes Superiores ſectarentur exemplum, & ita ſubiectis negotia committerent, vt & ipſi laborarent, & ita laborarent, vt aſcita pectorum opera inflati non ſuperbirent.

Genes. 9. v. 23.

Hugo.

180 Fallar, ni hanc politicam Ioſuë ſæculis decantandus illius belli contra Amorrhæos coloribus nõ depinxerit. In eius partem cedebat triumphus, cùm ſyderum rex radios contraheret, & hoſtibus fugiendi tempus præberet; verùm decantatiſſimus dux, quò ſecuriùs potiretur triumpho, non tantum Solem frænauit; ſed & Luna iam iam apparentis imperio pietatis fulgore coruſcanti greſſum cohibuit: *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon.* Quid tunc? *ſteterunque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Satis ſupérque videbatur Solem ſiſtere, aut Lunæ curſum tantiſper accelerare: nam ſi imminentes tenebræ appetentem iam furabantur victoribus triumphum, ſatis ad de tenebris triumphandum videbatur Solem ſiſtere, aut ſplendorem Lunæ firmare: cur ergo Ioſuë contentus non fuit adſtante Luna Solem feriati, aut fulgente Sole Phœben luminibus interdici? O bonam nobis eruditionem! Prius de tenebris triumphum egit, vt triumphum de hoſtibus reportaret: quo noueris tunc facilè inimicos ſubigi, ſi cures tenebras peccatorum depelli. Sed hiſtoriam inſtituto noſtro adaptemus. Quo facilius populi vigeret ſalus, & vitiorum in Amorrhæis adumbratorum acceleraretur pernicies, nec vni Soli Syderum Principi totum commiſit negotium, nec feriato Principe Lunæ eius miniſtræ integrum iniunxit officium; ſed voluit Solem Lunæ luminibus adiuuari, & Lunam Solis præſentia foueri. Sic factum eſt, vt nec Sol macularetur ſuperbia, nec denigraretur ignauia; imò dum aſciſcit miniſtri ſyderis lucem, dum miniſtrat ipſe ſplendorem, res è ſententia ceſſit, & reſpublica triumphis coronata refloruit. Adeſt Lyra: *Erant in tali diſpoſitione*, inquit, *quòd vterque apparebat ſuper terram, quod frequenter contingit in plenilunio: quia tunc tantum diſtant per diametrum cæli: hoc autem petiuit Ioſuë, vt haberet tempus aduerſarios perſequendi: ideò ſubditur: ſteterúnque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Itaque Sol nõ prohibuit Lunam micare; imò eius iubar aſciuit, & ſuis radiis aſſociauit, dúmque ſuperior labores ſuos cum miniſtri ſyderis labore coniungit, dum candidiori luce reſplendens, minorem non deſpicit lucem; ad victoriam tempus protelatur, & Reipublicæ felicitas adaugetur.

Ioſuë 10. v. 12.

Lyra.

Conſtat Ionatham afflicto populo attuliſſe lætitiam, & peperiſſe victoriam: *Fecit ſalutem hanc magnam in Iſraël*, exclamat repetitis laudibus populus. Iam quomodo hanc conciliarit ſalutem, audi Miniſtrum aduocat, vt in aduerſarios irruat: *Veni & tranſeamus ad ſtationem Philiſthinorum.* Vt difficultates vinceret, vt ſecuriùs hoſtes inuaderet, vſus eſt ſagaci, ſolertiſſimóque miniſtro: noluit ſolus rem tantam aggredi, ne ſugillaretur temeritatis audacia, noluit totum negotium miniſtro imponere, ne donaretur inertia; ſed ſuas operas operis miniſtri contulit, ſicque factum eſt, vt coronarentur illuſtri triumpho, & conſtanti lauro: *Factum eſt*, inquit, textus, *miraculum in caſtris per agros.* Opus non erat ad miraculoſam victoriam vtroque præliatore; imò grandiùs videretur miraculum, ſi vnicus Ionathas hoſtes vinceret, aut miniſter vnicus effugaret; verùm tunc Deus Miraculis victoriam promouit, cùm prudẽtia humana collatis Principis & miniſtri conſiliis ſtudioſiſſimè procurauit: fors miraculum non contingeret, ſi Ionathas ſuperbia inflatus miniſtri bellicoſi reſpuiſſet conſortium, aut ſi ignauia iners totũ commiſiſſet miniſtro prælium; aſt dum ipſe tendit ſolicitus, dum experti miniſtri operas aſciſcit modeſtus, miraculo nobilitatur & triumpho: *Ionathas cum armigero ſuo conſtituit*, ſcribit Ioſephus lib. 6. antiquit. cap. 6. *vt latenter ad hoſtium tabernacula properarent, turbámque eis, & quemdam motum commotionis inferrent.* Vt commotionem hoſti inferret, miniſtro vſus eſt, & ipſe eſt etiam auxiliatus miniſtro: *Ionathas*, addit Gloſſa, *columba donum. Hi ſunt qui dono Spiritus Sancti replentur, per quos Dominus hæreticorum conuentus diſſipat, atque in fugam vertit.* Ionathas cœleſti Spiritus Sancti luce repletus nec totum negotium miniſtro impoſuit, nec totum ſibi peragendum aſſumpſit; ſed ſuis factis ſuperiores edocuit miniſtrorum operâ vti, & præſentia ſua miniſtros ad operandum armare. Sic namque nec Superior de ſingularitate ſuperbiet, nec de inertia notam incurret.

181 1. Reg. 14. v. 45.

Ioſeph.

Gloſſa.

Digitized by Google

§. XL.

Mirum eſt ſeruos domino auxiliari ad legis obſeruantiam: quia vt in plurimum auxiliantur ad culpam.

182 Tertullian. Obedientia eſt promerendi artificium.

SErui, quia, vt aiebat Tertullianus lib. de patient. cap.4. *Artificium promerendi obſequium eſt:* vt promereantur, ad Domini nutum obſequuntur, cúmque ferè ſemper ea ſit hominum peruerſitas, vt noxia quærant, & ſalutaria faſtidiant, ſerui vt in plurimum ſunt ſagitta in die volans ad percutiendam virtutem, negotium in tenebris ambulans ad fouendam dominorum vitiis deditam voluntatem. Serpente homini ſubiecto vſus eſt dæmon ad virtutem ſubruendam, & quæ per ſe Euæ non poſſet ſuadere, per ſerpentem aggreditur impetrare. Non licet ſæpè dominis per ſe ipſos vitij adaptare occaſionem, & per ſeruos concinnare ſolent opportunitatem. Seneca. *Serui ſunt*, aiebat Seneca epiſt.47. *imò humiles amici*: veluti amicis vtuntur domini; ſed ad criminis delictum, ad voluptatis negotium, ad fraudis artificium. Quod inimicus ſæpè non perfeciſſet inſtigando, obtinuit ſeruus ſuadendo. Quod adeò verum eſt, vt Stephanus in allegor. Tilmani putet mundum & carnem in ſcriptura ſeruorum appellari vocabulo, & delineari in ſeruis veluti aptiſſimo ſymbolo. Ioas à ſeruis refertur occiſus: *Surrexerunt*, inquit textus, *ſerui* 4. Reg.12. v.20. *eius, & coniurauerunt inter ſe, percuſſerúntque Ioas in domo Mello, in deſcenſu Sella*: In his duobus ſeruis mundum & carnem adumbratos putat Stephan. Stephanus: *Duo ſerui ſunt mundus & caro, qui interficient te, licèt habeas memoriam Domini, & multa ſcias, niſi caueas tibi per bona opera.* Itaque caro, quæ concupiſcit ſemper aduersùs ſpiritum, quæ diaboli negotium gerit, ſerui inſignitur titulo, vt etiam mundus famuli notatur vocabulo. Hinc mirabat Phara Gedeonis ſeruum dominum ad diuina explenda iuſſa fouiſſe, & ad virtutis opera ſe ſocium adglutinaſſe: *Deſcende in caſtra, quia tradidi eos in manu tua*, ait Gedeonis Dominus; *ſin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus.* Mira res, famulus Domini virtutem fouet, & timenti ad obediendum Numini animos indit, cùm ferè ſemper contrarium accidat, & ſibi virtus non parum à ſeruis timeat: *Noluit deſcendere ſolus*, Abulenſ. ſcribit Abulenſis quæſt.14. *vt non timeret.* O quàm decantandus ſæculis erat Phara, qui, cùm timeret dominus vitia aggredi, eius non eſt adulatus timori; ſed ſuppetias tulit virtuti. Iam quàm è contra ſoleat accidere, curiosè aduerte.

183 Cùm dæmon virulentiſſimus Iobi hoſtis fœdiſſimis inuidiæ adureretur flammis, & ſæuiſſimis diſcruciaretur odiis, facultatem à Domino in ſibi infenſiſſimum hoſtem impetrare ſolicito ſtudio exambiuit, & ad virtutis commendationem imprudenter impetrauit: hic ergo potentia armatus, ac inuidentiæ flammis aduſtus ſic furit, vt elementa confœderet: boues, aſinæque à Sabæis diripiuntur, alſatus de cœlo ignis tactas conſumit oues, Chaldæi camelos deprædantur, ædificij ruina filiorum chorus inopinè ſepelitur: ſerui tamen, qui nuntia detulerint, aſſeruantur: *Euaſi ego ſolus, vt nuntiarem tibi.* Profectò euaſit non ſolum, vt nuntiaret; ſed vt Iobi, conſtantiam emolliret, patientiámque euerteret, dum exaggerat, dum exulcerat, dum irritat. Adeſt Origenes lib.1. in Iob: *Non Angeli fuerunt, ſicut quidam arbitrantur, neque ſpirituales dæmones; ſed homines quidam ex famulis Iob conſeruati ab aduerſario, atque ſuccenſi à diabolo ad dicenda omnia ac facienda, per quæ poſſent Iob ſubuertere ad Dei blaſphemiam.* Non erat dæmoni arduum dæmones humana facie perſonatos mittere, qui ſtragem denuntiantes ad impatientiam irritarent; verùm plus fidit famulis, quàm dæmoniis: quaſi ad hoc negotium, ad inſtigandos videlicet dominos ad impatientiam & culpam non adeò dæmones ſint experti, vt famuli ſunt periti. Iob 1.v. 19. Origen.

184 Expendebam aliquando in illo duello Dauidis cum gigante, gigante armigero famulo inceſſiſſe ſtiparum; Dauid verò ſeruulo nudum: adſtabat turris illa ſuperbiæ ad certamen Iſraëlitas prouocans, dicteriis ſugillans, miniſque intempeſtiuis exanimans: nullus è toto exercitu ſatis probabatur, qui inſolentiam caſtigaret, & audaciam reprimeret, cúmque iam Iſraël eſſet in expectatione ſeruitij, Dauid certaminis prouocationem ad ſe rapit, & aduerſus truculentiſſimam belluam innixus cauſa & religione procedit: vterque miles deſcendit in arenam: quali habitu Philiſthæus, audi: *Ibat* 1. Reg. 17. v. 41. *Philiſthæus incedens, & appropinquans aduerſum Dauid, & armiger eius ante eum.* Dauid ſe ad certamen parat; verùm ſingularis ac ſine ſeruo deſcendit: *Feſtinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerſo Philiſthæi.* Inquiramus, cur Dauid non tulerit ante ſe armigerum, cùm tulerit Philiſthæus? Si giganti armiger eius miniſtrat arma, cur Dauidi non miniſtrat lapides ſeruus? aut cur non præceſſerit Dauidem famulus enſis baiulus, quando ad iugulandum hoſtem erat neceſſarius enſis? Decertantium ſtudia dubitationi facilè reſpondebunt: Gigas aggreditur virtutem, Dauid contra iniquitatem inſurgit. Ergo giganti adeſt ſeruus, quia nunquam defuit ſeruus, qui domino arma præpararet ad vitia, qui deferret nuntium ad perpetranda peccata, cùm non inueniatur ſeruus, qui Dauidem comitetur ad inferendum crimini prælium, & ad procurandum excidium. Dauid in campum ſine famulo deſcendit, Goliath qui miniſtret arma, famulum habet: *Hoc fidei ſpolium eſt*, aiebat Baſilius Seleucienſis orat.15. *tropæum gratiæ, auxilij cæleſtis iudicium, blaſphemiæ cœrtio, columna index extinctæ audaciæ. Quid igitur ſuper his Dauid, qui omnia gratiæ tribuit, neque gladium infert in pugnam inermis pugnator?* Non habuit Dauid, qui gladium illi præberet ad triumphum, habuit Goliath, qui illi arma miniſtraret ad prælium. Quanta ſeruuli arma contra Dauidem miniſtrant, quàm concinnant occaſiones dominorum deliriis, quàm inuigilant opportunum obſeruantes tempus deteſtandis, execrandiſque votis. Seleucienſ.

Digitized by Google

185 Quàm benè nouerant Abraham & Abſalom ſeruorum ingenium! Iuſſus Abraham ſacrificium de filio petagere non diſtulit; ſed duobus aſſociatus famulis celeri pede contendit; verùm vt locum ſacrificio ſignatum animaduertit, pueros expectare ad montis radicem iuſſit: *Dixit ad pueros ſuos: Expectate hic cum aſino: ego & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* Vides ſeruorum reſpuiſſe conſortium. Tranſi modo ad 13. caput libri 2. Regum, vbi inſtructo conuiuio Abſalom fratres ſuos vocat, vt Amnonem occidat, & ne fruſtraretur voto, vſus eſt ſeruorum auxilio: *Fecerunt pueri Abſalom aduerſus Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom.* Si Abſalom vtitur puerorum induſtria, cur Abraham non vtatur puerorum opera? Cur pueri non adſtent neceſſaria miniſtraturi holocauſto, vt adſtant cædem perpetraturi conuiuio? Ipſa dubitatio ſolutio eſt: vbi exercenda erat virtus, oportebat ſeruos abeſſe, vtpotè dominis ad exercendam virtutem non exigua impedimenta; at vbi vindicta erat perpetranda, ſeruuli Domino tulerunt auxilia. Vt noueris, quàm diuersè ſe gerant in ordine ad virtutis obſequium, & ad voluptatis aut odij votum. Adeſt Oleaſter hic ad mores: *Omnia reliquit, quæ ad immolationem filij poſſent impedimento eſſe: ſi enim ſerui viderent patrem puerum ingulare volentem, nonne eum ſenem delirum vocarent, eúmque ab hoc quod faciunt putarent, prohiberent? Idcò ſanctus ſenex neminem, qui præceptum opus impedire poſſet, ſecum habere voluit.* Timuit Abraham ſeruulos, vt virtutis eius inimicos; vocauit Abſalom vt criminis eius patronos.

Geneſ. 22. v. 5.

2. Reg. 13. v. 29.

Oleaſt.

§. XLI.

Felix Princeps, cui miniſtri ſunt anxietatis leuamina, & veritatis auxilia.

186 Licèt ad regendos populos, ad exantlandos labores idoneos efficiat, quos ad auguſtum culmen diuina prouexit electio, quando nec ætas, nec inexperientia impedit, vbi ſeſe potentia mentem cœleſti lumine illuſtratura profuderit; tamen ad releuandam moleſtam curarum ſolicitudinem, ad regiminis temperandum laborem oportet adhiberi miniſtrum, cuius fides integra, cuius prudentia nota, in quo nec ſuperbiæ appareat veſtigium, nec gliſcat diuitias, aut honores aggregandi nocentiſſimum Reipublicæ deſiderium. Felix ille Princeps, cui Numen deſtinauit miniſtrum adulationis ignarum, veritatis patronum, & curis releuandis ſubſidium. *Magna eſt*, aiebat Caſſiodorus 8. var. 9. *infinitáque prudentia, quam nemo ſic aſſequitur, vt eam non neceſſariè, & per alios quærere videatur. Senes ipſi conſiliis ſapientiam diſcunt, & à maturis in commune quæritur, quod pro omnibus vtilitate tractatur. Solatium curarum frequenter ſibi adhibent maturi reges, & hinc meliores æſtimantur, ſi ſoli omnia non præſumunt.* Magnum felicitatis auſpicium eſt, ſi gubernator ſuis conſiliis nimium non credat, nec prudentia innixus ambitiosè præſumat: eſt námque grande erroris periculum vbi nullum quæritur, aut æſtimatur ſuffragium. Adhibendus eſt qui anxietatis cauſas ſapienter temperet, qui indefeſſis vigiliis Principem adiuuet, qui eius famæ ſplendori conſulat, nec ſibi gratiam adulatione perquirat. O quàm felix fuit Princeps ille, qui Tolonicum miniſtrum adeptus eſt, quandoquidem non inſeruiebat ambitioni, Principis ſe attemperans voluntati; ſed omnium conſulebat ſaluti; imò reſiſtendo aliquando deuota humilique prudentia Principis voluntati, eius inuigilabat honori. Audi Caſſiodorum loco ſupra relato: *Tecum pacis certa, tecum belli dubia conferebat, & quod apud ſapientes reges ſingulare munus eſt, ille ſolicitus ad omnia ſecurè tibi pectoris pandebat arcana. Tu tamen nullos reſponſis fallebas ambiguis: amaſti in audiendo patientiam, in ſuggeſtione veritatem: ſæpè quæ ad eum falsò peruenerant, recti ſtudio corrigebas, & quod rarum confidentiæ genus eſt, interdum reſiſtebas contra vota Principis; ſed pro opinione rectoris.* O quàm aurea ſæcula fuerunt, vbi adlectus miniſter non tam inſeruiebat Principis votis, quàm Principis inuigilaret augmentis, qui non ſolicitis coniecturis præſagiebat affectum; ſed rationi attemperare curabat votum. Et quidem non rarò huiuſcemodi inuenirentur miniſtri, ſi Principem illum inueniantur Principes imitati. Audi quæ Caſſiodorus ſubiungit: *Patiebatur enim inuictus ille prælia pro ſua fama ſuperari, & dulcis erat iuſto Principi contrarietas obſequentis.* O quoties miniſtri rationabili Principi contrarietate ſeruirent, in contradictione exaſperandum timerent! Verùm quia ob veritatem ſæpiùs ſibi verentur odium, ingenti damno errantis allaudant placitum. Ecce inter alias cœlitus Gedeoni conceſſas gratias non exigua fuit dubio & quodammodo timenti Principi talem adhibere miniſtrum, qui eius poſſet animi vigore timiditatem ſedare, & ſolatium curis afferre: Deus in aduerſariorum caſtra iubet Gedeonem deſcendere, & poſt tot, quibus eius animum ſuffulſit miracula, talem aſſociauit miniſtrum, qui & eius releuaret curas, & promoueret victorias: *Surge & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua; ſin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus.* Poſt miracula adhibetur miniſter, & adhibito idoneo aptóque miniſtro iam poterant ceſſare miracula, quia certa iam de hoſtibus credebantur reportanda fore trophæa: *Noluit deſcendere ſolus,* ſcribit Abulenſis quæſt. 14. *vt non timeret.* Datus à Deo miniſter timorem excuſſit, Principis greſſus direxit, & nutantis ad ſpeciem animum confirmauit.

Caſſiod.

Meliores æſtimātur, qui de ſe omnia non præſumunt.

Obſequium eſt teſtitiſſe voluntati, vt ſtuduerit honori.

Dulcis eſſe debet Principi rationabilis contrarietas obſequentis.

Abulenſ.

187 Non ſine myſterio Ionathæ refertur interius, antequam referatur Saülis regnique eius miſerabilis caſus: *Irruerunt*, inquit textus, *Philiſthiim in Saül, & in filios eius, & percuſſerunt Ionatham, &c. totúmque pondus prælij verſum eſt in Saül.* Et cur Philiſthæi priùs non curent toto prælij pondere Saülem vrgere; ſed Ionatham adlaborant totis niſibus interimere? Si Saülis ſatagunt cum nomine regnum delere, priùs adoriantur patrem, quàm Principem: nam etſi Principe occiſo multorum vires frangantur; at rege demortuo omnes facillimè ſuperantur: cur ergo non ſolùm hiſtoricè; ſed moraliter occumbit Ionathas, vt Saülis regnum occumbat. Expende qualis fuerit Ionathas, & apertam huius difficultatis cauſam inuenies. Ea virtute fulgebat, vt in aduerſarios irrueret, & Saüli triumphos reportaret: *Aſcendit Ionathas manibus & pedibus reptans & armiger eius poſt eum. Itaque alij cadebant ante Ionatham,*

1. Reg. 31. v. 2.

1. Reg. 14. v. 13.

Ionatham, alios armiger eius interficiebat ſequens eum. Vt aſſequeretur patri victoriam, decoram reptandi amplexus eſt ignominiam: non tam attendit ſuo ſplendori conſulere, quàm omnium ſaluti laborioſiſſimè prouidere; nec ſolùm promouit Saülis regnum inuicta animi fortitudine; ſed rationabili etiam, dum ſe iniquis votis oppoſuit, contradictione: nam cùm Saül in Dauidem delirans liuore fureret, eius cauſam modeſtè ſatis de-
1. Reg. 19. v. 4. fendit, & regis furorem veritate placauit: *Dixit ad eum: Ne peccet rex in ſeruum tuum Dauid: quia non peccauit tibi, & opera eius bona ſunt tibi valde, & poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum.* Principis iracundiam emollire aggreſſus, & reſtituere prudenti conſilio niſus cum ratione frænare nequiuiſſet, non mellita adulatione gratiam ſibi conciliare decreuit; ſed vel ſalutis periculo impauidè veritati ſuffragium tulit: *Quare morietur? Quid fecit? Et arripuit Saül lanceam vt percuteret eum.* En Ionathas talis fuit, qui inuicta animi fortitudine hoſtes abigeret, qui iram Principis emollire curarit, qui furori pro veritate reſtiterit. Ergo dum tali fulcro illa ſuſtentabatur Reſpublica, non cecidit; ſed hoſtiles adſultus facilè eluſit; at cadente Ionatha inimicus prævaluit, & Saül miſerè interiit. Vt noueris quàm grande Numinis donum ſit regius miniſter veritatis fulcrum, & Principis curarum ſolatium. Gloſſa. *Ionathas*, inquit Gloſſa ad 1. Reg. 14. *columbæ donum. Hi ſunt, qui dono Spiritus Sancti replentur, per quos Dominus hæreticorum conuentus diſſipat, atque in fugam vertit.* Etſi Saül imputato exagitaretur ſpiritu, dum ſecum habuit Ionatham excellentiſſimum columbæ donum, eius conſilio & fortitudine vixit fortunatus; at eo conſiliario ablato à ſagittariis occiditur illudendus. Iam ſi miniſter Principi contingat adulationis vernula, & cupiditatis flamma, non poteſt mortis anguſtias non ſubire, & crucem duriſſimam pati.

188 Cùm filius Sunamitidis florenti ætate, intempeſtiua mortis falce iaceret præciſus, mater miſerandum Prophetæ caſum triſti declarauit lamento: ille Giezi miniſtro vſus baculum crucis ſymbolum tradidit, vt qui nouerat dignum miniſtrum eſſe debere afflictorum ſolatium, & Principis leuamentum; at cùm mors nullatenus à Giezi depelleretur, opus fuit Prophetæ viam ſine baculi ope carpere, & ad ſuſcitandum mortuum crucifixi formam ſubire: 4. Reg 4. v. 34. *Aſcendit, & incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & incurauit ſe ſuper eum.* Hìc Chriſti Domini crucifixi geſtiſſe figuram, Seleucienſ. teſtatur Seleucienſis Baſilius orat. 10. *Eliſæus Chriſti figuram gerit; populus autem gentium erat ille mortuus.* Si, vt decebat, Giezi Eliſæi fuiſſet miniſter, labores eius temperaſſet, & opportunam populis opem attuliſſet; aſt dum accepto baculo auctoritati tantùm ſuæ vanus attendit, dum Naaman ſecutus cupiditati ſtudioſiſſimè inuigilauit, & auaram cupiditatem mendacio texit:
4. Reg. 5. v. 26. *Non iuit ſeruus tuus quoquam:* iam Eliſæus crucifixi labores ſubit, & populus mortuus iacet. En ſortitus adminiſtrum vanitatis ſeruulum, veritatis aduerſarium, cupiditatis mancipium, Prophetæ obſcuratur gloria, & mortuus longo priuatur tempore vita. O quàm celeriùs reſtitueretur vitæ defunctus! ô quàm excuſaſſet laborem duriſſimum Eliſæus, ſi eius miniſter communi vtilitati ſtuderet: veritatémque coleret!

§. XLII.

Obedientia expromptiſſimè impletur, dum obſequentis votis attemperatur.

189 *ARtificium promerendi obſequium eſt*, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 4. *Obſequij verò diſciplina morigera ſubiectio eſt.* Plures morigerè ſubiectantur, & iubentis gratiam promptiſſima obeditione conciliare ſibi moliuntur, ſi tamen ſibi placita iubeantur: aliter namque excuſationes colorant, vt imperium extrahant: plures hæc duo anhelant coniungere, parendi elogium, & propriæ voluntatis ſtudium. Itaque gaudent iuberi; ſed ea, quæ ipſi anhelabant, peragere: quo & obedientiæ gloria exornentur, & cupiditati blandiantur. Adlectis copiis iubet Gedeon timidos, & formidoloſos recedere: *Loquere ad populum & cunctis audientibus prædica: Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur:* Præceptum obedientia comitata eſt. *Receſſerunt*, ſubnectit, *ſtatim de monte Galaad, & reuerſi ſunt de populo viginti duo millia virorum.* Quàm expromptè, quàm incunctanter hi adimpleuere præceptum, cùm tamen ipſe Gedeon in aduerſariorum caſtra deſcendere iuſſus non adeò alacriter executus fuerit mandatum: opus fuit timorem ſedare, & Gedeoni ſocium adiungere, vt deſcenderet, cùm timidus viam celerrimo greſſu arriperet: *Surge, & deſcende in caſtra: quia tradidi eos in manu tua; ſin autem ſolus ire formidas, deſcendat tecum Phara puer tuus.* Si extemplò tot milites Duci parentes arripuerunt viam, quid Gedeon tardat obedientiam Numinis adimplere, vt opus ſit ſocium illi coniungere? Ipſa materia præceptorum difficultati reſpondit: Formidoloſi & timidi, vt hoſtilibus accedere caſtris timebant, ſic ad proprias remitti ſedes optabant. Gedeon non ſic tranſire ad aduerſariorum caſtra diſcupiebat; imò vt textus innuit, accedere formidabat. Ergo præceptum illud vtpotè obtemperantium votis attemperatum extemplò conſtat impletum. At Gedeon ſocium expectat, qui iuſſionis alperitatem emolliat: quia iuſſio eius non adulabatur votis; ſed ad ſpeciem obiiciebat contrariis. *De triginta duobus millibus*, ſcribit Abulenſis q. 5. *reuerſi ſunt viginti duo millia: quia* Abulenſ. *quidam erant formidoloſi, alij vineas plantauerunt, alij domos, alij vxores duxerant.* Vbi præceptum eſt quod timor deſiderabat, quod cupiditas ſtudebat, ſine mora eſt executioni mandatum: quia ſemper obedientia expromptiſſima impletur, dum obſequentis votis attemperatur.

190 Deuicta iam morte, detriumphato inferno diſcipulis, qui piſcatum tetenderant, adeſt in littore Chriſtus: Et poſtquam vt pueros ſugillatiua interrogatione percuſſit: *Pueri numquid pulmentarium* Ioan. 21. v. 5. *habetis?* poſtquam illos ſua ipſorum reſponſione confudit, quando inſomnes, tantiſque laboribus attriti inueniebantur mercede vacui: *Reſpondernnt ei: non.* Iubet rete ad nauigij dexteram iaci: *Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.* Quid tunc? *Miſerunt ergo.* Vides nullas difficultates oppoſuiſſe, traxiſſe nullas moras, nullas ad non obediendum quæſiſſe cauſas. Tranſi modo ad num. 10. eiuſdem capitis, vbi cum

eisdem discipulis pisces quos prendiderant, offerri sibi iuberet, non adeò expromptam videtur inuenisse obedientiam; sed tantisper retardatam. *Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram.* Si cùm iubentur rete in dexteram nauigij iactare, soli non committunt Petro; sed adnituntur omnes obedire, cur vni Petro committunt, cùm iubentur pisces offerre? Si hic vnus Petrus rete ad terram trahit, & vndiquaque committat, aut si ibi rete non committit fluctibus solus, neque hîc ad terram traxerit vnicus. Iussionis discrimen diuersitatis fuit causa: alibi namque quod expetebant ipsi, nempe pisces capere iubebantur: ad hoc enim tetenderant, & ad hoc nauim intrarant: *Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari: Dicunt ei: Venimus & nos tecum*, scilicet piscatum euntes. Ergo vbi quod desideratur, iubetur, nulla interposita mora executioni mandatur: quia tamen non piscabantur, vt offerrent; sed forsan, vt venditarent, dum Deo afferre iubentur, & allaturi immorantur. *Volebant*, scribit Chrysostomus in catena, *piscationem videre.* Vbi votis eorum adulabatur præceptum, sine difficultate fuit executioni mandatum; at non adeò promptè adimplerunt obedientiam desideriis non adaptatam.

Chrysost.

191 Christus Dominus cum hoste congressurus in hortum tendit discipulis associatus, quos subsistere iubet, & parent: *Sedete hic, donec vadam illuc & orem.* Non instant comitari, non anhelant adiungi, cùm Eliæus tendentem magistrum noluerit relinquere, imò si fas est dicere, renuerit obsequi: *Dixit Elias ad Eliseum: sede hic: quia Dominus misit me vsque in Bethel.* Quid putas Eliseum responsurum? Illum audi: *Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te.* Iterum Elias præcepit: *Sede hic:* repetit iterum, nec tamen obtinet. Inquiramus ergo cur Apostoli Eliæum non fuerint imitati, aut cur Eliseus vt Apostoli, non paruerit? Certè vtrobique magister ab illorum auellebatur consortio: cur ergo Apostoli erga magistrum non ostentant dilectionem, illum comitari insistentes, quando Eliseus refragatur vrbanè præcepto; vt amoris blandiatur studio? Quia discipuli mortis timore agitabantur perterriti; Eliseus videndi transitum inflammabatur cupidine. Ergo vbi iussio se Apostolorum votis accommodat incunctanter impletur; vbi verò Eliæi desideriis se non attemperat, etsi vrbanè, sæpiùs extrahitur. Adest Lyra interpretatus quòd Eliseus filiis Prophetarum dixerat, scilicet *Silete.* Eius verba accipe: *Nolebat enim quòd de hoc in præsentia Elia loquerentur, ne ab Elia & ipse simul incitaretur ad remanendum ibidem: quia volebat remanere cum magistro suo quantum poterat.* Dum cum magistro remanere discupit, ter sedere iussus renuit; imò ne à filiis Prophetarum contra votum inuitaretur ad remanendum, illis silentium imposuit, & remanendi occasionem prouidenter præcidit. At Apostoli dum passionis pericula exhortent, facillimè obtemperant, nec præcipienti vel semel instant.

Matth. 26. v. 36.

4. Reg. 2. v. 2.

Lyra.

Hugo. Hugo Cardinalis ait Eliæi resistentiam Iacobi luctæ assimilari. Audi eius verba: *Sede hic: quia Dominus misit me vsque Bethel. Cui ait Eliseus: Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Hæc est lucta Iacob cum Angelo dicente: Dimitte me.* Ecce cur comitetur: quia Iacob ad instar accipere nititur: comitatur, vt accipiat: adhæret, vt resplendeat, vrbanéque luctatur, vt munificentiam eluceretur. Itaque dum quod Eliæo iubetur, votis eius refragatur, prolixè obnititur; at dum Apostolis, quæ desiderabant, iubentur, sine vlla cunctatione executioni mandantur. Hinc Veronensis Zeno serm. 1. de Abraham, vt eius miris elogiis extulerit obedientiam, eadem testatur alacritate audiuisse aspera, & auscultasse iucunda.

Senem iubet Deus de vnico dilectóque filio sacrificium sibi offerre: Abraham, vt Dei erat amantissimus, quas illi naturæ opposuerat niues, obsequendi ardore deuicit: celeri pede properatur in montem, extruitur ara, componuntur ligna, superponitur lignis hostia; verùm cùm iam armata ferro dextera rimaretur ad ictum, emissa cælitus vox ligat brachium, & sæculis commendat obsequium: tunc agnum immolare iussus substituit pro filio, nec minus hoc Numini est adulatus obsequio: *Vidit post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio, appellauitque nomen loci illius: Dominus videt.* O quanta in hac actione lucent mysteria, & quanta latent arcana! Accepto filio obtulit, vt gratias ageret, holocaustum, ne si gratias reddere distulisset, beneficio integro non gauderet. completur namque acceptum beneficium exhibita gratitudine: quæ si desit, beneficium transit in probrum. Loco nomen imposuit à filio reddito, non à sacrificio oblato, magni ducens quod acceperat, ferè nihili, quod obtulerat, cùm non semel contrarium plures sequantur stylum, & vel exigua, quæ faciunt, arbitrentur ingentia, cùm ingentia quæ acceperunt, arbitrentur exigua. Benè; sed vt huius obedientiæ expendamus gloriam, notandum est æquali animo, æqualíque promptitudine ad offerendum arietem cucurrisse, & ad immolandum filium inuolasse. Zenonem audi serm. 1 de Abraham. *A filio ad agnum transtulit dexteram semper lætatus & gaudens: nec mutatus est vultus eius, cùm esset victima commutata. Cùm tanta lætitia arietem obtulit, cum quanta obtulerat & filium.* Præceptum de immolando filio satis erat naturæ oppositum, præceptum de subrogando ariete satis iucundum. Ergo vt noueris decantandam sæculis huius obsequij excellentiam, aduerte eadem alacritate tentasse aspera, ac fuit executus iucunda; cùm tamen subiecti ferè semper expromptissimè exequantur sibi iucunda, & morosissimè, si illis præcipiantur aduersa. Adde optimum obedientem sic exequendis, quæ naturæ repugnant, iussionibus esse additum, vt iam non tam reluceat obedientia in exequendis asperis, quàm iucundis. Abrahami obsequium non tam claruit de filij immolatione: lætabatur namque, vt deuotioni magis pareret, hoc iussisse Deum; sed de huius lætitiæ immolatione, quando durius illi ad speciem erat agnum sufficere, filióque parcere, quàm aram fuso sanguine nobilitare, & Numini dolorem parendi desiderio victum offerre.

192

Genes. 22. v. 13.

Zeno.

§. XLIII.

Dignum ſuperbia vt acerbiſſimum eſt tormentum, ſi qui eminebat capite, teratur pede.

193 Seleucienſ. Superbia ægritudinum arx,

Superbia, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 35. *arx eſt ægritudinum, qua Deum bello petit, quæ ad naturam pertinentia ignorat, qua diaboli morbo iactatur, qua virtutis curſus inutilis efficitur, & ſi vniuerſas in medium virtutes repræſentes, extinguit earum faces ingruens faſtus.* Deum bello ſuperbia nititur petere; at vt doloſus arcus contra iacentem ſolet retorquere ſagittam, ſic calamitas in ipſam collimatur ſuperbiam: nec ſolùm eſt arx ægritudinum, qua ſcilicet veluti fortiſſima turri omnia proteguntur vitia, & omnia ſecurè viuunt piacula; verùm & calamitatis eſt ars mirè in ſuperbum calamitates aſciſcens, & aſcitas miro artificio componens. Maius opinione malum eſt, non ſolùm quia bonorum omnium poſſeſſio arrogantiâ defœdatur, aut, vt meliùs dicam, euertitur; ſed quia in ſe ipſam imprudenter ſuperbia erigitur, & manus compellit, vt deteratur. Inter alia verò inſolentis arrogantiæ ſupplicia duriſſimum illud eſt, pede ſcilicet conteri, dum viuidius nitebatur elationis culmine rutilare. *Harum rerum*, aiebat Caſſiodorus aliorſum 6. var. 13. Caſſiod. *menſura de contrario venit, dum tale obedientibus dari debet donum, quale indeuotis potuit eſſe periculum.* Superbiæ digna menſura de contrario venit, vt videlicet qui deuotus pede terebatur, dignitatis luceat faſtigio, & qui eminebat tumidus capite, audenti teratur pede, & qui contra rationem, quibus inuolaret, aſſumpſit pœnas, viles redactus ſordeat in fauillas. Amalech, & orientales populi voluptatibus effuſi valle iacebant, & iacentes corpore locuſtarum ad inſtar volabant mente: *Caſtra Madian erant ſubter in valle.* Addit textus: *Madian autem, & Amalech, & omnes orientales populi fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo.* In locuſtis tumorem, vanitatémque deſignari tradunt Interpretes. Audi Lauretum Cerualienſem in allegoriis. Lauret. *Locuſta, qua nititur ſine alis, aut cum infirmis alis volare, inanem gloriam ſignificat, qua ſe vanis præſumptionibus exaltat.* Locuſta ſuperbiæ ſymbolum. Iraque Madianitæ locuſtarum ingenium mutuati vanis ſe præſumptionibus extollebant, & exaltabant; verùm inanis tumor digniſſimo punitus ſupplicio eſt: pane namque non ſiligineo; ſed quò contumelia creſceret, hordeaceo caſtra deterunt, eo modo vt omnia fuerint inuerſa, & contrario ac tenebant, ordine diſſipata: *Videbatur mihi*, refert Madianitarum miles, *quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere.* Cajetan. Caietanus ſic habet: *Subiungitur modus percuſſionis & modus caſus, modus quidem percutiendi dicendo: Et volvit ipſum in ſuprà, hoc eſt, non ſolùm percuſſit; verùm vertit partes inferiores in ſuperiores.* Præmiſerat: Deſcribitur multitudo panum terribili motu voluentium ſe in caſtra *Madian.* Nullus terribilior motus Madian caſtris, quàm tenore inuerſo Gedeonem modò contemptibilem ad claritatis faſtigium euexiſſe, & Madian modo Principem deterendum gregariorum militum pedibus ſubiectaſſe: ſuperbis namque durius tormentum eſt, ſummum pati deſpectum, vtpote qui honoris poſſediſſe ſemper anhelauere faſtigiũ.

Dæmon qui ſuperbiſſimos ſpiritus geſſerat, qui cum Deo æqualitatem præſumpſerat, deuolui ad Apoſtolorum pedes compellitur, & Chriſti veſtigia adorare cogitur: *Videbam Sathanam ſicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Dum dæmonis deſcribit caſum, non ait traditum horrendis flammarum globulis, non illuſtrandis nunquam caliginibus incluſum; ſed piſcatorum pede terendum: *Dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes.* Hæc terribilior ſuperbiæ pœna, hominum, eorúmque piſcatorum pede calcari, & ſummo deſpectu haberi. Iam ipſe, ni fallor, hanc ſuis querelis veritatem aperuit, dum Chriſto obuians illiúſque veſtigia oſculatus, vt tantiſper tormentorum vim, remittat, exorat: *Cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Ecquod tormentum remittendum ſibi depoſcit? Quod ſuſtinebat abyſſo incluſus, & horrendum perſtrepentibus flammæ furoribus traditus? Minimè: ſcit namque dæmon nullam in inferno redemptionem eſſe. Quali ergo tormento aduritur? Ad pedes profectò deuolutione trahebatur namque inuitus, vt quem anteà deſpexerat, adoraret, eóque intimo dolore diſcruciabatur, vt qui damnatus flammis non eruperit in querelas, modò doloris impotens manifeſtarit angustias. Adeſt Chryſologus ſerm. 17. *Immundus iacet & proſternitur ſpiritus: Cucurrit, & adorauit. Quid eſt diabole? Quem trina tentatione prouocabas ad lapſum, quem promiſſione regni, vt te adoraret, ſubdolus ambiebas nunc tremens, & miſerandus prolaberis, & adoras.* Chryſol. Quàm acerbum inflatiſſimo ſupplicium fuerit rogare, oſculari veſtigia, ad terram deiici, ſumma deiectione deuolui, ipſa ſuperbia defatigata teſtatur, quandoquidem deuoratis obſtinatiſſimè inferni pœnis hic non potuit dæmon non conqueri, & ſe ſummè diſcruciatum teſtari.

194 Mar. 5. v. 6. Luc. 10. v. 18. Dan. 2. v. 1.

Nabuchodonoſor qui fere temeritatis confinium attingente audacia ad æſtuantem horriſonis vaporibus fornacem acceſſit, ſomnio conterritus diſcruciatur, & terrore artubus totis concutitur: *Vidit Nabuchodonoſor ſomnium, & conterritus eſt ſpiritus eius.* Mira res, ſomnio concutitur, qui impauidis oculis flammam horriſonã intuetur: & quid illo inſomnio adeò diuexabat ſpiritum, ac ſic percellebat animum? Vidiſſe, inquit textus, aureum caput ab omnibus anteà non ſolùm veneratione ſuſpectum; ſed deteſtandis ſuſſitibus cultum in eaſdem ac lutum fauillas redigi, & ad inſtar luti nihili aut parui æſtimari: *Contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in fauillam æſtiua areæ, quæ rapta ſunt vento.* Ecce caput ad ima pedum deuolutum, lutóque miſcetur: quod adeò vehementiſſimè tumido acerbum fuit, vt quem flamma ardentiſſima non deterruit, hic vel ſomniatus caſus vehementiſſimè exulceratit. *Somniauit*, inquit Theodoretus orat. 2 *Nabuchodonoſor ſomnium, & ſtupefactus eſt ſpiritus eius.* Theodoret. Conſonat Noſter Sanctius in paraphraſi: *Oblata eſt illi dormienti eiuſmodi ſpecies, vt illius animum grauiterrore, atque ſtupore concuſſerit.* Sanctius. Dum videt aureum caput olim oculos intuentium nitore perſtringens luto adæquari, & fauillis luti commiſceri, dictu facilè non eſt, quali ſtupore fuerit perculſus, & terrore quali diuexatus. Superbum ac tumidiſſimum non ſic adurgebat flamma, vt diſcruciabat capitis ad profundiora ruina.

195

196 Componebam, & quidem ſuſpenſo erga ſupplicij grauitatem iudicio, quod duplici conuiuæ accidit. Matthæi 22. cùm potentiſſimus rex filij ſui nuptias differtis menſis celebraret, intrauit diſcumbentes aſpecturus, vt de largitate dignum caperet gaudium, & gaudio honoraret conuiuium. Erat ibi ſordidus ac pannoſus conuiua, quem audaciæ conuictum & irreuerentiæ reum fletibus & ſtridoribus tradidit: *Mittite eum in tenebras exteriores.* Itaque qui in hac parabola minùs decenter ingreſſus eſt, æternis luctibus eſt damnatus. Tranſi modò ad Lucæ 14. vbi cùm ſtolidus & inflatiſſimus primũ ſibi inter conuiuas arripuerit locũ, ad locũ vltimũ deiectus luxit, & extremus non ſine rubore doluit: *Da huic locũ: & tunc incipias cũ rubore nouiſſimũ locũ tenere.* Si vterque deliquit, & grauiori ad ſpeciẽ crimine turgidus, quàm pãnoſus quando alteri non ſuppetebat ſplendidior ornatus, & ab altero iniuſtè primus occupatus eſt locus, cur æqua vtrumque non puniuit pœna, & tradidit tortoribus mulcta? ſi ligatur vinculis numquam diſſoluendis pannoſus, ligetur etiam ſuperbus, aut ſi ſuperbiæ pietas indulget, & paupertati peperceriit. O quàm omnes exacerbantur in pauperes! Qui veſtem non habet, & horrendum ſupplicium ſubit, quando cum inflatiſſimo mitiùs agitur, ſi ſplendidam habeat veſtem. Hoc profectò de ſæculi vſu, verùm apud noſtrum iudicem non attenditur aurum; ſed tantummodo cauſæ meritum. Nec puto leuiori ſupplicio mulctatum turgidiſſimum, quàm pannoſum, non quod inextricabilibus vinculis tradi ex ſe longè grauiùs, & acerbius non ſit; ſed quia vani plus dolent deiici, minus viri. Vt arrogantiam retunderet, vt ſuperbiam abigeret, & ad locum vltimum deiiciẽdum, qui ambitioſiùs aſcenderat primum edocuit, vt ſupplicij horrore modeſtiam diſcerent, ſi non virtutis amore, horrore ſaltem ſupplicij. *Proſilire,* inquit Cyrillus in catena, *prompte ad honores, qui nobis non conueniunt, indicat nos temerarios eſſe, & noſtra facta vituperio replet.* Adſtipulatur ibi Chryſoſtomus: *ſic quod concupiuit, nequaquam obtinuit ambitioſus honoris; ſed paſſus eſt repulſam, & ſatagens qualiter abundet honoribus, non honoratur, & quia nihil eſt æquipollens modeſtiæ, auditorem ad oppoſitum ducit.* Repulſa ad locum vltimum dignum fuit ambitioſo ſupplicium, & fortaſſis adeò grauem huic dolorem intulit locum extremum tenere, vt poſſit vinculis tradito comparari.

Matth. 22. v. 13.

Luc. 14 v. 9.

Cyril.

Chryſoſt.

§. XXXXIV.

Vitium multitudine ferè ſemper armatur, robore virtus inſtruitur.

197 Seneca. Quæ vulgo placent, vitanda ſunt.

REctum iter, *quod ferò cognoui*, inquit Seneca epiſt. 8. *& laſſus errando aliis monſtro: clamo: Vitate quæcunque vulgo placent.* Quæ multi obuio pectore excipiunt, quæ plurimos affectas habent, mihi crede, & ab honeſtatis regula deſciuerunt virtus non quærit turbam; ſed Philoſophiam. Vitia vt imbecillia ſunt, multitudine muniuntur, & aſcitiis multorum ſuffragiis nobilitantur, quandoquidem quæ pro ſe tot homines habent, non videntur ad ſpeciem rationis aduerſa; imò legibus conſentanea; verùm frequenter multorum aſſenſus voluptati militat, non virtuti: *Iſta mi Lucili,* aiebat Stoicus epiſt. 7. *condenda in animum ſunt, vt contemnas voluptatem ex plurium aſſenſione venientem.* Contemnenda ſunt iſta quibus aſſentit lubenter turba: quia turba argumentum peſſimi eſt: vitia auctoritate defendit, & de aggeratis multorum exemplis contradicere ſtudet mandatis: virtus fulcitur lege, & legis firmatur robore. Teſtantur Madianitæ in modum locuſtarum conuenientes, & exundantes, & Gedeon exigua manu adorſus bellum, & aſſecutus feliciter triumphum. Audi quid iubeat oraculum: *Multus tecum eſt populus, nec tradetur Madian in manus eius.* Audi reiici vti victoria impedimenta, quæ ad triumphum videbantur ſubſidia, & iure, quia virtus deprælliatur robore, vitium ferè ſemper multitudine. *Madian autem, & Amalech, & omnes orientales populi fuſi iacebant in valle vt locuſtarum multitudo.* Locuſtis multitudo comparatur: nam vt locuſta nullum promit ex ſe fructum, & peſtifero dente fructus inuadit, & deterit, ſic multitudo virtuti eſt aduerſa, & vitij vt in plurimum eſt patrona. Notauit Origenes hom. 9. in Iudices: *Ingens erat multitudo, quæ aduerſum Iſraël fuerat congregata, ita vt locuſtis præ multitudine conferretur.* Addit: *Quomodo ergo hac potuerit tam innumera hoſtium multitudo ſuperari, videamus. Deus reſponſa dedit ad Gedeon dicens: Grandis multitudo eſt tecum: & quid ſi grandis eſt multitudo? Nonne in bellis numeroſior exercitus præſtat, & eſt tutior ad ſubſidia? Nequaquam, inquit, quia non ſunt humana prælia: non enim ſicut humana, ita & diuina prælia peraguntur.* Non congreditur cum vitiis virtus, vt humanæ copiæ confligunt: virtus robur anhelat augere, vitium multitudine contra virtutem cupit armari. O quoties malitia de aſſeclarum numero coloratur! O quoties de numero errantium error defenditur, nec putatur rationi aduerſum quod à tanto numero conſtat probatum! Ergo vt noueris virtutis caſtra non multitudine conſtare; ſed robore, & è contra vitiorum phalanges non robore, ſed multitudine, vbi virtus procedit in campum, anguſtus refertur numerus; vbi vitium, numerus locuſtarum inſtar copioſus.

Iudic. 7. v. 2.

Origen.

198 Vt hominem caperet, à rationéque deſciſcere facilius ſuaderet dæmon ingenti dæmonium legione illum inuadit, & fœtidiſſimis inhabitare ſepulchris cogit: *Exeunti ei de naui* (Chriſto) *ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, quid domicilium habebat in monumentis.* Quot fuerint ſpiritus ſub hoc vno, qui veluti Princeps, & legionis dux hominem captiuarat, pandit Dominus interrogans non vt ſibi aliquid diſceret; ſed vt nos hanc veritatem doceret: *Quod tibi nomen eſt? Et dicit ei: Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.* Quod ſi quæras, cur dicatur homo in ſpiritu immundo, quando non vnicus; ſed multiplex erat ſpiritus, facilis eſt reſponſio: ſcilicet legionis Principem vt hominem à ratione auerteret; vtque faciliùs ſepulchri fœtorem inhabitare ſuaderet ſecum ſpiritus plurimos aſportaſſe, & vim multitudine æquitati intuliſſe. Si rationali homini vnicus ſuaderet horrida inhabitare ſepulchra, ſpurcitiis maculari, fœtoribus inficì, fors reſiſteret, nec improbis conſiliis pareret: ergo quod dæmon nequibat, quia manifeſtè rationi aduerſabatur, ſuadere ratione, aggreditur, vincere multitudine: & iam miſer homo quod tot, tãque ſapientes Spiritus videt amplecti,

Mar. 5 v. 2.

audet

Chryſol. audet indecorè imitari. Adeſt Chryſologus opportunè ſerm. 16. *Se ſepulchris mandant, vt homines rediganr in ſepulchra.* Quia redigere ſatagit ad ſepulchra, multorum oſtentat improba exempla, vt natura inferior non aſpernetur admittere quod excellentiorem nouerit exercere. Addit ſerm. 17. Chryſologus. *Vt vnum & necdum tyronem caperent, toto cohortis ſuæ agmine conuenerunt,* Plures conueniunt, vt vnum capiant, vt inſolens audaciam foueat multitudo, vtque multitudini ſuccumbat ratio. Et vide quomodo Chriſtus Dominus vnicus legioni ſe opponat, & legionem facilè expellat. Non expugnauit malitiam Dominus turba, ſed virtutis efficacia; at dæmon quia nequibat efficacia, ad reſiſtendum atque capiendum hominem vſus eſt procaci turba. Et quidem hiſtoriæ, actionúmque Chriſti, ac dæmonis coloribus ſatis concinnè frequens conſuetudo depingitur. Quandoquidem non ſemel rationalis homo horreret mortis habitationem incolere, fœtoribus refugeret infici, ni peruerſus irritator deteſtabiliſque conſultor plures ſimilia perpetrantes in exemplum adduceret, quo rationem multitudine obſideat, & quod eſt luctuoſius, infelici triumpho proſternat.

199 Cùm Eua tantiſper ad Adamo diſtans in paradiſo erraret palabunda, ſerpens dæmone confœderatus illam fallere aggreditur, vtque præceptum Geneſ. 3. v. 1 violet, nititur: *Serpens erat calidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus. Qui dixit ad mulierem.* Et cur dæmon poſt ærus rectionem ſerpentis rector conſtituitur, & ſerpente ad ſuadẽdum delirium ambitioni aſſociatur? Quia ſi ſolus prævaricationem ſuaderet, fors mulier reſiſteret, vtque rationem validiùs obſideat, ſerpentem ſibi oſtendit obſecundatum, & de obſequio loquela prædictum: & iam exemplo mens titubat, & manus interditum arboris fructum captat. Itaque & dæmon ab obedientia deſciſcens, & prævaricans ſerpens prudentiam illaqueant: & quia carebant ratione, quaſi manu facta contra rationem Oleaſt. armati ſunt multitudine. Huc voco Oleaſtrum ad mores Geneſ. 3. capite: *Peccator multitudine armat ſe.* Itaque malitiæ arma ſunt multitudo, vt exemplis traxerit, quos aliter nequit vincere. Miris coloribus hanc depinxit veritatem Propheta Pſal. 82. v. 6 *Quoniam cogitauerunt vnanimiter, ſimul aduerſùm te teſtamentum diſpoſuerat tabernacula Idumæorum & Iſmaëlitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalech alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Aſſur venit cum illis facti ſunt in adiutorium filiis Loth. Fac illis ſicut Madian.* Exiguo numero prædicit Pſaltes tot inimicos deterendos, & penè innumeros refert contra vnicum Iſraëlem armandos: abolere diſcupiebant Iſraëlis nomen: *Non memoretur,* inquiunt, *nomen Iſraël amplius*: eſt namque Iſraël idem ac videns Deum. Ergo tot populi conueniunt, quo à Dei auerterint obſequiis, priuarint gaudiis: & quia nulla ratiocinatione ſuaderi poteſt homo, vt verum ex virtute naſcens gaudium deſerat, & in vitiorum caſtra tranſiliat, copias plures malitia oſtendit; imò & filios Loth Iſraëlis cognatos militiæ ſuæ aſſeclas in campum producit, vt Iſraël non reſpuat transfugere ad cognatorum ſtationem, adeóque copioſam imitari multitudinem: Oleaſt. Redeat citatus Oleaſter: *Contra vnicum Iſraëlem, & adhuc ex metu abſconditum totus ferè orbis aduerſùs bonos coniuraſſe videtur propter malorum timiditatem.* Præmiſerat: *Nihil enim eſt peccatore timidius ſicut neque iuſto audacius: Iuſtus, ait ſapiens, vt leo confidit: ideò peccator multitudine armat ſe.* Vt leo decenter robore fidẽs ad nullius pauet occurſum, ſic iuſtus virtute armatus, at improbi colligantur, vt timori conſulant, & virtuti impetum faciant.

Aaron virgam in terram proiicit, quæ ſerpens 200
viuit omni proſus manus auxilio carens, & propria tantum virtute nitens. O quàm videre fuit incuria ſine auxilio rectitudinem augmentis diteſcere, & incrementis ornati: *verſa eſt in colubrum.* Quid Exod. 7. tunc? Magi ac Sophiſtæ concurrunt, proiiciunt v. 10. virgas, & iam draconum facies aſſumunt: *verſæ ſunt in dracones.* Virga non ſine miraculo creuit in colubrum; at Magorum virgæ ingentium draconum ſpecie veſtiuntur, & nimia magnitudine ornantur. Nec mirum, creſcebant non merito; ſed artificio, augebantur incantamentorum præſtigiis, non ſolidis virtutis incrementis. Rectitudo paulatim ſolet acquirere augmenta, fraus vltra modum diteſcit lucris, & inſoleſcit augmentis. Benè; ſed expendamus, cùm facile fuerit virgæ in colubros multos conuerti, cur fuerit in vnicum animata, & cur Sophiſtæ vnum non oppoſuerint; ſed tot dracones in colubrum vnicum obarmarint? Expedita reſponſio eſt: quia virga Moyſis vt pote Dei, virtutis agebat cauſam, Magorum virgæ Pharaonis refractarij & iniqui colorare ſatagebant malitiam, & malitia, vt quæ careat æquitatis efficacia, multitudinis vtitur copia; non indiget multitudinis copia Dei virga, quæ munitur roboris efficacia. *Multi dracones,* aiebat Philo lib. 1. de vita Moyſis, *circa primum* Philo. *illum voluebantur ſinuoſis orbibus.* Multi obſidebant dracones colubrum; ille verò intrepidus inter aduerſa caſtra caput erexit, & dracones vti piſciculos exiguos potenter abſorbuit. Ipſa draconum multitudo ſuſpecta erat, quando mos eſt paucos inſeruire virtuti: pro virtute ſtabat coluber vnicus; ſed validus, ſed robuſtus; pro vitio draconum ſtabat exercitus; ſed inualidus & imbecillus. Gedeoni trecenti inſeruiunt; ſed viri; *In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabit vos, & tradam in manu tua Madian.* Madian pollebat turba; ſed locuſtis ſimilis: *vt locuſtarum multitudo:* vtque vnicus homo in multas prævalet locuſtas: & locuſtę multæ ab vnico homine deteruntur, ſic qui vitiis inſeruiunt, armantur multitudine; ſed corruunt infirmitate.

---

§. XXXXV.

Plus cauendum eſt à non benè morato ſocio, quàm à valido aduerſario.

201 NOn parum ſaluti conducit prouida & attenta cautela, nec nocere parum ſolet incauta, maléque ſecura fiducia, dum timetur periculum, ſtudioſè ſolicitatur remedium; aſt vbi ſecurè dormit ſalutis ſtudium, improuiſum adurget damnum. Adhæret aliquando ſocius vtilis ad colloquia, & ad leuanda curarum faſtidia; cùm tamen ſit induſtrius contra fortitudinem aries, & ruina magno diſcrimine inſenſilis. Agebat Caſſiodorus de florulenta ſylua, quæ thermarum parietibus adhæreſcens ſurgebat, & ipſis incrementis, etſi ſenſim non parum parietes labefactabat, decreuitque

celeriter amputandam, tum quia ſerpenti radice puriſſimum liquoris corrumpebat ingenium: tum quia ambitioſis brachiis pugnabat contra ædificium: illum audi 5. var. 38. *Iſta quæ modo facili anulſione diruuntur, poſtea vix ſecuribus icta ſuccumbunt. Atque ideò ſociata debetis properatione contendere, vt præſenti diligentia futuri laboris enadatis incommoda.* Curioſiùs audi, quæ annectit: *Hæc eſt enim ciuilis euerſio ſine oppugnatione diſſidium, aries, vt ita dixerim, fabricarum: quapropter omnem ſyluam, quæ parietibus inimica conſurget, de Ramennate forma iubemus radicitus amputari.* Redddit rationem Conſul prudentiſſimus: *Vt ſignini alnei reparata conſtructio talem nobis deducat liquorem, qualem potuit à fontibus recipere puritatem. Tunc erit exhibitio decora thermarum, tunc piſcina vitreis fontibus fluctuabunt, tunc erit quæ diluat aqua, non inquinet, poſtquam lauari continuò non ſit neceſſe. Additur etiam quòd ſi ad potandum vnda ſuauis influxerit, omnia noſtro victui reddantur accepta, quando humana vita nullis cibus gratus efficitur, vbi aquarum dulcium perſpicuitas non habetur.* Profectò florentium arbuſculorum ſocietas videbatur thermis ad decorem opportuna, & ad venuſtatem, vtilitatémque apta; verùm dum externa amœnitate decorat, fortitudinem etiam eneruat, & occultis radicibus aquarum puritatem commaculat: quo fit, vt arietis inſtar fabricam ſubruat, dum oculis gratiùs ornat. Vitreis piſcinæ fontibus nullatenus fluctuant: quia ſine oppugnatione diſſidio ſatis pernicioſo laborant dúmque damnum nullatenus præuidetur, tardè ruina quia ſine oppugnatione ſentitur. Quàm benè Seneca epiſt. 7. *Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat, aut imprimit, aut neſcientibus.* Quantò aliquorum ſocietas plus ſecuritatis promittit, tantò plus diſcriminis affert, & quia nullum timetur incommodum incautos ac prouidos inuenit detrimentum. Hanc philoſophiam oraculo non obſcurè traditam in hoc ſeptimo Iudicum capite aſpicio: nam cùm innumeri hoſtes aduersùs Iſraëlitas conueniſſent, cúmque Gedeon etſi imparem manum ad reſiſtendum hoſtibus præparaſſet iubet Deus caſtris formidoloſos excludi: *Qui formidoloſus & timidus eſt, reuertatur.* Opportunius videbatur hoſtes minuere, quàm Gedeonis exercitum angustare; & tamen Numen hoſtes non minuit, & formidoloſos repellit: *Madian & Amalech,* inquit textus, *& omnes orientales populi fuſi iacebant in valle, vt locuſtarum multitudo: cameli quoque innumerabiles erant, ſicut arena, quæ eſt in litore maris.* Vides armatas hoſtium, innumeraſque phalanges, cúmque hæ viderentur minuendæ, non Gedeonis copiæ anguſtandæ, oraculum remitti formidoloſos ſolicitat, non hoſtes exarmat. Et quæ huius ſtudij cauſa? Quia dum ſtrenuo timidus vinculo ſocietatis, & amicitiæ coniungitur, eius timiditate ſocij virtus prorſus euertitur, & iam marcet ſine aduerſariorum labore exercitus peſtilenti ſocietate eneruatus: hoſtis citat aduerſarij virtutem, docet cautelam, & ad omnem certaminis cogit induſtriam. Quò fit, vt non adeò graue diſcrimen immineat ab aduerſario, & proueniat grauius à ſocio. Audi Interlinearem: *Quaſi dicat: Certamine fortibus viris derelinquat, ne exemplum timoris & formidinis cæteris præbeat.* Prohibuit Numen timidorum conſortium, non veruit cum armatis hoſtibus prælium quaſi plus timendum fuerit à non bene morato ſocio, quàm à valido aduerſario. Expreſſius hoc idem tradit textus Deuteron. 20. *Quis eſt homo formidoloſus, & corde pauido? Vadat & reuertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt.* Delicatus ac timidus ſocius fortem eneruat, quem aduerſarius inflãmat. Ergo maius periculum eſt à delicato ſocio, quàm ab audienti inimico.

Cassiodor. Seneca. Interlin. Deuter. 20. v. 8.

Reuertendi Iacob aduerſarius ad ſpeciem occurrit, & ad conferendos in arena lacertos cogit: non renuit Iacob ſtrenuus ab vtero athleta brachia conſerere; imò decenter triumphorum ambitioſus pugnauit: *Ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.* Non multò poſt cum Eſau ſocium ſe itineris vrbanè offerret, eius, conſortium coloratis cauſis prudentiſſimè declinauit: *Gradiamur ſimul,* ait Eſau, *eróque ſocius itineris tui.* Cui Iacob *Noſti Domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges: præcedat Dominus meus ante ſeruum ſuum, & ego ſequar paulatim veſtigia eius:* nonnulla nobis hoc in loco expendenda occurrunt, ſcilicet vt nocet peccatoris conſortium, ſic non ſemel prodeſſe, ſi præceſſerit, eius obſeruare veſtigium: dum enim infauſtus eius attenditur curſus, ſequentis ad virtutem firmatur greſſus. Iam quã ſit moleſtũ virũ paruulorũ greſſibus curſũ attẽperare, docuit Eſaü, dum inimicitiarũ cauſas non renuit obliuiſci, fratrẽ verò pedetentim gradientẽ non ſuſtinuit cõmitari. Profectò moroſus diligenti graniſſimũ eſt tormentum, & ſummũ patientiæ, ſi attemperetur elogium, ſed nos theſi noſtræ reddamus. Inquiramúſque cur prouocantis luctam non detrectarit, & Eſaü conſortium accuratiſſimè effugerit? Dubio facilis ſolutio eſt: quia Eſaü ventri dediti, diuitiarum cupidi, vindictæ deſiderio diu inflammati vitæ animæque ſuſpectum erat conſortium, quando decantandos ſæculis triumphos forti cum aduerſario peperit duellum. Innuit Abulenſis: *Hic ponitur ſecundum, ſcilicet prudentia Iacob in fugiendo fratris ſui comitiuam.* Fugit peccatoris ſocietatem, qui non extimuit acerrimi luctatoris virtutem: quia arbitratus eſt prudentiſſimè grauius animæ coporíque periculum imminere ab improbo ſocio, quàm à valido aduerſario.

Gen. 32. v. 24. Gen. 33. v. 12. Abulenſ. 201

Ionas ciuitate egreſſus, vt ſibi à Sole auxilium quæreret, vt vt occaſio ferebat, conſtruxit vmbraculum, *Fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret, quid accideret ciuitati.* Inuenit contra Solis æſtum ſcutum; verum Deus, vt omnem eius eludat commoditatem, hederam virentem florulentámque per tugurioluum ſerpere facit, quæ veluti brachiis tugurioluum blandè amplectens, illud amœnitate veſtiuit: Propheta floribus ſuper caput expanſis ad delicias vſque plantam ſpectabat; verùm dum eius mœſtitiam flos, vireſcens imminuit, dum animum voluptate perfundit, circumfuſa tugurioloherba, vermis aſcendit, hederæque radicem arrodit: illa iam deſtituta quo innitebatur, fundamento, grauitatis pondere ruit & ſecum ad terram vmbraculum, cui fuerat innexa, trahit. *Paranit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit: & cùm ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti, & percuſſit Sol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat.* Quæres: ſi antequam aſcenderet hedera conſtructum vmbraculum Solis radios frangebat, ſi contra

203 Ionæ 4. v. 5.

eius

eius ardores depugnabat, cur modò à recenti hedera Soli ad vrendum Prophetam via ſine obice pateat? Eſto exarear hædera; manebit vmbraculum, quandoquidem antequam illus hedera acceſſiſſet, refertur conſtructum, & contra Solis ſpicula armatum. O vtilem nobis eruditionem! Dum hedera verme arroſa cadit, & vmbraculum, cui non ſine oblectamento Prophetæ inſerta fuerat, ad ſolum ruit: factúmque eſt vt Propheta adhærentis plantæ conſortio, fuerit nudatus auxilio, qui anteà contra Solis ardorem protegebatur vmbraculo. Adeſt Seleucienſis Baſilius orat. 12. *Deus mittit vermem, & è veſtigio ſiccatur planta: citiùs periit, quàm germinauerat. Ecce tibi tecto nudatur Propheta, & extemporario tuguriolo priuatur, eſtuánſque flamma, dum acriùs adſpirat, caput adurebat, animi conſternatio voluptatem excepit.* Quam hedera commoditatem obtulerat, dolore æſtúque vrgentiſſimo Propheta ſoluit, & qui ſine hederæ conſortio commodè ſedebat in vmbra, ob volaticam amœnitatem inhærentem acriùs adſpirante aduritur flamma; Contra ardentiſſimum Solis æſtum inuenit Propheta auxilium, & aduersùs hederæ contagium, nullum inuenit remedium. O quoties exigua voluptas, quæ de opulenti commodi amici, aut ingenioſi, fortiſue capitur, ingenti dolore ſoluitur! Quam antea amicus habebat commoditatem, creatis diſcriminibus amicus arrodit, & diſpendiis ſalutis ac diuitiarum allatis præter opinionem eludit. Ecce tuguriolum ſine hederæ conſortio aſſurgebat; at dum ex temporanea amœnitate veſtitur dum infectis radicibus aſſociatur, ruit de coniugio, quod perſiſteret de diuortio: *Ecce tibi tecto nudatur Propheta, & extemporario tuguriolo priuatur.*

Seleucienſ.

---

§. XLVI.

Quos Deus penitus decreuit delere, appetentia prohibuit pericula præſagire.

204 VT tyranni, non Principis eſt acerrimo ſemper fletu animos diuexare, & ſuſpenſos mortis expectatione tenere; ſic optimi parentis, & piiſſimi gubernatoris eſt ſuorum calamitatem metu euacuare, & timore timoris cauſas abſcindere. O quàm incanduit ira, cum nulla ſui oculis permiſit indicia, vt incautos repentè erumpens deuorauerit flamma: *Dediſti metuentibus,* aiebat Pſaltes, *ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.* Arcum tendit, ſagittà inſtruit, vt qui vulnus timet, periculum declinare prudenter anhelet. Ipſa comminatio pietati adulatur: ſi enim deſideraret ferire, non ſolicitaſſet oſtenderet: *Ad quid valet talis ſignificatio?* rogat Incognitus ad hunc locum, *ſcilicet vt fugiant à facie arcus, id eſt vt fugiant à pœna.* Si deſideraſſet complere pœnam, nullatenus pœnæ præbuiſſet notitiam: ipſa namque pœnæ notitia ſolet non ſemel fruſtrari pœna. Illud tremendum, infeliciſſimúmque ſupplicium eſt, quod infertur inſcio, prorſúſque incauto. Ecce Madian fuſi iacebant in valle, tam remoti (vt rebantur) ab imminenti periculo, vt ſe citiſſimè coronandos putarent triumpho. Deus imperat Gedeoni de nocte caſtra promouere, hoſtémque inuadere: *De nocte conſurgens & omnis populus cum eo venit ad fontem, qui vocatur Arad.* Inquires cur nocturnum Gedeon elegerit ſilentium, quando gloriosius videbatur aperto Marte impetiiſſe inimicum: nam dum reculat ſentiri, ſe manifeſtè prodit timere. Ergo vt omnis timoris abſceſſerit nota, irruentis muniat aduerſarios notitia. Imò, inquit Abulenſis, hoſtes, oportet, fugiat notitia, vt incautos ditior percuſſerit pœna. O quàm terribile futurum comprobatur tormentum, quando Deus nullum tormenti permiſit indicium! Audi Madianitarum militem, qui ſub hoc idem tempus ſubcineritium, hordeacúmque panem intuetur ardentiſſimæ inſtar flammæ omne Madianitarum robur diſſipantem ac prorſus conſumentem: *Cùm peruenisſet ad tabernaculum percuſſit illud, atque ſubuertit, & terra funditus coæquauit.* In pane commilito intellexit Gedeonem deſignari, éique omnia iam Madianitarum caſtra tradita, pemtuſque aſſeuerauit delenda: *Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas, viri Iſraëlitæ: tradit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius.* Omnia euerſurus caſtra, nocte acceſſit, vt dum non prælagiunt tenebris ſepulti periculum extremum tulerint damnum. Adeſt Abulenſis quæſt. 1 *Iſtud intelligitur quòd fortè erant propè caſtra Madianitarum, & voluerunt de nocte conſurgere, vt non ſentirent Madianitæ aduenire Gedeonem, quouſque viderent eum ſuper ſe.* Sera aduentus notitia non docuit cautelam; ſed incrementauit ruinam: nullatenus Gedeonis aduentus fuit ab inimicis præuiſus, vt illos extremus ac duriſſimus deleret penitus caſus. O quàm ſeueriſſimi iudicij fuit nullam ſui aduentus permiſiſſe notitiam, ne euadere quirent ſententiam. Lucet in comminatione diuina miſericordia, & rigidæ ſeueritatis facie perſonata pietas miſericordiæ negotium gerit, dum vltionis cauſas abſcindit. Aſt dùm panis nullo ſtrepitu accedit, dum inuiſus nocte deuoluitur, Madianita prorſus deſtruitur.

Abulenſ.

Cùm Pharao contentioſiſſimè cum Deo depræliaretur, Moyſes ad ſalutem populi delegatur: iam mare virga percuſſum aquas in ſanguinem commutauit, iam grando cum igne conferta ruit iam ſtata temporum variantur iura, iam Solis intempeſtè decumbit flamma; verùm ante tot repetita flagella flagellorum præceſſit etiam notitia: *Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi* (aiebat Dominus) *quòd ſi adhuc renuis, & retines eos, ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos & aſinos, & camelos, & oues, & boues peſtis valde grauis.* Rigidiſſimum videbatur peſtis ſupplicium; verùm ibi pietatis, miſericordiæque agebatur negotium: nec enim decreuit Deus peſte delere, quem voluit tántis ſupplicij comminationibus præmunire. Poſt tot flagella adhuc furit, & malefidas maris vndas temerarius ingreditur: nec hic de periculo videtur præmonitus. Et cur Moyſes nó coërcet timore greſſum, ſi anteà denuntiare conſueuit periculum? Quia iam miſericordiæ tempus finitum, & vicinum approximabat naufragium. *Perſequentes Ægyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius, & equites per medium maris.* Hic Moyſes Pharaoni non prædixit naufragium, vt ſpretæ toties notitiæ ſolueret incautus duriſſimam pœnam, & extremam improuidus incurreret mulctam. Immiſſa peſtis vltricem vindicis iram teſtabatur vt Pharao de inſtante ſupplicio præmonitus fruſtraretur ſupplicium;

205

Exod. 9. v. 3

Exod. 14. v. 23.

Digitized by Google

cium ; ſed dum admonitionem contemnit, in mari non præmonitus naufragium incurrit. Non pleuè deſæuiebat ira, cùm prædicebat futura verba, ſed dura plenáque deſæuiit vindicta, cùm nulla ſtragis Ægyptium terruit memoria. In mari penitus Pharaonis deletur exercitus: *nec vnus quidem ſuperfuit ex eis* : incautos obruit ac ſepelit vnda & candentior reſplendet vindictæ flamma, dum non præcedit notitia : vt noueris grande beneficium tibi conferri, ſi imminentem præſagias mulctam, vt poſſis arripere pœnitentiam, & è contra duriſſimè : ferire ſupplicium, ſi præcedat nullum præſagium. *Quoniam non libenter grauia*
Oleaſt. *infligit*, ſcribit Oleaſter cap. 9. Exodi ad mores, *prius pecudes, quàm homines tetigit, vt videat, ſi velit homo attendere, & diſciplinam accipiat in capite alieno.* Dum præmonet, dum alieno in capite pœna erudit, non deſæuit plenè iuſtitia ; ſed viget miſericordia ; at valde tremendum eſt in vindictæ manus incidere, quin anteà vllum potuerit iræ veſtigium præuideri. O quàm meruit Pharao, qui toties monitus tempus eluſit, ſupplicijque notitiam ſpreuit, appetentis naufragij priuari notitia, quo fluminis deleretur violentia.

206 Diabolus quò Iobi filios mentiretur peruerſos, quò patrem ad impatientiam acrius prouocaret, quò Numinis iram deſæuientem clariùs oſtenderet, repentinam domus ruinam ſolicitauit, quin antea crepuerit tectum, quin nutarint parietes, quin titubauerint fundamenta : *Filiis tuis,*
Iob. 1. v. 18. inquit, *& filiabus veſcentibus, & bibentibus vinum in domo fratris ſui primogeniti repente ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* Domus vtpote primogeniti, aliorúmque Principis accuratiùs conſtructa, & ſolidiùs erat firmata, cuius parietes nec rimis dehiſcebant, cuius contignatio non patebat ſtillicidiis, cuius firmitas ſolid.ſſimis innitebatur cæmentis. Ergo dum hæc domus nullo ruinæ futuræ indicio incautos oppreſſit, extremam vltionis iram quodammodo declarauit : nec enim grauiùs deſæuire potuit vindicta, quàm ſi repentè opprimat prorſus inſcios. & præſagio nullo præmonitos : *Non ſunt, inquit, terrenæ inſidiæ hoc quod factum eſt, ô Iob* (verba ſunt Origenis lib. 1. in Iob) *ſed cæ-*
Origen. *leſtis furor : non eſt violentia hæc humana ; ſed contritio eſt diuina.* Ecce vt Deum extremo furore percitum contra Iobi filios teſtetur, nullo ipſos imminentis indicio periculi periſſe teſtatur monitos : & quidem diabolus in Iobi filiis extremam mentiebatur Numinis iram, dum incautè obrutos, & ruinis oſtendebat periiſſe incautos : nec enim terribiliùs deſæuire Numinis poteſt vindicta, quàm ſi repentè premat improuidos, imò à futuræ ſtragis notitia prorſus alienos, & euandis deliciis additos. O quàm grande Madianitis decreuit Numen ſupplicium, quando adductus Gedeonis priuauit notitia, vt irreparabili perirent pœna. Omnia caſtra penitus properabat euertere, qui Madianitis non permiſit periculum præſentire.

207 Paulus, vt Theſſalonicenſibus extremi iudicij ſeueritatem declaret, ita illis cap. 5. ſcribit : *Ipſi*
1. Theſſal. 5. v. 2. *diligenter ſcitis, quia dies Domini ſicut fur in nocte ita veniet : cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habenti, & non effugient.* Fur opportunum noctis obſeruat tempus vt illigatis altiſſimo ſomno ſenſibus commodiùs poſſit nocere, & dominis neſcientibus ſuffurari. Fur omnem vitat ſtrepitum, omne ſui aduentus ſummouere geſtit indicium, quo furandi poſſit ad effectum perducere deſiderium : vt è contra qui ſtrepitũ ciet, qui dormientes excitat, qui periculi proximitatem declarat, non vult opprimere ; ſed monere. O quàm vt pientiſſimus pater quæſiturus Adamum venit, dum timorem clamore incuſſit ! O quàm durus extrema die puniet, dum timorem clamore incuſſit ! O quàm durus extrema die puniet, dum furis imitatur ingenium, ne incauti euadere queant ſupplicium: *Ita veniet*, ſcribit Anſelmus Anſel.
ad hunc locum, *latenter incautis, ſicut fur in nocte : veniet enim in nocte, id eſt in ignorantia ; hoc eſt, veniet nullo ſciente aut ſperante ; veniet ſubitaneus, & improuiſus ; veniet vt fur, qui latenter venit, dum dormiunt homines, & omnia ſubripit, vt qui diues obdormierat, euigilans nihil inueniat : ſic enim continget ſecuris & negligentibus per improuiſum aduentum diei Domini.* Nihil adeò ſuſpectum peccatori debuiſſet eſſe, quàm imperturbata felicitas, quàm firma ad ſpeciem commoditas : pax námque peccatis ſtabilita, vt nequit firma conſiſtere, debet de inopino caſu terrere. Certè in quos Numinis ira acrior deſæuit, furis ad inſtar puniuit ; ne ſibi pararint effugium, ſi ſalutatem conceperint anteà metum. Ergo ſuam peccator ridentem vereatur fortunam, & falſam horreſcat ſecuritatem : eſt námque non indubium argumentum calamitatis extremæ, nullo pulſari calamitatis metu, nullo excitari ad timorem indicio, nullo ad fugam præmoneri præſagio.

---

§. XLVII.

Qui vitia penitus deſiderat abolere, contentus non ſit ſemel Euchariſtiam ſumere.

208 *Neceſſariò ſumendus eſt agnus*, ſcribit Inno-
Innocent. centius Papa lib. 4. de myſteriis Miſſæ cap. 42. *vt à vaſtante Angelo protegamur : nec exire poſſumus de Ægypto niſi celebrando Phaſe paſchalem agnum edamus.* Vitia noſtra nos neruoſis funibus ligant, ferreiſque compedibus grauant: non poſſumus infame Ægypti iugum excutere niſi cæleſtes nobis vires inuiſceremus, & ad Euchariſtiæ ardorem noſtra vincula diſrumpamus. Qui Ægyptiorum tyrannidem exambit fugere, cæleſti menſæ non cunctetur accedere: nec enim ſine vita noſtra ſalus ſubſiſtit, nec ſine libertate noſtra captiuitas perit. Ergo nullus refugiet menſam, quam aduerſus omnes, qui nos tribulant, pientiſsimus pater extruxit, & veluti armamentarium optimum præbuit. Profectò ſine cæleſti pane vnus, aut alter morbus depellitur ; illo verò ſanitas generalis acquiritur. Verbo Centurionis ſeruulus ſanatur ; at dum Zachæus Chriſtum ſuo recepit hoſpitio, domus tota gaudet ſalute, & ſalus firmatur robore: *Hodie*, inquit, *ſalus domui huic facta eſt.* Notauit Luc. 19. v. 10
acutè datus Innocentius : *Alter eorum gaudens in domum ſuam Chriſtum ſuſcepit, & alter eorum dixit: Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Qui humilitate vitæ auctorem ſuſcipere renuit,

vnico

vnico ſeruulo ſanitatem impetrauit : qui vt debebat, nempe terrenis iam reluctis, & cupiditatibus abdicatis ſuſcepit Chriſtum, toti domui procurauit ſalutem, & [Abrahæ filiorum ſibi acquiſiuit nobilitatem. Auguſtinus ab Innocentio citatus, quotidianam Euchariſtiæ frequentiam nec ſugillat, nec laudat ; monet tamen Dominicis diebus Euchariſtiam ſumendam, ne tepeſcat feruor, aut irrepat importuniſſimus languor : *Quotidie*, inquit, *Euchariſtiam recipere nec laudo, nec vitupero, omnibus diebus tamen Dominicis communicandum hortor.* Quàm prudenter ſuſpendit circa quotidianam perceptionem iudicium, & Dominicis diebus frequentandi allaudauit affectum: neceſſarius eſt cæleſtis cibus, vt quod noxio mortalitatis noſtræ calore conſumitur, repatetur. Nec ſatis eſt ſemel ſumere, vt vitia poſſis deterere : nam licet ea ſit Sacramenti vel ſemel accepti virtus, quæ omnes poſſit vitiorum phalanges conſumere, cateruaſque diſſipare, noſtris defectibus impeditur, & indecoris affectibus eneruatur : inſoleſcunt námque quotidie nouæ peſtes, repullulant peſtilentes paſſiones, quas hoc cæleſti potu expedit repurgare, & depellere. Iram premere ad menſam accedens diſcit, iam quæ mundi ſunt deſpicere, ſtudioſiùs proponit : & vt temporis tractu quæ vitia erant, tranſierunt in mores, ita & hac menſa repetita tranſeunt in mores virtutes. Reluminatur mens, cor accenditur, gelida ignauia diſſoluitur, & aduerſariorum adulteribus obuiatur: quam doctrinam vt ſæculis tranſmiſerit Deus, Gedeonem iubet ad aduerſariorum caſtra tranſire: explorator curioſus obtemperauit, non tranſfuga ignauus : vtque peruenit, militem commilitoni ſomnium narrantem audiuit: erat autem huiuſmodi: *Videbatur mihi quaſi ſubtilem panis ex hordeo veluti, & in caſtra Madian deſcendere, cúmque peruenſſet ad tabernaculum percuſſit illud, atque ſi euerſit, & terræ funditus coæquauit.* Caietanus putat non vnicum panem ; ſed plures Madiamitarum caſtra percuſſiſſe, & prorſus obliteraſſe : *Nec intelligo*, inquit, *per panem, panem vnum ; ſed multitudinem panis, quemadmodum & per tentorium non ſignificatur tentorium vnicum, ſed vniuerſitas tentoriorum.* Satis erat vnicus panis ad omnia inferorum caſtra euertenda ; at quia non ſolùm euertenda erant caſtra ; ſed adhibenda virtuti fulcra, opus fuit vtili panis repetitione & vires nequitiæ enetuare, & animum proiuſtitia militantibus adaugere.

Auguſt.

Diebus Dominicis Euchariſtia ſumenda eſt.

Caietan.

209 Elias huius ſæculi hoſpes ſic religioſo flagrauit Zelo, vt in ipſo exitu virtutis cautam egerit, & eiuſdem Zeli hæredem reliquiſſe curauerit : pallium Eliſæo veluti teſtamento legatum donat, & ad cæleſtem regionem inuolat, diſcipulus nouo inflammatus ardore moras non nectit ; reformare mores incunctanter exambit, vtque aſſolet præpediri ſemper impedimentis virtutem, Iordanis morabatur greſſum, & inundatione vndarum Prophetæ fruſtrabatur ſtudium, verùm Eliſæus Eliæ pallio aquas percutit, vt conſtantiam indiderit: percuſſæ non ſubſiterant; ſed antiquos lapſus acceleraruntſtetit ſupra ripam Iordanis, & pallio Eliæ, quod ciderat ei, percuſſit aquas, & non ſunt diuiſæ. Non deſitit Propheta prudentiſſimus ; ſed actionem iterauit, & iam quod à principio non obtinuerat, feliciter eſt aſſecutus, & repetitione adeptus. *Et dixit : Vbi eſt Deus Eliæ etiam tunc ? percuſſitque aquas, & diuiſæ ſunt hinc atque illuc & tranſiit Eliſæus.* Profectò ſi ab inceptis ſemel fruſtratus deſiſteret, nobili adeò triumpho coronatus non effulgeret ; at dum conſtanter perſeuerat, & perſeuerantia triumphat: nam licèt primo ictu vorticum vires penitus non fuerint detritæ, fuerunt nihilominus non parum debilitatę. Ergo quia primus ictus fregit inſaniam, ſecundus eſt aſſecutus victoriam : & fortè ſecundus non aſſequeretur victoriam, ni prior infirmauerit reſiſtentiam. Iam in pallio illo adumbrari Euchariſtiæ Sacramentum tradit Drogo Oſtienſis de Sacram. Dom. paſſion. eius verba accipe: *Remanſit ei pallium tuum in memoriam tui . . . hoc eſt, Sacramentum corporis tui, quod ſumimus in tui commemorationem, donec venias.* Pallio hoc eſt, Sacramento naturæ noſtræ lapſus frænatur, & quod ſemel pallium non obtinuit, repetita actione impetrauit. Ergo ſacra ſynaxis iteranda eſt, & incandeſcente affectu, orationéque adhibita repetenda : ſic enim conſtantia roboratur, & per vortices veſtigio puluerulento tranſitur.

4. Reg. 2. v. 13.

Drogo.

Cùm immanis illa paſſionis tempeſtas iam diſcipulorum aures feriret, cùm iam mortis metus illos procelleret, Magiſter prouidentiſſimus corpore ac ſanguine ſuo laginatos obarmat, & armis contra dæmonum phalanges potentiſſimis roborat: *Accipite & diuidite inter vos.* Pacti, etſi non proditores negarunt, ſatis indecorè fugerunt; aſt cùm iam illa ſæuitiæ rabies Dominum in crucem egiſſet, cùm iam triduo tranſacto candidior lux tenebras effugaſſet, Magiſter prientiſſimus ſuos colligere ſatagit, & ſe in caſtellum tendentibus peregrini aſſumpta perſona aſſociat : vt peruenerunt, menſa apponitur, & cæleſti panis ſacratus benedictione porrigitur : *Dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum . . . Et ſurgentes eadem hora regreſſi ſunt in Ieruſalem.* Ecce audacter diſcipuli gradum reuocant, & quam timidi fugiebant, Ieroſolymam intrant. Et quæ huius regreſſionis cauſa ? cæleſtis panis iterum porrectus, & deuoto affectu aſſumptus : *Cùm vidiſſent aſſuetam*, inquit Euthymius, *ac notam panis benedictionem : nam tunc permiſſi ſunt, vt eum agnoſcerent.* Addit : *ſurrexerunt eadẽ hora.* Ne negarent, aufugerunt, priùs Euchariſtia refecti, iam iterum pane innutriti timorem excutiunt, & celeſti ardore flammeſcunt : iam non timent aduerſariorum rabiem, iam deſpiciunt indecoram crucis mortem, iam qui anteà refugæ, ad virtutis caſtra reuertuntur, & pro viribus depræliantur : tantum intereſt robur hoc cæleſti repetito epulo colligere, viréſque firmare. Acceſſiſti ad ſacram Euchariſtiæ menſam ; ſed paulò pòſt occurrit tentatio, quam fugiſti prudenter timidus; verùm non ſubiugaſti glorioſè intrepidus. Accede iterum, vt candidiùs inardeſcens iam non timeas fugitiuus ; ſed triumphes lauris florentibus coronatus ; oportet tamen etſi ſæpiùs accedas, animum non curioſè purgare ; ſed longa meditatione polire : prolixum tempus impendendum eſt tremendi adeò myſterij contemplationi: retrahendi ſunt ſenſus, excolendus eſt ſolicitudine animus. Diſcamus à capite Geneſis 40. aptum cordi præparando exemplum.

210

Luc. 22. v. 18

Euthym.

Pharaonis pincerna neſcio qua cauſa carcere detinebatur incluſus : vidit hic ſenſibus ſomno figillatis frondoſam ac florulentam vitem, ex qua tres fœcundæ propagines pullulabant, & ſaporatiſſimum manibus fructum offerebant, tulit

211

pincerna

pincerna vuas, & liquato illatum ſanguine poculum tradidit Pharaoni: cúmque Ioſeph cæleſti accepta reuelatione ſomnium interpretaretur, tres propagines tres aſſeruit dies, & eorum tertio calicem Pharaoni in ſalutem ac libertatem offerentis teſtatus eſt propinandum, & vultu hilari ſuſcipiendum. *Tres propagines tres adhuc dies ſunt: poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum, dabiſque ei calicem iuxta officium tuum.* Iam ſe oculis ingerit difficultas: ſi in die tantum tertio calix eſt offerendus, & propinandus, quid neceſſum erat tres contemplari propagines? Videat vitem vnica propagine vuas protrudentem quando ea tantùm die vuæ ſunt colligendæ, & principis ſiti nobili propinandæ. Quid iuuat alios etiam palmites oculis ſpectare, quando vſque ad tertium fructus protelatur offerre? O profundam nobis eruditionem! Die tertia colligendus eſt fructus; at duplici die eſt intentis oculis contemplandus, & abſtractis ab omni ſtrepitu ſenſibus inſpiciendus: aliter namque die tertia non ita erit calix gratus: quia minus fortè decenter exhibitus; at dum pincerna longo tempore vuarum virtutem expendit, reuerenti manu collig t, & de grato obſequio Principis animum ſibi deuincit. *Hoc eſt*, inquit Hugo Cardinalis, *quod Gentilis populus præoccupauit ſalutem.* Addit: *Vitis Chriſtus eſt Ioannis 15. Ego ſum vitis vera, Hanc vidit Gentilis ad fidem conuerſus coram ſe quaſi ad imitandum; ſed iudaus ſupra ſe quaſi onus à quo opprimebatur.* Qui oculos panis contemplatione non recreauit, diſplicuit: qui vidit, ſéque imitatione vitis ad colligendum fructum diſpoſuit, ſalutem, & dignitatem inuenit. Ergo diſce longum tempus huius myſterij conſiderationi impendere, vt accedens ſalubriter poſſis ſumere.

Genes. 40. v. 13.

Hugo.

§. XLVIII.

Deus cùm ardua præcepit, animos addit, quibus difficultatem emollit,

212

BOnus Princeps animos addit, cùm præcipit laboriosa temporis definito ſpatio, & digno promiſſo præmio. Inardeſcunt animi nobili ambitione pulſati, & decantanda ſæculis laude allecti. Opportunè Caſſiodorus 11. var. 36. *Qui laborioſas excubias, & officia magna ſedulitatis inuenit, rationabiliter & temporis definita conſtituit, vt quod erat ſub vitæ termino poſitum præmium non haberet incertum, alioqui quis ſufficere ſemper & expectare poſſet, cùm ſe mortalibus lux ipſa ſubduceret.* Quia internas addere nequeunt humani Principes vires, externis præmiis, honoris inſignibus, definitis temporibus ardua emolliunt, cum difficultatibus plena iniungunt; at Deus non ſolum externa difficultatis lenimenta adhibet; ſed interna virium incrementa tribuit, ne quis ob difficultatem Numini renuat obedire, quando præ reſtiquis Principibus quit difficultatum aſperrima læuigare. Magna & ad ſpeciem difficillima iubet aliquando; ſed & vires magnas præbet, nec ſub incerto præmio in virtutis caſtri militia geritur, nec ſine infuſis cælitus viribus depræliatur. Gedeoni bellum ad ſpeciem temerarium aggredi imponitur, nempe trecentis tantùm viris, eiſque non ferro; ſed facibus, tubíſque armatis innumeram hoſtium copiam impetere, ac animo intrepido inuadere: *In trecentis viris, qui lambuerunt aquas liberabo vos*; verum dum præcipiuntur ardua, miniſtrantur etiam ſubſidia: in aduerſariorum exercitum tranſilit, vt ſomnium audiat, & audito ſomnio animus erigitur, & fortitudo adaugetur: *Cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tua, & ſecurior ad hoſtium caſtra deſcendes:* Securus deſcendit, qui videbatur ſummo periculo obiectus, & hoſtilibus copiis ſine effugio circumfuſus: vires internas addidit, qui iubebat: & quod diſcrimen adurgere videbatur proximiùs, ductabat ab obediente remotiùs: *Ad ſuauem diuinæ gubernationis diſpoſitionem ſpectat*, ſcribit Caietanus, *confortare animos hominum ex ſenſibilibus ſignis, inter quæ ſupputantur ab hominibus ſumpta omnia: nam magni fiebant apud priſcos huiuſmodi omnia tamquam à ſuperis data.* Felici auſpicio bellum adoritus confortatur, etſi humanis oculis periculo cenſeatur obiectus.

Caſſiodor.

Caiet.

213

Vt quibus diuini amoris ardebat flamma, conſpicuè hominibus proderet, Abrahamum iubet Deus filium vnicum dilectúmque aris imponere, & veracibus flammis tradere: ad hæc holocauſtum non ſine longiſſimi itineris defatigatione vult fieri: *Offeres eum*, inquit, *in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.* Omnes naturæ niues contra obedientiam videtur armaſſe, & omnia, quibus dolor exulcerari poſſet, in memoriam adduxiſſe: cum Iſaac depoſcitur, vnicus cui maior pietas debebatur, puerulus vnigenitúſque refertur, & ne amor vel cadauere leniret dolorem, in faſcilla aſſeritur conuertendum, dum ignibus præcipitur deuorandum: *In holocauſtum.* Qui tunc? Abrahamus ſe patrem ignorat, vt ſeruum impleat: manus pueruli ſtringit, pedes ligat, & venerandus ſæculis carnifex rogo imponit: machæra armatam ſubleuat dextram, nec manus dolore rigetſed interna ſecuritate reſplendet: videbantur naturæ humanæ vires barbaricis ad ſpeciem præceptionibus ſuperari; eo tamen robore qui iuſſerat animum confortabat, & brachium, vt naturam glorioſiſſimè detriumphatint quanto periculum propiùs adurgebat, tanto ſecuriùs manus ſplendent, ferrum prenſabat, & inconniuentibus oculis locum vulneri perquirebat. Adeſt Zeno Veronenſis ſerm 2. de Abraham. *Intrepidus ad miniſterium immolationis armatur, rimatur ad ictum vulneris ſecurus animus; ſed ſecurior manus.* Et cur manus ſecurior, ſi iugulatio proximior? Quia ſecuritas, reſpondet Veronenſis Zeno, cum periculo decertabat, & quantò librata ferro dextera diſcrimini videbatur vicinior, tantò cæleſti virtute muniebatur ſecurior, & fortitudine mirabili audacior. Itaque dum Abrahamus ardua iubetur perficere, cæleſtes etiam illi vires conſtat oraculum miniſtrare: fortitudine reſplenduit armatus, & indubia ſecuritate munitus. Dextera & animus obediunt iuſſis; at quia dextera iugulo feriendo proximior, & ſecuritate maiori audacior, & audacia rutior: vt noueris ad diuina iuſſa, quantumuis ad ſpeciem ardua non trepidare; ſed de virtute præſtanda audere.

Genes. 22. v. 2.

Zeno.

214

Vt diuinis ſeruiunt imprudenter humana conſilia, quos cuſtodes muniendo ſepulchro appoſuerat inuidia, veritatis teſtes diuina reddidit prouidentia: ingenti terræ motu, vel vt melius dixerim, plauſu,

Digitized by Google

plauſu, Chriſti victoriam teſtata ſunt elementa: deſcendit Angelus, & amouit lapidem, vt qua ſcatebat, radiaret lùce ſepulchrum, & oſtenderet quàm fuerit imbelle æmulantium ſatellitium:

Matth. 28. v. 1. *Venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrum. Et ecce terræ-motus factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum: erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix: præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes, & facti ſunt velut mortui.* Vel ſolus aſpectus milites, & alioquin truces percellit. Quid tunc? Mulieres alloquitur, non perterritas; imò virili animo armatas: *Reſpondens Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos.* Et cur non timeant, quibus multiplex ad ſpeciem cauſa timoris erat? Sexus fragilis vel ad fragorem tonitrui cadit animo, vel ad laruæ fugit aſpectum, & non timebit inimicorum inſidias, elementorum concuſſionem, vultus Angelici mateſtatem? *Monetur*, inquit

Chryſol. Chryſologus ſerm. 74. *chaos, diſſiliunt ima terrarum, timet terra, montium tremunt pondera, orbis fundamenta quatiuntur, corripitur tartarus, ſiſtuntur inferna.* Subnectit: *Reſurgente Chriſto, morte peremptæ terrenis redditur cœleſte commercium, & mulieri, cui fuerat cum diabolo lethale conſilium, cum Angelo colloquium fuit vitale.* En quæ milites exanimauerat facies, animos infundit mulieri; colloquium iam fit vitale vocatis mulieribus, cùm oris ſolùm terribilis fulgor pauorem morti ſimilem incutiat cuſtodibus. In medio compugnantium ventorum intrepidæ mulieres perſiſtunt, & cùm orbis fundamenta quatiantur, cùm deſiliant tartara, cùm montium tremant pondera, animoſa perſiſtit fœmina. Addit ſerm. 75. Chryſologus: *Hinc eſt quòd Angelus percellit impios, pios alloquitur, & ſolatur: Nolite timere vos, hoc eſt, illi timeant, quærentes non timeant, timeant perſequentes.* Qui ad ſepulchrum inuiſendum impulerat, eam mulieribus conſtantiam largitus eſt, vt nec hoſtium timuerint odium, nec terræ-motus naufragium, nec Angelici ſplendoris excellum. Omnes creaturas tremor concuſſerat; ſed fœminas non attingit; quia Deo fuit curæ Angelum delegare, qui timorem pectore eximeret, & inuictos fœminis animos adderet: *Colloquium ipſum fœminis fit vitale:* & vndè mors percellebat crudelitatis miniſtros, indè fiduciam ſumebant pietatis aſſeclæ, & ad Chriſtum viſendum mulieres miſſæ.

215 Pſalm. 26. v. 1. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra*, aiebat Pſaltes, *non timebit cor meum; ſi exurgat aduerſum me prælium, in hoc ego ſperabo.* Interpretes hîc Prophetam autumant locutum de prælijs, quæ toties aduersùs ipſum Saül inſtruxerat: non diſſentiam; addam tamen depinxiſſe hîc, quæ interiùs fuerat expertus, quando bellum cum procero illo gigante adorſus eſt: adſtabat procera illa ſuperbiæ turris altum vociferans, & vultus toruitate milites de ſtatione deturbans, quando Dauid à gratia in campum productus eos oſtentauit animos, vt non ſolùm timoris non quateretur ignauia: ſed iam frui videretur victoria: *Lernem & vrſum*, inquit, *interfeci ego ſeruus tuus: erit igitur & Philiſthæus hic incircumciſus quaſi vnus ex eis.* Is pauor Iſraëlitas omnes tenebat ad gigantis adſpectum, vt terga verterent indecorè, & ante certamen hoſti victoriam concederent; at quem cæteri vti horrendum monſtrum exanimati horteſcebant, puerulus parui pendit, & ludum putat ad ſpeciem inſuperabile bellum. Quod ſi huius prudentis animo-

1. Reg. 17. v. 36.

ſitatis cauſam inquiras, reſpondebit Baſilius Seleucienſis orat. 15. productum fuiſſe Dauid à gratia, ob idque eas Dauidi vires miniſtraſſe, vt ludicrum ſpectaculum gigantem diceret, & congredi non timeret: *Cùm nullus è toto exercitu probaretur ſatis, eſſéque in periculo Saül, tunc militem ſuum producit in medium gratia verè regem factis declarans, dum pugnæ prouocationem ad ſe rapit, & oratione confauciatum Saülis animum præſanat.* Iam longè à metu aberat, vt Saülis timori mederetur, & promiſſa victoria omnium conſternatas mentes reuocaret, & inuictam pectore fiduciam gereret: *Non timebit*, inquit, *cor meum.* Et quare? *Quia in hoc ego ſperabo.* In quo? In eo, reſpondet, quod à Deo miſſus ſum: ille enim cùm mittit ad prælia, & virium præſtat ſubſidia. Ergo nullus Deo obedire renuat ob præceptorum difficultates, quando conſtat ad ſuperandas difficultates ſupernè infundendas vires.

Seleucienſ.

§. XLIX.

Quæ noxiè poſſunt creſcere, debent celeriter amputari.

OMnia vitia non ſolùm tempore adoleſcunt; ſed indurantur: tranſeunt temporis curſu in mores, quæ olim extiterunt peccata: niſi prouida falce pullulans præcidatur ramuſculus, fit teres arbor, & quæ facilè vel leui ſecuris ictui cederet anteà, iam ferientis vires defatigat toroſa, & ſecuris aciem retundit dura. In hac re graui peccator incommodo, imò aliquando irremediabili damno. Aqua, quæ aliò deflexa ingratum non contraxiſſet ſaporem, ſi longo, falsóque tramite permittatur excurrere, ſaluginem quodammodò cõcarnatam nequibit iam denudare. Opportunè Caſſiodorus 5. var. 38 *Admonet nos formarum cura præcipua, vt quæ poſſunt noxiè creſcere, debeamus celeriùs amputare, quatenus & ſoliditas aquæ ductus Deo auxiliante incorrupta ſeruetur, & vobis leue ſit opus, quod in teneris arboribus adhibetur.* Subdit conſul diſcertiſſimus rationem. *Nam quæ nunc virgulta ſunt erunt ſi negligantur & robora: iſta enim, quæ modò facili auulſione diruuntur; poſteà vix ſecuribus ictæ ſuccumbunt. Atque ideò ſociata debet properatione contendere, vt præſenti diligentia futuri laboris enadatis incommoda.* Nonnulli patentes ſuperioréſque, ne leui labore inſudent in corrigendis initio erratis, magnis infructuoſiſſimiſque negligentiam ſolent poſteà ſoluiſſe diſpendiis. *Hæc eſt enim ciuilis euerſio*, addit Caſſiodorus, *ſine oppugnatione diſſidium: aries, vt ita dixerim fabricarum.* Ciuiliter & ſine ſumptu euertitur, quod tenerum oriri cognoſcitur: Ob id ſapientiſſimus Gedeon, qui à Deo inſtructus bellum aduersùs Madianitas gerebat, & futura contra vitium bella adumbrabat, tunc turbare vigiles properauit, cùm oculos habebant ſomniculoſos, nec ſomni vinculis prorſus liberos: *Ingreſſus eſt Gedeon, & trecenti viri, qui erant cum eo, in partem caſtrorum incipientibus vigilijs noctis mediæ.* Cùm in Madianitarum caſtris, vt in cæteris aſſolet, alternarentur excubiæ, curauit Gedeon eo tempore inimicos

216

Caſſiod.

Quod initiò facilè eradicatur, difficulter poſt euellitur.

Digitized by Google

impetere, quo vigiles ſemiſopiti nondum ſolutos ſomni vinculis oculos videbantur habere. Et quidem arduum non fuit, vt probauit euentus incipientes vigiles inopino ſtrepitu perturbare, & turbatos in fugam vertere. Et forſitan ſi omni diſcuſſo ſomno Madianitici cuſtodes vigilaſſent attentiùs, exarmatos hoſtes caperent, non timerent. Ergo ſine armis vicit incipientes vigilare, vt doceret arduum non eſſe incipientes & ſemiſopitos affectus opprimere, & vitia tenera perturbare. Adeſt Abulenſis q. 25. *Si veniſſent, dum manerent alij vigiles, qui vigilauerunt à principio noctis, ſcirent illi quòd nulli eſſent ingreſſi caſtra, & non commouerentur in ſe ſubitò Madianitæ, quanquam viderent in circuitu tubas & lampades: eſſent parati, ſi quis eorum caſtra introire vellet; nunc autem vigiles nondum erant excitati: quia vigilare debebant in principio mediæ noctis.* En ſolertiſſimum, opportuniſſimúmque triumphis Gedeonis ſtudium, expectare videlicet, vt qui multo tempore iam vigilarant cubitum tenderent, vt alij ſemiſopiti vigilias inciperent: nouerat námque facilius eſſe teneras vigilias, & quodammodò ſomno aſſociatas euertere, quàm adultas tempore ſuperare.

Abulenſ.

217 Dum Ioſuë cum Amorrhæis manus conſereret, validéque ſyderibus ſuppetias ferentibus in aduerſarios irrueret, triumphus in eius partes inclinabat; ſed adeò longum tempus in ambiendo inſumpſerat triumpho, vt deeſſet poſſidendo trophæo, lauíque gaudio; verùm ſtrenuus dux cœleſti fauore animatus ſtationem luminaribus indixit, & imperio pietate vrbanitatéque pleno equos refrænare coëgit: ſic inuenitur iuſſiſſe, vt videri poſſit ſupplicaſſe: *Sol* inquit, *contra Gabaon ne mouearis*. Neſcias an præcipiat imperioſus, an exoret humillimus: paruit cæleſtis militia, hæſerúntque magna luminaria non tam lucendi deſiderio, quàm obtemperandi ſtudio: productus fulgor obedientiam eſt comitatus: vt noſcas plus rutilare, dum decenter parent obſequio, quàm dum cæli dominabantur faſtidio: nec ſatis fuit Scripturæ ſemel Solis Lunæque obedientiam retuliſſe; ſed iterum aggreditur, etſi non ſine diſcrimine, dilaudaſſe *Dixit coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steteruntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Audis tanto duci exhibitum à Sole, Lunáque obſequium, audi iterum etſi aliqua differentia officium laudibus commendatum *ſtetit, itaque Sol in medio cæli, & non feſtinauit occumbere ſpatio vnius diei.* Iam ſeſe ingerit difficultas: Si imperium ad vtrumque luminare delatum eſt, ſi adæquè vtrumque exhibuit lucendi officium, cur diſſimilis eſt relatio? Statio Lunæ ſemel refertur, Solis ſtatio ſemel & iterum commendatur. Ecqua huius diſcriminis cauſa eſt? An quia Sol luminare maius? Omnia námque magnatum geſta miris laudibus extolluntur, & ſtudioſis adulationibus celebrantur; Lunæ, etſi non diſſimili obſequio paruerit: quia luminare minus, officium tam magni non habetur, nec tam fauſtis, repetitiſque acclamationibus celebratur. Benè; ſed, ni fallor, aliud hæc latet myſterium: Sol iam reſplendebat adultus: Luna exiguis cornibus apparere incipiebat: incipientem ergo ſiſtere non fuit operoſum; aſt adultum reprimere difficillimum. Ergo Lunæ ſemel refertur, ne careat obſequendi elogio; ſed bis repetitur Solis ſtatio, vt Ioſuë inſolito coronetur prodigio & triumpho: *Erant in tali diſpoſitione*, ſcribit Lyra de luminaribus, *quòd vterque apparebat ſuper terram.* Vt ſolet apparere Luna occaſus ſepulchro luce Solis iam occumbente, ita tunc, vt nonnullis interpretibus placet, incipiebat Luna apparere, & Sol feſtinabat occumbere: ſtitit ergo Ioſuë vocis imperio adultam Solis, & Lunæ nouellam lucem: & quia minus laborioſum eſt incipientem reprimere quàm adultum refrænare, ne fidem ſupergredi videatur prodigium, bis Solis ſtatio refertur, & Lunæ ſemel deſcribitur: *ſteteruntque Sol & Luna: ſtetit itaque Sol in medio cæli.* Diſce quàm ſit arduum roborata tempore flectere, & quàm non ſit operoſum tenera & incipientia frænare.

Ioſuë 10. v. 13.

Lyra.

Vt toroſæ cedri Libani faſtigio adultæ auellat 218
frondes grandis aquila exacutis vnguibus obarmatur: *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis & varietate venit ad Libanũ, & tulit medullam cedri, ſummitatẽ frondium eius auulſit.* Profectò ad euellendas frondes ſatis videbatur inferior auis, & tamen non ſolùm aquila: ſed prægrandis longóque membrorum ductu huic muneri deputatur, & vngue rapace inſtruitur; cùm tamen ſi Geneſis octauum conſulas, emiſſa à Noë columba aſportarit non ſolùm frondem; ſed germen: *Illa venit ad eum ad veſperam portans ramum olivæ viremibus foliis in ore ſuo.* Vides columbam attuliſſe ramum, aquilam folium, cùm è contra videretur futurum, ſcilicet grãdem aquilam fore diſcerpturam ramum & columbam manſuetiſſimam folium, & tamen aquila rapit folium, & affert columba ramum. Et quæ differentiæ ratio? An quia manſueta columba? Non renuam: ſæpiſſimè námque plus impetrat ciuile, ac manſuetum ingenium, quàm ſuperbum & impetrans ſupercilium; hic tamen alia diſcriminis cauſa fuit, videlicet oliuæ germen tũc denuò protruſum, cedríque folium tempore iam induratum. Vt annoſa ergo elatáque cedrus foliis denudetur, opus eſt vi non modica; imò aliquando violentia; at vt tener ramuſculus & pullulare incipiens, auellatur, ſatis eſt molli roſtro, non vngue aduncо: *Conſtat fieri morſu, violentiaque adhibita*, ſcribit Caietanus, *ad accipiendum huiuſmodi ramuſculum tenellum.* Ad diſcerpendum tenellum ramuſculum aliquo morſu, aliqua violentia opus fuit; non tamen aquilæ; ſed columbæ, ad folium verò celſiſſimæ, anniſque obfirmatæ cedri euellendum ſatis non erat roſtro columbæ? ſed vngue & quidem pergrandis aguilæ. Tenellum puerum corrigere vel columbinum matris ingenium poteſt; at induratam iuuenem, & attrita iam fronte audentem, vitiiſque non ſolùm immerſum; ſed intinctum nec paterna vis ſatis eſſe ſolet ad corrigendum, nec dura violentia compedis ad frænandum. Ipſis incunabulis vitia ſunt interſtinguenda; alioquin ſi adoleſcant, correptionem reſpuunt, nec medicinam iam accipiũt. Quod ſi cupias penitiùs explorare, quantas tempus vires addiderit, confer cum Geneſis cap. 22. caput Prouerbiorum 9.

Ezech. 17. v. 3.

Geneſ. 8. v. 10.

Caiet.

Sapientia conſtructa domo victimas offert, 219
innocentes ſcilicet agnellos ſe matre dignos vocauit paruulos vt redigeret in filios, & vt immolaret redactos: *Immolauit victi mas ſuas... Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: Siquis eſt paruulus veniat ad me.* Tertullianus aduersùs Gnoſtico capi. 7. legit: *Sophia iugulauit filios ſuos.* Itaque paruulos adoptauit in filios, quos aris obtulit, & cultro rationabili iugulauit. Tranſi modò

Prouer. 9. v. 10.

Tertull.

ad

Digitized by Google

ad Geneſ.22.vbi cùm Abraham iuſſus eſſet filium immolare, manus alligat, pedéſque conſtringit, non crudelitatis ſæuitia; ſed pietatis prouidentia:

Geneſ.22. v.9. *Cùm alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum.* Quæres cur mater ſapientia filios immolatura ligaturis non conſtrinxerit,cùm Abrahamus immolandi filij manus alligarit,pedéſque vinxerit: ſi hîc paterna veretur prouidentia, ne Iſaac ab ara reſiliat, cur ibi materna prouidentia verita non eſt, ne ab altari hoſtia deſcendat?Fors quia ſapientiæ filij,vt vides, paruuli: ait námque: *Si quis eſt paruulus veniat ad me*; at Iſaac ſic iam adultus, vt holocauſti ligna humeris poſſet portare: *Tulit quoque ligna holocauſti,& impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum.* Ergo Abrahamus cordatè timuit, ne Iſaac quantumuis morigerus ætate iam adultus calcitraret, ob ídque ligatura periculum anteuertit; at matri ad offerendas victimas opus non fuit ligatura: quia eius filij paruuli, & ferè nondum cunabula egreſſi. Huc voco

Zeno. Zenonem ſerm.1.de Abraham: *Cum gaudio unici pignoris alligat manus, quas ille vincienti as libentiùs offert: pedes quoque conſtringit, ne in exitu mortis concitata victima calcitraret.* Matri vinculis opus non fuit,vt litaret paruulum, cùm otioſa non fuerint vincula,vt Abrahamus filium ſacrificarit adultum: timuit námque calcitraturum iuuentutis impetu, & adoleſcentiæ motu.

§. L.

Deus de ſupplicij ſtrepitu ſatagit ſupplicium vitare, & de ſilentio beneficium ſemper augere.

220 EA eſt Dei in homines clementia, ea amoris erga homines flamma, vt licet beneficentiæ thesaurum penè euacuet, adhuc liberalitatis fomitem non ſopiat; ſed ſemper nouos excogitet modos, quibus incrementet munera, & dilargita exotnauerit dona: cúmque non minus adurgeatur æquitatis zelo, quàm amoris pulſetur ſtudio, ſæpè æquitatis legibus, ſi fas eſt dicere, cogitur inferre ſupplicia, ne ſi inulta, inſoleſcant peccata. Vnde quodammodo diuiſus inter æquitatis iura, & miſericordiæ conſilia, nec poteſt parcere, nec ſcit punire. Ob id eam artem irrogandi pœnam excogitauit, qua ipſam vitauerit, pœnam dum puniendo maturam ſuaſerit arripuiſſe fugam: puniturus ſtrepitu aduentat, vt de aduentu ſatisfaciat iuſtitiæ, & de ſtrepitu conſuluerit etiam clementiæ:

Caſſiodor. *Æquitati fave*, aiebat Caſſiodorus 3. var.23. *iudicem corrigendis criminibus delegans, innocentiam animi virtute defende, vt inter nationum conſuetudinem peruerſam Gothorum poſſis demonſtrare iuſtitiam; qui ſic ſemper fuerunt in laudis medio conſtituti, vt & Romanorum prudentiam caperent, & virtutem gentium poſſiderent.* Addit diſertè ſatis: *Remoue conſuetudines abominanter inolitas: verbis ibi potiùs, non armis cauſa tractetur, non ſit comitium negotium perdere: cùm propriè abiuratus alieni furtum, non animam reddat.* Ecce amorem Principis æquitatis, & ſubiectorum cauſas agentem: cupit conſuetudinem abominanter inolitam inſtitiæ falce reſecare, ea tamen moderatione, vt ſubiectus abiurata culpa vitam valeat cuſtodire: Itaque nec culpæ permittenda eſt vita, nec peccatori, ſi fieri poſſit, infligenda interitus pœna. Hanc iuſtitiæ pietati ſuffragantis regulam ſecutus videtur in Madianitarum ſupplicio Dominus: pietatem impugnabant, & cœleſtia in ſe arma commouebant. Ergo ne creaturas ſuas perdiderit, & ne culpas impunitas reſpirare conceſſerit,eo ſupplicij genere vtitur,vt ipſo ſtrepitu peccatorem iniquitatis caſtra moneat deſerere,& ſupplicij acerbitatem fuga opportunè arrepta fruſtrare. Ecquis hoc dicat? Miles profectò Madianitarum: *Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis, ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere: cúmque peruenisſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit,& terra fundiùs coæquauit.* Si cœleſtis panis,manna ſcilicet, placido deſcendebat illapſu, cur hic idem panis perſtrepenti deſcendat motu? Quia hic, inquit Caietanus, deſcendebat exercituras vindictam,cumulaturus ibi munificentiam: panis,qui iuſtis Iſraëlitis erat ſalutaris conuictus, Madianitis ſceleratis debitus erat interitus;at panis cùm ad ſupplicium deſcendit eo rotatur ſtrepitu,vt ſomno immerſos ſomnum compellat excutere, vt poſſint, ſi velint ſupplicium reſipiſcendo vitare. Accipe Caietanum ad hunc locum:

Caietan. *Significatur ad litteram quod commotio quadam terribilis apparuit, panis hordeacei voluentis ſe, & ex eo quod deſcribitur voluentis ſe inſinuatur quod huiuſmodi panis erat orbicularis figuræ: hæc enim figura ad motum reuolutionis valde eſt habilis, nec intelligo per panem panem vnum; ſed multitudinem panis.* Ecce horrendum ſonans panis reuolutio dormientem excitat, vt ſtrepitus timorem incutiat, & incuſſus tremor maturam fugam ſuadeat: ſua inertia perit, qui horriſono fragore expergefactus iniquitatis non deleruit campum, & panis luſtinuit ictum.

221 Expendebat Seleucienſis Baſilius orat.3. diuerſimodè ſe Deum erga Adamum geſſiſſe,fictarum Euam, & caſtigaturum culpam. Somnum Adamo immittit,& mulierem de latere conſtruit, ne ſolus palabundúſque afflictetur; ſed congeneri ſolatio fruatur: *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam,* Geneſ. 2. v.21. *cúmque obdormiſſet tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea: & ædificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem.* Dormienti vides Euam fabricatam; non tamen audies dormienti pœnam inflictam. Deliquit Adamus, & ne diſpliceret factura, elegit diſplicere factori, Deus erroris miſertus ſuſtentato feruore delicti medicinam componit, ac tenebreſcente veſpere venit,Adamus vocem audit,& fugit: *Cùm audiſſent* Gen.3.v.8. *vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem abſcondit ſe Adam,& vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Profectò Deus ab ſtudio deſciuiſſe videtur: nam ſi aduentat puniturus, cur ſomnum non immittat,vt prænaricantem capiat:Et eſto non immiſerit ſomnum, quid excitarit ſtrepitum? quando Adamus ſi oculorum commiſit conſilio noxam, aurium monitu eludet pœnam. O Dei in hominem charitatem? Vti æquiſſimus iudex non poterat delictum non punire;vti indulgentiſſimus pater nolebat peccatorem euertere. Ergo perſtrepenti inceſſu monet fugam, dum inflicturus aduentat pœnam. Accipe datum Baſilium: *Deus territans inceſſu ſtrepenti compellat* Seleucienſ. *humanam ſimè: Adam, Adam vbi es? O Domini in homines amorē! anquā ignarus quærit, quē ipſe fugabat.* Vt fugaret,nō ſine ſtrepitu incedebat,vtque de timore ſibi prouideret Adamus,perſtrepēs timorem Domini incutiebat inceſſus: creationis extentutus beneficium immiſit ſomnum; non tamen immiſit ſomnū irrogaturus ſupplicium; imò hic de aduētu

cupit implere iuſtitiam, & euaporaſſe de ſtrepitu pœnam, cùm ibi de ſomno beneficentiam ornatiùs cumulet, & de ſilentio munus cumulatius adornet.

222 Ezechiel quadrigam illam ſæculis celebrem intuitus, poſtquam animalia deſcripſit, poſtquam fulgura retulit, poſtquam tenebroſam nubem depinxit, ſic de alarum motu ſubiungit: *Audiebam ſonum alarum quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei: cùm ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis, vt ſonus caſtrorum.* Audis non ſine myſterio ſonum ſemel & iterum deſcribi. Tranſi ad ſextum caput Iſaiæ, vbi iam Cherubini non quaternis, ſed ſenis inſtructi alis ſonum non referuut caſtrorum, aut multitudinis; imò dum verſus Iſaiam rapido motu Cherubinorum altet agitat alas, Iſaias ipſe ſpecialem ſonum non deſcribit, quia non percepit: *Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Quæres cur pauciores alæ ingentem adeò ſonitus fragorem ediderint, cùm plures aërem minori ſtrepitu verberarint? Eſtne ipſa dubitandi ratio, & ſolutio? Quia Seraphini plures habent alas, ſe ad ſpeciem modeſtiùs gerunt; & quia Cherubini pauciores maiorem mouent ſtrepitum, vt de ſtrepitu ſibi acquiſiuerint plauſum. Ne putes aliquam nos ſacris ſpiritibus imperfectionem adſcribere: ſolùm námque in eorum actionibus perfectiſſimis aduertimus adumbratum, quod videtur concinnandis moribus opportunum. Ergo nos theſi noſtræ reſtituamus, quæramúſque cur alibi horriſſonus adeò aures verberarit ſtrepitus, cùm referatur alibi nullus. Dixerim ipſam materiam inuexiſſe diſcrimen: volabat Seraphim; ſed vt purgaret labia; ſed vt excoqueret culpam, ſed vt impertiretur gratiam; at Cherubim, vt miſerum portarent ſupplicium, & quia minabantur ſupplicium, ſonitu monebant aures, vt prouida fuga alliſionum vitarent imbres. Itaque Seraphin docuit ſilenter culpam medicari, & beneficia impertiri, Cherubin docuit ingenti minari ſtrepitu, vt aduentu ſatisfecerit iuſtitiæ, & fragore feliciter adulatus fuerit clementiæ. *Nubes magna*, ſcribit Hieronymus, hoc prophetiæ caput interpretatus, *quæ ſuper Iudæam imbres, pluuiáſque deportat, & ignis inuoluēs monſtrat futura ſupplicia.* Quando denuntiatur tormentum, ea eſt Dei clementia, vt ipſa opituletur denuntiatione puniendo; cùm conferendum eſt beneficium, de ſilentio fauet etiam accepturo.

Ezech 1. v.24.

Iſai.6.v.6.

Hieronym.

223 Semel & iterum Nabuchodonoſor dormit, & ſemel & iterū arcana videt: lapis ſine manu deciſus, non verò ſine ſtrepitu rotatus ſtatuam ferit, & ictu dormientē monet: *Percuſſit ſtatuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus:* ferrum pulſat, vt ſonitum cieat: poſt ſtatuæ cælum arbor vireſcens reſurgit ambitioſis ramis tellurem occupans, & cacuminis altitudine, denſitatéque ſolares radios innubilans; verùm vt inconſtans eſt nimiùm accelerata felicitas, & tranſgreſſa metam proſperitas, vigilis validiſſimus reſonat clamor, vtque repetitis ſecuris ictibus arborem ſuccidant, inferiores miniſtros adurget imperium: *Clamauit fortiter.* Vides & lapidem & ſpiritum non ſine ſtrepitu deſcendiſſe ad ſtatuam euertendam, & arborem denudandam. Tranſi modò ad ſextum Danielis caput, vbi cùm Daniel ab æmulis inuidiſque expoſtulatus feris eſſet obiectus, deſcendit Angelus oculos fugiens, vt ferarum rictus frænet, & Prophetæ ſanctitatem diuulget: *Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Quæres, & meritò, cur hic Angelus motum alis non ciuerit, dum ad lacum inuolarit, cùm vigil ille aërem clamoribus repleat, & lapis perſtrepenti rotatione vel dormientis aures percutiat? Verùm ſi inſpexeris finem, inuenies clariſſimam ſolutionem: alibi námque intentatur ſupplicium, alibi beneficium confertur. Ergo alter Angelus, vt Danieli opituletur, ſine ſtrepitu; imò reliquorum aſpectum fugiens deſcendit, alter dormientem clamoribus excitauit: Deſcendit vigil, vt elationis amputauerit exuberantiam, clamauit, vt dormientis depulerit ſocordiam, ſicque inter miſerendi, puniendíque affectus inuenitur diuiſus, vt clamore conſuluerit reſipiſcentiam, & falce præciderit culpam. Adeſt Hugo Cardinalis ſatis opportunè: *Ecce vigil & ſanctus de cœlo deſcendit: Angelus qui ſemper vigilat, & ad Dei imperium eſt paratus, vel ſolicitus de nobis cuſtodiendis.* Clamat, vt cuſtodiat, dum aduentant, vt feriat: iuſtitiæ ſatisfacit falce, clementiæ voce.

Dan. 2. v.34.

Dan. 4. v.21.

Dan. 6. v.22.

Hugo.

§. LI.

Vitiorum proxeneta ſuum ſæpè abiurauere decorem: ergo virtutis zelator aliquando ſuam ignorauerit dignitatem.

224 SAtis non eſt peruerſis ingeniis vitio inſeruire, niſi totis niſibus ſtuduerint & aſſeclas aggregare. *Idolum*, ſcribit Tertullianus de idololatria, cap. 3. *aliquando retro, priuſquàm huius monſtri artifices ebulliſſēt, ſola templa & vacuæ ædes erant. ſicut in hodiernum quibuſdam locis veteſtatis veſtigia permanent; at vbi artifices ſtatuarum, & imaginum, & omnis generis ſimulacrorum diabolus ſæculo intulit, rude illud negotium humanæ calamitatis, & nomen de idolis conſecutum eſt & profectum.* Idololatriæ mancipes non tantùm curarunt diaboli negotium agere, ſed idololatriæ crimen promouere, vtque ſtatuam fingerent, cuius aliis adorationem ſuaderent, non recuſabant luto ſordeſcere, & manus argillæ fœcibus inquinare: vitij amor docuit quæ retrahebant, euincere, & de criminis ſtudio infeliciter inaurare. *Plaſtices opere*, ſcribit Plinius lib. 35. naturalis hiſtoriæ cap. 12. *terra fingere ex argilla ſimilitudines Dibutades Sycionius figulus primus inuenit Corinthi filiæ opera. Quæ capta amore iuuenis illo abeunte peregrè vmbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circumſcripſit: quibus pater eius impreſſa argilla typum fecit, & cum ceteris fictilibus induratum igni propoſuit.* En mulier amoris impotens artem, quam non didicerat, ad oculos paſcendos exercet, & eius pater, vt pleniùs ac iucundiùs amoris ſui oblectamento fruatur, argilla imaginem format, nec recuſat lutulentis manibus lutum miſcere, & fœcibus ſordidare. O quàm ſuæ nobilitatis ſplendoriſque aliquando peccatores obliuiſcuntur, ſi poſſint alios vitio adlegere, & moribus peruerſis inficere. Ergo qui cauſam agit virtutis, honeſtè imitetur peruerſos, & excoctis fœcibus induerit illorum animos: ſe demittat, & ſi fas eſt dicere, terra circumactus rotetur, vt virtuti clientulus adſcribatur. Ecce cœleſtis ac viuus panis, vt Madianitarum caſtra deterat, orbiculari figura vtpotè habiliori aſſumpta circumagitur, & vſque ad caſtrorum ima reuoluitur. Ecquis hoc ait? Miles ſanè è caſtris Madianitarum. Ipſum audi: *Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui,*

Tertullian.

Plin.

Digitized by Google

volui, & in castra Madian descendere, cúmque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit. Vt castra euerteret, necessarium erat descendere; imò in modum rotationis circumagi; verùm non recusauit cœlestis panis descensum; imò rotari accelerat, vt virtutis hostes euincat. Adest Caietanus: *Significatur ad litteram quòd commotio quædam terribilis apparuit panis hordeacei voluentis se, & ex eo quòd describitur, voluentis se, insinuatur quòd huiusmodi panis erat orbicularis figuræ: hæc enim figura ad motum reuolutionis valde est habilis.* Eam figuram, quæ hostium euersioni erat habilior, non quæ dignitati congruentior, vinus ac cœlestis assumpsit panis, nec cunctatus est culmen deserere, si queat rotatus Madianitarum castra ferire.

Caiet.

225 Non sine acumine expendebat Ostiensis Drogo magnum inter illum, lapidem gigantis fronti infixum, & statuæ pedes comminuentem interuenisse discrimen: lapis qui statuam deterit, se diuinum prodidit; qui percussit gigantem, terrenum se ad speciem ostendit. Repetamus historiam, vt moribus adaptemus doctrinam. Cùm procera illa bellua altum vociferans Dei populum minis percelleret, Soloce indutus adfuit puerulus, qui generosos ac inuictos gerebat animos: hic electis de torrente quinque lapidibus, & in pastorali pera asseruatis, vnum, quo occasione vrgente, fundam

1. Reg. 17. v. 49. instruxerat, fronti infixum nobilirauit: *Præualuit Dauid aduersùm Philisthæum in funda & lapide.* Apud Danielem abscissus de monte lapis statuam

Daniel. 2. v. 34. percussit, sed in pedibus: *Abscissus est de monte lapis sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius.* Drogo Ostiensis de Sacram. Domin. Passion. expendebat satis acutè alterum lapidem per auras ad superiora inuolasse; alterum non sine altitudinis suæ dispendio statuam protrimisse: húncque asserit diuinitatem redolere, quando diuini honoris zelo non timuit rotari è monte, ad imáque descendere, dum idololatriæ occasionem abscinderet, & erroris

Drogo. somno immersum excitaret: *Lapis est abscissus de monte sine manibus, & iactus est lapis, & percussit Goliam in fronte, & statuam in pedibus. Iste est iactus tuus longè à nobis.* Sciunt homines, vt ambitioni adulentur, despicere pericula, vtque dignitatis fastigia inscendant labores sitienter deuorare, vt Solocem purpura commutarint, vt diuitias, famámque acquisierint, naufragia despicere. Hos ergo labores vtilitate humana postposita imitetur digniori studio minister Christi, suum commodum alienum reputet lucrum, vtque vitia deterat, lubenter ferat honoris iacturam, séque honestè submittat, vt quod candidatos volaticæ dignitatis edocuit ambitus, exerceat & zelus. Iam quam nulli laboti parcant peccatores, vt alios vitiorum acquirant socios docuit Marcus cap. 5. Dæmon miseri hominis nactus animum horridis amandare cupit sepulchris, vtque illum trahat, se etiam consepelit:

Mat. 5. v. 2. *Exeunti ei de naui statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis:* Immundus spiritus sepulchra incolit, ne homo discesserit à sepulchris, detestabilique zelo nihil sibi indecorum putat, dum viuum cadaueribus consepeliat. Adest Chrysologus serm. 16.

Chrysol. *In monumentis sedem fecerant mortis auctores. Attendite quæ sæuitia, quis furor, quæ rabies dæmonum erga humanum genus, quamuis breue tempus hominum ferre non possunt: contenti non sunt mori homines; sed viuos homines gestiunt sepelire.* Curiosius audi subiuncta: *se sepulchris mandant, vt homines redigant in sepulchra, pascuntur cadaueribus, putredine saginantur, deliciantur fœtore, quibus tota voluptas est homines interire.* Sic dæmonum cordi est hominum interitus, vt dum sequatur, ardui labores dulcescant, fœtores non displiceant; imò omne pretium quodcumque sit, paruipendatur, & labor asperrimus superetur: *Se sepulchris mandant:* cur? *vt homines redigant in sepulchra.* Ergo hunc detestandum diaboli zelum decoctis fæcibus imitetur seruulus Christi: nil horreat, vt animam elucretur, nil fugiat, vt amissa ouis ouili restituatur. Addiderim zelum non adeò ardenter sibi splendorem ambire, ac solet salutem proximi procurare.

Occubuit Ezechias ingratitudinis, vt interpretibus placet morbo, aut saltem alio piaculo, vtque sanitatem recuperaret, Solem retorquet Isaïas, & iam qui luce resplendebat candidissima, lucet in oriente tepida: *Reduxit vmbram per lineas,* 4. Reg. 20. v. 11. *quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus.* Ecce Sol, vt sanitatem receperit Ezechias, luminis fastigium deserit, & veluti infantilibus orientis fascibus inuolutus appareat iterum paruulus: non amisit, quam generosè reliquerat, altitudinem; verùm altitudinis dispendio salutem procurauit infirmo. Iam si inquiras, an eadem celeritate fuerit retroactus, & ad medium cœli regressus, respondebit Caietanus maximam interfuisse differentiam: nam vt hominis solicitaret salutem, rediit ad orientem momento, vt antiquum sibi acquireret splendorem, ascendit vestigio solito: *In momento rediit per decem gradus* Caiet. *vmbra Solis, & postea solito tempore per eosdem gradus ascendit.* Sibi acquisiturus maiorem luminis claritatem, solito incessit vestigio, impertiturus salutem ocyssimo descendit volatu. Et ob id fortè in Sole posuit tabernaculum suum Dominus: erat námque nobili adeò zelo inflammatus Dei dignissima requies, & quibat verior Salomon tranquillissimum somnum capere, dum solares radij circumstabant zelo armati, & ad descendendum, vt abigerent morbos, dispositi.

Deus summè sapiens, infinitè omniscius veritus non est sapientiæ suæ ad speciem iniuriam non modicam irrogare, vt facilius peccatorem posset erigere, & à culpæ tenebris liberare: deliquerat Adamus, & iam ipso delicto cæcus artificis, à quibus vitam receperat, fugiebat manus; verùm Deus erroris miseratus interrogationis bractea sapientiam tegit, ne ferè exanimem & perculsum ipsa notitiæ ostentatione fugaret: *Vbi es?* His pie- Genes. 3. tate fulgurantibus allectus vocibus foras prorupit v. 10. qui latebat, iámque ascito pœnitentiæ patrocinio abolere gestit decenter audaci confessione peccatum: *Vocem tuam audiui in paradiso, & timui.* O Domini ad speciem ignorantiam, sapientia plenam! ô Domini in homines amorem! Non timuit sapientiæ suæ tantisper detrahere, quo facilius posset Adami culpam euertere. Adest Basilius Seleucienſis orat. 3. *O Domini in homines amorem!* Seleucienſ. *tamquam ignarus quærit, quem ipse fugabat, & tamquam non videat, qui rebus adest omnibus? compellat.* Simulauerat serpens astutissimus ignorantiam, vt Adamum perderet, & Deus, ne liceret minus virtuti, tamquam ignarus quæsiuit, vt lucrifaceret: nec enim fas erat serpentem liuore adustum sapientiæ suæ nota præuaricationem docuisse, &, ne tantisper lucem suam innubilaret interrogare Dominum

Digitized by Google

detrectasse. Ergo discat saluti proximorum adscriptus religioso Zelo inardescere, & ambitum imitari.

§. LII.

Remediabile bonum est in peccatis accelerata correctio, & cordata vestigatio.

228 REmedia si imprudenti manu applicentur, sæpè ab ipsis morbis superantur; imò laborare solet ægrotus ipso remedio, si incauta manus adhibuit, aut importuno tempore accessit; verùm dum imprudentiæ absit periculum, oportet accelerasse remedium, ne si temporis accessu vires acquisiuerit ægritudo, medici solicitudo frustretur. Cassiod. *Malum*, aiebat Cassiodorus 3. var. 14. *cùm perseuerat, augetur, & remediabile bonum est in peccatis accelerata correctio.* Dum correctio opportunè accelerata deprælatur cum morbo, & coronatur lætissimè triumpho; atti lues perseuerantia aucta, & diuturnitate robusta interna possederit, infelici triumpho vincit inefficacia iam de tarditate remedia. Ecce Madianitæ locustarum in modum replebant terram, virtutíque inferebant ignominiam; verùm dum hordeaceus panis celerrimo rotatu castra ferit, vitium prorsus aboletur, & abolitum dettriumphatur. Cum peruenisset Gedeon in hostilia castra, militem commilitoni suo somnium huiusmodi narrantem audiuit: *Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cúmque peruenisset ad tabernaculum, percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit.* Lapis à Dauide iactus gigantem deiecit; non tamen exercitum omnem detriuit; panis verò hordeaceus omnem proterit inimicum, & demolitur exercitum. Et quæ huius discriminis causa est? Fortassis quia Philisthæus quadraginta iam diebus processerat, virtutíque ipso processu insultabat: *Procedebat Philisthæus manè & vesperè, & stabat quadraginta diebus.* Non sine miraculo caput audaciæ prolixo tempore innutritæ præcisum est; corpus tamen remansit inuulneratum; cum tamen ea fuerit rotati panis opportunè accelerata violentia, vt penitus inimicorum protriuerit castra. Caietan. Adnotauit hìc Caietanus: *Describitur multitudo panum terribili motu voluentium se in castra Madian, ita quòd venerunt non solùm ad loca excubiarum; sed etiam vsque ad ipsa tentoria, & percusserunt tentoria, & ceciderunt.* Dum panis præcipiti se agit rotatu, motúque celerrimo, castra intereunt, & hostes confusi fugiunt. Tanti interest tempus crimini non permittere; sed in ipsis cunabulis resecare: dum Madianitarum copiis statim panis opponitur, ausus Madianitarum infringitur. Adde in ipsius peccatoris commodum correctionem accelerari, quandoquidem maturo remedio vitatur graue supplicium. 1. Reg. 17. v. 16.

229 Expendebam non modicum inueniti discrimen inter statuam illam lapidis ictu detritam, & proceram plantam repetitis securis ictibus dissipatã. Vigil frondes auellit pompaticas, ramos infringit illusoriè floridos, fructum auellit veraciter venenatum; reseruatur tamen radix vitæ fons, origo Dan. 4. v. 12 salutis: *Germen radicum eius in terra finite.* Lapillus luteos ferit pedes, & iam prorsus disparet statua, & solum remanet ad exemplum calamitatis historia: *Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in favillam æstiua areæ, quæ rapta sunt vento, nullúsque locus inuentus est eis.* Iam si quæras, cùm non minor vis securi fuerit ac lapidi, cur alterius ictus nil permiserit remanere, & alterius sustinuerit aliquid viuere. Respondebit Hugo Cardinalis prouenisse de maturitate aut tarditate supplicij: statua in pedibus, qui eius erant vltima pars, percussa designat peccatorem longissimo tempore expectatum, adeóque pedes, etsi lutei ipso temporis processu indurauerant, vt aut sustinendi fuerint, aut prorsus dissipandi: arbor verò ipso cacumine feritur, & per partes dissipatur: ergo ipsa mulcta enacuauit grauiorem pœnam, dum cohibuit etiam audaciam. O quàm fortunata fuit arbor: dum non agglomeratur supplicium! O quàm infelix statua dum thesaurizatur tormentum! Cùm correctio medicabilis applicatur, ipsa arbori auxiliatur mulcta, at statuam diutiùs referit patientia. Accipe Cardinalem Hugonem: *Hanc statuam lapis percussit in pedibus: quoniam Christus finem sæcularium plenum doloribus esse ostendit*; dum peccator insensibilis ad instar simulacri diuina abutitur tolerantia, dum ipsa differtur tempus resipiscendi indulgentia, vsque ad extremum perseuerat malitia, & tota corruit simul statua. Ictus vsque ad finem protelatus non fuit saluti remediũ; sed sine remedio supplicium; at dum planta non permittitur nimium luxuriare; sed rationabili falce semel & iterum superfluitas noxia præciditur, vitalis radix seruatur, & ictus qui ad speciem existimabatur impatiens vltio, fuit saluberrima medicatio: quia remediabile bonum fuit accelerata correctio, & dutior dilata in finem punitio. Dan. 2. v. 35. Hugo.

230 Lazarus Dei amicus? sed peccatoris personam gerens morbis delictorum occumbit: sorores Christi Domini gemitibus pulsant affectum, orationéque alliciunt animum; ille verò non sine mysterio distulit, expectauítque, vt sororum altera querula promeret: *Iam fœtet: quatriduanus enim est.* Quod si quæras, cur Dominus nexuerit moras, respondebit Chrysologus fecisse, vt inuictam omnipotentiam ostenderet, & ab obstinatis etiam Iudæorum animis omnem suspicionem propulsaret. Audi eius verba serm. 63. *Ideò mortem Lazari vsque ad quatriduanum tempus protendit, vsque ad fœtorem prænalere permittit, vt discipuli dubium non haberent.* Addit, *sic facit, qui & vinis & mortuis consulturus aduenit: nec pertimescit faciendi moras, pendet quem facti & effectus permanet & protestatur.* Profectò suscitauerat Dominus filiam Iairi; sed adhuc funere calente: suscitauit & vnicum matris; sed retento feretro: hæc tamen prodigiosa miracula nondum apud æmulos diuinitatis ingerebant notitiam. Quid ergo? Tantisper differt medicamentum, vt dum vincit, nequeat omnipotẽtiam inficiari vel obstinationis delirium, quãdo adultæ adeò calamitati sola poterat omnipotentia attulisse remedium, tantas morbus processu temporis vires acquirit; sic vsque ad fœtorem tabidum serpit. Citiùs puellæ applicata est medicina & quia citiùs, ipsa mors somni referebat imaginem: testante Domino: *Non est mortua puella, sed dormit*: plus tãtisper viduę filio medecina dilata est: & quia dilata, iam mors ilia somno non adumbratur; & quid amplius ad eius suscitationem requiritur: Ioan. 11. v. 39. Chrysol. Matth. 5. v. 39.

Digitized by Google

requiritur : ſiſtuntur namque portitores , qui , vt
Ambroſ. Ambroſio placet , ſignificant elementa : *Mortuus in loco materialibus quatuor ad ſepulchrum ferebatur elementis.* Vides exiguam moram laboris tantum , difficultatis tantum faceſſiſſe , vt opus quodammodò fuerit ſtatum mundi tenorem ſiſtere & elementa frænare ; at quia celerior quàm in Lazaro fuit medicatio , fœtor , vermis , ac ſanies ſunt impedita : quæ ſine dubio temporis proceſſu è corpore pullulaſſent , & corpus ipſum fœdè
Chryſol. horridum reliquiſſent. Redeat iterum Chryſologus dato loco : *Suſcitauit & vnicum matris ; ſed ſic vt retineret feretrum , vt anticiparet ſepulchrum , vt corruptionem ſuſpenderet , & præueniret fœtorem , vt anteà mortuo vitam redderet , quam tota mortuus iura mortis intraret.* Ecce quantum interſit rationabilis & accelerata correctio : mors priùs eſt ſomnus : ſi differatur medela , iam opus erit cum elementis valida lucta , quòd ſi proteletur amplius , cum tota deprælianda erit abyſſo : inuictæ omnipotentiæ argumentum eſt morbis tempore radicatis mederi , & diuturnitate durißimis auxiliari.

231 Non ſine acumine expendebat Seleucienſis Baſilius infantulo Moyſi vndam gracilem pepercißſe , quem iam adultum marini vortices non valuerunt abſorbere ; imò nec potuerunt reſiſtere : capſula incluſus fluuij vndas enauigabat : *Sumſit*
Exod. 2. v. 3 *ſiſcellam ſcirpeam , & liniit eam bitumine ac pice , poſuitque intus infantulum , & expoſuit eum in arundineto ripæ fluminis.* Contemplit quodammodò vnda infantulum deglutire , veluti exiguum triumphum dedignata ; at dum tempore augetur , dum vires capit , dum obarmatur virga , dum decenti munitur audacia , non iam fluuium ; ſed mare referit , nec ſuppetunt mari vires ad reſiſtendum adulto , cùm vires eſſent fluuio ad reſiſtendum in-
Exod. 14. v. 16. fantulo : *Extende manum tuam ſuper mare , & diuide illud* , aiebat Dominus. Vides mare exerta manu diuiſum : quia vnda abſorbere diſtulit brachium faſciis infantilibus illigatum. Adeſt op-
Seleucienſ. portunè Baſilius orat. 9. *Infanti , cuius virga futurum erat , vt non multò poſt ſecare ut & mare , fluuius parcebat : infanti fluuius parcebat , cuius ipſe quoque virgâ percuſſus ſcaturigines in ſanguinem tranſmutauit.* Profectò miris hiſtoriæ depinxit Scriptura coloribus , quod in vitæ ſerie contingere ſolet hominibus : non ſemel parentes audentibus contra legem puerulis plaudunt , celebrántque vti iucundiſſimas facetias , actiones , quæ intulerunt nationi iniurias : & ob id digniſſimo iure ab ipſis , quos celebrauere imprudenter , ſolent tormenta ſuſtinere rationabiliter , & ſoluunt indigna gaudia digniſſimâ mulctâ.

§. LIII.

Prodeſt contra vitium virtus ; ſed exterior habitus eſt inſtitutio adaptandus

232 EXternus habitus animum prodit : & quid geratur corde , ornatu externo relucet : nullus ad certamen , vt ad nuptias celebrandas deuenit , nullus ad conuiuij lætitiam pullam atratámque veſtem induit : conſtant ſæpè exterioribus interna , & profluit animus per extrinſeca. Nemo ad bellum cum ludicris venit ; nemo ad certamen cum toga , ad tribunal nemo cum galea : *Omnis eius nobilitas* , ſcribit Plinius de Tyro lib. 5. cap. Plinius.
19. *conchylio atque purpura conſtat.* Conſtat Tyri nobilitas de externo nobilitatis ornatu , de collucente murice , de nitidæ veſtis ſplendore. Tyrius pannoſus , ſordidúſque pro Tyrio non haberetur , nobilitatis nudatus indicio , & priuatus teſtimonio. Satis argutè inuehebatur in fœminas Ter- Tertullian.
tullianus lugentem Euam circumferentes , & lætiori ornatu micantes , quando ſibi ad inuicem adeò refragabantur luctus & ornatus , vt quod alter aſſereret : alter manifeſtè deſtruere. Ipſum audi de habitu muliebri cap. 1. *Nulla omnino veſtrum , ſororet dilectiſſima , ex quo Deum viuum cognouiſſet , & de ſua , id eſt , fœminæ conditione diuiciſſet , lætiorem habitum , ne dicam glorioſiorem appetiſſet ; vt non magis in ſordibus ageret , & ſqualorem potius affectaret , ipſam ſe circumferens Euam lugentem , & pœnitentem. Subiungit : Quo plenius ſit , quod de Eua trahit (ignominiam dico primi delicti) & inuid am perditionis humanæ omnis ſatisfactionis habitu expiare.* Pœnitentiam agere habitu virtutis prodit ire : & pompa ſceleris auxiliatrice indignum , vt ſtultum hypocriſis delictum eſt : conformanda eſt animo exterior facies , & ille aſſumendus eſt habitus , quo feliciùs honeſtum animi promoueatur ſtudium , & geratur virtutis negotium. Notauit Caietanus , hoc ipſum caput interpretatus. Vidit Madianitarum miles panem ex hordeo volui , vt Madianitarum caſtra deleret : *Videbatur mihi quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui , & in caſtra Madian deſcendere.* Quali figura panis hic fuerit , textus non explicuit ; at Caietanus fuiſſe orbicularem ſatis prudenter coniecit , quándo hæc præ cæteris figura inſtituto congruebat , & panem ad rotationem iuuabat : *Ex eo quòd deſcribitur* (verba ſunt Caietani) *Voluentis ſe , inſinuatur quòd huiuſmo* Caietan.
di panis erat orbicularis figuræ : hæc enim figura ad motum reuolutionis valde eſt habilis. Viuus ac cæleſtis panis eam exterius figuram induit , quæ inſtituto magis profuit : nec enim ad rotatum habilis eſſet quadrata ; imò ſibi aduerſaretur externa forma ; dum potiri geſtiebat reportata de hoſtibus palma. Itaque concordare debent exterior cultus & animus , ne aut contrarius habitus imponat oculis , aut animus præpediatur impedimentis.

Virgo , quam Paulus virgini ſponſo deuouerat , 233
caſtiſſimi amoris flammis incenſa foras erumpit : nil enim veretur timor : quia laborem omnem deſpicit amor ; verùm cùm in circitorum , cuſtodúmque ciuitatis manus incidiſſet , illam , quo operiebatur pallio , diſpoliarũt , & ad ſponſum miſerunt : *Tulerunt pallium meum mihi cuſtodes mu-* Cant. 5. v. 7
rorum. Pallium ab Sponſa abſtuliſſe non cupiditatis ſtudio ; ſed erudiendæ virginis deſiderio , teſtatur Ambroſius , Angelos fuiſſe ciuitatis cuſtodes interpretatus. Iam ſi inquiras quid amiculus ille obſtaret ? reſpondebit inuolaſſe ad Sponſum virginem eo ornatu , quo Rebecca ad celebranda matrimonij inuolarat commercia : ergo digna fuit , quæ feriretur virgo animo , nupta ornamento. Accipe Ambroſium in collect. cap. 5. *Si bonos* Ambroſ.
cuſtodes accipimus , vtique Angeli ſunt Præmiſerat : *Quaſi Sponſa veniebat cum pallio , quo obnubere caput ſuum , cùm Sponſus occurreret , ſicut Rebecca , quæ cognito quod Iſaac ſibi veniret obuius , deſcendit de camelo , & pallio ſe operuit : ita & hæc anima nuptialis veſtis præmittebat inſignia.* Ecce cur

Digitized by Google

Angeli denudarint: nubebat hæc, non tamen ea lege qua Rebecca: Rebecca namque nupsit ad prole augendam posteritatem, hæc ad augendum virginitatis candorem: cúmque adeò essent diuersa animorum studia, eadem videbantur extrinsecus ornamenta. Ergo Angeli virtutum magistri eam dispoliant, vt externum habitum animo fore responsurum erudiant. O quàm imprudenter sibi conciliant plures inuidiam, dum aliud animo profitentur, & aliud veste testantur!

234 Saül adurgente periculo satis afflictus, & instantis belli euentum præscire desiderans Samuëlem suscitare obnixè Pythonissam exorat: Samuël non magiæ commentis, sed prouidentia diuina responsurus prodit, & pallio amictus ascendit: 1. Reg. 28 v. 14. *Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio.* Quærunt interpretes cur amictus pallio oracula editurus ascenderit, quando aut densa tegi nube, aut conspicua potuit vestiri claritate. Parum tunc attendebantur ornamenta: quia solùm anxio animo inuestigabantur responsa: cur ergo Samuël pallium ad speciem affectat, cùm responsurus festinat; *Quia ista erant figura Samuëlis*, respondet Abulensis quæst. 33. *scilicet quod esset senex, & amictus pallio.* Non indigebat Samuël pallio, vt responsa redderet; at indigebat eo signo Saül, vt Samuelem certiùs cognosceret: erat namque veluti prophetiæ complementum, quo induebatur Propheta, pallium: nam licèt alio habitu prophetare quiret, suspicionem ingeneraret, si discordarent interior prophetiæ spiritus, & corporis exterior ornatus, decuit ergo, vt Prophetam Samuël decenter impleret, interno vigere spiritu, & prophetiali exteriùs amiciri habitu. Nil iuuaret pallium: sine prophetia; sed nec resplenderet Propheta nudatus pallio. Itaque sibi respondere debent exterior cultus, & virtutis animus studiosus, isque assumendus ornatus est, qui virtuti reddiderit testimonium, non qui malitiæ ad latrandum præstiterit argumentum. Intellexit Saül quod Samuël esset iste, qui ascendebat: *quia ista erant signa Samuëlis, scilicet quòd esset senex & amictus pallio.* Abulenf.

235 Hanc ornatus circumstantiam prudens non præteriuit Rebecca, cum ad benedictionem fratri præripiendam Iacob pia fraude supposuit, & saporatis patri offerendis eduliis instruxit: *Paramit illa cibos, sicut velle nouerat patrem illius, & vestibus Esaü valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* Miror in adeò angusto tempore hanc vestium circumstantiam non omissam; imò studiosè curatam, nec sine mysterio ad nostram eruditionem scriptam. Esto edulia condiat Isaaci palato saporatissima. Esto pelliculas hædorum circumdederit manibus, & colli nuda protexerit, quando hęc omnia intererant ad sine dolo dolum, & ad debitæ sibi benedictionis augmentum; at quid iuuet Esaü vestibus quàm optimis Iacob induere, & nitidissimis ac fragrantibus vestimentis excolere? Plurimum sanè: primatus iure florebat Iacobus: vestes illæ primogenituræ erant testimonia, & maioritatis indicia: ergo sapiens mulier studuit externum habitum interno iuri adaptare, ne si aliud videretur, quàm erat, benedictionis impediret successum, aut minus perfectè peregisset negotium. Dum se iactat primogenitum virtute interna, exteriùs primogenitus veste appareat, ne suspicionem attulerit veritati, aut inusserit notam virtuti: *Primogeniti erant Sacerdotes*, scribit Lyra, *& ideò habebant vestes speciales pretiosas, & odiferas.* Vt Iacob benedictionibus cumuletur, sit primogenitus non solùm interno iure; sed externo etiam vestium candore: redoleant vestes, quam gerit corde virtutem, ne quid suæ felicitati detraxerit, si primogenitus iure, non appareat primogenitus vestimentorum odore. Isidorus eidem instituto pellicularum manibus circumiectarum adaptauit mysterium: ait namque in delectabilibus hœdorum escis pœnitentiam designari, nam vt gestiens petulcus admissi peccati est symbolum, ita occisus est pœnitentiæ argumentum: vtque noueris Scripturæ proprietatem, quò Iacob pœnitentiam impleat, circumiectas manibus ac collo pelliculas gestat, ne si pœnitentiæ studeret, & pœnitentis habitum non gestaret, putaretur dolosus, haberetúrque fraudulentus. Accipe Isidorum apud Glossam: *Per delectabiles escas, quæ de hœdis præparantur Isaac, intelligimus pœnitentiæ opera.* Pelles pœnitentiæ ab exordio fuerunt insignia: Adamus namque orbi vt metallo datur pellitus: ergo oportebat Iacob pœnitentiæ studentem externo habitu dolorem prodere, & fidem virtuti ascisceret. *Collum*, addit Isidorus, *hœdinis pellibus circumdat, qui ad elationem deponendam, & humilitatis custodiam habendam peccata præterita ante oculos mentis sæpè producit.* Pellitus Iacob formam pœnitentis implet, sine pellibus non impleret. Ergo abstineat iucundiori cultu, lætiori ornatu, vestitu florido, qui lugentem, & pœnitentem Euam circumfert: aliter namque sibi inuidebit, ac pœnitentiæ fidem in dubium afferet. Genes. 28. v. 14. Lyra. Isidor.

§. LIV.

Decantatissimus Eucharistiæ triumphus est, mores prorsus inuertere, & contrario stylo hominem reformare.

HÆrent hominibus vitia, & altissimas radices agunt: non est vnius diculæ negotium addiscere philosophiam, & concinnam morum obtinuisse politiam: *Subducendus populo est tener animus*, aiebat Seneca epist. 7. *& parum tenax rectè: facilè transitur ad plures. Socrati, Catoni, & Lælio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset: adeò nemo nostrum, qui cùm maximè concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium potest.* Impetu descendunt vitia in animum extenuantur paulatim, eneruantúrque difficulter. voluptas, quæ vnius diei spatio obscurauit mētis discursum, & sauciauit cordis affectum, valido, diuturnóque medicamine indiget: nec enim morbus adeò citò depellitur, ac admittitur: plaga momento excepta, diuturnitate indiget, vt ardorem remittat, & patientia opus est, vt partes abcissæ coëant, & antiquam ad sanitatem perueniant: vtque magno pretio esset habendus medicus, qui in rebus corporis, temporis compendio sanitati restitueret & de curationis difficultate artis peritiam commendaret ita magni habenda est in spiritualibus medicina, quæ præstantissima virtutis suæ efficacia morbos animo inuisceratos depellat, & ad salutarem humorum temperiem inferat. Iam si quæ alia, Eucharistia præstantior 236 Seneca.

præſtantior cæteris inuenitur: temporis namque compendio ſic immutat mores, vt qui heri languidus appareat hodie robuſtus, & qui cupidus, inuerſo prorſus ordine efflоruerit generoſus. Mirabili virtute, vt ſalutem firmiùs inſerat, conſuetudinem antiquarum inuertit, & quas olim vitium, iam virtus radices agit. Ecquis hoc dicit? Madianitarum miles, dum commilitoni immiſſum ſupernè ſomnium non ſine timore refert: *Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere: cúmque peruenisſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terra funditus coæquauit.* Caietanus loco illius: *Et terra funditùs coæquauit*, legit ex Hebræo: *Percuſſit illud & cecidit, & voluit illud in ſupra, & cadet tentorium.* Itaque ſubcinericius panis non ſolùm tabernacula detruit; ſed omnes eius partes modo contrario inuertit, itaque pauimentum, tectúmque ſic ordinem commutarunt, vt iam quod ſupra caput erat, pedibus terretur, & quod pede anteà attritum, ſupra capita honoraretur elatum. Adeſt Caietanus: *Subiungitur* modus percuſſionis, & modus caſus: modus quidem percutiendi dicendo: *Et voluit ipſum in ſupra: hoc eſt non ſolùm percuſſit; verùm vertit partes inferiores in ſuperiores, & hoc modo ſecutus tentoriorum caſus deſcribitur.* Itaque panis contentus non fuit vitia penitus euertere; ſed virtutē etiam ſtuduit inuerſo ordine vindicare: hoc enim proprium eſt huius diuini alimenti, mentem ſcilicet reluminare, ſicque affectum incendere, vt iam faſtidiat quod anteà auidiſſimè inhiabat, & ſtudioſiſſimè inhiet, quod animitus reſpuebat.

Caietan.

237 Iſaac mundi imaginem gerens morti proximus cæcutiebat, cæcutiéntque, vt propenſum ergà Eſau compleret affectum, ſaporatos de venatione cibos iubet afferri, quibus ſubornatus illum fratri anteferat: *Affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea, antequam moriar.* Iacob à Deo electum, & elegantiſſimis moribus exornatū fratri ſatis agreſti, feróque molitur ſubiicere, & inciuili Eſaü ingenio obſcuratum geſtit præponere. Quid tunc? Non ignorat Rebeca oraculi, ordinem ſtudet inuertere, & Iacob fratri præponere: vtque hoc faciliùs exequatur, delectabiles iubet cibos afferri, quibus iam Iacob fratri reſplendet præpoſitus, & ingemit Eſaü contra opinionem ſubiectus: *Seruiant tibi populi*, inquit pater, *& adorent te tribus: eſto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ.* Vides ordinem prorſus inuerſum, nec miraberis, quando generoſum vinum ſaporatúmque alimentum adumbrauere Euchariſtiam, cuius ingenium eſt, à cæcis magni habita ſeruituti ſubiicere, & deſpecta honoribus ſublimare. Adeſt Gregorius homil. 6. in Ezechiel: *Alter ad venandum mittitur, vt benedicatur; alter per ſuppoſitionem matris à patre benedicitur.* Immutatus eſt ordo, & ne gemeret ratio, & quam cæcitas ſtudebat deſpexiſſe vitio ſubiectam virtutem, Euchariſtia inuerſo ſtylo dignitatis attulit claritatem, iamque non genuit Iacob ſubiectus; ſed Eſaü dolenter vlulat ſubiugatus.

Geneſ. 27. v. 4.

Gregor.

238 Sapientia domum fabricat, vtque familiam moribus generoſis componat, menſem conſtruit, & filios iugulat: *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & proſoſuit menſam ſuam.* Tertullianus legit: *Sophia iugulauit filios ſuos.* Et quidem contrariari videntur hæc duo, nomen ſcilicet retinere ſapientiæ, & filios iugulare non ſine nota adſpeciem patricidæ. Ad hæc quid cum iugulatione menſæ? Si filij ante cibum fruebantur cóſtanti vita, cur de menſæ aſpectu dura trucidantur machæra? Quia in filiis, inquit Tertullianus, vigebat ante menſam appetitus vigoroſus, & rationabilis iugulabatur affectus, & Sophia vtpote amore erga filios flagrans, & induſtria pollens artificium excogitauit, quo inuerſus ordo & matri laudem, & filiis incrementarit ſalutem: menſam propoſuit ſane Euchariſticam: quia ſciebat vini efficacia rationem reuiuiſcere, & mortem appetitum oppetere. Ergo, vt in filiis fuerit appetitus extinctus, & affectus rationabilis inflammatus, menſam parauit, qua gladij ad inſtar iugulauit, quod indignè floreſcebat, & viuificauit quod occubuerat indignè. Adeſt Tertullianus aduersùs gnoſtic. cap. 7. *O bonam matrem, opto & ipſe in filios eius rediqi, vt ab ea occidar, opto occidi, vt filius fiam: ſolum autem iugulat filios ſuos: an & torquet? Audio enim & alibi dicentem Deum: vram illos ſicuti vritur argentum, & probabo illos ſicuti probatur aurum.* Aurum rudi de vēna extractum latet adhuc genetrice ſub terra, fictilibus reconditur, vaſtáque fornace torquetur; donec ſoluatur vtiliter in liquorem, obſcuris flamma fæcibus depurgatur, & quem terrena vitcera humanam cupiditatem verita ſtudioſe abſconderant, ad pulchritudinem ſplendoris perducitur. Ergo ratio hominis terrenis affectibus inuiſcerata menſa cæleſti purgatur, vt decoctis fæcibus quæ nitorem obſcurabunt, ſplendeſcat nitidior, niteáque excultior, iámque inuerſo ordine fæx pronciatur abiecta, & auri reſplendeat bractea.

Tertullian.

239 Expendebam pueros roſcidis flammis examinatos vegetiores de incendio prodiiſſe; non tamen Regē criminatores damnaſſe: vt vidit barbarus flammas Sanctorum labentes veſtigia, impia, quæ fulminauerat furor, reuocauit decreta: *Serui Dei excelſi, egredimini, & venite.* Alibi cùm cæciſſimus inimicorum liuor Danielem depoſtulaſſet, rex feris commiſit; at vt reperit illæſum, illicò iuſſit extrahi, & æmulos feris tradi: *Extraxit eum de lacu leonum: porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacum & deuorati ſunt in momento coram eo.* ſtatim hic ea ſe difficultas offert, ſcilicet cur hic non ſolùm Daniel fuerit honoratus; ſed eius aduerſarius detritus, cùm alibi aduerſarij horriſonis flammarum globulis non fuerint traditi, licēt pueri illibati fuerint egreſſi. Si vtrobique innocentiam teſtabantur miracula, cur non vtrobique malitiam condemnarint ſupplicia? Fallar, ni textus aliquam rationem inuenit. In lacu cæleſtis menſa reſplenduit: Angelus namque Habacuc capillo apprehenſum, panéque attulit onuſtum, quo Propheta famem ſolaretur: *Surgens*, inquit textus, *Daniel comedit.* Vbi menſa cæleſtis non fuit appoſita, innocentiā conſeruare miracula; at vbi appoſita fuit, indebitum ordinem prorſus inuerterunt prodigia. Iam Daniel feris damnatus fulget honoribus redimitus, & iam æmulus paulò antè honoribus redimitus luget feris carnuoris traditus: eſt namque proprium huic cæleſti pani ingenium præpoſtera inuertere, & digna dignis ſedibus collocare. *Quia homo per guſtum mortem incurrit*, inquit Innocentius Papa lib. 4. myſterior. Miſſæ, *per guſtum quoque vitam acquirit, quatenus vnde, mors oriebatur, inde vita reſurgeret.* Cibo mors interemit vitam: ergo cibo immutata vita peremit mortem,

Dan. 3. v. 93

Dan. 14. v. 40.

Innocent.

Prouer. 9. v. 1.

mortem, & iam inuersus ordo est; quia de vita pulluauit mors, iam de morte refloret vita. Adest etiam Cyprianus apud glossam: *Inter feras esurientes homo Dei pascitur*: Hic homo pascitur, inuidia consumitur: hic nutritur innocentia, & aboletur prorsus malitia, hic propheta cœlestibus obsequijs fulget nobilitatus, hic æmulus leonino iacet vngue discerptus: homo viuit, liuor interiit: vt nouerit de cœlesti alueolo eductum panem sic omnia inuertisse, sic ordinem præposterum emendasse, vt liuor leonibus fuerit traditus, Daniel eductus; at quia ad fornacem panis allatus non fuit, pueri educuntur illæsi; at hostes non traduntur regio decreto globulis vstulandi.

Cyprian.

§. LV.

Vel cùm oculis se ingerunt damna, solent ministri Principibus occultare, aut saltèm relatione minuere.

240 IAm ab exordio veluti ineuitabile Principum fatum est, solùm quæ placent, audire, & quæ exasperant, ignorare: nec mirum, cùm plures solùm aures præstiterint gratas blandis, & obturauerint veris: *Loquimini nobis placentia*, aiebant quidam apud Isaiam. Ad quæ Cardinalis Hugo: *Quasi dicat: Simite nos errare.* Itaque quia apud Magnates plures errandi certamen est, apud ministros est etiam & adulandi certamen: nolunt de veritate sibi periculum procreare; sed de adulatione fastigio dignitatis lucere: nolunt sibi iram veris concitare; sed gratiam incundis, etsi nociuis inire. Facile est, ni periculis plenum esset, Principes commonere, & quæ appetant pericula demonstrare; verùm dum nolunt vel exigua solicitudine periculis obuiare, ne voluptati quid negent, malunt ministri culpabili silentio delinquere, quàm sibi indignationem creare. Audi Senecam lib. 6. de benef. capite 33. *Vides quàm facile sit gratiam referre felicibus, & in summo humanarum opum positis. Dic illis non quod volunt audire; sed quod odisse semper volent: plenas aures adulationibus aliquando vera vox intret: Da consilium vtile.* Adulandi inter ministros Principum, aulicósque certamen est, & alterum alter vincere studet adulando, vt superare possit lucendo. Nec mirum, quando superiores, Principésque malunt veridicos sibi non adesse queri, quàm quærere. Audi capite 32. Senecam. *Cùm Augustus aduersam satis fortunam expertus esset, ingemiscens ad speciem aiebat: Horum mihi nihil accidisset, si aut Agrippa, aut Mœcenas vixisset.* Quod Stoicus ridens subiungit: *Adeò tot habenti millia hominum duos reparare difficile est. Quid putem? defuisse similes, qui assumerentur? An ipsius vitium fuisse, qui maluit queri, quàm quærere?* O quàm sibi similia ab exordio fluxerunt sæcula. Magnates veraces laudant, à quibus nequeunt iam veritatem audire, qui si superstites, cogerentur sine dubio veritatem dissimulare: *Non est quod existimemus*, addit Seneca, *Agrippam & Mœcenatem solitos illi vera dicere, qui si vixissent, inter dissimulantes fuissent. Regalis ingenij mos est in præsentium contumeliam amissa laudare, & his virtutem dare vera dicendi, à quibus iam audiendi periculum non est.* Mirè sibi respondent summates & ministri: alij studeut dissimulare, quia displicet aliis audire. Ecce Madianitarum minister luctuosissimum videt somnium, scilicet panes plures orbicularis figuræ horribili rotatione in castra Madian descendere, & flammæ ad instar omnia consumere: *Videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere, cúmque peruenisset ad tabernaculum percussit illud, atque subuertit, & terræ funditùs coæquauit:* Commilito coniectoris munus exercens non clausis somno oculis; sed apertis imminentem stragem intuetur: *Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israëlitæ.* Caietanus ex Hæbræa veritate transfert: *Ecce tremor panis.* Additque: *Describitur multitudo panum terribili motu voluentium se in castra Madian: ita quod venerunt non solùm ad loca excubiarum; sed etiam vsque ad ipsa tentoria, & percusserunt tentoria & ceciderunt.* Vides à veritate discordare relationem: nam cùm miles fuerit intuitus panes plures horribili se fragore circumuoluentes, vnum tantùm retulit: *Videbatur mihi*, inquit, *quasi subcinericius panis ex hordeo volui*; imò qui gladium intuitus est volantem, Principi non retulit; sed reticuit. Excubiarum quo vtebantur, munus suadebat imminentem Principi stragem aperire, & periculum satis vrgens manifestare; at vigiliarum officio honorati noluerunt sibi concitare inuidiam; sed alter imminuit numerum, & vterque periculosum affectauit silentium. Ecquis dubitet si exercitus monuissent Principem, solicitiùs inuigilaturum; at dum tacent, dum minuunt, somno indulget periculosa securitate, & quia dormit, vulneratur hostilienſe.

Isai. 30. v. 10.

Hugo.

Seneca.

Amissa in præsentium contumeliâ laudantur.

Caiet.

Dei minister, quo idololatram regem frænaret, & quo ad diuinum cultum alliceret, aduersa denuntiat, & miraculis prænuntiata comprobat: altare scissum iacet, dissipatur cinis, & qui pericula denuntiantem prophetam gratis oculis debuisset Princeps adspicere, nisus est apprehensum pœnâ mulctare: nec contentus fuit impiis mandatis vrgere seruos; sed moræ impatiens lictoris non detrectauit officium; imò dignitatis oblitus extendit brachium; aruit tamen extensa dextera neruis omnibus resoluta: vt nouerint Principes manum contra ius extendere, non esse extendere; sed siccare. Stupore brachij perculsus retractat audaciam, & patronam asciscit ad speciem pœnitentiam. Propheta iniuria postposita manum restituit sanitati, & renuntiatis muneribus se patriæ restituit; verum falsus propheta pietatis adsumpta facie sibi factam reuelationem mentitur, & commentis verus Propheta suadetur: *Fefellit eum, & reduxit secum.* Non pepercit falsus sumptibus; imò instruxit mensam, vt de donis suspectam redderet prophetiam, dum non creditur veridicus subornatus. Qua intentione hoc aggressus fuerit, quærunt interpretes, testantúrque nec itineris laboribus, nec sumptibus pepercisse, vt Regem, cuius minister erat, nuntio perculsum, & satis anxium recrearet, & à vero Propheta dicta, commenta fuisse suaderet. Audi Glossam: *Iste Pseudo-Propheta Princeps erat sacerdotum, & valde à Rege colebatur tanquam diuinus; timens autem, ne per sermonem viri Dei rex à cultura idolorum recederet, & se tanquam maleficum interficeret, excogitauit, vt virum Dei deciperet, satis argutè agens. Audiens autem rex euentum, putauit irrita quæ vir Dei dixerat, & non declinauit à via sua.* Pseudo-Propheta Regis tristitudinem amoliri conatur, & veritatem tot testimoniis fultam infirmare

241

3 Reg 13. v. 18.

Glossa.

Digitized by Google

infirmare audacter aggreditur : maluit namque eo tempore gratiam Principis sibi conciliare, quàm vrgentissimis periculis prouidenter occurrere : hæc secum ratiocinatus Princeps reperta veritate imminenti periculo eruditus oculos aperiet, néque vti in tanta illum pericula coniicientem, aut durè puniet, aut saltem exterminabit: quid ergo ? Opus est industria: subornemus veridicum : occidamus Prophetam, vt pericula, etsi se oculis ingerant, credantur fabulæ, & dum habentur fabulæ, à me meíque debitæ auertantur pœnæ. Ecce infelicissimi illius Principis tristissimum fatum, habuisse scilicet ministrum, qui vrgentissima pericula sagaci industria obnubilari, quique timoris prouidentiæ magistri clamores artificiosè sopiuerit. Sibi consulens omnem populum eluctantibus tradidit flammis, & Principem repleuit miseriis.

242 Cùm Absalon naturæ probrum immaturam ambitiosus sibi purpuram acceleraſſet, omnem populum perturbauit ; verùm vt nulla sunt humana contra diuina consilia, quo diadema properabat intemperanter gestare, quercui implicatus, capite compulsus est adhærere : Ioab lanceis transfodit, & ad patrem nuntium remisit : *Ait Ioab Chusi : Vade & nuntia regi quæ vidisti.* Nuntius pro veritate referenda delegatus celeri volatu currebat Achimaas autem per viam compendij, eius cursum anteuertit, & in hunc modum regi belli successum narrauit : *Vidi tumultum magnum, cùm mitteret Ioab seruum tuum, ô rex, me seruum tuum : nescio aliud.* Si mittitur, vt quæ ignorare non poterat, regi referat, cur imminuit nuntium, & celat Absalonis miserum casum ? Quia nouerat, scribit Lyra, nuntio illo Dauidem vehementer tristandum, maluitque veritatis dispendio lenire tristitiam, quàm verè referre historiam. Accipe Lyram : *Quasi diceret : tantus erat ibi tumultus : quòd ego non potui audire, seu percipere quid esset factum de Absalon ; sed mentiebatur, ne regem offenderet : quia viderat ipsum mortuum : denuntiauit tamen victoriam, quæ erat bonum nuntium.* Satis nouerat mortem Absaloni illatam, & reportatam fuisse victoriam ; imminuit tamen narrationem ea præcidens, quæ possent indignationem inflammare, & solùm referens quæ lætitiam possent afferre. O quàm iste in se ingenium ministrorum expressit, quàm quod accidere solet Summatibus, suo facto depinxit! nuntius deligitur, minister pro referenda veritate delegatur, & cùm deberet oculis explorata referre ; quod acerbum, reticuit, & quod gratum, regi retulit. Vtinam Dauidi tantùm contigisset ; at ni fallor, omnibus Summatibus, Principibus omnibus idem de more contingit: illorum namque ministri minus curant veritati consulere, quàm maiestati adulari.

1. Reg 18. v.21.

Lyra.

---

§. LVI.

Eucharistia tremendum est vitiis fatum : quia totius est voluptatis excidium.

243 VIrtutes cum vitiis confligunt, & in campum fallaces contra delicias descendunt ; verùm singulis virtutibus singuli decernuntur athletæ, nec quit quæuis virtus hostiles omnes vitiorum copias prorsus euertere, aut ad terga vertenda cogere : virga Moysis dum aquas ferit, in sanguinis horrorem transmutat, dum locustas affert, campis viridantibus nocet, dum producit ranarum imbres, raucis molestissimisque aures clamoribus ferit ; ast Pharao dum alia amittit, alia conseruat, nec omnia vis calamitatis deuastat ; cùm verò agnus Hebræorum datur in cibum, iam appetit miserum Ægyptiis naufragium : agni prandium Æhyptiis voluptatibus fuit venenum, nec vngula rerum ad Hebræos pertinentium à Pharaone potuit retineri, dum agnum à præcinctis præceptóque obsequentibus constat absumi : *Edent carnes nocte illa assas igne, & azymos panes cum lactucis agrestibus.* Qua nocte ? Illa videlicet, qua omnes Ægyptiorum primogeniti perierũt, qua Ægyptij omnes gelido timore quatiuntur, qua sepeliendi nigris vorticibus destinantur. Ecce post agni esum cunctus Pharaonis exercitus dissipatur, & via etiam cum persecutore deletur: *Reuersæ sunt aquæ, & operuerunt currus, & equites cunctis exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare : nec vnus quidem superfuit ex eis.* Immissa diuinitus flagella non omnia vastarunt: nocebant arboribus ; sed indulgebant hominibus: arrodebant fructus ; sed non deterebant exercitus: quæ ab ingenio discrepabant, præter opinionem confœderata vires contra inimicum vertebant; verùm nec tantis calamitatibus terebatur afflictus, nec tantis desistebat verberibus castigatus; ast dum agni innocentissimi caro opiparè alit Hebræos, iam fluctus haurit rapidissimè Ægyptios. Quàm benè Aratus lib. 2. de transitu maris. *Qui corpore Iesum susceperit, hostè caret, nec iam iura sua Pharao, Ægyptusque tenent.* Pharao nullum ius sortitur in Deum, cúmque homo Christi Domini Sacramento in Deum quodammodò conuertatur, iam omni Pharao iure interdicitur ; imò ad pedes dignè communicantis deuoluitur.

Exod. 12. v. 8.

Exod 14. v. 28.

Arat.

Hanc veritatem noster etiam confirmat textus, 244
quem si cum illato Sisaræ bello componas, maximum discrimen inuenies : De cælo contra Sisaram pugnatum est ; nec tamen omnia illius castra prorsus deleta, nec in cineres sunt redacta; imò fugam arripiens vitæ consulit, quam fors ni dormiret, asseruaret : *De cælo dimicatum est contra eos. Stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersùs Sisaram pugnauerunt.* En Sisara se certamini vel cælo dimicante subduxit, sibique tempus auxilio fugæ protelauit ; at dum panis hordeaceus Madian tabernacula ad speciem firmissima ferit, omnia ardentissimæ ad instar flammæ consumit, virésque funditus aduersarias euertit. Ecquis hoc ait ? Vnus Madianitarum miles, qui panem sibi aduersantem somniando vidit, & alter qui vel à somniato pane proximare Madianitis excidium non falsus cognouit : *Videbatur mihi quasi subcinericius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere : cúmque peruenisset ad tabernaculum percussit illud, atque subuertit, & terræ funditus coæquauit.* Audisti somnium, interpretationem auscultа : *Non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israëlitæ : tradidit enim Dominus in manu eius Madian, & omnia castra eius.* En vbi pro Gedeone militat panis, omnia hostilia castra euertuntur, Madianitæque trucidantur, iam cuncta miseris præcluduntur effugia, iam celeri fuga ipsis in littoribus sibi maturauere naufragia : vt noueris eam vim epulo cælesti inesse,

Iudic. 7. v. 20.

ineſſe, quæ omnes Madianitas atterat, & Amalecitas euertat. Vbi noſtra littera habet: *Videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui,* Hebraica. habet Hebræus textus: *Ecce tremor panis*: Et iure, quia panis, omnis eſt immicis tremor. Adeſt Caietan. Caietanus: *Rectiùs legitur: Et ecce tremor panis hordeorum voluentis ſe in caſtra Madian.* Addit: *Per tentorium non ſignificatur tentorium vnicum; ſed vniuerſitas tentoriorum.* Luxuriæ turpitudiniſque tentorium candore puritatis euertitur, cupiditatis caſtrum munificentiæ viribus diſſipatur, ſuperbia humilitate deuincitur; at vbi Euchariſtia depugnant, omnes voluptatis vires eneruat.

245 Prodigus ille, qui paſcendis porcis grandi vitæ & honoris diſpendio fuerat deputatus ad patrem redit in ſe reuerſus, pientiſſimus pater vitulum ſaginatum adduci iubet, vt iam qui nuper ſordidus, immortali innocentiæ veſte veſplendeat ornatus, vtque luto fœdus iam eleganti ſocco per- Luc. 15. v. 22 rutilarit excultus: *Proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus & epulemur.* Chryſol. Chryſologus quo ſolet acumine ſic ait prodigum honori priſtino reſtitutum, vt turpitudinis, nuditatiſue nec leuem conſeruauerit næuum: *Adducite vitulum ſaginatum* &c. *Ne vel in pede remaneret deformitas nuditatis*, ſcribit ſerm. 3. *Certè vt calceatus anterioris vitæ rediret ad curſum.* Qui nobilibus adeò ſtemmatis ortus concupiſcentiæ pectore fouit venenum, hoc iam epulo ſaginatus cæleſtem gerit antidotum: & qui paternis brachiis recumbens anterioris vitæ ſordidam nondum depulerat vetuſtatem, pane cæleſti odore fragranti pactus omnigenam virtutum induit pulchritudinem, ne minus luceret ad tuendam cæleſtem vitam ſacrato epulo, quàm ad deſtruendam licuerat porcorũ cibo: en qui à ſiligenei panis exulans mẽſa ſic à ſe ipſo defecerat, vt opus fuerit in ſe reuerti, vt mentem eius iterum ſubiret notitia, modò etiã ſic exulat abobſcœna voluptatum memoria, vt videatur nũquam illorum defœdatus fuiſſe experientia. Chryſol. *Quod vitæ*, aiebat Chryſoſtom. 1. *quod morum, quod pietatis, quod libertatis, quod eſt gloriæ, nihil reliquit.* Ille fœtulentiſſimus cibus nil reliquerat virtutis. Ergo cibus iſte ſaporatiſſimus, odoriferúſque nihil permiſit in prodigio vetuſtatis. Iam præparantur pedes ad prædicationis ſemitas excurrendas, ſi anteà defatigabantur ad periculoſiſſimas porcorum vias non ſine ingenti diſcrimine conſectandas. Vt noueris ſacro vitulo dæmonis vires prorſus detritas, & delicias vitiorum vel à memoria deletas.

246 Non ſine myſterio Seraphin, dum cæleſti pane Iſaiæ labia depurgat, ardentiſſimam prunam Iſai. 6. v. 6. oſtentat: *In manu eius*, inquit, *calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Mira res: altari incendium miniſtrat, & ferculum: quod Prophetæ fuit ſaporatiſſimus panis, horribilis culpæ fuit ignis: non exurebantur labia; ſed decoquebantur delicta: calculo cadenti tactus expeditè loquetur, & dum ad ſe obeundæ legationis præ ipſis Seraphinis munus rapit, calculi efficaciam, ac virtutem oſtendit: *Ecce ego*, inquit, *mitte me.* Seraphin conſumptum igne prodidit culpam: *Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua*: Iſaias teſtatus eſt efficaciam: vt nouerit cæleſte epulum, vt eſt humanæ vitæ ſecurum fulcrum ſic ardentiſſimum eſſe vitiorum incendium. Non ſic ignis combuſtibilia penitus abligurit non ſic antiquæ omnia viriditatis veſtigia delet, vt panis Angelicus noxias deterit voluptates, & animæ conſumit languores. Adeſt Caſſianus collat. 7. cap. Caſſian. 30. *Sacro ſancta communio non ad dæmonis eſcam ſed potiùs ad purgationem & tutelam corporis, animæque peruenire credenda eſt: quæ ab homine percepta eum, qui in membris eius inſidet, ſpiritum, ſeu in ipſis lasitare cognoſcitur, velut quoddam exurens fugat incendium.* Vt incendium properanter cogit homines inuolare, vt omnia geſtit citiſſimè deglutire, ſic panis Euchariſticus, qui vitiis inſtar incendij eſt, omnem conſumit maculam, & dæmonem quàm celeriter arripere cogit fugam. Infernus eſt dæmonibus habitaculum; ſed Euchariſtia grauius ac durius dæmonibus inuenitur incendium: non ſic immortali illa cruciantur flamma, vt torquentur Euchariſtia: hic ignis dæmonibus exitialis, hominibus eſt ſalubris, dum nihil noxiæ viriditatis, deceptricis voluptatis nihil permittit, dum, vel ipſam aquam lambit, & duriſſima ſaxa emollit.

§. LVII.

Miſera Reſpublica, vbi miniſtri non impleuerunt officia, cùm copioſa acceperint ſtipendia.

247 MIniſter Reipublicæ ſumptibus alitur, vt indefeſſis vigiliis, vt vigilanti prudentia, vt exantlatis ſine faſtidio laboribus ſtudeat prouidere Reipublicæ, & communi conſulere vtilitati. Qui ad faſtigium dignitatis euehitur, nobili pretio ſuſpiciendus omnibus ſeruulus deputatur: feſſos militum artus, etſi claſſico interrumpendus recreabit ſomnus, ſi excubiarum non dormitarit obtutus; atſi ad excubias ſtipendio conductus omnibus ſecuritatem promittat, & cùm dormientibus ipſe dormiat, iam durior premet calamitas, dum pretio ingenti illuſoria ſolicitatur ſecuritas: ſi vigil non deſtinaretur excubiis, nullus ſomnum caperet periculi timore ſolicitatus, aſt dum quiſque excubiarum fidens vigilantiſſimo ſtudio, ſe tradit ſomno, præda fit ſine labore aduerſario: *Tantum eius gloriæ debemus*, aiebat Caſſiodorus lib. 8. Caſſiodor. variar. 10. de optimo miniſtro loquens, *quantùm vtilitatis accepimus: quem & ille arbiter rerum largitione redituum iudicauit eſſe proſequendum, vt ibi fieret dominus poſſeſſionum, vbi vtilitati publicæ procurauit augmentum.* Iure miniſter poſſeſſionibus muneratur, ſi omnium vtilitatis ſtudioſus inuenitur: vt è contra miſera lugebit Reſpublica, vbi indulgere miniſtros ſomno, copioſo ſoluitur auro. Multa Gedeon à Domino futuri triumphi acceperat argumenta, multa expertus fuerat miracula; verùm ne dubitaret Madianitis luctuoſiſſimam imminere ſtragem in aduerſariorum caſtra iubetur deſcendere, & quod ibi refertur, auribus attentis audire: Deſcendit, & excubias ſic colloquentes audiuit *Vidi ſomnium, & videbatur mihi quaſi ſubcinericius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere, cúmque perueniſſet ad tabernaculum, percuſſit illud, atque ſubuertit, & terra funditus coæquauit.* Audito omnino gratias Deo egit, & ſociis indubium triũphum promiſit: *Cùm audiſſet Gedeon ſomnium & interpreta*

interpretationem eius, adorauit, & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait: Surgite: tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian. Inquires cur adeò certus fuerit de triumpho ſomnio, qui dubius videbatur miraculo? Textum lege, & rationem inuenies: *Deſcendit*, inquit, *ipſe, & Phara puer eius in partem caſtrorum, vbi erant armatorum vigilia.* Vbi vidit vigiles ſomno indulgentes, & quæ dormiendo acciderant, pertractantes, non dubitauit miſertimum fore inimicorum exercitum, & ſuis promittere indubium triumphum: vigil conſtituitur; ſtipendióque ab exercitus duce muneratur, vt intentiſſimis vacarit vigiliis, qui ſi cùm oculos deberet vigilantiſſimo ſtudio, inerti tradiderit ſomno, iam irremediabilis Reipublicæ calamitas imminet: quia miniſtri inerter dormiunt, & ſtipendia ſolerter accipiunt. Gedeon, qui repetitis miraculis ad ſpeciem hærebat dubius, iam ſtragem crediderit certus. *Dicitur in partem caſtrorum*, ſcribit Abulenſis q.14. *ſcilicet ad primam partem caſtrorum: quoniam non auſus eſt introire in caſtra, vbi erant armatorum vigilia, in extremitate caſtrorum ſemper ſolent eſſe armati cuſtodientes, ne hoſtes ſubitò irruant in caſtra, & vſque ad illam partem deſcendit, nec viſus eſt.* Somniculoſi vigiles Gedeonis animum præ miraculis confirmarunt, & imminentem ſtragem ipſo ſomnio imprudentes prædixerunt.

Abulenſ.

248 Quàm miſera fuit Hebræorum Reſpublica, vbi Moyſe cum Deo in montis cacumine degente dux ad carpendam vitam repetitis clamoribus poſtulatus eſt: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Deos ſibi producere cupit, qui imminentia auertant pericula, qui inimicorum euertant caſtra, qui fixa tueantur tentoria. Quid tunc? Ingentem Aaron auri copiam efflagitat: *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.* Aurum pendunt, & auro conflatur vitulus omnis motus expers, omnis ſcientiæ nudus, & omnis fortitudinis vacuus. Deſcendit Moyſes, vtque flagitium execrandum puniret, ipſum vitulum in cineres redactum potandum dedit, & ad mortem viculo ipſo ignominioſè ſignauit: *Contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael.* Populi ſtrages fuit dux ſummo ſtipendio muneratus, & muneri proſus ineptus: nec ſic deſæuiit in idololatras fertum, ac ipſum deſæuiit idolum: ipſe error ſibi ſupplicium extitit, quando Deum ſenſu carentem tanta auri copia conflauit. Vitulus electores tradidit morti, vt dignum ſoluerent electionis ſupplicium, qui inerti obtulerant aurum. Adeſt Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 27. *Aiunt quidam quòd aureum vitulum in puluerem redactum in potu illis in indicium dederit, & hoc facto qui auctores fuerunt ſceleris, aureis prominentibus labiis publicati vel deprehenſi.* Dutiſſima vindicta fuit Deus auro catus, & ſolicitudine nudus: Vt è contra omnis fuit felicitatis auſpicium Angelus caſtra promouens, & ducatum exercens.

Exod.32, v.1.

Rupert.

249 Cùm Iſraëliticus populus tyrannico excuſſo iugo puluerulentus per vorticum profundiora ad promiſſionis tellurem celeri greſſu contenderet, illi adſtitit dux cœleſtis, qui & greſſus dirigeret, & audentes aduerſarios terreret: *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore* Duci ad ſpeciem tributum ſoluebat tellus, ſubtiliſſimos ſcilicet vapores, è quibus coagulata nubes præſtabat ornatum ſimul & thronum. Itaque tellus tributum ad ſpeciem ſoluebat, quo Angelus caſtra promouens ornaretur: Ducis thronus telluris ſumptibus conſtituebatur; ſed lucroſum erat diſpendium, quando vigilantiſſimo pendebatur miniſtro. Ecce cùm hoſtes irruerent, cùm tenebrarum auxilium quærerent, ſolertiſſimus dux opportunum obſeruauit tempus, vt infligeret plagas, & eluderet irruentium aduerſariorum inſidias: *Iam aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum.* In vigilia reſpexit, & exercuit reſpiciendo vigiliam. O quàm fortunatus fuit populus ille, dum habuit miniſtrum non dormitantem, ſed vigilarum tempore reſpicientem: ſoluerunt ſtipendia throno, pependit tellus vapores ſubtiliſſimos ornamento; verùm cœleſtis dux nube ornatus, in aduerſarios irruit inuectus: non accepit nubem ad nitoris pompam; ſed ad populi tutelam: quo factum eſt, vt triumphus redimitus reſplenduerit Hebræus, & ſepultus nigris vorticibus diſperierit adherſarius: *Columna nubis*, aiebat Zeno Veronenſis ſerm.2.de Exodo, *te perduxit per diem.* Addit: *Angelus præuius tua caſtra promouit.* Nube Angelus ornabatur; ſed primus anteceſſit; ſed Iſraëlitarum etiam caſtra promouit: exhibitum ductori nubis ornamentum & populo fuit auxilium, & fuiſſet quidem, ſi Angelus dormitaret, naufragium. Adde non ſemel Reipublicæ miniſtros tutoréſque honore accepto fulgere, & contra ipſam Rempublicam conſilia peruerſa inire. O malum opinione maius! miniſter honoribus muneratus & Reipublicæ proditor aduerſarióque deditius.

Exod.14. v.24.

Zeno.

Amorrhæi, vt propitiam ſibi, quam putabant 250
Deam, Lunam haberent, ciuitatem illi dicarunt, & Lunæ ſtigmatibus inſignierunt: Iericho namque ciuitas hoc nomen ſortita eſt, vtpotè Lunæ dicata: *Iericho*, inquit Iſidorus cap.7. lib.in Ioſuë & apud Gloſſam, *Luna interpretatur.* Tranſi modò ad Ioſuë 10. vbi cùm bellum gereret Ioſuë cum Amorrhæis, illiſque appetens nox auxiliaretur, pia audacia luminare maius ſtitit, & Lunam ſtare iuſſit: *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon. Steterúntque Sol & Luna, donec vlciſceretur ſe gens de inimicis ſuis.* Non miratur Solem in Amorrhæos ſpicula contorſiſſe; miraculum tamen eſt Lunam tot obſequiis deuinctam, honoribus tantis nobilitatam cum Sole fœdus iniiſſe, vt Amorrhæi perirent, & Iſraëlitæ triumpharent: *Ipſis elementis*, ſcribit Tertullianus aduerſùs Pſychicos, cap.10. *ſtationem imperauit: ſtetit Sol in Gabaon, & Luna in Aialon, donec vltus eſt populus de inimicis ſuis.* Ecce Luna, quæ Amorrhæorum auxiliatrix eſſe debebat, extitit aduerſatrix, & in illos lucem contorſit, vt Ioſuë gratiam iniret: non poterat non perire gens, dum Lunam ſibi honoribus, vt arbitrabantur, deuinctam, experiebantur oppoſitam: ad inimicorum tranſiuit caſtra, & extitit Amorrhæorum ruina. O quoties quod cœleſtibus ſine culpa contigit luminaribus, humanis non ſine crimine contingere ſolet luminibus! Qui honore fulget, qui ad comitia vocatur vt fidiſſimus, aliquando conſilia prodit, & aduerſariis perfidus fauet.

Ioſuë 10. v.12.

Tertullian.

Exod.13. v.21.

Digitized by Google

§. LVIII.

Sapè qui apud exteros inſtar miraculi habetur, apud ſuos parui æſtimatur.

251 NEſcio an inuidentiæ tenebris, an ipſius conſuetudinis vmbris, ſic aliquando lux meritorum apud proprios innubilatur, vt ferè non effulgeat illorum oculis, cùm vſque ad miraculum luceat extraneis. *Perpaucis hominum hoc ingenium*
Æſchil. *eſt*, aiebat Æſchilus apud Stobæum lib. de inuidia cap. 38. *vt amicum fortunatum ſine inuidia colant.* Amicum meritorum luminibus ſplendentem, quem ſummè veneratur aduerſarius, peſtifero dente arrodere ſolet amicus. Diſertè Plutar-
Plutarch. chus lib. de calumnia apud eumdem Stobæum: *Inuidiam aliqui fumo comparant.* Vt fumus domeſticis focis exhalatus domeſticos ſolùm denigrat, & illis extorquet lachrymas, cum diſſitis nullam ingenerarit moleſtiam, ſic ſolet multis accidere: à domeſticis ſuis fumi ingenium imitantibus obſcurantur, & gemere aliquando coguntur: vtque qui fumoſa excedit domo iam aëre flabellatus omnem fumi moleſtiam excuſſit, & exteris purus apparet; ſic non ſemel extra domeſticos habetur lucidus, qui intra domeſticos parietes fumo ſordebat fuſcatus. Refert de Corio-
Valer. lano viro egregio Valerius lib. 5. cap. 4. de pietate in parentes, apud exteros inſtar miraculi fuiſſe ſuſpectum, apud ſuos parui æſtimatum. Audi eius verba: *Coriolanus maximi vir animi, & altiſſimi conſilij, optiméque de Republica meritus, iniquiſſimæ damnationis ruina proſtratus ad Volſcos infeſtis tunc Romanis confugit. Magno vbique pretio virtus eſtimatur. Itaque quo latebras quæſitum venerat, ibi breui ſummum adeptus eſt imperium.* Apud ſuæ gentis inimicos infeſtóſque imperio donatus eſt, apud ſuos ad vitam tuendam opus illi fuit latebrarum auxilio. Gedeon etiam apud ſuos non multi habitus; imò hordeacei ad inſtar panis cinere inſperſi deſpectus, ſtrenuus deprædicatur, non ſolùm ab exteris; ſed ab inimicis: *Videbatur mihi*, refert quidam, *quaſi ſubcineritius panis ex hordeo volui, & in caſtra Madian deſcendere*, &c. *Reſpondit is, cui loquebatur: Non eſt hoc aliud niſi gladius Gedeonis filij Ioas viri Iſraëlitæ: tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia caſtra eius.* Vir & verè Iſraëlita ab inimicis habetur, tantáque fortitudine præditus, vt omnia Madian caſtra facilè poſſit euertere, & hoſtes penè innumeros ſuperare. Hugo Cardinalis vtrumque ait Gedeoni ſymbolum adaptari, nempe & inuicti gladij, & panis ſubcineritij; ſed apud diuerſos rerum æſtimatores: apud ſuos erat vti panis hordeaceus, apud
Hugo. exteros dux inuictus. Accipe Hugonem: *Per panem hordeaceum, & ſubcineritium Gedeon accipitur: quia ipſe de ſe ipſo ſuprà dixerat cap. 6. Ego ſum infirmus in domo patris mei.* Dum reſtrictim locutus eſt, ſe vbique non eſſe minimum; ſed apud ſuos ſolum expreſſit. Ecce qui adeo fortis ab infenſo ſibi inimico deprædicatur, qui victor à victis ipſis extollitur, à ſuis panis hordeaceus deſpicitur, & ſubcineritius habetur.

Cùm Elias flammiuomis equis rapiendus eſſet, 252
Collegium quod Galgalis inhabitabat, Eliſæo ſolùm aſſociatus egreditur. Et licèt iam non rediturus exiret, non refert textus à ſuis deductum, aut lachrymis amoris teſtibus eius exitum deploratum: huic Iericho accedenti obuius filiorum Prophetarum chorus occurrit, & eius diſceſſum dolet: *Ibant* 4. Reg. 2. v. 4.
Elias, & Eliſæus de Galgalis, &c. *cúmque deſcendiſſent Bethel, egreſſi ſunt filij Prophetarum, qui erant in Bethel.* Addit textus: *Cùm veniſſent Iericho, acceſſerunt filij Prophetarum, qui erant in Iericho.* Abulenſis exiſtimat variis in locis erecta fuiſſe filiorum Prophetarum collegia, eóque tempore ad inſtar religioſorum vixiſſe. Ipſum audi q. 13. *Iſti erant commorantes per Collegia, ſicut viri religioſi ſimul; ita quòd vnum Collegium eorum erat in Galgalis, & aliud in Bethel, & aliud in Iericho. De Bethel, & de Iericho patet in littera: quia de* Abulenſ.
quolibet illorum locorum dicitur, quòd egreſſi ſunt filij Prophetarum in occurſum Eliæ; de Galgala autem non dicitur quòd egreſſi ſunt filij Prophetarum, non quidem quòd ibi non eſſent; ſed quia Galgala fuit primus locus, de quo littera refert Eliam & Eliſæum receſſiſſe. Galgala innuit textus habitaſſe Eliam, & Eliſæum: ergo illorum collegæ recedentes non leguntur comitati, cùm ex aliis collegis obuiam proceſſerint in venerationis teſtimonium Prophetarum filij: quaſi Elias non fuerit apud ſuos his externis venerationis ſignis ita honoratus, vt apud exteros cultus: *De Galgala non dicitur quòd egreſſi ſunt filij Prophetarum: quia Galgala fuit primus locus, de quo littera refert Eliam, & Eliſæum receſſiſſe.* O quàm ſæpè hoc ipſum experientia comprobatur! Homo eximiis dotibus excultus, virtute conſpicuus, litteris ad miraculum exornatus, apud ſuos collegas aut nullam, aut exiguam venerationem ſortitur, cùm apud exteros & remotiſſimos ſummis laudibus extollatur, & repetitis acclamationibus honoretur. Adiice hoc ipſo capite cùm iam Eliſæus duplici Eliæ ſpiritu hæreditatus fulgeret, à filiis Prophetarum Ierichuntini Collegij fuiſſe adoratum: *Videntes filij Prophetarum, qui erant in Iericho è contra, dixerunt: Requieuit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſæum, & venientes in occurſum eius adorauerunt eum proni in terram.* Vides adorationem exhibitam: Tranſi modò ad caput 4. huius libri, vbi inuenies ſuſcitato iam Sunamitidis puero Eliſæum repetiſſe Galgala; non tamen refertur duplici ſpiritu nobilitato, támque raro de morte triumpho in reſurrectione pueri redimito collegas ſuos occurriſſe, aut reuerentiæ ſpecialis obſequiis exhibitis adoraſſe: *Tulit* 4. Reg. 4. v. 37.
filium ſuum, & egreſſa eſt, & Eliſæus reuerſus eſt in Galgala. In Galgala reuerſus eſt, quaſi ad propriam habitationem propriúmque Collegium; ſed ibi à propriis non refertur honorificè exceptus, aut de reportato in pueri reſurrectione triumpho acclamatus. Ita Hugo Cardinalis: *Hunc* Hugo.
locum ſæpè frequentabat Eliſæus, tum pro loci religione, tum quia ibi natus fuit. Vbi natus, vbi incola, quantumuis fulgeat ſpiritu, niteátque miraculo, minus honoratè excipitur, quia minoris ibi habetur.

Addiderim non ſolùm ſtrenuos viros apud 253
ſuos non ita magni vt apud exteros æſtimari; ſed non ſemel deſpici, & indignis notis inuri. Adeſt huius veritatis teſtis Dauid, qui cùm ad regnum quæreretur, veluti ineptus huic muneri vngendus

Digitized by Google

1.Reg.16. v.11. vngendus nullatenus Prophetæ obiicitur: *Adhuc reliquus eſt paruulus, & pascit oues.* Audis quid de Dauid domeſtici ſentiant, & quàm vti muneri ineptum vnctioni non offerant. Audi modò quid de illo, cuius oblitus eſt pater, vnus de eius ſeruis Regi loquatur: *Vidi filium Iſai Bethlehemitem ſcientem pſallere, & fortiſſimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum, & Dominus eſt cum eo.* En qui apud ſuos paruulus, apud exteros omnibus dotibus deprædicatur excultus. Hic idem deuicto gigante, reportata inſigni adeò victoria, filius mortis ſugillatur, & nota inuritur: *Adhuc eum ad me*, ait Saul Ionathæ, *quia filius mortis eſt.* Dauid, vt vidit ſe ad mortem quæri, ad Philiſthæos confugit, apud eoſque tam magni habitus eſt, vt veluti Angelus honoretur, & ſuſpiciatur. Audi Achis Regem: *Scio quia bonus es tu in oculis meis, ſicut Angelus Dei.* Apud ſibi infenſos habebatur Angelus, qui à ſuis exulabat ſupplicio addictus. Adeſt Noſter Sanctius ad 1. Reg. 29. *Cum aliquid magnum eſſe, & diuino ſimile ſignificare volumus, à Deo miſſum, aut è cœlo lapſum eſſe dicimus.* Adnectit interpres ſapientiſſimus: *Denique de cœlo aiebant veniſſe, qui omni carent labe, in quibus ſumma ſunt omnia: nam qui de terra ſunt, & cum terrenis habitant, aliquid ſemper trahunt à terrena mole, & concretione mortali.* Attende quæ ſubnectit: *Aut igitur hac aut illa ratione laudatur Dauid à Paleſtino rege.* Ad inſtar illius celebratiſſimæ fridis à Diis miſſæ, delegatæque Dauid colitur, & ab infenſis Angelus nuncupatur, cùm Gentiles ſui, imò & cognati, quos ſummis obſtrinxerat beneficiis, mortis appellauerit filium, vtpotè omni dolo ac malignitate refertum.

1.Reg.16. v.11.
1.Reg.20. v.31.
1. Reg.29. v.9.
Sanctius.

254 Nato Domino fulget ſplendidiſſima ſtella, quam vel immerſis idololatriæ tenebris oculis Magi ſpectarunt: *Vidimus ſtellam eius.* Ieroſolymitani recèns nati fulgorem non intuentur; imò dum audiunt luminibus fulgidiſſimis rutilare, turbantur: Audiens autem Herodes turbatus eſt & omnis Ieroſolyma cum eo. Benè Gregorius homil. 10. in Euangelia: *Conſiderandum nobis eſt, quanta fuerit in quorumdam Iudæorum corde duritia, qui hunc nec per prophetia dictum, nec per miracula agnouerunt.* Recèns nati non agnouerunt ſtellam proprij, quam cognouerunt extranei; imò quem venetabundi adorauerunt extranei, implacabili odio infectati ſunt proprij. Ita ſatis ad rem Chryſologus ſerm. 156. *Chaldæa defert Iudæa, Ieroſolyma auerſatur & refugit, Syria ſequitur, & adorat.* A ſuis exterminatur, ab extraneis inquiritur; adoratur à Syris, contemnitur ab Hebræis. O nimis verum, & quotidiana experientia ſatis probatum!

Matth.2. v.2.
Gregor.
Chryſol.

---

§. LIX.

Prauida ordinatáque diſpoſitio eſt matæ felicitatis, vt confuſio parens diſcriminis.

255 ANtiqui vtpotè fidei lumine non illuſtrati ſub quadam chaos confuſione creaturas præceſſiſſe cæciſſimi putauerunt, ibíque continuis diſſidere iurgiis, & contrariis pugnare ſemper ingeniis. Hoc profectò erat ignorantiæ delirium; verùm ipſo in errore præter opinionem veritati adulabantur, dum confuſa & inordinata continuis certaminibus aſſerebant repugnare, & continuis luctis diſſidere. Poëtam audi libro 1. Metamorphoſeon:

> *Ante mare, & terras, & quod tegit omnia,* Ouid.
> *cœlum.*
> *Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,*
> *Quem dixere Chaos, rudis indigeſtáque*
> *moles,*
> *Nec quidquam niſi pondus iners, congeſtáque*
> *eodem;*
> *Non benè iunctarum diſcordia ſemina*
> *rerum.*

Addit quod moribus adaptari ſatis poteſt, Ouidius:

> *Frigida pugnabant calidis, humentia*
> *ſiccis,*
> *Mollia cum duris, ſine pondere habentia*
> *pondus.*

Dum eodem loco, ſitúque eodem inæqualia æqualiter congeruntur, continuis litibus altercantur; at dum ſplendidiſſima lux faſtigium tenet, dum peruius aër debitum occupat locum, dum ſuccedit puriſſimus liquor, dum inferior adiacet tellus, omnia concordiæ nexibus conſtant illigata, & ad ſalutem omnium perennant amica. Non dubito ſummè ad perfectionem conducere, ſi magni humilitatis artificio ita contrahantur, vt paruulis exæquentur: ſic namque Eliſæus Chriſti figuram geſſit ſe puero exæquans, & ad infundendam vitam adaptans: *Incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum.* Dum ſe Eliſæus contrahit, pueróque adaptat, Chriſti figuram gerit, teſte Baſilio Seleucienſi orat. 10. *Eliſæus Chriſti figuram gerit.* Itaque tota illa Sunamitidis domus perfectionis luce, tranquillitatiſque gaudio fruebatur, dum Eliſæus ſe incuruat, & ſe puerulus non dilatat. Quod & in Euangelio docuit Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos ad perfectionis faſtigium adhortatus: de primatu contendebant, & cœlorum regnum deſiderabant: *Quis putas maior eſt in regno cœlorum?* Magiſtrum rogant non ſine ambitioſæ contentionis ſtrepitu. Quid tunc? *Aduocans Ieſus paruulum ſtatuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Expende non monuiſſe paruulum, vt ambiret virorum proceritatem; ſed viros, vt pueruli puſillitatem humilitate affectarent, & æqualitatem ambirent: hoc enim cœleſtis regni iam quædam erat delibatio tranquillitatis placidiſſimæ exordium, & æternæ gloriæ veſtibulum. Itaque ſi puerulus non præſumat magnis exæquari, ſi magnus non deſideret eminere, tota virtus perfectionis pompa reſplendet, & cœlorum politiæ politicè ſimillima lucet. Hoc tamen non obſtat, vt qui magnis & puſillis præeſt, ſic illos ordinet, vt ipſa in exæquatione inæqualitas appareat, & differentia meritorum eluceat: alioquin magnorum humilitas paruulorum fouebit ſuperbiam, dum tumidiſſimi geſtiunt honoribus exæquati, à quibus longiſſimè virtute conſtat deuinci. Profectò hoc in caſu nihil eſt ipſa

4.Reg.4. v.34.
Seleucienſ.
Matth.18. v.1.

æqualitate inæqualius, ipso inordinatius ordine, ipsa parilitate disparius. Opportunè iunior Plinius lib. 9. epistolar. epist. 5. *Temperare mihi non*
Plin. *possum, quomodò laudem similis monenti, quòd eum modum tenes, vt discrimina ordinum, dignitatúmque custodias.* Attentiùs audi quæ subdit: *Quæ si confusa, turbata, permista sint, nihil est æqualitate ipsa inæqualius.* O verum! Quid enim inæqualius, quàm hominem iam emeritum tyronibus exæquare, & tyrones emeritorum præmia exambire? Qui bella vitiis inferunt; imò qui Reipublicæ pacem exambiunt, diligentissimè studeant eius sic partes ordinare, vt nulla videatur alterius locum præripere; sed corpus totum aptis iuncturis componere. Ecce Gedeon hostes inuasurus sic milites disposuit, vt vitaretur confusio, & ipse ordo aduersariorum esset impugnatio: *Surgite: tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian, diuisítque trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum.* Iam castra erant à Numine tradita, & nihilominus optimo debitóque ordine disposuit milites, vt profligauerit hostes. Adest Lyra: *Diuisit trecentos viros in tres partes, vt sic inuaderent exercitum aduersariorum.* Caietanus ita
Lyra. Caiet. habet: *Tres centuriones instituit.* Milites sic ordinauit, vt omnis vitaretur confusionis incommodum, quo in dubium illos nobilitaret trophæum.

Procera statua Nabuchodonosor inter somniandum obiicitur: caput auri pallore micabat,
256 pectus grato argenti iubare relplendebat, æris fortitudo firmabat femora, ferrum columnarum ad instar fulciebat tibias, pedes componebant ferrum & lutum admista, & indiscriminatim adglutinata. Sic refert Daniel: *Huius statuæ caput*
Dan. 2. v. 32. *ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento. Porrò venter & femora ex ære; tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.* Hanc superbissimam molem lapillus sine dexteræ pulsu euertit, pedésque percussit: *Percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus.* Si hanc oportet imaginem destrui, cur vt exorta est, non est lapillo euersa; sed sæculis tantis permissa? aut cur pes præ capite aut brachiis opportunitatem præbuit ictui, & vt sic dicamus, annuit percutienti lapidi? Alia alij accuratiùs ingeniosiúsque meditabuntur; ego tamen reor illud impietatis simulacrum, politicéfque effigiem non pertulisse casum, dum metalla pro dignitate occupabant locum; túncque demum corruisse, cùm indiscriminatim miscentur lutum & ferrum. Profectò luto extrema corporis pars concedenda erat, ferro nobilior: ergo dum pedibus, quæ adeò diuersæ fortitudinis, indiscriminatim confunduntur, & irrationabiliter exæquantur, vel leuissimo ictu omnia corruunt: nec enim necessum erat prægrande saxum, quando iam ipsa sui confusione labascebat ædificium: aurum dum deditum sibi locum tenet, non percutitur, perdurat argentum, æs corpus defendit, tibiæ suffulciunt; ast inordinata & confusa pedum mixtura vocauit excidium, & procurauit lamentum: *Hæc*
Theodoret. *res non aliud innuit regnum*, exponit Theodoretus orat. 2. *sed ipsum seipso imbecillius futurum; sed tecta imbecillitati commixtum: & materiæ differentiam apposuit, non vt honoris; sed vt virium discrimen ostenderet.* Nabuchodonosoris regnum dum membris suis adaptatis sedibus constat, ictum non patitur; corruit tamen dum nobilius confusum ignobiliori miscetur. Vtque noscas quantas vires optima series & prudens dispositio sortiatur, audi quid hoc ipso in capite Gedeonem moneat oraculum.

Adlegerat strenuus dux copiosám militum ma- 257
num; sed Numen, ne sibi victoriam exercitus adscribere arroganter tentaret, imminuit: *Multus* Iudic. 7. v. 2.
tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius, ne glorietur contra me Israël, & dicat: Meis viribus liberatus sum. Profectò huius periculi neque species videbatur adesse, quandoquidem inimicorum copiæ longissimè Gedeonis phalanges superabant, viréfque euincebant. Quomodo ergo quæ miraculo clarissim. constabat victoria, posset sibi adscribere vel insolens arrogantia, tumidissimáve superbia? Notauit hoc Abulensis quæst. 2. Abulens.
Quæret aliquis quomodò Israëlitæ poterant gloriari contra Deum dicentes quòd viribus suis liberati fuerant. Adde quòd Deus nec decem millia ob eamdem causam contra hostes voluit pugnare: ait enim: *Adhuc populus multus est*; imò nec trecentos armatos hostes passus est adoriri, ne victoriam sibi arrogarent; & quidem cùm aduersariorum numerus esset centum triginta quinque millia, vt capite sequenti constat, impossibile videbatur sic superbiæ cæcitatem cæcitatis metas excedere, vt vel victoriæ partem sibi tentauerit arrogare. Ergo Deus vt sibi integram victoriam vendicet, numerum non angustarit. O bonam nobis eruditionem! si triginta duo millia congrederentur, armis acie ordinata procederent, tantúmque valet ad reportandos triumphos vel de innumeris hostibus cordata & prouida dispositio, vt dum Numen præcauet periculum, manifestet nobis optimæ dispositionis & meritum. *Pugnaturi essent*, addit Abulensis citata quæstione, *ordinatis aciebus modo* Abulens.
hostili, & tunc si Israëlitæ vincerent, possent dicere quòd viribus suis egerant. Addit: *Dicendum quod Israëlitæ poterant dicere quod fortitudo sua & experientia bellica, & conueniens ordo fecerunt eos victores contra hostes.* Si optimus ordo acies componeret: si prudens cautela armaret, vel tot hostibus prostratis aliquem colorem haberent, vt victoriam sibi adscriberent: tantùm valet optima dispositio, & conueniens ordo. Ergo Deus quia hostes prostraturus erat miraculo, gaudere voluit integro triumpho.

Signum magnum in cœlo apparet, Luna pro 258
argenteis erat soccis, Sol corpus tegebat, lucidissimum stellarum sertum caput ornabat: *Mulier* Apocal. 12.
amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim. Hic virulentissimus draco prælium ciet, triumphúmque exambit: *Ecce draco magnus rufus habens capita*
septem & cornua decem, &c. Transi ad Apocalypsis 1. vbi filius hominis hoc habitu apparet: *Pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ar-* Apocal 1.
denti, & habebat in dextera sua stellas septem, & facies eius sicut Sol. Hic nullus auditur bellorum strepitus, nullus inquietat aduersariorum tumultus: quod si placet perscrutari discrimen, illud se mihi offert, filium scilicet hominis suis omnia locis adaptata ostendisse, Solem videlicet astrorum regem vultu, stellas igni superiores dextera; ignem vtpotè Soli, stellísque inferiorem pedum amplectentem vestigia; in signo verò magno etsi idem filius hominis purissima aluo lautaret inclusus, serpens victoriam sibi promisit,

quia

Digitized by Google

quia inuerſum ordinem ſtultè credidit, videbat ibi ſtellas vertice micantes, ſolem nobiliori luce præditum loco inferiori locatum, Lunam ad pedes proiectam: & quamuis omnia hæc arcano fuerint myſterio diſpoſita, ſerpens prælium aggreditur concepta triumphi obtinendi fiducia: dum aſtutus ſerpens ordinem putat inuerſum, & ſibi promittit triumphum, vt noueris quantùm valeat in rebus optimus ordo, & quantùm noceat inordinata confuſio.

§. LX.

Matura gratitudo eſt beneficij incrementandi artificium, & generoſi animi teſtimonium.

259 QVi accepto beneficio, danti debitas gratias retulit, ipſa gratiarum actione ad beneficium repetendum, incrementandúmque non ſolùm gratus allexit; ſed vrbanus compulit: gaudet munificus beneficiis benè collocatis & iure triſtatur amiſſis; non quòd exambierit commercium; ſed quia in ingrato collatum prudentiam dantis quodammodò ſugillauerit beneficium, non ſolùm relucere debet in datis liberalitatis gloria; ſed & liberalis prudentia: cúmque ruſticus & ingratus animus non reſpondeat acceptis, ipſa ingratitudine liberalitatem ſiſtit, & offendit, quandoquidem etſi generoſitatem conceſſum deprædicet beneficium, minus prudentem ad ſpeciem arguit malè collocatum. Hinc ingenua, debitáque gratiarum actio, vt benefactoris adaugeat gloriam, nobili coactione nouæ liberalitatis exigit gratiam:

Seneca. *Non eſt leuitas*, aiebat Seneca lib. 4. de benef. cap. 18. *à cognito & damnato errore diſcedere; & ingenuè fatendum eſt: aliud putaui, deceptus ſum. Hæc verò ſuperba ſtultitia perſeuerantia eſt: quod ſemel dixi, qualecumque eſt, fixum, ratúmque ſit.*

Non eſt turpe cum re mutare conſilium. *Non eſt turpe cum re mutare conſilium.* Mutant agricolæ prudentes conſilium, ſi tellurem inuenerint ſerenti ingratam, & ſolùm tribulis cruentis copioſam; at tellus, quæ ſemina fouit, ad nouam ſolicitudinem ſatorem allexit. Ergo, vt dicebam, qui beneficio gratus, benefactorem vrget, & manum ad dilargiendum impellit. Hanc teſtatur veritatem Gedeon, qui cùm triumphum à Deo ſibi concedendum ex militis Madianitæ ſomno didiciſſet, gratias Deo reddidit, & actione gratiarum ad effectum ingenuus, gratúſque ſomnia perduxit: *Cùm audiſſet Gedeon ſomnium, & interpretationem eius, adorauit, & reuerſus eſt ad caſtra Iſrael, & ait: Surgite: tradidit enim Dominus in manus noſtras caſtra Madian.* Quæres cur Gedeon, qui accepto velleris ſigno nouum depopoſcit miraculum, audito modo ſomnio indubiè militibus promittat triumphum? *Tradidit*, inquit, *Dominus in manus noſtras Madian.* Si roſcido vellere anteà non traditus, cur ſomnio deditus? Fortè quia accepto illo ſigno non adorauit, & adorauit audito ſomnio. Ergo dum gratias retulit, beneficium complenit, & ad effectum ſomnium perduxit:

Caietan. *Cùm audiſſet Gedeon ſomnium, & interpretationem eius, adorauit*, ſcribit Caietanus, *gratias agendo Deo de huiuſmodi homine dato.* Vbi ſomniatum beneficium vera adoratione perſoluit, ad effectum perducendum indubiè credidit, qui gratijs non retulit nouum velleris miraculum expetiuit: vt noſcas quàm gratitudo beneficium confirmet, quámque nobili artificio incrementet.

Abraham nobiliſſimus ille virtutum aſſecla, 260
cùm multa à Deo promiſſa ſibi videret, argumenta ambiuit felicitatis non dubius; ſed prouidus:
Eduxit eum foras, & ait illi: Suſcipe cœlum, & numera ſtellas, ſi potes: Et dixit ei: Sic erit ſemen tuum. Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram iſtam, & poſſideres eam? at ille ait: Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? Genes. 15. v. 5.
Multa hoc in loco expendenda nobis occurrunt: Si Abraham ſignum non petiuit, vt poſteros ſyderum inſtar micaturos crediderit, cur terrenæ poſſeſſionis argumentum, & pignus quodammodo poſtulauerit? Fuítne apud ipſum pluris tellus, quàm ſydus? Si credidit filios cœlo ſine difficultate inſerendos, cur timuit terrenis poſſeſſionibus fore ditandos? An quia nouerat homines rebus cœleſtibus ardenter non inhiare, & terrenas niſibus totis expetere: ergo facilè credidit cœleſtia nulla contradictione obtinenda, at quia magnas in terrenæ hæreditatis poſſeſſione lites extimuit, ſigna quibus fides roboraretur, popoſcit. Profectò ſi alius Abraham eſſet, non eſſet audax ſuſpicio, exiſtimare plus tetram, quàm cœlum ambiſſe, ob idque ſtudioſiùs telluris, quàm cœli poſſeſſionem ſignis firmatam optaſſe. Benè; ſed ſtudioſiùs attende quid iubeat oraculum: *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam.* Profectò hæc accipiendi beneficij non videntur teſtimonia; poſſent tamen ob acceptum aris dicari holocauſta: cur ergo ad promiſſorum ſecuritatem poſtulauerit holocauſta; qui exorabatur ſignis confirmare promiſſa? Profectò ſacrificiis illis gratias Numini referat, vtque noueris gratum animum beneficia ſibi firmare, & benefactorem, quantumuis ex ſe generoſum nouis igniculis ad benefaciendum accendere, gratias agere perſuaſit, vt iam de beneficij certitudine non hæreret. Adde poſt gratiarum actionem non ſolùm iam poſteros illa tellure donatos; ſed ingenti auri argentíque copia onuſtos: *Egredietur*, inquit oraculum, *cum magna ſubſtantia; tu autem ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona; generatione autem quarta reuertentur huc.* Ecce cùm ante ſacrificium ſolùm illa fuerit tellus promiſſa, poſt ſacrificium diuitiarum ingens, auctarij ad inſtar additur copia: nec enim poterat gratitudo beneficium non fulcire, & nouis incrementis augere:

Theodoret. *Hæc erant illorum ænigmata*, ſcribit Theodoretus q. 65. *quæ familiæ erant obuentura: ſiquidem ſacrificio peracto ſubiunxit: Cognoſcens, cognoſcens.* Actio gratiarum erat beneficij ænigma: nam ſicut in ænigmate, rerúmque imagine, etſi tantiſper obſcurè, oculis hauriuntur prototypa; ſic in gratiarum actione futura iam videbantur beneficia, & lucebant incrementata. Adde gratum animum ad augendi beneficij eſſe certiſſimum teſtimonium, ſignúmque quodammodò indubium. Conſtat hoc ipſo loco huius rei veritas.

Cùm Dominus oblatis ab Abrahamo animalibus veluti euentuum ænigmatibus futura illi aperire voluiſſet, inter alia animalia columbam dicari ſibi popoſcit, & in animalium cenſu loco vltimo collocauit: *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.* 261
Genes. 15. v. 9.

Citatus Theodoretus putat ſciſſis in animalibus, quos in Ægypto Iſraëlitæ pertulerunt, deſignari labores, in turture per deſertum deerrationem, in columba floridum poſſeſſionis ac felicitatis tempus
Theodor. prædici: *Columba generationem aliam innuebat, quæ terram promiſſam accepit.* Inquires cur potiùs columba, quàm turtur poſſidendæ fuerit pignus felicitatis? Lege Geneſis 8. cauſámque inuenies: ibi columba libertate donatur, & mundi habitus exploratrix fidelis mittitur: illa, vt beneficium gratitudine compenſaret, oliuæ ramum foliis virentibus attulit, & benefactoris mœſtitiã depulit:
Geneſ. 8. v. 11. *Venit ad eum ad veſperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo.* Ecce columba gratiam refert: ergo in animali grato optimè depingitur beneficium futurum: eſt namque gratitudo vrbana beneficentiæ coactio, grata generoſitati vis, repetendi pignus beneficij, & iterandi argumentum obſequij. Ergo felicitatis poſſeſſionem columba grata ſuffulcit: nec enim poterat nouum beneficium non prædixiſſe, quam conſtabat acceptum relatis gratiis ornaſſe.

262 E contra ingratus beneficium vertit in damnum, nec ſolùm benficentiam cohibet; ſed iram imprudentiſſimè accendit: vt enim ſtomachus morbo laborans optimum cibum vertit in infirmitatis augmentum, ita ingratitudo de ipſo beneficio excudit ſibi piaculum & elaborare ſolet exitium: Deus in columna nubis & ignis populum per deſertorum inuia direxit: *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Zeno Veronenſis ardentes iam in hac columna intuetur flammas, quibus non modica populi pars nigros in cineres eſt redacta, & miſerandis ſui ipſius fauillis ſepulta:
Num. 16. v. 35. *Ignis egreſſus à Domino interfecit ducentos & quinquaginta viros.* Dum ambitione ſuperbiunt, dum ingratitudine delinquunt, ignis ipſe, qui nocturnas leniebat tenebras, abſumpſit vita. Audi Veronenſem ſerm. 2. in Exod. *Columna nubis te perduxit per diem, vt oſtenderet cæcum, ignis columna per noctem vt admoneret arſurum. Angelus præuius tua caſtra præmouit, vt etiam præſenti Deo probareris ingratus.* Ingratitudo ruſtico pectore nata, & pectore inciuili innutrita lucem conuertit in flammam, & ipſum beneficium detorſit ſibi in ruinam. Ergo gratus eſto, ſi cupis periculum declinare, & accepta beneficia incrementis nouis angere.

---

§. LXI.

Lux diuina nitidiùs lucet in vaſe rebus humanis vacuo, quàm pleno.

263 Senec. Non viuunt ſed iuſta ſibi faciunt, qui deliciis inſeruiunt.

MOrtem timent, aiebat Seneca epiſt. 122. de delicatis, & deliciis florentibus loquens, *in quam ſe vini condiderunt: tam infauſti ominis, quàm nocturna aues ſunt, licèt in vino, vnguentóque tenebras ſuas exigant, licèt epulis, & in multa quidem fercula diſtinctis totum peruerſa vigilia tempus diducant. Non cominantur; ſed iuſta ſibi faciunt.* Vt mortuis lux non refulget, vt dies defunctis non claret, ita his qui voluptatibus pleni, diuitiis onuſti, qui ambitione conſpicui lux obtenebreſcit, & cupiditatum nebulis obſcurata non fulget: animo ſereno, omniáque generosè ſpernente opus eſt ad excipiendum cæleſtem lucis candorem, & laudabili contemptu ad fouendam prudentiæ lucem. Vt aues, quæ immotæ facilè pingueſcunt, in obſcuro locantur, ita in obſcuro viuunt, quibus membra inerti ſagina ſuccreſcunt, quibus aurum cum auri ſiti decertat, quorum ambitus mundi clauſtra prærumpit, & adhuc præruptis, ardenter ſitit: expeditus, & ab omni cupiditatis vinculo abſolutus animus non cęcutit; ſed res, prout oportet, videt. En Gedeonis milites lucem contra hoſtiles tenebras accipiunt, & lagenis vacuis collocatas cuſtodiunt, *Dimiſit trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenáſque vacuas ac lampades in medio lagenarum,* Nec lagenæ lucem interſtinguant, illam vacuæ recipiunt, & illarum vacuitate, lucis reſplenduit viuidiùs claritas. Adeſt Abulenſis Abulenſ.
quæſt. 21. *Lagenas vacuas, ſcilicet ſingulo vnam lagenam, vt intra eas ferrem lampades.* Si lagenæ vacuæ non eſſent, lampades micare non potuiſſent, quandoquidem aliarum rerum pleniſſima copia luci eſſet tenebroſiſſima nebula. Ergo in vacuis lagenis lux emicat: vt noueris vacuitatem inſeruire nitori, adularique claritati: *Gerebant ſinguli*, ſcribit Ioſephus lib. 5. cap. 8. *amphoras* Ioſeph.
vacuas, & in eis faces ardentes. Ecce vbi ardeant faces, lagenis vacuis, extinguerentúrque ſine dubio repletis.

Nato Domino tuguriolóque pauperrimo delite- 264
ſcente lux fulgentiſſima immeritos denſiſſimis idololatriæ tenebris Magorum oculos blando ſplendoris iubare ſibi allexit, & depulſis tenebris verum ſæculorum Regem carne apparuiſſe veſtitum edocuit: illi, vt qui errauerant, non propoſito, ſed infelici curioſitatis ſtudio, vt nouæ lucis ſpectarunt claritatem, abiecerunt etiam errorem: Deum adoraturi inuolant, & quæ illos vocauerat, ſtella non dereliquit; ſed itineris comes præceſſit: *Antecedebat eos*, vbi illos per- Matth. 2.
duxit, fixa iam tuguriolo conſtitit: *Ecce ſtella, v. 9.*
quam viderant in oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Magum ambulantem præcedebat, & illuſtrabat ſtella; verùm ipſa præcedentiæ diſtantia intuentibus aliquantulum ſplẽdoris minuebat, aſt tuguriolo inſidens tota iam claritatis pompa reſplendet, & plenius intuentium oculos implet. Quod ſi quæras cur micantius rutilet modò, cúrque iam fixa reſplendeat: reſpondet textus ad tuguriolum omni non ſolum pompa; ſed commoditate vacuum, peruenisſe: *vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer*: puer præſepi iacet vel neceſſariis ad fouendam vitam deſtitutus, ibi nullus factus, apparatus ſeruorum, diuitiarumue nullus. Ergo Magus auro onuſtus, ingentique famulorum ſatellitio ſtipatus, exquiſita veſtium pretioſitate conſpicuus luce fruitur, ſed diſtanti, ſed præcedenti: nec enim decens faſtus cæleſti aduerſatur luci; aſt clariore & viciniore iam fruitur, dum tuguriolum inhabitat dum omnem qui vanitatem poſſet fouere, faſtum relinquit: pompaticè viantem Sidus non modico interuallo præcedit, tuguriolo paupertate feliciſſimo inhæſit: vt noueris ibi maiori claritate cæleſtem lucem fulgere, firmúſque radiare, vbi conſtat paupertatem, innocentiámque viuere. *Hinc apparet*, ſcribit Gloſſa Sancti Thomæ Gloſſa.
in catena, *quod ſtella in aëre poſita erat, & domui, in qua puer erat multum vicina: aliter enim domum non diſcreuiſſent.* Addit Auguſtinus ibi: Auguſt.

Hoſpitium

Digitized by Google

Hoſpitium radianti ampliſſimo lumine, & tecta nati perfudit. Dum Magi tugurriolum intrant, lux candet vicinior, & vicinatur micantior, vt compertum fuerit cæleſtem lucem, etſi diuitibus, etſi commoditatibus plenis adfuerit comes, faſtum verò calcantibus, & vanum mundi tumorem abiurantibus pleniùs aſſiſtere, & micantiùs illuſtrare.

265 Moyſes de monte deſcendit, cùm populus autum inſtar Numinis colerent, aut fictitium Numen auro ad conciliandam venerationem veſtirent: tunc ira pietate plena tabulis ad radicem montis confractis in aureum vitulum irruit, & in cineres ardenti Zelo redegit. Mira res, is omnium animos tremor irrepſit, vt auro priuari paterentur: nec enim adeò peregrinum foret Deum, quem modò colebant, abiuraſſe, vt aurum non defendiſſe. Ergo, vt dicebam, vitulo in cineres redacto iterum aſcendit montem, & exaratis denuò legibus perfuſus luce candidiſſima tabulas reportauit: *Cùm deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Exod. 34. v. 29. Diuina lux, quæ legem comitabatur, aurum poſſidentibus non refulſit, & iam auro carentibus claret: erant namque denſiſſimæ luci nebulæ; differtæ, quibus conuiuabantur, menſæ; ſonoræ, quibus alliciebantur, muſicæ: ingentes, quas adorabant, diuitiæ: lux adeſt nudis, & lex ab auro colitur vacuis: quaſi humana felicitas ſit cæleſti lumini obſtaculum & paupertas aptum ad ſuſcipiendam collyrium. Philo. Adeſt Philo Iudæus libro de decalogo: *Quoniam oportebat*, inquit, *perſuaſum eſſe mentibus leges has non eſſe commenta humana; ſed oracula certa diuinitus prodita, abducta eſt multitudo longè ab vrbibus in vaſtam ſolitudinem omnium fructuum matrem ſterilem, atque etiam aqua carentem limpida.* Abducti ab vrbibus ſunt, vt exoleſcerent, euaneſcerentque ex animo inhærentes veterum errorum ſpecies, ne dum euanidum mirantur faſtum, ſplendorem deſpiciant verum, nec ſolùm abducti ſunt in ſolitudinem omni ad vitam commoditate carentē; verùm opus fuit auro, ipſo in deſerto carere, vt micantior cæleſtis lux poſſet intuentium oculos illuſtrare: tunc Moyſis facies Solem claritate vincit, tunc lex incorrupta obſeruatores inuenit, cùm aurum in fauilla redactum nihili habetur, & faſtus prorſus deponitur.

266 Deus, vt Moyſi oues agenti clariſſimis lucis fulgoribus appareat redimitus, opportunum expectat tempus, illum abduxit ab Ægypto, vbi populi oppidatim abalienati à vera Dei notitia innumera ſibi Numinum conſecrate commenta: opus erat ad cæleſtem lucem recipiendam animo purificato, quique eluis maculis, quæ hærent ex miſcellaneæ turbæ in ciuitatibus degentis contagio, in ſeceſſu lùmini ſuſcipiendo aptaretur; imò conſtituto iam in ſolitudine Moyſi, nec enim repentè ad virtutis ſumma conſcenditur, nōdum apparet; ſed vel à paſtorum conſortio abducit, & in deſertum omni ſtrepitu, omnique hominum conſortio vacuum conſtituit: ibi iam igneſcente rubo lucem oſtendit conſpicuam, & mira ſpectaculi voluptate animum intuentis allectat: tendebat ille ſacra plenius fruendi ſpectaculo ambitione, cùm iubet Deus pedes calceamento nudare, & terram veſtigio libero premere: *Ne appropies*, Exod. 3. v. 4. inquit, *huc. Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Profectò quis exiſtimet ſibi ipſi Numen refragari, & deſideratis opponi: ſi vult Moyſem cæleſtem intueri lucem, ſi cupit diuinum ſpectare ſplendorem, cur & viſionem tam longo tempore diſtulit, & cur modò properantem anidiſſimè refrænauit? Si Moyſes propiùs acceſſerit, & lucem pleniùs exhauriet: ergo non prohibeatur accedere, vt poſſit pleniùs haurire. O ſapientiam immortalem! gradatim præparat animum, vt cæleſti luce perfundat, & ad contemplanda cæleſtia trahat: abduxit priùs in ſolitudinem à faſtu veritatis inimico: ſolitudine iam exercitum adhuc à paſtorum conſortio diſiungit, & in aſperius deſertum trahit: vtque nouerit ſatis non eſſe corpore ſecedere, ſed animo ab humanis curis diſtare; imò conducibilius eſſe ad capiendam cæleſtem lucem curas ab animo prorſus abiicere, quàm loco luminis proximare: gradum ſtitit, & nudari calceamentis præcepit: hoc enim oportebat, vt voce veluti imperiali teſſera armatus Ægyptios peteret, & candidiſſimam tibi lucem liberioribus oculis ſpectaret. Theodoretus. Adeſt Theodoretus quæſt. 7. in Exodum. *Quare iuſſus eſt Moyſes calceamentum ſoluere? Dicunt nonnulli vt ſolicitudines ſæculares abiiceret huic mortali vitæ adhærentes.* Satis non erat petiuiſſe deſertum: quia opus erat vanis ſolicitudinibus purgare animum. Ergo calceamenta ſoluat, vt clarius lucem percipiat: cæleſtis namque lux nitidiùs reſplendet diuitiis ac ſolicitudinibus vacuo, quàm diuitiis & auro pleno.

§. LXII.

Rarum eſt ita Heroem viuere, vt non refugiat ab omnibus ſpectari; imò poſſit exemplum aliis proponi.

PLurima ſcit, & ſpargit rumor, pauca notiam effugiunt, quantumuis ſuſpicax ſemper cautela tenebrarum vtatur auxilio, ſolitudiniſque ſuffragio; quæ tamen rumore feruntur, ambigua ſunt, non reſpuunt ſigillationis notam, vt nec laudis famam. Ita ergo viuere, vt ſolus rumor venetur actiones, vel criminoſi eſſe poteſt: ſtrenui viri ita relucere omnibus debet vita, vt non ſolum queat apertis oculis ſpectari; ſed curioſiſſimis diſpici. Quàm benè Seneca epiſt. 43. Seneca. Conſcientia ianitores apposuit. *Tunc felicem te eſſe indica, cùm poteris in publico viuere, cum te parietes tui tegent, non abſcondent, quos plerumque circumdatos nobis indicamus non vt tutius viuamus; ſed vt peccemus occultiùs. Rem dicam, exqua mores æſtimes noſtros: vix quemquam inuenies, qui poſſit aperto oſtio viuere. Ianitores conſcientia noſtra, non ſuperbia opposuit: ſic viuimus vt deprehendi ſit, ſubito adſpici.* Qui aperto oſtio non poteſt viuere, criminibus noſcitur ſtudere: non eſt quærenda pompa; ſed ita viuendum eſt, vt pudorem nequeat ingenerare ſparſa vitæ notitia. Profectò magnis laudibus extollendus eſt, & cæteris præponendus, qui ſic degit, vt non pudeat ſubitò deprehendi; imò poſſit vti honeſtatis, frugalitatiſque exemplum proponi. Hinc noſces, cur Gedeon à Deo in Principem fuerit electus, & quam cæteris præcedere dignus: ſua ipſe luce ſe ſignauit, & ab omnibus ſpectari non timuit. Ipſum audi non tumore inflatum;

flatum ; ſed ad virtutes magiſtrum. *Quod me facere videritis, hoc facite.* O felix qui ita potuit ſuam in publico vitam exponere, vt non erubuerit ab omnibus ſpectari! O fortunatum Heroem, cuius mores virtutum extiterunt idea, & in vitia pugnandi forma. Ad rem ſatis Abulenſis quæſt. 21. *Ante hoc non dixerat Gedeon ſociis ſuis, quid agere deberent; nunc autem, vt auferat ſibi onus ſemper præcipiendi, dixit eis: Quod me videritis facere, hoc facite. id eſt non expectetis alia mandata à me; ſed quidquid ego faciam vel dicam, hoc facite, & dicite.* Quàm erat humilis qui præcipere recuſabat, quam prudens, qui quàm moleſtum ſit omnia & ſemper præcipere cognoſcebat. Quàm erat cultis moribus exornatus heroicique virtutibus perpolitus, qui non timuit ab omnibus attentiſſimis oculis ſpectari; imò qui potuit ad imitationem proponi, cuius facta ſequentibus fuerunt præcepta, quin opus fuerit vrgeri verbis: quia agenda oſtendebat factis.

Abulenſ. Moleſtum eſt ſemper & omnia præcipere.

268 Ioannes throno ſplendidiſſimis luminibus circumdato adſpicit inſidentem, adiacebat pellucidum ac cryſtallinum mare, throni & inſidentis imagines ægris oculis repræſentans, vt videre poſſent in aqua quod ſpectare nequibant repercuſſi luminis pompa: quatuor animalia adſtabant inſtructa oculis ante & retro; *Septem lampades ardentes ante thronum, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei, & in conſpectu ſedis tamquam mare vitreum ſimile cryſtallo, & in medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante & retro.* Throno inſidens repetitis alternatiſque acclamationibus ſanctiſſimus prodebatur: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, Voces audio; ſed opera, quibus tam proclamata ſanctitas ſuffulciatur, non video. Eſtne ſanctus, qui ſede, de throni faſtigio? Solent namque qui dignitatum ſplendent luminibus, ad inſtar Numinum coli, & licèt perpetratis ſordeant ſceleribus, infauſtis celebrantur adulationibus. Eſt ne ſanctus de copioſo ſatellitio? Sæpè namque vitæ obſcuritatem inaurant apud indoctum vulgus de ſumptu, de ſuggeſtuque plures? Minimè: inſidentis namque ſanctitas non conſtabat fucatis coloribus; ſed heroicis, & decantandis ſemper virtutibus. In dubium huius ſanctitatis argumentum expreſſit textus, dum tetulit expanſos non timuiſſe oculos; imò placidè requieſcere curioſis circumuallatum adſpectibus? *In medio ſedis, & in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante & retro.* Si oculos retro non habuiſſent, illorum poſſet quid effugiſſe notitiam, at dum nil latet, dum inſidens intentiſſimis ſemper oculis quieſcit expoſitus, iure celebratur ſanctiſſimus: nec enim efficacius ſanctitatis argumentum potuit adduci, quàm omni tempore intentis oculis obiici, & iure ſemper laudari. *Quatuor animalia*, ſcribit Ambroſius hîc, *gloriam, & honorem, & benedictionem ſedenti ſuper thronum, viuenti in ſecula ſeculorum dant: quia doctrina Euangelij in vniuerſo orbe legitur, & prædicatur.* Vbi quidquid ſedens in hac vita egit, non recuſat legi, non amat tenebratum inuolucris celari; ſed omnibus ad imitationem exponi, iure ſanctiſſimus deprædicatur, & diuinus homo habetur.

Apoc. 4. v. 5

Ambroſ.

269 Cùm nihil in Scriptura myſterio careat, iuuat expendere quod Eliſæo accidit: vrgebatur duriſſima obſidione Samaria, cùm rex ſuorum calamitate diuexatus ſic ira efferbuit, vt Eliſæo mortem inferre tentarit. Quid tunc Eliſæus? Oſtium iuſſit claudere: *Eliſeus autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebant cum eo.* Addit textus: *Antequam veniret nuntius ille, dixit ad ſenes: Numquid ſcitis quod miſerit filius homicidæ hic vt præcidatur caput meum? Videte ergo cùm venerit nuntius, claudite oſtium.* Dum oſtium modò clauditur patuiſſe anteà clariſſimè proditur: cur ergo Eliſæus aperto oſtio cum ſenibus domi agebat, nec claudere procurabat? Profectò, vt ſe duplici ſpiritu probaret ornatum, & virtutibus mirè excultum. Iterum repetere poſſet Seneca: *Tunc felicem te eſſe indica, cum poteris in publico viuere, cùm te parietes tui tegent, non abſcondent.* Addit Stoicus: *Bona conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia atque ſolicita eſt: ſi honeſta ſunt quæ facis, omnes ſciant.* Sic viuebat Eliſæus, vt poſſet aperto oſtio degere quin inuidi aut inimici prohibuerit introitum, aut tardauerit greſſum. *Hinc quoque innuitur*, ſcribit Caietanus, *quòd viri ſpirituales erant ſenes iſti.* Spirituales erant ſenes, vt etiam Eliſæus, qui aperto oſtio degebant, nec facta ſua vel inuidis oculis denegabant. O tempora! ô mores! etiam nũc plures aperto oſtio viuunt ſine robore; ſed quia ſic rationis, modeſtiæque limites egreſſa eſt aliquorum impudentia, vt quæ ſummis deberent tenebris ſepeliri, non vereantur omnibus diuulgari.

4. Reg. 6. v. 32.

Seneca.

Mala conſcientia etiã in ſolitudine eſt anxia.

Caietan.

270 *Reuelata eſt*, aiebat Oſeas, *iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ; quia operati ſunt mendacium.* Non curauit Ephraim mendacium, hoc eſt delictum ſuum retrahere, hominumque notitiæ ſubducere; imò impudentiſſima iactatione rationis leges violauit, & clauſtra verecundiæ diſrupit. Ita Stephanus apud Tilman. in Allegor. *Hinc manifeſtè habetur quòd peccata Principum, & Prælatorum ſalutem impediunt ſubditorum. Nota quòd ait reuelata: quia non ſufficit eis peccare latenter; imò iniquitates ſuas reuelant, vt alios corrumpant. Vide Iſaiæ: Super montem excelſum, & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti, vt immolares hoſtias.* Tantùm abſunt à peccati rubore, vt ad maiorem voluptatis pompam, diffundere geſtiant notitiam. Montis ſupercilio idololatriam exercent, veneri hoſtias offerunt, deprehendi non veriti; imò deprehendi ſoliciti.

Oſeæ 7. v. 1.

Stephan.

271 Deprælabatur Ioſuë contra Amorrhæos, cúmque Sol fatigatus iam prolixo curſu quadrigæ equos viuidiùs vrgeret, & vrgentiùs agitaret, imperio pietatis pleno rotas ſtitit, equoſque frænauit: *Sol contra Gabaon ne mouearis.* Reges tenebrarum perquirentes auxilia confugerunt ad antra *Fugerant quinque reges, & ſe abſconderant in ſpelunca vrbis Maceda.* Quàm diuerſus lucem fugientium, & non aduerſantium numerus! Qunque Principes geſtiũt delitеſcere, & obſcuris ſatagunt tenebratum voluminibus ſepeliri: vnus Ioſuë protelat lucem, nec amat ignorari; ſed ab omnibus cupit videri, hócque non de inflationis aut tumoris conſilio; ſed de honeſti omnibúſque probandi certaminis teſtimonio. O quàm virtuti refragabantur, qui ad latebras confugerunt! O quàm militabat virtuti, qui auerſatus eſt noctis tenebras, qui intuentium non auerſabatur notitiam. *Gratias agamus Duci noſtro Ieſu*, ſcribit Hieronymus in Pſal. 66. *Ille enim duce, illo pugnante nos vincimus: ille imperauit Soli, vt ſtaret, & ſtetit, & iſtius typo ille magnus erat.* Ioſuë Chriſti Domini geſſiſſe figuram dubitabit nullus,

Ioſuë 10. v. 12.

Hieron.

nullus, cùm illum videt non armare tenebrarum effigia; ſed ambire lucis aperta. Verùm vnus Ioſue exambit lucem, & quinque reges caliginem.

§. LXIII.

Vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum.

272 QVæ à Superiore rationabiliter iniunguntur, ſtudiosè debent ſubiecti amplecti, & ad effectum prompta alacritate perducere; verùm dum fortiùs mouent, quàm per aures admiſſa, quæ oculis hauriuntur inſpecta, ni ſuperior præcedat exemplo, promptam non tolet obedientiam innenire mandato. Quàm bene Seneca lib. de otio ſapientis cap. 28. *Numquid vis amplius, quàm vt me ſimilem ducibus meis præſtem? quid ergo eſt? Non quo miſerint me illi; ſed quò dixerint, ibo.* Qui iubet prælium, ſecutus otium, exemplo obniti conſtat mandato: qui tamen non ſolùm iubet; ſed ducit, omnes inobedientiæ cauſas præcidit, quando erubeſcit ſubiectus ſuſpendere greſſum, ſi impreſſum intueatur præcedentis veſtigium. Omnes Gedeonis milites non recuſant ſe aduerſariis miſcere, tubiſque clangere, etſi grande ad ſpeciem deterere poſſet inermes periculum, & cum ferè innumeris, & armatis hoſtibus bellum: *Cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas*: ab obedientia non deſtituerunt periculo: quia iubentis adurgebantur exemplo. Audi quid militibus dicat: *Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectamini: quando perſonuerit tuba in manu mea; vos quoque per caſtrorum circuitum clangite.* Plena erant lanè quæ iubebantur difficultate: putari namque poſſet delirium, hoſtes adoriri, aduerſariiſque commiſceri tubis ſolùm & lampadibus obarmatos; aſt vbi ſtrenuus dux quæ aliis facienda præcepit, exemplo docuit, ſectatores inuenit, aduerſariòſque profligauit. *Primus debebat eſſe Gedeon*, ſcribit Abulenſis quæſt. 21. *vt daret ſignum aliis.* Adſtipulatur textus Hebræus: *In Hebræo habetur* (verba ſunt Abulenſis) *à me videbitis & facietis, id eſt vos videbitis me facere aliqua, & illa facietis.* Non dixit: Audietis, & facietis; ſed videbitis, & facietis: ea namque efficacia ſubiectos mouet, ſi præcedat iubentis exemplum, vt expromptè ſectentur vel quod ſcatet difficultatibus plenum; imò quoad ſpeciem videbatur delirium.

Seneca.

Abulenſ.

273 Cùm Magos ſyderum contemplationi dicatos recens exorti Domini notitia Angelus vellet erudire, & ad quærendum ſuadere, ſyderis ſpeciem induit, & oculos non ſine voluptate iubare placidiſſimo allexit: illi vt aſtrum ſingulari ſplendore & nouitate micans animaduertunt, nouumque Hebræorum regem exortum agnoſcunt, ſyderis ductum ſequuntur, nec dubitarunt aulam deſerere, & ſe anxio incogniti, longiſſimique itineris labori committere: *Ecce ſtella, quam viderant in oriente, antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi puer.* Hanc ſtellam fuiſſe Angelum, teſtatur Rhemigius in catena apud D. Thomam: *Antiqui dicunt hanc ſtellam fuiſſe Angelum, vt idem qui apparuit paſtoribus, apparuerit & Magis.* Itaque ductore Angelo peruenerunt: ibi iam itinere feliciter abſoluto delibuti gaudio puerilibus in membris Deum ſpectabant, & tot labores, vt venerarentur, exantlaſſe gaudebant; verùm ne fraudulentis Herodis allecti verbis per quam venerunt viam redirent, in ſomnis acceperunt reſponſum: *Reſponſo accepto in ſomnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.* Quærant Patres à quo hoc reſponſum acceperint. Hieronymus in catena exiſtimat non ab Angelo: ſed ab ipſo Domino in mandatis accepiſſe alia via patriam repetere, Herodiſque doloſas fraudes vitare: *Qui munera obtulerant conſequenter reſponſum accipiunt, non per Angelum ſed per ipſum Dominum.* Et cur ſatis non ſit Angelum ad patriam alia via repetendam hortari, ſi ſatis fuit, vt deſererent patriam, præcipere? Sic hærent tugurtiolo, ſic innectuntur puero, vt iam nec Angelus illos quiuerit ſeparare, aut ab ſpectaculo tam delicioſo diuertere. Bene; ſed aliud hîc exiſtimo arcanum: facilior ſanè videbatur hæc obedientia, quàm prima, primam tamen perſuaſit Angelus viantes præcedens, modo iam tugurtiolo fixus manebat: ait enim textus: *Antecedebat eos vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer.* Ergo dum contradicit exemplo, illos non monet & reſponſo, vt noſcamus vel difficillima emollirì de præcipientis exemplo faciliorá-que, ni præcedat, non audiri tam prompto animo. Angelus, dum manet, alia via patriam repetere non monet, veluti veritus ne forte expromptam adeò non inuenerit obedientiam, dum manendo iniungit viam. Deus ipſe præcipit, quo noſcamus diuina virtute opus eſſe, vt quis alacriter carpat viam, iuſſus à Superiore etſi Angelo viam non carpente; imò quodammodò otiante.

Matth. 2. v. 9.

Rhemig.

Hieronym.

274 Homines piſcium ſymbolo in Scriptura ſignificari apud Patres obuiũ eſt. Accipe Tertullianum lib. de Baptiſmo cap. 1. *Nos piſciculi ſecundum ἰχθὺν noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur.* Hoc ſuppoſito non erit abs re expendere quod Apoſtolis piſcantibus accidit; in caſſum retia iactauerant inſomnes, & nocturnis laboribus fatigati, cùmque iam micaret aurora, Chriſtus in littore adſtans ad dexteram nauigij rete mittendum admonuit: paruerunt, & vno iactu tantam piſcium multitudinem reti concludunt, vtſi anteà laborabant penuria, & modò laborent copia teſtante Scriptura: *Non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.* Piſces vtpote ingentis magnitudinis & magnæ proceritatis, dum lutoſis tugurtiolis oblectantur, reti extrahenti pro viribus obnituntur: nigris ſic fluctibus inhiabant, cœnoſis vndis inhærere ſic animitus ſtudebant, vt multorum Apoſtolorum defatigaretur induſtria, grandique vires fatiſcerent reſiſtentia: *Non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.* Petrus vt erat feruentior ſe mari commiſit, Apoſtoli cæteri nauigio venerunt: cúmque terram prænſaſſent, prunas & piſcem ſuperpoſitum intuentur: *Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum & panem.* Hic iterum iubet Chriſtus prehenſos piſces afferri: *Afferte de piſcibus, quos prendiſtis nunc.* Ex templo paruit Petrus, & in terram tete piſcibus exundans traxit exiguo labore ſolus: *Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus.* Expendere iuuat quomodò ſolus

Tertullian.

Ioan. 21. v. 6

Petrus

Petrus quod videbatur difficilius, retia piscibus plena potuerit ad terram trahere, quando tot Apostoli nec per vndas valebant ducere? Innuit textus: anteà pisces iubebantur lutosa relinquere, virtutis soliditatem amplecti labiles vndas diffugere, soliditatem amare; verùm nondum apparuerat piscis in terra charitate assus, omnique virtutum sapore conditus. Ergo pisces dum Principis, Superiorisque piscis, quia vndis obcæcati, non spectarant exemplum, sic reluctabantur vndas relinquere, vt Apostolorum vires aggressi fuerint frustrare; ast dum prunis superpositus maior piscis aucupij ad instar illos allectat, iam ab vno Petro sine difficultate trahuntur, qui à plurimis Apostolis ingenti defatigatione vehebantur. Audi Beda. Bedam apud D. Thomam in catena. *Per ducentos cubitos gemina charitatis virtus exprimitur: per dilectionem enim Dei & proximi Christo appropinquamus; piscis autem assus est Christus passus: ipse latere dignatus est in aquis generis humani, capi voluit laqueo nostræ mortis.* Per ducentos cubitos, vt notauit textus, hoc est, per charitatem Dei & proximi pisces trahendi erant. Ergo reluctabantur, quousque piscium Principem charitatis reti captum, & prunis aspectauerit, impositum, ast dum vrgentissimum adeò diuinæ charitatis intuétur exemplum, iam facillimè procellosum relinquunt fluctum. Vt noueris quàm moueant subiectos ad explenda difficillima iussa, exhibita à Superiore aut Principe exempla: *Per ducentos cubitos gemina charitatis virtus exprimitur: per dilectionem enim Dei & proximi Christo appropinquamus, piscis autem assus est Christus passus.* Vbi Christus, qui per Dei proximique charitatem pisces vndas deserere iubet, piscis assus se vndas reliquisse ob Dei, & proximi charitatem ostendit, sine reluctantia trahit.

275 Amos 3. v. 15. Stephan. Amas domum hyemalem cum æstiuali domo asserit subruendam: *Percutiam domum hyemalem cum domo æstiua.* Stephanus apud Tilman. in allegor. per domum hyemalem Superiores intelligit, qui aquilonis ad instar asperrimè strident, præceptisque onerant; nec tamen exemplis veluti pluuijs terram ad promendos fructus humectant. Ipsum audi: *Percutiam domum hyemalem, id est, illos prælatos, qui docent & non faciunt: Sicut aquilo ventus hyemalis sonorus est & asper, & strider; sed non pluit: cum domo æstiuali, id est cum illis prælatis, qui faciunt, & non docent; imò sunt muti, quod non sufficit in prælatis; imò bifores debent esse valuæ, scilicet vt benè viuant, & benè doceant: quia, vt ait Hieronymus innocens, & absque verbo conuersatio, quantum prodest exemplo, tantum nocet silentio.* Itaque vt à Superiore non docente non dimanant præcepta, ita cassa sunt quæ à non faciente dimanauere mandata: & ob id domus hyemalis æstiuique subruitur, quasi idem sit iubere sine exemplo, & non iubere; ore silentio importuno siguiato. Addiderim præcepta exemplis roborata non solùm allicere, sed quodammodò iustitiæ lege obligare: vt è contra sine exemplo iussa vsuratum naturam induere, & indebitum iure expoſcere.

276 Toan. 13. v. 14. Cùm Christus Dominus vestimentis positis, linteo præcinctus ad pedes discipulorum deuolutus illos lauisset, sic subiunxit: *Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes: exemplum enim dedi vobis.* Non dixit: & vos debetis denudari, linteo præcingi; sed lauate pedes: minora iniunxit, maiora fecit, vt Superiores doceat exemplis iussa firmanda, & plus facere, quàm iniungere. Bene, sed hæreo in illo verbo *debetis*, quod sonare videtur æquitatis obligationem, & iustitiæ legem: non ait: iustum est, aut æquitati consonum, vt quod ego feci, imitemini; sed *debetis*. Quo iure? Qua lege? Iam subdit: *Exemplum enim dedi vobis*: si tantùm instruerentur monitis, rationabile esset, vt parerent; verùm cùm exemplis instruuntur, & iustitiæ quodammodo debitis adurgentur. Adest Origenes in catena: *Considerandum est, si necessarium est, quemlibet volentem disciplinæ Iesu perficere, velut debitum opus prosequi lauacrum sensibilium pedum propter hoc dicit debetis,* Origen. Debet quodammodo iustitiæ iure imitari subiecti, quæ verbo, exemplóque illos rationabiliter edocuere prælati: vt è contra, si non faciunt, vltra sortem aliquid à subiectis, dum implere iussionem cogunt accipiunt.

277 Leuit. 25. v. 35. *Si attenuatus fuerit frater tuus*, ait lex *& infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vsuras ab eo.* Monet, vti si aduena inter familiares à ditiore fuerit admissus, vsuras soluere non cogatur. Quod interpretatus Radulphus apud Tilman. in allegor. Radulph. sic ait: *Qui sunt, qui vsuras à fratribus exigunt, & amplius quàm dederunt, nisi qui ad ea discipulos cogunt, quæ ipsi non faciunt, quorum scilicet exemplum non præroganerunt?* Quæ iubent rationabiliter Superiores studiosè debent à subiectis impleri; vt tamen noueris quantum noceat iussis, qui non præcessit exemplis, vsuram hoc in casu nominat obedientiam: nam vt lege non tenetur quis vsuras persoluere; sic quodammodò qui exemplo non instruitur, obedire non tenetur. Quod per exaggerationem debet intelligi; declaratur tamen quàm iniustè exigant exactissimam obedientiam, qui exemplis eneruauere doctrinam.

---

§. LXIV.

Digna Deo victoria est, Matrem cum hoste non congredi, & triumpho virgine redimiri.

278 NOn semper tutus fuit, qui cum hoste contendit: nã vti ea est natura purissimi luminis, quę reluceat & proximis, ita ea est periculorũ natura, vt proximitate obnoxios infamet: forsitan aduersarij ictus solerter illiditur, & in ipsum aduersariũ feliciter retorquetur; at qui patuit telis, ipsis obscuratur periculis. Ad rem Attalaricus 8. var. 10. *Conflictus virorum fortium mutua tela repulit,* Cassiodor. *nec semper tutus fuit, qui non numeroso hoste contendit: vnius forsan ictus solerter eliditur: qui multis restitit, à parte, qua non credidit, vulnus excepit.* Itaque vulnerato resistenti gloriosa est resistentia, sed tantillum vulneribus obscurata; ast celebrior victoria est, quæ sortitur hostem solum ad plausum, non ad in arena congressum. Qui congreditur hostis, vincere præsumpsit, & ipsa præsumptione aduersarij fortitudinem obscurauit, ast si gelido timore concussus aduersarij non sustinuit præsentiam, addidit robori gloriam. Testis est huius veritatis Gedeon, qui phalanges aduersariorum adorsus vbi aduersa castra pede calcanit, aduersarios in fugam dedit, *Ingressus est Gedeon*

&

& trecenti viri, qui erant cum eo, in partem caſtrorum, incipientibus vigilias noctis mediæ, & cuſtodibus ſuſcitatis cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas . . . clamaueruntque: Gladius Domini & Gedeonis. Qui tunc? Hoſtes fugiunt indecore terga vertentes, & vitæ ſuæ conſulere properantes: *Fugientes uſque ad Bethſetta.* Iure Domini victoria eſt conclamata, quandò ſolùm adfuit hoſti, vt fugeret, non vt certamen iniret. Decantandus ſæculis Gedeon, qui vt aduerſariorum caſtra veſtigio preſſit, & triumpho ſternit. Huc voco Caſſiodorum dato loco: *Factum eſt quietum commodum noſtrum, vbi non habuimus bellica contentione periculum: triumphus ſine pugna, ſine labore palma, ſine cæde victoria. Tantum ergo eius gloriæ debemus, quantum utilitatis accepimus.* Aduentauit ad Gedeonis commodum hoſtis, vt augeret victoriam fugiendo, nec aſciſceret periculum deprælhando. Ecce triumphus ſine pugna, palma ſine contingentia. Iam ſi Deus primum Gedeonis veſtigium in hoſtili acie triumphis nobilitauit, ſi idem fuit greſſum primum in aduerſarij tellure imprimere, & victoriam perſtrepentibus buccinis, rutiliſque lampadibus conclamare; quis credat matrem ipſius Dei, dum terram premit, hoſtili ferro percuſſam, & non piè putauerit ad tanti ſplendoris aſpectum acies dæmonum turbatas, fugæque deditas? Seruulo huiuſcemodi triumphum conceſſit, & Matri chariſſimæ denegauit? Gedeon pro conceptionis myſterio ſtat, dum hoſtili puluere non maculatur; ſed triumphis decantatiſſimis redimitur.

279 Dei populus ingenti miraculorum ſumptu reliquit Ægyptum, Pharao dominandi conſuetudine ſtimulatus, nec tot miraculorum flagris ad pœnitudinem eruditus fugientes inſequitur, vnda innocentiam reuerita vitreos ſtipatur in muros, & iam populus per abruptum digeſtis vndarum aggeribus ſecurus incedit, plantis nauigat, nec iter eius valet barbarus impedire, etſi poſſit audacter ſequi. Puluerulentus medio in profundo exultat; ſed & timidus minitanti hoſtis mucrone portum anhelat. Quid tunc? *Tollens ſe Angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos, & cum eo pariter columna nubis.* Deus, quam inhabitabat lucida nubes, obuiam Pharaoni procedunt; atqui Iſraëlem adurgebat mucronibus inſecutus, iam terga vertere procurat anxius: *Dixe, unt ergo Ægyptij Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Expende victoriæ diſcrimen: Iſraël inimicum fugiendo vicit, inſequebatur tamen hoſtis à tergo, & vrgebat metus periculi; at ſplendeſcens nubes, quæ Deum ſuo ſinu excipere meruit, Pharaonem ſortitur hoſtem, non ad certaminis anguſtiam; ſed ſolùm ad triumphi gloriam: non congreditur Pharao cum nube, etſi cum omnibus Iſraëlitis fuerit congreſſus; ſed terga vertit, & iam victoria ſine certamine lucet. Ecquis dubitet nubem illam Dei habitaculum, populi murum adumbraſſe matrem Virginem? Adeſt Epiphanius ſerm. de laud. virgin. *Aue*, inquit, *gratia plena, nubes columna ſimilis, qua Deum habes, eius populum deduxit per deſertum.* Itaque Maria eſt columna nubis, quæ Deum continet, Pharaonémque terret. Expende ergo Dei nubiſque conflictum Pharaonem non ſuſtinuiſſe; ſed anhelo deſiderio vitaſſe: omnes qui ad Iſraëlitarum populum pertinebant, infami iugo depreſſerat, & per vortices inſecutus afflixerat: vnicæ tantùm nubi Dei habitaculo ceſſit, eiuſque ſolum fuit hoſtis, vt fuga triumphi incrementauerit gloriam, non vt decretandi audacia attulerit ignominiam. Et quomodò Deus nubem, in qua habitat, obiecciſſet periculo quando adeò facilè nobilitare poterat ſæculis decantando trophæo? Oppones legem in omnes latam: non annuam, ſi lege includas Mariam. Sed eſto originis Adamaticæ lex exegerit omnes poſteros inquinari, cui de hoſpitij priuilegio non lucebit exempta, quæ Dei filio ſine candoris iniuria inuenitur grauida, cùm conſtet, vbi abundauit delictum, ſuperabundaſſe etiam gratiam. Iam dæmonis hoſpitem naturæ legibus non teneri de infeliciſſimo hoſpitij priuilegio conſtat ex Marci 5. Inhabitabat dæmon infelicem hominem, qui præuento mortis tempore mortis experiebatur anguſtias & ſepulchri adhuc ſuperſtes patiebatur miſerias: *Domicilium habebat in monumentis.* Nonne vides mortem præuenire, tempus inuertere, iura ſepulchri violare; & hoc totum quia dæmonis erat hoſpitium? Non erat homo eo tempore ſepulchro debitus ſed immutate ſepultus eſt de inhabitantis, vt dicebam, infeliciſſimo priuilegio. Adeſt Chryſologus ſerm. 17. *Catenis & compedibus vinctis tenebatur homo; vinctus alieno crimine, & habitatoris ſcelere habitaculum innocens torquebatur, diaboli culpa hominis redundabat ad pœnam.* Itaque homo innocens alieno crimine tenebatur vinctus & anticipata lege de habitatoris nequitia adhuc in vita ſordeſcebat immature ſepultus. Si ergo Diabolus, quem inhabitat, adhuc refragante innocentiâ, vincit, adhuc lege contradicente ſepelit, cur inhabitans diuinitas propriâ innocentiâ matrem non liberaret, etiam reclamante morte, quando reclamante vita dæmon immaturæ tradidit innocuum morti.

Exod. 14. v. 19.

Epiphan.

Mar. 5. v. 3.

Chryſol.

Danielem Dei ſupplicem cauſata eſt virulentiſſima inimicorum inuidia, ac tandem depoſtulatum famelicis obiecit leonibus: quia immanibus quam citò deuorandum optabat morſibus; verùm Dei Angelus leonum ora frænauit, & periculum, quod minabantur, auertit: *Deus meus miſit Angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Medio ſedebat Propheta inter voraciſſimas feras, & adſtabant intrepido, vt præberent virtuti obſequium, & obſequio ſugillarent cæciſſimum odium. Nec ſolus Daniel inuidiæ pertulit technas; ſed etiam tres illi celebratiſſimi pueri, antequam nigræ fornacis: ardentiſſimi odij tulerunt flammas. nam cùm deteſtandis ſuffitibus, execrandis hoſtis, improbanditque ſemper acclamationibus reliqui aureum ſimulacrum teſtarentur diuinum, tres relati pueri magnanimitate decenter ſuperbâ, laudabilique conſtantiâ adduci non potuerunt reliquorum exemplo, ambitionis conſilio, aut ſalutis deſiderio, vt mutum colerent ſimulachrum, & adorarent figmentum: acculati illico voracibus traduntur ardoribus; verùm vbi ignis timebatur iniuria, ſanctos excepit fugientis flammæ officioſa reuerentia: tunc barbarus ſpectaculi magnitudine pulſus ſimilem Filio Dei adeſſe cognouit, & victoriam illi vocibus exertis adſcripſit: *Species quarti ſimilis Filio Dei.* Inquiramus cur Darius Dei Filio Danielis victoriâ nonadſcripſerit, cùm Nabuchodonoſor victoriâ puerorum Dei Filio dignißimâ proclamauerit: *Similis Filio Dei.* Triumphi expende circunſtantias, vt noueris rationabilem fuiſſe differentiam: leones etſi non læſerint ore concluſo non fugerũt obuerſo; at flamma pueros fugiebat excuſſa, & fornacem

280

Daniel. 6. v. 22.

Daniel. 3. v. 92.

Digitized by Google

fornacem reliquit timida : ait enim textus : *Angelus Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace.* Itaque ardebat flamma non vt pueris inferret approximatione tristitiam ; sed vt fugiendo redderet mirabiliorem victoriam. Ergo dum pueri in fornacis medio prosiliunt non cum flammis congressuri ; sed de flammarum fuga floridiori lauro redimendi. Vbi solùm inuenitur hostis, vt fugiat, non vt in certamen descendat, diuinior habetur palma, & digna Deo commendatur victoria: *Similis Filio Dei.* Adest Zeno Veronensis serm. 7. & 8. de tribus pueris : *Excipiuntur non flammâ, sed rore Dei ; dignitate, non pœnâ.* Addit serm. 8. *Mors refugiens mutat officium, incensores cremantur, incensis hymnum canentibus flamma blanditur, Deus à creatura benedicetur vniuersa.* Non potuit Deus non agnosci illius triumphi auctor, quando adfuit inimicus ad plausum, non ad congressum, ne si congressurus approximet, de ipsa affinitate aliquantulum audaciæ iniuriam intulerit. Ergo Maria sanctissima in ipsa originis flamma resplenduit cælesti lumini redimita : filia fuit Adami, non vt contraheret maculam ; sed vt adsugeret sibi vincendo gloriam.

Zeno.

---

§. LXV.

Parum prosunt optimè procurata, si parum diligenter videantur impleta.

281 FElicitas Reipublicæ constat rationabili iubentis imperio, & prompto obedientis seruitio: quid enim interest, generalitati commoda iubeantur, si à ministrantibus non implentur? aut quid iuuet ministro iussiones exequi properare, ni contingat Principem opportuna iubere? Vtrumque necessum est, & Superiorem consulta promere iussa, & subiectum exequi promptè mandata. Laborabat Roma frugum penuria, cui vt succurreret Theodoricus, reportandam frumenti copiam ex Hispania præcepit ; verùm ministri hac vel illa occasione colorata frumentum in Africam detulerunt, & Principis solicita desideria frustrarunt. Audi de his Cassiodorum 5. var. 35. *Cùm pro incerti temporis euentu Romanas ædes inopia facis castigata pulsaret, & quamuis rara, tamen tam pulchræ ciuitati videretur esse fœdissima, æquum iudicamus Hispania triticeas illi copias exhibere, vt antiquum vectigal sub nobis felicior Roma reciperet : iussis siquidem nostris viri spectabilis Marciani laude digna seruiuit industria.* Adieci aduertentur notanda : *Sed parum diligenter impleta sunt, quæ constat optimè fuisse procurata : ij enim, qui portanda susceperant, morarum tædia non feremes destinatum frumentum in Africæ partibus pro suo dicuntur vendidisse compendio.* Vbi ministri lucris inhiantes Principis iussionem tardarunt, cassa populorum vota, suspensáque reliquerunt : frumenti copia solerter fuit necessitati quæsita ; sed necessitati non subuenit, quia quæsitis de industria coloribus ad administrantium commodum fuit deflexa. Submoueretur sine dubio egestatis angustia, si benè à Principe procuratum exactè à ministris fuisset impletum ; verùm vbi intercessit indignum lucrum, non sine Principis Reipublicæque incommodo præceptum mansit violatum. Licet satis ad triumphum Gedeoni non fuisset, suos tubis personare mandasse: *Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorum circuitum clangue, & conclamate Domino & Gedeoni* : ni illi morigeri expromptique paruissent : *Clamauerunt* : *Gladius Domini & Gedeonis.* Ast dum exactè à ministris constant impleta, quæ prudenter à Principe fuerant iussa, hostes lubiguntur & trophæa ditissima reportantur: Omnia itaque castra turbata sunt, & vociferantes vlulantéque *fugerunt.* Adest Abulensis quæst. 24. *Descenderunt Gedeon, & socij sui ad castra Madianitarum, & ingressi sunt omnes trecenti, vt omnes simul clangerent, & clamarent.* Vbi quæ cordatè imperantur, à ministris promptè exercentur, floret Respublica triumpho, & generali lætatur commodo.

Cassiodor.

Abulens.

282 Pulcherrimus omni florum varietate paradisus vernabat, vtque grata semper viriditate floreret, & ingenitum splendorem seruaret, cultorem Deus Adamum paradisi constituit, & sine laboris angustia floridæ amœnitati, amœnæque puchritudini contulere vigilanter præcepit : *Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Plantis omnibus prouisum est, vt vernantes semper grata viriditate micarent, & micantes semper florerent ; & tamen ficus luget nuda, & fructibus viduata. Quòd si tationem quæras, textus respondet custodem præceptis non attendisse ; sed caris infelicissimísque suis prouentibus inhiasse : *Consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Dum a Principe prouidenter decretum, perniciosè à ministro inuenitur detortum, iam qui floreret semper saporatis fructibus, foliisque ditata, luget planta fructibus & foliis nuda. *Ipsi nudati*, aiebat Seleucensis Basilius orat. 3. *nudant arbores.* Ad paradisi felicitatem vtrumque erat necessarium Principis consultum mandatum, & morigerum ministrorũ obsequium; at dum minister iussionem extrahit, sui que incrementis cæca ambitione deseruit, ficus marcet, & paradisi Dominus luget: illã namque Domini vocem, qua fugillatiuè compellabat Adamum : *vbi es?* lamentum fuisse citatus putat Basilius : *Vox lamento adsimilis* Luget qui præceperat, nudatur, cui fuerat, planta, prouisum: quia à ministro corruptum inuenitur præceptum : parum namque, vt thesis asserit ; iuuant consultè mandata, si à ministris non videantur impleta. Nec magis prosunt exactè à ministro impleta, quæ inueniuntur minùs consultè à regente iussa.

Genes. 3. v. 21.

Genes. 3. v. 7

Seleucien.

283 Pharao, vt sibi suisque, vt putabat consuleret, Magos non sine ingenti præmio conducit, qui Moysi, & Aaroni resistant, & quæ vera patrauêre prodigia, mentita similitudine eludant: Moyses virga percussam fluuij vndam in sanguinem commutauit : *Versa est in sanguinem.* Quid tunc? *Fecerúntque similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis.* Malefici prompta exactione exequuntur mandata, & calamitatem prompta refouent obedientia, dum implent imprudentissimè iussa. Pharao ambitionis laborans phrænitide grandi sui detrimento Moysi reluctabatur miraculo, ob idque aquam transmutare in sanguinem Magis insanè præcipiebat ; exactissimè obtemperant ast dum parent, imprudenter iussis, nouis adaugent calamitatem augmentis. Quàm misera fuit Respublica, vbi quod malè constabat à superiore

Exod. 7. v. 20.

superiore procuratum, à ministris exactissimè inueniebatur impletum: & quàm florere non potest gens, vbi à ministris non inuenitur impletum, quod constat optimè à Principe procuratum: *Concessit itaque Deus incantatoribus*, scribit Theodoretus quæst.18. in Exod. *vt hæc facere possent, vt Ægyptios castigarent.* Addit: *Nam dum à Deo puniretur Ægyptiorum rex, non fuit contentus plagis à Deo illatis; sed præcepit incantatoribus vltionem augere. Itaque per eum Deus illos affligebat.* O quam magna Ægyptiorum erat afflictio, quando exactissimè videbatur impletum, quod constabat cæcissimè iussum. Profectò hic Ægyptus laborabat obedientia, quia de ipsa obedientia crescebat plaga: satius regi Ægyptiisque fuisset tales tunc sortiri ministros, qui refragarentur dicentis iussis, & contradicerent votis: tunc namque saluti populi ac regis famæ studuissent, si votum nocentissimum non impleuissent.

Theodoret.

284 Thesin claudat Elisæus, Giezíque eius minister: nam cùm Sunamitidi immatura mors filium arripuisset, opúsque fuerit cogitanti thalamum aperire sepulchrum, doloris stimulata calcaribus per abrupta montis celeri pede contendit, & Prophetæ, quia non poterat formatis vocibus, interruptis aperit cordis dolorem singultibus: ille materni doloris compassione pérmotus & gratitudine persuasus non renuit carere bacilli auxilio, vt vitam redderet mortuo; cùm tamen inueniantur plures qui grandi subuenire distulerint detrimento, ne leui priuentur commodo. Giezi accingi iubet, etiam accincto baculum tradit, sícque properandum aduertit, vt moras nullatenus nectat occurrentes sibi salutando, aut colloquia vana texendo: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non saluues eum, & si saluauerit te quispiam, non respondeas illi, & pones baculum meum super faciem pueri.* Giezi Prophetam præcurrit, nec tamen baculo demortuum restituit vitæ: *Reuersus est in occursum eius, & nuntiauit ei dicens: Non surrexit puer.* Non dubium à Propheta ea fuisse iussa, quæ restituendæ luci constabant commoda; ast dum minister malè exequitur, quod benè præcipitur, mortuus patitur obscuras tenebras, mater fundit amaras lachrymas: Elisæus sustinere cogitur itineris laboriosas angustias. Adest Rabbi Salomon apud Glossam: *Non erat vox neque sensus: hoc fuit propter demeritum Giezi, qui non seruauit præceptum Elizæi; sed occurrentibus sibi hominibus iactanter dicebat se missum ad suscitandum mortuum.* En dum Pharaonis incantatores exactissimè adimplent peruersè iussa, dum Giezi violat prudenter sibi præcepta, & mortuus iacet, & Ægyptus luget. Nescio quo pruritu exprompti inuenti sunt Magi ad obedientiam noxiam, & Giezi tardissimus ad honestam. Itaque dum Giezi minister iussionem non implet, puerulus mortis vinculis deuinctus iacet, vt constet parum prodesse cordatè dispósita, si incuriosè videantur impleta.

4. Reg.4. v.29.

R. Salom.

§. LXVI.

Nobilior triumphus est, quàm domare ferro, hominem à vitiorum excitare letargo.

NVlla seruitus deterior est, quàm quæ impenditur vitiis: hæc enim non solum officit corporali saluti; sed opponit nubem mitto cælitus splendori: vnde qui ab infami vitiorum iugo errantem liberauit, decantandum triumphum peregit. Hominem domare ferro bellicæ virtutis, aut fortunæ partus est; ast cæcitatis erroríque liberare letargo, diuinæ triumphus virtutis. *Nulla seruitus*, aiebat Seneca epist. 47. *turpior est quam voluntaria.* Vitiis deditum subigere ferro est ignobile habere mancipium; ast vitiorum mancipium duro adeò iugo eximere est ingenuum seruum habere. Itaque si taxanda est ex materia triumphorum gloria, nobilius triumphat, qui hominem eripuit vitio, quàm qui succollare compulit domitum ferro. Hinc aduertes triumphum de Madianitis reportatum non tantum Gedeoni adscribi, sed Numini: *Tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamauerúntque: Gladius Domini & Gedeonis.* Tubas aspicio somnum exterminantes: ait námque textus: *Custodibus suscitatis cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas*; at gladium non video trucidantem, aut aduersarios ferientem: cur ergo dum triumphus conclamatur, Domini & Gedeonis gladius extollitur? Quia profectò est Domini gladius, respondet Caietanus, qui peccatoris trucidet somnum, qui non feriat hominem; sed letargum. Luce mentes reluminánt, tubis somnolentiam exterminant, & quos altissimè vitiis immersos tradiderat somnus, menti repetitus restituit cantus. Ergo Deus, etsi alios triumphos homini adscripserit, hunc sibi vtpote glorioſissimum vindicauit: est namque humanæ fortitudinis hostem subigere ferro; sed diuini prorsus luminis, & virtutis traditum excitare letargo: *Iuxta Hebræum habetur*, scribit Caietanus, *tantum surgendo fecerunt surgere custodes, & est dictum, quòd non attentauerunt aliquid facere aduersus Madian; sed dum taxat excitare custodes procul dubio facto aduentus.* Hoc prælium vtpote Domini non initus ense, sed luce; non peragitur ferro; sed sono: vincit Dominus, dum somnum vitij depellit, & hominem rationi restituit. Domini gladius seruat hominem, percutit otium, trucidat letargum: cúmque de difficultate certaminis accrescat gloria victori, nobilior triumphus est hominem vitij liberare profundo somno, quàm succollantem seruili premere iugo: quia longè difficilius est excitare sic dormientem, quàm subigere depræliantem.

285

Seneca.

Caiet.

Dauid cum immani illa bellua congressus triumphum sæculis decantandum adeptus est; sternitur alienigenarum turris, galea rumpitur, & fronti lapis infigitur: *Infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram.* Metu regem liberauit, & prinsquã seruitij iugum

286

1. Reg.17. v.2.

Digitized by Google

contribules experirentur, repulit; verum huius victoriæ præmium fuit inuidentia, periculum, cædisque meditatio: Saül namque fauſtis, iteratisque Dauidis acclamationibus repercuſſus victoriæ dolet trophæum, non ſecus ac belli poſſet dolere periculum. Communem lætitiam ſolus deplorat, & inſtitutam victoriæ cauſa celebritatem per inuidentiam calamitatem exiſtimat. Itaque qui victor, vt hoſtis habebatur, & fugere ad terratum antra compellitur; verùm cùm Saül inſectaretur beneficium, ac indagine, vt feram potuiſſet, cingeret, Dauid milite aſſociatus tentorium, quo ſomno reſolutus iacebat, ingreſſus eſt: cúmque facile fuiſſet de medio dormientem tollere, hoſtis curam egit, & interfallo interpoſito dormientem
1. Reg 26. v. 7. clamoribus excitauit: *Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saül iacentem, & dormientem in tentorio.* Addit textus: *Clamauit Dauid ad populum & ad Abner filium Ner.* Saül clamore expergefactus errorem deierat, & pœnitentiæ patrocinium iam aduocat: *Peccaui, reuertere, fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciam.* Ecce Dauid gigantem dextera manu proſternit, & Saülem menti reſtituit, & qualem glorioſiorem putabis triumphum? Excuſſiſſe Saülis ſomnum, aut lapide immiſſo proſtrauiſſe Philiſthæum? Profectò difficilius ad ſpeciem videtur gigantem trucidare ferro, quàm dormientem liberare letargo; at Chryſoſtomus magnificentiorem putat hunc triumphum: & iure quidem: eſt námque operoſius hominem vitiorum ſomno poſſeſſum menti reſtituere, quàm ſuperbum lapide percuſſum ſplendenti gladio trucidare. Audi apud Gloſſam Chry-
Chryſoſt. ſoſtomum ad 1. Reg. 24. *Egreſſus eſt Dauid liberis oculis cœlum intuens, & magis exultans, quàm cùm Goliath deiecisſet: ſiquidem hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora ſpolia, hæc præda illuſtrior, hoc glorioſius trophæum. Hæc & tu mecum expende, & diſce multo eſſe maius parcere, quàm perdere.* Gigantem perdidit, Saülem letargo liberatum ſeruauit: hæc ergo magnificentior erat victoria: quia difficilior erat materia: nec enim adeo arduum eſt vitam ab homine gladio ſeparare quam fallax dulcéque voluptatum ſomnum à mortali corde excutere, quando ad hoc opus eſt deuincti arbitrio, & ad illud ſolum opus dextero brachio.

287 Paulus à vitiorum ſomno oppreſſum excitari reſurrectioni quodammodò exæquat, & rei difficultatem prudenter exaggerat: *Surge*, aiebat,
Epheſ. 5. v. 14. *qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.* Vt facilius eſt viuenti vitam auferre, quàm de mortuo lucem refundere; ita minus operoſum videtur hoſtem domare quàm vitiis deditum menti rationique reſtituere. Et quidem illud ſatis inhumanè humanum; iſtud verò prorſus diuinum: *Surge qui dormis*, interpretatur An-
Anſelm. ſelmus: *ſomnus animæ eſt obliuiſci Deum ſuum: quæcumque enim anima oblita fuerit Deum ſuum, dormit: ſicut enim qui corpore dormit, etiamſi dies iam fuerit, tamquam in nocte eſt: quia non vigilat, vt videat iam ortum diem, ſic quibuſdam iam præſente Chriſto, iam prædicata veritate adhuc ineſt ſomnus ruinæ: ideò vnicuique talium clamat Propheta vel Apoſtolus: Surge illuminare, quia venit lumen tuum, id eſt Chriſtus.* Profectò vt aliqui ſomno diducant oculos opus eſt candentiſſimo lumine, & niſi Chriſtus fulgentiſſimis percuſſerit oculos radiis, & perſtrepentibus aures tubis, nec ad ſobriam mentem reducuntur, nec ab infeliciſſimis vitiorum puluinaribus ſeparantur: vtque videas quàm ſit difficilius excitare traditum altiſſimo ſomno, quàm audentem domare ferro, compone duo Sacræ Scripturæ loca ſibi non ſine lepore reſpondentia.

Tendebat Balaamus, qui ſibi plauſum Pro- 288
phetæ fecerat non tam diuinis oraculis, quàm magicis & deteſtandis auguriis, opem Balaac contra Dei populum allaturus; verùm qui Hebræorum cùram gerebat Angelus, obuius vianti occurrit, ne ſi proceſſerit amplius ambulando, & durior ſit reſiſtendo: eſt enim optimo gubernatori in primis curandum, vt quæ poſſunt noxiè creſcere, debeant celeriter amputari: euaginato ergo, vt dicebam, gladio, aduerſanti populi ductor occurrit, etiam Balaamus ſententiam reuocat, & ſe minantis præcepto accommodat:
Aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit An- Numer. 22.
gelum ſtantem in via euaginato gladio, adoraui- v. 31.
tque eum pronus in terram. Vides Prophetam gladij ſplendore percuſſum facillimè iam ſubiectum. Tranſi modò ad Prophetam illum ſæculis celebrandum Eliam, qui decoris actibus in ſe noſtros expreſſit actus indecoros: fugam arripuerat, vt Iezabel improbæ mulieris inſanam fruſtraretur iram, & eluderet minantem inſaniam; verùm qui ardenti ſtudio viam carpſerat, iam defatigatus non ſolum ſeder ſed ſomno indulget: *Proiecit* 3. Reg 19.
ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Vel vrgen- v. 5.
tiſſimis periculis ſolicitato ſomnus irrepſit, & ſe periculo dormiens expoſuit; at Angelus, qui non dormit, neque dormitat, curam dormientis geſſit, vtque à periculo eximat, excitauit: *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit: Surge & comede.* Dormitantes oculos vix aperuit, & cibo ſumpto iterum obdormiuit: *Comedit & bibit, & rurſum obdormiuit.* Profectò ad carpendam ſtudioſè viam illud cœlitus concedebatur viaticum; verùm Elias accepto viatico indulſit iterum ſomno. O quoties miniſtri à Principibus accipiunt ſtipendia, nec curant adimplere Principum vota. Quod dabatur ad iter celeriter arripiendum, deflexum eſt ad ſomnum ſibi ſtudioſiùs conciliandum; verùm Angelus non deſtitit; ſed iterum tetigit & iterum excitauit: *Reuerſúſque eſt Angelus Domini ſecundò & tetigit eum.* Proh dolor! Balaamus nondum accepto viatico vigilantiſſimus properat, séque vrget vt Balaac conciliauerit ſibi gratiam cum accepto viatico dormiat Elias. Verùm expendamus, ſi placet, vt hiſtoriam noſtro inſtituto adaptemus, cur opus fuerit Angelo bis adeſſe, vt dormientem excitarit à ſomno, quando fuerit ſatis ſemel apparuiſſe, vt Balaamum domuerit ferro. Facilius profectò videbatur, quàm hominem cupiditate inflammatum, ambitionéque ductum renocare, ſomnum à dormitante depellere. Et tamen Angelus minus laborat, vt audaciam reprimat ferro, quàm vt dormientem eripiat ſomno: nec mirum: Elias namque ſanctiſſimus gerit peccatoris figuram, qui licèt aliquando vitium fugerit, iam torpet inertia, & iam dormitat ignauia: arduúmque adeò eſt, ſepultos hoc ſomno oculos luci reſtituere, vt facilius fuerit Balaamum properantem fræ-
nare. Adeſt Gloſſa moralis: *Obdormiuit in vm-* Gloſſa.
bra: tepor enim aliquando nominatur in ſcriptura ſopor. Itaque Elias tepidus obdormiebat,

Balaamus

Balaamus ardentiſſimus properabat, verùm non tanti ſtetit vitiis prorſus deditum refrænare, quàm tepidum ad in virtutis via progrediendum ciere. Ergo cùm difficilius ſit diducere ſomno, quàm domare ferro: glorioſius triumphat, qui excitat, non tam gloriosè, qui ſubiugat.

§. LXVII.

Diſcupienti triumphos opus eſt virtute inſiſtere, nec ſatis eſt inchoare.

289 LIquet omni ſapienti neminem poſſe feliciter viuere; imò nec tolerabiliter ſine virtutis ſtudio & ſapientiæ deſiderio fortunatam vitam virtus parat, perfectam virtutis perſeuerantia coronat. Fateor, ea eſt ſapientiæ lux, vt vel inchoata depellat tenebras, & arceat anguſtias; verùm hoc quod omnibus liquet, operibus eſt firmandum, & altiùs quotidianâ meditatione figendum. Diſertè Seneca epiſt. 16. *Plus operis eſt in eo vt propoſita cuſtodias, quàm vt honeſta proponas: perſeuerandum eſt, & aſſiduo ſtudio robur addendum, donec bona mens ſit, quæ bona voluntas eſt.* Quàm pulchrè! affectus flamque quantumuis generosè inflammatus, ni aſſidua exercitatione roboretur, langueſcit tepidus, & degenerat faſtidioſus. Perſeuerantia robur addit: & quæ initio virtutis ſpem faciebat, iam curſu temporis gignit fiduciam. Non eſt quod nobis facile credamus: debemus hos excutere, & variis occaſionibus obſeruare. Non eſt idem virtutis ſcholam frequentare, & proficere: perſeuerantia dat profectum, initio ſolum florebat ſtudium. Vt virgulta quæ facili manu auelli poſſunt, tractu temporis tranſeunt in robora, quæ tempeſtates fruſtrentur, licet ventorum adſultibus imperantur; ita virtus debet tranſire in naturam, & ſi fas eſt, deſpicere periculi contingentiam. Gedeonis milites eius iuſſis obtemperantes buccinis perſtrepunt, & lagenas complodunt: ſonus inimicos percuſſit, & in fugam vertit: *Tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque. Gladius Domini & Gedeonis.* Quid tunc? *Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes vlulantéſque fugerunt.* Sonus aduerſarios vertit in fugam, nondum tamen plenè eſt conſecutus victoriam, donec inſtitit, & inſiſtendo perſeuerauit: tunc namque hoſtes iacent trucidati, & trucidantur dimiſſi. Audi textum noſtræ cogitationi annuentem: *Vociferantes vlulantéſque fugerunt; & nihilominus inſiſtebant trecenti viri buccinis perſonantes: immiſitque Dominus gladium in omnibus caſtris, & mutua ſe cæde truncabant.* Non leguntur hoſtes truncati, cùm tuba primum edidit ſonum; ſed cum clangendo perſtitit, cùm perſiſtendo clauxit: inchoatus ſonus hoſtes fudit, inſiſtens truncauit: eſt namque victoria perſeuerantiæ fructus, & excultæ mentis partus. Adeſt Abulenſis quæſt. 31. *Inſiſtebant trecenti viri buccinantes, id eſt, quamquam fugerent Madianitæ, ſemper ſequebantur eos viri Gedeonis.* Ni inſiſterent, non fuiſſent glorioſè adeo triumphos adepti, licèt hoſtes terga verterent effugati; at dum benè cœpta proſequuntur, trophæis nobiliſſimis coronantur.

Seneca. Facile eſt benè proponere difficile implere.

Abulenſ.

290 Propheta ille à Deo miſſus legatione ritè perfecta à Principe humaniſſimè ad prandium inuitatur: renuit ille, vt qui haberet in præceptis nihil omnino guſtare: *Nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto: ſic enim mandatum eſt mihi in ſermone Domini:* Domum repetebat, cùm Propheta mentita pietate illum ad prandium inuitat: *Veni mecum domum, vt comedas panem:* qui Principi parere renuens oppoſuerat præceptum, modò ad impotentiæ recurrit auxilium. *Non poſſum reuerti, neque venire tecum, nec comedam panem.* Vt creſcebat ſuggeſtio, creuit etiam aduersùs ſuggeſtionem & ratio: inſtitit tamen ſeductor ſic: *Et ego Propheta ſum ſimilis tui, & Angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini dicens: Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam.* Quid tunc? Ceſſit Dei Propheta ſeductus, & mandatum violauit imprudentiſſimus. *Fefellit eum, & reduxit ſecum.* Multa nobis hic locus ſuggerit ad doctrinam, & ad morum elegantiam: reſtitit Propheta Principi, ceſſit Prophetæ: grauius, vt alias expendi, periculum illi fuit à conſimili, quàm à furore candenti: qui regiam opiparámque deſpexerat menſam, menſam diſcupiuit anguſtam, & maiora deuincens à minimis ſuperatus eſt. Satis illi non fuit ſemel & iterum repugnaſſe, vt aſſequeretur triumphum: alter Propheta dum inſiſtit, miſerum reportauit trophæum: ambitionis vernula Dei miniſtrum rubore, dum perſeuerat, ſuffudit, & ingenti parentis damno quomodo triumphus reportetur oſtendit: rex inuitauit; ſed citò deſtitit: falſus Propheta non deſtitit; ſed ſemel & iterum inſtitit: Sic factum eſt, vt perſeuerantia vinceret, & qui benè cœperat, non triumpharet. In mentem tranſire debet bona voluntas, & vt iniquis in vitio accidit, probis contraria ſectantibus accidere oportet: improbis quæ olim vitia, iam mores ſunt: ergo perſeuerantia vertat in mores, quæ inceperunt olim virtutes. *Iſte Pſeudo-Propheta*, inquit Hugo Cardinalis, *Princeps erat Sacerdotum, & valde à rege colebatur tamquam diuinus: timens autem ne per ſermonem viri Dei rex à cultura idolorum recederet, & ſe tamquam maleficum interficeret, excogitauit vt virum Dei deciperet, ſatis argutè agens.* Nouit ambitionis ſeruulus ſatis non eſſe ad triumphum mendacium texere, ſed in texendo perſiſtere; & obtinuit infelici perſeuerantia, etſi initio non vicerit fraudulentia. Dei ſeruus viam alacriter arripuit; at dum viæ non inſiſtit, ſed ſedet, occaſionem dolis ſubminiſtrauit, & laudem legationis amiſit.

Hugo.

Sunamiti filium immatura mors abſtulit, & 291
qui modò florenti iuuentute maternos oculos delectabat, iam cadauer hortoribus adimplebat: tetendit illa celeri pede ad Prophetam, qui Giezi baculum tradit, & vt exſuſcitet puerum, mittit. Giezi mandato obtemperat, baculum ſuper pueri faciem imponit, nec tamen res è voto ſuccedit: *Non erat vox neque ſenſus.* Propheta aduentat, ſe cadaueri inſternit; ſed mors validis armis reſiſtit: *Incubuit ſuper puerum.* Quid tunc? Seipſum vrget, & ad certamen iterum redit: *Reuerſus deambulauit in domo ſemel huc atque illuc, & aſcendit, & incubuit ſuper eum, & oſcitauit puer ſepties, aperuítque oculos.* Si Eliſæus eadem exornatur virtute, dum initio ſe puero adaptat, & dum ſe iterum cadaueri accommodat: cur non egit anteà, ſi de morte poſteà reportat triumphum? Eſto dum domi deambulat, calorem fouerit, intenſiori tamen ardebat longiſſima è montis vertice via confecta. Ergo aut ſecunda incubatione non excitet, aut

4. Reg. 4. v. 31.

prima reſuſcitet. Oſtendit, ni fallor, hoc facto Propheta ad reportandos de morte triumphos opus eſſe perſeuerantiâ & virtute: ſatis non erat, etſi perſeueraſſet Giezi, ad miraculum, vtpote cui virtus ad ſuſcitandum non erat: nec erat ſatis incubuiſſe ſemel Eliſæum, etſi floreret virtute; at dum virtus perſeuerantiâ munitur, & mors depellitur: nec ſolùm in ſe, vt qui Chriſti figuram gerat veritatem hanc Propheta adumbrauit; ſed in ipſo puerulo oſtendit: vita namque gelidis eius membris refuſa oſcitare incepit; & tamen Eliſæus oſcitantem intuitus adhuc expectat, nec triumphum clamat. Et quis, ſi paulò antè defunctum videat oſcitare, ſe contineat, quin miraculum elato clamore euulget, & viuere nuper defunctum exclamet? Et Eliſæus ora ſigillat ſilentio intuitus puerum oſcitantem miraculo? O Prophetæ ſapientiam! arbitratus non eſt ad noſtram eruditionem viuum ſemel oſcitantem, ob idque expectauit ad promulgandam vitam oſcitationem repetere, & oculos aperire: *Hoc fecit,* inquit Lyra, *propter cauſam myſticam.* Conſonat Caietanus: *Ecce progreſſus in effectibus vitæ.* Dum non progreditur, dum non proficit, dum vitæ operationibus non inſiſtit, nondum habetur viuus, vt oſtendatur in ſpirituali vitâ ſatis non eſſe ad de tenebris captandos triumphos inchoare; ſed proſequi: parum erat oſcitare clauſis oculis, quia debebat etiam tenebris emerſos oculos aperire. Et admiratione dignum etiam eſt, puerum è lectulo non exiluiſſe, nec aliquo ſigno vitam oſtentaſſe: ſic namque Prophetæ voluntati iam è mortuis viuens obſequebatur, vt eius expectaret præceptum, nec iuſſus vel vnum imprimeret telluri veſtigium.

Lyra. Caietan.

§. LXVIII.

Optimus concionator de auditorum glorietur criminibus trucidatis non de elogijs aut acclamationibus repetitis.

192 IS verè Chriſtianæ doctrinæ philoſophiæque debet appellari magiſter, qui virtute diſcipulos excolit, non qui ad plaudendum ſibi aut allicit, aut conducit. De concionatoris occurſu vitia deberent ſuffundi, & ſatis fuiſſe videri; vt putaretur ad virtutem etiam ſine voce homines adhortari: *Sermone inquis*, aiebat Tertullianus lib. de pallio cap. 6. *me ſuaſiſti medicamine ſapientiſſimo; verùm etſi eloquium quieſcat aut infantia ſubdu-ctum, aut verecundia retentum (nam & elingui philoſophia vita contenta eſt) ipſe habitus ſonat: ſic denique auditur philoſophus, dum videtur. De occurſu meo vitia ſuffundo.* Chriſtianus Doctor, & religioſus Eccleſiaſtes vel elinguis vitia debuiſſet ſuffundere, & in fugam vertere. Sed proh dolor! Suggeſtus iam volaticæ laudis commercium eſt, illúmque nonnulli aſcendunt, non vt Dominici verbi gladio vitia auditorum feriant; ſed vt excultis verborum floſculis, vt calamiſtratis periodis, vt cincinnatis, & ad tinnitum auribus gratum compoſitis euanidum ſibi plauſum aquirant. Muſonium philoſophum audi apud Gelliũ in noctib. Attic. lib. 5. cap. 1. *Cùm Philoſophus hortatur, monet, ſuadet, obiurgat, aliudue quid diſciplinarum differit; tum qui audiunt, ſi de ſummo & ſoluto pectore obuias vulgatáſque laudes effutiunt, ſi clamitant, & iam ſi geſtiunt, ſi vocum eius feſtiuitatibus, ſi modulis verborum, ſi quibuſdam quaſi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & geſtiunt, tunc ſcias & qui dicit, & qui audit, fruſtra eſſe, neque illic philoſophum loqui; ſed tibicinem canere.* Rationem ſui placiti ſubdit philoſophus: *Animus audientis philoſophum, quæ dicuntur vtilia, ac ſalubria ſunt, quæque & errorum atque vitiorum medicinas ferunt, laxamentum, atque otium prolixè profuſéque laudandi non habent. Acerrimis conſcientiæ ſtimulis adhortatione excita.* Non excitari probantur, qui exultè, ingenioſéque à concionatore dicta repetitis capitis, oríſque nutibus proſequuntur. Alioquin ſi incuſſo adurgerentur dolore, ſi ferirentur inflammatâ verborum cuſpide, ſalubres fũderentur in gemitus, & non in futiles plauſus. Redeat Muſonius iterum: *Quiſquis ille eſt, qui audit, niſi ille eſt planè deperditus, inter ipſam philoſophi orationem & perhorreſcat neceſſe eſt, & pudeat tacitus & pœniteat, & gaudeat, & admiretur varios adeò vultus, diſpariléſque ſenſus gerat, perinde vt eum, conſcientiamque eius affeceris.* Profectò exulcerata veritatis rationiſque grauitate conſcientia luget, non plaudit: vnde concionatoris non implet officium, qui non exprimit gemitum; ſed quærit plauſum.

Tertullian. Chriſtianus de occurſu vitia ſuffundat. Muſonius.

193 Gedeon in Amalecitas Madianitaſque vitiorum vmbras armatur, non chalybe; ſed conſpicuo lumine, & ſalutaris tubæ clamore: *Cœperunt buccinis clangere, & complodere inter ſe lagenas . . . tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamaueruntque: Gladius Domini, & Gedeonis.* Quid tunc? *Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulantéſque fugerunt . . . & mutua ſe cæde truncabant.* Quàm benè potuerunt Gedeonis gladium, gladium appellare Dominicum: *Gladius Domini & Gedeonis*, quando illo non ſolùm fugerunt vitiorum caſtra commota; ſed iacuerunt detruncata: *Mutua ſe cæde truncabant.* Profectò gladius ille non Dei; ſed tantùm Gedeonis eſſet, ſi non feriret; ſed limatus reſplenderet, vt nec Dei eſſet tuba, ſi ſolummodo dulci modulatóque ſono aures demulceret, & audientes oblectaret. Iam Gedeonem, eiúſque ſocios Euangelicos concionatores adumbraſſe concors Patrum ſententia eſt. Audi Gregorium lib. 30. moral. cap. 17. *Definatur itaque in tubis clamor prædicãtionis, in lãpadibus claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum: tales quippe ſecum dux noſter ad prædicationis prælium duxit.* Quàm triumphalis iam procedebat ſub duce ſuo Chriſto Euangelizantium manus, cùm non intendebat rutilare luminibus ad plauſus gratiam; ſed ad vitiorum miſeriam: clangere feriebant aures, vt obtruncata vitia facerent, non vt illæſis vitiis infauſtas ſibi acclamationes acquirerent.

Gregor.

194 Cùm Chriſtus Dominus Synagogam ingreſſus veritatis ſuæ radiis hominum tenebras profligaret: ait enim Marcus: *Erat docens eos*: accidit vt ibi homo adeſſet in ſpiritu immundo: hic exertis clamoribus Chriſti Domini doctrinam, & ſanctitatem teſtabatur: *Scio quis ſis, ſanctus Dei*; at Dominus, vt qui ſciebat hanc illi ſpecioſam non eſſe laudem ora ſilentio preſſit, & exire dæmonem compulit: *Obmutesce & exi de homine.* Quid intereſt, dilaudet concionantis ſanctitatẽ? Quid nocet, ſi repetitis laudibus atteſtetur virtutem, vt illi imponatur ſilentium;

1. Marci. v. 22.

Digitized by Google

ſilentium; imò obmutescendi martyrium: *Obmutesce, & exi de homine.* Profectò Dominus ſuos concionatores inſtruxit, alliciendos non esse laudibus; ſed virtutibus. Parum iuuabat hominem illum, ſi remaneret vt anteà dæmonis præda, exquiſita proferre concionatoris elogia; at ſummum erat muneris decus, quantumuis ora premerentur ſilentio, ſi dæmon duro abigeretur exilio: *Obmutesce*, inquit, *& exi.* Quaſi dicat: Non quæro elogium; ſed curo exilium: hæc enim eſt ſpectatior prædicatoris laus, ſi homo obmutescat decorè confuſus, & dæmone liberatus; non ſi garriat concionatoris laudes effutiens, & vitio inhærens: *Clarum eſt in his verbis*, ait Auguſtinus in catena apud D. Thomam, *quòd in eis, & ſcientia erat, & charitas non erat.* Vti ſcioli doctrinam diiaudabant nequiſſimi ſpiritus; ſed prædam perdere extimeſcebant. Ergo Dominus tranſit laudes, docet virtutes. Audi ibidem Chryſoſtomum: *Non volebat veritas teſtimonia ſpirituum immundorum: vnde ſequitur: Et commutus eſt eis Ieſus dicens: Obmutesce & exi de homine.* Dæmonis exanimabat Dominus exitium, non ab homine plausum: vt nouerint qui populis inſpirant veritatem, quique magiſtrorum honore fruuntur, deſpicere volaticos plauſus, & amare ſolidos fructus.

Auguſt.

Chryſoſt

295 Poſtquam Adamus fructum tot calamitatum fœcundiſſimam venam decerpſit, Deus erroris miſeratus ad erigendum properat, & humana voce compellat: *Vbi es?* Adam ſe Domini vocem audiuiſſe teſtatus eſt: *Vocem tuam audiui in paradiſo & timui.* Et quo indicio diuinam agnouit vocem, nec iteratam veritus eſt ſerpentinam fallitatem? Si dæmon ſerpentis facie perſonatus Euæ allocutus eſt, cur non vereatur Adamus ſe modò etiam a dæmone ſpecie humana induto compellatum, & ad nouos dolos quæſitum? Iam ipſe reſpondet Adamus: *Audiui vocem tuam, & timui, eo quod nudus eſſem:* ac ſi dicat: Nudus prorſus vacuique eram innocentia, vt indecenter ſolus virentibus exo natus; nec tamen confundebar; at hæc vox ita animum mecum ſalutati timore percuſit, ita conſcientiam appellauit, ita peccati ſtupore adimpleuit, vt dubitare non poſſim diuinam fuiſſe, vt quæ attulit culpis timoris ac pœnitentiæ medelam. Non reſplenduit vox de placido proferendi modo, non de auditu oblectato; ſed de animo ſalubri exagitatione percuſſo. Hæc eſt Dei vox, quæ peccatorem deterret, quæque ad virtutem trahit. Audi Baſilium Seleucienſem orat. 3. *His fretus arrectiſque vocibus, qui lacebat, fortè proſpectat.* Iam accedit, qui fugiebat, iam iacet humillimus, qui detumebat antea ſuperbus, iam nuditatem ſuam confitetur, qui vaniſſimis anteà floſculis ornabatur. Ergo ex effectu vox agnoſcitur, & ipſis effectibus dilaudatur. Dum concionatorem audis, facilè qualis eius vox fuerit, deprehendes. Si peccatores oculos lachrymis obſcuauerint, ſi ſuſpiria ex intimo corde emiſerint, ſi ſuſpenſis ſupercilijs ſuos deteſtati errores abiurauerint, non ambigas vocem inſonuiſſe diuinam, at ſi hilari vultu, ſi grato ore concionatori plaudunt, ſi capitis oculorumque nutu extollunt exiſtima reſonare vocem hominis; ſed non Numinis.

Genes. 3. v. 10.

Seleucienſ.

296 Sponſus ſponſam allocutus ad agri vberem amœnitatem inuitat: *Vox turturis audita eſt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos: vineæ floremes dederunt odorem ſuum.* Quàm cælitus ſonuit hæc vox, quæ ficum olim fructus Euæ offerentem, quæ foliis nudam, quæ ſecuri dicatam vſque ad delicias florere fecit, & ſaporatiſſimos protrudere fructus ſuaſit. Hic eſt cœleſtis turturis cantus, qui vineas faciat germinare, & ficum minantis ſecuris aciem effugere. *Potes intelligere de ipſomet Chriſto*, exponit noſter Delrius in litera, *vt volunt Diuus Cyrillus, Alcuinus, & Angelomus hoc ſenſu: Audita eſt vox mea, qui ſum verus & Princeps turtur.* Chriſti vox ſterilesplantas fructificare docuit, & in fructibus reſplenduit. Fructus conſule, vt noueris an garrias, an vocem turturis referas.

Cant. 2. v. 13.

Delrius.

§. LXIX.

Plurimis ſe laboribus conſecrat, qui veritatis luce Principum, & potentum tenebras fugat.

297 *Generoſi animi, & magnifici eſt iuuare & prodeſſe*, aiebat Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 15. *Qui dat beneficia, deos imitatur; qui repetit, fœneratores.* Vt qui beneficium repetit, corrumpit; ſic qui rependit iniuriam, beneficio, & benefactore caret. Et quidem inter beneficiorum obſequia nullum maius quàm veritati reuocare errantem, & luce illuſtrare cæcutientem. Felix non eſt, etſi vltra mundi clauſtra poteſtatis iura ſuæ protendat, qui a veritate exulauit: nam cum felicitatis ſit virtus ſtabile fundamentum, ipſa deficiente non ſolùm nutat; ſed cadit. At ita aſſueti ſunt potentes falſa pro veris audire, ita qui eorum gratiam inire deſiderant, contendunt gratis etſi nocuis aſſentationibus oblectari, vt veritatis aſſertor plures ſibi conciliauerit inimicos. Reliqua omnia opulentæ felicitati ſuperſunt; hoc tamen deeſt, ſcilicet qui ſtupentem inter mendacia, & ipſa conſuetudine blanda pro tectis audiendi ad veritatis, virtutiſque ignorationem perductum à concentu vindicet falſorum. Quàm bene Seneca lib. de Benef. cap. 30. *Non vides quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſeruile miſſa, dum nemo ex animi ſui ſententia ſuadet, diſſuadéque; ſed adulandi certamen eſt.* Dicentis libertatem extinguit, qui veram monitus, non gratiam; ſed indignationem, & ſupercilium rependit: cumque potentes gaudeant ſuis cupiditatibus adulari, & ſuperuacua ſatis ſtudia ſequi, monitoris libertatem conantur extinguere, & nociuam licentiam ſibi parare. Hinc ſiquis veritate, rationéque conetur obſiſtere, ipſa conſtat inimicum ſibi admonitione irritare. Madian potentiſſimus, Amalec, vt ipſo nomine proditur voluptatibus addictus inſtar locuſtarum in valle iacebant fuſi, cùm Gedeon Dei gladio, id eſt prædicationis verbo tenebras conatur abigere, & tubis perſtrepentibus excitare: *Cùm per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent, & dextris ſonantes tubas clamauerunt.* Cùm ſpiritualia bella iſto adumbrentur certamine, quærunt Patres quid ſignificet lagenas complodere, dum incipiunt tubis perſtrepere. Gloſſa Euangelicos concionatores agnoſcit in tubis, in compoſitis lagenis martyres: nec enim poterat non ſuſtinere acerbam necem, qui nitebatur ſpargere veritatem. Audi Gloſſam: *Armati venerunt*

Seneca.

Gloſſa.

rum ſub duce ſuo ad prælium martyres Chriſti ſcilicet tubis, lagenis, & lampadibus. Tubis ſonant, dum prædicant; confringunt lagenas, dum ſolnenda in paſſione corpora hoſtilibus gladiis opponunt. Vides veritatis miniſtros: dum incipiunt contra potentes clamare, & gladij corpora obiicere: quaſi idem ſit Euangelico reluctari criminibus verbo, & collum ſubdere gladio. Summum beneficium deteſtabili proſequuntur potentes odio, & ne contingat illis veritatem audire, geſtiunt veracem de medio tollere, ergo lagenas complodunt, dum tubis canunt: quia idem eſt aures veritate ferire, & vulnera ſuſtinere.

298 Filius hominis Ioanni obiicitur gladium ore proferens & camini ardentiſſimas flammas ſuſtinens: *Deore eius gladius vtraque parte acutus exibat.* Præmiſerat: *Pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ignis ardentis.* In flammis pedes adurentibus putant Patres paſſionis dolores exprimi. Ita Ambroſius hic: *Per fornacem tribulationes, quas ſuſtinuit, poſſunt deſignari:* Et cur tribulatus depingitur, qui ſolaribus radijs adornatur? Iam reſpondet: *Gladius vtraque parte acutus ex ore eius exibat.* Gladius, vt conſtat, Dei verbum eſt: ergo dum veritatem loquitur, ferit; & dum ferit, & flammas ſuſtinet: nec enim depingi potuit ſine tribulatione, qui depingebatur culpas reprimens veritate.

Apocal. 1. v. 15. Ambroſ.

299 Cùm Chriſti Domini æmuli inuidentiâ aduſti variis illum criminibus accuſarent, & repetitis ad mortem inſtantiis poſcerent, niſus eſt, quia noueratinnocentem, Pilatus eripere, & in libertatem aſſerere: *Dixit ei: Tu es Rex Iudæorum.* Chriſtus annuit, & quo animo in mundum venit, explicuit: *Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, vt teſtimonium perhibeam veritati.* Venille putâram, vt mortem ſua morte deuinceret, & lignum paſſus fraudulenti ligni damna deleret, vt dæmones effugaret: Et ipſe teſtatur ſe ad veritatem prædicandam hominibus aduentaſſe: *Ad hoc veni in mundum*, inquit, *vt teſtimonium perhibeam veritati.* Et non vt mortis vincula diſſoluas morte? Ita ſanè; ſed adeò concatenatum eſt dura ſubire tormenta, & veritatis ſuſcipere patrocinia, vt dum teſtatur veniſſe ſe ad veritatem vulgandam, aſſerat etiam ſe venille ad mortem immaniſſimam ſuſtinendam. Pilatus ita falſa pro veris audiendo deductus erat ad veritatis ignorantiam, vt rogaderit Dominum: *quid eſt veritas?* nec tamen expectat; ſed prodit atteſtaturus nullam in Chriſto inueniſſe ſe cauſam: *Et cùm hoc dixiſſet, iterum exiuit ad Iudæos, & dixit eis, Ego nullam inuenio in eo cauſam.* Non expectauit audire veritatem, ne cauſam inueniret: nam licet veritatem Principibus aperire ſit ſummum beneficium, ab illis accipitur vt iniuriоſiſſimum probrum, & vt in auctoritatem poteſtatémque ſuam commiſſum piaculum & perpetratum delictum. Si ergo Pilatus veritatem ex Dominico ore perciperet, illatam ſibi iniuriam putaret, & plectere audacem forte geſtiſtiret. Ergo vt nullam inueniat cauſam, non ſuſtinet audire; ſed properat ſe foras protripere: *Quid eſt veritas? ſere ab omnibus enanuerat*, inquit Theophylactus in catena, *& à cunctis erat incognita:* Opportunè Auguſtinus ibidem: *Non expectauit, vt reſponderet ei Ieſus, ne mora faceret, cum recognouiſſet morem, quo poſſet eis in Pascha dimitti, quod eum valde voluiſſe manifeſtum eſt.* Vt dimitteret, non ſuſtinuit audire veritatem ſuis factis teſtatus, quàm ægrè ferant Principes veritatis audientiam, dum illatam magnitudini ſuæ arbitrantur iniuriam. Iam quanto ſtudio procurent, qui illorum gratiam exambiunt, ne ad veritatis peruenerint agnitionem, quantóque conatu, ſi aliquando audierint, delere, aut infuſcare geſtinerint; ante oculos nobis proponit celebris ille caſus 3. Regum 13. memoriæ proditus.

Ioan. 18. v. 34. Theophyl. Auguſt.

Aduenerat Propheres Dei miniſter impium regem increpaturus, ſi fortè veritatem recipiat, & peccata veiâ pœnitudine deleat: altare ſcinditur, manus ſtupentibus neruis euigoratur; Propheta, vt ſanitatem regi teſtituat, miraculum patrat, & iam beneficio emollitus, & veritate informatus gratioribus Prophetam oculis ſpectat, & ad ſecum comedendum inuitat: *Locutus eſt autem rex ad virum Dei: Veni mecum domum, vt prandeas, & dabo tibi munera.* Quid tunc? Propheta ſenex Sacerdotum eius regionis Princeps, regi familiaris peſtis, & eius fauoris ambitioſiſſima ſitis, veretur periculum, & ne à gratia exciderit, Prophetæ vitam tentat infamare, & de infamia fidem veritatis delere: ad Prophetam accedit vero odio, & mentitò obſequio, ſicque colorat mendacium, vt Propheta crediderit verum: *Fefellit eum, & reduxit ſecum.* Interpretes quo fine, quámque ob cauſam inhumanus ille Propheta innocenti Dei viro mortem procurauerit, quærunt. Hugo Cardinalis exiſtimat totum artificium ab ambitione profectum: timuit fallacias ſuas, quibus Principem ſeducebat, veritate comperta, durò ſupplicio puniendas; timuit ſe ſuóſque exterminandos à curia, amiſſuróſque Principis gratiam, vtque periculo occurreret, ſéque firmaret, commenta adinuenit, & veritatem commentis opprimere properauit. Accipe Hugonem: *Iſte Pſeudo-Propheta Princeps erat Sacerdotum, & valde à rege colebatur tanquam diuinus: timens autem, ne per ſermonem viri Dei rex à cultura idolorum recederet, & ſe tamquam malefícum interficeret, excogitauit, vt virum Dei deciperet, ſatis arguté agens.* Addit poſt pauca. *Et per hoc monſtraretur eſſe falſa, quæ prædixit, ſicque regi perſuadere poſſet, ſicut fecit.* Expende apud regem vti diuinum coli Pſeudo-Prophetam, & miſiſſe manum contra veracem, illique, niſi interceſſiſſet miraculum, durum decreuiſſet ſupplicium. Itaque miraculo opus fuit, vt non puniretur, qui vera protulit, quando habebatur diuinus, qui falſa dixit: *Iſte Pſeudo-Propheta Princeps erat Sacerdotum, & valde à rege colebatur tamquam diuinus.* Dignitatis eminebat faſtigio, Principis honorabatur conſortio falſidicus, cuius totum officium fuit illaqueare ſimplicem, eius dehoneſtare vitam, ne Principis amiſerit gratiam. 1. Reg. 13. v. Hugo.

Hinc lucet ratio, ob quam potentes, Magnatéſque non inueniant, qui ſibi vera ſuggerant, & veritate componant: nam qui veracem videt incurriſſe ſupplicium, cordatè tacet, vt vitet damnum. Occiderat Saül omnes ariolos, diuinóſque, quia futura prædicabant, & Dauid regnaturum aſſeuerabant: *Saül abſtulit magos, & ariolos de terra.* Non multò pòſt pythoniſſam addit, & futura prænoſcere ardenter cupit: *Diuina mihi in pythone, & ſuſcita mihi quem dixero tibi.* Non leges pythoniſſam diuinaſſe; ſed Samuëlis vmbram oculis obieciſſe. Et quidem opus non erat mortuos inquietare, ſi diuinando vellet Saülis anxietates diſſoluere: cur ergo diuinare, & ſuſcitare mortuos rogata diuinare diſtulit, & Samuëlis 300 301

lis vmbram obiecit? Quia non ignara diuinorum ſtragis tacuit, & Saulem à mortuis quærere
Gloſſa. veritatem coëgit, *Pythius*, inquit, Gloſſa, *dicitur Apollo harum artium cultor, à quo pythoniſſæ, id eſt, diuini: hos Saül quaſi Zelo legis delenit: quia, vt aiunt, à dæmonibus coactis Dauidem eſſe regem futurum præconabantur.* Dum Saül, ne veritatem ſibi odioſam audiret, diuinos de terra eraſit, ora diuinorum concluſit, & pythoniſſa, dum alios, quia vera prædicebant, videt duro mulctatos ſupplicio, ſigillat ora ſilentio.

§. LXX.

Is ſit Euangelicus concionator, vt ad eius vocem; imò ad aſpectum effugiant vitia, & vlularint inferna.

302 VT vitium ſua caſtra contra virtutem producens voluptatis irritatores obarmat, vt criminis proxenetas ſubornat, vt tenebrarum duces remuneret; ita virtus pro ſe etiam ducit in campum, qui poſſint veritate depellere tenebras, trucidare fallacias, effugare delicias. Et quidem Euangelicus concionator is eſſe debet, qui aduerſis victorum phalangibus timorem incutiat; imò qui & ſolo aſpectu turbatas & confuſas criminis copias miſerum ad vlulatum compellat. O quàm venerandus eſt, qui Euangelici Eccleſiaſtæ munus non ad inanem plauſum detorquet, vt arcus improbus; ſed hoſtes vulnere altiſſimo ferit. Vbi monentis virtus agnoſcitur, facilè quod monet, ſuſcipitur: *Decet regiam iuſtitiam cuſtodire*, aie-
Caſſiod. bat Caſſiodorus 10. var. 28. *quod à iudicibus benè agentibus fuerit ordinatum, maximè quorum conſcientia ſic nota eſt, vt nihil incautè, nihil venalitatis ſtudio feciſſe videantur.* Vita monentis omni crimine deſæcata vocis eius eſt enegia: vt è contra ineſficaciter contingit perſuadere quem conſtat erroribus obſcurari. Gedeon cõpioſam manum adlegerat in contrarios; verùm Deus vanitati ſuæ plaudentes faſtidioſè è caſtris ablegat: *Ne glorietur*, inquit, *contra me Iſraël; & dicat: Meis viribus liberatus ſum.* Iam è caſtris plures exceſſerant, & adhuc anguſtiorem numerum iterum ad aquas probat, & ad bibendum nimio ſtudio procumbentes repudiat: illos ſolos adlegit, qui luminum non timeant claritatem, quique ſacratis tubis poſſint clangere, nec rubere: *In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian.* Madian in manu Gedeonis traditur, non dum numeroſis militibus vti euanidæ gloriæ ambitioſis, amittendæ ſalutis timidis ſtipatur: nondum pluribus quantumuis ſapientiſſimis, ſi terra fixi, & terrenis inclinati, circumeingitur; ſed cùm paucis, eis tamen manu ſplendentibus, & ore pleniſſimo buccinantibus hoſtes adoritur, & inimicos aggreditur: *Ducti*
Gloſſa. *ſunt*, inquit Gloſſa, *ad fluuium, vt aquas biberent, & qui eas flexit genibus hauſerunt, à belli intentione remoti ſunt: aquis enim doctrina ſapientiæ, ſtante autem genu recta operatio deſignatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genu flectunt, à bello prohibentur: quia cum iſtis Chriſtus contra hoſtes fidei pergit ad prælium, qui ciim doctrinam hauriũt, rectitudinem operum non flectunt.* A caſtris excluſi plus electis ſapientiæ hauſerunt: quia tamen genuflexi, iure ab oraculo ſunt excluſi; alij autẽ vere Chriſti prædicatores extiterunt, dum ſic tubis Euangelicis reſonant, vt aduerſariorum caſtra confundant. *Omnia itaque caſtra turbata ſunt, & vociferantes, vlulantẽque fugerunt: & nihilominus inſiſtebant trecenti viribus eis perſonantes.* O quàm egregiè tubis perſonabant, qui hoſtiles cõpias ad vlulatum cogebant. Vt repetat Gloſſa *Cum iſtis Chriſtus*; *ergit ad prælium*: nam cum aliis non tam pergitur ad prælium, quam ad temporis otium, & animum oblectamentum.

Ioannes ſignum magnum indutur aſtrorum 303
luminibus fulgurans, Solis radiis immetum, Lunæ tremulo rubare calceatum; ne tamen timore concutitur, aut terram mortui ad inſtar proſternitur: *Signum magnum apparuit in cælo mulier amicta Sole*, &c. Hic, qui inconnemenibus oculis Apocal. 12. v. 1.
tantorum luminum candorem aſpexerat, ad filij hominis ſeptem ſtellis ornati, Solaribuſque radiis ſplendentis aſpectum proſternitur velut mortuus, & animo prorſus obturbatus: *Cum vidiſſem* Apocal. 1.
eum, cecidi ad pedes eius tamquam mortuus. Si v. 17.
non cecidit tamquam mortuus Sole, Luna, Syderibus micantem mulierem intuitus, cur ad aſpectum filij hominis tot aſtris non reſplendentis cadit vt mortuus? Expreſſit textus: *Facies eius*, inquit, *gladius vtraque parte acutus exibat, & facies eius ſicut Sol lucet in virtute ſua.* Sol exoriens nondum croceos è tellure vapores depellit, decumbens tenebras è vicina nocte emergentes aliquomodo admittit; at dum in medio cæli omni ſplendoris pompa inardeſcit, non ſolùm obſcuritate non innubilatur, ſed nec exiguis vmbris miſcetur. Ergo dum omni defectu caret, ſic Dei verbo gladio adumbratos peccatores referit: ſic terrenum, quod in illis eſt, occidit, vt e caduca vita iam cadant & antiquis moribus mortui virtuti viuant. *Non inconguè illi, qui ad errores concidendos progreſſuri ſunt*, ſcribit hic Ambroſius, Ambroſ.
per gladium deſignantur, qui duo acumina habere viſus eſt: quia ipſi Doctores duorum teſtamentorum doctrinis eruditis facilè hoſtes deuincerent: nam quod de ore Domini ipſe gladius procedere viſus eſt, illud ſignificat quod ipſe dixit in Euangelio: Non enim vos eſtis qui loquimini; ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis Dum filius hominis verbo gladio intonat, aut dum prædicatores gladio ſimiles ſpiritu fulgurantes habet, turbatos feliciter homines, ſuos ad pedes proſternit. Hic verè erat Spiritus Sancti Eccleſiaſtes, qui vel ſolo aſpectu hominem turbauit, & veritati ſubiecit: *Cum vidiſſemeum, cecidi ad pedes eius.* Ceterùm cecidit, dum pedes tenuit, quàm à Deo diſtans volaret.

Elizæus Galgalis ſæpè degebat, illicque poſt 304
Sunamitidis ſuſcitatum filium reuerſus eſt: *Eliſæus reuerſus eſt in Galgala.* Galgala iam Prophe- 4.Reg.4.
tæ prætentia, & conuerſatione virtutum erant v. 38.
theatra, ſi criminum quondam emporia, ſi errorum fuerant commercia. Ob hanc cauſam aſſerunt interpretes ſic vitulos illos dæmonis inſtrumenta miniſtroſque ad Eliſæi ortum perturbatos, vt dolorem non poſſent corde reprimere, ſed compulſi fuerint horriſonis mugitibus euulgare: *Hunc locum*, ſcribit Hugo, *ſæpè frequentabat* Hugo.
Eliſæus tum pro loci religione, tum quia ibi natus fuit, & dicitur quòd in ortu eius tale contigit prodigium, vt vna ex viribus imago mugiret. Sic dæmones vel puerulum exhorreſcebant Propheta, vt

perculsi gemerunt, & gementes vlularent. Nec mirum Christi namque imaginem virtutum coloribus, actionum penicillo in se mirè expressit, dum orco defunctos eripuit, dum abegit peccatorum lepram, dum destruxit idola. Si huiusmodi omnes essent concionatores, plures dæmonum vlulatus in aëre sonarent, & defuncti plures luci restituti viuerent.

305 Marci 1. v. 21. Christus Dominus synagogam ingressus sapiẽtiæ suæ radios explicuit. *Ingressus in synagogam docebat eos.* Tunc impuratus spiritus, qui ibi tyrannide hominem subegerat: & deuinxerat, obturbatus, tortusque clamoribus aërem replet, & miserandum se luget: *Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi? Iesu Nazarene, venisti perdere nos?* Se deplorant dæmones perditos, se prorsus lamentantur exterminatos: quod concionatoris, doctorisque mirè commendabat virtutem, & doctrinæ veritatem. Agnouerunt vel cæci: *Quanam doctrinâ hæc noua? Quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei.* Doctrinæ affectus adscribunt: vt noueris à discipulis etiam Christi prolatam eosdem effectus sortiri, quibus si careat, à discipulo potest putari non promi; imò proferentis vanitate esse immixtam, & vt aqua admixta vinum, efficacia carere corruptam, aut saltem adulteratam.

306 Matth. 28. v. 2. Deuicta morte per Christum descendit Angelus, & lapidem, quem ad perfidiæ hostes aduoluerunt auxilium, reuoluit ad veritatis suffragium, vt proprio malitiam mucrone occideret, & sic dolorem eius augeret. Ad Angeli descensum iam inferna gemunt, pondera terrarum desiliunt, quatiuntur montes, timore trepidant rupes, & veritatis hostes cadunt vt mortui: *Ecce terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum eius sicut nix; præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Profectò si Angelus flammeam thomphæam vti in paradiso vibaret: si gladium: vti olim contra Balaamum, eximeret, mirum non esset veritatis inimicos timore obturbato cõcidisse, & dolores mortis delibasse; at dum euoluto lapide sedet, cur inferna vlulent, vt infernorum ministri cadant? Quia sedebat, inquit Chrysologus serm. 75. vt veritatis doctor, vt cælestis doctrinæ præco, vt criminis aduersarius, Chrysologum accipe: *Sedebat ad docendam resurrectionem, non ad lassitudinem subleuandam: cælestis natura ignorat lassitudinem, nescit laborem; sed factus est lapis vas Angelicæ sessionis doctrinæ cælestis cathedra, schola vitæ.* Chrysol. Ne vel cæcitas ignoraret, aut meleuolentia ambigeret Doctorem illum cælitus esse missum, neue suspicaretur malignitas prædicatoris fungi munere ad lucrandum sibi otium, non ad ferendum virtuti auxilium, gemunt tartara, dolent inferna, quatiuntur tremoribus dignis profunda, dum ascẽdens suggestum, dum veritatis hostibus ostendens vultum conturbat, se Dei ministrum è cælo missum indubiè probat. Vtinam omnes, qui huic sacro muneri vacamus, nos cælitus missos exhiberemus: vtinam nobilitaremus munus de inferiorum terræmotu, de dæmonum vlulatu.

§. LXXI.

Grauius non semel à domesticis vrget bellum, quàm immineat ab aduersariis periculum.

307 Iob. 7. v. 1. *Militia est vita hominis super terram*, aiebat Sanctus Iob. Vtque in certamine varios miles sustinere solet assultus, sic in præsenti vita & diuersos subire cogitur casus. Martialis campus inimicorum manum repræsentat oppositam, & vitæ spatia sine vllis induciarum spebus phalangem producunt semper aduersam. Id verò inter vtrumque bellum inuenitur etiam dissidium quòd hostis manifestus quamuis periculorum sit artifex, tranquillitatis tinea, pacis venenum, salutis excidium, legitimum citat ad duellum; at domesticus aduersarius: dum suspicionem non gignit, securiùs incautũ ferit, vnde grauius non semel vrget periculum, si quis belligerarit cum domesticis, quàm si dẽpræliatus sit cum extraneis. Ad hæc nescio quo pestilenti ardore, si desciscat ab amicitia, viuidiùs inflammatur domesticus, & in cognati salutem feruentiùs ardet cognatus: si concordiæ pacisque nexus inter consanguineos soluantur, tota manet compago consanguinitatis disrupta, & floret molesta semper discordia: sibi proximant; sed vt se faciliùs collidant: extraneus non adeò durè ferit, aut quia solicitior se tuetur cautela, aut quia præcidit certaminis opportunitatem distantia? *Secessi non tantùm ab hominibus,* aiebat Seneca epist. 8. *sed etiam à rebus & primò à meis.* Seneca. A rebus suis, suisque cognatis, ac domesticis primùm discedere studebat: quia quantum periculi obuenerit multis apprimè nouerat. Hoc idem testatur Dominus Matthæi 10. *Inimici hominis domestici eius.* Matth. 10. v. 36. Domesticos appellauit inimicos, aut quia blandiendo grauiùs grassantur, aut quia lædendo duriùs opponuntur. En Madianitæ bellum instruunt aduersùs Hebræos; sed illos clangentibus tubis, splendentibus tædis aggressus, non solùm Gedeon terga compellit indecorè vertere; sed illos cantu accensos inter se commitit. Hinc factum est, vt cùm inimicos aures tantùm horrisono verberauerit, sono commilito domesticusque audaci ac imprudenti commilitonem trucidauerit ferro: *Insistebant trecenti viri buccinis personantes, immisitque Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde trucidabant.* Non immisit extranea arma; sed domestica, vt ferirentur duriùs, & trucidarentur atrociùs; dum cæci se se impetunt, altissimis plagis confodiunt, & qui apud hostem viueret, etsi captiuus, iacet à domesticis trucidatus. Audi Iosephum 5. antiquit. cap. 8. *Tanta inter semi-somnes consternatio exoritur, vt incomparabiliter plures mutuis vulneribus, quàm hostili ferro caderent: quod diuersæ linguæ homines eadem castra haberent: semel enim pauore confusi omnes obuios pro hostibus trucidabant.* Ioseph. Discordãtes lingua, sæpè sibi aduersãtur discordia. Dum linguis discordant, dum timoris tenebris obcæcantur, dum discordantes impetuntur, plures incomparabiliter domestico ferro cadunt trucidati, quàm gladio hostili perculsi.

308 Cùm Samaria durissima obsidione premeretur, illam inhabitabat Elisæus, qui tunc aperto ostio, vt qui in aperto posset viuere, cum senioribus non otiosè,

4. Reg. 6. v. 32. otiosè, etsi per otium agebat: *Eliseus sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.* Rex impius Elisæum de medio tollendum censuit, & qui sibi debuisset iratci, in Prophetam audax efferbuit, mortique damnauit, Proh miseram Rempublicã, vbi grauiori damno occurrebatur periculo, vbi vt sibi blandiretur odium, omnibus auferebatur remedium, vbi arma conuertebantur in proprios, cùm militare debuissent in aduersarios! Elisæus consilij non ignarus, ostium iussit præcludere, & studiosa solicitudine inuolantem prohibere: *Numquid scitis quod miserit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? Videte ergo cùm venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eum introire.* Quæramus cur Propheta, qui tot inter hostes ostio degebat aperto, modò etiam non sederit reserato? Cur timorem modò prodat claulum ostium, qui magnanimitatem antèà testabatur apertum? Tot hostium millia Prophetæ non persuaserunt abscondi, & vnus homo cogit latitare: *Claudite,* inquit, *ostium*: & iure; nam modò bellum erat cum conciue, cum eiusdem ciuitatis domestico; sed anteà cum extraneo, & virulento inimico, adeóque grauius non semel periculum vrget. dum aduersatur domesticus, quam si depugnet extraneus, vt Propheta non tam solicitè quæsierit munimen contra obsidentem, quàm procurarit contra conciuem: *Cur intulerit Propheta*, rogat Theodoretus quæst. 23. *Claudi ostium, & arceri eum, qui missus fuerat à rege.* Respondet: *Rex stolidus, æmulus patris & matris, animo spirante cædem iussit amputari caput Prophetæ.* Rex extraneus copiosa obsidione cingebat, proprius furore in Prophetam æstuabat, vtque docuerit grauius periculum imminere non semel à propriis, quam ab extraneis, se munit contra conciuem ostio clauso qui antea conuersabatur aperto.

Theodoret.

309 Genes. 25. v. 22. Iacob in materna vitæ officina cum fratre luctatur vti in arena: *Collidebantur in vtero eius paruuli*; & quamuis certaminis præmium tunc non fuerit assecutus, posteà non sine pia fraude à cæcutiente patre est adeptus: Etaü pij furti conscius sic excanduit, sic consanguinitatis vincula rupit, vt decreuerit fratrem de medio tollere, & furoris flammam sanguine effuso sedare: *Occidam Iacob fratrem meum.* Iacob non timidus, sed magnanimus fugam init, quando non erat minoris periculi in hoc certamine, quàm deuincì, superare. Posteà reuertendi in patriam luctator occurrit, manus conserunt, pectora iungunt, & Iacob vulnus accepit, non tamen adeò altum, vt viam prosequi non valeret: *Claudicabat pede.* Nonne vides in cum extraneo lucta solum accepisse plagam, cum, fratre irato, arripuisse oportuerit, ne cædem tolleret, fugam? A fratre verebatur occidi, quem à non fratre solùm contingit vulnerari: grauius illum periculum vrsit à domestico, non ita graue ab extraneo. Quod si Procopij opinio (cui non assentior) sit vera, luctatum scilicet fuisse cum diabolo, vires nostræ thesi non modicę adduntur, quando Iacob minus passus est à diabolo, plus à domestico. Adest Isidorus apud Glossam: *Iacob fugiens dolos fratris, relicta domo, patria, & parentibus vadit in regionem longinquam.* Plus illi timendum fuit à sæuiente fratre, quàm à luctatore dæmone: & ob id cum luctatore congreditur, & ob fratrem exterminatur. Adde quòd si ambitio ardenter inflammet, nulla consanguinitatis iura seruantur; imò cognationis, & concordiæ vincula disrumpuntur.

Genes. 32. v. 31.

Isidor.

Ioseph sine causa fratribus erat odiosus, & dum per somnium regem autumant, occidere studiosissimè anhelant: quod & opere expleuissent, ni Ruben in cisternam proiiciendum satis obnixè suaderet; lentiore morte ibi crediderunt consumẽdum, ob idque non detrectauere fratris cõsilium: veste denudant, & cisternæ auribus surdis amandant: *Nudauerunt eum tunica talari & polymita, miserúntque eum in cisternam veterem.* Pessimum consilium aliud improbum adæquè excepit, & cædens furor cupiditati pro notho Madianitis seruulum tradidit. *Vendiderunt eum Ismaëlitis.* Ductus in Ægyptum seruiebat, cúmque eius dominus ob mulieris commenta se iniuriis affectum existimaret, non induxit animum, vt occideret seruum, cùm induxerint fratres animum, vt necauerint fratrem: *His auditis Dominus & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde, tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur.* Non, vt textus innuit, carceri communi; sed pro regiis famulis digniori tradidit: non expoliauit veste, non spirauit cædem; in vincula conuecisse contentus est, & hoc quando animum exacerbabat iniuria, & furorem flabellabat offensa: plus periculi fuit Iosepho à fratribus, quàm à Domino: turgebant namque inuidentia, & ambitionis insania, eóque deuenerunt furore, vt nudarint, vt vinxerint, vt proiecerint, vt vendiderint. Adest Basilius Seleucienſis orat. 8. *Iosephi fratres vsque ad sanguinem contra somnia pugnantes mundinatione somnia ad effectum perducunt, & inclementes cognati sanguinis mundinatores constituti* Reddidetat rationem: *Fratres enim inuidentia percussi turgebant, neque nouam ex insomniis pueri felicitatem sustinebant; sed & vsque ad somnia inuidentia stimulum extendentes accepta occasione necem meditantur.* Fratres meditantur necem ob felicitatem somniatam; extraneus, & alioqui Dominus non meditatur necem ob sibi illatam, vt videbatur, iniuriam.

Genes. 37. v. 23.

Genes. 39. v. 19.

Seleucienſ.

310

§. LXXII.

in quem felicem timent, omnes fortuna aduersa iam audent.

311 Seneca. Circa infelices ingens solitudo est.

Frequentes amicorum turba circumsedet, aiebat Seneca epist. 9. *circa euersos ingens solitudo est.* Parum dixit. Aliquod euersis solatium esset ingens solitudo; verùm frequenter illos exagitat ausus, & diuexat olim timentium adsultus. Qui sua se potentia & felicitati tuebantur suspecti; si cadant, iam aguntur persecutionibus agitati: & qui perculsus metu accedere non audebat, iam inuersa sorte delere festinat: in miserum omnes audent non solùm validi; sed infirmi, & fit infortunatus omnibus præda, cùm fortunatus fuerit multis formidinis causa. Ecce dum Madian & Amalec florentissimis copiis exuberant, Hebræi timore percelluntur, nec manus cum illis conferere licere sibi arbitrantur: *Qui formidolosus, & timidus est*, inquit Gedeon, *reuertatur.* Quid tunc? *Reuersi sunt de populo viginti duo millia virorum.* Gedeon manus cum hoste conserit, & deuincit: cúmque iam facti fugam arriperent Madianitæ, plures Israëlitarum inuolant qui insectentur fugientes, persequantúrque

Digitized by Google

ſequantúrque trepidantes: *Conclamantes autem viri Iſraël de Nephthali, & Aſſer, & omni Manaſſe perſequebantur Madian.* Quærit Abulenſis an aliqui ex illis, qui perculſi timore diffugerant, fuerint fugientes perſecuti, & Madianitas vlulantes inſectati? Reſpondétque quæſt. 9. ex illis iam plures audacia inuolaſſe armatos, vt in Madianitas irruerent, & fugientes profligarent:

Abulenſ. *Fortè aliqui de iſtis redierunt ad pugnam contra Madian effugatis Madianitis: nam de Nephthali, Aſſer, & Manaſſe venerunt poſteà multi bellatores vt patet in littera.* Ecce perſequuntur euerſos audaciſſimi ipſi, qui nuper non accedebãt perterriti, dum ſpectauere floridos, ſunt reueriti, dum marcẽtes, perſecuti. Et quidem quòd Gedeonis tempore euenit, quotidie accidit. Dum diuitiæ ſuppetunt, dum felicitas arridet, dum dignitas floret, non ſolùm pluribus non inſultat audacia; ſed nec audet accedere reuerentia: ſi tamen ſors, vt omnia ſunt mutabilia, fuerit in contrarium verſa, iam vel timidiſſimi reſumunt animos, & conantur proculcare, quem olim comprobantur timere.

312 Aaron aureum vitulum conflat, & ſumptu ſuperbiſſimo dicat: altari reſplendentem omnes venerantur, & ad inſtar Numinis obſequuntur: *Hi*

Exod. 32. v. 4. *ſunt dij tui Iſraël*, clamant, *qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Moyſes Zelo religionis flagrans vitulum conterit, & iam redactum in puluerem potum dedit: *Contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſraël.* Ecce iam deglutiunt, iam exhauriunt, quem paulò antè exertis clamoribus prædicabant, & cui accedere exhorreſcebant. Et quæ diſcriminis cauſa eſt? Retulit textus: diteſcebat ante auro onuſtus, dignitate reſplendebat ornatus; modo iam conteritur imminutus, faſtigióque dignitatis mulctatus. Ergo vel ipſi adoratores iam deglutiunt, & qui olim veneratores, contemnunt. Antea vitulus habebatur vt Deus, & quod anteà Deus, iam deuoratur vt vitulus.

313 Philiſthæi in Iſraëlitas armati procero illo, & humanæ menſuræ metas excedente gigante ſe tuebantur, ſícque dum magnitudine illa altitudinéque reſplendent, omnibus timorem incutiunt, vt vel ſolo aſpectu terga verterint Iſraëlitæ, & muti, perterritíque ſine lucta ceſſerint palmæ, ſine contradictione victoriæ: *Omnes Iſraëlita cùm*

1. Reg. 17. v. 24. & 46. *vidiſſent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valdè. Et dixit vnus quiſpiam de Iſraël: Num vidiſtis virum hunc qui aſcendit: ad exprobrandum enim Iſraël aſcendit.* Iſraëlitæ probra deuorabant, & conuitia deglutiebant, ſícque pertimeſcebant magno potentique accedere, vt ſecum benè actum eſſe putarent, ſi poſſent fugam arripere. Hoc in ſtatu Iſraël erat, cùm Dauid gigantis carnes volatilibus promittit eſcam, beſtiiſque rapinam: *Percutiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera Philiſthiim hodie volatilibus cæli, & beſtiis terræ.* Quod vbi factum eſt, Iſraëlitæ Philiſthinos perſequuntur intrepidi, inſectantúrque moleſtiſſimi: *Perſecuti ſunt Philiſthæos:* nec ſolùm Philiſthæos perſequuntur Hebræi; ſed & roſtris auec diſcerpunt, & feræ ſe cadaueribus nutriunt.

Interlin. Iam quæ aues inuolarint ad Philiſthæos deuorandos, explicat Interlinearis: *Dabo cadauera caſtrorum Philiſthiim hodie volatilibus cæli, quæ iuxta vitam comedum ſementem.* Aues illæ, quæ ſemen ab hominibus conculcatum comederunt, ad Philiſthinorum caſtra inuolarunt: & qui dum magnitudine, potentiáque fruebantur, omnibus erant terrori iam verſa vice vngues patiuntur rapaces, & voraciſſimo ferarum dentes. O verum! Quàm dum floret potentia, dum faſtigium lucet, ſilentio premuntur iniuriæ! quàm elinguis inuenitur tolerantia! quàm ſine manibus exulat reſiſtentia; at ſi in contrarium vergat fortuna, omnes ad perſequendum feſtinant, & ad diripiendum volucres volant.

314 Nabuchodonoſor aureum conſtruit ſtatuam, quam omnes populi tribus, & linguæ adorauere proſtrati, adulandi ſtudio, aut vitandæ flammæ deſiderio: *Cadentes omnes populi, tribus, & linguæ* Dan. 3. v. 7. *adorauerunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex.* Non ſolùm ipſi; ſed vel eius ſimulacro exhibebant reuerentiam; imò certatim litabant hoſtiam. Tranſi modò ad caput 4. vbi procera illa planta ſæcuris ictibus repercuſſa imago fuit futurorum expreſſa: & ne conſcientia diſſimulans protelauerit occaſionem, aut affectaret neſcire mentita ſtragem, vigil verbis expreſſiſſimis declarauit: *Alligetur vinculo ferreo, & æreo* Dan. 4. v. 12. *in herbis, quæ foris ſunt.* Daniel ſententiam explicare aggreſſus ſic ait: *Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ peruenit ſuper Dominum meum regem: Eiicient te ab hominibus, & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua: & fœnum vt bos comedes & rore cæli infunderis. Septem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur excelſus ſuper regnum hominum.* Ea videtur, ſi aulam intrent, vel Prophetas obſcurauiſſe adulatio, vt Daniel dum pœnam à Deo inflictam aggreditur explicare, in ipſa videatur explicatione minuere, vt repetere poſſit Pſaltes: *Diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.* Si ſententia vigilis non ſolùm ait amœnitate priuandum, diſpoliandum fructibus, præciſis ramis minuendum; ſed & duriſſimis vinculis alligandum, quomodò Daniel vinculorum non agit mentionem, nec à quibus ſit vinciendus, ſubiecit? O opportunam nobis eruditionem! Propheta non tacuit vincula adulationi inſeruiens; ſed ſuperfluitatem explicationis præcidens: dum expulſum refert, otioſum videbatur explicare vinciendum, & ab ipſis olim adoratoribus illigandum: deiectionis erat veluti neceſſaria conſequentia vinculum, & vinculorum opprimẽs ferrum, qui olim venerabantur altitudine auríque nitore florentem vt Deum, eiectum vti ſtupidum deſpicient brutum, omni ſapientia & ratione vacuum, qui olim non ſolùm ei; ſed etiam à ſe erectis imaginibus humili veneratione plaudebant, deiecto iam procaciter inſultabant, reſtaurantes ignominioſiſſimis probris, quam obtulerant ambitioſis adorationem deliriis. Innuit Theodoretus Theodoret. orat. 4. *Ne propinquorum quidem cura potius eſt, cùm præſertim ipſi adeſſent vxor, liberi, & cognati; ſed inſtar feræ inculta loca peragrabat.* Cùm expulſus eſt, teſte Theodoreto, non carebat vxore, liberis & cognatis; ſed receſſerunt à deiecto, qui ambitioſè inſeruierant fortunatiſſimo. Addit: *Vt is, qui dementia & inſania, ac phrenetico morbo correptus erat, & corybantum more furore agitatus contra omnes rabie inſaniebat, neceſſariis vinculis conſtrictus fuerat.* Expende illud, *neceſſariis vinculis.* Vt noſcas cur Daniel non expreſſerit vincula, vtpotè calamitati neceſſariò annexa, & infortunij germana: vt enim ſiquis exoriturum Solem prænuntiet, opus non habet aërem declarare illuſtrandum: quia alterum alteri eſt conſequenter annexum; ita Propheta putauit relata iam ſine

relatione

relatione vincula, cùm prænunciauit infausta. Iam ille, qui prædicabatur, vtpote Deus ſapientiſſimus, habebatur phreneticus, iam declinabatur vt rabidus. Et quidem cùm vigil determinatis, vt apparet; perſonis deiectionem mandauerit: *Præcidite arborem*; à quibus fuerit vinciendus, in ſuſpenſo reliquit: *Alligetur vinculo ferreo & æreo*: quia contra felicem nullus niſi præcepto vrgente armaretur, cum deiectum reculare vincere nullus. *Alligetur*: à quo Sanè ab omnibus omnes enim deiecto inſultant, & calamitoſo calamitatem ſtudioſiſſimè adaggerant.

§. LXXIII.

Is plauſibilior eſt triumphus, vbi inimicus non arripuit fugam; ſed tulit pœnam.

315 TRiumphus de aduerſariorum ſtrage exoritur, & fractis eorum viribus vegetatur: inuictæ fortitudini fugientis timor blanditur, quando gloriosa ſunt roboris teſtimonia, inflicta tergoribus vulnera. Verùm non adeò reſplenduit victoria, ſi hoſti etſi indecora auxilietur fuga, ſi licèt vulneratus diſceſſit, ſi inſequentis votum eluſit quandoquidem magis videtur hoc certaminis interſtitium, quàm de aduerſario trophæum: vires aliquando ſubductus poteſt colligere, & periculum iterùm victori creare: ſatis non eſt, ſi ad mores præcipuè referas hoſtes abegiſſe; ſed oportet omni ſtudio, omnique labore deleuiſſe. Tutus eris ſine aduerſario: at ſi diſtet, nondum ſecurus: non tantùm leuiganda, aut deprimenda; ſed abolenda penitus ſunt vitia, & eorum effugia ſtudioſiſſimè præcludenda, ne iterum dubia inſtauratint certamina: varius eſt euentus belli: qui de genu pugnabat, ipſo aliquando diſcrimine inflammatus exaſtit, & propriæ vitæ diſpendio hoſtem interemit. Opportunè Seneca lib. 1. de clementia cap. 12. *Aſſidua & acer* (timor) *& extrema admouens in audaciam iacentes excitat, & omnia experiri ſuadet. Sic feras lineis, & pinna clauſas contineas, eaſdem à tergo eques telis inceſſat, tentabunt fugam per ipſa quæ fugerant, proculcabúntque formidinem: a errima virtus eſt, quam vltima neceſſitas exundat.* Tum fugienti nulla ſpes relinquitur, iam non ſibi fugam; ſed per ipſa quæ fugerat, parat victoriam: obuio pectore excipere fortunam aggreditur, nec ſemel audax ipſa temeritate iuuatur. Itaque non relucet plenè triumphus de aduerſariorum matura fuga; ſed de eorum ſtrage nunquam reparanda. Aſaël à fugiente occiditur, Ioſuë fuga incautos hoſtes incendit: neceſſumeſt, ſi eſſe poſſit, ſine hoſte viuere, vt queas pacatè degere. Adeſt huius veritatis Gedeō diſertiſſimus teſtis: nam cùm immiſſo Domini terrore Madianitarum copiæ ſe fugæ præcipiti commendarent, ſtrenuus dux Ephraimitas iuſſit Iordanis vada præcludere, ne ſuperſtites auxilio fugæ manerent, & iterum contra Iſraëlitas inſurgerēt: *Miſit Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicēs: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Bethbera, atque Iordanem. Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanem vſque Bathbera, apprehenſóſque duos viros Madian Horeb, & Zéeb interfecit, Horeb in petra Horeb, Zéeb verò in torculari Zéeb.* Adeſt Caietanus hic: *Iſtis demandata eſt ſpecialis cura præueniendi tranſitus aquarum, ne euadere poſſent Madianitæ.* Satis non fuit inimicos fugare; ſed oportuit prorſus delere, ne ſuperſtites iterum periculum Iſraelitis aſciſcerent, & animos periculo ſuſpenſos ſemper percellerent. *Gedeon perſecutus eſt vltra Iordanem alios duos Reges*, addit Caietanus, *& victoriam habuit integram.* Ecce victoriam integram, Gedeonem ſcilicet non quieuiſſe aduerſariorum fuga; ſed præcluſis effugiis detriuiſſe conſtantia.

Seneca, Acer timor vltima remedia expetiri ſuadet.

Caietan.

Cùm Iſraël truculentiſſimæ beſtiæ euaſiſſet tyrannidem, ad maris littora feſtinus peruenit; verùm cùm nullæ eſſent naues, nulla ad transfretandum ſubſidia, cúmque hoſtis diro mucrone inſiſteret, & ſibi de victoria illuſus iam plauderet, ad fortiſſima recurrit arma periculo perſuaſus Hebræus, Deum inuocat, & iam vbi præſentariæ exitum mortis expauit, obſequium parentes fluctus inuenit: vndæ dextera, læuáque prudenti ſtupore frænatæ vitreo conſtipabantur in muros, & ſicco veſtigio incedebat per maria Hebræus; verùm hoſtis ratus eamdem ſibi futuram viam, geminatis cupiditatis & ambitionis calcaribus exagitatus ingreditur: & agnouit tardè infelix Hebræis cælitus adeſſe auxilium, & ſibi ſuiſque imminere naufragium pedem efferre ſatagebat, effugere ſi poſſet, contentus; verùm iubet Deus aquas rapido impetu antiquum curſum tenere, & ad naufragium fugienti occurrere: *Fugientibus Ægyptiis occurrerunt aqua, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.* Hucúſque plenus non reſplenduerat triumphus, effloruit tamen modo futuris ſæculis decantandus. Profectò ſi Ægyptius fugæ præſidio ſe ſubduxiſſet, licèt Iſraëlita immeabili mari ſepararetur, nec ſolicitaretur periculis, copioſis nō ditaretur trophæis; at dum via cum perſecutore deletur, & victoria integra reportatur. Adeſt Zeno Veronenſis ſermone 5. de Exodo: *Maria cum mulieribus tympanum quatit, hymnus canitur, Dei populus liberatur, reſoluuiſque vndis via cum perſecutore deletur.* Multa corruſcauere miracula, multa pro Hebræis cælitùs aſtiterunt auxilia; verùm nec Maria tympanum quatiebat, nec triumphi gloriam cantabat; at dum vndis perſecutor traditur, iam triumphus plenus habetur: *Cantemus Domino*, aiebat, *gloriosè enim magnificatus eſt: equum, & aſcenſorem eius deiecit in mare.* Cum hoſte quantumuis diſtanti, cum aduerſario etſi miraculis percuſſo, ſuperſtite triumphus non canitur; conclamatur tamen dum vorticibus ſepelitur. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 9. *Ibi grando cum igne conferta ruebat, & quæ ab ingenio diſcordant: ita præter naturam concordabant, vt naturalem diſcordiam contra Ægyptios verterent. Ibi mors primatum primogenitos non ſine dolore depaſcebatur, & natorum ordo fiebat ad imperium mortis. Nec verò iſtius vindictæ curſus antè potuit abrumpi, quàm virga percuſſum mare his iter, illis ſepulchrum fuerit, & mare continentis inſtar viam Abrahamitis aperuerit, ceteros fluctus hauſerim.* Vindictæ curſus celebri coronatur victoria, quando deleta prorſus ſepelitur audacia: vt hinc diſcas vitia non ſolùm fugare; ſed interimere, quandoquidem fugata iterum redeunt, & fugantem non ſine periculo inuadunt.

316

Exod. 14. v. 27.

Zeno.

Exod. 15. v. 21.

Seleucienſis.

Ioſuë laceſſitus in campum acies producit; bellum erat non ſolùm pro Gabaonitis tuendis; ſed pro religione firmanda; verùm cùm hinc inde

317

depræliatum

deprælìatum eſſet, cederétque in partes Ioſuë triumphus, Soli tunc ad occaſum vergenti, audaci ad ſpeciem imperio, ſed reuera pietatis ac religionis Zelo fulgenti ſtationem indixit, extemplo paruit, radiósque continuit. O quàm vnicus fuit Ioſuë, qui breue ad laborandum pro virtutibus tempus exiſtimaret, & vt amplius laboraret, produceret, quando ferè omnes dicandum virtuti tempus arbitrantur prolixum; imò & fugiunt vt faſtidioſum. Ergo, vt dicebam, reges eorum copiis fractis ad ſpelæi tenebroſi confugiunt latibula, rati tenebras ſibi futuras auxilio, vt ſe ſubducere poſſent minaci ferro. *Fugerant quinque Reges, & ſe abſconderant in ſpelunca vrbis Maceda: nunciatúmque eſt Ioſuë quòd inuenti eſſent quinque Reges latentes in ſpelunca vrbis Maceda, qui præcepit ſociis, & ait, Voluite ſaxa ingentia ad os ſpelunce, & ponite viros induſtrios, qui clauſos cuſtodiant.* Ioſuë 10. v. 16.

Curæ fuit ſtrenuiſſimo Duci effugia hoſtibus præcludere, nec contentus eſt illos terga vertere compuliſſe; ſed ſtuduit vitâ multâſſe. Audi quid conſulat ſociis: *Cùm educti eſſent ad eum, vocauit omnes viros Iſrael, & ait ad Principes exercitus, qui ſecum erant: Ite & ponite pedes ſuper colla regum iſtorum.* Addit textus: *Percuſſitque Ioſuë & interfecit eos, atque ſuſpendi ſuper quinque ſtipites, fuerúntque ſuſpenſi vſque ad veſperum, cúmque occumberet Sol, præcepit ſociis, vt deponerent eos de patibulis.* Ecce quouſque intetempti hoſtes perirent, Sol non vergebat ad occaſum: nec enim plena adhuc erat victoria dum aduerſariis fauebat fuga. Sol ſolito tenore ad occaſum non acceſſit fugienti hoſte; ſed affixo iam duro ſtipiti, vt omnibus conſtet non eſſe victoriã integram hoſtem fugaſſe; ſed penitus detriuiſſe. *Hoc quaſi crudele culpatur,* ſcribit Origenes hom. Origen. 11. in Ioſuë, *quod ait Ieſus: Ponite pedes veſtros ſuper colla eorum, & interficite eos; ſed hoc non crudelitas; ſed humanitas, & benignitas inuenitur. Vtinam & tu ponas pedes tuos ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & conculces draconem & regulum qui aliquando in te regnauit, vt omnibus interemptis, qui regnabant in te opere peccati, ſolus in te regnet Ieſus.* Ioſuë Domini figuram gerens cumulatiori triumpho refulget, dum inimicus prorſus interit: nam ſuperſtes bellum aliquando quiuerit inſtaurare, & quam arripuerat fugam, auſibus temerariis delere. Os ſpeluncæ prægrandi ſaxo præcluditur, ne liceat fugere, & producti conterruntur reges, ne poſſint viuere. Diſce ergo in Ioſuë victoria, ſpiritualis prælij figurâ, quam oporteat cæli lucem tibi orationibus auxiliarem aſciſcere, quàm expediat hoſtes audacter impetere, & crudelitate piiſſima trucidare.

§. LXXIV.

Adæquè celebrandum nomen excudit iuſta delinquentium punitio, & prouida miſerorum protectio.

318 VT modico fermento tota maſſa corrumpitur, eiuſque ſapore commaculatur, ita ſontibus turbatur pax, perit tranquillitas, iucunditas exulat, dum oportet cautelam anxiis ſemper laborare vigiliis, vt inſolentis audaciæ, & audacis inſolentiæ prouidenter occurrere auſis. Grande Reipublicæ beneficium impendit, qui turbulentos abſcindit. Et quidem vti noxiis ramis docta falce truncatis pullulare ſolent florentes, qui pompam arboris mirè augeant, & antiquam ignominiam depellant: ita Reſpublica floret mongeris, ſi amputentur rationabili falce peruerſi: *Naturam retinentes fœtus arborei*, aiebat Caſſiodorus l. var. 12. *pullularunt iterum accenter abſciſſi.* Caſſiodor. Addit poſt pauca iudicem exemplo arboris inſtructum allocutus: *Eſto innocentiæ templum, temperantiæ ſacrarium, ara iuſtitiæ:* Iudex ſit ara iuſtitiæ. itaque iuſtitia conſtructa ara floret, ſi æquitatis euerſores mactentur, quando adæquè nobile ſacrificium eſt nocens vltrici iuſtitiæ gladio peremptus, ac innocens aſſeruatus. Principem commendat clementia, rationis legibus temperata; ſed & ſeueritas inſolentiæ ſemper aduerſa. Dum auferuntur ſcandala, dum extinguuntur delicta, dum frænatur temeritatis audacia, nomen ſibi immortale gubernator acquirit, & de cunctorum tranquillitate famam adauget. Sol ſibi conciliat plauſum, dum tortuoſum colubrum imis in antris delitéſcere cogit, & agricolam ad excolendam tellurem ſecurè exire concedit. Gedeon illato Madianitis bello illorum Principes Horeb & Zéeb Ephraimitarum auxilio cepit, qui occiſi nomina ſupplicij locis dederunt, & ſanguine fuſo nobiliarunt: *Apprehenſos duos viros Madian Horeb & Zéeb interfecit, Horeb in petra Horeb, Zéeb verò in torculari Zéeb.* Caietanus ſolito acumine aduertit eodem nomine vocatam petram illam, quæ in cryſtallinos liquata latices populi ſitim reſtinxit, & hanc quæ Horeb ſitienti ore cruorem hauſit: *Ego ſtabo ibi coram te ſupra petram Horeb*, aiebat Dominus, *percutiéſque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus.* Exod. 17. v. 6. Hæc qua capite truncatur Horeb, eodem nomine petra nobilitatur, vt noueris adæquè nobile nomen lapidi indidiſſe cædem, & extinctam cryſtallinis laticibus ſitim. Adeſt Caietanus: *Non eſt iſta petra Choreb, ex qua Moyſes eduxit aquas in deſerto; ſed eſt quædam petra in terra promiſſionis denominata petra Horeb à cæde regis ibidem.* Caietan. Indelebile ſæculorum dentibus nomen exculpſit in rupe laticibus ſcatente miſericordia; ſed nec diſſimile in ſaxo ſculpſit iuſtitia: vt noueris adæquè celebrandum nomen excudi de miſerorum auxilio, & de flagitioſorum tormento.

Mirabar diuinam Sapientiam poſt cæleſte culmen, nubis thronum, quo inſederat, oſtentantem: *Ego in altiſſimis habitaui, & thronus meus in columna nubis.* Ecclc. 24. v. 7. Quid throno nubis cum cæli faſtigio! Profectò regia cælorum habitatio ſapientia digna, vt quæ vel exterius miris ſtellarum floribus oculos intuentium non ſine voluptate paſcat, quæ argenteis Lunæ ſplendoribus illuceſcat, quæque Solaribus radiis refulgeat; at nubes licèt aliqua ex parte lumine inſerto radiarit, alia denſiſſimis tenebris obſcurata delituit, teſtante Scriptura: *Erat nubes tenebroſa & illuminans noctem.* Exod. 14. v. 20. Ad hæc quid acribus ventorum flatibus expoſitæ nubeculæ cum columnæ firmitate? Quomodò ergo nubes temporum adſultibus impetita, & caliginibus ad ſpeciem deturpata potuit eſſe inquilini aut habitationis gloria? Profectò quod huius columnæ laudem videbatur minuere, conſtat, ſi perpendas æqui iudicij ponderibus, adaugere. Repetamus hiſtoriam. Iſraëlitæ refractarij olim iugo Pharaonis oppreſſi tandem non ſine miraculorum ſumptu vincula diſruperunt: Deo duce per medios

319

vndarum

vndarum vortice ſicco veſtigio incedebant, & vnda labile obliuiſcebatur ingenium, vt debitum virtuti exhiberet officium. Tunc Pharao nondum tot flagellis benè eruditus, ac temeritatis metas progreſſus confuſis ſe vorticum voluminibus tradidit, ratus infelix marinos fluctus non diſſimile potentiæ exhibituros officium ac virtuti præſtiterunt obſequium; at nubes cupiditate obcæcatum externis etiam caliginum catenis vinxit, & qua Hebræi intrepido veſtigio tenderent, viam luminibus blandis aperuit. Adeſt Lyra: *Erat nubes tenebroſa ex parte Ægyptiorum, & illuminans noctem ex parte Hebræorum.* Dum nubes miſeris præſtat auxilium, & audaces tradit naufragio, firmiſſima aduerſus varios fortunæ vultus conſiſtit, & Deo thronum digniſſimum præbet. Nec minus commendatur ſolium de caligine refractarios inſolenteſque vinciente, quàm de lumine iuſtis ſolamen præſtante.

Lyra.

330 Genes. 19. v. 1. Qui apud Abrahamum homines, apud Sodomam iam Angeli: *Venerunt*, inquit, *duo Angeli Sodomam veſpere.* Cur non vnicus; ſed duo Sodomam tetenderint Angeli, quærunt interpretes. Lyra putat vnum Angelum ad inferenda ſupplicia legatum, alium ad Lothi conſolationem ac tutamen miſſum: *Venerunt duo Angeli*, inquit, *vnus ad ſubuertendum pœriam, alius ad liberandum Loth, & eius familiam.* Profectò inæquali honore Angeli donantur, quando nobilius & honoratius munus vibebatur beneficia Lotho conferre, quàm allatis de cælo eluctantibus flammis Sodomitas ſuis ipſorum fauillis miſerrimè ſepelire. Ergo alter Angelus alteri non comparetur, quando munere non adeò nobili fungitur? O vtilem Principibus eruditionem! vterque Angelus æquali dignitate gloriatur, & adæquè glorioſo munere fungitur: nec enim minus laudabile eſt digna ſupplicia irrogare peruerſis, quàm auxilia opportuna præſtare iuſtis: æquali honoris miniſterio delegantur, & æquali Angelorum honore, & dignitate fruuntur: nam ſi alter iuſtum perduxit ad portum, alter ſalacibus aſportauit incendium.

Lyra.

331 Dauid aut Moyſes, vt aliis placet, vt diuinæ prouidentiæ tueretur cauſam, hominibus incorruptam niſus eſt explicare iuſtitiam, & antequam Pſalmum exordiatur, hunc illi præfixit titulum: *Pſalmus Dauid quarta Sabbathi*, id eſt, die Mercurij inter ſeptimanæ dies quarto, quo Deus firmamento luminaria inſeruit, & terram calore fouit: *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti, & ſtellas, & poſuit eas in firmamento cæli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus.* Itaque die quarto ab exordio magna à Deo conſtat hominibus præſtita beneficia. Ergo eodem die vltionum decoratur titulis vt omnem iniquis ſuſpicionem depulerit animis. Audi iam Pſalmum: *Deus vltionum Dominus, Deus vltionum liberè egit.* Bis vltionem repetit, vt æquitatis ac regiminis cauſam curet: nec enim magis ad optimi iudicis, gubernatoriſque gloriam conducunt tot hominibus delargita beneficia, ac ſupplicia digniſſimè ſontibus irrogata. Adeſt Incognitus: *Error erat quòd Deus non regit iſta inferiora, neque de illis curat: quia cùm Deus ſit ſummæ ſapientiæ ac poteſtatis, & ſummè bonus, ſi iſta gubernaret, in iſtis inferioribus nihil inordinatum fieret.* Addit: *Iſta autem inferiora multipliciter variantur, & in illis multa mala contingunt, vt homicidia, furta*, &c. Subiungit poſt pauca: *Oſtendit primò Deum malorum eſſe punitorem, ſecundò ipſum cunctorum eſſe cognitorem, tertiò ipſum eſſe bonorum præmiatorem.* Quia, vt Tertullianus lib. de patient. cap. 2. ingeniosè ſcribebat, ſua Deus ſibi patientia detrahere videbatur, opus fuit fulgere iuſtæ punitionis gloria, & æquitatis radiare fama. Audi Tertullianum: *Sua ſibi patientia detrahit: plures enim Dominum idcirco non credunt: quia ſæculo iratum tamdiu neſciunt.* Oportebat ergo facere nomen ſibi iuſtis punitionibus, vt munificis fecerat largitatibus: ergo eodem die & artifex dicitur luminarium, & Dominus appellatur vltionum: quia minus non erat iniquos ſupplicijs terere, quàm inualidos cæli luminibus recreare.

Genes. 1. v. 16.

Incognit.

Tertullian.

CAPVT OCTAVVM.

VERS. 1. DIXERVNTQVE ad eum viri Ephraïm: Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian, iurgantes fortiter,& prope vim inferentes? 2. Quibus ille reſpondit: Quid enim tale facere potuit, quale vos feciſtis? nonne melior eſt racemus Ephraim vindemiis Abiezer? 3. In manus veſtras Dominus tradidit Principes Madian, Oreb, & Zeb: quid tale facere potuit quale, vos feciſtis? Quòd cùm locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum. 4. Cúmque veniſſet Gedeon ad Iordanem, tranſiuit eum cum trecentis viris, qui ſecum erant, & præ laſſitudine fugientes proſequi non poterant. 5. Dixitque ad viros Socoth: Date, obſecro, panes populo, qui mecum eſt, quia valde defecerunt, vt poſſimus perſequi Zebee & Salmana reges Madian. 6. Reſponderunt principes Socoth: Forſitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas, vt demus exercitui tuo panes. 7. Quibus ille ait: Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti. 8. Et inde conſcendens venit in Phanuël: locutúſque eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui & illi reſponderunt; ſicut reſponderant viri Socoth. 9. Dixit, itaque & eis: Cùm reuerſus fuero victor in pace, deſtruam turrim hanc. 10. Zebee autem, & Salmana requieſcebant cum omni exercitu ſuo. Quindecim enim millia viri remanſerant ex omnibus turmis Orientalium populorum cæſis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium. 11. Aſcendénſque Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur, ad Orientalem partem Nobe,& Iegbaa, percuſſit caſtra hoſtium, qui ſecuri erant, & nihil aduerſi ſuſpicabantur. 12. Fugerúntque Zebee & Salmana, quos perſequens Gedeon comprehendit turbato omni exercitu eorum. 13. Reuerténſque de bello ante Solis ortum 14. Apprehendit puerum de viris Socoth: interrogauitque eum nomina principum, & ſeniorum Socoth, & deſcripſit ſeptuaginta ſeptem viros. 15. Venítque ad Socoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana, ſuper quibus exprobraſtis mihi, dicentes: Forſitan manus Zebee & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas, vt demus viris, qui laſſi ſunt, & defecerunt, panes. 16. Tulit ergo ſeniores ciuitatis & ſpinas deſerti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth. 17. Turrim quoque Phanuël ſubuertit, occiſis habitatoribus ciuitatis. 18. Dixitque ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor? Qui reſponderunt: Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius regis. 19. Quibus ille reſpondit: Fratres mei fuerunt filij matris meæ: viuit Dominus, quia ſi ſeruâſſetis eos, non vos occiderent. 20. Dixítque Iether primogenito ſuo: Surge & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat, quia adhuc puer erat. 21. Dixerúntque Zebee, & Salmana: Tu ſurge & irrue in nos, quia iuxta ætatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari ſolent. 22. Dixerúntque omnes viri Iſraël ad Gedeon: Dominare noſtri tu, & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian. 23. Quibus ille ait: Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus; ſed dominabitur vobis Dominus. 24. Dixítque ad eos: vnam petitionem poſtulo à vobis: Date mihi inaures ex præda veſtra. Inaures enim

aureas

aureas Iſmaëlitæ habere conſueuerant. 25. Qui reſponderunt : Libentiſſimè dabimus. Expandentéſque ſuper terram pallium proiecerunt in eo inaures de præda. 26. Et fuit pondus poſtulatarum inaurium mille ſeptingenti auri ſicli, abſque ornamentis, & monilibus & veſte purpurea, quibus reges Madian vti ſoliti erant, & præter torques aureas camelorum. 27. Fectique ex eo Gedeon Ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephra. Fornicatúſque eſt omnis Iſraël in eo, & factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam. 28. Humiliatus eſt autem Madian coram filiis Iſraël, nec potuerunt vltra ceruices eleuare; ſed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit. 29. Abiit itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo ſua, 30. habuitque ſeptuaginta filios, qui egreſſi ſunt de femore eius: eò quod plures habebat vxores. 31. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech. 32. Mortuúſque eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Eri. 33. Poſtquam autem mortuus eſt Gedeon, auerſi ſunt filij Iſraël, & fornicati ſunt cum Baalim, Percuſſerúntque cum Baal fœdus, vt eſſet eis in deum: 34. nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorum ſuorum omnium per circuitum. 35. nec fecerũt miſericordiam cum domo Ierobaal Gedeon, iuxta omnia bona, quæ fecerat Iſraëli.

§. I.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 1. Dixerunt ad eum viri Ephraim: Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & prope vim inferentes.

1 CVm Gedeon detritis iam hoſtibus miro ac ſæculis decantando triumpho ſplendeſceret, ob ipſum triumphum liuore ſuperbiáque Ephraitarum furente non leuius periculum, bellúmque ſubiit. Vt repetere poſſit Baſilius Seleucienſis, quod de Dauide otat. 16. Exitus victoriæ fuit inuidia, periculum cædíſque meditatio: nam cùm Ephraitæ olim Manaſſæis præpoſiti, & ex ſe ſatis ſuperbi, ac denuò duorum regum cæde acriùs ac viuidiùs elati Gedeonem grauiter incuſant, quod eos ſtudioſè præterierit, aut nimio ſibi ſuíſque acquirendi gloriam deſiderio, aut iniurio deſpiciendi illos ſtudio. Itaque licèt Gedeon omnia ex diuina inſtitutione peregerit, vt ingenium hominum eſt, in deteriorem partem aliorum facta detorquere, & iniquis ſuſpicionibus obſcurare, iniuriæ ſibi factæ querelam inſtituunt, iactabundi quod ſi aſciti fuiſſent ipſi ſoli bellum conficerent, operámque præſtantiorem cæteris nauarent: in cuius opinionis argumentum publicè oſtentabant occiſorum regum capita, quos gloriantes etſi poſtremi, nec ad pugnam cum cæteris aſciti occiderant, finem bello imponentes, & victoriã conſummantes Ephraitas ad iurgium impulit ſuperba de ſe præſumptio, & rabida Gedeonis gloriæ æmulatio. Verè de his repetere poſſet Seneca, quod lib. 2. de Benef. cap. 36. *Videndum eſt nunc quid maximè faciat ingratos: aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati vitium ſe ſuáque mirandi, aut auditas, & inuidia. Incipiamus à primo: nemo non benignus eſt ſui iudex: inde eſt, vt omnia meruiſſe ſe exiſtimet, & in ſolutum accipiat, nec ſatis ſuo pretioſe æſtimatum putet,* Seneca.

Benigniſſimi erant ſui iudices Ephraitæ, dúmque ſe cæteris exiſtimabant iure præferendos, grandi probro duxerant prætermiſſos: vnde ſedatiſſimam in Gedeonem contentionem parabant: nec ſolùm verbo; ſed ſupercilio etiam, & opere: quod clarius Septuaginta expreſſerunt. *Iurgabant aduerſus eum fortiter:* adſtipulatur Chaldæus: *Diſceptantes cum eo in fortitudine.* Septuag. Chald.

Verſ. 2. Quibus ille reſpondit: Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? Nonne melior eſt racemus Ephraim vindemiis Abiezer?

Naucleri ſapientia de ſubactis ventis, procelliſque eluſis mirè reſplendet, tranquilitate non adeò micat: ergo Gedeon, qui hoſtes impetens alacrem oſtenderat animi conſtantiam, eximiam modò commendauit prudentiam: vt repetat datus iam Baſilius: *Rectoris virtutem non prodit tranquillitas neque qui fertur in puppim ventus, & inſtar alarum nauigium tranſmittit; ſed cùm ventorum impetus, & undarum eruptiones atque inſultus ferunt: cum contra nauem ſurgit mare, tunc penitus rectoris eniteſcunt artes, tunc ſolertia tempeſtatis violentiam palam vincit.* Inuidiæ, tumoríque eruptiones ſedauit Gedeonis ſolertia & quia morbi nouerat cauſam adhibuit efficaciſſimam medecinam, ſe videlicet non abiectè, ſed humiliter ſubmittendo, & Ephraitas dilaudando: Loco illius: *Nonne melior eſt racemus Ephraim*, &c. ſic Chaldæus: *Nonne boni debiles domus Ephraim à fortibus Abiezer?* Se demiſit, illos extulit, & blandis verbis placauit. *Vidit*, inquit, Abulenſis quæſt. 3. *quod Ephraita ſolùm tumultuabantur deſiderio honoris, & præ inuidia honoris, quem videbantur accepiſſe Manaſſita: ideò vt quieſceret ſpiritus eorum, aſcripſit eis honorem* Cur Abiezer familiæ potiùſquam aliis Ephraitas contulerit, quærunt Interpretes, reſpondéntque ea ſe prudentia geſſiſſe, vt Manaſſæos non exaſperarit, dũ Ephraitas placare molitus eſt: prætulit Ephraitas ſibi, domique ſuæ, non cæteris: erat namque ipſe ex familia Abiezer: dum cæteris: non, antefert, cæteros non exaſperat, dum ſe ſuóſque poſtponit, furentes mitigat, nec timuit ſapientiſſimus dux ſuos poſtponere, vt qui noſſet hoc non grauiter laturos 2 Chald. Abulenſ.

eius amore, præcipuè cùm viderint hoc oportere ad imminentia iurgia vitanda, non ad ipſorum præconia minuenda: *Ipſe erat*, ſcribit Caietanus, *ex progenie Abiezer*. Clarius Abulenſ. q. 6. *Nominauit iſtam familiam, & non totam domum Manaſſe, ne videretur grauare familias alias Manaſſe ſubiiciendo illas in laude Ephraitis; contra ſuam autem familiam confidenter loquebatur, putans quòd ex hoc non grauarentur.*

Caietan. Abulenſ.

Verſ. 3. In manus veſtras Dominus tradidit principes Madian Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cùm locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.

3 Dum repetit Ephraitarum laudes, factáque deprædicat, ſicque exaſperatos illorum demulcet animos, vt iam ardor iracundiæ deferbuerit, & placatis animis pro iracundia ſucceſſerit concordia, & pro æmulatione amicitia; comitas & prudentia ciuile bellum abegit: quod ſi aliter ſe gereret fuſo contribulium ſanguine reportatam de hoſtibus gloriam ſine dubio cruentaret, & partam laudem minueret. *His verbis*, inquit Ioſephus 5. antiq. cap. 8. *ſedata eorum irâ non minus profuit Hebræis, quàm rebus proſperè geſtis: obſtitit enim, ne ciuile bellum exoriretur.* Itaque duplici lauro Gedeon coronatus eſt, bello ſcilicet confecto, & certamine impedito. Repetere poſſet Virgilius, quod de viro graui ac prudenti ignobile ac ſeditioſum vulgus ſedanti ſcripſit:

Ioſeph.

Virgil.

Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

Verſ. 4. Cúmque veniſſet Gedeon ad Iordanem, tranſiuit eum cum trecentis viris, qui ſecum erant, & præ laſſitudine fugientes perſequi non poterant.

Verſ. 5. Dixítque ad viros Socoth: Date, obſecro, panes populo, qui mecum eſt, quia valde defecerunt: vt poſſimus perſequi Zebee & Salmana reges Madian.

4 Etſi Gedeon cibaria pro militibus prouidenter aſſumpſerit, cùm milites totam noctem in laboribus, vigilijs, perſonandiſque buccinis, & clamoribus poſuiſſent, ac perpetuo ad inſectandum hoſtes curſu vehementer laſſati, ac defatigati eſſent, oportebat eos delicatiori, aut ſapidiori pane reficere nouiſque vires ad inſiſtendum labori procreare: habebant cibaria; ſed forte duriora, auſterioráque, quæ labor tunc faſtidiebat. Hiſpanè dicitur *Pan de municion*. Ergo à Sochotanis obnixè petiuit delicatiora alimenta, quibus milites reſumerent animũ, reſumptóq; perſequerẽtur perniciori curſuini micũ. Socoth vrbs eſt vltra Iordanẽ in ſorte Gad volunt interpretari *Scena*, ſeu *Tabernacula*: ex tabernaculo eo loco à Iacobo fixo, dum gratiam offenſi anteà fratris exquireret. Pagninus vertit: *Date obſecro tortas panis populo.* Cauſam alimenta petendi explicuit, & quo Socothanos magis alliceret, magni eſſe momenti declarauit, ſcilicet comprehendere Madianitarum reges, qui ſi euaderẽt, iterum bellum inſtaurare, & nouis Iſraëlitas diſcriminibus quirent affligere.

Pagnin.

Verſ. 6. Reſponderunt principes Socoth: Forſitan palmæ manuum Zebee, & Salmana in manu tua ſunt, & idcirco poſtulas, vt demus exercitui tuo panes.

Verſ. 7. Quibus ille ait: Cùm ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, conteram carnes veſtras cum ſpinis, tribuliſque deſerti.

Septuaginta vertunt: *Numquid manus Zébee & Salmana nunc in manu tua: quia dabimus virtuti tuæ panes? Et dixit Gedeon: propter hoc in dando Dominus Zebee & Salmana in manu mea: & ego triturabo carnes veſtras in ſpinis deſerti, & in Barcenim.* Socothani vrbana adeo petitione rogati tẽ, vt videtur, detulerunt ad principes, qui cùm debuiſſent non ſolùm commeatus præbere, ſed arma, & quidquid opus eſſet ad reportandum de adeò infenſis hoſtibus triumphum, adminiſtrare, duros & inciuiles ſe præbuerunt, nec quid è Reipublicæ commodo eſſet, ſpectarunt; ſed conſultatione inita alimenta denegarunt, & ſub ſpecie Socothanis conſulendi, ciuitatémque non depauperãdi, duplici obiecerunt diſcrimini. Vt repulſam colorarent, aiebant reges nondum captos; imò Iordane iam tranſiiſſo vlteriùs auolaſſe, vnde ipſos perſequi nullatenus erat commodum; ſed prorſus euanidum: ob idque alimenta præbere militibus nil aliud eſſe, quàm profundere ac perdere. Gedeon reſponſione exaſperatus aſſeruit iniuriam illam nullatenus fore inultam, etſi tantiſper in opportunis tempus differretur vindicta, & digna inurbanitatis pœna: & ne, quali ſupplicio puniendi eſſent, ignoratint, explicuit, nempe principum carnes triturandas, ac tribulis, & ſpinis duriſſimis referiendas.

5 Septuag.

Verſ. 8. Et inde conſcendens venit in Phanuël, locutúſque eſt ad viros loci illius ſimilia. Cui & illi reſponderunt, ſicut reſponderant viri Socoth.

Verſ. 9. Dixit itaque & eis: Cùm reuerſus fuero victor in pace, deſtruam turrim hanc.

Phanuël locum eſſe vbi Iacob cum Angelo luctatus eſt, notat Caietanus Toſtatus q. 10. addit nõ ſolùm Phanuelitas panem denegaſſe; ſed Gedeonem etiam irriſiſſe: *Neganerunt dare cibos & irriſerunt Gedeonem.* Par culpa non diſſimilem requirebat pœnam, cúmque Gedeonis minas nihili facerent, cùm turrim in ſui defenſionem haberent, Gedeon euertendam turrim, & adimplendam iterum promiſit ſententiam.

6 Abulenſ.

§. II.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 10. Zebee autẽ & Salmana requieſcebant cum omni exercitu ſuo: quindecim enim millia viri remanſerant ex omnibus turmis orientalium populorũ, cæſis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium.

Duo

Digitized by Google

7 Duo reges, qui fugâ sibi consuluerant, vbi spiritum relumere post grauissimam illam nocturnâ cladem tantulùm licuit, videntur nonnullos fugæ etiâ hostilibus ereptos manibus in militaris stationis, exercitúlque formam compoluisse, quò sic cómodiùs, & securiùs procedere vlteriùs possent: neque enim cogitabant bellum redintegrare; sed quantocyùs ad sua redire. Ergo locus, ad quem cófluxerant, *Karkor*, vt in radice legitur, vocabatur: fortè quia reges ibi dissectas, & sparsas copias conuocare, & recolligere procurarunt. Ergo ibi iacebant, a periculo, vt rebantur, tuti, defessas vires otio aliquantulum reparantes, animósque resumentes.

Vers. 11. Ascendensque Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur, ad orientalem partem Nobe, & Iebáa, percussit castra hostium, qui securi erãt & nihil aduersi suspicabantur.

Vers. 12. Fugerúntque Zebee & Salmana, quos persequẽs Gedeon comprehendit turbato omni exercitu eorum.

8 Conceptus non fuit prudentissimus Dux de tot millibus triumphum reportasse; sed optimo consilio prouidit, ne reliquiæ hostiles manerent, præcipuè, cùm milites Dei fauore alacres, & accepta victoriâ experiretur audentes. Ergo vt nouit non modicam hostium manum in Karkor conuenisse, decreuit quamcitiùs fugâ lassos, & omni prorsus animo destitutos impetere; & quod sapienter cogitauit, opportunè executus est. Hebraeus textus sic habet: *Percursit exercitum & exercitus erat confidens.* Quod ne explicuit Chaldæus: *Et castra posita erant confidenter.* Hanc plagam prima nocte contigisse videtur Arias Montanæ. Castra posita fuisse explicuit Chaldæus: fortè quia, vt dicebam ibi iam castrorum ordinem, dispositionémque sortiebantur, aut saltem quia illis è castris conuenerãt, & exercitũ aliquali modo formabant. Arias Montanus putat postquam cœnæ indulsissent, & antecessæ diei calamitatem, miseràmque fortunam deplorassent, somno correptos fuisse, ob idque à Gedeone improuisa irruptione iterum prostratos, iterúmque fuisse detritos. Verùm cum pauida fuga prouidere cõmeatibus nõ permitteret: cúmque cuilibet vitæ solùm cõsuleré non sine grãdi perturbatione curaret; non adeò lautam putarim cœnam, quæ illis sensum ademerit, & irruentem hostem præuidere impedierit; imò crediderim potiùs obstupefactos, & ingenti adeò clade animo dejectos, suadente tristitia oculos somno tradidisse, aut sic animo cecidisse, vt licet properantis manus strepitum persenserint, aut non fuerint vtcunque resistere, sed iterum fugam capere. Ergo cum præ lassitudine veloci vti nequirent cursu, arduum non fuit plures iugulasse, & reges etiam cepisse. Oraculum datam fidem, videlicet: *Ergo ero tecum, & percuties Madian, vt virum vnum*, dum fugientes Zebee & Salmana Gedeon tradidit, absoluit, & eis captis victoria completa est: nec exinceps pacem potuit turbare aduersarius, nec qui bella moueret, remansit inimicus.

Hebr. Chald.

Vers. 13. Reuertensque de bello ante Solis ortum.

Vers. 14. Apprehẽdit puerum de viris Socoth, & interrogauitque eum nomina principum, & seruorum Socoth, & descripsit septuaginta septem viros.

Irruptionem noctu factam, vt aiebat Arias Montanus videtur innuere reditus ante Solis ortum: & quidem instar fulguris fuisse, redisseque videtur Gedeon: ipso certaminis labore eius, suorúmque vires reparari videbantur, quandoquidem nec indulgebãt, vt videtur, somno, nec lassescebant itineris labore: nam vbi cælitus robur ministrabatur, sua natura leges dediscebat, & lassitudinem ignorabat. Septuaginta habent: *Reuertit Gedeon filius Ioas à proelio desuper acie Ares.* Hebræus: *Desuper existente Sole* Chaldæus: *Vsque non inrarescente Sole.* Breuiter duobus illis principibus captis, Gedeon a persequendis aliis hostibus abstinuit, & ad suos redit: cúmque è Socoth aliquis agrum culturus tenderet, ad idque mancasset, à se adduci iussit, & quot quotesq; ciuitatis principes, studiosè requisiuit, & ne è memoria elaberentur, descripsit. Noluit æquissimus, ac prudẽtissimus princeps sine solicito examine rem adeò grauem aggredi scies in capitis cauſis nullum erratum esse leue; sed damnum irreparabile. Vbi noster textus habet: *Apprehendit puerum*, Chaldæus habet: *Apprehẽdit iuuenem.* Itaque vox puer non sonat paruulum; sed seruum: erat enim hic, vt videtur, alicuius agricolæ famulus qui rusticatum tendebat: ergo vocatur puer non ob ætate; sed à seruitute: & quidem si esset paruulus, nec principes nosset, nec referret: ergo is erat iuuenis, qui præsidentium haberet notitiam, quique eorum nomina sciret: illum ergo Gedeon studiosè interrogauit, & ab illo, quod desiderauerat, nouit. Cum Socothanis pœna infligenda esset durissima, oportuit ritè eorum nomina examinare, ne alij pro aliis subirent mulctam & infamarent iustitiam: examine exactè adhibito inuenit septuaginta septem vires fuisse, quorum consilio alimenta fuerant denegata, & victoria quodammodò irrita.

9 Septuag. Hebr. Chald.

Vers. 15. Venitque ad Socoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana: super quibus exprobratis mihi, dicentes: Forsitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis sunt: & ideirco postulas, vt demus viris, qui lassi sunt, & defecerunt, panes:

Vers. 16. Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth.

Conuocatis iam ex nomine principibus Socothanis reges ostendit captos, & intermissam pœnam compleri iussit. Caietanus putat non fuisse occisos; sed spinis verberatos: *Afflictio Principum Socoth cum spinis & rubis, siue per modum flagellationis, siue alio modo describitur.* Sed huic interpretationi & Septuaginta, & Hebræus similiter textus videntur refragari. Septuaginta sic habent: *Apprehendit seniores ciuitatis in spinis deserti, & Barcemim, & triturauit in eis viros ciuitatis.* Hebræus sic: *Confregit cum eis viros Socoth.* Nescio an plus miretur hoc supplicium, an illudtrophæum: nam cum Gedeon trecentis solùm viris esset armatus, & Socoth ciuitas grandi, vt videtur, hominum copiâ floreret, quandoquidem septuaginta

10 Caietan. Hebr. Chald.

ſeptem habebat ſeniores, aut principes, ad inſtar miraculi fuit nullas produxiſſe copias, vt principes ſuos defenderent: ſed cognatis, amicis, populóque ſpectante illatas illis mentas pœnas: ob id non errabit, qui exiſtimet, vt hoſtibus ſenſum, ſic Deum Socothanis ademiſſe animum. Nonnulli diſputãt, an Gedeon inſtituæ modum excederit, & terminos feritatis attigerit. Quibus reſpondet Abulenſis q. 14. meritò iam inflixiſſe pœnam, tum ad cæterorum exemplum, tum quia illam merebatur irriſionis peccatum.

Verſ. 17. Turrim quoque Phanuël ſubuertit, occiſis habitatoribus ciuitatis.

De huius euerſionis modo dubitant interpretes, an videlicet prius occiderit ciuitatis habitatores, quàm turrim euerterit, an ipſa turris euerſio fuerit ciuium occiſio. Abulenſ. q. 15. probabiliter exiſtimat Phanuelitas ad turrim vti ad munitiſſimam arcem confugiſſe, vt inde Gedeoni reſiſterent; Gedeonémque turrim ſubuertiſſe, cuius ruinâ, qui ad eam confugerant, perierunt ſimul occiſi, inſiéque mulctati. An Phanuël prorſus deleti ſint ciues, dubium; an ſolum illorum Principes vti Sochotani? Difficultatem attigit Caietanus, putatque non omnes Socothanos periiſſe, vt qui culpam ſuam nouerint, & ad Gedeonis clementiam cõfugerint: punitis igitur ad exemplum principibus, maluit parcere multitudini; at quia Phanuëlitæ prædio ſuo fidentes ſententiam ſuam tutati ſunt, turrim deſtruxiſſe, & contumaces omnes occidiſſe. Accipe

Caietan. Caietanum: *Viri Phanuel confidentes in turri non ſe humiliauerunt, & propterea Gedeon non ſolum turrim deſtruxit, vt comminatus fuerat: ſed etiam viros ciuitatis: vtpote adhuc reſiſtentes occidit.*

§. III.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 18. Dixitque ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor? Qui reſponderunt: Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius regis. Quibus ille reſpondit: Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. Viuit Dominus quia ſi ſeruaſſetis eos, non vos occiderem.

11 Septuag. Pagnin. Septuaginta Interpretes ſic verterunt: *Vbi viri, quos interfeciſtis in Thabor? Et dixerunt: Sicut tui ſicut ipſi in ſimulacrum filij regis.* Pagninus ſic habet: *Qualis tu, tales & ipſi: vnus ſecundum formam filiorum regis erat.* Chaldæus: *Vnus ex eis vt conſpectus filiorum regis.* Vidimus ſupra cap. 6. Madianitas annualibus incurſionibus Iſraelitas affligere, & diſpoliare: vnde compellebantur antris ſe montiumque præruptis tueri, imò viuos ſe ſubterraneis quodammodo ſepelire; ea tamen erat barbarorum rabies & ferocia, vt non contenti opibus Iſraelitas inueſtigarent, è cauernisque eductos occiderent. Ergo vt ex textu colligitur, accidit inter alios duos Gedeonis fratres trucidari, quin regius illorum aſpectus pietatem à barbaris impetraret, imò eorum oris grauitas ad cædem viuidius exacuit, impulítque. Ergo Gedeon, ne quis illis opponeret captis regibus, vt gregarijs militibus mortem intuliſſe, illos examinat, vt proprio ore conuictos dignam omnibus conſtet ſubiiſſe ſententiam, ſicque omnem propulſauerint notam. Interrogati exerte confeſſi ſunt vultu decoros, & ad ſpeciem regios viros occiſiſſe: ea fuit ſuperba illorum præſumptio, vt appetente periculo errorem ſuum non fuerint confeſſi, imò commendauerint triumphum vani: adhuc inſtante morte de illata ſtrenuis, regiſque viris morte ſibi quodammodo plaudebant, & ſuperbia delirabant. Ergo Gedeon in fraterni ſanguinis vindictam eos morti dãnauit, & digno ſupplicio affecit. Diſputat Abulenſis q. 16. an licuerit Gedeoni vitam Madianitis illis concedere: eius fratribus aſſeruatis: videbatur namque ille rem talis in totius populi damnum vergere, nec poſſe ſine placito populi pœnam remitti. Inſuper de Madianitis occidendis prælatum fuerat Numer. 31. à Numine præceptum: vnde videtur non licuiſſe Gedeoni adhuc illæſis fratribus vitã donare, aut leuiori mulcta plectere Abulenſis reſpondit præceptum illud fuiſſe temporale, ita vt ea occaſione elapſa Iſraelitæ poſſent cum his ſe gerere, ſicut cum aliis nationibus, ſeptem illis à Deo proſcriptis mortique damnatis exceptis. Addit, licet regum vita aut mors totius populi detrimentum fuerit, aut commodum, potuiſſe Gedeonem ſuperſtitum captiuorum fratrum vitam redemiſſe, vtque à ſeruitutis iugo eximeret, reges captos vitã donare. Hanc vim habere exiſtimo verbum illud, *ſi ſeruaſſetis eos*, id eſt, ſi modò veſtra in poteſtate eſſent capti, dignum haberem pretium, quo mortem veſtram redimeretis; at cum adeò ſæuè crudelitérque erga regios viros vos geſſeritis, eamdem ſubibitis pœnam, feretíque mulctam. Ob id monebat Horatius lib. 1. epiſt. 16. Horat.

Vendere enim poſſit captiuum occidere nolit:
Seruiet vtiliter, ſine paſcat durius, arctque.

Itaque ſi clementes fuiſſent inuenirent clementiam at dum elegantiſſimos iuuenes ipſaque ſpecie regios inhumanè crudelitérque necarũt, eo crimine illigati perierunt. Quo loco hoc regum ſupplicium perfectum fuerit, dubium. Exiſtimat Ioſephus peracta iam victoria, & ad propriam ciuitatem regreſſum de inferenda regibus nece Gedeonem cogitaſſe: pro qua opinione videtur ſtare Iether Gedeonis primogenitus in reges irruere iuſſus: nec enim pater puerum tenerum ſecum ad bellum duxiſſet; ſed domi aſſeruaſſet. Nec referri gladio obarmatum obſtat: quia tunc ad infligendam necẽ illi conceſſus. Verùm quidquid de hoc ſit, certum eſt voluiſſe Gedeonem in patruorum vindictam à puero occidi, quò gramus illis ſupplicium, & quò puer à regio ſanguine auſpicaretur; bellum Dei hoſtibus inferendum.

Verſ. 20. Dixitque Iether primogenito ſuo: Surge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium, timebat enim quia adhuc puer erat.

Abulenſis exiſtimat Ietherum ætate paruulum fuiſſe, ob idque ipſa regum præſentiâ, ornatúque impeditum, & tremefactum. Alij non tam ætate, quàm ignauia putant impeditum: quia imbellem, & inertem adſtruunt. 12

Verſ. 21. Dixeruntque Zebee, & Salmana: Tu ſurge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana,

&

& tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari solent.

13 Septuag. Chald.

Septuaginta vertunt: *Sumpsit lunulas & quæ in cervicibus camelorum eorum.* Chaldæus: *Tulit torques, qui in collis camelorum eorum.* Reges vitam iam fatidicentes illam finire desiderabant, arbitrati diuturnum hoc bibliique sibi esse catenam illegari quam cuiq occidi: ergo cùm vt lerent differri sibi mortem ob lethei timorem moræ impatientes Gedeonem impulerant, vt sua eos manu trucidaret, & luctuosam illorum sortem abbreuiaret. Deprecati sunt non carnificis manu sed ipsius principis dexterâ occidi: nec enim vel in ipsius mortis præsentia superbiam dedicerant, qui vitam magnanimi fastidierant. Gedeon hunc vltimum eis honorem non denegauit, & terrorem Israelitarum occidit. Hunc habuerunt exitum reges totam tot orum millibus imperantes, & superba adeò fortuna vtentes. Additum est tulisse lunulas, & camelorum torques: quia forte reges suis camelis inidentes sunt capti, & sic in aduersariorum potestatem adducti.

Vers. 22. Dixerunt omnes viri Israël ad Gedeon. Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian.

14 Lyra. Serar. Abulen

Populus triumpho alacris, vt gratitudinem suam in Gedeonē ostenderet, summo ad illum omnium consensu principatum detulerant, & quasi iure hæreditario suis posteris fore declararunt. Iosephus putat absoluto iam bello principatu se exonerare voluisse, & generali omnium proclamatione ad iterū retumendū fuisse coactū. Optimo hæc ipsi textui videtur aduersa, quandoquidem non ad iudiciariam potestatem, sed ad monarchicam, quamque posset posteris delegare, videbantur euehere. Lyranus putat oblatum Gedeoni imperium non pro omnibus posteris; sed pro filio & nepote tantum. Assentit Seratius noster q. 10. Abulensis q. 17. perpetuam illi oblatam potestatem, quam iure propagationis sortietur, existimat: *Dominare tu nobis, & omnes posteri tui: quia per filium, & nepotem intelliguntur omnes posteri.* An Israelitæ in deferendo principatu peccauerint, quærunt Interpretes: nam cùm ad Deum designare iudicem spectaret, videbatur populus sibi vsurpare iurisdictionem, quantumuis eam inuitauerint gratitudine. Abulensis quæst. 21. sic se ab hac expedit difficultate, scilicet populum suam erga Gedeonem voluntatem declarasse, & quantumuis se eam, imperium detulisse, ni aliter visum esset oraculo, quod in primis consulendum fore non dubitabant. Ergo cùm hæc principum oblatio quodammodo fuerit conditionalis, diuinumque suffragium expectans, non fuit peccatum. Audi Tostatum: *Israelitæ volendo constituere Gedeonem regem super se, & denumiando eum, quod vellent hoc facere, non peccabant, cùm tamen haberent intentionem consulendi Dominum super hoc, & quod aliter non facerent.*

Vers. 23. Quibus ille ait: Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus.

15 Gedeon propinquorum & familiarium superciliā querelasque, quod eis sine sumptu, ac labore, sine vllioque negotio consulere noluerit, despiciens, principatum magnanimè recusauit, malens moderata, quam superba vti fortuna, præcipuè Numinis imuriā, & superbiæ nota. Quam alienus erat Gedeon ab omni ambitione, & cupiditate, quando populare consilium reprobandum duxit? Illud *Non dominabor vobis*, sic nonnulli interpretantur, id est, non debeo, nec fas est dominium à Domino mihi traditum imperij eius diminutione ampliare, & posteris prouidere. Imò vos ipsi vestro me exemplo in hanc sententiam compellitis: nam si ad me defertis regnum, quia vobis victoriā exhibui: ego imperium Numini debeo referre, à quo ad dignitatem euectus, & decantanda adeo victoria floreo donatus. Nouit prudens vir magnā fortunam, magnam esse seruitutē, noluitque mauratum subire seruitium: *Magnam tibi*, aiebat Seneca de consolat. ad Polyb. cap. 25. *personam hominum consensu impositit, hac tibi tuenda est.* Adiecit cap. 26. *Magna seruitus est magna fortuna.* Prudentissime dixit: nam cùm magna fortuna à plurium consensu pendeat, opus est non temere ad dominandum subiici, & ad iubendum parere. Ergo Gedeon, qui non detrectarat bellum, acceptare noluit dominium. Seneca,

§. IV.

Commentarius Litteræ.

Vers. 24. Dixitque ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures ex præda vestra: inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant.

Vers. 25. Qui responderunt: Libentissimè dabimus. Expandentésque super terram pallium proiecerunt in eo inaures de præda.

Vers. 26 Et fuit pondus postulatarum inaurium mille septingenti auri sicli absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum.

Quo studio inaures petierit, quærunt Interpretes. Existimat Arias Montanus ad Dei primum laudem, & ad nonnullam posterorum gloriā aliquod insigne monumentū construere voluisse. Ergo populus, qui detulerat principatum, gratissimo animo quod petebatur, implenit, præcipuè cum ad Ducem maior spoliorum pars iure pertineret. Ergo quàm citò quæ postulauit, obtinuit. Fuisse hoc ante diutiam prædā existimat Abulens. q. 22. Siclus nomen est ponderis, & monetæ: vt moneta viginti obolos valebat Leuit. 27. & Num. 3. & 18. ponderis certum fuisse genus ex hoc loco patet. Ex Hebræo aliqui legunt: *Date mihi singuli nezem spolij sui.* Itaque non omnes, quas quisque inaures habebat, petuit; sed ex eis singularem Arias Montanus ex oblatis mauribus grandem ad spolia hominū copiam coniecit, concurrisse, etsi trecenti tantùm prælij iniuentes est nāq; de more plures accurrere, si allexerit lucrum, se suoducere, si ingruat bellū. Decantatū fuit publicè quantū auri pōdus ex cōmuni illa donatione Duci peruenerit. 16

Adiecit textus: *Absque monilibus, & ornamentis, & veste purpurea*, &c. tum quia non exhibuit populus vestes, torquésque non postulatas, tum quia quod Gedeon accepit à regibus, non fuit expensum, nec pondere declaratum.

Vers. 27. Fecit ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusque est omnis Israël in eo. Et factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.

Vers. 28. Humiliatus est autem Madian coram filiis Israël, nec potuerunt vltra ceruices eleuare; sed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit.

17 Parum aut nihil versiones à nostro vulgato differepant. Monumentum, quod Gedeon ad victoriæ, diuinique beneficij memoriam constituxit, & in ciuitate sua Ephra posuit, vocatum est Ephod, quòd vnum ex ornamentis erat Pontificis: ab humeris vsque ad renes descendens, eratque in pectore foramen, in quo rationale inserebatur: super duos humeros duobus elucebat onychinus. Ornamentum hoc de auro, purpura, hyacintho, coccóque bis tincto, ac bysso retorta fabricabatur, vt patet Exodi 28. Aliqui existimant fabricatum fuisse à Gedeone idolum pulcherrimum hoc nomine nuncupatum, afferuntque in huius cogitationis argumentum populi fornicationem, quæ in sacro textu pro idololatria accipitur Abulensis q. 23. multis probat non fuisse idolum; sed sacerdotalem vestem. Cui verò vestem potius fecerit, dubium. Historia scholastica existimat omnes vestes sacerdotales constituxisse, quibus indutus Sacerdotis munus voluit exercere, & victimas immolare. Itaque, si vera est hæc opinio, qui magnanimè respuerat regnum, ambitiosè postea sumpsit in exigua ciuitatula sacerdotium. Abulensis existimat constituxisse Ephod, vt per illud Dominum consuleret: nam cùm esset index, voluit habere ad manum Ephod, per quod Dominus consulebatur, & responsa edebat. Itaque Gedeon non induebatur Ephod; fecit tamen vestem illam, qua indutus Sacerdos Deum consuleret, ad consultáque responderet. Ergo cùm esset mire elaboratum, viderétque Israelitæ per illud oracula edi, delusi existimarunt, vt Eua ex pulchritudine arboris, aliquam ibi diuinitatem latere: vnde quod Gedeon candido animo fecerat animo, in populi scandalum cessit, & ipsi, qui occasionem edi præter opinionem dederat, eidem non modicam attulit. An in hac peccauerit, apud auctores varium. Qui dicunt fecisse, culpam reum faciunt: qui dicunt constituxisse omnes vestes sacerdotales, posteáque in Ephra tabernaculum, non negabunt deliquisse: qui constituxisse monumentum ad Dei laudem, peccato abstinent.

Abulens. Tostatus q. 15. sic ait: *Dicendum quod primo modo non peccauit Gedeon: quia licebat ei velle consulere Dominum in agendis, cùm esset Princeps populi, imo erat valde conueniens, quod nihil vellet agere in arduis causis sine consulto Dei.* Addit: *Tenere Ephod, & consulere Dominum non erat ministerium sanctuarij: idcirco quicunque tenere poterat Ephod, & consuli Deum in illo.* Adnectit fuisse illi scandalum: quia cùm non ignoraret ab aliquibus coli, illud non destruxit. Madian humiliatus dicitur; quia ingentissima illa accepta clade nec animus, nec vires remanserant.

Vers. 29. Abiit itaque Ierobáal filius Ioas, & habitauit in domo sua.

Vers. 30. Habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores.

Vers. 31. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimelech.

Cùm tam populus tranquilla securitate frueretur, Gedeon partam repetunt, & pie omni studio, solicitudine que procurat, vt Reipublicæ status rite, & ex patrijs legibus administraretur. Ergo cum plures sortiretur vxores, & plures susceperit filios. Vxores habere plures antiquis non prohibitum; imò laudatum. Inter has concubina fuit, quæ non eisdem cæremonijs ac vxores ducebatur. Ex hac filium suscepit, cui nomen Abimelech indidit: quod interpretatur, vt placet Arię Montano, *Pater Regis.* 18

Vers. 32. Mortuus est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri.

Vers. 33. Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israël, & fornicati sunt cum Baalim: percussérúntque cum Báal fœdus, vt esset eis in Deum.

Mors matura, bonáque senectute contingens commendabili clausula vitam absoluit. Illud *in senectute bona* non solùm temporis longæuitatem, sed etiam morum cautiem significare videtur, quandoquidem hæc elogium tribuitur Abrahamo Genes. 15. Dauidi 1. Paralip. 29. & Tobiæ cap. 14. Itaque Gedeon dierum plenus, triumphis onustus, Deo charus, populo tuamè beneficus, liberis exundans, tranquilla pace obiit, ardens sui desiderium, & æternam memoriam relinquens. Sepulchrum fuit, in quo patet eius Ioas requiescebat: quo innuitur Ioas filij exemplo idololatriam abstinuisse: aliter in eius sepulchro condi non esset felicitatis testimonium; sed ad speciem supplicium. Quomodo computandi sint quadraginta anni, quibus terra dicitur quieuisse, quærit Abulensis q. 26. putátque tempus dominij Gedeonis triginta tantum annis fuisse, alios verò decem annos, qui à morte Barac fluxerant, cùm de morte sit scripturæ omne tempus à morte vnius Ducis vsque ad principatum sequentis elapsum eius imperio adiungere, sub eius dominio computari. 19

De mortuo iam Gedeone quam cordi fouebant Israelitæ, idololatrandi insaniam ostenderunt: torpuerant colubri ad instar importuno idololatriæ tempore, venenum tamen non expulerant sed contexerant: ergo opportunam nacti occasionem ad idololatriam iam se conuertunt, & antiquos mores sapiunt. Hebræus textus sic habet: *Et fuit cum mortuus esset Ghidhon, reuersi sunt filij Israel*: Chaldæus sic: *Et fuit quando mortuus* 20 Hebr. Chald.

mortuus fuit Ghidhon. Superſtite Gedeone non audebant in aperto impietatem profiteri; modò verò iam tædio affecti eius diſciplinæ, inſtituere ſibi Baghalim curarunt, vt qui libertiores mores permitteret, expulſo fortè Iſraëlis Deo, aut ſimul cum illo idolum colentes. Fœdus refertur initum ad declarandum quàm obſtinato animo procliuíque ad impietatem fuerit, quandoquidem non ſolùm Báal ſe ſubiecerunt; ſed ſacramento emiſſo, & fœdere inito ab eius nunquam cultu, & adoratione receſſuros concordi animo, & vno ore conteſtati ſunt. Fœdus cum Báal initum dici notauit Abulenſis q. 27. quia aliquis eius ſacrificulus Báalis nomine datam ab Iſraëlitis fidem accepit, curámque ac patrocinium promiſit. In hoc fœdere cæremonias ritè obſeruatas, nempè aliquod animal occiſum ac diuiſum, eiúſque ſanguine Iſraëlitas aſperſos, dubium non eſt.

Abulenſ.

Verſ. 34. Nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manibus inimicorum ſuorum omnium per circuitum.

Verſ. 35. Nec fecerunt miſericordiam cum domo Ierobáal Gedeon iuxta omnia bona, quæ fecerat Iſraëli.

21 Mirum non eſſet, ſi ab antiquis accepta, etſi ingentiſſima, non recordarentur beneficia; at quæ ipſi acceperant ſtata pace, hoſte detrito, obliuioni ingratiſſimè tradere, fidem excedere videbatur: nec fuit quid præter cladem expectandum domui Gedeonis ab hominibus adeò ſceleſtis, & ipſi Numini ingratis.

§. V.

Qui vrgente occaſione varias ad eludendum confingunt cauſas, iam elapſa ſolitant dare querelas.

22 EA eſt humanæ peruerſitatis aſtutia, vt cùm laborem recuſet animitus, videri non recuſaſſe contenderit ambitioſiùs: querelas excitant plures, ſi non fuerint ægritudinis amici, aut cognati certiores facti, cùm laboris gnari ignorantiam affectarint, & aliquando varias exculationis cauſas, ne ægroto ſubueniant, finxerint. Eo tempore nonnulli ſe queruntur prætermiſſos, quo iam fas non eſt aſtitiſſe vocatos. Nihil à ſe officij omittendum fuiſſe teſtantur ipſi, qui vel compulſi opportuno tempore, obliuiſcuntur. Gedeoni reportato de Madianitis triumpho Ephraïtæ dant querelas, & quia ad prælium non vocati, illatas ſibi vociferantur iniurias: *Quid eſt hoc, quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian?* Profectò ſi Ephraïtas vocaſſet, prodire in campum abſque dubio renuiſſent: nam cùm tribus Manaſſe ſub Ephraïtarum vexillis merere conſueuiſſet, nullatenus Ephraïtæ ſub Manaſſæo vexillo procedere toleraſſent; verùm ij ipſi, qui vocati renuerent, elapſa iam occaſione promptiſſimos ſe mentiuntur, & alacriter labores omnes deſpectos gloriantur. Adeſt opportunè Abulenſis quæſt. 4. *Fortè à principio ſi vocaſſet eos Gedeon, dedignati fuiſſent ire cum eo, ne ſubijcerentur ducatui filiorum Manaſſe.* Ecce qui vocati adeſſe dedignarentur, elapſa iam occaſione, quia non vocati indignantur, & animi alacritatem ad labores pro cognatis exantlandos mentiuntur. Quod non ſemel variis in rebus videas accidiſſe. Amicus non ignorat ſæpe morbo paupertatéque amicum premi, & ignorantiam affectat, ne laboranti ſuccurrat; at ſi ægritudo iam fugit, & labor abſceſſit, ſe non admonitum queritur, & neceſſitatem libenter ſe depulſurum teſtatur. Non ſuſtinuiſſent Ephraïtæ ſub Gedeonis vexillo militaſſe; ſed iam opportunitate elapſa queruntur certamini non adfuiſſe: *Si vocaſſet eos Gedeon, dedignati fuiſſent ire cum eo, ne ſubiicerentur ducatui filiorum Manaſſe.*

Abulenſ.

Vt noueris quàm hoc ſit verum, tranſi ad huius 23
libri caput 12. vbi Ephraïtæ vrgenti occaſione ſe ſubduxerunt, & elapſa iam, quòd vocati non fuerint, non ſine ſupercilio, & ſtomacho conqueſti ſunt: *Dixerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum?* Quid tunc? Iephte mentitam querelam non ſuſtinet; ſed de induſtria affectaſſe ignorantiam arguit: *Vocaui vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis.* Ecce adeſſe opportuno tempore nolunt, & prætermiſſos ſe fingunt, quo & prælij moleſtias vitarint, & officioſitatis gloriam retinuerint. Adeſt Ioſephus apud Gloſſam: *Obiiciebant quòd bellum Ammonitarum eis non indicaſſet; ſed voluiſſet ſolus & prædam habere & gloriam. Satisfaciebat eis, quod non eos latuiſſet cognatorum oppreſſio; ſed ſed etiam vocati ad auxilium non veniſſent, cùm oporteret eos ante preces occurrere.* Non ignorabant cognatorum afflictionem, nec illos appetens fugiebat periculum. Sed ob id ipſum adeſſe cognatis detrectarunt, & periculum probroſa ignauia redemerunt; verùm iam periculo pulſo, triumphóque reportato ſe prætermiſſos non ſine iniuria queruntur, & ad ignauiæ excuſationem vociferantur. Eos certiores fecit Iephte imminentis certaminis; ipſi verò aures obturarunt; modò verò, vt errorem ſuum colorent, ſe non vocatos mentiuntur, & prætermiſſos fuiſſe criminantur: *Satisfaciebat eis, quòd non eos latuiſſet cognatorum oppreſſio.* Tulit Iephte ſe certamini ſubduxiſſe, diſſimulare tamen non potuit querelam, nec ſuſtinere fallaciam.

Iudic. 12. v. 1.

Ioſeph.

Sponſus Sponſæ amore tenerè captus contem- 24
nit frigoris gelu, noctium rorem, & montium aſperitatem, vt dilectam inuiſat ſponſam: degebat illa ſtragulis fota, molli lecto cubans, & delicatiſſimè otians: pulſauit ſemel & iterum ſponſus, & quas ob ſponſam tulerit itineris temporiſque iniurias retulit: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Illa verò vt vocantem audiuit, pueriles excitationes prætendit: *Exſpoliaui me tunica me tunica mea, quomodo induar illa?* Putares rubore ſuffuſam, & ignauiam ſuam honeſtè carpentem, & condemnantem; ſed audies querulam, & ſponſi quodammodo inciuilitatem carpentem: *Anima mea liquefacta eſt, vt locutus eſt. Quæſiui, & non inueni illum, vocaui, & non reſpondit mihi.* En criminatur ſponſi ſilentium, abſceſſum cauſatur, quaſi eius tenera flagrantiſque dilectio fuerit ab ſpôſo deſpecta, & ingratæ obliuioni tradita: cùm ſponſus vocauit, noluit aperire: *Exſpoliaui me tunicâ meâ, quomodò*

Cantic. 5. v. 2.

quemodo induar illa? cùm iam hoſpitio recipiendi, inſeruiendíque omnis occaſio prolapſa, cauſatur ſe deſpectam, & cùm anxiè quæſierit, vocarítque, ſtudioſa ſurditate inauditam. Profectò hæ ſunt humani cordis technæ, & frequentes fraudes. Ecce ſponſa teſtatur ſe ſponſi generoſis amoris ardoribus liquefactam, vocando raucedine defatigatam; hoc tamen totum fuit, cùm ſponſus declinauerat, atque tranſierat: nam cùm inſtitit, & pulſauit, mille excuſationes, ne reciperet, eſt architectata, & mille confictis cauſis impedita. *Quæ paulò priùs*, inquit Noſter Delrius in littera, *per nines, & ignes ſecutura videbatur, friuolas, & pueriles moras nectit: Velles, ait, interiores depoſui, ſtragulo inſtrui, ac more gentis lauta cubitum me recepi. Ergo me ſic ſurgere? Cur non præueniſti? Dignus ne quem excludam? Sic deliberans moratur:* Pulſantem moratur, & iam fugientem inſequitur. Addit Noſter Delrius ex Apponio, & Rabbinis in littera, minatum fuiſſe ſponſum ſe abiturum, ni vrbanè & ciuiliter exciperetur hoſpitio: ergo illa expectauit, vt fugeret, & poſt eius abſentiam cauſatur, & ſurditatem conqueritur: *Cæpit*, inquit Delrius, *vocem inſtar tubæ exaltare; ſed ſurdis canebat auribus.* Canebat auribus, quia nouerat ſurdas: exaltabat vocem, quia longas videbat interceſſiſſe diſtantias: aſſerebat olim lectum floridum, tigna domorum cedrina, cypreſſina laquearia, quaſi hoſpitem arderet, & præſentiam ſuſpiraret; at dum adfuit, dum pulſauit, dum inſtitit, friuolas inuenit cauſas, & poſtea dedit querelas: *Quæſiui illam, & non inueni: vocaui, & non reſpondit mihi.* Ita accidere quotidie videas: dum occaſio videtur longè diſtare, quiſque magna, ſi occaſio adfuerit, promittit, & omnia officia agglomerat, & obſequia; ſi tamen occaſio præſens adulſerit, de induſtria varias excuſationis cauſas confinget, & mendacia colorabit.

Delrius.

§. VI.

Mirum eſt, ſi cognatos quis vocarit, dum adſint commoda, aut non vocauerit, ſi pericula.

25 COnſanguinitatis lex fortunam conſtituit conſanguineis communem; nec doloris cognati cognatum voluit expertem, nec lætitiæ tempore extorrem. Membra omnia eiuſdem corporis dolenti condolent, & cum gaudente congaudent; verùm ea eſt humanæ malignitatis induſtria, vt mortali corpore videas accidere membrum aliquod ad dolorem communicandum cætera conuocare, ac ſi læta contigerint, auaro ſilentio premere: vult namque integra potiri lætitia triſtitiâ communicatâ. Hinc miror Gedeonem, qui cùm ad bellum pergeret, Ephraitas ſibi ſanguine coniunctos non vocauit, cùm profligatis iam hoſtibus ad ſpolia captanda aſciuerit: *Miſit Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicens: Deſcendite in occurſum Madian.* Vides ad ſpolia aſcitos, ipſos audi ad certamina non vocatos: *Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian?* Interrogatione nouitatem declarant, quando videbantur ad pugnam cogendi ad victoriam non vocandi. *Nunc*, ſcribit Abulenſ. q. 7. *cùm hoſtes erant profugi, & in perſecutione poſſent aliquid laudis vel lucri cõſequi: ideò inuerunt.* Iuerunt vocati, vt laudem, lucrúmque conſequerentur. illos non vocauit, cùm pericula minabantur, quod ratò accidiſſe videas: nam ferè omnes cognatos ſuæ calamitatis deſiderarunt participes, à lætitiâ verò felicitatis extorres. In Gedeone in Thamnatha deſcendente aliquid plus homine adũbratũ agnoſcunt Patres, putántq; Chriſti Domini figuram geſſiſſe. Audi Hugonem Charenſem ad 14. Iudicum: *Deſcendit Samſon, id eſt Chriſtus in Eccleſiam: Samſon enim Sol eorum interpretatur, & Chriſtus eſt Sol iuſtitiæ.* Itaque cùm homo Deus in deſcendente Samſone adumbratus ſit, inquirendum nobis eſt, queis factis quaſi coloribus illum expreſſerit, & oculis præſentarit. Hiſtoriam euolue, & facilè inuenies ſe à parentibus ſeiunxit leoni occurſurus, vt cum fera certamen iniret ſolus: *Irruit Spiritus Domini in Samſonem, & dilacerauit leonem.* In ore dilacerati leonis poſteà dulciſſimum fauum inuenit quem parentibus diuiſit: *Veniens ad patrem ſuum & matrem dedit eis partem, qui & ipſi comederunt:* ergo plus homine erat Samſon, quando ſolus ſuſtinuit laborem, & ſuis impartitur dulcedinem, ſi enim merus eſſet homo illos ad labores acciret, & ſibi fauũ abſconderet. Quod experientia quotidie cõprobamus, dum cernimus ferè omnes ſibi ſplẽdoré ambire, & laborem cum aliis communicare.

Hugo. Iudic. 14. v. 6.

Sichimitæ Abimelechum omni violato iure æquitatéque conſalutarunt in Principem ſperantes magnam ſibi felicitatem cognato ad faſtigium dignitatis euecto prouenturã: *Abierunt, & conſtituerunt Regem Abimelech, iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem.* Cùm iuxta hanc quercum Deus olim Abrahamo, vt rebantur, apparuiſſet, ingentibúſque beneficiis donaſſet Abimelechum ibi dignitatem ab eis accipere contendunt, non diſſimilia ſperantes, ſi iam maiora non præſumentes. Verùm vt ſæpè accidit, indignè electus ipſis electoribus extitit dignum ambitionis ſupplicium. Abimelech Sichimitarum offendit animum, & immortale inflãmauit odium; iam toti erant in congerendis in ipſum maledictis, toti in inſidiis diſponendis, toti in armis ad belligerandum parandis; & ne ſine experto potentéque duce prodirent in campum, Gaal filium Obed importunis precibus allexerunt & conuocarunt: *Venit Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, tranſiuit in Sichimam.* Duo nobis expendendo occurrunt; primum cur Gaal omnes ſuos fratres adduxerit, cum in Sichimorum ciuitatem intrauit? Secundùm, cur Sichimitæ frattem, conciuémque non vocarint ad Abimelechum conſalutandum, & modò vocarint ad expellendum? Verùm etſi duplex videatur dubium, vnico diſſoluetur reſponſo: Gaal aduentabat ſigna cum Abimelecho collaturus: ergo vbi minabatur periculum, fratrem ambiuit conſortium, qui fratrum forſitan ſocietatem reſpueret, ſi reportato triumpho radiaret: cùm ferè omnus ament ſuos laborum conſortes, vt felicitatis expertes. Et quidem eadem videntur ratione moti Sichimatæ; dum Abimelechum inaugurant, ſibi felicitatem ſperantes, Gaal vocare ſtudiosè ommittunt, quia fortunæ participem nolunt; at dum bella vrgent, dum pericula circumſtant, Sichimitam longè degentem aduocarunt, & periculorum ac laborum partem communicare ſtuduerunt. Adeſt Abulenſ. q. 38. *Fortè erat iſte de tribu Ephraim de qua erãt Sichimatæ, habitabat tamẽ in alio loco, & Sichimitæ cœpta diſcordia contra Abimelech vocauerũt hunc in adiutoriũ, quia erat vir potens.* Dum arridebat, vt putabãt, ipſis fortuna, Gaal non recordabantur Sichimitæ; at dum vrgent bella,

Iudic. 9. v. 26.

Abulenſ.

Digitized by Google

bella, dum grauiſſima animum ſolicitarunt pericula, ad potentis diuitíſque fratris patrocinium confugiunt,& Sichimitam agnoſcunt: *Vocauerunt hunc ad adiutorium.* O nimis verum! Nullus cognatorum meminit, vt egenti ſuccurrat, vt felicitatem cum illo diuidat; omnes tamen, diſtantes etiam cognatos, quos diu ignorauerant, vrgente neceſſitate inueſtigant, perquirúntque, vt ſibi calamitoſis ſuccurrant.

27 Diuitem illum epulonem adſpicio omni cognatione carentem, dum reſplendet murice, dum byſſo nitet, dum opiparè prandet: *Homo quidam erat dives*, inquit Lucas, *qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendidè.* Non audies ad menſam vocaſſe aliquem ex cognatis, non leges inuitaſſe aliquem ex amicis: adeò namque tenebatur auaritia, vt maluerit micas perdere, quàm largiri; verùm vt omnia huius vitæ commoda volatica ſunt, iam eget, qui heri diuitiis ampliſſimis exundabat, quíque micis ex eius menſa cadentibus famelicos poterat laturare, aquæ guttulam conſtat ſitire: flammis pro purpura veſtitus æſtuabat, & quia vinctis nequibat ſibi aquam ſolicitare veſtigiis, aggreſſus eſt liberis perquirere oculis: Abrahamum longiſſimis diſtantem interuallis intuetur, filiúmque ſe clamat, vt originis lege allegata animum pulſet, & commiſerationem ſuadeat: *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam.* Patrem ad refrigerium nouit, non ad prandium; dum florenti vtebatur fortuna, originem ignorauit, fratrem Lazarum ipſo in domus limine iacentem non vidit; at dum flammis adurgetur, dum ſiti aduritur, dum dolore diuexatur, patrem interpellat, Lazarum agnoſcit fratrem, & conſanguinitatis lege ad patrocinium compellit: *Pater Abraham.* Quàm diſertè Chryſologus ſerm. 122. *Modò agnoſcis patrem, & modò tibi patrem ſe eſſe neſcit, quem in Lazaro patrem ſic ſpreniſti.* Lazarus vtpote legitima Abrahami ſoboles, diuitis aures referiebat, vt vel micas fratri famelico largiretur; at tunc dives, ne fratri ſubueniret Lazaro. Abrahamum patrem ignorabat; modò verò recentes agnoſcit, quia indiget: *Pater Abraham. Modò agnoſcis patrem:* nec mirum: anteà namque intra cognationis illum conſtringebant ad exhibendum fratri ſubſidium; at modò, vt exiſtimat, Abrahamum obligant ad præbendum refrigerium. Videas non ſemel plures inuerſo ordine Melchiſedechos, ſine patre, & ſine matre & ſine genealogia inueniuntur, ſi cognatis ſit ſubueniẽdum, at innumeris exũdauere cognatis, ſi poſtulãdum: ſi pericula percellãt, cognatos adcũt; ſi arrideat felicitas, neſciunt.

28 *Vocani*, aiebat Dominus, *& remiſiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: ego quoque in interitu veſtro ridebo.* Profectò vt irriſionem irriſioni opponeret, videbatur dicturus: Et vos vocabitis interitu imminenti, nec exaudiam: vt vos etiam me fratrem veſtrum carne indutum, & manum vel ad ſtipem accipiendum extendentem nec aſpectu dignati eſtis. Certè dum non vocant, non adeò dutum eſt non audiri, vt grauius acerbiúſque vocantes repelli: ergo dicat vrgente periculo vocaturos, qui extentam manum vel ſtipe non honorarunt. Profectò arcanè clamores periclitantium non expreſſit: nec enim minùs certum erat in periculis conſtitutos adituros cognatum ad procurandum ſubſidium, quàm cognatum non audiuiſſe, quando ipſe depoſcebat calamitati remedium. Adeſt Hugo: *Non fuit qui aſpiceret me in cruce. Pſalm. Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat qui cognoſceret me.* Non agnoſcebant fratrem in cruce æſtuantem, ſitientémque; at dum ipſi exæſtuarunt, non dubites clamaſſe, & cognatum adiiſſe: eſt enim de more hominibus cognatos non agnoſcere ad ſubueniendum, & agnoſcere ad impetrandum.

Luc. 16. v. 19. Prouerb. 1. v. 25. Hugo.

Galaaditæ tranquillo tempore, ne quid de hæreditate paterna Iephthe obtigerit, domo expulerunt, nec ſine ignominiæ notis exterminarunt: *Eiecerunt Iephthe dicentes: Heres in domo patris noſtri eſſe non poteris: quia de altera matre natus es.* Alij legunt: *Quia de adultera matre natus es.* Ne ſortirentur cohæredem, de matris vilitate dehoneſtarunt, dehoneſtatúmque pepulerunt; verùm vt fortunæ victus eſt varius, irruentibus Ammonitis oportebat ad tuendum ipſum patrimonium Iephthe copias producere in campum, & adoriri inimicum. Ergo fratrem adeunt, & fraternitatis iure ſe periculis obiiciat, depoſcunt: *In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Iſraël, quibus acriter inſtantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephthe de terra Iob.* Mira res! cùm vel tantillum patrimonij ad Iephthe commodum noluerint impertiri, pro ipſis modò volunt non ſine vitæ detrimento cum hoſtibus depræliari: quod Iephthe iuſto ſupercilio obiecit: *Nónne vos eſtis, qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei, & nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi?* Quaſi dicat: Quæ ſtatuit lex, vt me fratrem veſtrum non agnoueritis ad patrimonium & vocetis ad bellum? Quod ius neceſſitatis anguſtiæque tempore me vobis vti fratrem coſtrinxit, & tranquillitatis tempore expulit? Notauit Abulenſis q. 12. *Nunc veniſtis neceſſitate compulſi, ſcilicet quia filij Ammon premunt vos. Quaſi dicat: Dum eratis tranquilli, non veniſtis ad petendum.* O quàm eſt hoc de ſæculi vſu! Dum commoditas affluit, dum fortuna ridet cognatus felix non adeò felicem, ſi non expunxit, non nouit; at ſi premat calamitas, iam recurret, & omnes conſanguinitatis leges allegabit.

Iudic. 11. v. 2. 29 Abulenſ.

§. VII.

Superbi ad mouenda iurgia ſolùm ſunt aptiſ ad virtutis officia inueniuntur ſapiùs inepti.

SVperbia in hoc ſolùm ab inferis erupiſſe videtur, vt virtutem quodam veluti falcino extingueret, aut ſaltèm eneruaret: omnis ad virtutem curſus langueſcit tumoris morbos, aut inutilis redditur elationis obſtaculo. Audi Caſſiodor. 2. var 3. *Superbiam diuinitati ſemper exoſam perſequi debet generalitatis aſſenſus: nam qui vult opinabilem gentem voluntaria iniquitate ſubuertere, non diſponit cæteris iuſta ſeruare. Peſſima conſuetudo eſt deſpicere veritatem. Credit ſibi omnia cedere, ſi elatum contigerit in abominabili certamine ſuperare.* Qui elatum ſuperauit, credat omnia ſibi fortunatè ceſſiſſe, quandoquidem deuicto ſuperbo omnia quieſcunt pacata; at illo ſuperſtite ſemper bellorum tumultibus ſunt confuſa. Nihil ſperaueris magnum à tumido, nulli ſubiicitur, nulli paret: quia putat altitudini ſuæ intuliſſe iniuriam, dum alicuius exequitur obedientiam. Quod optimè nouit, eſt Deum bello petere, & legibus conſanguinitatíque officia debita excludere. *Superbia*, aiebat Baſil. Seleuc. orat. 35. 30 Caſſiod. Seleucenſ.

arx agritudinem, qua Deum bello petit, qua ad naturam pertinentia ignorat, qua diaboli morbo iactatur, qua virtutis cursus inutilis efficitur. Quidquid virtutis est, tumoris malignitate inficitur; nec solùm inficitur, sed vacuatur. Ob id fortè Gedeon, qui innumeros ferè hostes exigua militum manu, eáque tubis ac lampadibus armata aggredi non timuit, superbos secum ducere reculauit: virtus est, ne intestinis iurgiis omnia turbarent, & victoriam impedirent: nouerat namque superbiam nulli subiici, nulla ritè officia exequi, solúmque lites, & contentiones creare: *Quid est hoc* (aiebant Ephraitæ Gedeoni improperantes) *quod facere voluisti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & prope vim inferentes.* Queruntur se non casu prætermissos; sed consilio non vocatos: & quidem non fallebantur. Quod si inquiras, cur Gedeon maluerit angusto exercitu hostes impetere, quàm Ephraitarum numero incrementare: respondebit Abulensis quæst. 5. superbissimos fuisse Ephraitas, nihilque ab illis, si vocarentur, nisi tumultum, cixáque Gedeonem speraſſe, & ob id prudenti consilio secum ducere renuisse.

Abulenſ. Accipe eius verba: *Fortè denitauerat Ephraïtas tamquam tumultuantes, & non benè sibi subiicibiles propter superbiam.* Subiici renuentes, præponíque cæteris omnibus procurantes varias iurgiorum causas prætendissent, sicque solùm inuenirentur opportuni ad intestina certamina, insubiicibiles ad officia.

31 Isaias quanta lites superbia cuncti inuexerit,
Isai. 14. v. 9. sic describit: *Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes, omnes Principes terræ surrexerunt de solijs suis, omnes Principes nationum.* Addit: *Detracta est ad inferos superbia tua. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, téque prospicient: Nunquid iste est vir, qui conturbauit terram, qui concussit regna, qui posuit: orbem desertum, & vrbes eius destruxit?* Addit: *Tu autem proiectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis.* Si est stirps, alicuius erit radix, non ad omnia inutilis: ergo aut stirpem non appelet, aut inutilem non infamet. Vtrumque aptè satis coniunxit, inutilitatem scilicet & radicem: nam iurgiorum, litium erat feracissima stirps; sed ad virtutem infœcunda, ab prorsus inutilis: ad obedientiam exhibēdam radix erat exuēcta, ad litem omnibus inferendam feratissima: *Nec in*

Hieron. *morte*, aiebat Hieronymus, *quiescit à cruciatibus vel post mortem omnes excruciat Superbus & ad*

Lyra. *iurgia compellit vanus.* Addit Lyra: *Quasi stirps inutilis, qua ad nihilum est vtilis.* Superbia virulentissima pestis, quidquid virtutis, arrodit; quidquid certaminis, nutrit. Ad nihilum valet tumidus, nisi vt omnia concutiat, & concussa prorsus euertat.

32 Apocalypsis 12. depingit Ioannes draconis specie diabolum superbientem & cum Angelis de-
Apocal. 12. v. 7. certantem: *Factum est prælium magnum in cælo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone.* Cælum, quod pacis est regio, quod lucis origo, replet superbia tumultibus, ad speciémque vrgentissimis anxietatibus. Qui serpens ad exhibendum officium, virulentissima astutia erat ad inferendum cælitibus prælium. *Draco pugnabat.* Ecce ipso in cælo inuenitur dissidium, si superbia pulluerit cælum: serpentis facie personatus describitur Lucifer, vt noueris solùm in geminandis terroribus esse aptum, virtutibus prorsus ineptum: nec ipsi Deo vult subiici, nec ipsis Angelis associari: quia tetris tumoris tenebris sic obcæcatur, vt se Deum putet, vt à ratione prorsus degeneret, vt in brutorum censum referri possit: ver patere Numini suæ arbitratur dignitatis offensam, vel Angelorum consortium suæ putat nobilitatis iniuriam. Hin exoritur lis perpetua, & seditio periculosa: *Draco*, exponit Hugo Charensis hîc, *per* Hugo. *calliditatem, magnus per fortitudinem, vel per elationem, rufus per Sanctorum sanguinis effusionem, Ioan. cap. 8. Ille homicida fuit ab initio.* Ecce draconis proprietates calidè puerulis insidiari, Angelos despicere, bella in omnes gentes mouere: vbi draco, ibi rufus, quia vbi tumidus, & ibi sanguinolentus. Ergo inter Gedeon superbos non vocauit: vt qui nouerat nulla virtutis munera obire, & dissidia semper fouere.

Abimelechus dum regnum ambiens armis pa- 33
rat reluctantes subiicere, dum ciuilem seditionem existimat oportere, eos in primis sibi asciscere
Iudic. 9. v. 1 procurauit, quos superbia turgere nouit: *Loquimini*, monebat suos, *ad omnes viros Sichem.* Ex Hebræo legitur: *Ad omnes heros.* Quod si quæras cur in primis curæ illi fuerit commouere Magnates respondebit Arias Montanus ad hunc locum fuisse illorum conditionem superbam: ergo dum tument, nihil non tentabunt, vt si possint, iugum abiicient, aut saltèm extenuatum inuitæ ceruici imponant: *Primum quidem totius vrbis pri-* Montan. *mores cùm sigillatim, tum communiter conuentos persuadendos curat, quorum conditionem superbiorem esse cognouerat: namque vt nobilissimus quisque sibi esse videtur; ita grauissimè dominationem ferre solet; sed necessariam tamen tollerat, maximè vnius.* Tot fratrum dominium superbissimis dissuadet: quia nouerat facillimè pacem tumultibus perturbaturos, vtque illum defenderent, in Israëlitas armandos. Et à quo alio melius sperare potuit turbandam pacem quàm, à superbo, quandoquidem superbia est odij mater, seditionis nutrix, inuidentiæ fomentum, pacis exilium, tranquillitatis venenum: vbicumque superbia adfuerit, omnia confusis perturbationis vorticibus concutientur, & procellosis calamitatibus lassabuntur.

Psaltes Dominum inducit triumphi, coronatum, & qui celebertimam de hostibus omni ar- 34
morum genere instructis reportarit victoriam:
Psal. 75. v. 4 *Ibi confregit*, inquit, *potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum.* Iam si inquiras, quis hoc bellum excitarit; respondebit Euthymius ad hunc locum dæmonem fuisse, qui se dolis fraudibus scuti ad instar occultat, dum venenatis iaculis corda transfige aggreditur, quique nostris passionibus nos ipsos veluti contorti sagittis vulneret, & sæpiùs enecat. Ipsum audi: *Per arcus artificio-* Euthym. *sas dæmonum machinas intelligimus; vnde ardentes immittuntur passionum sagittæ.* Itaque optimus pater, vt filiorum tueretur vitam, prodiit in campum, & prorsus exarmauit inimicum. Incognitus hoc bellum à superbientibus existimat aduocatum: & quidem superbia vtpote dæmonis filia, patris refert ingenium, & nutrit semper dissidium: duris non potuit certaminibus carere, perpetuísque bellis omnia non quassare. Eius verba accipe: *Per arcum, qui ferit occultè,* Incognit. *intellige dolos. Per scutum, quo protegimur, intellige omne illud, per quod superbi sua vitia operire conantur.* Adstipulatur Gregorius hic apud Incognitum, dum legit: *Ibi confregit cornua arcuum,* Gregor. intelligitque

intelligítque per cornua ſuperbientium faſtidioſiſſimam elationem: *In cornibus elatio ſuperborum, in arcu inſidiæ longè feriemium deſignantur.* Ecce elatio eſt ipſiſſimum bellum, cornibus armata ſemper, vt vicinos feriat, ſagittis inſtructa, vt diſtantes transfigat: à ſuperbi tumidíque certaminibus nullus inuenitur ſecurus, quia nequit ceſſare à bello ſuperbus. Quidquid in aliis clarum, faſtu deſpicit, & obrodit: quidquid obſcurum, in lucem promit, euulgátque: nullus in eius ore inuenitur ſanctus, nullus generis claritate conſpicuus, nullus ſcientia, litteríſque exornatus: vnde contigit bella implacabilia exoriri, & cunctos ſuperbiæ adſultibus perturbari.

Gregor.

§. VIII.

Cognati adeſſe periculis renuunt, intereſſe lucris exambiunt.

35 SIc mortalium animos cupiditas inuaſit cæca, vt illuc ſolùm ardentiſſimè properarint, vbi allexerint commoditatis aucupia, aut vtilitatis illicia. Nil ita ſanctum eſt, quod ſacra auri fames non violet, nil ita abſtruſum, & Cerbero deterrente ſeruatum, quo non penetrarit intrepida ſpebus auri munita audacia: *Semiramis*, ſcribit Plutarchus in apophthegm. *parato ſibi conditorio inſcripſit: ſi quis regum pecunia indigeret, aperiret monumentum, acciperétque quantum liberet. Quod vbi refregit Darius, nummos quidem non inuenit; ſed incidit in ſcripturam aliam, quæ hoc ſignificabat: Ni vir malus, & auro eſſes inſatiabilis, defunctorum loculos, non moueres.* Nec ſepulchra ab auaritiæ manibus ſunt libera, verùm vt nihil ita ſanctum eſt, à quo abſtineat, ita & nihil ita eſt ſanctum, quod ſine lucro aut vtilitate colat. Fraternitatis iura, conſanguinitatis leges facillimè prætereuntur, ſi vtilitas deſit, aut incommodi timor adſit: inuolant muſcarum ad inſtar cognati, & neſcias vnde tot emerſerint examina, ſi mellis ſauos conſpiciant, ſi proſperam, arridentémque fortunam agnoſcant: quaſi humana mens cupiditatis ſolùm gubernaculo dirigatur, & quo auaritiæ ventus duxerit, aurigetur. Gedeon hoſtes petiturus Ephraïtas ſanguine ſibi coniunctos non vocauit ad pugnam; vocauit tamen ad prædam: *Miſit Gedeon nuntios in omnem montem Ephraïm dicens: Deſcendite in occurſum Madian.* Vides ad ſpolia vocatos: audi ipſos querulos, quia vocati non ſint ad prælia: *Quid eſt hoc quod fecere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian?* Quæſito pro Gedeone reſpondet Abulenſis quæſt.7. ſcilicet non vocaſſe ad pugnam: quia cum ad ſpeciem aliquod deterreret periculum, credidit non affuturos; vocaſſe tamen profligatis iam hoſtibus, quia innitantibus tropæis non dubitauit celeri pede curſuros, vt qui benè nouerat etiam ſanguine coniunctos ignorare prorſus naturæ leges, ſi aliquod minetur incommodum, affectatéque cognationem ſi aliquod affuſerit lucrum. *Prius Ephraïm erant incerti de victoria, ideò nollent ire; nunc autem cùm hoſte erant profugi, & in perſecutione poſſent aliquid laudis, vel lucri conſequi, iuerunt.* Non renuunt modò, ante renuiſſent; nam anteà erat incerta victoria; ſed nunc certiſſima præda. O nimis verum! Pauper, & ærumnoſus, Melchiſedech ad inſtar, ſine patre, ſine matre, & ſine genealogia inuenitur; dives & opulentus ab innumeris cognatus habetur: ad huius domum non minus alacriter inuolabunt, quam ab illius tugurtiolo volatu pernici receſſerint, séque ſubduxerint.

Auri fames ſepulchra inquietat.

Plutarch.

Iudic. 7. v.24.

Abulenſ.

Quædam ſoror ardenter à dilecto poſtulabat, vt ſibi locum requiei, prandiique indicaret: *Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.* Hæc ipſa cùm dilectus rore madidus, & hoſpitio indigens aduentaſſet, cauſas coloauit, ne rore madidum, hyemíſque frigore gelidum in domum reciperet, & foueret; *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Audis pullantem: audi reſpondentem: *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Quàm illi difficile fuit tunicam reſumere, & modicos greſſus ponere, cùm tamen ad fruendum prandio fuerit parata, prorsúſque expedita: *Indica, inquit, mihi, vbi paſcas.* Quid ſi in montium cacumine? Quid ſi in locis ſatis remotis? Ibo, inquit; at etſi exiguo labore poſſit hoſpitio fratrem recipere, nequibit amiciri, pedéque nuper ablutos ſordidare. Et quidem quod inter dilectum & ſororem myſterio accidit, ſæpenumerò apud alios noueris contigiſſe. Ad opiparum prandium, ad lautum conuiuium etiam non aſciti inuolauere cognati; aſt ſi opus fuerit algenti ſuccurrere, indigentem ſuſcipere, famelico miniſtrare, nulle colorabunt impedimenta, & prætexent friuolas cauſas. Ad manum erat tunicâ amiciri, & oſtio accedere; aſt dum cognatus calamitate pullabat oppreſſus, & ærumnis temporis diuexatus, nec potuit recipere, nec ſolùm greſſibus premere. Adeſt Ambroſius hìc: *Vbi paſcat in meridiano, quia myſticum: ſiquidem meridie Ioſeph cum fratribus ſuis conuiuio conſtitutus.* Suſpirabat lauto conuiuio recreanti fratres adeſſe, & ferculis ſaporatiſſimis frui; at ſi capilli fœdentur guttis, ſi temporis, egeſtatiſque cognatus adurgeatur incommodis, vigilans cor affectabit ſomnum, & præbere recuſabit hoſpitium.

36 Cant. 1. v. 6.

Cantic 5. v.2.

Ambroſ.

Iob dura calamitatum grandine impetitus ſuis in cognatis nullum ſe inueniſſe ſolatium queritur; imò non ſolùm non ſunt largiti ſolatium; ſed affectauere receſſum: vt enim à percuſſis peſte etiam conſanguinei contagij timore fugiunt, & cum morte colluctantes derelinquunt, ita à Iobo ad ſummam miſeriam redacto omnes cognati ſtudiosè fugiebant, & ſanguinis coniunctionem fortè negabant: *Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.* Quando receſſerunt? Quando adeſſe ſolicitiùs debuiſſent, vtpote omni humano auxilio carenti, & infirmitatum illuuie laboranti: modò, inquit, receſſerunt, anteà aderant: nam ni adſtitiſſent, non recederent; ſed diſtarent. Inquiramus, cur qui importuna forſan præſentiâ adſtiterant, ſe modò ſubtraxerint, & receſſerint? Profectò ea erat calamitas, vt alienos ad commiſerationem compelleret, & diſtantes etiam vocaret; verùm ob id ipſum neceſſarij affectauere receſſum, cùm Iobo opitulaturi debuiſſent accelerare volatum. *Ecce*, inquit, *non eſt*

37 Iob.6.v.13.

Digitized by Google

auxilium mihi in me. Quasi dicat: Anteà non recedebant; imò adhærelcebant importunè, quia omnibus eram auxilio miseriam sublenando, ærumnas depellendo; modò verò cùm eis indigeam, & calamitate laborem, non solùm recedunt; sed fugiunt.

Gregor. Adest Gregorius libro 7. moralium cap. 9. *Patet iam ad cuius spem percussi animus recurrat, cùm in se sibi auxilium denegat. Sed quia infirmum se in semetipso insinuat, ad maioris adhuc fortitudinis meritum, quomodo etiam à proximis destituatur, adiungit: Ne essarij quoque mei recesserunt à me.* In solo Deo spem collocat à coniunctoribus derelictus: quia confusis calamitatum vorticibus agitatus. Et quidem eximij meriti eluxit fortitudo patientiæ, quando vidit magnis obstrictos beneficiis oculos auertere, & calamitosum fugere: *Ad maioris fortitudinis meritum, quomodò etiam à proximis destituatur, adiungit.* Calamitatis auctarium est, à cognatis despici, & naufragantem relinqui. O quot inuolant, dum aliqua lucri spes allicit, quam fugiunt, si calamitatis vmbra deterret! Iob vbi à se sibi ægritudine diuexato, ærumnis attrito, ac diuitiis nudo auxilium sortiri nequit, & cognatos recessisse cognoscit.

38 Cognati Abimelech vbi animum induxerunt, si semel thronum inscendissent, magnas sibi vtilitates prouenturas, inaugurationis successum studio

Iudic. 9. v. 1. intentissimo procurarunt: *Locuti sunt omnes fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorum post Abimelech dicentes: Frater noster est.* Iam electus, vt sunt varij euentus belli, iacto à fœmina molæ fragmine percussus interiit: iacebat mortuus cùm omnes eo relicto sedes repetiuerint, nec quidquam aliud curauerint: *Illo mortuo omnes qui cum eo erant de Israël, reuersi sunt in sedes suas.* Profectò mirum fuit milites, qui turri clausis tunc hostibus, periculo nullo vrgebantur, terga vertisse duce inhumato, & sine extremo funeris honore relicto; verùm esto terga extranei verterint, sedesque repetiuerint, cur cognati, qui olim fraternitatem gloriabundi iactabant: *Frater noster est*; nec corpus amouerunt, nec iusta humato ritè curarunt? Quia iam, respondet Arias Montanus, alius erat rerum status: dum spes, splendórque alliciebat, omnes se intrudere in cognationem studiosè gestiuerant, & solicitè procurarant; at iam demortuum, infelicitérque iacentem nec milites agnouerunt ducem, nec consanguineum cognati:

Montan. *Nullus, qui vel interitum vlciscereturn, vel etiam funus curaret, ex omnibus Israëlitis amicus relictus commemoratur; sed omnes, qui cum eo erant, reuersi sunt in sedes suas.* Cum spe officia cessarunt, & qui cognationem olim gloriabundi iactauerant, recesserunt, vt statum sit exhiberi officia non sanguini; sed spei, quandoquidem ipsa marcescente, si non despicitur, ignoratur.

§. IX.

Durissimum est laboriosas ad molestias vocari, & à debito laboribus honore repelli.

39 HOmo gloriæ animal est, anhelat semper fulgere, & honoris luminibus insigniri, nec recusabit laboris molestiam, si nouerit honoribus muneratam; at cadit animo, si honore priuetur, & laboribus vrgeatur. *Study nostri est*, aiebat Theodericus apud Cassiodorum 2. var. 16. *remunerationem rectò conferre proposito, & bona indolis viros ad* Cassiod. Nutriunt præmiorum exempla virtutes. *instituta meliora fructu impensæ benignitatis accendere: nutriunt enim præmiorum exempla virtutes: nec quisquam est, qui non ad morum summa nitatur ascendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur.* Laus, honósque laborum aspera emolliunt, dum animos ad superandas difficultates accendunt; ast si superior ad laboris molestias vrgeat, & debitum molestiis honorem laborantibus non concedat, in se vel morigeros armabit, & indignationis flammam enutriet. Comprobant nostram thesim Ephraïtarum querelæ: *Quid est hoc quod facere voluisti?* obiiciunt nec sine supercilio Gedeoni, *vt nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & prope vim inferentes.* Cùm constet ex superiore capite Ephraïmitas vocatos, vt Iordanem præoccuparent, & in fugientes irruerent: ait namque textus: *Misit Gedeon nuntios in omnem montem* Iudic. 7. v. 24. *Ephraim dicens: Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsque Bethbera atque Iordanem.* Statim se oculis ingerit difficultas, quomodo scilicet se queruntur prætermissos, quando fuisse constat vocatos? Abulensis q. 4. respondet vocatos fuisse ad occupandam aquam; non tamen ab exordio ascitos ad pugnam; cúmque imbellis etiam militis sit fugientem persequi, & solùm strenui cum aduersario viribus valente pugnare, doluerunt ab exordio fuisse reiectos, solúmque ad fugientes persequendum vocatos. Ergo dum laborem iniungit persequendi, & honore priuat præliandi, se putant Ephraïtæ despectos, doléntque prætermissos. Accipe Abulensem quæst. 4. *Forte* Abulens. *hoc factum est, quia non vocati fuerant primò ad bellum; nunc autem vocabantur ad fugam, in qua esset labor persequendo hostes, & non esset honor: quia non consequerentur inde magnam victoriam, sicut in bello principali* Ecce dum putant laborem sibi impositum ab honore disiunctum, irâ suffiammantur, & indignatione mouentur: cùm tamen benè secum actum putarent, si ab exordio vocarentur ad bellum, quantumuis adnexum esset bello periculum: discrimen namque obdulcabatur honore, vt modò est illis molestus labor, dum separatur à laude.

Senior illius pientissimi patris filius plures annos in eius obsequiis posuit, quin vnquam colendi 40 ruris labores recusarit; ast cùm opipara mensa prodigo fuisset instructa, dum ipse ruris angoribus insudaret: *Erat filius eius senior in agro*; domum re- Luc. 15. v. 24. diens quid factum fuisset, agnouit, & indignatione efferbuit, obedireque recusauit: *Indignatus est, & nolebat introire: pater ergo illius egressus cœpit rogare illum.* Quæ fuerit indignationis causa ipse profert. *Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum preterivi.* Quasi dicat: Ambiebam obsequi, dum sperabam honorari; at cùm video stolam primam alij exhiberi, méque ad colendum agrum relinqui, iusta indignatione commoueor, & amplius obedire detrecto. Profectò si vera causa inniteretur querela, non mirarer detrectare animitus iussa, quando asperrimum est labores subire, & debito labori honore carere: *Erat in agro*, inquit Chrysologus sermone 4. *terram percolens,* Chrysol. *se*

Digitized by Google

ſe deſertans, duritiam ſoluit cæſpitis, perdurat affectum, ſentes eradicat & gramina. Dum lentibus lanciatur, dum ſordescit puluere, dum cæſpitis decertat duritie, videtque ad menſam ſe non vocari, affectum perdurat & obſequi exinceps detrectat. Forſitan ſi vocatus fuiſſet ad epulas, laboris non recuſaſſet angustias; at dum putat otioſis fercula apponi, ſeque & originis iure prælatum, & laboribus attritum deſpici, blanditiis non poteſt adduci, vt amplius vellet ſcrnire. Profectò quod illi accidit myſterio, ad bonum regimen inſtruit adminiſtrum: habebit namque omnes ſibi infenſos, ſi honorem à labore diuidat, nec vocarit ad menſam, quos vult de fatigari ad culturam. Qui duris cruentatur ſentibus, laborem mellit, ſi fulſerit honoratus; atli debitus deſit honor, ab omnibus recuſabitur labor.

41 Deus hominem vt à venenata arbore arceret, mortem cum præcepti violatione intextam prædixit: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris.* Gen.2.v.17. Anima paſſionibus impedita malum cum oculo communicauit, & infelici audacia timorem vicit. Inexpertum ſibi ſaporem mutabatur, & iam præripere geſtiebat, comedereque hiabat: lege violata Deus vltor aduenit, & Adamum pellitum, paradiſoq; exterminatū agri laboribus deſtinauit: *Emiſit eum Dominus Deus de paradiſo voluptatis, vt operaretur terram.* Geneſ. 3. v. 17. Et vbi eſt illud: *In quocumque die comederis ex eo, morte morieris?* Nónne ſatius eſſet audaciā cohibere adimplendo ſententiā, quàm caſſa prædictione ad ſpeciem enutrire? Cur non moritur, ſed turis moleſtiæ adſcribitur? Quia mortem exæquat, inquit Tertullianus fructibus laborum priuari, & laboribus ſemper adſcribi: pellitus mancipiorum ſpeciem refert, honore caret, ſentibus cruentatus, puluere ſordidus, & laboribus attritus gemit, quo lentiori morte puniatur, & præſentaneo timore ſemper vexetur: *Cùm de originis loco exterminat,* Tertullian. inquit Septimus lib. de pallio c.3. *quippe deliquerat, pellitus orbi vt metallo datur.* Qui retrò dominus, tamquam emptitius habetur ſeruus, vt duriori pœna mulctetur, dū laborat ſine fructu. O quàm durum erat Solem anteuertere, terram fodere, & durissimos ſentes colligere! Hæc ſceleris digna pœna, & hac pœnā prædicta mors digniſſimè commutata. Ergo non patiātur merita, quod ſuſtinuerunt olim peccata: non ſordeat pellitus, qui in acie perſtitit ſemper acerrimus: non demetat aſperos tribulos, qui litteras colit indefeſſo ſtudio, ac ſolicito deſiderio.

42 Adſtabat Goliath ille Iſraëlitarum terror, cúmque nullus è toto exercitu probaretur ſatis, Dauid etſi ætate puerulus, certaminis periculum ardet magnanimus, ſeque corde intrepido, hilari vultu virtuti conſecrat, malens mortem honeſtè oppetere, quàm in Deum audacem ac maledicam linguam audire, Saül temeritatem ād ſpeciem frænare aggreditur aduerſarij molem exaggerans, atmorúmque imperitiam obiectans; verùm Dauid non deſtitit Saulis oratione; imò inſtitit, & ſe certaminibus obtulit. Quid tunc? Saül armis ſuis loricat, & conſtantiam militis armat: *Induit Saul Dauid veſtimentis ſuis.* 1. Reg. 17. v. 38. His ſe armis gratia conſulente denudat, & in vſum certaminis fundam parat: *Fundam manu tulit, & proceſſit aduerſum Philiſthæum.* Quærunt Patres, cur Deus eis armis munitum cùm gigante non permiſerit congredi; ſed voluerit denudari. Seleucienſ. Baſilius Seleucienſis putat hoc totum peregiſſe gratiam laudabili triumphi ambitione, ne victoriæ partem arma ſibi aſcriberent, ſibique deberi contenderent: *Quaſi hæc ad eum loqueretur* (gratia) ſcribit Seleucienſis oratione 15. *Nihil tibi eiuſmodi opus armis, quæ partem gloriæ bellicæ ſibi arrogent: communicetur inter vos, ô Dauid, belli decus, ne victoria gloriam ad ſe trahat armorum potentia: vincam te paſtoris habitu depraliantem: gratia, non armis trophæum adſcribatur.* Eximia erat valentia cum truculentiſſima fera depræliari, contráque immaniſſimum gigantem procedere; verùm eos indebat animos regius ornatus, & honor à Regè exhibitus, vt putari poſſet victoriam humanitus obtentam, non diuinitus patratam. Ergo vt gratiæ prorſus adſcribatur, ornatus honorem à labore ſeparauit: eſt namque humanum, dum prolectat honor, pericula deuorare; ſed diuinū ſine honoris lucro certamina adire: ſatis prudenter Saül honore ineſcauit, dum vires addere, & ſuffulcire conſtantiam voluit, quandoquidem ſtrenuè decertat honore prolectatus, gloriæque honeſtè ambitioſus: honor nāque alit artes, ſuadet inacceſſa tētare, & pericula honeſtè ſpernere. Ergo vt cæleſtis eluxerit gratia, honore nudus procedit, & gigantem funda deuincit.

---

§. X.

Vel humani honoris ſtilla ſitienter ambitur virtutis gloria contemnitur.

INſatiabili honoris hydrope humana laborauit ſemper natura: quicquid adieceris, ambitionis flammam non ſedat; ſed potiùs innutrit: ob hoc vnum non recuſat ſuſtinere faſtidia; imò & ſalutis pati diſpendia: ſe in pericula coniicit, ſi vel leuiſſima honoris ſpes effulgeat, & dolenter luget amiſiſſe, ſi vel minima occaſio ad honorem, quantumuis periculo immixtum conſtet vocaſſe. Gedeon celebrem de aduerſarijs triumphum reportat; ſed reportato adhuc cum Ephraitis belligerat: *Quid eſt hoc,* Iud.7.v.24. quæruntur, *quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian.* Profectò nuntios conſtat ad Ephraitas delegaſſe, vt conſequerentur triumphos, dum fugientes inſequuntur aduerſarios: *Miſit Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicens: Deſcendite in occurſum Madian,* &c. Illos vocat ad palmam, & ſe vociferantur non inuitatos ad pugnā: ſi à principio vocarentur, ſcribit Abulenſ. q.1. maior illis honor eſſet, modò non adeò magna laus de fugientium, trepidantiúmque victoria videbatur orti. Ergo etſi fruantur palma, dolent ſe priuatos vel honoris ſtilla: non dolent Gedeonem Numinis alloquio dignatum, non queruntur ad familiaritatē admiſſum: quia illorum animo nō tam virtus allíciebat, quàm ambitio exulcerabat: *Ephraitæ conqueruntur, quod non fuerint vocati à principio, cùm iret Gedeon ad bellum, cùm factum eſt principale bellum: nam nunc non fuit bellum præcipuum; ſed perſecutio hoſtium fugientium: & quia maior honor erat exiſtentibus in præcipuo bello, conqueſti ſunt.* Abulenſ. Maior videbatur honor in hoſtes irruere, quàm fugientes comprehendere: ergo Ephraitæ dolent ſe honore integro non donatos, etſi conſecuti ſint triumphos: ſic honor inflammat ambitioſos, ſic amiſſus torquet ſuperbos.

43

Dauid triumphū de dæmonibus egit, lyram dexterè pulſans, & diuinas laudes reſonans: Pſalmus in

44

dæmonem acutiſſimum erat telum, & Saül cantu delinitus impurati ſpiritus infeliciſſimum vitabat
1. Reg 16. v. 23. conſortium: *Lenius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* Poſt dæmonis pugnam gigantis pugna ſucceſſit, & qui cantu abegerat dæmonem, lapide duriſſimo proſtrauit gigantem, quaſi laborioſius prælium ſit cum ſuperbo, quàm cum ſpiritu impuratiſſimo: victoriam fauſtæ repetitæque
1. Reg. 18. v. 7. exceperunt acclamationes: *Præcinebant mulieres ludentes atque dicentes: Percuſſit Saül mille, & Dauid decem millia.* Hic iam Saül exulceratur inuidia, & torquetur malenolentia: *Iratus eſt autem Saül nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte.* Si non iraſcitur cùm dæmon abigitur, cur torquetur, cùm debita laus impenditur? Eſtne ignobilior triumphus abegiſſe dæmonem, quàm interemiſſe hoſtem? Profectò ſi de hoſtis fortitudine, valentiáque laus maior victoriæ accreſcit, dubium non erit nobilius Dauidem reportato de dæmone triumpho reſplenduiſſe, nec gloriosè adeò hoſte trucidato triumphaſſe. Ergo Saül aut vtrobique indignationis inardeſcat flamma, aut nullibi inflammatus torqueatur irâ. O peruerſos hominum mores! Dum in dæmonem prævalet, eximia micat virtute, dum acclamationes reſonant, triumphi antecedit honore: Ergo Saül furit nimio deſiderio honoris, cùm excellentiam minimè doleat virtutis. Adeſt Baſilius Seleucienſis
Seleucienſ. orat. 15. *Mouit ad fauſtas acclamationes vel mulieres victoria ipſa, quæ cùm iucundiſſimam victoriam carminibus intexuiſſent, ſuis vocibus animi lætitiam euulgabant. Hæ voces Saülem verberant, & muliebres cantus regem conſauciabant: teláque telum inteſtinum in anima vulnus idem aſperans, & inuidiæ protelum nona contentionum principia, nona iuſto periculorum meditatio, & aliorum terrorum exordia.* Non doluit ſe à dæmone ſubiugatum, non inuidit Dauidi in gehennales furias imperium; aſt dum audiuit ſibi honore præponi, grauiùs quàm antea inuidentia cœpit torqueri. Adeò ſitienter cæci anhelamus honorem, adeò ſtultè paruipendimus inſani virtutem.

45 Excelſo throno inſidenti duo Seraphim obſequentiſſimi adſtant ſex alis inſtructi, quarum extentis duabus faciem velabant, pedéſque duabus ſimiliter extenſis contegebant, medius ad altiora ſemper ſtudioſo conatu volitantes, & myſteriorum
Iſai. 6. v. 2. profunda intimiùs penetrare cupientes: *Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex alæ vni, & ſex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Diuus Bernardus autumat in exima velantium alarum ſuperficie ſculptas eſſe Seraphinorum glorias, & ſtabiles ſemper fortunas, idque ita factum, vt Lucifer palpebras cogeretur demittere acerrimo dolore ictus, dum nititur oculos leuare ambitioſus. Audi ipſum
Bernard. ſerm. 5. de verb. Iſai. *Quibus putamus alis hoc caput Seraphim velant, vt nulla ſuæ ſubtilitate naturæ, nulla rationis perſpicacitate nequam oculus in illius quæat irrumpere veri luminis claritatem? Duabus, ni fallor, alis ſuæ videlicet ipſorum gloriæ & felicitatis.* Subnectit poſt pauca Bernardus: *Quoties ſurſum dirigit aciem, in Angelicam ſtatim felicitatem & gloriam malignus offendit, & offundit oculum peſſimus humor, liuor proprius, vt penetrare vltra non poſſit.* Seraphim non ſolùm duabus alis caput velat; ſed duabus etiam volat; at iniquus non inuidet alarum volatui; ſed inuidet ſplendori: dum extenſæ alæ micantes colores adſpicit, dum felicitatis variam & ſtabilem ſimul concinnitatem intuetur, duriſſimis inuidentiæ flammis aduritur: non offundit liuor oculos, dum ſpectat volitantes, ſed refulgentes: nec enim ſitit virtutem; ſed ardenter ſitit honorem: *Quoties ſurſum dirigit aciē, in Angelicā ſtatim felicitatem & gloriam malignus offendit, & offundit oculum peſſimus humor. Quibus putamus alis hoc caput Seraphim velant: duabus, ni fallor, ſua ipſorum gloriæ & felicitatis.* Itaque illum non diſcruciat volatus gloria; ſed honoris excellentia.

Iure optimo ad Dominici ſymboli gloriam vitis 46
effertur, dum humanus honor generosè ab illa deſpicitur. *Ego ſum vitis vera,* aiebat Dominus, Ioan-
Ioan. 15. v. 1. nis 15. v. 1. Et cur vitem præ aliis plantis ad ſimilitudinis honorem euexit, & ſymboli gloria nobilitauit? Quia vitis creaturæ quodammodo ingenium exuit, dum ſtudioſiùs virtuti, quàm honori conſuluit. De vngendo rege deliberauerunt ligna, & viti coronam offerunt: *Veni, & impera nobis.* Quid tunc?
Iudic. 9. v. 14. *Reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cætera promoueri?* Si inaugurata fulgeret, humanum potiretur honorem: illo carebit, ſi miniſtrat Numini vinum. Ergo dum nobiliter degenerat, & creaturæ genium virtute refutat, Chriſto aſſimilari meruit, & gloriam ſymboli obtinuit. O quàm rara fuit vitis modeſtia, ô quàm ſingularis in virtute conſtantia, quamdiu mundialem contempſit honorem, vt cuſtodiret virtutem, quando maluit Deum lætificare, quàm euanidum ſolis faſtigium inſcendere: *Vitis noluit regnare eis,* ſcribit
Iſidor. Iſidorus lib. 1. in Iudices cap. 6. *vitem autem ſaluatoris noſtri typum habere manifeſtum eſt, ſicut ipſe in Euangelio ait: Ego ſum vitis vera.* Aliquid homine maius adumbrauit vitis mundialis gloriæ generosè contemptrix, & ſacri cultus ſemper amatrix: ſi enim ſolum hominem deſignaret, vanitatem veritati præferret, & vel ſtillam honoris ingenti etiam ſanctitatis detrimento ſitiret, quandoquidem homines ſic adhærent euanidis, vt iniuriam inferant veris.

Mirè veritatem hanc illius infeliciſſimi diuitis 47
vota expreſſerunt: gehennalibus aduſtus flammis aquam ſitiuit; ſed repulſus ſemel non inſtitit, ſed ad alia animum vertit. Abrahamum precatur obnixè, vt Lazarum ad paternam domum remittat, quò fratrum cæcitatem depellat: *Rogo te pater, vt*
Lucæ 16. v. 27. *mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum.* Abrahamus preces contemnit, & tamen diues inſiſtit: *Habent Moyſem & Prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham; ſed ſi quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.* Inquires cur ſemel aquam efflagitarit, & pro remittendo Lazaro ad paternam domum inſtiterit. Dubio reſpondebit appoſitiſſimè Caietanus, ſcilicet non ex virtutis affectu Lazarum mitti poſtulaſſe; ſed timore ignominiæ, & exaltationis ambitu perſtitiſſe. Ipſum audi: *Non proueniunt hæ preces ex*
Caietan. *bono affectu ad ſalutem fratrum; ſed proueniunt ex affectu ſuperbiæ.* Subiicit: *Propterea petebat ſuos fratres euadere miſeriam, vt vel ſic in ſuis fratribus exaltaretur.* Ecce vbi exaltationis vmbra animum pulſat, ſemel & iterum obnixè rogat, cùm tamen ad ardorem ignis ſopiendum ſemel poſtularit, nec iterum repulſus inſtiterit. Et vtinam ſolùm diuiti hæc contigiſſent, verùm ferè omnes ad exaltationis vmbram ſitienter hiamus, & cœleſtem aquam deſpicimus, aut ſaltèm ignauo deſiderio flagitamus.

§. XI.

Inuidia propriam felicitatem contemnit, ne inuidioſum præeminere contigerit.

48 INuidia vetuſtum malum, felicitatis exilium, doloris infortuniique complementum ſic prudentiam impetit, ſic rationem inuadit, vt de mentis acie detrudet, hiat inuidus ad venenum, ſi detrimentum proximi inuidioſi crediderit damnum.

Plutarch. *Eſt inuidentia*, aiebat Plutarchus lib. de curioſitate, *dolor de rebus alicuius ſecundis: malevolentia lætitia ex alicuius aduerſis rebus: vtraque ex vitio indomito & belluino prognata eſt prauitatis.* Vt belluæ rationis expertes, & prudentiæ ſunt incapaces, ita qui inuidentiæ phreneſi laborant, miſerabili metamorphoſi in belluas tranſeunt, & ferale ingenium induunt. Ephraïmitis ex Gedeonis victoria ingens commodum reſultabat, quando & ſerule excuſſerant iugum, & nobile adepti fuerant trophæum; verùm ſic eos inſana dementabat inuidia; ſic adurgebat maleuolentia, vt non detrectarint bellum inſtruere, ſi fortè Manaſſenſium gloriam contigerit obſcurare: *Dixerunt ad eum viri Ephraïm. Quid eſt hoc, quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.* Quærunt Interpretes quid Ephraïtas in hæc iurgia impulerit, quidve ad contentionem excitandam poſt

Abulenſ. triumphum mouerit. Abulenſis q. 4. ait exarſiſſe inuidia, & perculſos fuiſſe maleuolentia. *Cauſa fuit, quia cùm filij Manaſſe eſſent competitores ſui, & obtinuiſſent nunc magnificam victoriam, ſcilicet quam Deus per illos exercuit, & non per Ephraïtas, inuiderunt eis Ephraïta, quia noluiſſent quod in hoc viderentur excellentiores eis filij Manaſſe.* Dum nobiliori erat victoria, maiora Ephraïtis proueniebant incrementa, verùm adeò eos exulcerabat inuidia, vt propriis incrementis parcerent, ne glorioſo adeò triumpho Manaſſenſes redimitos viderent: *Si Manaſſitæ*, addit Abulenſis, *non obtinuiſſent nunc in bello, vel non fuiſſet tam memoranda victoria, non contendiſſent.* Placatè ſub iugo degerent, ſi Manaſſitæ terga hoſtibus indecore vertiſſent, aut ſi tropæa nullatenus reportaſſent; aſt dum competitores præeminere intuentur, duriſſimis inuidentiæ flammis cruciantur.

49 Dauid Lyræ cantu impuratum à Saüle dæmonem abigebat, erátque cantus præſentaneum do-

1. Reg 16. v.23. loris remedium: *Refocillabatur Saül, & leuius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* Cum dæmone pugnæ gigantis pugna ſucceſſit, depulſo dæmone hoſtem ſine difficultate proſtrauit, vt doceret factis, de hoſtibus facilè reportari victoriam, ſi priùs dæmonis depulſa fuerit malitia. Dauid

1. Reg. 18. v.7. fauſtis mulierum repetitiſque acclamationibus dilaudatur: *Percuſſit Saül mille, & Dauid decem millia.* Vocibus non aliter ac præpilato telo Saülis animum vulnerauere mulieres, vtque medelam liuori quæreret, ad haſtam fraudulenter confugit: *Tenebat Saül lanceam, & miſit eam putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete.* Profectò Dauidis ſalus Saülis erat medela, vt interitus ruina: nam ſine cantus medicamine eius animum dæmon ſæuiſſimus diuexabat, & corpus etiam torquebat; verùm dum dolorem à dæmone excitum confert cum tormento ab inuidentia prognato, mauult à dæmone diuexari, quàm ab inuidentia torqueri. Contorta haſta vocat dæmonem; ſed nititur auferre Dauidem: vtque Dauidem non audiuerit acclamatum, dæmonis elegit ſuſtinere tormentum. Adeſt opportunè Seleucienſis Baſilius orat. 16. *Saül ipſe victoriam haud ſecus ac* Seleucienſ. *belli offenſionem dolet, & tropæum luget, & communem lætitiam deplorat, & inſtitutam victoriæ cauſa celebritatem per inuidentiam reputabat calamitatem.* Dum ſibi præponi ſpectabat inuidioſum, ad dæmonis recurrit tormentum, mauúltque ſalutis pati iacturam, quàm Dauidis conclamatam auſcultare victoriam: quia dirius durius{que} aliena dolebat felicitate, quàm amiſſa propria ſalute.

Vbi ſtella Duce cœleſtem regem Magi exertis 50 vocibus promulgarunt, turbatur Herodes, & tota viſcerum concuſſione percellitur. Audit ignis cœleſtibus irradiare, iubare placidiſſimo præfulgere, vtque micantem extinguat lucem, inuidentia armatus truculentiſſimam pueris omnibus inferre aggreditur necem: *Occidit omnes pueros,* Matth.2. *qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius.* v.16. Quæret aliquis, cur furor in ſe ipſum conuertat arma, quandoquidem in ſubiectis amiſſis anguſtat regna? Ecce Herodes propriæ inuidet magnitudini, dum recèns nato inſidias molitur regi: carere mauult ſubiectis, partémque ſibi regni præcidere, quàm conclamati Regis ſplendorem videre, proprio, vt teſtantur hiſtoriæ, non pepercit filio, ſi inuidiæ leuamen aliquod inuenire poſſit tormento. Quod expendens Chryſologus Chryſol. ſerm. 152. ſic aiebat: *Sic agit miniſter mali, miniſter doli, ira artifex, inuentor ſceleris, impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentiæ, hoſtis naturæ.* Attentiore aure accipe ſubiicienda: *Malus omnibus, ſuis peior, peſſimus ſibi:* ſibi peſſimus extitit inuidus, dum non dubitat proprio diſpendio in ſplendentem irruere, & dum caſſa diligentia inimici vitam ſatagit amputare. O quàm durus fuit Herodi placidiſſimus aſtri ſplendor, & quàm mallet propriam ſalutem perire, ne contigerit cœleſtem Regem fulgere.

Diabolus dum puluerem ad Dei imaginem ele- 51 uatum conſpexit, implacabilibus inuidiæ ardoribus æſtuauit, vtque inuidioſi felicitatem innubilet, ſerpentinam aſſumit faciem non ſine rationalis naturæ iniuria: *Serpens erat callidior* Gen 3.v.1. *cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem.* Pectore terram verrit, vt hominem ad terram deiciat, nec erubeſcit in beſtiarum redigi cenſum, dum obſcurauerit inuidioſum: ſerpens haberi gaudet ſubtiliſſima intelligentia, ſi hominis ſplendori tenebroſa offuderit nubila. Quam benè Cyprianus Cyprian. lib. de patient. *Diabolus hominem ad imaginem Dei factum impatienter tulit, inde & perijt primus, & perdidit.* Ecce vt perderet, periit; imò & amabit perire, ſi poſſit hominis lucem tenebris obſcuriſſimis deturpare. Tertullianus lib. de Tertullian. patientia cap. 15. quærit, an Lucifer priùs fuerit inuidus, aut alio genere malus, teſtatúrque impatientiam cum inuidia pectore foram, & infelicitatem cum inuidia etiam ſimul enutritam: *Decepit eum, quia inuiderat: inuiderat autem, quia doluerat; doluerat, quia patienter vtique non tulerat. Quid primum fuerit ille Angelus perditionis malus, an impatiens, contemno quærere, palàm cum ſit impatientiam cum malitia, aut malitiam ab impatientia*

impatientia auſpicatam: deinde inter ſe conſpiraſſe, & individuas in vno patris ſinu adoleuiſſe. Expende illud: *Pariter vtique non tulerat*: videre ſcilicet hominem prærogatiua imaginis præeminentem; ſed tamen patienter tulit tellurem abiectè verrere, ſerpentem probroſe agere, brutalitatem non ſine dedecore induere: honoris diſpendio aggreſſus eſt, ne ſpectaret felicem, detrudere ad ima hominem.

52 Expendebat miro acumine Chryſologus diuitem illum voracibus circumdatum flammis exertis clamoribus procuraſſe pietatis obtentu Lazarum ad ſe legari: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Facilius videbatur poſtulaſſe ſe ad Lazarum duci, quàm Lazarum ad ſe mitti; imò videbatur celerius ipſum inuolaturum propriæ vtilitatis pennis, quàm venturum Lazarum, etſi compaſſionis volaret alis; & tamen, vt notauit Chryſologus ſermone 102. ſolito acumine: *Non ſe ad Lazarum duci poſtulat; ſed ad ſe Lazarum vult deduci.* Moras nectit, & quod à ſe erat obtinere facilius, ab alio cupit doloſiùs. Et quare? Quia ſecum doloſa ſic ratiocinata eſt malitia: ſi ad Lazarum ducor, licèt inferno extractus inuolem, illum videbo Abrahami pectore prælatum, & ſplendidiſſimis lucibus redimitum: ſi ipſe venerit, licèt flammis vrgear, pectore fulgentem non videbo. Ergo melius eſt diu flammis inſeri, dum Lazari lucem obſcurauerim, quàm flammis exui, & cominus eius fulgorem videre. Audi Chryſologum: *Mitte Lazarum. Vt video quod agit diues, non eſt vouelli deloris; ſed linoris antiqui: & zelo magis inuenitur, quàm gehenna.* Ad flammis incluſum poſtulat Lazarum mitti, nec vult extractum ardoribus duci ad Lazarum: quia durius, diriúſque, quàm flamma, adurgebatur inuidia: propriis parcit commodis, vt Lazari obſiſtat augmentis: quia iam de more eſt inuidentibus, ne inuidioſum præeminere contigerit, propriæ commoditatis diſpendio excitare nubila, machinatique detrimenta.

Luc. 16. v. 24.

Chryſol.

Chryſol.

---

§. XII.

Princeps inter regni exordia benigniſſima indulgentia reſplendeat gratia.

53 VT Principem bellica fortitudo oſtendit terribilem, ſic & benignitas, clementiáque ſubiectis facit amabilem: cruentum Principis genium compellit vel morigeros recedere, blandum cunctis ſuadet appropinquare: non minus ad pacatum, optimumque regimen neceſſaria eſt benignitas, quàm ſeueritas. Quàm benè Seneca de clementia Principis nomine: *Alterius ætate prima motus ſum, alterius vltima, alium dignitati donaui, alium humilitati: quoties nullam inueneram miſericordiæ cauſam, mihi peperci. Hodie dijs immortalibus, ſi à me rationem repetant, annumerare genus humanum paratus ſum.* Decantanda Principis gloria eſt non ſolùm ſubiectum non perdidiſſe; ſed cùm ſeipſum in præceps ageret, reſeruaſſe. Ira ad iniqua ſupplicia non compelli, nec ſubiectorum temeritate, aut contumacia à patientia exorbitare, Principis Deo ſimilis clariſſima ſunt indicia, & indubia vel iniquis animis argumenta; verùm licet ſemper clementia, benignitáſque regnantis commendauerit gloriam, in regnandi exordio oportet, dum non vergat in delictorum fomentum, reprimere ſtudioſiùs iram, & glorioſo reportare triumpho de ipſa indignationis cauſa victoriam. *Qui audit mutatum, nouum nihilominus formidat imperium*, ſcribit Caſſiodorus 7. var. 4. *& verè neſcio quid triſte creditur cogitare, qui tardat inter initia, benigna promittere. Quapropter locum ſiniſtris cogitationibus amputantes, aliter de nobis non patimur credi, quàm quod de noſtris potuit parentibus æſtimari.* Initia regiminis ſunt velut opinionis ſemina, & quod tunc pectoribus traditur, poſtea vel actibus oppoſitis difficulter auellitur. Ergo diſcant Principes inter primordia regni elogium benignitatis acquirere, quamuis hominum temeritas & audacia patientiam aggreſſæ ſint diuexare. Adeſt in exemplum huius politicæ Gedeon; qui cum attritis iam hoſtibus victoriæ gloria fulgeret, eà à ſuis audacia impetitus eſt, vt ni tantus eſſet, extorta ira illos premeret, & ſuorum ſanguinem ſanguini aduerſationum adiungeret, maluit tamen leni benignitate placare, & imperij exordia ſuauitate fulcire: *Dixerunt ad eum viri Ephraim: Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter & prope vim inferentes. Quibus ille reſpondit: Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis?* Humili reſponſione frangit audaciam, cùm expetere contumaciæ potuiſſet vindictam: arbitratus namque eſt victoriam hoſtili ſanguine reſplendentem ſuorum ſanguine non defœdare; imò nouit elogiis magnanimitatis augere. *Ephræmi tribus*, ſcribit Ioſephus lib. 5. antiquit. cap. 8. *iniquo animo ferens Gedeonis bonam fortunam bello eum petere decreuit, eo quod inſcius ipſis hoſtem eſſet aggreſſus: Gedeon vir in omni virtute ſummus modeſtè reſpondit ſe non ſuo arbitratu hoſtem abſque illis aggreſſum; ſed iuſſu diuino; victoriam tamen nihilominus illorum eſſe, quàm ſuam ipſorum, qui militaſſent.* Addit: *Atque his verbis ſedata eorum ira non minus profuit Hebræis, quàm rebus proſperè geſtis.* Profuit Hebræis ſuſtinentia, qui profuerat de inimicis reportata victoria, & adæquè imperium firmauit prudenti benignitate parcendo, ac cum hoſtibus depræliando.

Caſſiodor. Non tardet læta promittere, qui incipit gubernare.

Ioſeph. Ira cedat cordatus ſuperior glorioſo triumpho.

54 Chriſto Domino exorto Magi inuolant eloquentibus ſyderis luminibus perluſi, regem proclamant, & Herodem Ieroſolymólque non aliter ac gladio, plauſu tranſuerberant: *Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum.* Quem recèns natum regem feſtinant Magi adorare, liuore adultus Herodes ardet opprimere. Quid tunc? Angelus Ioſephum in ſomnis admonet fugam, vt ſic fruſtretur ambitionis audaciam. *Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi: futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum:* Illâ particulâ *ecce* noſtram textus attentionem citat, & latere myſterium clariſſimè manifeſtat. Aliter quid noceret Herodem furere, quando qui monet Angelus, illum facillimè poſſet frænare, & temeritatis audaciam digno ſupplicio punire. Concluſit Angelus ora leonum, ne nocerent Danieli: flammas vertit in placidiſſimi roris delicias: Sennacherib exercitum trucidauit: Pharaonem & exercitum eius confuſis aquarum voluminibus merſit, & Herodem audere ſinit? Si puero miniſter Angelus non adeſſet, non miraret

Matth. 2. v. 2.

Ioſephum

Seneca. Felix Princeps, qui nó timet ſubiectorum rationem reddere.

Digitized by Google

Ioſephum armis nudum,matrem Virginem ætate teneram, maturam arripuiſſe fugam,ne cæciſſimæ temeritatis ſuſtinerent audaciam; at adſtante Angelo quid fugiendùm? Ipſa dubitationis cauſa eſt dubitationis repulſa: puer regni ſtimabat primordia, & maluit fugere benignus,quàm punire audacem cruentus:retulit adeſſe Angelum,vt putares fugam non à timore profectam; ſed fuiſſe a clementia exortam. *Si pietatis eſſe diximus*, aiebat Chryſologus ſerm. 150. *quòd natus eſt Chriſtus, Chriſtum quod fugiſſe legimus, quid dicemus? Fortaſſe ſicut natum diximus, vt repararet naturam, dicamus, vt fugaces revocaret,aufugit.* Addit poſt aliqua: *Bellicoſus quòd in bello fugit, artis eſt, non timoris: Deus quando fugit hominem, ſacramenti eſt, non pauoris:potens quando ſe ſubducit infirmo, inſequentem non pauet, ſed foris producit.* Maluit inter regni primordia benignitate fulgere, quàm poteſtatis gladium effuſo ſanguine cruentare:eruditus Principes non delicta permittere; ſed Principatus exordio veniam criminum ipſi dignitati, ni obſiſtat ratio, aut æquitas refragetur, concedere.

Chryſol.

55 Dæmon vt Chriſti Domini obſcurauerit regnum ſpecie laudantis aggreſſus eſt exertis clamoribus proferre vindicem teueriſſimum:Ecce legio clamauerunt dicentes. *Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Hoſtis fraudulentus non ait veniſti hominem liberare;ſed nos properaſti immaturè ſatis torquere: volebat namque in ipſo dominationis exordio illum infamare cruentum, & ſuppliciorum auidum, quo homines ab eius conſortio auerteret,& ab eius regno fugaret. Has diaboli techinas aperuit Dominus hominis ſalutem procurans,& vel ipſi dæmoni,quod tunc petebat,non denegans: *Mitte nos in gregem porcorum,& ait illis: Ite.* Ad benignitatis pompam,ne putarent homines vera dæmones protuliſſe,ſcilicet ſuſpirare tormentum, quod exambiebant, dæmonibus conceſſit hoſpitium: Adeſt Tertullianus lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 6. *Nec dixit quid tibi & nobis? ſed quid nobis & tibi? Se deplorans & ſorti ſuæ exprobrans, quam iam videns adiecit: Veniſti perdere nos. Adeò iudicis & vltoris, &, vt ita dixerim, Sæui Dei filium agnouerat Ieſum, non optimi illius & perdere & punire neſcientis.* Nihil tam cordi erat dæmoni, quam Chriſtum poteſtatis ſuæ radios expandentem doloſa humilitate panitare ſæuum, clamare vltorem, trepidare vindicem, vt dum audientibus perſuadet ſæuitiam, verſutè regiminis innubilauerit gloriã: nam ſi initio hominum animis crudelitatis inſeuerit opinionem, difficulter ab inſita opinione recedent vel repetitis beneuolentiæ argumentis, & iteratis clementiæ ſignis. Ergo quia oportet regiminis exordio Principem, Iudicem, Superiorem, omnem ſæuitiæ opinionem præcidere:& pectoribus benignitatis famam inſerere, ſe Dominus cum ipſo dæmone blandè geſſit,& hominem liberauit.

Matth. 8. v. 29.

Tertullian.

56 Lux à Domino vocata expromptè obediit, & obediendo regnauit: ad imperium producebatur, & conditor dum reſplendenti illam voce depromit, tenebras ad terrarum antra detrudit: *Vidit Deus lucem quòd eſſet bona, & diuiſit lucem à tenebris:* Quis non miretur tenebras à lumine non diuiſas, ſed à conditore exterminatas, quando ipſa luminis natura eas valebat depellere, & percuſſas radiorum ſpiculis detriumphare. Otioſum, ſuperuacaneumque videatur tenebras expunxiſſe, quando luci glorioſiùs eſſet depellere,& trophæo nobiliſſimo rutilare. O bonam eruditionem! lux ad faſtigium dignitatis creabatur: *Luminare maius,vt præeſſet diei,& luminare minus, vt præeſſet nocti:* & ne dignitas à inuicta inciperet,ne regnum à ſeueritate inchoaret, diuiſas à Numine textus retulit obſcuras tenebras quo ab infula aëri perſpicuitate, à caloréque tellurem fouente lux exordiretur imperium,& auſpicaretur dominium. Lux beneficia inferioribus impertita rutilat gratiùs, & dominatur decentiùs. Noctis dieique diuiſio luci poſteà commendata eſt: *Fiant luminaria in firmamento cæli, & diuidant diem ac noctem* quò exornarit dignitatem ſeueritas & benignitas; ſed eo modo,vt benignitas præceſſerit,& imperium auſpiciis fauſtiſſimis inchoarit. *Lucem dicit lucidam nubem*, ſcribit Hugo Cardinalis, *claritate quadam tenui ſuperiores mundi partes illuminantem.* Priùs fulget, poſt diuidit, ne imperium exordiatur à tenebrarum tormento,ſed ab aëris,ac telluris beneficio.

Genes. 1. v. 4

Hugo.

§. XIII.

Superbi inanibus ſæpè ſuſpicionibus diſtorquentur, quis ſe contemni arbitrantur.

PLurimum mali vecors credulitas facit,& quidem plurimis in rebus ſatius eſt honeſtè ſuperbire,quàm ſe abiectum tumore ſtulto putare: *Tollenda ex animo*, aiebat Seneca lib. 2.de ira cap. 24. *ſuſpicio, & coniectura, fallaciſſima irritamenta: ille me parum humanè ſaluauit, ille oſculo meo non adheſit, ille inchoatum ſermonem citò abſrupit, ille ad cœnam non vocauit illius vultus auerſior viſus eſt: non deerit ſuſpicioni argumentatio, ſimplicitate opus eſt, & benigna rerum æſtimatione: nihil niſi quod in oculos incurrit, manifeſtúmque erit, credamus; & quoties ſuſpicio noſtra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem: hæc enim caſtigatio conſuetudinem efficiet non facilè credendi.* Neſcimus ſæpiſſimè ſuperbire, & abiecto tumore diſtorquemur, dum nos ab aliis deſpici aut minus coli poſſe arbitramur: vt iræ cauſas præcidas, te magni æſtima, & poſſe deſpici non credideris,aut ab aliquibus deſpici flocci æſtimaueris: nubes excedit olympus, & Sol nubeculas tranſit propria claritate contentus, & ſplendoribus ſemper magnus. Honeſtè tumidus putat alios caſu delinquere, non ex animo iniuriam facere; at qui tumore imprudenti exagitatur, factitiis cauſis diſtorquetur,& inanibus ſuſpicionibus pungitur.Ecce Gedeon Numinis conſilio ductus eos ſolùm milites ad bellum adlegat, quos lampadibus ac tubis inſtrui oraculum imperat; verùm Ephraimitæ & victoriam obſcurate,& victoriæ Principem aſperrimis irritare verbis contendunt: *Dixerunt ad eum viri Ephraim: Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt non vocares,cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.* Quæres cur Ephraimitæ præ aliis ſic iræ flammis exarſerint, vt abfuerit parum, quin bellum inſanientes intulerint. Toſtatus quæſt. 3. exiſtimat has concepiſſe flammas, quia exiſtimarunt erga ipſos honoris non ſeruatas cæremonias; imò illatas propoſito iniurias. Arbitrati ſunt ſe

57

Seneca.

repulſos non oraculi præcepto ; ſed Gedeonis conſilio , & dum ſuſpicione anguntur, ſecum , & cum Gedeon præliantur. Toſtatum audi : *Quæretur vlteriùs : cur conqueſti ſunt Ephraitæ de Gedeone ? Reſpondendum quòd hoc fuit , quia putauerunt ſe contemni : erant enim ſuperbi Ephraitæ : ideò faciliùs putabant ſe contemni , ſcilicet ſi non obſeruarentur eis multa ceremoniæ honoris.* Dum attentiùs, ſtudioſiúſque qualiter erga ipſos ſe Manaſſæi gererent, ſcrutantur, facilè ſuperbiæ penicillo cauſas colorant , & quo diſcrucientur, dolorem effingunt. O quàm ſibi ipſi eſt inimicus ſuperbus, dum nimium diſtorquetur ſuſpicioſus, dum quidquid aut recta ratione agitur, aut ſine deliberatione committitur, arbitratur in ſui contemptum excogitari, & honori notam inuri !

Abulenſ.

58 Eo peruenit Perſarum Regum inſania , vt ſe deos haberi vellent , & honores ſibi diuinos impendi violentiſſimè procurarent : neque his contentus ambitionis furor adeò rationis metas progreſſus eſt, vt diuinitatē communicare aliis poſſe credidetit, & in benuolentiæ argumentum priuatis ſuis aggreſſus fuerit concedere. Ob hanc cauſam exiſtimo præcepiſſe Aſſuerum , vt omnes Amano ſupremo adminiſtro ſuo genua humillimâ delectione flecterent , & indigniſſima inflexione Numinis ad inſtar colerent : *Cunctí ſerui regis, qui in foribus palatij verſabantur , flectebant genua, & adorabant Aman : ſic enim præceperat eis Imperator : Solus Mardochæus non flectebat genu , neque adorabat eum.* Mardochæus non dignitatis contemptor ; ſed ſolius Numinis cultor non recuſabat debitos excelſo Principi honores exhibere ; ſed ſoli Deo debitam adorationem præſtare ; at Amanus ſuperbia turgidiſſimus , dum illas reuerentiæ exremonias in contemptum prætermiſſas exiſtimat , vix pectore ardentiſſimas furoris flammas conceptas frænat : pro nihilo felicitatem ſuam felicitatis terminos ſupergreſſam ducebat , dum ſe à ſeruulo contemptum deluſus exiſtimabat : ecce bellum ciet , & in omnem Iudæorum gentem edicta promit : *Implacabile in illum* (Mardochæum) *concepit odium* , ſcribit N. Sanctius , *cui non putabat ſatis iri factum , ſi vnum de medio Mardochæum tolleret , niſi vniuerſum Iudæorum genus extingueret.* Expende : oro te, in quam inſaniam illum impulerit falſa contemptus ſuſpicio, & inanis prorſus exiſtimatio : *Cum hæc omnia habeam* , refert vxori , amiciſque ſuis , *nihil me habere puto, quamdiu videro Mardochæum Iudæum ſedentem ante fores Regias.* Dirum , durúmque patiebatur tormentum , dum ſuſpicabatur ſe à Mardochæo contemni , & exhibitum ab omnibus honorem nullatenus ſibi ab illo præſtari : *Licèt ex eo Mardochæi contemptu* , addit Noſter Sanctius , *vt interpretabantur Amanus, , magnum accepiſſet dolorem , & furore ingenti exulceratus æſtuaret animus; diſſimulauit tamen,& vindictam , quam dudum deſignarat animo , in magis opportunum tempus reſeruauit.* Sibi ipſi extitit nocentiſſimus , dum ſe contemni præſumpſit malè ſuperbus : dum vindictam differt , vt angeat , ſibi perniciem imprudentes maturat. Ecce inanibus exulceratur animus ſuſpicionibus , & quia Satagit dolorem nefariis artibus, commentiſque deliniri ſibi probroſam mortem conſtat parare. Ergo diſce non ſuperbire, ne tibi ipſi contigerit calamitatem inferre. Adde prudentis eſſe puerilia prætermittere, ne ira leuiſſimis cauſis innutrita prorūpat, & ipſi ſuperbiæ dedecus afferat , quando ſtultiſſimè ſuperbit , qui inanibus , puerilibúſque cauſis efferueſcens, ſuperbiam prodit. Accipe Senecam citato loco cap. 25. *Illud ſequitur, vt minimis ſordidiſque rebus non exacerbemur.* Aliqua id generis ſunt , vt præterire, parui penderéque ſit decus, quando ægrū imbecilliſſimumque eſſe conſtat , cui tantiſper acrius adſpirans aura potuit nocere , & morbum iterum reuocare.

Esther. 3. v. 2.

Sanctius.

Esther. 5. v. 13.

Seneca.

59 Cùm Nabuchodonoſor deteſtando cultu ſacrilego obtequio ſtatuam auream adorari præceperit tres illi decantatiſſimi pueri retenta patria nobilitate ſeruili etiam in fortuna , deteſtabilem cultum renuerunt , & licèt omnes aut fornacis minis deterritos, aut cantus melodia delinitos imperata exequi conſpexiſſent , non ſunt exemplo ſeducti; ſed veritate conſtiterunt armati. Quid tunc ? Chaldæi , qui trium adoleſcentium inuidebant gloriæ , quique illos aut prorſus extinctos , aut indecorè exauctoratos eſſe diſcupiebant, ad regem inuolant , vtque eius iram acriùs accendant , non dicunt pueros non adoraſſe; ſed contempſiſſe : nouerant namque ſuperbum maxima atſurum indignatione, ſi animum induceret, vt ſe deſpectum à pueris crederet. Non ignorabant iniquiſſimi Chaldæi ſuperborum ingenium ; ideò afferebant contemptum, vt impium perfecerint conatum : *Regis accendunt iram* , inquit citatus Theodoretus orat. 3. *per hæc innuentes, ac tantum non dicentes . . . Honoris excellentiam occaſionem ignominiæ fecerunt.* Tunc Nabuchodonoſor , vt putauit delatorum ſuggeſtionibus , ſe contemni, in hunc namque modum illos criminabantur : *Viri iſti contempſerunt , rex , decretum tuum* ; ira exarſit , nec minores , quam fornacis, flammas ſuſtinuit : *Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira præcepit , vt adducerentur Sidrach, Miſach , & Abdenago.* Vt erat Superbiſſimus, dum ſe contemni credidit, irâ exarſit : plus ipſe diſtorquebatur confuſis Superbiæ vorticibus, quàm pueruli inſanis ignis ardoribus : furebat, diſcruciabatur , grauiúſque illi à tribus pueris ad ſpeciem deſpici erat tormentum , quàm à reliquis adorari iucundum : ad ſuperbiam caſtigandam opus non erat fornace ; ſed ſuſpicione. Profectò pueri regem non contemnebant ; ſed ſtatuam ſacrilego cultu non adorabant ; at dum ipſe ſe arbitratur contemptum , duriſſimum cogitur ſuſtinere cruciatum. *Furore* , inquit Theodoretus , *inſanire perſeuerabat , contra quem Deus inſtruxit veluti in acie non Angelum , quod erga illum Sennacherib fecerat ; ſed tres adoleſcentes.* Dum ab adoleſcentibus ſe deſpici putat , & dementiæ ſupplicium tolerat : nihil enim adeò ventoſiſſimis durum eſt, vt ab aliquibus non coli, & deſpectui ad ſpeciem haberi.

Theodoret.

Dan. 3. v. 12.

Theodoret.

---

§. XIV.

Quos coniungere debet idem propoſitum, contra communem hoſtem nullum diſiungat diſſidium.

60 NOn ſemel ſtrenui Duces idem fouerunt conſilium , & animo geſſerunt propoſitum, virulentum videlicet ac communem hoſtem atterere, & Reipublicæ labores tranquillitate leuare. Qui ſi nullo diſſidio ſecū ipſi decertent, ſi friuolis vaniſſimiſque

vaniſſimiſque cæremoniarum nugis nunquam diſcordent, triumphos reportant, & florentem pacem conſernant. *Vnum politico*, aiebat Plutarchus in præceptis politis. *Ex illis quæ eius officij ſunt, reliquum eſt, quo nullum eſt bonum aliud excellentius, vt concordiam ſemper conſtituat, amicitiámque inter ciues ſuos mutuam; contentiones diſſenſiones, ſimultatem omnem diſcutiat.* Nullo bono floret Reſpublica, ſi eius miniſtros exagitarit diſcordia, nec quid hoſti gratius; imò & felicius eſſe poteſt, quàm eiuſdem propoſiti conſortes contentionibus mutuis dimidere, & quibuſuis cauſis ſeparare *Non illi*, aiebat Tertullianus ad martyr. cap. 1. ſtrenuos fidei agnothetas adhortans, *tam benè ſit in ſuo regno, vt vos committat; ſed inueniat munitos, & concordia armatos: quia pax veſtra bellum eſt illi.* Veternoſus coluber, ſi virtutis duces inter ſe committat, iam optato fruitur triumpho, & minanti angitur nullatenus bello: diſcrimen namque illi non eſt, vbi diſcordia viget, vbi inimicitia odit, vbi maleuolentia diſiungit: *Pax veſtra bellum eſt illi.* Eſto aliquæ diſſenſionis cauſæ exoriantur, aliquæ ſæcularis vanitatis leges violatæ exaſperent, aliquæ ad ſpecié inurbanitates prorumpant: omnia deponenda ſunt, quouſque adepto de communi hoſte triumpho melius examinentur, & prudentiùs præcidantur. Ephraimitæ ſe à Gedeone inurbanè exiſtimabant præteritos, & ne contra Madian pugnarent, ſtudioſiſſimè oblitos: ipſi expoſtulantes ſic aiunt: *Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.* Stomachatos vides, & vt putabant ipſi, rationabili ſatis cauſa; non tamen hoc impedimento fuit vt iuſſi à Gedeone occupare Iordanem diſtulerint, aut minus ardenter contra inimicum pugnauerint: *Miſit Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim dicens: Deſcendite in occurſum Madian, & occupate aquas vſque Bethbera, atque Iordanem: Clamauitque omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanem vſque Bethbera.* Addit textus: *Et perſecuti ſunt Madian capita Horeb & Zeeb portantes ad Gedeonem trans flumen Iordanis.* Non facilè compono hanc Ephraimitarum iram cum exprompta & alacri ipſorum obedientia. Si gerunt cum Gedeone, vt qui inurbanus minúſque attentus contribules ſuos præterierit, inimicitias, cur eius præceptis obediunt? cur cum Madianitis confligunt? Se facilè de Gedeone poterunt vindicare, ſi eius victoriam non moliantur promouere, nec tranſitum hoſtibus adeò laboriosè præcludere. Ergo aut ſe vindicent præcepta non executi, aut non querantur obliti. Vtrumque noſtræ eruditioni deſeruit: Gedeoni, Ephraimitiſque idem erat propoſitum, ſcilicet inimicos atterere, aut ſaltèm profligare, & quamuis inter ſe aliquas diſſidij cauſas haberent, maluerunt ſibi parcere, quàm diſſidiis hoſti fauere: nec enim Madianitarum Principes caperentur, ſi Ephraimitæ non occurrerent, & fugientes caperent; at dum inter ſe diſſidij cauſas in commodius tempus examinandas tranſmittunt, hoſtiles phalanges cecidit: *Hic conſequenter ponitur*, inquit Lyra ad cap. 3. *adiutorium aſſociatio: quia filij Iſraël, qui non erant in prælio, videntes aduerſarios fugere, inſecuti ſunt eos.* Exaſperati in Gedeonem obediunt, & ne hoſtis communis euadat impunitus, ſimultatis cauſas deponunt.

Plutarch. Amicitia inter conciues felicitatis eſt mater.

Tertull. Pax noſtra eſt bellum dæmoni.

Iudic. 7. v. 24.

Lyra.

61 Quod & feciſſe Gedeonem refert textus: nam cùm Ephraimitæ bellum inferre aggrederentur, blandis eos verbis emolliuit, & ne victoria priuaretur, iurgiis ceſſit ſapienter politicus, & politicè cordatus: *Quid enim tale facere potui*, inquit, *quale vos feciſtis? Quod cùm locutus eſſet, requieuit Spiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Strenuus dux maluit iræ, etſi rationabili parcere, quam triumphis de hoſtilibus copiis tarere, non dubitans inter eiuſdem ſtudij iurgium eſſe inimicorum auxilium. Adeſt Abulenſis quæſt. 5. *Noluit eſſe auctor effuſi ſanguinis in Iſraël, etiam, quia propter bellum inteſtinum dimitteretur bellū hoſtile, & hoc grane peccatum erat: ideò vt ſapiens reſpondit molliter: Quid enim tale facere potui, vt vos feciſtis?* Egebat tempore, vt fugientes inſectatus aduerſarios, glorioſè imponerent finem triumpho, & à domeſtico prudenter abſtinuit bello. Iud. 8. v. 1. Abulenſ.

62 Plures reges eodem animo, eodémque ſtudio conuenerant contra Moab; ea tamen penuriâ laborabant aquarum, vt ni Eliſæus ſubueniſſet, ſitis vehementer vexaſſet: cryſtallina aqua viſa eſt Moabitis ſanguis, dúmque ſuſpicantur inter reges aliquod contigiſſe diſſidium, ad diripiendum ſeſe adhortantur Spolium: *Pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò, nunc perge ad prædam Moab.* Non aiunt ad pugnam; ſed ad prædam: quia dum putant inter aduerſarios diſſidia, credunt ſe virgine potituros victoriam, & incruenta cingendos palma: falſi ſunt, dū deſiderantibus oculis ernorem arbitrantur cryſtallum; at ni falſi, abſque dubio potirentur ſpoliis ſine labore, & inter ſe diſſidentes tam abeſſent à victoria, quàm fuiſſent hoſtibus præda: *Perrexerunt in caſtra Iſraël Moabitæ*, ſcribit Hugo Cardinalis, *putantes ea eſſe ſine militibus.* Dum arbitrantur inter capita inimicitias, ſibi promittunt ſine diſpendio victorias. Quàm politicæ Caſſiodorus 9. variar. 2. *Non eſt ſalus in corpore, niſi quam & membra poterint obtinere: iniuria vnius loci compago tota concutitur, & tanta conuenientiæ vis eſt, vt vnum vulnus vbique credas accipi, quando illa cœperit condolere.* Addit: *Grauius plectendus eſt, ſi ille, cui delegatur auxilium, probetur inferre detrimentum.* Si manus, quæ in corporis tutelam pugnare debent contra hoſtiles incurſu, ſibi contrarientur aduerſæ, iam corpus expoſitum obiicitur inimicis, & quod futurum erat auxilio, ingenti militat dāno. Ni omnia corporis membra concordiæ vinculis illigentur, contra hoſtiles adſultus inutiliter depræliantur. 4. Reg. 3. v. 23. Hugo. Caſſiod. Grauiter plectendus eſt, ſi decretus ad auxilium, intulerit detrimentum.

63 Philiſthæi duris verberibus afflicti ſic de arca remittenda cogitant, vt inſidias itineri perſtruanti plauſtrum nouum fieri iubent, eiuſque iugo duas fœtas vaccas, earum recluſis vitulis coniungi, vt ſic videantur remittere, & poſſint facillimè retinere: *Arripite, & facite plauſtrum nouum vnum, & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite in plauſtro, & recludite vitulos earum domi.* In nouo plauſtro adumbratum putat Gregorius charitatis præceptum: ipſum audi locum hunc interpretatum: *Hoc quippe plauſtrum innouari præcipiebat Dominus dicens: Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Itaque charitatis vinculis vaccas aſſociant; illas tamen recens natis vitulis priuant, vt dum quælibet vituli amore ab alia cupit diſiungi, dum ſuis molitur affectibus adulari, vincula concordiæ nitantur diſrumpere, quo Philiſthæi vaccis reluctantibus arcam poſſint retinere, & flagella ob retentionem vitare. 1. Reg. 6. v. 7. Gregor.

Illam

Illam ad ſpeciem remittunt; ſed dum inter portantes iurgia ſuſpicantur futura, ad ſuos peruenturam non credunt: *Iungite in plauſtrum*, ſcribit Lyra. Lyra, *ad retrahendum ipſum.* Dum quæuis vacca charitatis vinculis alteri coniungenda ob ſuam peculiarem vtilitatem prolisque affectum diſſentit, non ducit plauſtrum, ſed retrahit, & miraculis obſiſtit. Plura iam Deus ad educendam arcam perpetrarat miracula; at diuini, ne ſortiantur effectum, ſolicitant inter portantes diſſidium: quod ſi è ſententia contingeret, arca forſitan non triumpharet; verùm dum vtilitatis affectionisque oblitæ, dum concordi greſſu paríque ſtudio aggrediuntur viam, conſecuta eſt celebrem de aduerſariis Area victoriam, & quod miraculis non fuerat abſolutum, concordia ducentium iam videbatur perfectum: vt noueris quàm vel ipſa miracula miniſtris inter ſe diſſidentibus careant effectu, & quàm detriumphentur inimici ſi careant ambitu.

§. XV.

Melius iuuant cognati plerumque ad vitia, quàm virtutis promouerint. deſideria.

64 QVi cum vitiis depræliari decreuit, ſuis decreta animitus fugiat promere? imò omni ſtudio affectet celare: nam plerumque cognati, vtpote qui humanis ducantur affectibus validè aduerſantur virtutibus. A carnis ſanguiniſque vinculis expeditus contra mundum procedit armatus, aſt qui carnis, ſanguiniſque non obſurduerit conſiliis, coronari nequit victoriis. Vel in ipſo pietatis exercitio, ſi cum cognatis agitur, ſolet virtus tepeſcere, & animi propoſitum vacillare. Serpentis veternoſi reſplenduit aſtutia, dum Adamum ab officio retrahere aggreſſus, carnis & ſanguinis armis eſt vſus: *Per latus hominis*, inquit Seleucienſ. Baſilius Seleucienſis orat. 3, *ſtructuram ſubruere inceptat.* Adamus paradiſi cuſtos paradiſo aſſeruatur; ſed verſutus ſerpens ad inſidioſè meditata cognationis aſciuit auxilium, vt conſter virtutis ruinam à conſanguinitate ſumpſiſſe exordium. Gedeon à Deo in Madianitas delegatus ſuos contribules propoſitum celat, & contra inimicum properat: vicit hoſtem diuino auxilio, reſplenduitque nobili ditatus trophæo, verùm Ephraimitæ, ex quorum tribu erat, ſi Ioſepho credendum eſt, indignatione ſuccenſi ſe reiectos cauſantur, & victoris gloriam obſcurare vti expertes triumphi aggrediuntur: *Dixerunt ad eum viri Ephraim Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocaret, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & prope vim inferentes.* Vt ſedet iras, ita à Numine in præceptis habuiſſe, prodit, & dum prodit, noſtræ confirmandæ theſi deſeruit. Ioſeph. Audi Ioſephum apud Gloſſam: *Tribus Ephraim, ex qua erat Gedeon, grauiter ferens quòd cum eo minimè dimicaſſet, exercitum ſuper eum feſtinabat inducere: Gedeon verò cùm eſſet humilis animo, & omni virtute ſummus, dicebat, non ſe auctoritate ſua; ſed Deo iubente pugnaſſe.* Dum conſulente Numine cognatos celaſſe conſilium pandit, & celandum nobis oſtendit: quia ferè ſemper cognati degeneri amore, dum geſtiunt cognati augere commoditatem, importunis conſiliis depellere ſolent virtutem. Ergo virtutem ſectanti curandum eſt, ſi honeſtum velit propoſitum adimplere, cognatos ſemper celare.

Paratis vtrinque & congreſſuris Iſraëlitarum Allophylorúmque aciebus præter opinionem in arenam gigas deſcendit, qui immanitate molis, vultus toruitate Dei agminibus exprobrabat, & hoſtes vel aſpectu detetrebat: aduentauit etiam præter opinionem Dauid fratres inuiſurus, cúmque & monſtri intempeſtiuas audiret minas, & ſuorum animaduerteret vires penè exanimatas, ſciſcitatus eſt, quo præmio munerandus foret, qui hoſtem impeteret, & ab infamia populum liberaret: *Quid dabitur viro, qui percuſſerit Philiſtheum hunc, & tulerit opprobrium de Iſraël?* Eliab interrogationis non ignarus, & Dauidem cum hoſte congredi velle ſuſpicans, in illum verbis aſperrimis inuectus eſt: *Iratus eſt contra Dauid:* Dauid modeſtè reſpondit, & à fratre declinauit: *Quid feci? Numquid non verbum eſt? Et declinauit paululum ab eo ad alium, dixitque eumdem ſermonem.* Subdit textus: *Audita ſunt autem verba, quæ locutus eſt Dauid, & annunciata in conſpectu Saul.* Si Dauid cum hoſte pugnare exambit, & qui ad regem deferant, quærit, cur à fratre declinat, quando ſatius videbatur regi denuntiare per fratrem? Abulenſis quæſt. 18. reſpondet: *Declinauit ab eo: nam adhuc tenebat eum deſiderium pugnandi contra Goliath; & quia frater eius impediiſſet eũ, ſi mãſiſſet apud eum, declinauit ab eo.* Gratia quæ acceſſerat deſiderium, promittebátque triumphũ, docuit ne impediretur, fratrem fugere, ac propoſitum celare: & fortè, ni celaſſet deſiderium, adeptus non fuerit triumphum. Dum militem ſuum gratia promouet, vt certaminis prouocationem ad ſe rapiat, à cognatis ſeiungit, & animi propoſitum non prodere docet. Diſce ergo propinquos, ſi virtuti dicandus es, habere ſuſpectos, eoſque vereri, ſi ad certamina cum vitiis deſcendere cupis, vti aduerſarios. 65 Abulenſ.

Nato Domini Præcurſori, quod ab oracolo didicerat, mater nomen imponere adlaborabat: cognati verò, vt antiqua ſuorum ſtemmata antiquum etiam nomen oſtentaret, nouitati reſiſtebant: *Vocabant eum nomine patris ſui Zachariam,* Luc. 1. v. 59. *& reſpondens mater eius dixit: Nequaquàm; ſed vocabitur Ioannes.* Controuerſia inter cognatos & matrem nominis gloriam diſtulit, & tantiſper oracului retardauit: inſtiterunt namque conſanguinei, quaſi inuteretur familiæ nota, dum noua excogitabantur vocabula: *Dixerunt ad illam: quia nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine*: lis ad patrem delata eſt; ſcripſit ille tabellis nomen, quod redditæ loquelæ miraculum illuſtrauit: *Poſtulans pugillarem ſcripſit dicens: Ioannes eſt nomen eius: & mirati ſunt vniuerſi. Apertum eſt autem illicò os eius.* Miraculo opus fuit, vt cognati deſiſterent, & vt puer nomine gratiam referret, & maiorum nomina vtili nouitate ignoraret. Profectò ni aduerſantium ora ſoluta occluderet lingua, gratiæ vocabulo obſiſteret controuerſia. *Zacharias cum non poſſet nutu manifeſtare nomen, petit tabellas: & quia adſtipulatus eſt ſententiæ vxoris in nomine pueri*, inquit Theophylactus hic, *obſtupeſcunt omnes.* Addit: *Ioannes iuxta interpretationem eſt Dei gratia.* Si miraculum gratiæ nomini non patrocinaretur, illo puer non luceret inſignitus, aut ſaltèm tuliſſet moras tardatus: tam à primordiis puerum Theophyl. 66

retardant

Digitized by Google

retardant cognati à gratia,& docent fumoſa anhelare proſapiæ ſtemmata.

67 Chriſtus Dominus cùm ſe in virtutum ſuffragium perfectionisque patrocinium veniſſe oſtenderet,ſic aiebat apud Matthæum 10. cap. *Veni* Matth. 10. v.35. *ſeparare hominem aduerſùs patrem ſuum, & filiam aduerſùs matrem ſuam, & nurum aduerſùs ſocrum ſuam & inimici hominis domeſtici eius.* Illa particula & videtur vim cauſalis ſortiri: quaſi dicat: quia cognati & conſanguinei aduerſantur virtutibus ſtudenti, ſummopere oportet ab eis diſiungi, & diſſidio laudabili ſeparari. Expectares dicturum ſe veniſſe, vt abigeret dæmones, & teſtatur primum ſui aduentus ſtudium fuiſſe cognator gladio ſpiritus diuidere, & ad ſpiritus profectum interuallis longiſſimis ſeparare: nec mirum, quando plures tota tormentorum pompa deſpecta, & tyrannorum ſæuitia calcata filiorum lachrymulis, vxorem lamentis,conſiliis cognatorum exciderunt à propoſito, & iam præ manibus habito caruerũt triumpho. Ad rem ſatis Ambroſius in Pſal. 118. Abulenſ. octon. 15. *Sæpè cognouimus,quoniam quem formidoloſa carnificum pompa non terruit, nec diuiſi lateris ſulcus infregit, nec ardentes lamina à triumphalis fortitudinis vigore abducere potuerunt, cum inter ſæua iam præmia conſtitutum vxor tenera ſobolis oblatione miſerabilis: vnius lachryma miſeratione decepit.* Cognatorum adſpectus euigorauit virtutem, & quem inuenit adamantinum tota tormentorum ſæuitia, emolliuit crudelis miſericordia. A diabolo poſſeſſus ad Chriſtum inuolat, & adorat,cùm diſcipulus paternæ ad ſpeciem pietatis ſepararetur affectu. Matth. 8. v.21. *Alius de diſcipulis eius ait illi: Domine permitte me primum ire, & ſepelire patrem meum.* Vmbratilis pietas diſcipulum ſeiungebat, & vel à dæmone poſſeſſus accedere feſtinabat: quaſi grauius virtuti periculum immineret à pietate inordinata, quàm à tyrannide dæmonis manifeſta. Et quidem dum patrem pietatis ſepelire feſtinat ardor, fors fratrum & cognatorum lachrymis auolaſſet extinctus, aut ſaltèm langueret tepidus, ipſéque pietatis prætextus fieret diſcipulo laqueus. Ergo prohibuit Dominus demortuum patrem ſepelire, non vt pietatem parentibus exhibendam negaret; ſed vt nos latere ſæpè ſub pietatis vmbra periculum erudiret.

68 Fortaſſis noſtræ theſi non incongruè caſus ille Lazari poterit adaptari: in ſororum domo non ſolùm mortuus;ſed & fœtidus & exeſus vermibus adiacebat, cùm illi Dominus lucem refudit, cum Ioan. 11. v.44. demortuóq,nõ aliter ac cum viuo diſſeruit. *Lazare veni foras.* Prodit facſciis ſepulchralibus illigatus, & Dominus diſcipulis iubet: *Soluite eum & ſinite abire.* Profectò vinculis exolui ad miraculi complementum videbatur neceſſarium; ſed abire intempeſtiuum: cur abeat à Domino vocatus, vitæque reſtitutus, quando oporteret domi remanſiſſe ad ſororem compenſandum gaudio lamentum, ad propinqorum ſolatium, & ad miraculi complementum. Quid ergo iubet ſolutum abire, & anhela illum ſpectandi propinquorum deſideria fruſtrare? Fallar,ni receſſus ad miraculi conduxerit complementum, ni compleuerit triũphum. A Domino vocatus depulit tenebras, rupit mortis ligaturas,& ne ſi cum ſororibus maneat illa tenera virtutis vita aliquod detrimentum patiatur, retardatáque nullatenus roboretur, à propinquis ſeiunxit, & miraculum impleuit: ad vitam namque ſpirituale ri à Domino vocatis, ſummè oportet à propinquis recedere,& omni ſe affectu cognationis nudare. Huc voco Baſilium de Baſil. conſtan. cap. 21. *A propinquis, amicis, & parentibus animi affectione longè oportet eſſe diſiunctos, quam longè eos, qui iam ſunt vita defuncti, à viuis videmus diſtare.* Vt viuus diſcedit à cognato defuncto, & ſepulchro tradito, ſic qui virtutibus viuit à cognatis, quos mortuos vocauit Dominus, debet recedere, & quantum poſſit diſtare. Et quidem hoc ipſo in caſu Martha ſepulchrum referari reſiſtebat, ne fœtore tota inficeretur domus, & periclitaretur ſalus: ita ergo virtuti renatus, & perfectione iam viuus cognatos rerum humanarum ambitione fœtentes, & cupiditatum vermibus arroſos ad tuendam virtutis ſalutem oportet fugere, & ad vitandum periculum deuitare. Profectò vt teſtatur Tertullianus de pallio cap. 4.eo amentiæ Empedoclem ſuorum amor adduxit, vt ſorores diis ipſis præponeret, & antequam deos amentia ſtultiſſima ſalutaret. *Totus* (Diogenes) *Empedoclem in adyta cloacinarum detuliſſet, vt qui ſe cælitem delirarat, ſorores priùs ſuas, dehinc omnes deos ſalutaret:* Ecce erga ſorores affectione Empedoclem delirantem, & antiquitatis nobilitatiſque ſuorum arroganti amentia diis præferentem, & vtinam vnus fuiſſet hac in re Empedocles; ſed reliquit diſcipulos plures. Tertullian.

---

§. XVI.

In reſplendentem præ aliis felicitatis gloriâ plures obarmat inuidia.

AD tuendam impetu venientem fortunam 69
aliâ, & quidem grandi fortuna opus eſt: ægrè ferunt homines heri abiectum ſpectare hodie ſummis plauſibus, & commodis fortunatum: ipſe namque felicitatis impetus armat odium, & cogit contra felicem copioſum inuidentium ac belligerantium exercitum. Qui paulatim creuit, inuidiæ rabiem declinauit; at qui præter opinionem ſucceſſibus inopinis reſplenduit, inuidentia æſtuantibus patuit. *Conſidera,* aiebat Seneca epiſt. Seneca. 105. *quæ ſint, quæ hominem in perniciem hominis inſtigent, inuenies ſpem, inuidiam, odium, metum, contemptum: ex omnibus iſtis adeò leuiſſimum eſt contemptus, vt multi in illo remedij cauſa deliuerint. Quem quis contemnit, calcat ſine dubio; ſed tranſit. Nemo homini contempto pertinaciter, nemo diligenter nocet: etiam in acie iacens præteritur, cum ſtante pugnatur.* Inuidia ſtantem totis nititur viribus ſubruere, & contemptim ſatagit proculcare. Iam ſi pugnat cum ſtante, acriùs non dubites depugnandum cum victore: aliena felicitas ferit, alienus ſplendor oculorem aciem perſtringit, & dum ignobile creat faſtidium, ardentiſſimum inflammat odium.Ecce Gedeon,qui humilis pacatè degebat,proſtratis hoſtibus, & profligatis aciebus eximius triumphator ſplendet, & dum ſplendet triumphis redimitus, grandi aduerſantium exercitu impetitur dinexatus: *Quid eſt hoc quod facere voluiſti* (criminãtur Ephraimitæ) *vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madiam? iurgantes fortiter, & propè vim inferemes.* Victoriam periculoſius bellum excepit,& quem putares deuictis

Digitized by Google

deuictis hostibus tranquillum, vides inuidentium iurgiis, iurgantium odiis non sine periculo diuexatum. Et quidem nisi modestia, cautelaque declinasset inuidiam, nullatenus potiretur victoriæ gloriam. Adest Caietanus ad hunc locum: *Elati viri Ephraim tumebant aduersùs Gedeonem Principem, exercitus, & caput tantæ victoriæ* Consonat Iosephus apud Gloſſam: *Tribus Ephraim, ex qua erat Gedeon graviter ferens quòd cum eo minimè dimicasset exercitum super eum festinabat inducere.* Endum exercitum profligat, in se præter opinionem cogit exercitum, & dum arridet victoria, vrget fortissimè inuidia. Contra hostes satis fuit conspicuus lucis splendor: contra Ephraimitas opus fuit splendorem tegere, & illos humilitate sedare.

Caietan.

Philo.

70 Expendebam in illis adeò repetitis seruorum somniis magnam inueniri diuersitatem: pincerna intuetur vitem terræ vicinam, paulatim palmites extendentem, protrudentem gemmas, coquentem vuas: *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas matureſcere.* Alter seruorum videt canistrum saporatissimis eduliis, conditis ad gustum cibis exundans aliis canistris superpositum, & suprà caput elatum: *Et ego vidi somnium quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum, & in vno canistro, quod erat excelsius, portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria, aueſque comedere ex eo.* Si tres palmites ornantur maturis vuis, nec tamen patiuntur aues, cur hoc vnum canistrum sustineat diripientium adsultus, & durissimos rostrorum morsus? Tria offerebantur etiam canistra, & tamen ad vnicum aues omnes celeri inuolauêre conatu, & dispolauere morsu. Causam diuersitatis inquires, quando videbantur aues non minori studio ad vuas dulcissimas inuolaturæ, quàm ad saporatos cibos; & tamen vuis parcunt, auidè cibos diripiunt. Ea se mihi offert diuersitatis ratio, vitem videlicet paulatim succreuisse, nullum ex palmitibus præ aliis diuitalle; imò omnium palmitum fructus dilatatis pampinis contexisse; at canistrum repentino successu cibis omnibus exundauit, supra cætera elatius eminuit, & diuitias incautè ostendit. Ergo ad hoc properauit inuidentium auium volatus, & defœdauit virulentissimus morsus. Quàm disertè citatus Seneca! *Sic inuidiam effugies, si te non ingesseris oculis, si bona tua non iactaueris, si scièris in sinu gaudere.* Dum vitis foliis tegit fructus, dum paulatim crescens abundantiam non iactat, dum in sinu suo gaudet prouentu, caret diripientium morsu; at canistrum cæteris eminentius, præ aliisque ditius in se aduocat vngues, & rapaces allicit aues. Innuit Abulensis: *Ex superiori canistro dixit aues comedisse: quia de aliis comedere non poterant: quia inferiora duo canistra erant clausa: quia cùm vnum esset super aliud fundum eius erat super aperturam alterius, & claudebat illam: manebat ergo isto modo os canistri superioris apertum, de quo solùm comedere poterant aues.* Dum alia canistra mediocri fortuna vtuntur, dum clausa oculis non obiectantur, nec morsus, nec vngues patiuntur; at superius canistrum dum ditius, dum fortunacius, dum excelsius, patet infortuniis, & mordentium inseruit gaudiis. Ergo dum ad tuendam fortunam, aliam fortunam non habet, rapinam & morsus sustinet.

Genes. 40. v. 10.

Seneca.

Abulens.

71 Iob de Leuiathan agens postquam eius fortitudinem depinxit, vbi improbè cibetur, ostendit: *Huic*, inquit, *montes herbas ferunt, omnes bestiæ agri ludent illi.* Mirum non est Behemoth brutalitatis Principem, insipientiæ ducem herbis victitare, & fœno insipidissimo viuere; sed cur ei valles herbas non gignat, & pabulum pestifero dente terendum ferant, quando in humillimis vallibus viridior herba? Sanè in montibus durissimis, & humiditate vt plurimum vacuis non ita vt in vallibus herba nitet, & grato nitore floret. Cur ergo solùm insidietur montibus, parcat vallibus? Ratio facilis: quia montes eminent præcelsi, quia clariori luce resplendent conspicui: quia oculis præ vallibus obiiciuntur floriditate exornati. Ergo Behemoth inuidentiæ officina, vt qui Luciferi vmbram gerat, altis insidias tendit, & bellum ciet. *Elati sæculi*, scribit Gregorius lib. 33. moralium cap. 1. *huic Behemoth herbas ferunt: quia illum reficiunt.* Præmiserat Sanctus Doctor: *Cùm montes plurali numero nominantur, aliquando sæcularium potestatem tumor exprimitur*: inuidia infectatur altos, transit deiectos: ergo valles dum vtili opacitate herbas contegunt, & Behemoth acutos dentes effugiunt, ac montes dum eminent, dum florent, dum nitidiùs & citiùs lucent, eius patiuntur improbum bellum, & illi ministrant infaustè pactum.

Iob. 40. v. 15.

Gregor.

Christus eiúsque discipuli miraculi ad instar à populis habebantur, resonabant eorum laudes faustis repetitisque acclamationibus montes: ergo Pharisæi inuidiam religione contectam in campum producentes, & Ioannis nonnullos discipulos discipulorum Christi inuidentia tactos sibi associantes, de austeritate procudunt arma, Dominum adeunt, & non sine supercilio criminantur ventri indulgere discipulos: *Pharisæi dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* Diuersos moribus, discordantes studiis sic coniunxit inuidia, vt eadem videatur illorum causa. In Christum eiúsque discipulos obarmantur non ieiunij procuratores; sed plausus æmuli. Læsam austeritatem causantur, & religionis fuco deseruiunt odio. Adest Chrysologus serm. 31. *Et cum discipulis Ioannis quæ societas Pharisæis, nisi quia iunxerat inuidia, quod disiunxerat disciplina? Hic iam sua perdidit iura Zelus, iunxit disiungere consuetus. Iudæi postponi Moysem Domino non ferebant, discipuli Ioannis Christum nolebant Ioanni vllatenus anteferri, sic in Christum fremebant vtrique liuore communi.* Dum quisque sui magistri ardet imprudenti studio, cæco debachabatur in Christum odio, dúmque cæteris arbitrantur celsiorem, inuidia coniunguntur discordantes ad bellum, & iam conuertunt deteriorem in concordiam dissidium. Christus eiúsque discipuli sustinent Pharisæorum pro Moyse imprudentissimum Zelum, & pro Ioanne importunum satis studium. Plures Dominus patitur inimicos, dum splendore præcellit plurimos.

Matth. 9. v. 11.

Chrysol.

72

Digitized by Google

§. XVII.

Non ſemel qui ad dignitatis faſtigium præter opinionem euectus, circa honorem ſibi debitum nimium inuenitur ſcrupuloſus.

73 INſitum hominibus eſt, honorem diſcupere, & ad mundialem gloriam, quantumuis euanidam totis niſibus inhiare; verùm qui natalium iure, originis lege claris ſemper luminibus reſplenduerũt, has ceremoniarum nugas, aut honoris ceremonias magnanimè deſpiciunt, nec ſuperſtitioſè attendunt; imò aliquando ſcire nolunt, ſi aliqui minus ſe vrbanè geſſerunt: quod magnanimitatis, ingenuitatiſque non dubium eſt teſtimonium; *Fecit hoc Caius Cæſar*, aiebat Seneca lib. 2. de ira c. 24. *ille qui victoria ciuili clemẽtiſſimè vſus eſt Cùm ſcrinia deprehendiſſet epiſtolarum ad Pompeium miſſarum ab iis, qui videbantur aut in aduerſis, aut in neutris fuiſſe partibus, combuſſit: quamuis enim moderatè ſoleret iraſci, maluit tamen non poſſe. Gratiſſimum putauit genus veniæ neſcire quid quiſque peccaſſet. Plurimum mali crudelitas facit: ſæpè ne audiendum quidem eſt: quoniam in quibuſdam rebus Satius eſt decipi, quam diffidere.* Cordatius eſt, dum mentì occurrit, alios ſibi debitas honoris ceremonias non exhibuiſſe, putare ſe falli, quam iraſci: nam ipſa iniuriæ euulgatio incrementat iniuriam, & quod potuit adſcribi, dum anceps erat incuriositati, poſtea non poteſt non adſcribi deſpectui. Hinc, vt aiebam, magnanimi honori ſuo conſulũt, dũ ſibi nimis religioſè has honori exhiberi ceremonias deſpiciũt; verùm illi, qui præter opinionẽ, qui non natalium lege, ſed cæciſſimæ fortunæ fauore dignitatis, felicitatiſque luminibus reſplenduerunt, acerrimi ſunt ſui honoris vindices, & attentiſſimè quid quiſque faciat, obſeruant; imò non ſemel quia honore ſunt imbecilli, leuis illos offendit aura, & diſcruciat ſuſpicio querula. Ephraitæ adepta de Madianitis victoria Gedeonem adeunt, nec ſine ſupercilio ad pugnam ſe non vocatos cõqueruntur: *Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & prope vim inferentes.* Aliis tribubus idem ac Ephraimitis acciderat, ipſi tamẽ ſolũ dant Gedeoni querelas & illatas ſibi vociferantur iniurias: Et quæ diſcriminis cauſa eſt? Quia Ephraim, reſpondet Abulenſis q. 3. etſi Manaſſe eſſet ætate minor, honore præter opinionem reſplenduit maior, vt conſtat Geneſ. 48. Quia ergo iure natalium illum non ſortiebantur honorem, ſic honoris ceremonias attendebant, vt indebitè ſecum actum putarint, & in arma contra Gedeonem irruerint: *Quæretur cur conqueſti ſunt Ephraitæ de Gedeone? Reſpondendum quod hoc fuit quia putauerunt ſe contemni: erant enim ſuperbi Ephraitæ, ideò faciliter putabant ſe contemni, ſcilicet ſi non obſeruarentur eis multæ ceremoniæ honoris.* Adiecit doctus interpres ſuſpicionis motiuum. *Erat autẽ motiuum huius præcipuum, quia Ephraim & Manaſſe erant pars tribus Ioſeph; ſed Iacob pater Iſraëlitarum ex priuilegio ſpeciali fecit Ephraim & Manaſſe eſſe duas tribus, & quamquam eſſet Manaſſe ætate maior, Iacob benedicens poſuit manum dexteram ſuper Ephraim.* Ephraim, quia ex priuilegio maior, nimium ſemper ceremonias honoris attendebat, & curioſiùs obſeruabat. Redeat iterum Abulenſis: *Ob hoc quidquid agerent viri Manaſſe, attendebant viri Ephraim, an in contemptum eorum agerent, vel ad præponendum ſe eis.* Gedeon Manaſſita Ephraitas non vocauit, ductum ſecutus diuinum; verùm illi ex priuilegio maiores iurgia excitant, dum honoris ſibi ceremonias non exhibitas ſine fundamento putant: aliæ tribus non excitarunt querelas, nec illatas ſibi exiſtimarunt iniurias; at quæ reſplenduit tribus Aui fauore, non natalium lege, nimis fuit erga honorem ſibi exhibendum ſcrupuloſa, & curioſiùs ſemper attenta.

Seneca.

Aliquando ſatius eſt decipi, quàm diffidere.

Abulenſ.

Expendebam Chriſtum Dominum mitiùs ſe 74
cum dæmone geſſiſſe, cùm tamen arca duriùs Dagonem tractarit. Ad Geraſenorum regionem appellenti occurrit dæmon, neſcias an iniuriis, an etſi ſpecie tenus, deuotus: *Clamauerunt dicentes. Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos.* Tempus opponunt auctori temporũ: nec his exprimitur vera adoratio; imò procax ad ſpeciem petitio: *ſi eiicis nos hinc, mitte nos in gregẽ porcorum.* Quid tunc Dominus? *Ite.* Et cur non infligat verbera, quando videbatur iactaſſe probra? Fortè, quia filius Dei, deſpexit blaterãtem, ſpreuit debitum honorem non exhibentem. Tranſi modò cogitatione ad arcam, quæ iuxta Dagonem collocata illum ad terram deiecit, & caput manúſque præcidit *Inuenerunt Dagonem iacentem ſuper faciẽ ſuam in terra coram arca Domini; caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen.* Arca Dagonem percutit, Chriſtus audentem dæmonem ſuſtinet. Et quæ præcidendi caput, manuſque occaſio? Audi ex Abulenſ. q. 13. *Abſciſſæ ſunt illæ partes, quæ ad adorationem pertinent, ſcilicet caput, quia illud non benè curauit, & manus, quia illas non benè leuauit coram Domino.* Scrupuloſior ad noſtram eruditionem fuit Arca erga adorationẽ ſibi exhibitam, quàm ipſe Chriſtus erga reuerentiam à dæmone ſibi debitã: permiſit Chriſtus procaci lutulentum gregem intrare; Arca Dagonem minus profundè adarãtẽ noluit ſuſtinere. Et quare? Quia Chriſtus tota diuinitatis luce reſplenduit: Arca nõ originis legibus, ſed Dei fauore ad Chriſti ſymbolum eleuata radiauit. Ergo ad noſtram eruditionem. Arca vmbra ſolùm magna exactiùs adorationis ceremonias exegit, cùm Deus ipſe ob adorationem ritè non exhibitam Geraſenum dæmonem non mulctarit. Adde quanto aliquibus infirmius ius eſt ad exigendum honorem tanto ardentius ab omnibus honorem ambire, & ni exhibeatur, ſupercilio duriſſimo vrgere.

Matth. 8. v. 29.

1. Reg. 5. v. 4

Abulenſ.

Deo throno inſidenti duo aſſtabant Seraphim 75
eius gloriam exertis clamoribus buccinantes: *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum: Seraphim ſtabant ſuper illud ſex alæ vni, & ſex alæ alteri.* Vides Seraphinos ſtantes, nec vt adorauerint procidentes. Tranſi modo ad Danielis 3. caput, vbi cùm Nabuchodonoſor auream ſtatuam conſtruxerit, illique ad inſtar Numinis cultum ab omnibus exhiberi ìmpio decreto ſtatuerit, ſic proclamare præconem iuſſit: *Cadentes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex: ſi quis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.* Quæres cur Nabuchodonoſor à proſtratis voluerit adorari ſtatuam, quando Deus ipſe ab aſſtantibus adoratur Seraphinis. Imò dubium ingerit, quomodo in tanta hominum multitudine deprehendi potuerunt tresilli viri adorare renuentes: ſic namque illos Regij expoſtulauere miniſtri: *Viri iſti contemſerunt, rex, decretum*

Iſai. 6. v. 1.

Dan. 3. v. 5.

cretum tuum, deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non aderant. O quàm apud reges ſtoret adulatio! Contenti non ſunt miniſtri Deum appellare ſtatuam; ſed ingeminant numerum, vt diuinitatis exaggerarint exceſſum: *Deos tuos non colunt*, inquiunt: quot deos? Statuam ſanè; verùm quæ erat vna numero, in plures excreuit deos adulationis commento, ambitionis artificio. Itaque, vt videtur, miniſtros appoſuerat rex, qui notarent, an deiecta ſatis eſſet proſtratio, an omni ſtudio exhiberetur ſtatuæ cultus, an in impendendo obſequio aliquis admitteretur defectus; nec mirum, erat namque illa Deitas omnino conficta, & ſolùm potentiæ viribus procreata, & cum proprio iure Deus adſtare Seraphinos permiſerit, ante ſtatuam Deus commentitius adoratores proſtrari exegit, & an ita fieret, nimia curioſitate notauit, *Ananias, Azarias, & Miſaël renuerunt adorare*, inquit Theodoretus orat. 3. *non latuere autem impios Chaldæos.* Regij miniſtri, aut qui eius ambitioni adulari contendebant, omnia lynceis oculis adnotabant. Nec contentus fuit Nabuchodonoſor alio adorationis genere niſi maximo & notiſſimo: *Hæc eſt omnium aut maxima aut notiſſima adoratio*, ſcribit noſter Sanctius, *quæ in altero aliquid recognoſcit ſublime, aut amplum, quod ea corporis abiectione confitetur.* Subiicit: *Nec eſt incredibile innumeram illam multitudinem ſic fuiſſe proſtratam, vt terram lingerent.* Satis non erat ceruicem curuare, genuflectere, demiſſo vultu conteſtari reuerentiam: quia præter opinionem: præter rationémque ad diuinitatem euecta ſtatua adorari voluit exactiſſima reuerentia: ſatis non fuit adſtare ſimulacro, vt adſtantes effugerent flammam, cùm Seraphinis ſatis fuerit adſtare throno, vt potirentur adſtantes gloriam.

Theodoret.

Sanctius.

§. XVIII.

Sæpè in noſtrum commodum prouidentiſſimè cauta, querimur ad contemptum diſpoſita.

76 VT noſtra prouidentia cæcutit, vtque ſub alia rerum periſtaſi incommoda aut proficua ignoramus, noſtra ſæpè cæcitate innixi conquerimur; & quæ prudentiſſima in noſtrum commodum diſpoſuit cautela, exiſtimamus patrata contemptus cauſa: vnde contigit, vt ingens beneficium lippientibus oculis videatur probrum, & irrogatam criminemur iniuriam, quàm debuiſſemus agnoſcere gratiam. O quanta quæ putamus commoda, nobis extitiſſent diſcrimina! O quàm noſter innubilaretur honor, ſi quæ ambimus, accidiſſent! *Quamuis vtilia Reipublicæ*, aiebat Theodoricus 5. var. 16. *noſtra ſemper conſuetudine cenſeamus, & ob id omnibus poſſint eſſe gratiſſima, quæ iubemus: quia cunctis profutura noſcuntur; tractandum tamen eſt, vt Principis deſiderium nulli exiſtere debeat oneroſum.* Optimus Princeps, ne ſuis ſit oneroſus pro illorum omnia vtilitate diſponit, verùm dum ambitionis nebula præpedit oculos, interturbare ſolet affectus, & inde elaborantur diſſidia, vnde debuiſſent oriri obſequia. En Gedeon in campum proceſſurus Ephraïtas non vocauit, plurimis aliarum tribuum aſcitis, quod illi iniquiùs ferentes, séque deſpectos putantes non ſolùm querelis iniurioſis laceſſunt; ſed collecta manu ad depellendam, quam exiſtimabant iniuriam, impetunt. *Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? Irgantes fortiter, & prope vim inferentes.* Quæ ratio Gedeonem mouerit ad Ephraïtas non vocandum, quærunt interpretes. Abulenſis q. 7. putat diuina hoc prouidentia diſpoſitum, ne ſi vt aliæ tribus, vocata Ephraïtarum tribus expelleretur, vt erant ventoſiſſimi, ægriùs ferrent, & in certamina proſilirent. Itaque dum non vocat Ephraïmitas, periculo occurrit, & illorum honori attendit, quandoquidem turpius erat reiici, quàm non vocari; at illi non capientes quæ illa rerum periſtaſi obueniſſent, non fuiſſe vocatos peſſimè interpretantes, iurgia excitant, & pro quibus debuiſſent agere gratias, triſtiſſimas dant querelas. Accipe Abulenſem: *Fortè Deus cauit hoc ad tollendas ſeditiones: nam illa tribus, quæ vocata fuerunt à Gedeone, iuſſæ ſunt à Deo recedere de bello in tabernacula ſua. Si autem veniſſet tribus Ephraïm, & iuſſa fuiſſet recedere, habuiſſet ad magnam iniuriam putans quòd Gedeon feciſſet iſta de corde ſuo in contumeliam Ephraïtarum, & non iuſſiſſet Deus, & tumultuarentur durè contra Gedeonem: quia maius erat repelli vocatos, quàm non vocari.* Itaque vocati non ſunt, vt hac veluti obliuione redimerent repulſionis notam; verùm dum cæci quod ad illorum commoda cautè diſpoſitum, putant in contemptum factum, durum oſtentant ſupercilium, & exaſperatum animum.

Abulenſ.

77 Prouidentiſſimus pater, ne iunior inexpertúſque filius, quod hæreditarium ſibi obtigerat patrimonium dementi prodigalitate conſumeret, indecoríſque diſpendiis prodigeret, retinebat prouidus, non auarus; verùm filius poſſidendæ hæreditatis deſiderio longæ patris vitæ adurgebatur faſtidio, naturam cupiditati poſtponens, & patrem non ſine ſupercilio de facultatum retentione redarguens: *Da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit.* Profectò pater iunioris ingenij non ignarus materiam ſubtrahebat errori, præcidebat cautus ſcelerum occaſiones, tradere differens, quæ illi obtigerant, facultates; at filius noxiæ ſibi libertatis ſtudioſus partem appellauit querulus, quaſi iniuriam inferret iuri, propriæ adulatus cupiditati. Adeſt Chryſologus ſerm. 1. *Petente vno ambobus totam ſubſtantiam mox diuiſit, vt ſcirent filij quòd antè tenebat pater, non fuiſſe auaritiæ; ſed amoris: prouidentia, non inuidentia non dediſſe. Tenebatur pater ſeruare ſubſtantiam filiis, non negare, & manere ea pignoribus cupiens, non perire.* Sapientiſſimus pater verebatur, ne puerilibus annis impulſus iunior & ſubſtantiam perderet, & gloriam nobilitatis flagitiis innubilaret, vtque errori occurreret, materiam, aurum videlicet, ſubtraxit cupiditati; verùm filius ipſam prouidentiam ſugillabat cæciſſimus auaritiam, & neceſſum fuit petente vno ambobus diuiſiſſe ſubſtantiam, vt reddendi facilitas ſuſpectæ tenacitatis depelleret notam: *Petente vno ambobus totam ſubſtantiam mox diuiſit.* Et cur ambobus petente vno? Reddit rationem Rauennæ Antiſtes: *Vt ſcirent filij quod ante tenebat pater non fuiſſe auaritiæ; ſed amoris, prouidentia non inuidentia non dediſſe.* Sic prodigus patris carpebat prouidentiam, vt opus illi fuerit ſuſpicionem depellere, & non petenti dediſſe in amoris ſuffragium, prouidentiæque teſtimonium. Nec ſatis fuit grandiori filio paternam liberalitatem expertum fuiſſe, vt à criminationi-

Luc. 15. v. 12.

Chryſol.

bus

bus abſtineret: nam cùm redeunti prodigo fame lurido, nuditate ſordido pater affectu generoſiſſimo prouidiſſet, tragœdias excitauit iniuriam ſibi illatam conqueſtus: quia diuturni temporis labores nullo præmio fuerant remunerati; imò ipſa obliuione remunerationis deſpecti: *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, & nunquã dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.* Querela ipſa patris commendabat prouidentiam, quando ob id ipſum, ne ſcilicet cum amicis ſuis epularetur, negauit hœdum vitare cupiens peccatum. Amicos ſuos non computabat eos, à quibus in patris gratiam amabatur; ſed illos, quorum periculoſiſſimis ſuggeſtionibus, & exemplis trahebatur ad vitia, & ad vitiorum opprobria. Ergo cùm ob id ipſum patrem debuiſſet reuerenter ſuſpicere, aggreſſus eſt procaciter infamare: *Nunquam dediſti mihi hœdum.* Accipe

Chryſol. iterum Chryſologum ſerm. 4. *Amicos paternos ſuos eſſe non computat; hos non amicos; ſed extraneos credit, à quibus vidit in patris gratiam ſe amari:* Si virtutis aſſeclas putaſſet amicos, nequiret conqueri, quandoquidem non ſolùm ad hœdi; ſed ad opiparas vituli epulas vocabatur. Sed quia voluptatis ſectatores computabat amicos, conqueſtus eſt ſibi denegatum hœdum, & quod debuiſſet prouidentiæ gratificari, maluit tenacitati tribuere.

78 Iacob iuſſus à Domino patriam repetere, ne diutiùs leuirorum audaciam, & auerſi ſoceri vultus ſuſtineret moleſtiam, diſpoſuit præcipienti parere, & Labano multiplicandi iniurias occaſionem præcidere: clanculum fugit; Labanus furore percitus manum accelerat cogere, & fugientem perſequi. Id erat perſequendi ſtudium, vt comprehenderit non ignauum; ſed fugiendi ſatis ſolicitum. Quid tunc? Fugam criminatur, & ſtultam inurbanámque duriſſimè carpit audaciam; verùm

Geneſ. 31. v. 31. quid Iacob reſpondeat, audiamus: *Quod inſcio te profectus ſum, timui, ne violenter auferres filias tuas.* Veritus eſt, ne ſi moliri Iacob reditum ſuſpicaretur Labanus, vt erat potens, pro lege vteretur violentiâ, & vxores auferret ingenti culpâ. Ergo cauit furenti occaſionem præbere, & pro-

Lyra. fectionem iniquo pandere: Adeſt Lyra: *Deſcribitur obiurgatio rationabilis ipſius Iacob contra Laban, & primò reddit rationem quare non ſignificauerit ei receſſum ſuum.* Fugam tegere fuit rationabilis prouidentia, & cautela prouidentiſſima; verùm indignationis nebulis obcæcatus, aut furoris tenebris impeditus vociferabatur Labanus illatam ſibi iniuriam, & improbam criminabatur conſcientiam. O quoties contingit, dum pater aut Superior prudenti cautione vitare ſtudet pericula, ſubiectos conqueri, nec ſine ſupercilio irrogatam ſibi iniuriam, iniuriosámque illos denigraſſe diffidentiam cauſari! Profectò Gedeonem Ephraïmitas præteriiſſe fuit non iniuria; ſed cautela; illi tamen immodicis iurgiis ſe queruntur fuiſſe repulſos non cautela; ſed iniuriâ.

§. XIX.

Prudens ſuperior feruentem ſubiectorum audaciam non irritat; ſed vrbano ac molli ſermone ſedat.

PRincipem, ſuperiorémque vt dignitatis anteponit ſplendor, ſic non ſemel ſubiectis poſtponit amor, & quos rationabilis ira poſſet percutere, geſtit charitas aſſeruare. Suæ dignitati debet ſuperior aliquando parcere, & offenſus indulgere: nam cùm poteſtas non ſit ad reportandam infelicem de ſubiectis victoriam; ſed ad applicandam ægrotanti medelam, non ſemel congruit ardentia vulnera auſteritate non irritare; ſed blanda manu emollire. Sapiens ille, qui ad regiminis faſtigium vocabatur, ſe medicinæ aſſeruit ignarum, vt inaugurantium cohiberet ſtudium: *Non ſum medicus, nolite conſtituere me Principem populi.* Nouerat congruere regimini medicinam: nam vt medicus furenti febris ardore nil applicat; ſed deferueſcere expectat, vt opportunius inciſione, ſanguiniſque emiſſione ſuccurrat, ne ſi aliter, ipſo remedio recrudeſcat infirmitas, & inde increuerit detrimentum, vnde ſperabatur auxilium: ſic bonus ſuperior expectat aptum tempus, vt laboranti ſubueniat: *Dolori tuo,* aiebat Seneca de Conſolat. ad Heluiam c. 1. *dum recèns ſæuiret, ſciebam occurrendum non eſſe, ne illum ipſa ſolertiâ irritarem, & accenderem: nam in morbis quoque nihil eſt perniciоſius, quàm immatura medicina. Expectabam itaque, dum ipſe vires ſuas frangeret, & ad ſuſtinenda remedia mora mitigatus tangi ſe ac tractari pateretur.* Expectandum eſt, vt deferueſcat dolor, quò faciliùs curetur, & ſuſtinenda eſt tantiſper indignatio, quo medicantis manus patiatur. Huc voco quod aliorſum aiebat Tertullianus lib. de patientia cap. 10. *Superiorem ſe in exequenda vltione conſtituit, & remunerans nequam duplicat quod ſemel factum eſt.* Dum ſuperior, vt auctoritatem tueatur, immaturo ſupplicio nequam remunerat, hoc eſt, pro merito punit immaturè, malum non ſemel adauget: irritatur namque ſupplicio furor, & qui debuiſſet ſopire irrationabiles iras, vt viuaciùs ardeant, inſufflat flammas. En Gedeon victoriam de innumeris penè hoſtibus adeptus à ſuis impetitur, & ſuperciliis tumentibus flagellatur: *Dixerunt ad eum viri Ephraim: Quid eſt hoc, quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? Iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.* Quid tunc Gedeon? Comites, blandéque reſpondit omnia ſe ex Numinis conſilio peregiſſe: additque ipſos nobiliori triumpho radiaſſe: *Quibus ille reſpondit: Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis?* His tumor deferbuit, & ira euanuit: *Quod cùm locutus eſſet,* addit textus, *requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Ephraïmitarum furor ſine cauſa inſaniebat, & inuidiæ flammis totus in Principem militabat; Princeps tamen ne furentes impelleret ad ruinam, blandiſſimis verbis ſuperbiæ cohibuit inſaniam. *Dicebat non ſe auctoritate ſua,* ſcribit Ioſephus apud Gloſſam; *ſed Deo iubente pugnaſſe, & victoriam non minus eorum, quàm ſuis laboris eſſe fatebatur.* His ergo ermonibus

79

Iſai. 3. v. 7.

Seneca.

Tertullian.

Ioſeph.

sermonibus eorum mitigans iram eos à præcipitio inteſtinæ ſeditionis eripuit. Expende illud: *A præcipitio eripuit*: præcipitarentur namque inuidentiæ impulſibus, ni vti ſaporatiſſimus medicus ardorem mitigaſſet, & placido vrbanitatis rore flammas ſopiſſet. Diſcant ergo à Gedeone Superiores ac Principes ſuſtinere delicti furorem, vt medicina proficiat, & ſanitas perfecta ſuccedat.

80 Senior frater, qui de iunioris redditu debuiſſet lætari, inuidentia conſtat torqueri: ſymphoniæ cătus iram non demulcet, ſed indignationem accen-
Luc 15. v. 28 dit: *Indignatus eſt autem, & nolebat introire.* Pater, ne malum ſerperet, citò occurrit, & indignatum verbis blandiſſimis leniit: *Cœpit rogare illum.* Rogatus vehementiùs incanduit, & phrenetici ad inſtar iras aduersùs genitorem effudit: *Ecce tot annis ſeruio tibi, & numquam mandatum tuum præterii, & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.* Quid tunc? Pater & virtutem allaudat, & illi omnia ſua futura reſpondet: *Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Cenſeres patrem filij ingratitudine commouendum, inciuilitatéque exasperandum; & tamen patienter ſuſtinet, & blanditiis furentem allicit: nam vti optimus Superior, agnouit filij animum ſic ardere exulceratum, vt opus fuerit delinire non medicaminis aſperitate fouere. Notauit
Chryſol. Chryſol. ſerm. 4. *O quid facit vis amoris! quamuis malo filio, non eſſe neſcit, non eſſe non poteſt pater. Videt filium degeneraſſe animo, videt paternæ pietatis, paterni generis nihil habere, & tamen nuncupat filium, ſuadet affectum, ad gratiam vel ſpem reuocat largitatis dicendo: Tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Dum aſpicit filium animo degeneraſſe, non proritat aſperis; ſed blandiſſimis ſedare aggreditur verbis, ne furenti occaſionem tribuat, vt præcipitatus diſpereat. Diſcant hinc Superiores obſeruare tempora, quo periculoſa vitarint iurgia. Profectò ſi Gedeon furentes verbis blandiſſimis non ſedaſſet, bello occaſionem dediſſet; at dum blandè loquitur, rationi reſtituit, & nubila indignationis depellit.

81 Iudicum duodecimo captæ Ephraitæ non diſſimili occaſione Iephthe redarguunt, & indignationis cauſas confingunt: ille non ita blandè vt Gedeon illos allocutus eſt; imò digno ſupercilio percuſſit, & ſuperbiam aſperrimè ſugillauit: *Quid*
Iudic. 12. v. 4. *commerui, vt aduerſum me conſurgatis in prælium?* Quid tunc? *Vocatis ad ſe cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim.* Addit textus: *Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.* Dum Iephte, etſi iuſtè, Ephraitarum contentionibus exaſperatur, locus calamitati aperitur: in campum prodierunt armati, qui blandis fortè verbis detumeſcent manſueti: dum Superior fumantem non cedat iram, dum cæcam non refrænat audaciã, magnam Ephraim cogitur ſuſtinere miſeriam. Diſperierunt Ephraitæ, dum ineptè proſequuntur iram; non perirent fortè, ſi Iephte comiter me-
Ioſeph. dicaretur audaciam: *Dicebat*, ſcribit Ioſephus apud Gloſſam, *quòd hoſtibus iniuſtè pugnantibus non præſumerent reſiſtere; cognatis verò inferre bella tentarent, & interminatus eſt: ſi non temperarent à talibus, Deo auxiliante pœnas ab eis exigere.* Ecce dum furentes minis, etſi iuſtis exulcerat; dum arma non in hoſtes, ſed in contribules arripuiſſe dignè exprobrat, nouam flammam præter opinionem exſuſcitat, & arma compulſus prenſat: O quot Ephraimitæ ſtragem paſſi ſunt, dum inflatiſſimi: elatiſſimíque certaminis cauſas confingunt, nec Gedeonem blandè alloquentem inueniunt.

Vt quæ volatu & ingenio ſecant aërem aues, 82
pullos ſuos iam plumeſcentes volatui exponunt, vt dum trepidantes aërem auxilio parentum ſecãt, trepidationem deponant, ſic Chriſtus Dominus diſcipulos ſecum nauigare iubet, & illis nauigantibus dormit, quò & præſentia metum depellat, & ſomnus nauigandi occaſionem tribuat; ergo dormiente Domino adſibilans ventus nauiculam referiebat, & ſuperbiens vnda terrorẽ ingeminabat: fluctuabat nauis vndis, ventíſque repercuſſa, & naucleri fatiſcebat prudentia, tũc diſcipuli ad portum, qui in ſcapha erat, accurrunt, & excitant perturbati. Quid tunc Dominus? Placida voce
mari imperat: *Et dicit eis Ieſus: Quid timidi eſtis* Matth. 8. v. 26. *modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis, & mari, & facta eſt tranquillitas magna.* Marcus verba, quæ Matthæus ſubticuit, expreſſit. *Tace, ob* Mar. 4. v. 39 *mutesce.* Durius videtur, quàm mare, diſcipulos increpaſſe: ſugillauit illorum diffidentiam, cum mari non ſugillarit audaciam. Et quæ huius diſcriminis ratio eſt? Fortè quia tunc mare laceſſitum ventis exæſtuabat, quia ventus furebat: noluit ergo duris increpationibus irritare; ſed ſola voce reprimere, vt diſcipulos mundi magiſtros ſuo facto eruditet, & eruditionem ad poſteros delegaret: quomodolibet imperaſſe ventis & mari, creatori exprompte obediſſent; voluit tamen edocere ſubiectos cæca aliquando perturbatione furentes manſuetis verbis ſedando, non duris increpationibus
impellendos: *Tace, obmutesce*, inquit Baſilius Se- Seleucienſ. leucienſis orat. 22. *voce eſto contentum, ne flagellorum expertes experientiam.* Aquarum ingenium increpationem horruit, & vocis terrore ſtabat, fugiebant venti, coërcebantur vndæ, ſopiebatur pelagus, fluctuum ſuorum ceruicem curuabat: nam quo olim mare Moyſem fugit, & Moyſis Dominum venerabatur. Adiecit noſtræ theſi opportuniora Baſilius: *Modica voce ingens elementum refrenabatur.* Quia ingenti ſuperbia elementum tumeſcebat, quia horriſonè ventus adſibilabat, modica voce continuit: pacatum olim mare, nec acriùs adſpirantibus ventis ad cælum vſque ſublatum quiuit Moyſes virga percutere, & montium imitari ingenium compellere; at Chriſtus ſuæ poteſtatis non ignarus; ſed noſtræ eruditionis ſemper attentus ingens elementum voce modica frænat, vt dum vox placidior, vnda obtemperet obſequentior.

---

§. XX.

Ea eſt humilitatis conditio, vt in ſe ſolùm agnoſcat in gloria, in alteris laudabilia.

QVædam cæcitas ſic cum perſpicacia coniun- 83
gitur, vt aliquid tantummodò impediat, cum reliqua omnia videri permittat. Huius cæcitatis infelicem ſpeciem pertulerunt illi propudioſæ, præpoſteræque libidinis vernulæ *Percuſſerunt* Geneſ. 19. *cæcitate à minimo vſque ad maximum, ita vt* v. 11. *oſtium inuenire non poſſem.* Hæc cæcitatem perſpicaciam non reſpuebat; ſed ſecum amico fœdere concordabat. Itaque & videbant, & obcæcabantur: oſtium inuenire non poterant cæci; hauriebant tamen reliqua inoculati. Adeſt Auguſtinus apud Gloſſam: *Percuſſerunt cæcitate,* Auguſt. *Græcè ἀφρόσυνη, id eſt amidentia, ſi poſſet dici, quæ*

faciat

faciat non videri, non omnia; ſed quod non eſt opus. Quam peſſimi audentiam pertulerunt, humiles videas laudabiliter ſuſtinere: videntes non vident, cúmque in ſe nunquam inueniant, quæ in admirationem cæteros rapiunt, in aliis non vident virtuti aduerſa; ſed adſpiciunt laudabilia. Hoc probat Gedeon, cui cùm darent querelas Ephraïtæ nimio tumore ſuperbientes, reſpondit: *Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? Nonne melior eſt racemus Ephraim vindemijs Abiezer? In manus veſtras Dominus tradidit Principes Madian Oreb, & Zeeb. Quid tale facere potui, quale vos feciſtis?* Si conferas Gedeonis facinora cum Ephraïtarum geſtis, longiſſimis interuallis diſtare inuenies: nam Ephraïtæ comprehenderunt numeroſa manu Oreb, & Zeeb fugientes; at Gedeon aduersùs innumeros hoſtes irruit intrepidus, & ſolùm tubis & luminibus obarmatus. Gedeon omnem inimicorum profligauit exercitum, caſtra euertit, & vniuerſali fulſit victoria; illi paucorum nobilitati ſunt mulcta: quomodo ergo Gedeon & illorum facta ſuis præfert, & ſe ſine mendacio poſtponit? Quia Gedeon, reſpondet Abulenſis laudabili humilitatis artificio eam cum perſpicacia coniungebat cæcitatem, vt ſolùm à ſe geſta non videret, cùm ab aliis gloriosè patta deprædicarit. Non videbat in Ephraïtis inſolentem audaciam; ſed illuſtrem ſolùm victoriam: à ſe patratam non aſpiciebat victoriam; ſed ſuam culpabat inertiam. Accipe Abulenſem q.6. *Gedeon erat valde humilis, & fortè ex humilitate propria merita non menſurabat: nam humilium iſta conditio eſt, vt non reſpiciant quantum proficiunt; ſed quantum à perfectione deficiunt: non quid merentur; ſed quid demerentur.* Annectit ſecundam partem: *Bona autem aliorum humiles conſiderant, & appretiantur: vnde actus Ephraitarum poterat attendere Gedeon tamquam laudabiles, & ad ſuos non attenderet, & diceret: Quid tale potui agere vt vos feciſtis? Quaſi ipſe nihil egiſſet, & illi magna egiſſent.* Humilitatis trutinâ laudabiliter dolota eſt: ſua geſta quantumuis glorioſa aſperſa nauis depretiat, aliena vti pulcherrima exaggerat.

Abulenſ.

84 Serui morbus hero ad Chriſtum ducatum præſtitit, & dum Centurio in ſeruo mortis contemplatur imaginem, inuolare ſatagit ad virtutem: mirates: cauſas ſalutis ſeruuli Dominus agit, cùm domini infirmitatis cauſa ſeruis frequenter extiterint. Verè Centurio, qui ſtipendia humanæ militiæ cœleſtem mutauit in fructum, quíque dignitatem ornauit non ſuperbo ſupercilio; ſed in ſuos paterno affectu. Chriſtus, vt ſalutem refundat, greſſum accelerat; ille verò in dignitatem ſuam fateri non erubeſcit, & maieſtatem Domini prodit: *Domine non ſum dignus, vt intres ſum tectum meum; ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Vides perſpicaciam cum cæcitate coniunctam, in ſe nihil quod Domini aduentum mereretur, inuenit: *Non ſum dignus*, inquit, *vt intres ſub tectum meum*: Chriſti verò Domini potentiam vel cùm ipſe celat, agnoſcit: *Tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus.* Adeſt Chryſologus ſerm.15. *Dic verbo tantùm. Iſte credidit in verbo omnes manere virtutes: verbum tuum, Domine, ſanitas eſt, verbum tuum vita eſt, verbum tuum vbi acceſſerit, inde confeſtim fugit dolor, infirmitas mox recedit.* Aquilini oculis vel quæ latebant, agnouit, in ſe laudabiliter cæco obtutu nihil inuenit. O vtile eſt humilitatis ingenium! neſcio quibus honeſtis præſtigiis illuditur, & laudabili acriſia in ſe nil glorioſum intuetur, cùm cæterorum laudabilia lynceis oculis intueatur.

Matth.8. v.8.

Chryſol.

85 Cùm tubæ irruerent Chriſti Domini audiendi ſiti, duáſque vidiſſet naues ſecus ſtagnum Geneſareth, Petri delegit ſcapham: admiſit lubenter ille, & vt commodiùs turbas edoceret, aliquantulum à terra ſubduxit: voluit namque Dominus ſuo nos exemplo informare tunc opportuniùs erudire ad virtutem, cum à terra doctor diſtat, ab audientibúſque recedit: poſt impertita turbis doctrinæ pabula, Petro Dominus diſponit. In verbo poſt caſſos noctis labores retia iactat Petrus, & quod non potuit longo interuallo anxia laboris induſtria, exprompta aſſecuta eſt obedientia. Iam piſcibus exundat ſcapha, cùm Petrus ad Chriſti pedes aduolutus, vt à ſe diſcedat, obſecrat, non ſocietatis faſtidio; ſed humillimo indignitatis ſuæ teſtimonio: *Exi à me, quia homo peccator ſum. Domine: ſtupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erãt, in captura piſcium, quam ceperant.* Si alij Petrum comitantur, cur ille ſolus ſe peccatorem arguit, & Chriſti virtutem prodit? Ille profectò virtutibus præ cæteris exornatur, dum nauigio Dominum excipit, dum à terra ſcapham reducendo obediuit, dum retia laxauit, & præceptionem impleuit. Si ergo cæteris antefertur, & præ cæteris obedientia exornatur, cur ſe peccatorem appellitet, aut cur quod ad genua procidens Domini conſortium veretur, ipſa acceſſione ſortitur? Quia Petrus vt verè humilis, inquit Ambroſius ad hunc locum, nihil in ſe dignum laude agnouit, & Chriſti Domini virtutem non ſolùm verbis; ſed & factis promulgauit. Ambroſium audi: *Admirabatur dona diuina, & quò plus emeruerat, hoc præſumebat minus.* Dum eius grandeſcunt merita, humilitatis vitium effugiunt, ſolúmque ſe peccatorem agnoſcit, cùm Chriſti Domini verbi deprædicarit virtutem. Superbi contrario prorſus procedunt ordine: ad aliorum glorioſa facinora inſpicienda ſemper inueniuntur cæci, vt ad dilaudanda muti. In ſe vel virtutis atomum leuiſſimum non ignorant, & neſcio quibus præſtigiis magnitudinem illi præſtant. Qui humillimi, ad ſua inueniuntur prorſus cæci, ad aliorum laudabilia aquilini.

Luc. 5. v.8.

Ambroſ.

86 Chriſtus Dominus nos in Apoſtolis ſuis eruditens ſic apud Lucam aiebat: *Attendite vobis*: quaſi dicat: ne aliena minus laudabilia facta curioſis oculis inſpiciatis, veſtris præteritis: in vos ipſos oculos expandite, & errores veſtros agnoſcite: ſunt namque plures, qui ſolùm ad proximorum facta oculos expandunt, cùm circa ſe ſemper cæcutiant: errorum artifices proprios errores ignorant, & quæ malignè aliis impingunt, quaſi aſpexerint, euulgant. Ergo *Attendite*, inquit, *vobis*, non aliis: nam viſus erga ſe occupatus, erga alios probatur otioſus: vt etiam erga ſe otioſus, erga cæteros peruersè occupatus. Adeſt Chryſologus ſerm.139. *Ille attendit ſibi, qui non alienis actibus importunis impudens curioſus intendit. Attendite, inquit, vobis. Vagus oculus, laſciuus intuitus, improbus aſpectus ſuas non reſpicit ad ruinas, alienos currit, & decurrit ad lapſus; ſua cæcus ad crimina, ad aliena errata perlucet; malorum ſuorum neſcius, alienorum eſt accuſator & teſtis: ſuum tepidus ad reatum, ad alterius & innocentis flammatur, & excandeſcit examen.* Flammei ſunt ſuperborum oculi, vt peſtifera luce vel ſepulta aliorum inueſtigarint errata, ad ſua ſemper caligauere delicta: in ſe nihil quod diſcutiat examen, inueniunt, totum in aliis occurrit examinandum.

Luc. 17. v.3.

Chryſol.

Digitized by Google

§. XXI.

Nihil ita conciliat pacem, laudémque, quàm aliorum gesta decenter extollere, & de se modestè sentire.

87 Plutarch. Honor est alios honorare.

VEris sólidéque bonis, aiebat Plutarchus lib. de audiendo, *optima laus est laudare laude dignum, atque ornamentum speciosissimum ornare id quod honoris affluentia, copia sit.* Quisquis spectandus est, vt caret inuidiæ veneno, studet digno egregiè facta extollere elogio: & quidem aliena laudabiliter gesta indecoro silentio sepelire, aut indignè obliuioni tradere, æmulationis cæcitatem arguit, & malignitatis notam inurit. Scio nonnullos hac in re se Pythagoræ discipulos venditare, vt qui didicerint ex philosophia mirari nihil, cùm ad maleuolentiæ patrocinium, ad auxilium factus hoc animis fouerint documentum; philosophia namque non est rusticitatis schola, nec liuoris magistra. Adest iterum Plutarchus: *Frequenter sunt, qui properam & absurdè Pythagoræ vocem accipiant: ille enim ex philosophia memorat se paratum esse, ne quid stupere; at hi neminem celebrare, vel honorare in contemnendo ponunt, & auctoritatem bonorum despicientia captant, cùm doctrina philosophica admirationem & stuporem, qui ex hesitantia, & insciti proueniat, eximat cognitione, & perspicientia singulorum causæ; humanitatem verò, & magnificentiam, & comitatem non amittat.* Philosophia non vetat decenter extollere; sed prohibet ignorare; aut plures quasi ad philosophicum documentum confugiunt, & vnde probantur inuidi, haberi gestiunt magnanimi. Philosophia de se humiliter docet sentire, & aliorum facinora dignis laudibus celebrare, digna alterius laus non solùm prodit Philosophum; sed auertit etiam periculum. Quisquis se ab alio laudari agnoscit, & diligit, vnde laudis auariſſimi incurrunt sæpè pericula, dum rustici aut elati conflatuut odia: *Molestus auditor est* (Plutarchum audis) *& importunus, qui ad dictum est omne rigidus & morosus, arrogantiæ occultæ, & iactationis sui affectatæ interim plenus, quasi proferre quid dictis habeat melius, neque frontem cum gestu mouet, neque candidè testem attentionis mittat vocem; sed silentio, supercilióque composito atque fastu viri opinionem constantis, & grauis aucupatur, laudis vt pecuniæ quantum impartiatur alteri, tantum sibi decedere ratus.* Errat profectò, qui, vt opinioni suæ consulat, damnabili ora silentio sigillat, & periculum fastu creat, cùm ad alliciendos animos maximopere conducat de se modestè sentire, & alios dignis laudibus celebrare. Prodeat in exemplum Gedeon, qui cùm ab Ephraïmitis nescio quam illatam sibi iniuriam exiſtimantibus vrgeretur, ad illorum laudes vti ad auxilium opportunum satis recurrit, & odij flammas laude velut rore sopitas extinxit. *Dixerunt ad eum viri Ephraim: Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes.* Quid tunc Gedeon? *Quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Laudando vicit, depræliando profligauit. Adest Caietanus: *Iuxta Hebraum legendum potius est: Quid feci nunc sicut vos? Magnificat gesta ab eis, vt sic elatos mitiget.* Inteſtinum vrgebat bellum, postquam adeptus est de inimicis triumphum; vicit tamen, vt inimicos bello, contribules elogio, dum modestus sibi deuinxit animos, & laudans immutauit induſtriè affectus. O quot, ni pepercisſent laudibus, occurriſſent discriminibus; at dum imprudentes detrectant laudare, odia sibi suscitant, & inimicos obarmant.

Virtus non est rustica; sed vrbana.

Plutarch.

Caietan.

88 Chananæa, vt sibi Christum conciliauerit, acclamatione debita extollit: *Miserere mei Domine, fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur:* Dominus etsi Chananæa animi probitate genus refutarit, etsi naturam fide deuicerit, donationem differt, & silentio arcano percellit. Inflabat mulier filiæ dolore compulſa, & Dominus lugentem limis adspiciebat: *Non est bonum*, inquit, *sumere panem filiorum, & mittere canibus:* illa non solum inter canes; sed inter catellos se numerari gloriatur, & ad Domini pedes gratias actura deuoluitur: *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.* Quid tunc? Dominus fidem allaudat, & filiæ sanitatem poscenti donat: *O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Et cur donationem parturiens differat? Cur dilaudatus silentium trahat? Quia initio Domini protuliſſe laudes erat adstantibus certum: quid verò de se sentiret, spectantibus erat ignotum; at dum de se humiliter sentit, & magna de Christo prodit, in sui elogium vertit silentium, & tulit morborum pharmacum. *Inter filios*, scribit Basilius Seleucienſis orat. 20. Chananæ nomine, *partem micarum adipiscitur canis: Non rapio panem, micam quæro: non in mensam insilio, ad micas anhelo: non ego delicias loquor, hæres illa tua mensa fruatur de manu tua, dum fruſtula decidua nostra sint. O fides! ô prudentia! ô Chananæa pietas!* Non solùm piè; sed prudenter se Chananæa gesſit; dum ad sibi specie tenus infensum conciliandum, dum ad sibi animum limis adspicientis deuinciendum, & de se modestè sensit, & Christum magnificè dilaudauit. Quidquid voluit, consecuta est modestia propria, & dilaudatione aliena.

Matth 15. v.26.

Seleucienſ.

89 Dauid ille magnus reportato de gigante triumpho in periculum grauius impegit, Saülis videlicet maleuolentiam, patriæ liberator notabatur oculis, vt quitet proditor: Saül inuidentia saucius cogit exercitum prædator iniuſtus, & occultum inuolat quæſiturus: saltus lynceis oculis perueſtigat, vallium ima arctiſſima cingit indagine, summa montium luſtrat curioſiſſimè: Dauid cùm sibi non licere viuere animaduerteret, quo posſet inimicum flectere cogitauit, & de se humiliter loquens Saülis gesta extulit, & summis laudibus commendauit. Audi illum Saülem alloquentem: *Egressus est rex Israël, vt quærat pulicem vnum.* Se vsque ad pulicis vtilitatem delecit, Saülis dignitatem, auctoritatémque veneratus est. Quid tunc? Laude delinitus Saül aliò vertit animum, & se fatetur perpetrasse delictum: *Peccaui, revertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciam.* Rationem reddit: *Eo quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie.* Dum salutis procurator,

1. Reg. 26. v. 20.

Digitized by Google

curator, vitæque patronus dignitati pendit honoris tributa, contra furorem efficaciſſima quæritat à laude remedia. Placatus eſt laude, qui furebat deuicto ac proſtrato hoſte: Dauid Philiſthinorum phalanges profligauit lapide dexterè infixo; ſed vitauit grauiora bella elogio exertis vocibus pronunciato: Saül detumet, dum modeſtum, & laudatorem ipſius audit. Vt noueris laudis efficaciam ad ſopiendam furoris iram. Adeſt Noſter

Sanctius. Sanctius: *Compunctus Saul tam modeſta & grauí Danidis oratione, ab errore ſimul ac furore reſipuit,* Vicit modeſtia, quem domare nequibant arma, & laudatus reſipuit, qui prolatas de Dauid laudes auſcultans inuidentiæ flammis efferbuit. Itaque ad placandos animos eſt laudatio efficaciſſimum artificium; ſi tamen prodeat ab animo verè modeſto, non tumidè inflato: ſolet namque aliquando tumidus laudare; ſed ipſa laudatione comprobatur offendere, quando ita dilaudat, vt ſe laudato imprudentiſſimè præferat.

90 Egredienti de naui Domino dæmon occurrit, & in hunc modum aduentantis laudes profert:

Mat. 5. v. 7. *Quid mihi & tibi, Ieſu fili Dei Altiſſimi Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Dolor timórque prolatis Chriſti laudibus delinire illum ſuadebant; ea tamen eſt conſuetudinis vis, ea inflatiſſimi tumoris inſania, vt vel cùm laudibus geſtit adulari, inflatione probetur offendere: non ait: Quid tibi & nobis; ſed, *Quid nobis & tibi?* ſe

Tertullian. præponens & præferens. Adeſt Tertullianus lib. 4. aduersùs Marcionem cap. 7. *Nec dixit: Quid tibi & nobis; ſed Quid nobis & tibi? ſe deplorans, & ſorti ſuæ exprobrans.* Se deplorat vti miſerum, ad laudes verſutus recurrit; ſed dum recurrit, offendit: neſciuit dum affectabat, laudare, quia ab exordio nouerat ſemper extolli. Itaque laudando offendit, & dum improbè mentitur humilitatem, digniſſimè incurrit indignationem.

§. XXII.

Superior qua aliquando mouetur, prudenter celauerit cauſam, ne ſubiectorum inflammet iram.

91 Hic bono regimini ſæpè labor adnexus eſt, iuſtis ſcilicet cauſis moueri, & ad illas celandas cogi: multa ſunt, quæ diuerſis oculis inſpecta, vultus diuerſos inueniantur etiam ſortita: qui rationis lance ſubiectorum ingenium examinat, quid illis expediat, animo imperturbato cognoſcit; ſed vnde procurauit ſæpè medelam, inde aliquando ſubiectus illatam ſibi vociferatur iniuriã Quod, ſi vt prudẽtiam ſuam tueatur, quibus impulſus fuerit cauſis, aliquando gubernator protulerit, iam ipſo laboratur remedio. & quæ procurabantur ad tranquillitatis commodum nutrient diſſenſionis

Caſſiodor. periculum: *Malorum omnium*, aiebat Caſſiodorus 4. var. 12. *probatur extremum inde detrimenta ſuſcipere, vnde credebantur auxilia prouenire.* Aptiùs fortaſſe 6. var. 16. *Publicum eſt quidem omne quod agimus; ſed multa non ſunt antè ſcienda, niſi cùm fuerint Deo auxiliante perfecta. quæ tantò plus debent oculi, quantò amplius deſiderantur agnoſci* Quæ ingeniis ſubiectorum inſpectis inueniuntur prudenter iuſſa, ſi prodatur iuſſionis cauſa, afferre quiret ingentiſſima detrimenta, nam ſi ſubiectus ſe putauerit dehonoratum, non ſolùm implacabile odium geret; ſed ad honoris ſe tutelam accinget, eritque periculoſiſſima controuerſia, quod procurabatur vt medecina. Sapiens gubernator non ſemel prudenter ſtulteſcit, & querelis impetitus appoſitè non reſpondet. Adeſt Gedeon huius politices exemplum: Milites contra Madianitas adlegens, vt nouerat Ephraimitas ſuperbiſſimos, de induſtria ad certamina non vocauit, veritus ne dum commilitones ſupercilio, elationéque offendunt, hoſtibus fuerit auxilio, internis exortis iurgiis, & in ſe ipſos conuerſis armis: illi ægrè ſe prætermiſſos ferentes Ducem prudentiſſimum adeunt, & qua motus fuerit cauſa ad ipſos non vocandum, non ſine ſupercilio repoſcunt: *Quid eſt hoc quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian?* Quid tunc? Cauſam non profert; ſed ad iurgantium laudes animum vertit: *Quibus ille reſpondit: Quid enim tale facere potui, quale vos feciſtis? Nonne melior eſt racemus Ephraim vindemiis Abiezer? In manus veſtras Dominus tradidit Principes Madian Oreb, & Zeb Quid tale facere potui, quale vos feciſtis?* Abs re alicui videatur reſponſio: ſciſcitabantur namque nec ſine iracundia Ephraitæ cur illos præteriſſet; & tamen Gedeon ſapienter ſtulteſcens illorum exaggerat facta, nec reſpondet ad quæſita. Notauit Abulenſis quæſt. 7. *Quæretur quare Gedeon non reſpondit directè Ephraitis: nam ipſi quærebant, quare non vocauerat eos ad bellum? Forſitan Gedeon non vocauit eos: quia cognoſcens ſuperbiam Ephraitarum, ſciuit quòd non ſubiscerentur ei: ideò noluit vocare eos; ſed vocauit alias tribus, iſta tamen cauſa non poterat conuenienter exprimi: quia magis concitarentur Ephraitæ.* Nouerat diſertiſſimus Princeps Ephraitas, ſi vocarentur, non fore auxilio; imò grandi fore detrimento, dum elatione iurgia ſeminant, aliósque ad in ipſos arma vertenda prouocant; verùm ſi ob ſuperbiam prætermiſſos proderet, ad actiorem pugnam armaret; at dum prudenter tacuit, periculo occurrit, & exaſperatos laude placauit. Iuſtâ profectò cauſa fuerat impulſus; non decebat tamen exprimere, quia magni excitarentur irarum motus, & bellorum tumultus. Ergo ſapienter abs re reſpondit, & quibus ſedaret iram, quæſiuit, veritus ne inde grauiora promanarint detrimenta, vnde ſalubria procurauerat medicamina. O quoties Superiores etſi à ſubiectis arguantur; quibus mouentur, cauſas nequeunt exprimere: nam licèt expreſsè regentis tuerentur prudentiam ſubiectorum acuerent iram: vnde neceſſe eſt ad ſpeciem deſipere, & hanc regiminis inſipientiam conſecrare.

Abulenſ.

Aduentante iuniore filio pientiſſimus pater 92
opiparum conuiuium inſtruit, & ſaginato vitulo pinguedinem charitatis oſtendit, ſeruos vocat ad prandium, & ad ampliorem gaudij cumulum totius familiæ vitulus funditur in ſaginam: erat tunc in agro maior filius, & quamuis facilè fuerit aſcire, non ſine conſilio pater ſapientiſſimus non

Lucæ 15. v. 25. vocauit: *Erat filius eius ſenior in agro.* Non multò pòſt domum repetens cum ſymphoniarum cãtum, melodiámque audiret, cauſámque agnoſceret: veluti percuſſus telo conqueritur, patrem veluti iniuſtum ſugillat, & lætitiam vertit in pugnam: *Indignatus eſt autem & nolebat introire... Dixit patri ſuo: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterii, & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.*

Quid tunc prudentiſſimus pater? Generoſitatem ſuam non defendit; ſed vt deliniret indignabundum, ad illius laudes tranſiuit: *Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Nonne vides filij querelas ipſa patris ad ſpeciem reſponſione ſuffulciri, auctáſque armari? Si omnia patris ſunt filij, ſi eius liberalitatem continuis demeretur obſequiis, cur de induſtria oblitus illum agri laboribus diuexatum præteriuit, cùm ſeruos etiam opipatam ad menſam vocarit? cur nunquam hœdum ad cum amicis epulas dederit? Profectò cùm pater illas cum amicis epulas fore filio periculoſas agnouerit, hœdum dare diſtulit prouidus, non auarus, quia filius amicus reputabat virtuti aduerſos, & patri, charitatique oppoſitos, maluit liberalitati ſuæ detrahere, quàm filio delinquendi cauſam præbere; at licèt motus ſit iuſtiſſima cauſa, illam ſapienter tacuit, ne indignantis filij actiùs ſufflammaret iram, & irritaret inſaniam *Amicos paternos ſuos eſſe non computat*, aiebat Chryſologus ſerm. 4. *hos non amicos; ſed extraneos credit, à quibus vidit in patris gratiam ſe amari.* Quos ipſe deluſus arbitrabatur amicos, erant virulentiſſimi hoſtes, eius vitæ virtutibuſque inſidiantes: ergo dum paternos arbitrabatur extraneos, & extraneos arbitrabatur amicos, epulas non permittere, eius erat periculis obuiare, & virtutibus prouidere; verùm vt oportebat hœdum non dare, ſic & cauſam nullatenus promere: aliter námque filius, dum agnoſcit ſe vitiis procliuem haberi, audaciùs fortè & imprudentiùs delinqueret, & fræna modeſtiæ frangeret: ergo pater cauſam tacuit, vt dum filius bonam apud patrem opinionem ſe habere credit, ipſa opinione cohibeatur, nec hœdum dedit ne nactus improborum familiaritate fœdetur. Ad alia conuertit ſermonem malens videri abs re loqui, quàm flammas indignationis nutrire. Iam quam ob cauſam in agro laborantem prætermiſerit, & clamor importunus, & virulentiſſimus Zelus. *Erat in agro*, inquit Chryſologus ſerm. 5. *terram percolens, ſe deſertans, duritiam Solnit caſpitis. perdurat affectum, ſentes eradicat & gramina, ſtimulos inuidia non euellit: ſic in ſegete cupiditatis fructum Zeli colligit & liuoris.* Nouit pater ſi maior aduentarit, gaudia interturbanda, & conuiuia interrumpenda: ergo non vocat & cur prætermittat, diſſimulat. *O Zeli tumor*, ſcripſerat ſermone 4. Chryſologus: *duos non capit domus ampla germanos* Reliquit inuidum, admiſit prodigum; verùm etſi oportuerit inuidum derelinquere, cauſam non oportebat expromere.

Chryſol.

93 Dauid rex inauguratus calendis à Saüle celebratis recuſauit adeſſe, vt Saüli ipſi, ſibique cõſuleret, & dum diſponit abſentiam, abſentiæ etiam colorat cauſam, ne ſi cauſa abſentiæ prodatur, viuidius irâ inflammetur: *Si reſpiciens requiſierit me pater tuus, monet* Ionatham, *reſpondebis ei: Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem ſuam.* Saül frequenter Dauidis exacerbatur præſentia, haſtáque contortâ altiſſima ſatagebat inferre vulnera. Ergo prudentiſſimè deuitauit inuidum; cauſam tamen abſentiæ tacuit, ſi fortè excuſationem prætexens demulcere potuerit æmulum: *Fugit Sanctus Dauid*, ſcribit Ambroſius lib. de Abraham, & Iſaac, *odia Saülis regis, non relinquens terras; ſed declinans contagia regis inimici, & ſuperbi.* Fugit prudentiæ conſilio, & fugæ cauſam prudenti etiam ſepeliuit ſilentio: expedit namque non ſemel Superiores, Principéſque iuſtis de cauſis aliqua decernere, & cauſas iuſtas nullatenus euulgare: nam cauſa auxiliatur regimini; ſed euulgatio certamini. Itaque ſi Dauid cauſam abſentiæ promeret, Saülis inuidentiam publicaret, & inuſta liuoris notâ viuidiùs accenderet, iámque Saül aliquo æmulationis flammas colore & foueret, & contra iniuriam haſtam vibaret; aſt dum alia cauſa profertur, diſcrimini occurritur, nec furoribus auxiliatur. Diſcant Superiores prudentiæ ſuæ vtiliter aliquando ad ſpeciem detrahere, vt probentur ſapientiùs colere.

1. Reg. 20. v. 6.

Ambroſ.

§. XXIII.

Perfecti aliquando vltra vires audent inſequentes vitia, vt etiam impii, vt proſequantur ſcelera.

94 *ALacriter incumbendum eſt inchoatis*, aiebat Caſſiodorus 5. var. 17. *cum iam vicinitas perfectionis arriſerit, quando ſpes effectus tædium laboris excludit, & magnum genus incitamenti eſt credere deſiderata compleri.* Probi, quibus iam perfectionis ſpes arridet, nulli parcunt laboris moleſtiæ, vt pernenerint felix ad complementum victoriæ. Et quidem aliter virtus rubore ſuffunderetur, quando conſtat improbos, vt ad voluptatum perueniant inſaniam, laboris nullam recuſare moleſtiam: non exæquant corporeis viribus pondus; ſed inſanis vltra vires audent delitiorum affectibus, cúmque non ſit erroris limes, omnem limitem tranſeunt, vt proſequantur errores: *Poſt Darium & Indos pauper eſt Alexander Macedo*, ſcribit Seneca epiſt. 119. *quærit quod ſuum faciat, ſcrutatur maria ignota, in oceanum claſſes mittit nouas, & vt ita dicam, mundi clauſtra prærumpit: quod naturæ ſatis eſt, homini non eſt. Inuentus eſt, qui concuſpiſceret aliquid poſt omnia: tanta eſt cæcitas mentium, & tanta initiorum ſuorum vnicuique, cùm proceſſit, oblinio.* Mundus clauſtris concluditur; ſed ambitio extra clauſtra diuagatur, factitias ſibi vires confingit, & excudit ad vorandum voracitas: luxuria, & ambitio naturam vincunt improbo ſceleris deſiderio. Redeat iterũ Seneca: *Infelicis luxuriæ iſta tormenta ſunt: quærit quemadmodum poſt ſaturitatẽ quoque eſuriat, quemadmodum non impleat ventrem; ſed farciat, quemadmodum ſitim prima potione ſedatam reuocet.* Itaque & fames effingitur, & ſitis elaboratur, & inacceſſa vincuntur deteſtando improbitatis artificio, & veluti ambitionis miraculo. Ergo virtus etiam ſibi prouidere vires nouit ad ſanctitatem & ſuccũbente natura celeres adſumit pennas, vt inuolarit ad perfectionem. Ecce Gedeonis milites ſplendentes lampadas in aduerſarios proferunt, & inflandis tubis non ſine moleſtia incumbunt, vt Madianitas vitiorum profligauerint vmbras, dúmque fugientium tergis inſiſtunt, itineris labore, & vrgente fame laſſati ferè ſuccumbunt: *Cùm veniſſet Gedeon ad Iordanem, tranſiuit eum cum trecentis viris, qui ſecum erant, & pra laſſitudine fugientes perſequi non poterant.* Iuxta Hebræum habetur: *Feſſi & ſequentes*: quos, ſi coniugas textus, inuenies perſequendi defeciſſe potentiam, & vltra potentiam perſecutam fuiſſe Madianitas conſtantiam: nec enim fas erat, vt ambitio mundi clauſtra

Caſſiod. Spes effectus tædium laboris excludit.

Seneca.

Homini fatis non eſt, quod naturæ ſatis eſt.

prærumperet

prærumperet peſtilenti incitata ardore, & virtus ſubſiſteret naturæ vires non tranſgreſſa; ſed deficiens laſſitudine. Adeſt Caietanus: *Iuxta Hebræum habetur: Feſſi & ſequentes: non enim ſubſiterant præ laſſitudine.* Laſſitudo vires eneruabat; ſed generoſus ardor reproducebat: fatiſcebat vigor; ſed virtutis amor creabat: vltra vires progreſſi ſunt perſequendi vitia laudabili ſi fas eſt dicere, inſania: quia ſæpè improbi virtutes vltra vires ſunt inſectati deteſtabili dementia.

Caietan.

95 Dauid gigantem procere magnitudinis intuitus, in Deúmque arrogantiſſimè blaterantem vtiliter aſpernatus certaminis prouocationem ad ſe rapit; verùm Saül facultatem denegat roboris vires contrario exæquans, & depræliandi imperitiam prudentiæ lancibus trutinans: *Ait Saül ad Dauid: Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſùs eum: quia puer es; his autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.* Impotentiâ proditâ, adhuc Dauid inſiſtit, & licentiam depræliandi opportuniſſimè importunus extorquet, quod expendens Seleucienſis Baſilius ſolito acumine cenſet gratiam ad ſui pompam hoc totum diſpoſuiſſe, vt Dauid ſcilicet proderetur robore infirmus, & infirmitatem tranſgreſſus. Et quidem ſi dimetiaris cum gigantæa corporis mole Dauidis paruitatem, pugnare nequit: ſi componas vnius cum alterius vires, proſilire in campum non poteſt; verùm ipſa certaminis impotentia erat virtutis corona, quando non temeritate actus; ſed cæleſti ardore impulſus id Dauid aggreſſus eſt, quod ad ſpeciem ſupergrediebatur prudentiam, & humanam tranſgrediebatur fiduciam. Baſilium accipe orat. 15. *Cùm agrè induceretur in ſpem, credere remiſſet, niſi ad id neceſſitate compulſus fuiſſet, terrore vitæ ætatis excuſationem prætexebat: Non vales reſiſtere Philiſthæo illi, nec pugnare aduerſùs eum: quia puer es; hic autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua,* Subiungit noſtræ theſi ſatis opportunè: *Ignorabat quod terrore præmonſtrato victoriam admirabiliorem faceret; ſed quem obarmabat gratia, à pugna non auertit Saülis oratione: Nunc vadam, inquit, & percutiam eum.* Etſi vires non ſuppeterent vltra corporis vires, inquit Dauid, in Philiſthæum mihi eſſet audendum, & contra monſtra pugnandum: eſt namque rationi conſonum, vt eos ſibi milites adlegerit gratia, qui paruipenderint vitam, dum honeſtè ardent victoriam, quando non ſemel vitium eos ſibi deligit milites, qui inflammati peſtifero ardore tranſgrediantur corporis vires, & ſibi in turpitudinis aut ambitionis officina procudant animos, quibus improbitatum proſequantur deliria, & delirij conſummarint figmenta. Profectò Sanctus Gregorius ad ieiunium vires ſibi oratione elaborabat, & naturæ terminos ſupergreſſus refragante debilitate producebat ieiunia, ſi ingluuies nouam ſtomachi capacitatem producit ad intemperantiæ inſaniſſima deſideria.

1. Reg. 17. v. 33.

Seleucienſ.

96 Babylon illa magna mirando naturam vicit artificio, &, vt meliùs dicam deteſtabili deſiderio, ipſis in aquis ſedebat, quin corporis mole prægrauata mergeretur: quia leuitate vitij ſuſtentabatur corporis pondus: *Oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas.* Videbatur impoſſibile aquarum labiles fluctus durare, & vndis poſſe ſedere; id tamen fuit inſanæ voluptatis ingenium, vt inuenerit ad inſidendum fluctibus artificium; ſed ne quid minus liceret virtuti, ac conceſſum eſt voluptati, Petrus marinos vortices calcat intrepidè, & per labiles vndas graditur greſſu firmo, & veſtigio certo *Deſcendens de nauicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.* Puderet Petrum, ni laudabili auſu calcaret fluctus, vt appropinquaret Chriſto, quando Babylon ſedebat in vndis, vt ſeruiret cæciſſimo deſiderio. Vltra naturæ vires audet Babylon, vt aduletur libidini: ergo Petrus vltra naturæ vires audeat, vt inſeruiat ſanctitati: *Ambulante Petro,* aiebat Ambroſius tom. 5. ſer. de cathedra Sancti Petri, *non mutatur vnda, nec labitur, nec ſolidatur aqua, nec refugit.* Conſonat Baſilius Seleucienſis orat. 22. *Videamus Petrum,* inquit, *contra fluctus audentem.* Supra ipſam natutam audet Apoſtolus laudabili deſiderio famulandi, ſi ſupra ipſam naturam progreſſa eſt Babylon ardere inſano offendendi.

Apocal. 17. v. 1.

Matt. 14. v. 29.

Ambroſ.

Seleucienſ.

97 Vt peccandi libidinem exaggeraret. Amos cap. 6. teſtatus eſt peccatorem naturæ leges dediſcere, & rationis iura prorſus ignorare: *Numquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis? quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium.* Quaſi dicat: Petra equi velocitatem retardat, aratrum bubalus non ſuſtinet naturæ ſuæ obſequentes, & legibus à natura conſtitutis obtemperantes; at ita malitia ſe extendi, vt iuſtitiam in amaritudinem verterit, & in abſynthium iudicium, iam non contenta peccare, niſi naturam etiam adulteret, & in contrarium adulteratam detorſerit. Ita Hugo Cardinalis hîc: *Quaſi dicat: Meritò ita erit, quia deteriores eſtis brutis: equi & bubali ſuam ſeruant naturam: quia neque equi currere poſſunt in rupibus, neque bubali boues ſylueſtres domari poſſunt, vt ſuſcipiant aratrum.* Addit: *Vos mutaſtis naturam veſtram.* Ecce quam bruta naturæ legem agnoſcunt, peccatores dediſcunt, & deteſtandos miraculo in contrariam partem conuertunt. Ob id fortaſſis aquam Dominus tranſmutauit in vinum: *Guſtauit architridinus aquam vinum factam*: ne gloriaretur improbitas de dulcedine conuerſa in abſynthium, ſi non mutaret charitas aquam in vinum generoſum, & ſaporatũ. Hîc ad neceſſitatis auxilium immutata eſt natura, ſi ibi ad malitiæ fomentum & natura eſt immutata.

Amos 6. v. 13.

Hugo.

Ioan. 2. v. 9.

98 Dauid commutaſſe populum gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum lamentabatur; & iure quando vitulus ille aureus vitam ad ſpeciem reſumpſit, vt falleret, vtque mentitus diuinitatem oſtenderet. Ita Rabbi Salomon: *Dicit Rabbi Salomon* (verba ſunt Lyræ) *quod vidit* (populus) *ſpiritum vitæ in vitulo, ſicut dicitur. Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.* Ecce vitulus vitæ expers vitam mentitur, vt veritati aduerſatur. Hinc noces cur arcano ſtylo ſacer textus non dixerit: Deuorauit coluber Aaron dracones eorum; ſed, *Deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Erat namque virtuti debitum, vt haberet virgam inſenſibilitatis legem ignorantem, quando malitia ſortita eſt vitulum inſenſibilitatis leges vincentem. *Draco*, aiebat Auguſtinus quæſt. 21. in Exodum, *potuit abſorbere virgas, non virgæ; ſed eo nomine dicta res eſt.* Dictum eſt, & quidem arcanè virgam vitales foniſſe ſpiritus, vt Magicos dracones abſorberet: quia improbitatis artificium oculis impoſuit, aureum effingens vitulum ad ſpeciem vita fruentem, & fœnum deuorantem: nec enim benè actum cum virtute eſſet, ſi vltra vires vitulus auderet ad decipiendum, & virga vltra vires non auderet ad deuorandum.

Pſal. 105. v. 20.

R. Salomon.

Exod. 7. v. 12.

Auguſt.

deuorandum. Ergo si vitulus ille dæmonis artificioso mendacio vicit naturam, vt aduersaretur virtuti, & Dei virga vero prodigio naturam vicit, vt refragarentur iniquissimæ falsitati.

§. XXIV.

Mirum est paupertate diuexatum non exorbitare à iustitia; sed virtutis ornati perseuerantia.

99 VT lapis lydius argentum examinat, & an subæratum sit, oculis euidenter ostendit; sic paupertas lydius virtutis est: ibi constantia nitidior apparet, ibi virtus probatior lucet, & dum crusta abigitur, quid intus fuerit asseruatum, intuentium oculis proditur. Profectò diuitiæ dum oculos depascunt, animum inflant, & ad vitia inflatum, si non impellunt, alliciunt: egestas dum variis adsultibus animum quatit, & virtutem etiam sæpissimè subruit: *Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi*, aiebat quidam Sapiens, *tribue tantùm victui meo necessaria.* Reddit rationem: *Ne fortè satiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & peiurem nomen Dei mei.* Nouerat quàm copia diuitiarúmque affluentiam fascinarint intellectum, & quàm alliciant ad vitium: nouerat quàm egestas non solùm alliciat, sed si fas est dicere, egentem compellat: *Ne fortè satiatus illiciar ad negandum, aut egestate compulsus furer.* Itaque aurum vitiorum illicium est, egestas quamdam ad speciem secum violentiam affert, & vim, si liceat dicere: infert. Hinc mirandi sunt, qui frugaliter inter delicias viuunt, & innocuè inter improba egestatis consilia degunt: *Ego certè*, aiebat Seneca epist. 20 *aliter audio, quæ dicit Demetrius noster, cùm illum vidi nudum, quamò minus quàm stramentis incubantem: tunc enim non præceptor veri; sed testis est.* Addit: *Multum est non corrumpi diuitiarum contubernio. Magnus est ille, qui in diuitiis pauper est: sed securior, qui caret diuitiis. Itaque in vtroque mens æstimanda est.* Animus constans, & sibi semper redditus, etsi diuitiæ affluant, non tam suas esse sentit, quàm audit. Pauper si egestati non succubuit, admirationem excessit. Magni profectò Gedeonis milites, dum tubarum clangore inimicos profligarunt, nec minores dum egentes, & fame luridi persteterunt: præ lassitudine fugientes persequi non poterant: fames adurebat, & nihilominus institerunt persequi, & triumpho contigit redimiri: *Fugerunt Zebee & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit* Institit, donec comprehenderit, cùm ipse textus lassos & famelicos prodiderit milites, vt videre facile est Animaduertit Caietanus: *Iuxta Hebræum habetur fessi, & sequentes: non enim substiterant præ lassitudine.* Fames gressum retardabat; sed virtus de fame etiam agebat triumphos, & triumphalis impetebat alacriter aduersarios. O quàm sæculis decantandi Gedeonis milites de trinmphauêre aduersarios, & duros famis vicêre adsultus fortiora namque vitiorum arma sunt fames & egestas, qua dum minantur vitæ, ferè omnes succollauêre violentiæ.

Prouerb. 30. v. 8.

Seneca. Securior degit, qui diuitiis caret.

Caietan.

100 Philisthæi copias producunt in campum, & de Hebræis sibi promittunt facilè triumphum: nec mirum stabat namque pro illis carnea turris, gigantæa moles, immetata superbia, supergressa terminos naturæ audacia: aspectus toruitate, oculorum furore, minarum tonitruis, fragore incessus, armorum exorbitantia sic Israëlitas percellebat, vt certamen detrectarent, & tergo indecorè satis verterent; verùm Dauid pugnæ prouocationem ad se rapit, & virtuti qua exornabatur, excellentiam, quia sic expediebat, prodit. Iam vterque præliator in arenam descenderat, Philisthæúsque armigerum ante se præmiserat, vt cui Vulcania arma non iniecerunt metum, saltèm armiger belligerandi fascinaret visu conatum: *Ibat Philisthæus incedens, & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum.* Armigerum veluti scutum impenetrabile, quo tegeretur, Dauidi obiecerat, & quibus illum impeteret, armiger giganti arma subministrabat. Et quidem, ni Dauid tantus esset, armigero viso cessisset. Iam quis armiger fuerit, exponit Rupertus Abbas lib. 2. in Reges cap. 5. *Quis est armiger eius nisi egestas semper præcedens faciem eius?* En armigerum durissima contra Dauid spicula ministrantem, en decantandus sæculis Dauidis triumphus, & supra hyperbolen arduus: non adeo mirandus fuit, quia gigantem prosternere aggressus est; sed quia cum egestate præliatus est namque egestas roboris facinum, virtutis deliquium, constantiæ naufragium, & si fas est dicere, vniuersale omnium virtutum diluuium.

1 Reg. 17. v. 1.

Rupert.

Iob sanctissimus Behemoth describens sic ait: 101 *Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur, in collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egestas.* Mira res, si collo fortitudo moratur, quæ præcedere debuisset, vt viam sterneret, & aduersantes subiceret, cur egestatem armat, & præterit fortitudinem? Nonne satius esset, quas euomit flammas, præmittere, vt vel saxa durissima nigras redigerent in fauillas, vt vel ferrum emollirent, & quidquid virtuti floridum, dissiparent? *Faciem eius*, inquit, *præcedit egestas*: quod non dubites de versutia profectum, non de incuria natum: egestas namque virtutem omnem depascit, robur imminuit constantiam expectorat, & ipsam rationem fascinat: non sic desæuiret in virtutem ardentes euomens flammas, ac producens in campum egestatis miserias: plures namque qui flammas vincerent fortitudine, in vitiorum castra transierunt cogente fame. Adest Gregorius lib. 34. moral. cap. 53. *Faciem eius præcedet egestas. Nemo quippe cognitioni eius iungitur, nisi priùs virtutum diuitiis denudetur: priùs enim bonas cogitationes subtrahit, & tunc eis apertiorem notitiam suæ iniquitatis infundit. Egestas ergo faciem illius præcedere dicitur: quia priùs facultas virium perditur, vt quasi per familiaritatem, ita postmodum eius notitia cognoscatur.* Addit: *sic eorum virtutes euacuat*: surdo adsultu, silenti impetu egestatis armis vires debilitat, & debilitatis ruinam celerrimè parat: dum deficiunt ad vitam necessaria, dum desideratur socij splendor, dum deest, & ambitur factus, dum pompa quæritur, virtus prorsus exterminatur, & sæpè fami detrimento animæ subuenitur. Qui egestatem primam & fortissimam Leuiathan cohortem deuicit, plusquam flammas superauit: durissimum namque est egere ad vitam necessariis, & ad salutem prorsus carere subsidiis. Ergo Leuiathan egestatem permittit: quia nouit egestatem pudicissimas

Iob. 41. v. 11.

Gregor.

Digitized by Google

ciſſimas fœminas deuiciſſe, ac viros conſtantiſſimos detriumphaſſe. Ergo fortitudinis laus eſt quiſquis egeſtatis vicit certamina, & virtuti inſiſtens mirabili coronatur victoria.

102 Dauid ille magnus, qui laudabili audacia cum leonibus luctabatur qui vrſos intrepidè aggreſſus eſt qui lapide de pera paſtorali educto gigantem percuſſit, proſtrauitque, ſe fatetur à paupertate deuictum, & in egeſtate infirmatum. Ecquis hoc ait? Ipſum audi trigeſimo Pſalmo: *Infirmata eſt in paupertate virtus mea, & oſſa mea conturbata ſunt.* Pſal. 30. v. 11. Oſſa, in quibus elucet fortitudo paupertatis viribus concutiuntur; imò & luctaminibus conquaſſantur: Dauidis virtus infirmata eſt, non leonis rictibus, non vrſi audaciſſimis dentibus, non monſtri armis, non Saulis potentiſſimi dolis; ſed paupertatis miſeriis: quia dum eget, & à Nabal inurbanè depellitur, iam in vindictam armatur. Itaque neceſſitas illi ſuaſit, quod non perſuaſerat ſceptrum, nec odium: *Infirmata eſt in paupertate virtus mea. Propter paupertatem hîc inediam, & ieiunium intelligit,* Euthym. inquit Euthymius, *quod ex ipſa etiam hiſtoria conſpici poteſt.* Dum eget, à Rege ſe miſſum teſtatur, ne Sacerdos deneget panem, ſi putauerit Regis hoſtem: dum eget, ſpirat flammam, & ardet in Nabalis vindictam. Non dubito Prophetam loqui de ieiuniis, quibus ipſe ſe affligebat, & fortitudinem laudabiliori fortitudine commutabat; poteſt tamen non incongruè intelligi de ipſa, quam paſſus eſt, dum erroneus vagaretur, inopia, famiſque æſtumna. Ergo dum eget, parum abfuit, quin Nabalis ſanguine defœdaretur effuſo, qui inuitatus abſtinuit ſceptro. A fame eius fortitudo eneruatur, cum vrſis & leonibus exacuitur. Vt noueris quàm dilaudandi ſunt Gedeonis milites, qui fame diuexati hoſtes, id eſt vitia ſunt conſtantiſſimè perſecuti.

§. XXV.

Non poſſunt milites generalitati inſeruire, ſi victualibus conſtet carere.

103 Caſſiodor. Laborati, ne torpeat ignauia, auxilientur emolumeta. E*Molumenta deeſſe laborantibus non oportet,* ſcribit Caſſiodorus 4. variat. 13. *vt & bona ſpei aditus aperiatur, & deſudantium querela iuſta compenſatione claudatur.* Ieiunus miles, dum ſe putat deſpici, & dedignatur præliari, qui fame vrgetur, externo non curat occurriſſe inmico; ſed interiori, & proximiori aduerſario. Arbor, quam florere videmus, quamque miramur grata viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fœcundatur, & à pabulo conuenienti nutritur. Hominum quoque vultus decoratur hilaritate, ſi viſcera nullum ſentiant grauamen læſionis: nec poteſt robur corporis membris refundi, ſi conſtet viſcera ariditate ſiccari. Suis triumphis inuidet, qui pro ſe militãtibus victualia non præbet: qui ieiunos milites producit in campum, non tam opponit aduerſariis militiam, quàm imprudenter offerat prædam. Ad hæc ſi ſolita militantium audacia egeſtatis foueatur etiã penuria, grauiús contra proprios graſſantur, quàm inimici prælientur: neceſſitas, vt aiunt, caret lege, & dum miles ab omni lege ſe putat abſolutum, nihil relinquit intactum, *Diſciplinam*, addit citatus Caſſiodorus, *non poteſt ſeruare ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus. Habeat quod emat, ne cogatur cogitare quod auferat: neceſſitas moderamen non diligit, nec poteſt imperari multis, quod nequeant cuſtodire pauciſſimi.* Non poſſunt arma alacriter capere, quos ieiunium conſtat affligere. Viri Socoth, qui Gedeoni debuiſſent ſummas gratias agere, ſtudent malignitati inuidere, eiulque triumphos totis viribus obſcurare: nam cùm trecenti viri fame laſſarentur, nec inimicos valerent perſequi, aliquid in ſubſidium ſatis comiter poſtulauit. *Date, obſecro, panes populo, qui mecum eſt, quia valde defecerunt; vt poſſimus perſequi Zebee, & Salmana reges Madian.* Quid tunc? *Reſponderunt Principes Socoth: Forſitan palma manuum Zebee, & Salmana in manu tua ſunt: & idcirco poſtulas, vt demus exercitui tuo panes?* Inuidebant eius victoriam, & ne ampliori floreret triumpho, deſiderabant milites famis laborare tormento: *Per viros Socoth*, ſcribit Gloſſa moralis, *qui Gedeoni exprobrauerunt, poſſunt intelligi vulgares Iudæorum.* Gloſſa. Vt Iudæi gloriæ Domini detrahebant, ita viri Socoth victualia militibus denegantes Gedeonis gloriam obſcurabant: nam, vt dicebam, inuidet, & ad inſtar inimicorum ſe gerit, qui ſtudiosè non ſolicitat annonam militibus, quique non examinat ſummo ſtudio, an præbeatur depræliantibus: quia vt non eſt triumphus ſine milite, ſic nec miles ſine alimenti iuuamine.

Non ignorabat Gedeon reportandum diuinitus triumphum, & nihilominus ſtudiosè pro trecentis cibaria comparauit: nocte vna perſtrepunt tubis, tenebris obcæcati Madianitæ ſeſe propriis confodiunt gladiis, & quamuis breue adeò tempus fuerit certaminis curauit ſtrenuus dux milites exũdare cibis, ne priuaretur trophæis. *Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis omnem reliquam multitudinem abire præcepit ad tabernacula ſua, & ipſe cum trecentis viris ſe certamini dedit.* Iudic. 7. v. 8. Non diffidit miraculis, dum colligendis ſtuduit cibis; ſed docuit vel ad obtinendam miraculosè victoriam, vel ad exiguum certaminis tempus, oportere exercitum cibariis non indigere; ſed exundare: *Sumptis itaque pro numero cibariis*, ſcribit Lyra, *ſcilicet pro trecentis viris electis ad prælium.* Lyra. Trecentorum numerum crucem deſignare tradunt Patres: *Trecenti crucem ſignificant*, inquit Gloſſa, *propter literam Tau Græcam.* Gloſſa. Non dubitauit crucis labores; imò & vitæ pericula alacriter milites deſpecturos, ſi non defuerint cibaria, vt etiam deficientibus non ita profutura prodigia: tantum iuuat miles cibatus, tantum officit ieiunus.

Pone menſam, aiebat Iſaias, *contemplare in ſpecula comedentes, & bibentes. Surgite Principes, arripite clypeum.* 105 Iſai. 21. v. 5. Si adeò vrget bellum, vt arripiendum ſit citiſſimè ſcutum, quid menſam iubeat parare, quando videtur menſa ſuis conatibus contraire? Dum ſedent, moras trahunt, dum menſis adſtant nudantur clypeo. Ergo priùs arripiant arma, vt aggrediantur cum hoſte bella: poſteà erit tempus per otium comedendi, & indulgentiùs otiandi: *Pone*, inquit, *menſam*: quia miles ſi careat cibo, non ardet in prælio: ergo inflammetur prælio, reficiatur antè cibo. Hieronymus ſic legit: *Comedite, bibite, ſurgite Principes: parate clypeos.* Hieron. Addit: *Præcipitur ei, vt accedat ad menſam.* Non fuit menſam ponere otioſum; ſed neceſſarium, vt decenter potati & pranſi animos reſumerent, quibus inimicos impeterent.

Dauid

106 Dauid proceram illam molem intuitus, & tot tantísque armis vulcanicis obarmatum non timet; sed ad se prouocationem certaminis rapit: in peram pastoralem, quæ paulò antè militibus fratribus ministrarat subsidium, contra gigantem misit lapides, quibus non dubitabat reportandum sibi trophæum: *Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem.* Omnia scatent mysteriis. Rogant Patres, cur Dauid gigantis adspectu non sit deterritus. Respõdéntque armigeri visu fuisse suffultum, & roboratum: ait enim textus: *Ibat Philisthæus incedens, & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum.* Quem terrorem incutiebat armatus repellebat armiger seruus: erat enim vmbra egestatis. Ergo quem vidit egere cibo, non dubitauit, quantumuis polleret armis, sibi militaturum trophæo. Ita Rupertus lib. 2. in Reges c. 5. *Quis est armiger eius, nisi egestas semper præcedens faciem eius?* Dum eget miles, non decertat; sed arma aduersanti ministrat. Ad hæc: non sine mysterio de eadem pera, de qua militantibus cibus, prodit triumphus decantandus. Panes attulerat Dauid fratribus, & quæ pera fuderat panes militi, effudit lapides hosti. *Erat sibi in via necessaria,* scribit Abulensis q. 30. *ad ferendum aliquid de onere, quod portabat fratribus suis.* Dum cibat milites, prosternit hostes, vt norint Principes summopere conducere ad triumphum de hostibus reportandum, militi præbere cibum. Adde subiectos militésque ad obedientiam & pugnam non solùm adduci; sed quodammodò cogi, si illis cibaria ministrentur, & necessaria præbeantur.

1. Reg. 17. v. 40.

Rupert.

Abulens.

107 Cùm Naas Ammonites Dei populum durissimè vrgeret, dextrósque oculos imprudentissimè ad feriendum fœdus posceret, Saül, qui iam in Principem fuerat inauguratus, exercitum cogere aggreditur, & cæsis quos sequebatur, bobus, carnes ad citandas tribus misit: *Assumens vtrumque bouem concidit in frusta, misitque in omnes terminos Israël.* Ad colligendam manum, aciémque hostilibus adsultibus opponendam, satius videbatur arma, quàm carnes mittere; & tamen Saül diuino spiritu afflatus mittit tribubus bouinas carnes? Misit, inquit Gregorius Magnus ad hunc locum, vt doceret subiectos aliquando non solùm allectandos; sed compellendos: *Pigriores quique ad auxilia præbenda proximis,* inquit, *non solum inuitãdi; sed cogendi sunt: vnde & statim subiungit um est: Inuasit ergo timor Domini populum, & egressi sunt quasi vir vnus.* Nullam potuerunt excusationis causam prætendere, nullam colorare, quominus arma in hostem caperent animosi, vbi à Principe cibati: & fortè ni cibaria remisisset se certaminibus subducerent, quantumuis arma legasset. Cogitur subiectus, cui alimentum non denegatur; non capit arma miles vultu luridus, ieiunio tortus egestate diuexatus. Discant duces à Saüle diuino afflato Spiritu, quàm oporteat ad profligandos hostes cibare milites: nam si habuerint, quo viuant, non recusabunt pugnam; sed gestient prosilire in arenam; at si victualia desint, vires deficient. Saül, quò celeriter delectum cogat in aduersarium, tribubus impertitur alimentum, & dum dilargitis vocantur carnibus, se offerunt impauidè certaminibus.

1. Reg. 11. v. 7.

Gregor.

§. XXVI.

Politici dum virtutis iniuriâ nolunt Magnates offendere, sibi constat infelicitatem asciscere.

108 POlitici non semel dum virtutem postponunt incolumitati, dum potentioris vires plus iusto verentur sibi ipsi imprudenter aduersantur, & quem vitare moliebantur, casum patiuntur: quia virtus illos non suffulcit, & fucata ratio labascit. *Alcamenes*, scribit Plutarchus in apophtegm. *Telecri roganti, quemadmodum quis optimè regnum conseruaret? si maioris; inquit, quæstum non faciat. Suscitanti alij quid à Messeniis dona non cepisset? Quia si cepissem, inquit, nullo pacto cum legibus pacem habere queam.* Alcamenes politicus optimus fuit, quandoquidem vt felicitatem figeret, pacem cum legibus habere curauit. Falluntur profectò, qui non vera ratione innixi; sed ambitione prudentiæ colore fucata falsi ea solùm attendunt, quæ pro temporis opportunitate videntur congruere, siue ratio reclamet, siue iustitia refutet. Hinc non semel supplicium ibi sortiuntur, vnde auxilium sibi asciscere nitebantur. Fortuna, vt quæ varios vultus induat, nunquam debet in consilium vocari: nam vbi ipsa attenditur, inde ratio exterminatur. Hanc exemplis veritatem confirmemus, expendamusque quid Socothanis acciderit, dum politici verentur potentiam, & Magnatum vitant ingratiam. Fugerant Gedeonem Zebee & Salmana, manúmque copiosam collegerant, Gedeon triumpho diuinitus reportato animatus, & cælesti consilio motus hostes persequebatur, vt & victoria potiretur integra, & cæsis aduersariis pace omnes Hebræi vterentur tranquilla. Verùm vt erant milites vigiliis ac labore defatigati, egebant animos recreare, virésque resumere. Ergo prudentissimus dux commodis suorum studens panes à Socothanis vrbanè satis petiuit: *Date, obsecro, panes populo, qui mecum est: quia valde defecerunt, vt possimus persequi Zebee, & Salmana reges Madian.* Socothani licèt non ignorarent se ad militum, & alioqui fratrum inopiam subleuandam teneri, veriti sunt, ne si contrarij exercitus vicerint, Gedeoni victualia ministrantes oppresserint; & inurbani denegauere misericordiam, ne exacerbarint potentiam: *Responderunt Principes Socoth: Forsitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt: & idcirco postulas, vt demus exercitui tuo panes?* Contulerunt Gedeonis, cum aduersariorum vires, & veriti, ne si contrarius exercitus vinceret, malè sibi esset, vtpote qui ministrassent militibus alimenta, inducto colore negarunt, & ambiguè responderunt: *Forsitan palmæ manuum Zebee, & Salmana in manu tua sunt?* Ac si dicant: Si tantùm commilitonum nobis extremam penuriam declarasses, humanitatis lege facilè persuasi tibi petenti annueremus, & quamuis Reipublicæ facultas angusta fuerit, leuaremus tamen inopiam & depelleremus miseriam; at dum fateris te persequi reges potentissimos copioso milite armatos, videris rem aggredi difficillimam, quæ si è voto non successerit, magnam nobis etiam calamitatem adducet, vt qui milites cibariis datis accenderimus in bellum, armauerimúsque.

Plutarch.

Digitized by Google

mauerimúſque in aduerſarium. Iſtum verborum
Montan. penitiorem eſſe ſenſum teſtatur Arias Montanus: *Eſtne, inquiunt, tibi ita occupata, atque adeò ſublata prorſus duorum iſtorum potentiſſimorum, quos nominaſti, regum facultas & vis, vt nullo modo nocere nobis poſſit? Quòd ſi non eſt, cur nobis hanc iniuriam facis, vt ſingularem vltionem, & extremam calamitatem moliaris?* Itaque ex vna parte humanitatis tenebantur lege, ex altera deterrebantur abſolutiſſimo potentiæ iure; ſed maluerunt virtutis iniuria reuereri potentiam. Quid tunc? Hoſtes vincuntur, Gedeon quans redit, & Socothanos duris ſentibus comminuit: *Venit ad Socoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana ſuper quibus exprobraſtis mihi dicentes: Forſitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis ſunt? Et idcirco poſtulas, vt demus viris, qui laſſi ſunt, & defecerunt, panes. Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth.* Dum timent comminui, dum attendunt potentiores non offendere, ſibi aſciſcunt calamitatem, quia iniuria affecerunt virtutem. Redeat iterum Arias Montanus: *Vos, inquit, ſine metum, ſine ſtudium omni alia cogitationi & rationi ita anteponendum duxiſtis, vt non humanitatis modò; ſed etiam pietatis legitima officia deſerenda eſſe decreueritis: nunc verò eò redacta eſt res, vt ſublato, quo nitebamini, fundamento, cadendum vobis cauſa neceſſariò ſit.* Neceſſarium fuit cadere cauſa; imò & vitâ, dum malè politici iuſtitiæ præpoſuerunt potentiam, æquitatique copiam.

109 Pſaltes politicorum deſcribens ingenium ſic
Pſalm. 81. v. 2. aiebat: *Vſque quo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum ſumitis?* Per peccatores, potentes, quos non ſine iuſtitiæ detrimento iudices verebantur, exprimi teſtatur Euthymius: *Quouſque, inquit, accipitis iniuſtos, hoc eſt, quouſque eos veremini?* Addit: *Ille autem acceptor perſonarum dicitur, qui iniuſtorum ac prauorum hominum potentiam, & magnitudinem veretur.* Ecce egeni pauperſique iuſtitiam corrumpunt, ne contra ſe irritauerint potentium iram, ac Magnatum potentiam. Iam quo fructu id fuerint moliti, Pſaltes oſtendit: *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Ac ſi dicat: Sic, qui politici vocantur, ambitionis nebulis obtenebrati, & timoris angoribus preſſi deſipiunt, vt eis ipſis rebus, quibus firmiſſimæ ad inſtar anchoræ, ſe contra actiores ventorum ſtabiliunt adſultus, duriores aſciuerint ſibi caſus: fundamenta namque terræ impietatis concuſſionibus agitata deſilient, quo miſerandum ſubeant naufragium, vbi contra ius, fáſque æternum ſibi iacere putauerant fundamentum: *Iubet Deus terram commoueri, & fluctuare*, addit Euthymius, *vt iniuſtis Principibus, atque iniquis iudicibus terrorem incutiat, vel commoueantur fundamenta terræ, & illorum iniquitates non ſuſtineant.* Fallax prorſus eſt iniquitatis anchora, ſolúmque apta, vt dum incautos ad ſpeciem fundat, miſerabiliùs euertat.

110 Adeſt huius rei vulgare ſatis exemplum apud
Ioan. 11. 47. Ioannem cap 11. Hebræorum Pontifices, Phariſæíque conſilium ineunt à Chriſto Domino ſigna perpetrata expendunt, & quibus debuiſſent moueri ad laudem, agitati ſunt ad perniciem. *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum noſtrum & gentem.* Ob Chriſti Domini plauſum verebantur futurum ſibi periculum: putabant namque Romanos, quibus tunc ſubniciebantur, indignatione contra ipſos inflammandos, vtpote qui permiſerint hominem è media ad ſpeciem plebe turbis concurrentibus celebrari, & ad regnum exambiri. Ergo vt ſibi inconſultè conſulant, maluerunt reclamantibus Chriſti virtutibus morti illum tradere, quàm magnatum potentiam ſemper timere. Audiſti conſilium, effectum intuere, & inuenies quod verebantur, ipſis acciditſe, & quibus putabant mediis iram auertere, prouocaſſe: *Venient*, aiebant, *Romani, & tollent locum noſtrum, & gentem.* Ita profectò accidit: nam dum impietati, ambitioníque famulantur, ipſo famulatu deſtruuntur. *Temporalia*, aiebat Auguſtinus tract. Auguſt. 49. in Ioannem, *perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, ac ſic vtrumque amiſerunt: nam & Romani poſt Domini paſſionem & glorificationem tulerunt eis locum & gentem, expugnando & tranſferendo.* Quibus vt appetens auerteret periculum, meliebantur obniti, inuenti ſunt auxiliari: nam dum geſtiunt potentiæ adulari, eiúſque virtutis iniuria gratiam inire, ſe ſuáque præter opinionem imprudenter feſtinant perdere, vt alieno in capite diſcant politici virtuti non præponere potentiam; ſed poſtponere potentiam virtuti: eſt námque veritas cæteris rebus fortior, & virtus ſemper robuſtior.

Dauid iram Saülis odio, ambitionéque fu- 111
rentis declinans, ſe ad Sacerdotem recepit, & qua premeretur egeſtate, explicuit: Sacerdos panes ſanctificatos illi largitus eſt, putans tunc pleniùs Numini conſecratos cùm conſtabat egentium neceſſitatibus dilargitos: *Dedit ei Sacerdos ſanctificatum panem.* Saül re cognita ſic efferbuit, 1. Reg 21. v. 6. vt qua in Dauidi auxiliantes indignatione inatdeſceret, manifeſtarit, Sacerdotes morte puniuerit. Poſteà cùm inediam iterum paſſus ad Nabalem, quem multis habebat beneficiis obſtrictum, nuntios miſiſſet, qui eius nomine aliquid ad egeſtatis leuamen humaniſſimè expoſcerent: ille vt benè ruſticus malè auarus non ſolùm petita negauit; ſed iniurioſis verbis reſpondit: *Quis eſt Dauid?* Putant interpretes Saülis potentiam extimuiſſe, ne ſi Dauidi præberet auxilium, aliquod ſubiret diſpendium, ob idque, vt ſibi Saülis gratiam demereretur, affectaſſe repulſam, intuliſſéque contumeliam. Quid tunc? *Emortuum* 1. Reg. 25. *eſt cor eius intrinſecus*, inquit textus, *& factus eſt* v. 38. *quaſi lapis, cúmque pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.* Dum ſibi conſulit, mortem imprudenter aſciſcit, & dum infert virtuti, vt aduletur potentiæ iniuriam, dignam incurrit ruſticitate ſententiam. *Cum pertranſiſſent decem dies, dicit R. Salomon*, (verba ſunt Lyræ) *quòd tot diebus languit, quaſi mortuus,* Lyra. *eo quòd decem iuuenes miſſos à Dauid confunderet.* Iuuenes confudit, vt vitaret iram; verùm ipſa confuſione maturauit ſibi miſeriam: vt nouerint quicumque potentium contra ius faciem verentur, ſibi ipſis aduerſari, & calamitatem aſciſcere.

Digitized by Google

§. XXVII.

Cœlesti pane opus est ad lassitudinem subleuandam, & victoriam plenè obtinendam.

112 COntinuatis laboribus corpus atteri, & debilitari vires compertum est: & quidem ni defessus animus reparetur certaminibus expromptus non inuenitur. Iam cœlestem panem & virtutis tœdium depellere, & in hostem robur armare, scripturæ passim voces testantur. Elias post cum mendacio carnéque conflictum defatigato corpore tantisper lassescit, sed cœlesti pane resumit animos, & vsque ad montis inaccessa constanti pede contendit: *Comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb.* 3. Reg. 19. v. 8. Quomodò Elias inediam ferret, toleraret sitim, spelunca ferè sepultus lateret, ni cœlesti pane suffultus, & epulo Angelico recreatus? Dormientem ab Angelo videbis excitari; sed non audies cum Angelo miscere colloquia, aut pauca saltem texere verba; ast post sacratum epulum iam cum ipso Deo confabulatur, & ad prælia iterum mittitur. Adest Paschasius Corbiensis lib. de corp. & sang. Domin. cap. 10. Paschas. *Hoc potu ac cibo Elias de manu Angeli pastus quadraginta diebus, per quos præsens saculum designatur, vsque ad montem Dei dicitur peruenisse, ex quo patenter innuitur, quòd cibus iste Eucharistiæ corporis & sanguinis Christi manibus Angelicis deferatur, & referatur, per quem nostra infirmitas reuelatur.* Vel Elias sine hoc pastu langueſcit, cùm languens hoc cibo reparetur, & contra hostiles insidias præmuniatur. Ecce Gedeon cùm in profligandis hostibus noctem insomnem duxerit, militéque prætij labore lassos agnosceret, panem petiuit, quò & illorum lassitudinem posset recreare, & animos contra fugientes accendere: *Date, obsecro, panes populo, qui mecum est: quia valde defecerunt, vt possimus persequi Zebee & Salmana reges Madian.* Desperabat integra coronari victoria, ni cœlesti pane exornatâ frueretur mensâ; at si contingat cœlesti odore fragranti recreari pane, non dubitat, & lassitudinem depræliandi labore contractam depellendam, & victoriam integrè reportandam: vt eius exemplo noueris cœlestis roboris Eucharistiam esse thesaurum, & armamentarium contra inimicum. Hugo. *Lassitudo est accidia qua*, scribit Hugo Charensis, *torpent aliquando socij Gedeonis, & tunc opus est pane.* Vt qui cibo caret, vires amittit, ita qui hoc pane non reficitur, imbecillis contra aduersarij adsultus habetur: hoc namque pane illuminantur oculi, hac mensa nutriuntur animi: cibatos vocat sapientia ad arcem: quia iam mensa illis indiderat fortitudinem. Innocent. *Necessariò*, aiebat Innocentius Papa lib. 4. mysteriorum Missæ cap. 42 *sumendus est agnus, vt à vastatore Angelo protegamur, nec exire possumus de Ægypto, nisi celebrato Phasc Paschalem agnum edamus.* Miracula exundabant elementa ab ingenio inimica contra Pharaonem concordabant, armáque vertebant; nec tamen eius durities edomita, nec populi libertas obtenta; verùm dum mystico cibantur agno, & facilis exitus, & Pharaonis eneruatur prorsus adsultus. Sumpto agno Angelus vastator arma capit, vt Ægyptum durè feriat, & Hebræum, accuratissimè protegat: *Sumendus est agnus, vt à vastatore Angelo protegamur.*

113 Psalmista animi sui languorem expertus confirmari cœlesti vigore obnixe postulauit: *Dormitauit, inquit, anima mea præ tœdio: confirma me in verbis tuis.* Psalm. 118. v. 28. Virtutis tœdium excitat ignauum somnum, quo non tam exterior illigatur sensus, quàm animus: vt ergo Dauid hunc soporem, tœdiúmque depellat, Dei verbo, hoc est, Eucharistico pane confirmari exorat: quia agnouit esse virtutis sustentaculum, tœdiúque exilium. Adest Hugo Charensis loco suprà dato. Hugo. *Dormitauit anima mea præ tœdio, confirma me in verbis tuis. Quasi dicat: Lassus sum, da mihi panem, qui confirmet cor hominis, non ventrem asini.* Vbi carebat pane, tœdium irrepsit, & sopor artus ligauit. Ergo vt animos sibi faciat, laboréque virtutis facilè euincat, panem cœlestem deposcit, quo altus tœdium ignoret, & ad virtutum verticem inuolet.

114 Cùm turba Christum Dominum per montium etiam abrupta, & desertorum inuia sequeretur, illorum agebat curam, depellebat morbos, sanitati restituebat infirmos; verùm dum illos pane non satiat, adesse testatur non tam alacriter, quàm patienter: *Misereor*, inquit, discipulos alloquens, *super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.* Marci 8. v. 2. Illo verbo *sustinent*, denotari videtur secutos iam aliquantulum defatigari, virtutísque molestiam sentire. Et quidem sic Matthæum consulas, morbidus eximebatur à morbo, cæcus, quam non viderat, lucem intuebatur, & claudus reformato gressu saliebat: *Misertus est eis, & curauit languidos eorum.* Matth. 14. v. 14. Beda in catena ad Marci 8. notauit montis ascensum illos defatigasse: Beda. *Quare triduo sustinent de longè venientes, Matthæus plenius dicit sic: Et ascendens in montem sedebat, & accesserunt ad eum turba multæ habentes multos infirmos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.* Hinc oritur difficultas: si fames sequendi labores non leuigabat, si opus erat sustinentia, vt Deum miracula perpetrantem comitarentur, quid faciet panis, vt patientiam verterit in lætitiam: sustinent, inquit, me triduo etiam miracula patrantem, & non sustinebunt panem dilargientem? O miram epuli cœlestis virtutem! Sic pane roborantur, sic virtutum difficultates epulo cœlesti minuuntur, vt pane iam non deficiant lassi, qui miraculis sustinebant suffulti. Adest Ambrosius in catena: Ambros. *Bonus quidem Dominus studia exigit, vires ministrat: non vult ieiunos dimittere, ne deficiant in via.* Miracula ad sequendum Dominum trahebant; verùm desertorum labores defatigabant: miraculorum patratorem sustinebant Dominum: quia patientia opus erat ad difficultates deuorandas, & ad ærumnas emolliendas; at dum pane cibat eos, defatigatis ministrat vires, vt iam non sustineant lassi; sed itineris vinciant difficultates robusti: omnis euanuit cibatis labor: quia infusus est cordibus cœlestis vigor: studia exerit, vires ministrat: sine pane patitur patientia tœdium; sed pane tœdium iam vertitur in studium.

115 Signum illud magnum, cuius splendor serpentis odiũ armauit, & liuore suffusos oculos repercussit, solitudinem celeri pede petiuit: *Mulier fugit in solitudinem.* Apocal. 12. v. 6. Grandis profectò distantia ab æthere ad solitudinem, celeri tamen vestigio eam tenera mulier dimensa est, dúmque nullum laborem fugitat,

Digitized by Google

gitat,ſerpentem mirè diuexat; verùm ille ſtudio fruſtratus peſtiferis odij flammis inardeſcit, & in mulierem doloſus machinis furit;illa verò arreptis aquilæ pennis aërem tranauit, & iterum ſerpentẽ eluſit: *Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ,vt volaret in deſertum.* Mira res:poſt tot longiſſimi itineris labores volat, quæ videbatur ob laſſitudinem tardigradis paſſibus fugitura;imò ſi tardigradis fugerit, dilaudanda. Quomodò potuit factis ad ſpeciem longiſſimo itinere viribus robur colligere,& volatu greſſum commutaſſe?Explicuit textus, dum ait in ſolitudine à Deo cæleſti cibo innutritam:*Habebat locum paratum à Deo,vt ibi paſcãt eam.* Vbi cæleſti epulo paſcitur,omnis itineris laſſitudo neſcitur;imò nouus vigor incrementatur,*Vbi paſcat illam Deus,ſcilicet quia paſcua vberrima,* inquit Hugo Cardinalis ad hunc locum,*dat Deus in ſolitudine, Pſalmo 22. In loco paſcuæ ibi me collocauit.* Conſonat Ambroſius ad hunc locum:*Dapibus Euangelij.* Itaque dum Euchariſtia vberrimis Dei paſcuis mulier alitur, omnis laſſitudo laſſeſcit, & omnis vigor refloret: greſſum ante cibum explicabat, poſt cibum iam terram non tangit greſſu; ſed aërem tranat volatu.Benè;ſed licèt hæc mulier fugerit ſerpentis aſtutiam, videtur non vitaſſe imprudentiæ notam: ſi filius recens editus Dei petiuit thronum, cur mulier aquilinis alis inuolauerit ad deſertum? Fugiat thronum verſus:ibi namque & iucunda filij ſocietate fruetur, & imperturbata ſecuritate obarmabitur: cur ergo non tetenderit aſſumptis pennis ad empyreum; ſed ad deſertum? Sanè vt explicauerit Euchariſtiæ efficaciam,vt altos edoceret ſatis non eſſe ſerpentem eluſiſſe opportuna fuga;ſed coronãdos victoriâ.Fugiat puer; at mulier dum Euangelij dapibus in ſolitudine alitur, aquilinas pennas reſumat: ingenium induat aquilæ,vt exacutis vnguibus ſerpentem diſcerpat. Plin. Audi Plinium lib.10.natural. hiſtor.cap.4. *Acriùs eſt cum dracone pugna.* Aquila erubeſceret draconem fugere: quia aſſueſcit dilaniare: ergo mulier cæleſti pane innutrita fortitudinem mutauit, & pennas aquilæ aſſumpſit. Parum illi viſum fuit,ſi fugeret,niſi & hoſtem detriumpharet. Adde adæquè quodammodò tutum illi fuiſſe,ſi iam terram non tangat,Euangelij dapibus ali deſerto,quàm,ſi fulgeret empyreo: *In hoc ſpatio,* addit Ambroſius, *temporum anima ſanctorum,id eſt, Eccleſia dapibus cæleſtu patriæ,in cæleſti beatitudine paſcuntur.* Cælites ſecuri viuunt,quia Deum ſortiuntur patronũ: ergo mulier dum patronam adipiſcitur Euchariſtiam,iam quadamtenus induit gloriam,& fruſtratur doloſam,ac ſerpentinam malitiam.

Hugo.

Ambroſ.

Ambroſ.

§. XXVIII.

Calamitatis mater eſt auaritia, largitas felicitatis eſt vena.

116 Caſſiodor. BEluarum ritus eſt, aiebat Caſſiodorus 5. var. 39. *ſub caſu viuere, quæ dum rapiendi ambitu feruntur, improuiſa temeritate ſuccumbunt.* Acquirendi cæca cupiditas non ſemel fuit acquiſitionis diſpendium, & ipſius cupiditatis naufragium. Sibi ipſi aduerſatur cupiditas, & cùm exiguo diſpendio poſſeſſa quierit retinere, ſtultè auara cuncta probatur amittere: prudentia opus eſt, vt perdendo acquiras,& acquirendo non perdas:fallunt namque ſæpiſſimè rerum ſpecies, & quod putabatur lucrum, inuenitur lucri diſpendium.Gedeon cùm profligatos hoſtes conſtantiſſimè inſequeretur, militúmque vires præ fame laſſeſcentes diſcuperet recreare, à viris Socoth panes vrbanè ſatis petiuit; verùm illi ſtultiſſimè auari ſubſidium denegarunt, & poſtulanti irriſerunt: *Date obſecro, panes populo, qui mecum eſt, quia valde defecerunt, vt poſſimus perſequi Zebee & Salmana reges Madian, Reſponderunt Principes Socoth: Forſitan palma manuum Zebee & Salmana in manu tua ſunt?* Ne panes largirentur, ineptas colorant cauſas, ſuáſque magno diſpendio tuentur diuitias: nam reportata de hoſtibus victoria ciuitatis Seniores digniſſimis plagis lacerauit, ſpiniſque ac tribulis iuſtè puniuit: *Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti ac tribulos, & contriuit cum eis,atque comminuit viros Socoth.* Ecce ſpinas colligunt, dum habere panem contendunt: imminuti lugent, qui liberales gauderent, vt conſtet auaritiam ſibi calamitatem procudere, & infortunia creare. Adeſt R.Dauid Kimhi apud Gloſſam:*Fecit Gedeon impios illos cognoſcere iniquitatẽ ſuam punitionibus ſpinarum.* Addit ibi Chaldæus Paraphraſtes: *Nuda illorum corpora proiecit in ſpinas, & calcauit ea pedibus ſuis.* Non ſolùm veſte;ſed & ſanguine nudantur,dum panes impendioſa tenacitate negarũt, & auari deliquerũt. Quàm bene aiebat Caſſiodorus 4.var.39. *Auaritiam radicem eſſe omnium malorum lectio diuina teſtatur quæ tali ſorte punita eſt.* Nuditate auaritia punitur, & qui paucis dilargitis militi cibatis victoriam ſibi poſſet adſcribere, retentis ſanguinem cogitur miniſtrare. Qui felicitatem ſuam fulcire anhelat,miſericordiæ non parcat: ſunt namque dilargitæ eleemoſynæ ad inſtar firmiſſimæ nauim contra ventorum flatus fundantis anchoræ.

R. Dauid. Chaldaic. Caſſiod.

117 Vt legis præcepta adimpleat,imperatur populo ſibi tabernacula conſtruere,& contra calamitatem firmare: *Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti,& ramos palmarum,& frondes ligni nemoroſi, vt fiant tabernacula* Cum oliua iungitur palma, quæ triumphis deſignatur, & victoribus adſcribitur: nec ſine myſterio: non enim poterat oliua ſeparari à palma: ſunt enim germanæ miſericodia & victoria. Tabernacula fundat largita, illámque comitatur ſẽper felicitas.Adeſt Stephan.in allegor. Tilmani: *In montem egredimur, quando ad montem miſericordiæ precibus ſublenamur. Ipſe eſt forſitan mons olineti. Afferte,inquit,frondes oliuæ, id eſt opera miſericordiæ ... Per oliuam igitur opus miſericordiæ,per myrtum virtus temperantiæ, per palmã ſpes veniæ;his itaque frondibus,& his ramis in plateæ portæ Ephraim tabernacula fiunt.* Floret palma,vbi viget miſericordia: fundantur tabernacula miſericorditer dilargitis,& creſcit palma prudenter expenſis.Ergo ſi vis tabernacula tibi fundare, non detrectes pauperibus ſubuenire.

117 2.Eſdræ 8. v. 15. Stephan.

118 Vt diſſidia, quæ cæca ambitio, & ambitioſa æmulatio contra Aaronis dignitatem excitabant, ſedata quieſcerent, nec in poſterum pullularent, iubet Deus virgas tributim accipi,& floridã lites dirimere.*Accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas.* Virga Aaron floribus decoratur,frõdibus veſtitur, diuitatur fructibus: *Inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui,& turgentibus gemmis eruperant flores,qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Virga,quæ lites patiebatur, tentis intra putamina fructibns, iam protruſis, & veluti ad accipiendũ inuitantibus dignitate firmatur, & Num.17.v.2

Digitized by Google

& contra inuidentiam virulentiſſimam peſtem fulcitur. Adde, vt vel exiguas querelarum ſcintillas extinguat oraculum, iuſſiſſe protruſos ſapidiſſimóſque fructus Numinis tabernaculo conſecrari, & religiosè dicatos ibi recondi: *Refert virgam Aaron in tabernaculum teſtimonij, vt ſeruetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum à me.* Ipſo etiam Deo Aaronem ad dignitatis faſtigium euehente querelas dabant plurimi quia Aaronis virgam ptæ aliis micare fructibus non videbant; at dum præ cæteris floret, fructificátque iam vel iniquitatis lingua occluditur, & ambitionis audacia refrænatur. Dum ſibi fructus retinet, dum Deo non conſecrat, nondum exterminatur litigium, & contra dignitatem querelarum iniuſtum prælium; at ceſſant querelæ, laſſeſcunt æmulationis inſidiæ, dum dicantur fructus Deo; quia iam deſperant euertere, quam vident dignitatem oblatis Deo fructibus ſuffulciri. Oleaſt. *In amygdala*, aiebat Oleaſter ad mores, *quæ cæteris arboribus maturiùs producit fructum, adumbrari puto quanta celeritate, & diligentiâ à ſacerdotibus Deo miniſtrandum ſit, & quàm fructuoſus debeat eſſe Sacerdos.* Dum Aaron inuenitur cæteris fructuoſus, quieſcit tergiuerſationibus nullatenus impetitus; at dum intra virgæ cortices fructus abſconditur, duris altercationibus impetitur. Origen. Aptiùs Origenes apud Gloſſam: *Inde refert flores, vbi proficit, & ſuauitate morum decoratur, & fragrantiam miſericordiæ, & benignitatis effundit: tandem affert fructus iuſtitiæ, quibus non ſolùm ipſe viuat; ſed vitam alijs præbeat.* Fructus, qui accipienti eſt miſericordiæ, eſt offerenti iuſtitiæ: quia ad poſſidendam felicitatem ipſum miſericordiæ donum tranſit in iuſtitiæ titulum. Quouſque miſericordiæ fructum effudit, pacatè dignitate non reſplenduit; at dum inuidia, æmulatióque proſperitatem miſericordia ſuffultam vidit, polle expungere deſperauit. Iam quis auaritiæ mala enumeret, cùm cupiditas omnium malorum ſit radix?

119 Zachariæ 5. auaritiam amphoræ comparat, qua incluſa mulier veluti incarcerata tenebatur; imò & plumbo firmiſſimè occluſa, vt ſepulta viueret, & viuens ærumnas ſepulchri ferret: *Hæc eſt amphora egrediens, & dixit: Hæc eſt oculus eorum in vniuerſa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc eſt impietas; & proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os eius.* Zachar. 5. v. 6. Sedentem audis proiici, & ipſa amphora veluti obſidione circumdari. Iam ſi quid per amphoram ſignificetur, quæſieris: reſpondebit Gregorius lib. 14. Moralium cap. 26. auaritiam ſignari: *Auaritia quippe velut amphora eſt, quæ os cordis in ambitu apertum tenet.* Gregor. Addit: *Maſſa plumbi in os mulieris mittitur: quia ſcilicet impietas auaritiæ peccati ſui pondere grauatur.* Itaque dum maſſa plumbea amphoræ os occluditur, mulier miſerè ſedet incarcerata, & loco anguſtiſſimo preſſa: quod ſi maſſam plumbeam in ipſius mulieris os arbitreris iniectam, ſibi ipſi videbit extitiſſe carnificem, quando auaritiæ conſiliis contra ſe exercet, quod tyranni olim in Chriſti martyres excogitarũt, & exercuerunt. Ad hæc vide vbi ſtabiliri deſideret: in Sennaar terra: *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.* Ibi ſtultiſſimè ſtabiliri voluit, vbi cùm moleſtiſſimus fuerit ædificandi labor, nullus fuit laboris fructus: eſt enim Sennaar campus ille, vbi ſuperbiſſimam turrim homines ædificare tentarunt, nullo alio fructu, quàm confuſionis tormento. Redeat iterum Gregorius: *Sennaar latiſſima vallis eſt, in qua turris à ſuperbientibus ædificari cœperat, quæ linguarum facta diuerſitate, deſtructa eſt, quæ ſcilicet turris Babylon dicta eſt, pro ipſa videlicet confuſione mentium atque linguarum: neque immeritò ibi auaritiæ amphora ponitur, vbi Babylon, id eſt, confuſio ædificatur: quia dum per auaritiam, & impietatem certum eſt omnia mala exurgere, rectè hæc ipſa auaritia atque impietas in confuſione perhibentur habitare.* Mente confunduntur auari: quia dum geſtiunt cumulatis diuitiis ſtabiliri, ipſis inueniuntur premi. In Sennaar quærit auro ſtabiliri, cùm in Sennaar ſolùm quiuerit confuſis calamitatum vorticibus perturbari.

§. XXIX.

In Reipublica commodum ipſe cogitur tolerare, quod adulando conſtat ſenatorem decernere.

QVi ad ſenatus honorem aſcendit, non ſemel minus rationi, & plus conſulit vanitati: de ſupercilij toruitate, de inurbanis reſponſis, de moroſa negotiorum expeditione auctoritatem ſibi extruit, & à ſe pendentes diſtorquet. Iam ſi contingat quid Reipublicæ expediat, conſultatione tractari, & aliqua commoditatis, ambitioniſve ſpes affulſerit, duriora decernit, & æquitatis fuco onera defatigantia vires imponit: *Multi mihi occurrunt*, aiebat Seneca lib. 2. de ira cap. 10. Seneca. *furijs ambitionis agitati.* Ambitionis phrenitide ſic agitantur plures, vt illam ſolùm attendant, & ingenti Reipublicæ damno conſulant. *Darius Xerxis*, ſcribit Plutarchus in apophthegm. Plutarch. *cùm tributa deſcripſiſſet ſubditis, Principes prouinciarum excitat, ac de tributis ecquid grauia ferent, rogauit: vbi reſponderunt ſic ſatis benè eſſe, dimidium eorum pendere quemque iuſſit.* Sanè ſæculis celebrandus Darius, vt qui conſultores erudierit rationi, æquitatíque inſeruire, non ambitioni, aut vanitati adulari. Et vtinam Principes ſic ſe gererent. Profectò ſenatores conſultiùs vtilitatem communem attenderent, & attentiùs interroganti conſulerent. Verùm quia non ſemel præmia ſibi elucrantur, & ab oneribus eximuntur, grata reſpondent, & adulatione indecora Magnatum placitò indulgent. Ergo Darius dum quæ approbarunt, experiri iuſſit, conſultiores in poſterum erudiuit. Nec huius rei ſolùm Darius poſteris tranſmiſit exemplum; ſed Gedeon etiam, dum malè conſulentibus infert ſupplicium: hoſtes inſecutus peruenit ad Socothanos, ibi ciuitatis Principibus aſcitis laſſum exercitum declarauit, & ſubſidia ad perſequendos hoſtes petiuit. Putares Principes humanè reſponſuros, præbituróſque victualia in Reipublicæ commodum, & in triumphorum auxilium; at ita inciuiles ſe exhibuerunt, vt non ſolùm animos non addiderint; ſed irriſione laudabilem eneruare audaciam contenderint: *Reſponderunt Principes Socoth: Forſitan palma manuũ Zebee & Salmana in manu tua ſunt: & idcirco poſtulas, vt demus exercitui tuo panes?* Reſpõſo exacerbatus ſe commodiori tempore promiſit vindicandum, dignúmque ſupplicium Principibus inferendum:

inferendum: *Cum ergo tradiderit Dominus Zebee, & Salmana in manus meas, conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti.* Hoſtes perſecutus comprehendit, cúmque iam detriumphatis rediret, apprehenſum puerum interrogauit nomina Principum & ſeniorum Socoth: *Interrogauit eum nomina Principum & ſeniorum Socoth.* Subiicit textus: *Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis.* Hinc oritur difficultas: ſi textus, vt videtur, Principes & ſeniores differre innuit: ait namque: *Interrogauit eum nomina Principum & ſeniorum:* & ſolùm deliquerant Principes: ait namque textus: *Reſpondernnt Principes Socoth:* cur ſpinis plectat ſeniores, quandoquidem videtur contraire iuſtitiæ innoxios puniens, & ſupplicia ad inculpatos extendens? Si refertur ſeniorum tormentum, referatur etiam delictum; alioquin prodet punientis delictum ſine cauſa infl.ctum tormentum. Imò grandi cauſa verberibus ſunt affecti, inquit Arias Montanus, vt qui adulati Principibus conſilia præſtiterint generalitati perniciosa, & apertè paci nociua. Socoth Principes forſitan in Gedeonem malè animati, aut eius triumphum obſcurare percupidi poſtulata denegarunt, & vt negarent, ſeniores perfunctoriè conſuluerunt; qui agnito Principum animo eorum approbauere ſententiam, & ſalutis generalis diſpendio ſibi acquirere curarunt gratiam. Ergo magna æquitate decreuit Gedeon ſeniores duris plectendos tribulis, quia Reipublicæ nocuerunt duris decretis, vt ſoluerent digna pœna, quod ambitioſa inconſultáque decreuerunt fallacia. Montán. *Crimen fuerat* (verba ſunt Arias Montani) *pernicioſi erga ciuitatem ſuam, atque omnem Iſraëliticam Rempublicam conſilij, ab ipſis vt à ſenioribus vrbis profecti, atque decreti.* Addit: *Cætera verò, quæ adiunguntur, pœnarum materiam & ſpeciem tam ſententia, quàm præconio pronuntiatam indicant, vt qui duriſſimè, & acerbiſſimè Iſraëlitarum Reipublicæ, & ſuæ etiam ſingulariter conſuluerant, id quod fecerint, ipſi corpore experiantur.* Conſuluerant tenaci Principi, milites non reficere, victualia negare, vtque quàm fuerit durum eorum conſilium nouerint, ipſi veſtibus diſpoliantur, tribulóſque ſanguinis bibulos perpetiuntur: exangues doceant, qui luridi militis non ſunt miſerti; ſed Principibus blanda adulatione aſſentati.

111 Cùm Dominus condito à ſe homini topiaria deliciis exundantia plantaſſet, & in omnium arborum poma amplam (vnâ tantùm arbore interdicta) poteſtatem dediſſet, ſerpens Euæ affectionibus adulatus cibum diuinitate exundantem mentitus eſt. Profectò digna quæ reiiceretur, erat planta, cuius inſipidus fructus palato parum gratus, exercendæque obedientiæ ſolùm opportunus. Serpens, vt dicebam, inter animantia callidus conſultor mulieri acceſſit, vtque felicitatem ſuam iniuſtis artibus adaugeret, blandè ſuaſit: mulier ambitione inflata aggreditur plantam diſpoliare, eiúſque foliis floridam ſibi veſtem connectere: ſordebat ficus foliis fructibúſque denudata, Genes. 3. v. 7. & ambitioni ſoluere tributum compulſa: *Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Vides ſerpentis conſilio plantam depauperatam, paradiſi dominam, pompatica infelicitate veſtitam. Quid tunc? Serpentem æquiſſimus iudex pedibus mulctat, & ad turpiter gradiendum condemnat: *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Cibo ſaporationi interdixit, pedibus orbauit, vt quod plantæ intulerat, expertus ferret, & quæ paradiſi Principi adulatus conſuluit, reptando ſolueret: ſerpentis prudentia ad ſpeciem ornati, conſilióque pleni arbor caruit fructibus, foliiſque nudata eſt: ergo careat conſultor cibo & pedibus, vt quod plantæ intulit, experiatur. Adeſt Abulenſis ad hunc locum: *Dicunt quòd antè pedes habebat, & rectà facie incedebat; poſteà autem ablati ſunt ei in pœnam.* Sordeat mulctatus, qui conſuluit malè verſutus: & qui paradiſi felicitatem Principi adulatus imminuit, imminutus tellurem verrat, & lautiori cibo interdictus puluerem mandat. Abulenſ.

Aaron Moyſéſque iuxta aquas contradictionis 111 delinquunt: & licèt vterque capitali pœna ſit plexus, diuerſis tamen circumſtantiis pœna eſt Aaroni inflicta: iuſſit namque Deus veſtibus denudari, nudúmque occumbere: *Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor, cumque nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum.* Et cur Aaron veſtibus denudetur, ſi Moyſes ornatu non denudatur? Putauerim hoc ſic diſpoſitum, vt quod ipſe peſſimus conſultor Reipublicæ intulit, in ſe ferret. Populi Magnates deos ſibi conflari poſtulant: Aaron ambitioni ſuæ adulatus conſuluit inferiores, ſcilicet fœminas, puerulóſque auro priuari, ornamentíſque interdici: *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorúmque, & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me.* Non offerebant vxores filiíque vltro; ſed qui deos conflare deſiderarunt, tollebant: nec iuſſit Aaron de potentium manibus, auribúſque annulos, & inaures adduci; ſed de inferioribus conſuluit auferri: cùm ſatius eſſet inſanientes auro priuare, vt caſtigarentur diſpendio, qui phrænetico laborabant ſtudio, verùm, vt dicebam, Aaron maiorum ſibi inire gratiam attendens paruulos denudari conſuluit teſtante Scriptura: *Videns Moyſes populũ quòd eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiã ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat) & ſtans in porta caſtrorum ait*, &c. Iam hoc Aaronis conſilium ambitioſè elaboratum teſtatur Caietanus: *Aaron primatum nolens perdere edificat aliare coram vitulo.* Caietán. Itaque ne muneris careret ſplendore, improbum conſilium dedit, imbecillioribúſque iniuriam intulit, dum auro contra rationem priuauit. Ergo Deus æquiſſimus iudex malè conſulentem veſtibus iubet nudari, vt experiatur nuditatem, qui nuditatem intulerat, & nouerint omnes ambitioſum miniſtrum nudum occubiturum non ſolùm communi mortalitatis lege; ſed Numine etiam vindice. O quot miniſtri, ſenatoréſque plus ambitioni, quàm legi conſulentes laborioſa Reipublicæ Principibus dant conſilia: cæci non attendunt communi bono; ſed nociuo ſibi incremento, & dum volunt adaugeri, conſtat iuſtiſſimè denudari, vt talionis pœna mulctentur, & quod aliis intulerunt, ipſi ſuſtineant.

§. XXX.

Quantò vehementior eſt infligenda pœna, tantò præcedere debet inquiſitio ſolicita.

Pletatis genus eſt coërcere errata, ne pullulauerint crimina: pereunt nocentes ad ſalutem cunctorũ, quandoquidé pia ſeueritate amputantur. 123

delicta,

Digitized by Google

delicta, & in officio reliquos continent ſeueritatis exempla; verùm vt diſpar ſolet infligi pœna, ita & diſpari ſtudio inueſtigare conuenit cauſam. Et quidem licet minùs accuratè ad leuem irrogandam pœnam delictum inquiſitor diſcuſſerit, non graui maculatur errore; at culpabili inertia delinquit, ſi vehementem pœnam infliƈturus, circa cauſæ diſcuſſionem dormitarit ignauus. Quàm appoſitè

Caſſiod. Theodoricus rex 5. var. 39. *Quantò vehementior pœna eſt, tantò eius rei debet inquiſitio plus haberi: ne amore vindictæ innocentes videamur vitæ pericula ſuſtinere. Percant itaque ſoli nocentes in correctione multorum, quando & hoc pietatis genus eſt coërcere infantiam criminis, ne iuueneſcat augmentis.* Pœnæ qualitas qualitatem deſignat inquiſitionis, ne turpiter delinquat vehementem pœnam infligens, & pœnæ cauſam plenè non noſcens. Huius politices optimum nobis Gedeon tranſmiſit exemplum: nam cùm à viris Socoth panes ad exercitus laſſitudinem ſubleuandam vrbanè ſatis poposciſſet, ruſticúmque accepiſſet reſponſum; punire inciuiles decreuit: *Conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti.* Iam victor rediens puerum de Socoth apprehendit, & Principum, ſeniorúmque nomina accuratiſſimè requiſiuit, nec memoriæ ſolùm; ſed chartæ tradidit: *Reuertens de bello ante ſolis ortum apprehendit puerum de viris Soccoth, interrogauitque eum nomina Principum & ſeniorum Soccoth, & deſcripſit ſeptuaginta ſeptem viros.* Non extraneum; ſed Socothanum iuuenem interrogauit, vt qui meliùs ſeniores noſceret, à puero, id eſt, priuato homine requiſiuit: quia priuatus dum inuidiæ, aut paſſioni ſeruire neſcit, nec veritati detrahere nouit. Erat grauiſſimum infligendum ſupplicium: ſic namque textus refert: *Tulit ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis:* & ob id oportebat præcedere examen ſummè accuratum: eſſet namque irreparabilis error, ſi examinis defectu, aut memoriæ errato innocens ſupplicio infami periret, & mulƈtam duriſſimam ſuſtineret. *Si quæreret*

Abulenſ. *Gedeon in vrbe*, ſcribit Abulenſis quæſt. 12. *qui erant Principes & ſeniores, per quos regebatur vrbs, teſtes corrumperentur; & paucos proderent; ſed imponerent totam culpam vni vel duobus, vt illi ſoli morerentur; nunc autem cùm puer extra Socoth neſciret ad quid Gedeon iſta quæreret, diceret ei veritatem, & ſic factum eſt: vnde cautela magna fuit extra vrbem à puero petere.* Magna cautela vſus eſt ad fontes inquirendos, ne ſi minus diligenter inquireret, circa numerum, aut circa perſonas culpa irremediabili erraret.

124 Cùm Giezi cupiditate victus neſcio quæ commenta Naamano retuliſſet muneràque fraude impetraſſet, à Propheta interrogatus eſt, quò iuiſſet: *Vnde venis Giezi?* Negauit ille veritatem; verùm Propheta, qui ſpiritus oculis inſpexerat, leprâ negantem mulƈtauit: *Lepra Naaman adhærebit tibi.*

4. Reg. 5. v. 25. Tranſi mihi cogitatione ad Caïn necis artificem, orci ianuam, naturæ contumeliam: poſt fratris mortem à Domino conuenitur: *Vbi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Neſcio:* negantem non ſtatim puniuit; ſed ſanguinis vocem adduxit in teſtem, vt comprobauerit crimen: *Dixítque ad eum: Quid feciſti? Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra: Nunc igitur maledictus eris ſuper terram.* Si Eliſæus ſolùm notitia veritatis innixus Giezi pœnam intulit, cur Dominus, qui falli non poteſt, ſcientia ſua ad infligendam pœnam non imitatur? Quid neceſſe ſit aurem clamori præbere, & clamorem teſtem audire? Hic non ſolùm delictum examinat oculus; ſed & auris; cùm ibi non auris; ſed cordis oculus. Et quæ diſcriminis cauſa eſt? Fortè quia ibi leuior infligenda pœna, lepra ſcilicet; hic verò maledictio duriſſima mulƈta. Voluit ergo Dominus ad noſtram eruditionem non ſolùm oculis; ſed auribus examen reatus committere, vt & reatus pœnam ſine nota poſſet inferre. Profectò Deus clamore non indigebat, vtpote omniſcius; verùm quia, vt dixi, ad noſtram eruditionem hæc ſunt ſcripta, refertur hîc lingua examinans: *Vbi eſt Abel frater tuus?* Oculis intuens: *Quid feciſti?* auribus clamores capiens: *vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Vt noſcas, vbi infligenda eſt duriſſima pœna, reatus debere examinari accuratiſſimè cauſam. Ergo diſcant iudices ſummo ſtudio, vigilantiſſimóque examine cauſam inueſtigare, dum probroſum, duriſſimúmque ſupplicium conſtat inferri.

Homo quidam, vt iam ferè omnes & ſplendorem affectant, & laboris curas faſtidiunt, villicum habuit, cuius induſtria & ſolicitudine gubernaretur familia, diuitiarúmque expenderetur prudenter copia; verùm qui aſcitus eſt tutor, notatus eſt diſſipator: rumor neſcio quis Domini aures ferit, & villicum non iam ignauè agentem; ſed eius bona teſtatur ſolicitè diſſipantem: rumore perſuaſus à munere amouit; domóque expulit: *Quid hoc* Luc. 16. v. 2. *audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicari.* Non expectauit villicationis rationem reddentem, nec inueſtigauit, an iuſtè, an ſe geſſiſſet ignauè; ſed rumori aures præbuit, & villicum non imprudenter amouit. Tranſi modò ad Nabuchodonoſorem, qui auream ſtatuam in Deorum ſenſum redigere aggreſſus adorationem cunctis populis imperauit: Hebræi illi decantatiſſimi laudabiliter ſuperbientes maluerunt flammarum vorticibus interire, quàm ſtatuam infami veneratione adorare. In pene innumera hominum affluentia notati ſunt ſtatuam non colere: quia æmuli accuratiùs dirigebant ad pueros notandos inuidiæ aſpectum, quàm ſtatuæ impenderent cultum: *Statim in ipſo tempore accedentes viri* Daniel. 3. *Chaldæi accuſauerunt Iudæos.* Plurium, Magnatúmque relatione agnouit Nabuchodonoſor tres pueros patria nobilitate in ipſa ſeruitute retenta contemniſſe auream ſtatuam, denegaſſéque non ſine reliquorum ſtupore ſimulacro deteſtabili reuerentiam. Quid tunc? Furore inardeſcit, inflammatur irâ, iubétque pueros acciri, & per ſe ipſum aggreditur illos examinare: *Tunc Nabuchodonoſor in furore & ira præcepit, vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago, qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis. Pronuntiánſque Nabuchodonoſor rex ait eis: Verène Sidrach, Miſach, & Abdenago deos meos non colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui, non adoratis?* Crederes irâ percitum, vt quàm celeriter nigris flammarum vorticibus traderentur, iuſſurum, & tamen ſiſti imperat, & per otium cauſam examinat. Et cur ſatis non ſit relatio ad damnandos pueros, ſi fuit ſatis ad villicum amouendum? Si non expectat Dominus reddendæ rationis exitum, vt depellat, cur Nabuchodonoſor expectat reddendam à pueris rationem, vt flammis tradat? Sanè ob id ipſum: vt Dominus è domo ſeruum emittat, opus non eſt ſcrupuloſiſſimo examine, quandoquidem ſerui quotidie nouos exambiunt dominos, vt domini ſeruos: quamuis ergo falſa relatione informatus emittere, leue eſſet erratum, nec expulſo graue diſpendium at ſi

125

pueri;

Digitized by Google

pueri ſemel flammarum voluminibus tradantur, ſi flammis duriſſimis deputentur, iam nec ſupereſt remedium, nec inuenitur effugium. Ob id ergo Nabuchodonoſor etſi ira percitus hac in re ſe prudenter geſſit, dum ad graniſſimam pœnam curam examinis ſtudioſam adhibuit, non perſuaſus eſt relatione, vt villici dominus; ſed expendit relationem ſolerti examine, ne ſi duriſſimam pœnam incurioſus influxerit, gloriam regiminis obſcurauerit. *Adducit homines in medium.* ſcribit Theodoretus orat. 3. *interrogátque an reuera participes eſſe deorum cultus nolint, & ſtatuam recuſent adorare: deinde præcipit, & conſulit, vt id faciant, ignis eos minis deterrens.* Minabatur dignitatis mulctam, vitæ diſpendium, ſepulchri priuationem, & voluit laudabili mora cauſam diſcutere, quia ſemel irrogatam pœnam non poterat mitigare. Diſcant hinc gubernatores, Superioréſque in rebus magni momenti cauſas non perſtrictim agere; ſed ſtudio ſolertiſſimo expendere.

Theodoret.

§. XXXI.

Peccati conſequentia eſt ſic peccatorem deſipere, vt neſciat vel periculum inſtans euadere.

116 VItia ſic prudentiam obnubilant, ſic denſis fœdiſque vaporibus rationis lucem obtenebrant, vt iure miretis homines alioqui induſtrios, ſagaceſque ſibi adeò deficere, vt proſpectam oculis pœnam neglexerint imprudentiſſimè euadere. Vt inania ſimulacra, quantumuis approximent ruſcinæ & ſcobinæ, quantumuis eluctantes flammæ circumuolent, nec fugiunt, nec habentes oculos intuétur, ita peccatores ad inſtar idolorum ſtupidi oculos habentes non vident, & cùm ignorare non poſſint approximare ſupplicium, quadam ſceleris phreneſi occupati, ſatagere paruipendunt remedium. *Quòd autem amentes & inobedientes terram vocet Scriptura,* ſcribit Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtromat. *planum facit Ieremias Propheta de Ioachim, & eius fratribus dicens: Terra, terra, audi verbum Domini: ſcribe virum hunc hominẽ abdicatum.* A quo abdicatus eſt? Sanè à ratione & mente. Addit Clemens Alexand. *Eum, qui elegerat inſcitiam, & cordis duritiem, terram dixit.* Inſcius redditur peccati præſtigiis peccati artifex, & cùm non poſſit latere, quæ ad ipſum maneat calamitas, nec eius ſtrepitum audit, nec truculentiſſimum vultum videt, ſed à ſeipſo ſtupet veluti alienatus, & prorſus alienatur ſtupidus. Veritatem hanc noſter comprobat textus: nam cùm Gedeon hoſtes inſequens à viris Socoth aliqua militibus ſubſidia expoſceret, & non ſine irriſione abiectus dignam ſe expetiturum vindictam verbis exertis aſſeruiſſet: *Conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti.* Socoth pertranſiens ad Phanuel peruenit, vbi non diſſimilem ruſticitatem expertus pœnam minatus eſt non diſſimilem: *Cùm reuerſus fuero in pace, deſtruam turrim hanc.* Bellum è voto Gedeoni ſucceſſit: cúmque captiuis iam regibus ouans reuerteretur, prætermiſſis tantiſper Phanuelitis, ad Socothanos peruenit, quos vt promiſerat, durè ſpinis tribuliſque puniuit: *Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Soceth.* Inflicta iam Socothanis pœnà ad Phanuelitas reuertit eſt, turrim ſubuertit, & habitatores occidit: *Turrim quoque Phanuel ſubuertit, occiſis habitatoribus ciuitatis.* Miraberis Phanuelitas imminenti ſibi malo non occurriſſe, nec Socothanorũ ſtrage fuiſſe permotos ad miſericordiam implorandam, aut ad fugam præripiendam. Animaduertit Arias Montanus ad hunc locum: *Mirum videri potuit Gedeoni non hos vel ipſum anteà victorem cum captis regibus redeuntem, & ſuam turrim præteritum, animo videlicet in Socothanos priùs animaduertendi non ſecutos, ac deprecatos fuiſſe, exoraréque conatos aliqua ſaltem vel ſimulatæ pœnitentiæ exhibenda ſpecie.* Non ignorabat minas, videbántque iam victoriam de aduerſariis completam: fama erat Gedeonem Socothanos petere, inhumanitatem vindicandi ſtudio, & ob irriſionẽ repetendi pœnas animo: cúmque tot eſſent, quæ Phanuelitis timorem potuerunt creare, nec ſimulata pœnitentia ouanti occurrerunt, nec falſi culpam miſericordiam humiliter poſtularunt. Adde, quod etiam Arias Montanus adiunxit: *Mirum magis illos nec toto illo tempore, quod in adeundis, & puniendis Socothanis poſitum fuerat, quicquam ſibi melius ac ſapientiùs proſpexiſſe, atque illi ad ipſorum redeunti locum obuios factos aliquo pacto animum tentaſſe, mouiſſe, & ad clementiam flexiſſe.* Socothanorum pœna aures referiebat, percellebat animos, vel ſecuris, inſontibuſque ingerebat timorem; & tamẽ Phanuelitæ nec exemplo perterrefacti nec minarum conſcij animum induxerunt ad flectendam aliquomodò iram, aut ad impetrandam ſibi miſericordiam; imò vicinorum ſupplicia videntes non videbant, nec ſibi conſulere procurabanti tanta erant ſtupiditate poſſeſſi, tantà amentia abalienati.

Clem. Alex.

Montan.

117 Iſaias hanc peccatorum infelicem imprudentiam, & luctuoſiſſimam animoſitatem deſcribens ſic aiebat: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo.* Peccator dum plus altiſſimus vulneribus confoſſus iacet, corde plus mœret: eneruatur ratio capite deſignata, adumbrata corde ſapientia hebes dormit, & cùm vel ipſis plagis perſuaſus, & internis doloribus vſtus debuiſſet medicamenta perquirere, conſtat inſipientiæ languoribus detineri. Mortem intuetur inſtare, & adhuc perſeuerat deſipere, & propriam, ac ſi eſſet aliena, plagam ſiccis oculis intuetur, nec periculi timore pulſatur. Adeſt Richardus in allegor. Tilmani. *Eſt mœror viſus hebetatio: vnde & omne cor mœret, quia ad omne conſilium rationis acumen habet. Ecce triplex vitium, faſtidium boni, deſiderium mali, vtriuſque ambiguitas diſcernendi.* Omnis rationis vis hebet, & cùm iam voratrix infelicitatis flamma corpus peccatoris exedat, de medicamẽto nõ curat: ſic hebet ipſis delictorum præſtigiis, ſic ſtupet ſcelerum incantamentis. O malum opinione maius, quando pes ad medicamina excurſurus ferreis compedibus detinetur, manus, ne vulnus illigauerit, vinculis ſtoliditatis vincitur, prudentiáque fatuitatis nebulis diſſipatur! Potares hominem à planta pedis vſque ad verticem putridum anxiis remedia votis quæſiturum, & audis nec vulnus oleo fotum, nec liuorem illigatum, nec plagam medicamine delinitam: *A planta pedis vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas:*

Iſai. 1. v. 5.

Richard.

ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine nec fota oleo. Valde timenda eſt promanans ab ſcelere ſtupiditas, quandoquidem vti ſcelere aduocatur damnum, ſic etiam ſtupiditate amouetur remedium. Adde non ſolùm adducere ſecum culpam prudentiæ languorem, rationis interſtitium; ſed & medicaminis tædium. Peccato immerſus non ſolùm nõ armat culpæ remedium, ſed ipſum remedium vertitur in periculoſum faſtidium.

128 Eua ſerpentinis fallaciis ſeducta eius conſilij, quod à malo hauſerat, traducem maritum fecit: deliquerant ambo, & cùm iratis oculis arborem circa quam præuaricati fuerant, debuiſſent aſpicere, ſummáque diligentia cauere, hebetes, & antequam à paradiſo, à prudentiæ lumine extorres, folia conſuerunt; arboris tactu, & retulit Eua prohibiti, culpam culpæ annectunt, & ſibi floridas veſtes damnanda induſtria perficiunt: Geneſ. 3. v. 7 *Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata.* Deus erroris miſeratus ad arrigendum currebat, & humaniſſimis Adamũ vocibus compellabat: Quid tunc? *Cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi:* Expende quàm de mentis arce præcipitetur prudentia, quando ſic inuerſus eſt ordo, vt erga arborem, quam ſummo debuiſſent proſequi odio, noxio inardeſcant ſtudio, & quem debuiſſent exambire, Dei aſpectum curauerint declinare: diuinos oculos auerſantur, arboris foliis veſtiuntur, vt nobis commodet op-

Tertullian. portuna verba Tertullianus aduerſus Gnoſticos cap 5. *Eſt & hæc peruerſitas hominum, ſalutaria excutere, exitioſa ſuſcipere, periculoſa quæque medicamina vitare: mori denique citius, quàm curari deſiderare: nam & medicina præſidium plures qui refugiunt, plures ſtulti, plures timidi, & malè verecundi.* Ecce Adam medicinæ præſidium refugit, & ſuæ infelicitati auxiliatur fuga, dum fuga creſcit miſeria: arbori addicitur poſt calamitatis experientiam, & refugit animitus medicinam: ea eſt namque ſceleris peſtis, vt rationem innubilet, quo cæciſſimus homo ea ſolùm refugiat, quæ debuiſſet expetere, & ad ea ardenter inhiet, quæ tenebatur vitare.

129 Eccleſiaſticus, vt peccatoris miſeriam prodat, boum iugo comparat, ſcorpionique aſſimilat: Exod. 26. v. 10. *Sicut boum iugum, quod monetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem.* Vt iugum illigatas ſibi ceruices boum non patitur diſiungi: vtque continuo motu conſtat arantes defatigare, ſic vitium ceruicem ad terram trahit, & ne diſcedat teuincit. Verùm expendamus cur ſcorpij qualiter peccato adiunxerit: an quia ſcorpio ore blandus, cauda mortiferus? Benè; ſed altius nobis myſterium quærendum eſt. Tertullianus, dum huius feræ declarat ingenium, teſtatur non ſolùm cauda ferire; ſed iniecto veneno ita ſenſus omnes gelido torpore ligare, vt virus in viſcera ſtatim properet, & peruerſos omnes ſenſus duriſſimè liget. Accipe Tertullianum iam datum cap. 1. *Si plagam ſatiauerit, intimat virus, & properat in viſcera, ſtatim omnes priſtini ſenſus retorpeſcunt, ſanguis animi gelaſcit, carne ſpiritus exoleſcit, nauſea nominis inacreſcit.* Pamellius in annotationibus addidit *nominis Chriſti.* En cuius vulneratum nauſea fatiget, Chriſti ſcilicet nominis, cùm in nullo alio ſit ſalus. Qui infectus & arroſus innolaturus erat ad medicamentorum auxilia, ipſo venene torpeſcit, gelaſcit, & faſtidit medicamenta. Quid vſitatius? Quid verius?

---

§. XXXII.

Non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens, quàm delictum obſtinatione defendens

INter *cætera mortalitatis incommoda*, aiebat 130
Seneca lib. 2. de ira cap. 9. *& hæc eſt, caligo* Seneca.
mentium: nec tantùm neceſſitas errandi; ſed errorum amor: cæciſſimus errorum amor non ſolùm illos audaciſſimè exambit; ſed quod peius eſt, pertinaciter etiam defendit. Qui delinquit, ad commiſerationem mouet; iram tamen exacerbat, qui ſcelera obſtinatè defendit; quandoquidem culpa naturæ fragilitate committitur; ſed iniuria rationis, & æquitatis defenditur. Non ſolùm deſipiunt peccatores; ſed deſipientes inſaniunt: *Illud potiùs cogitabũ*, aiebat citatus ſtoicus, *non eſſe iraſcendum erroribus: quid enim ſi qui iraſcatur in tenebris parum veſtigia certa ponentibus? Quid ſi quis ſurdis imperia non exaudientibus? Quid ſi pueris quòd neglecto diſpectu officiorum ad luſum & ineptos æqualium iocos ſpectent: quid ſi illis iraſci velis, qui ægrotant, ſeneſcunt, fatigantur?* Vt cæci mortales nati ſunt, in tenebris ambulant, exorbitantia à rectitudine veſtigia, etſi ponere non cogantur; tamen ipſa obſcuritate ſuadentur: erranti vti puero parcendum eſt: plus namque commiſerationem eius debet ſuadere cæcitas, quàm indignationem inflammare infelicitas; etſi errorem quis procaciter velit defendere, iam omnium conſtat animos irritare: illud namque eſt veluti fragilitatis tributum, hoc iam tranſit in rationis vitupertium. Phanuelitæ inurbano reſponſo, ruſtica inciuilitate Gedeonis patientiam exacerbarunt, dum ipſorum felicitatem tractanti denegatis ſubſidiis conſtantia deteſtabili reſtiterunt: minatus eſt ſe euerſurum turrim triumpho reportato: *Cùm reuerſus fuero victor in pace, deſtruam turrim hanc.* Redit, vt ſperabat, in pace victor; nec ſolùm turrim euertit; ſed habitatores etiam occidit: *Turrim quoque Phanuel ſubuertit occiſis habitatoribus ciuitatis.* Hinc iam oritur difficultas, cur ſcilicet addiderit habitatorum necem, qui ſolùm minatus fuerat euertendam turrim, quando conſtat Socothanis eas ſolùm inflixiſſe pœnas, quas ſe inflicturum prædixerat. Ibi aiebat: *Conteram carnes veſtras cum ſpinis tribuliſque deſerti.* Audiſti comminationem, comminationis effectum audi: *Tulit ergo ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis.* Si non adauxit pœnas Socothanis, cur graniores intulit Phanuelitis? Quia Socothani, inquit Arias Montanus, animum non induxerunt perpetratam culpam defendere, nec ſe ad defenſionem munire; at Phanuelitæ fidentes turri, quæ commiſerant crimina defenderunt, & ſibi ſupplicia defenſione cumularunt. *Mirum maximè fuit illos de* Montan.
dimicatione ac defenſione cogitaſſe, & ſeriò egiſſe, fretos videlicet illius turris vano, atque inutili præſidio: namque hanc eſſe cauſam intelligimus, quamobrem inſtiſſimus dux, qui repulſam paſſus, turris tantùm euerſionem fuerat minatus, nunc & hanc

dirus,

dirui, & ipſos etiam vrbis cives occidi inſſerit. Ni culpam ſuam defendere fuiſſent aggreſſi, ſupplicia ſibi non adaggeraſſent; at dum culpabiliùs, procaciúſque ſe ad defenſionem accingunt, miſerabiliter corruunt. *Sapientia iunctam habere audaciam plurimum conducit*, ſcribebat Euenus apud Stobæum de audaciæ laude c. 51. *ſeorſim verò audacia nocet, & calamitatem infert.* Audere eſt quid amplius quàm errare: vnde etſi ad commiſerationē mouerit culpa, imprudens calamitatem ſibi aſciſcere ſolet audacia.

Euenus.

131 Dauid Semei ſatis procaci, & contra ipſum lapidibus grandinanti pepercit, quiaouanti ſupplex occurrit: *Ait rex Semei: Non morieris.* Itaque cùm Semei potuiſſet occidere, pepercit, & victoriam remiſſa iniuria clarauit. Tranſi modò cogitatione ad Ammonitas Dauidi iniurios: adeò ardenti in illos indignatione, trucique vindicta efferbuit, vt ferratis carpentis comminuendos, & in cineres flammis redactos in laterum typum tranſtulerit, & pedibus terendos ſubiecerit: *Populum eius adducens ſeruauit, & circumegit ſuper eos ferrata carpenta, diuiſitque cultris, & traduxit in typo laterum.* Iam ſi quæras, cur qui adeò ſe humanè cum Semei geſſit, durè adeò Ammonitas tractarit: cauſam textus reddet: *Videntes*, inquit, *filij Ammon, quod iniuriam feciſſent Dauid, miſerunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Iſtob duo decim millia virorum. Quod cùm audiſſet Dauid, miſit Ioab, & omnem exercitum bellatorum.* Vt audiuit Dauid, culpam velle defendere, aggreſſus eſt expugnare: quaſi illum ardentiùs inflammarit ad vindictam defenſionis audacia, quàm inurbanitatis offenſa. Adeſt Lyra: *Quia cognouerunt quòd non ex fraudulentia; ſed ex vera amicitia nuntios miſerat, & tamen non recognouerunt culpam, nec petierunt veniam; ſed magis præparauerunt ſe ad defendendum ſuam ſtultitiam vocando alios in ſuum auxilium contra Dauid, quod factum eorum notabiliter aggrauauit; hìc conſequenter ponitur vindicatio predicta iniuria.* Doluit Dauid nuntios à ſe vrbanè beneuoléque miſſos, turpiter ac contumeliosè reiectos; verùm bellatorum manum non coëgit, quouſque audiuit Ammonitas, ad defendendam ſtultitiam armatos, & armis obſtinationis munitos. Profectò ſi factum retractaſſent imprudentiam ſuam confeſſi, à Dauide facilè miſericordiam fuiſſent conſecuti; at dum obcæcantur duri, dum à ſe perpetrata defendunt cæci, indignationis flammas accendunt, & luctuoſiſſimam ſibi cladem imprudenter aſciſcunt. Quotidie videas plures indignationis flammam erroris ſui agnitione placare, irámque ſopire; atſi tentent erratum cohoneſtare, ſi velint à ſe commiſſa fucatis cauſis defendere, iam plures indignatione inflammantur, & vindicandi erratum veluti prurigine vrgentur.

1. Reg. 19. v. 23.

2. Reg. 12. v. 31.

2. Reg. 10. v. 6.

Lyra.

132 Pharao bellua truculentiſſima humana facie perſonata innocentiæ diſpendio, vano occurrere ſatagebat periculo: tunc Deus, qui ſuos tantiſper ſub impiorum manu ſinit ad ipſorum profectum, Moyſem delegat, qui inſanientis ſanare tentet delirium, ac cohibere ambitionis erratum: virga proiicitur, & in colubrum conuertitur, vt his veluti terriculamētis eruditus reſipiat, & Numinis præceptis obediat: *Tulit Aaron virgam coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum.* Coluber ex virga factus ſerpentino carebat veneno, nec ſpiritus fouit, vt feriret; ſed vt humaniſſimè deterreret. Quid tunc? Magos vocat, maleficos Pharao producit in campum, vt his armis antiquum tueatur ſtudium, & proſequatur imperium: *Vocauit Pharao ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam ſimiliter: proiecerúntque ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones.* Dracones multi armabantur ad luctam ſiuuoſis orbibus minitantes, & flammas oculis orēque vomentes; aſt Moyſis virgā triumphum de inimicis agit, & ſe ad duriores infligendas plagas accingit: vnda tranſit in ſanguinem, terra computreſcit, & Ægyptus duriora verbera ſuſtinet: *Eleuans virgam percuſſit aquam fluminis coram Pharaone, & ſeruis eius, quæ verſa eſt in ſanguinem:* Quæres, cur priùs vndam in ſanguinem non commutarit; ſed in colubrum virgam verterit. Nonne ſatius eſſet elementa in impium armare, ranarum agmina educere, locuſtarum nubes afferre, vt noſſet, populum, etſi tunc conditione ſeruum patrocinantis potentiam, virgæque efficaciam? Si prius abſtinuit ſanguine, cur vſque ad ſanguinem proceſſit poſteriùs? Quia priùs, inquit Philo lib. 1. de vita Moyſis; Pharao inſipienter deliquerat; poſteà tamen dracones ad defendendam inſipientiam armarat; ergo dum non armatur ad defendenda facinora, ſuppliciorum ſolùm terretur imagine, & refrænatur timore; at vbi contumax improbum defendit ſtudium, dum dracones producit decertaturos in campum, iam virga ſanguine purpureſcit, duriórque ferit: *Cùm ne tam manifeſta quidem efficacia poſſet eis exprimi, vt victos ſe faterentur; ſed nihilominus pertinaci audacia reſiſterent addicti obſtinatæ inhumanitati, impietatique tamquam laudatis virtutibus ... opus fuit graviore cenſura, vt afflictionibus agminatim ingruentibus caſtigarentur ſtolidi.* Agminatim iam armantur in ſtolidos calamitates: quia iure æquiſſimo efferbuit ira, cùm dracones armauit, vt ſe defenderet, pertinacia: dum ſolùm denigrabatur Pharao in humanitate, veluti terriculamentis eruditur; at vbi defenſione armatur, plagis duriſſimis teritur: quia graviùs exulcerauit iram pertinax defenſio, quàm ipſa criminis perpetratio.

Exod. 7. v. 10.

Philo.

§. XXXIII.

Virtutis hoſtes vbi ſe arbitrantur ſecuritate munitos, ibi conſtat cladibus ſecuriùs obiectos.

133 DOctrinalis fabula apud antiquos fuit Ixionem rota circumactum apud inferos ſemper volui, & ſe dum fugeret, ſemper ſequi: *Volvitur Ixion, ſéque ſequitúrque fugítque:* vt ſe fugeret, debuiſſet, cui alligabatur, rotam relinquere: nam illigatus non poterat vitare ſupplicium; imò ipſa fuga non inflammare tormentum. Videntur profectò impij calamitatem effugere; verùm dum Ixionis ad inſtar in circuitu ambulant, dum partem, quam timore agitati anxiè relinquerant, ceſſeriùs fugiendo repetunt, ſeſe implicant, & conatus irritos reddunt. *Quid dices*, aiebat Seneca epiſt. 82. *imbecillitati humanæ? Quid dices quo inflammati in media pericula irruant? Qua oratione hunc timendi conſenſum auertes?* Timore exagitantur; ſed imprudenter timidi maturant in ſibi timenda

Seneca.

timenda incurrere. Putant diuitiis circumfusos, copiosa militum manu stipatos, spatiosis campis stabilitos extra infortunij lineam degere fortunatos, & dum asta stultissimè properant, non expendunt diuinam iram immensa iurisdictione pollere, & ad inaccessa pertingere: exiguis se tuentur, & malè tuti se securos arbitrantur. *Magnis telis*, aiebat citatus Seneca, *magna portenta feriuntur. Serpentem illam in Africa sæuam, & Romanis legionibus bello ipso terribiliorem frustra sagittis fundisque petierunt. Ne Python quidem vulnerabilis erat, cùm ingens magnitudo pro vastitate corporis solida ferrum, & quidquid humanæ torserant manus, reiiceret; molaribus demum fracta saxis est: & aduersus mortem tutam minuta iacularis? Subula leonem excipit?* Vt ridiculum est, si armatus subula contra impauidi leonis rictus se putauerit tutum, ita est insanum contra diuinam iram fuga, aut militum copia se putare securum. Verùm ea peccatores tenet insania, vt dum periculo proximiores, so crediderint periculi expertes.

134 Gedeon angusta manu ferè innumeros hostes profligarat, viceratque cæsa fuerunt bello illo centum viginti millia bellatorum; verùm Zebee & Salmana sibi fuga consulentes amnem traiiciunt, & ad spatiosum campum deueniunt: ibi substiterunt, & prout tempus tulit, dispersos fuga milites congregarunt. Quindecim millibus pugnatorum muniebãtur contra aduersariorum adsultus, sicque eis fidebant auxiliis, vt nullatenus ictibus ferirentur timoris: *Zebee & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo: quindecim enim millia viri remanserunt ex omnibus turmis orientalium populorum cæsis centum viginti millibus bellatorum educentium gladium.* Quid tunc? *Ascendens Gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur ad orientalem plagam Nobe, & Iegbaa percussit castra hostium qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur.* Mira res: cùm tot milites viderint prostratos, cùm iam exigua se manu experirentur munitos, nec timore anguntur, nec periculi suspicione pulsantur. Mirandum non fuit integrum, copiosúmque adeò exercitum Gedeonis vires non extimuisse; at ni assereret textus, vltra fidem videbatur, fractos fugatosque omni securitate cubasse, & cubantes requieuisse; verùm ea est peccatorum amentia, vt quò periculo proximiores, non procurarint remedium; imò nec suspicentur periculum: *Securi erant*, inquit Lyra. Lyra: *quia erant vltra Iordanem, nec credebant quòd Gedeon transiret Iordanem ad persequendum eos: & quia repentè venit super eos, fuerunt de facili capti & debellati.* Ecce repentinus illos oppressit interitus, quando illorum animus ab omni periculi suspicione requiescebat remotus.

135 Psaltes peccatorum ignorantiam irridens tunc casuros denuntiat, cum se putarint omnis periculi expertes, & infortunio omni immunes: *Ego dixi* Psal.81.v.6. *dij estis, & filij excelsi omnes: vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de Principibus cadetis.* Se Dei filios gloriabantur, imaginabantúrque deos, quò periculosissimam sibi fiduciam innutrirent, & omnem timoris molestiam, anxietatemque suspicionis à suis cordibus ablegarent. At tunc ait Psaltes proximiorem casum appetere, & cladem illis luctuosissimam è vestigio minitari: Cadetis, inquit, sicut ille primus Lucifer cecidit. Consule Isaiam 14. capite, videbísque cecidisse Luciferum, cùm arbitrabatur se in montibus stabiliendum, & ad instar Dei contra fortunæ vultus firmandum: *Quomodò cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerebas gentes: qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam super astra Dei exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Dum plura fortunæ suæ fulcra adaggerat, dum se Dei ad instar extra fortunæ iacula positum existimat, miserabiliùs ruit profunditate namque commutatur altitudo, & volatus casus est: ergo inquit Psalmista, eodem modo accidet peccatoribus: cùm enim putauerint se vltra infortunium constitutos, tunc se dolebunt confusis calamitatum voluminibus obrutos, sordidissimisque ignominiarum aggeribus consepultos. Adest Euthymius: Euthym. *Quidam verò per vnum ex Principibus ipsum dæmonem intelligunt, veluti Angelici olim ordinis Principem: iuxta quem sensum, cadetis, expone, pro decidetis à dignitate nimirum pristina.* Dum se deos immortales habent, moriuntur, & corruunt miserabiliùs, dum eleuantur inflatiùs. Dum existimant se montium culminibus proximare, illis contigit ad profundiora infernorum ruere: est namque fallacissima peccatoris fiducia, vt eius firmitudo fallacia.

Curabant contritionem filia populi mei, lamentabatur Ieremias, *cum ignominia dicentes: Pax, pax,* Ieremi. 6. *& non erat pax. Confusi sunt quia abominationem fecerunt: quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: quamobrem cadent inter ruentes.* Vt chirurgi imperiti videntur ad speciem vulnera medicasse, & salutem attulisse; cùm tamen reuera fallaci medicamine plus recrudescat tumor, & exasperetur liuor: ita accidere solet plurimis, cordis timorem falsa obducunt pace, securitate metum sopiunt infida, & dum se putant frui salute, fallaciter medicata dispereunt infirmitate: vtque nostro textui mirè Ieremiæ textum respondere cognoscas, expende & retulisse confusos, & ipsa confusione non tactos: Quasi dicat: ea illos pericula viserunt, ea detrimenta vexarunt, vt satis fuerint non solùm ad oculorum lippitudinem detergendam; sed ad cæcitatem sanandam; verùm ipsa confusione nullatenus sunt eruditi; imò remanserunt veluti omnis confusionis expertes, prorsusque ignari: *Curabant contritionem*, inquit Lyra, *id est, destructionem Ierusalem per* Lyra. *Prophetas Domini nuntiatam, cum ignominia, id est cum falsitate, dicentes: Pax, pax, scilicet populo, & ciuitati.* Cùm falsa pace tutiores se arbitrabantur, tunc grauiora adurgebant illos pericula, & manebant detrimenta. Adde securiùs hominem degere in ipso discrimine pœnitentiæ ac virtutis armis protectum: quàm in ipsa securitate criminibus impetitum.

Ionas Dei iussu ad proclamandam Niniue euersionem delegatus, ipsam supplicij prædictionem aduersari supplicio ratus nauem Tharsos petituram inscendit, & quam timebat, falsidici notæ occurret; verùm vt nil prosunt humana contra diuina consilia, imprudens inuenit naui naufragium: ferina voragine exceptus est, cùmque iam in viscera demitteretur absorptus, ad pœnitentiam recurrit, fugæ consilium retractauit, & se morem Numini gesturum promisit. Quid tunc? *Dixit* Ionæ.2.v.11. *Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.* Nonne vides in naui naufragum, in naufragio securum? Dum fugit Deum, in ipsa securitate, suâ inuenit machinâ valentiorem: dum recurrit ad pœnitentiam,

Digitized by Google

pœnitentiam, ferâ nauigat illæſus, & littus tenet blandiſſimè expoſitus. Quod ingeniosè expendens Veronenſis Zeno ſerm. de Iona ſic aiebat: *Sorte ductus naufragus redditur; imò à ligneo ad vitale nauigium transfertur; qui vt eſt demiſſus in altum, ferinæque voraginis eſt receptus hoſpitio, vigilat in ceto, qui ſtertebat in naui* Subnectit ingenioſus Doctor: *Mira res, poſt naufragium, poſt natatile ſepulchrum incolumis tertio poſt die Niniuitas illuſtrat.* En vbi vigilat pœnitens, ſibi in ipſo naufragio conſtruit ſecuriſſimum portum: vbi deum fugit ſuſtinet in ipſa ad ſpeciem ſecuritate naufragium.

Zeno.

§. XXXIV.

Principem ſtabilit ſemper obſeruata iuſtitia, & deſtruit iniuſta. præda.

138 CVi propoſitum eſt regnum ſtabilire, & contra varios fortunæ vultus firmare, curet non ſolùm armis defendere; ſed æquitatis legibus obedire: nam vbi viget violentia, vbi violentiam infert rapina, vbi pauper valentium ac potentiorum eſt præda, non ſolum imperium nutat; ſed miſerabili ruina rectores quaſſat? *Propoſiti noſtri eſt*, aiebat Caſſiodorus 4. var. 12. *vt prouincias nobis Deo auxiliante ſubiectas, ſicut armis defendimus: ita legibus ordinemus, quia ſemper auget Principes obſeruata iuſtitia, & quantum probabili inſtitutione viuitur, tantùm ſummis adhuc prouectibus aggregatur.* Creſcit felicitas obſeruatâ iuſtitiâ, & marcet iniuſtâ prædâ: quidquid contra rationem acquiritur, etſi ad ſpeciem videatur fortunam augere, conſtat effectu ſubruere. Depilatus pauper, lugens pupillus, clamitans vidua floriditatis ſunt vermes, quibus arroſa non ſolum marcet; ſed ruit: ſuæ ipſe cupiditati aduerſatur, qui diuitias iniuſtè aggerat, quando ſolùm poſſidentur, vt amittantur, vtque exulcerent dolorem amiſſæ, quem non gignerent ni poſſeſſæ. Zeeb Madianitarum Princeps à Gedeone comprehenditur, & vt videtur, manuum palmis iuſtè mulctatur: *Forſitan*, aiebant viri Socoth, *palmæ manuum Zebee & Salmanâ in manu tua ſunt?* Quid tunc? *Fugerunt Zebee & Salmana, quos perſequens Gedeon comprehendit turbato omni exercitu eorum.* Non abſque myſterio de manuum palmis fit mentio, vt quæ Zebee manuum palmis peccauerat, ipſis æquitati palmis reſtitueret, eiſque mulctatus lugeret. Audi Hieronymum apud Gloſſam, & in Pſalm. 82. *Videte quales ſunt Principes Madianitarum, qui reliquerunt iudicium Dei, quoſque vicit, & interfecit Gedeon. Zeeb interpretatur lupus.* Addit: *Zebee hoſtia; hoc eſt, quos lupus ſuffocauerit.* Qui lupino more viuebant, iam deſignabantur iuſtitiæ hoſtia, & aduerſatio erant victima: putabat lupus, dum agnelli ſanguinem fugeret, proprium ſanguinem adaugere; cùm tamen ebibito ſanguinem contigerit corruptum ſoluere, & iuſtitiæ cultro litare: bibit populus innocentiæ ſanguinem; ſed & proprium ſanguinem fudit, & quia palmas contrà rationem extendit, palmis rationabiliter eſt mulctatus, & digno ſupplicio occiſus.

Caſſiod. Principis auget conſeruata iuſtitia felicitatē

Hieronym.

139 Aquila grandis magnarum alarum celeri volatu properauit ad Libanum, nec contenta eſt cedrum emedullaſſe; ſed & folia eius auulſit, & ad ornatum proprium conuertit: *Summitatem frondium eius auulſit, & tranſportauit eam in terram Chanaan.* Nullus ignorat aquilam hanc Nabuchodonoſorē ſignaſſe. Ergo Nabuchodonoſor pulcherrima folia rapuit, quibus procera planta fulgeret: vide quid illi euenerit: ſomno indulgens ſibi de foliorum virore pulchritudinéque plaudebat: *Videbam & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia.* Addit textus: *Folia eius pulcherrima.* Quid tunc? Iuſtâ ſententia rami præciduntur, excutiuntur folia, & adduntur habenti vincula: *Excutite folia eius, & diſpergite fructus eius ... & alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis, quæ foris ſunt.* Procera planta Nabuchodonoſor eminebat foliis pulcherrimis exornata, fructibúſque ditiſſima; verùm bruti ad inſtar ignorabat tot in ſe tineas nutriuiſſe, quot folia iniuſtè conſtitit aſportaſſe: folia tranſportauit; ſed vt amitteret cum ipſis & proprios ramos & fructus; imò non ſolùm attulerunt ramis & fructibus rapta cladem ingentiſſimam folia; ſed conuerſa ſunt in vincula: tumebat rapta viriditate; ſed qui dormiens lætabatur foliis vigilans, & oppreſſus ingemiſcit vinculis: expergefactus tulit duriſſima vincula, leuiſſima delectauere dormientem folia. Itaque quidquid vngue abſtulit, vinculo ſoluit, & ad hæc propria cum ablatis deperdidit: *Hæc* aquila eſt *Nabuchodonoſor*, ſcribit Hugo Cardinalis, *qui fuit Dominus dominantium ſicut aquila eſt rex auium.* Aquilæ ingenium ſortitus quæ folia rapuerat, ſoluit, & vincula, quia contra ius diripuerat, tulit. *Aquilæ venatrices*, aiebat Caſſiodorus 8. var. 32. *& ſupra omnes alites acutiùs intuentes, volatus ſolitarios concupiſcunt: quia rapaces inſidiæ innoxia conuentricula non requirunt: ambiunt enim aliqui ſolis agere, qui prædam cum altero non deſiderat inuenire: ſic mortalium voluntas plerumque deteſtabilis eſt.* Profectò deteſtanda eſt voluntas, voluptaſque fugienda, ſi rapinis innutriantur, quando aquila ad modicum tempus volans duris vinculis longo vrgetur interuallo, & quæ rapuerat ad decorem folia, conuerſa ſunt ærea in vincula.

Ezechiel. 17. v. 4.

Dan. 4. v. 7. & 9.

Hugo.

Caſſiodor.

148 Componamus, ſi placet, leones duos apud Ezechielem. Leunculus leo factus prædis inhiabat, hominéſque ſumma feritate, auiditatéque diripiebat: hic detruſus vincula tulit, & ſplendorem in felicitatem commutauit: *Leo factus eſt, & didicit capere prædam, hominémque comedere. Et audierunt de eo gentes, & non abſque vulneribus ſuis cœperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.* Audis leonem animalium regem ſolio deturbatum, & vinculis duriſſimis preſſum. Tranſi modò ad Apocalypſis 5. vbi leoni agno coronæ plures offeruntur, eiuſque triumphi fauſti iteratíſque acclamationibus celebrātur: *Vicit leo de tribu Iuda.* Victoriam audis; plauſum auſculta: *Omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes: Sedenti in throno & agno benedictio & honor, & gloria, & poteſtas in ſæcula ſæculorum.* Mira res: leo agnus ſolium firmat contra varios fortunæ vultus, leo fortiſſimus miſerandos patitur caſus: ſi vterque leo imperij gloria reſplendens, cur vterque ſolij ſtabilitate non fulgens? Prodidit textus: alter inhiabat iniuſtis prædis, hominum fugiebat ſanguinem; alter proprio ſanguine fouebat hominem: *Redemiſti nos Deo*, inquiunt, *in ſanguine tuo.* Qui iuſtitiæ;

Ezech. 19. v. 3.

Apocal. 5. v. 5.

iuſtitiæ, æquitatíque ſtuduit, qui iniuſtas prædas prorſus ignorauit, thronum in ſæcula ſæculorum ſtabiliuit: vt noueris feritatem, rapinámque eſſe imperiorum naufragium, vt de ſubiectis ſolicitudinem impertitáque beneficia ſtabilem contra fluctuum volumina portum. Adeſt Hugo Cardinalis ad Ezechiel. 19. *Leo factus eſt, id eſt crudelis exactor.* Dum crudelitet agit, dum diſpoliat, dum ſitit prædam, miſerandam ſibi procudit fortunam; at leo agnus, dum proprium ſanguinem dilargitur, dum ſubiectos ſibi mira manſuetudine moderatur, ſibi æternat ſolium, & immortalem acquirit plauſum. Eſto nullus ſit apud homines, qui poſſit auctoritati, violentiæque reſiſtere: iuſtitiæ oculus omnia videt, & quamuis patienter diſſimularit ad tempus, tandem emouere cogit raptum non modica vſura, & quàm ſibi pariat infelices fructus, audacia, digno tormento oſtendit omnipotentia.

Hugo.

141 Degebant mapalibus innocui agni, ſimpliſſimi arietes, fœtantes oues, cùm è montium receſſibus prodibat audaciſſimus leo, cuius iuba effuſo ſanguine purpuraſcebat defœdata, non rutila: vrſus etiam onium rapinis acriùs ſitim inflammabat, & inflammando nutriebat. Quid tunc? Dauid manu fortis, ſupremi regis formam gerens in leonem inſurgit, & ſoluere hauſtum iniuſte ſanguinem effuſo ritè ſanguine cogit. Ipſum audi: *Veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebámque de ore eorum; & illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam interficiebamque eos: nam & leonem & vrſum interfeci ego ſeruus tuus.* In vrſo leonéque figuratos violentes Superiores arbitratur Hugo Cardinalis ſuprà iam datus, confirmatque ex Prouerbiorum 28. capite. Ipſum audi: *Leo rugiens, & vrſus eſuriens Princeps impius ſuper populum ſuum.* Addit: *Didicit capere prædam, hominéſque comedere, id eſt, cœpit rapere ſubſtantias pauperum, & occidere animas ſubditorum.* Leo vrſuſque dum ſibi congruenti vtitur cibo, & potitur imperio, at ſi innocentiæ ſanguini inhiet inflammatus, veneno perit peſtifero arroſus: eſt nãque Dauid manu fortis, qui prævaleat in vrſos, dum iniuſtè diripiunt agnos.

1. Reg. 17. v. 24.

Hugo.

142 Deus vt Abrahamo prænuntiet poſteros ſuos Pharaonis iugum excuſſuros Ægyptióſque miſerabili naufragio tradendos, iubet capram, arietem, vaccamque occidi, cultroque dicari: *Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.* Omni ſacramento perfecto addit oraculum: *Scitò prænoſcens quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua, & ſubiicient eos ſeruituti, & affligent quadringentis annis; verumtamen gentem, cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo, & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia.* Theodoretus putat his ænigmatibus veluti miris penicillis depingi Hebræorum fortunam, & Ægyptiorum miſeriam. Ipſum accipe quæſt. 65. *Hæc erant illorum ænigmata, quæ familiæ erant euentura:* Profunda ſanè cogitatio. Dum Hebræos oſtendit malè habitos, prænuntiat, oraculum Ægyptios vorticibus fore tradendos, cum tamen aptius aliqui videatur Ægyptiorum calamitates oſtendere, quàm Hebræorum ſortem miſerandam prædicere; verùm adeò certum eſt contra ius rapta, violentérque poſſeſſa felicitatem ſubruere, & ſalutem labefactare, vt ne poſſet Abrahamus de Ægyptiorum ſtragibus dubitare, ſubiectos diſpoliatos & proſcriptos Numen oſtendit ſic; indubium eſt duriſſimam manere ſuperiorem fortunam, ſi ſubiectus contra ius, faſque tulerit iniuſtam violentiam, & paſſus fuerit rapinam, vt dum oſtenditur Hebræus diſpoliatus, agnoſcatur Pharao vorticibus merſus: *Quadrupedes partitus eſt*, addit Theodoretus, *eo quod indicarent quam malè tractandi erant in Ægypto.* Hebræi malè tractati iam prænuntiabant Pharaoni naufragium, & poſt naufragium profundum.

Genes. 15. v. 9.

Theodoret.

§. XXXV.

Etſi ingerantur oculis Magnatum delicta, non inuenientur delictorum teſtimonia: quia deterret teſtes potentia.

143 POtentia ſeipſa fulta intrepidè audet, & impunè frequenter leges contemnit: vt qui crimen perpetrauit, ſi ſactum ad aſylum ſe recipiat, circitores fruſtratur, & priuilegio immunitatis defenditur, ita qui dignitatum lumine, aut diuitiarum copia ſplendeſcit, in potentiæ ſuæ delubrum ſe recipit, ibíque impunitate defenſus gaudet. Magnatum delicta, quantumuis ſe ingerant oculis, à nullo teſte ſciuntur, & à nullo adſtante videntur: potentia namque occludit teſtium linguam, ne lex reprimere poſſit audaciam. *Pudet dicere*, aiebat Seneca de Clodio epiſt. 97. *nunquam apertiùs, quàm coram Catone peccatum eſt: Credat aliquis pecuniam eſſe verſatam in eo iudicio, in quo reus erat Clodius?* Addit: *Minus crimine, quàm abſolutione peccatum eſt*: Qui iudicium intrauerat reus, exiuit non ſolum abſolutus; ſed & laudatus: *Accerſiuit ad ſe*, ſcribit Cicero apud Senecam, *promiſit, interceſſit, dedit: iam verò, ô dij boni, rem perditam*: corruptum eſt iudicium, quia dilargitum eſt aurum, aut auro defenſum eſt adulterium. Itaque in ipſius æquitatis domicilio degit impunè ſalacitas, & coram ipſo Catone ſine teſte peccauit, & ſine vltione deliquit. Reclamabant leges; ſed ſubornabantur iudices: inueſtigabant ſolicitè cauſam iudices; ſed inueniri nequibant teſtes. Hinc factum eſt, vt exiret abſolutus, qui fuerat duris ſuppliciis plectendus. Ob id prudentiſſimus Gedeon, cùm de Principibus, ſenioribuſque Socoth, quippe procaces deliquerant, plectendis ageret, noluit ciuitatem ingredi ad veritatem inquirendam; ſed puerum celata inquiſitionis cauſâ extra ciuitatem interrogauit, veritus, ne ſi eius deprehenderetur ſtudium inueniretur nullatenus veritatis incorruptum teſtimonium: *Reuertens de bello ante Solis ortum apprehendit puerum de viris Socoth, interrogauitque eum nomina Principum, & Seniorum, Socoth.* Abulenſis quæſt. 12. inquirit, cur non fuerit ciuitatem ingreſſus, vt pleniùs delinquentes inueſtigaret, cauſámque copioſis teſtibus præmuniret Reſpondetque timuiſſe; ſi ciuitatem ingrederetur, nullum inueniendum teſtem, qui contra Magnates diceret; imò texiſſe, quo animo puerum interrogabat, ne ſi vel leuem ſuſpicionem ſubiret, & veritatem negaret. Accipe Abulenſem:

Cicero.

Seneca.

Non

Non ſolùm non erat neceſſe introire in vrbem, imò erat valdè nociuum: quia ſi quæreret Gedeon in vrbe qui erant Principes & Seniores, per quos regebatur vrbs, teſtes corrumperentur. Si Gedeon ciuitatem ingreſſus veritatem inueſtigare tentaſſet, re cognita eius ſollicitudinem eluderent teſtes, nec teſtimonium ferrent contra Magnates, aut timore
Abulenſ. perterriti, aut lucro muti. Addit Abulenſis: *Cùm puer extra Socoth neſciret ad quid Gedeon ita quæreret, diceret ei veritatem, & ſic factum eſt: vnde cautela magna fuit extra vrbem à puero petere:* Ni fuiſſet vius cautela, nulla inueniſſet contra Principes teſtimonia: quia timor occluderet teſtium linguas. Adde, non ſemel, dum Magnatum cauſa diſcutitur, accitos teſtes in elogia prorumpere, & ſcelera à ſe intentis oculis perſpecta ſe viditſe ſæpiùs negare.

144 Pſal.9 & ſecũdum Hebræos 10. v.2. Euthym. *Dum ſuperbit impius*, aiebat Pſaltes, *incenditur pauper; comprehenduntur in conſiliis, quibus cogitant: quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur.* Euthymius ex Hebræo legit: *Coadiuuantur in conſiliis, quibus cogitant.* Quaſi dicat Pſaltes: Ita potens impius abeſt à criminis comprobatione, vt qui perſcrutabatur crimina, à productis teſtibus auſcultarit elogia: timent namque teſtes potentem prolata veritate exacerbare, & ne ſuæ ipſorum inuideant tranquillitati, adulantur potentis crimini. Studium ad examen productorum eſt crimen inaurare, aut ſaltem leuigare peccatum, ne ſi veritati faueant, potentioris iram incurrant. Accipe Euthymium: *Coadiuuantur*, inquit, *in iis quæ conſuluntur; coadiutorium verò hoc proſperitatem intellige.* Addit: *Adeò, inquit Propheta, inter eos vitium prænaluit, vt & peccatores ac delictis laudentur.* Dum proſperitas pro ipſis allegat, dum iura magnitudo interpretatur, ab imminenti prorſus pœna, qui deliquerat ſceleſtus, abſoluitur: quia teſtes ad comprobanda crimina interrogati laudes proferunt; & delicta prorſus neſciunt. Iam è contra ſi iudicium contra pauperem inſtituatur, ſi à potente pauper interpelletur, ebulliunt falſi teſtes, quæ prorſus ignorauere aſſeuerantes, & quidquid ad potentis palatum eſt, hauſiſſe claris oculis aſſerentes. Hinc eſt quòd eximiè reſplendeat omnipotentia, ſi impoſitũ pauperi delictũ nullis teſtimoniis ſuffultum inueniatur aut ſi perpetratum à diuite teſtibus comprobetur.

145 Pſal.9 v.15. Cùm de Chriſto Domino à Pontificibus, Reipublicæque rectoribus interpellato Pſaltes ageret, ſic aiebat: *Quæretur peccatum illius, & non inuenietur.* Et quid mirum eſt, ſi in gratiæ radice non fuerit inuentum delictum; & in Sole nequieuerit tenebrarum inueſtigari piaculum. Profectò Chriſtus Dominus ſic ab iniquitatis vmbra abfuit, vt non ſolùm leuiter non errarit; ſed nec potuerit: quid ergo exaggeret Pſaltes peccatum eius non fuiſſe inuentum, nec teſtibus comprobatum? Imò, inquit Euthymius, hæc eſt luculentior omnipotentiæ exaggeratio, Chriſtique innocentiæ teſtimonium indubium, quandoquidem humilis paupérque coram Pilato interpellatus à magnatibus, & potentibus, innocens fuerit declaratus, & ipſa iudicis ſententia abſolutus. *Intelligi poſſunt hæc verba de Chriſto*, inquit Euthymius, *ita vt pronuntiet ea quæ Pilatus erat dicturus, quando ait: Nullam cauſam inuenio in homine.* Ecce grande Chriſti Domini diuinitatis teſtimonium, à magnatibus interpellari, nec potuiſſe aliquod vel impoſitũ illi crimẽ concordi teſtium aſſeueratione fulciri. Quid exaggeratius? Quid pro pauperis infortunio verius?
Euthym.

Plutarchus lib. de conſolatione ad Apollonium refert delatas ad Iouem querelas quòd plures, quibus improbæ erant animæ, auri ſuffragio, nobilitatis auxilio, patrocinio potentiæ ſic aberant à pœna, vt quaſi beatiſſimis illis decerneretur pro ſceleribus gloria, vt è contra egentibus, quantumuis culpæ omnis exortibus pœna. Ipſum audi: *Complures forſitan, inquit ille, quibus improba ſunt animæ, cultu decoris ſunt corporibus, nobilitate, opibus, ac cùm diſceptatur cauſa, adſunt illi frequentes teſtes inſtè eos vixiſſe. Quare iudices cùm his præſtringuntur, tum ſimul amicti cognoſcunt de cauſis velatámque habent animam ſuam oculis, & auribus, & toto corpore. Hæ ſanè eis omnes effunduntur nebulæ, amictúſque ſui, & reorum.* Præmiſerat: *Parum rectè diſpenſabantur iudicia. Pluto igitur & curatores, qui ex beatorum inſulis venerunt, expoſuerunt Ioui homines ibi vtroque commeare indignos.* Commeabant ad fortunatas inſulas diuites: quia non ſolùm inueniebantur teſtes, qui ab illis perpetrata ſcelera referrent; ſed qui corrupti auro virtutes deprædicarent: ergo quia bona erat ſemper diuitum cauſa, & fauſta ſemper ſententia; at pauperes cùm nunquam inueniſſent teſtes, qui illorum atteſtarentur virtutem; imò aliquando ſe intruderẽt, qui illis adſcriberent prauitatem, ad inferos damnabantur, quo & diuitum velabatur improbitas, & diſparebat pauperum Sanctitas: *Parum rectè diſpenſabantur iudicia.* Et vtinam quod fabulosè antiqui finxerunt, ſemper exiſteret fabula; ſed proh dolor! apud mortales deprauantur ſæpè iudicia, & teſte propheta, *dũ ſuperbit impius, incẽditur pauper.* Plutarch. 146

Gedeon Zebee & Salmana, qui in eius poteſtatẽ deuenerant, quos in Thabore occiderint viros, rogat, vt diſcuſſa cauſâ, comprobatáque culpâ, æquiſſima illos mortis condemnarit ſententia: *Dixit ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor?* Profectò plus videatur exterminaſſe, quàm indagaſſe notitiam; dum ipſos reos interrogat, minuendi, diſſimulandique veritatem, opportunam præbuit anſam, nec ſolùm tegendi, ſed inaurandi malitiam: ergo ſatius fuerit aliquos ex tunc adſtantibus examinaſſe, ab illiſque veritatẽm exquiſiſſe: cur ergo cordatiſſimus iudex ſuam ipſorum illis committit cauſam, nec ab aliis certam molitur venari notitiam. Fallar, ni Gedeon nouerit nullum inueniendum teſtem à petentibus perpetrati flagitij, ob idque reos ipſos interrogaſſe: nam ni ipſi fateantur, nullus referet: quia conſpexiſſe ſe nullus aſſeret. Huc voco Ariam Montanum: *Ipſorum confeſſione conſtitit, qualis fuerit occiſio illa.* Ni per ipſos de occiſione conſtitiſſet, nullus teſtis potenter adeò damnaſſet: ergo Gedeon ſententiam dicturus teſtes non examinat; ſed reos ipſos interrogat: nam ni ipſi fateantur, otioſum erit perquirere teſtimonia: quia à teſtibus veritatem exterminabit potentia. 147 Iudic.8.v.18. Montan.

§. XXXVI.

Ciuitates frequenter ſunt doloſitatis venæ, fraudiſque officinæ.

148 VRbs quanto celebrior eſt hominũ frequentia, tantò & vberior malitia; exulat à ciuitatibus plerumque veritas aut adulatione corrupta, aut doloſitate fugata, aut ſtudio expuncta: *Numquid non*, aiebat Salomon, *ſapientia clamitat, & prudentia dat vocẽ ſuã in ſummis excelſiſque verticibus ſupra viam in mediis ſemitis ſtans iuxta portas ciui-* Prouerb.8. v.1.

Digitized by Google

tatis, in ipſis foribus loquitur dicens: O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Profectò ſi adeò prudentia ſapientiaque homines monere exambit, ciuitatem debuiſſet ingredi, non montium iugis manere: ſi ardua non detrectat inſcendere, ſi fragoſa adlaborat ſuperare, ſi prærupta vincere, vt ex editiori loco queat meliùs monitis ſaluberrimis peccatorum aures pulſare, cur refugiat

Lyra. ciuitatem adire? Non clamat, inquit Lyra, in montium ſummitate, quia recuſet ingredi; ſed quia ipſi vti extorti in ciuitate non liceat loqui: *In ſummis excelſiſque verticibus ſuper viam*, id eſt. *in publico, vbi debet doceri ſana doctrina.* In montibus veritatem loquitur ſapientia: quia in ciuitatibus mendacium interpolat fallacia. *Audite*, addit, *quoniam de rebus magnis locuturus ſum.* Ad quæ

Interlin. Interlinearis: *Ex præmeditatione loquetur veritatem.* Vti ad rem inauditam ciues vocat, & audientiam ſibi nouitate conciliat. Appoſitè Philo lib. de decalogo: *Pleraque ciuitates vix dici poteſt, quàm referta ſint vitiis... nihil enim in iis non depranatur, vbi adulterina res pluris fiunt, quàm legitima; & vera non tantùm valent quantum veriſimiles, naturam ſuam tegentes mendacio, & falſis imaginibus*

Philo. *illudentes vulgo credulo.* A ciuitatibus res legitimæ depelluntur: quia adulterinæ æſtimantur: quicquid non tegitur mendacio, excluditur à commercio: quaſi ſit veritas virulentiſſima peſtis, cuius contagium omnes teneantur vitare, nec poſſint intra ciuitatem ſine capitis pœna admittere. Hinc diſces, cur Gedeon veritatem inquiſiturus Socoth ciuitatem non intrauerit; ſed extra puerum non caſu apprehenderit. *Apprehendit puerum de viris Socoth, interrogauitque eum nomina Principum, & ſeniorum Socoth.* Veritus eſt apud ciues veritatem doloſitate tegendam, & induſtriam omnem fruſtrandam, & ob id extra ciuitatem inquiſiuit, & veritatem inuenit. Adeſt Abulenſis q. 12.

Abulenſis. *Quæretur quare inquiſiuit iſta nomina à puero in agro, & non introiuit in vrbem?* Iam reſpondet *Non ſolùm non erat neceſſe introire in vrbem; imò erat valde nocium: quia ſi quæreret Gedeon in vrbe, qui erant Principes & Seniores, per quos regebatur vrbs, teſtes corrumperentur*: Ecce ciuitatem ingreſſus veritatem non inueniſſet, vt quæ depulſa à ciuitate exularet.

149 Dum Lucas Chriſti Domini refert natiuitatem, præſepio inquit reclinatum, vt qui nullum

Luc. 2. v. 7. in ciuitate inueniſſet locum: *Reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.* Et cur in ciuitatis diuerſorio locus non ſit Chriſto? quia Chriſtus veritas eſt, ipſo teſtante: *Ego ſum*

Ioan. 14 v. 6. *via, veritas, & vita.* Veritas ergo à ciuibus exterminata, vti nocentiſſima diuitiis augendis, & doloſitatibus concinnandis, præſepi cogitur auguſtari, inter brutaque degere, quia inter homines habitationem non contingit inuenire:

Theophylact. *Fortè quodam ſymbolo declarauit*, ſcribit Theophylactus ad hunc locum, *quòd peregrinatus ſit in hoc mundo, qui locus noſter eſt.* Peregrina habetur in ciuitate, & ob id extra ciuitatem naſcitur, & præſepi continetur.

150 Dauid cùm debuiſſet ſibi animos obſequiis, beneficiiſque deuincere, expertus eſt immania ſibi odia conflare: Saul namque inuidentiæ tenebris obcæcatus in benemerentem vt in hoſtem virulentiſſimum deſæuiebat: cumque Dauid ad veritatem dignoſcendam Ionathæ ope vteretur, ſic

1. Reg 20. v. 10. ait: *Quis renuntiabit mihi, ſi quis fortè reſponderit pater tuus durè de me?* Quid tunc Ionathas? *Veni, & egrediamur foras in agrum.* Ibi Ionathas ſe Sacramento obſtringit, & veritatem ſe renuntiaturum offert: *Domine Deus Iſrael, ſi inueſtigauero ſententiam patris mei craſtino vel perendie, & aliquid boni fuerit ſuper Dauid, & non ſtatim mitto ad te, & nocum tibi fecero, hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc addat.* Profectò mirabere Ionatham ad agrum perrexiſſe, vt ibi ſe Sacramento obſtringeret, vtque Dauid fidem promittenti indubius præſtaret. Quid neceſſum erat exire in agrum, quando intra ipſam curiam facile erat ſe ſacramento obſtringere, & Dauidem fidem iuranti adhibere? Pendet Dauidis animus nimia anxietate perculſus ex Ionathæ ore, & cùm poſſit ſtatim perturbationis fluctus ſedare, differt, & foras in agrum pergit: *Egrediamur foras in agrum.* Secutuſne eſt miniſtrorum ſtylum, qui vt ſtipati ambitorum pompa incedant, vtque ab eis pendentes diuexauerint, negotia de induſtria protrahunt, ſecumque ſequentes circumferunt? Minimè equidem; ſed timuit Ionathas, ne ſibi intrà curiam fides non præſtaretur, & ob id tetendit ad agrum, vbi liberiùs promitteret, & vbi Dauid promittenti facilìùs crederet: quaſi intra curiam ſic floreat ſemper fallacia, vt fides nutet ſuſpenſa: *Aliqua inſinuantur commoditas*, ſcribit Ca-

Caietanus. ietanus, *colloquendi in agro, quæ non erat in loco, vbi erant.* Non erat intra curiam commoditas vera colloquendi, & fidem iuramento firmandi. Ergo oportuit in agrum tendere, quo Ionathas liberius veritatem diceret, & Dauid indubius crederet. Adde non ſolùm veritatem non habere apud politicos, aulicoſque aliquod pretium; ſed pati ardentiſſimum ſemper odium. Non ſolùm in ciuitatibus non admittitur; ſed veluti grauiſſima obſidione cincta impugnatur.

Moyſes Pharaonis Deus delegatus virgam iu- 151
bet in terram, in aula iam verus ſerpens caput exigit, vt Moyſem à Domino delegatum ſuadeat: *Tulit Aaron virgam coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum.* Quid tunc? Pharao maleficos incantatoreſque vocat, & proiectæ virgæ in dracones deluſoriis præſtigiis conuertuntur, &

Exod. 7. v. 10. veram in draconem armantur: *Proiecerunt ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones*: Non fuit Pharao contentus Moyſis ſerpentem de curia pellere; ſed aggreſſus eſt doloſis draconibus lacerare. In vnam veritatem ferè innumera armantur mendacia, & doloſa anhelant expungere veritatem commenta. O quàm luxit omnipotentia, dum Moyſis virga non periit dilacerata; ſed victoria reſplenduit redimita: *Multi dracones circa primum illum volucbantur*, ſcribit Philo lib. 1. de vita

Philo. Moſis, *ſimoſis orbibus.* Colubri ardentibus ſquamis, ſinuoſis ſpiris inſurgebant in veritatem, vt oppreſſam abſorberent, abſorptamque extinguerent; verùm vicit veritas ad omnipotentiæ oſtentationem. Quid tunc? quia adhuc miraculo fulta, triumphóque redimita locum in aulicorum cordibus non inuenerat: *Induratum eſt cor namque Pharaonis, & non audiuit eos.* Loca Deus Moyſem iubet mutare, & egredienti ad aquas extra curiam occurrere: *Ecce egredietur ad aquas, & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis.* Et quid proderit miranda in aquis patrare, ſi profuit nihil prodigia in palatio peregiſſe? Nonne durabitur pertinacia purpuraſcente fluuio, ſi durata eſt Magico dracone facilè ſuperato? Profectò, inquit citatus Philo, voluit Deus extra aulam Pharaonē edoceri veritatem, ſi fortè extra vrbem floreat veritas, quæ

vel

vel victrix draconum in aula irridebatur deſpecta, & ab vrbe fallacibus induſtriis exterminata: *Cum ne tam manifeſta quidem efficacia poſſet eis exprimi, vt victos ſe faterentur; ſed nihilominus pertinaci audacia reſiſterent, addicti obſtinatæ inhumanitati, impietatique tanquam laudatis virtutibus, nec miſerantes oppreſſos iniquo ſeruitio, nec diuina mandata exequi inducentes in animum, tum manifeſtis oraculis declarata, tum oſtentis ſubſecuis atque prodigijs, opus fuit graniori cenſurâ.* Opus fuit extra vrbem Pharaonem docere, ſi fortè ad veritatem recipiendam profit miraculum, quandoquidem intra aulam non profuerat illi prodigium. Cæleſte ſydus intra curiam Magis non apparet, quaſi ibi mendaciorum nebulis latuerit obſcuratum, & præſtigiarum doloſitate ſepultum. Vrgent in vrbibus adulationes, florent technæ, exoleſcunt veritates. Et ob id vti prudentiſſimus puerum ſciſcitatur Gedeon in agro, veritus in vrbe veritatem occultandam, & induſtriam eludendam.

§. XXXVII.

Humanus ab omnibus honoratur, inhumanus deſpicitur.

151 Seneca. HVmanitas, aiebat Seneca epiſt.88. *vetat ſuperbum eſſe aduerſus ſocios, vetat auarum: verbis, rebus, affectibus ſuum ſe facilémque omnibus præſtat, nullum alienum malum putat; bonum autem ſuum id maximè quod alicui bono futurum eſt, amat.* Humani liberaléſque omnium ſibi deuinciunt amicos, & erga ſe propenſos mittiunt affectus, id ſibi ſecuriùs noſcunt applicare, quod ad ſubleuandam aliorum miſeriam geſtiuerint impetriri. Hinc videbis elaboraſſe ſibi in officina humanitatis decantanda ſæculis elogia quicumque bene nouit collocare beneficia: irriſores inhumani ac tenaces miſeriam ſibi producunt, & fortunam irritant. Ecce Socothani inhumanitate laborantes tribulis ſentibúſque ſanguinem fundunt attriti, & pedibus conculcantur deſpecti: *Venit ad Socoth, & dixit eis: En Zebee & Salmana, ſuper quibus exprobraſtis mihi dicentes: Forſitan manus Zebee & Salmana in manibus tuis ſunt, & idcirco poſtulas, vt demus viris, qui laſſi ſunt, & defecerunt, panes? Tulit ergò ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti ac tribulos, & contriuit eum eis, atque comminuit viros Socoth.* Paraphraſis Chaldaïca ſic habet apud Gloſſam: *Nuda illorum corpora proiecit in ſpinas, & calcauit ea pedibus ſuis.* Digni fuerunt, qui calcarentur, dum panes denegauere indigenti, irriſerúntque poſtulanti. Quàm facilè, quàmque exiguo diſpendio magnam ſibi victoriæ partem potuiſſent adſcribere, ſi panes non recuſaſſent præbere. Deprædicarentur profectò milites ad ſubuenientium gloriam, repeteréque poſſent illud, quod aiebat Caſſiodorus 12. var.1. *Nobis otioſis acquiritur, quicquid gloriæ veſtris laboribus expeditur*; at dum triumphis inuiderunt alienis, propriis fauerunt iniuriis. Principes alioquin ſuſpiciendi tribulis flagellantur, & extremis opprobriis deſpiciuntur: amiſerunt námque inhumanitatis piaculo, quem haberent honorem originis dignitatúſque titulo.

Hebraica.

Caſſiod.

Iſaïas agnum precatur mitti, quem vti dominatorem venerabitur omnis terra: *Emitte agnum Domine dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion.* Agnus terræ dominatur. Tranſi modò ad Leonem origine Principem, throno excelſum, & tamen vinculis illigatum: *Factus eſt Leo, & didicit prædam capere, & homines deuorare: didicit viduas facere, & ciuitates eorum in deſertum adducere, & deſolata eſt terra, & plenitudo eius à voce rugitus illius: & congregerunt aduerſus eum gentes undique de prouinciis, & expanderunt ſuper eum rete ſuum: in vulneribus eorum captus eſt, & miſerunt eum in caueam, in catenis adduxerunt eum ad Regem Babylonis, miſerúntque eum in carcerem.* Non animaduertis diſcrimen inter agnum & Leonem? Agnus inſcendit montem, illum omnes ſequuntur, & dignis acclamationibus venerantur: Leo qui excelſis montium verticibus incedebat, vinculis traditur, & montem iterum aſcendere prohibetur: ait namque textus: *Miſerunt eum in carcerem, ne audiretur vox illius vltra ſuper montes Iſrael.* Iam ſi quæras quomodo agnus hanc ſibi adorationem fuerit elucratus: reſpondebit Ioannes innumeras hominum turbas monte pauiſſe. Ergo paſti ab illo manſuetiſſimo agno ad regnum geſtiunt inaugurare, & dignis laudibus nituntur extollere: *Dicebant quia hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum. Ieſus ergo cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Vel cùm fugit regnum, aſcendit celſitudinem montis: quia humanus & miſericors quantumuis conetur gloriam oblatam effugere, vel ipſa fuga conſtat celſitudinem poſſidere. Ergo agnus, dum paſcit, rex habetur, Leo, dum deuorat, dignitate exauguratur, & vinculis preſſus deſpicitur: amiſit inhumanitate, quod poſſidebat origine, & qui regia proſapia natus ab omnibus luceret cultus; dum inhumanitate ſæuit, compedibus vincitur deſpectus. Adeſt Beda apud D.Thomam in catena ad Ioannis 6. *Turbæ viſo tanto miraculo intellexerunt pium atque potentem, & idcirco voluerunt ipſum facere regem: homines namque volunt habere regem pium ad regendum, & potentem ad tuendum.* Benignitas humanitáſque ſic omnium animos ſibi deuinxit, vt agnum niterentur ſtudioſè ad thronum euehere; at toruitas, inhumanitáſque ſic exacerbauit affectus, vt Leonem aggreſſi fuerint deprimere, & abiectum vinculis tradere.

Ioan 6.v.14.

Beda.

Cùm diſcipulos ſuos non adeò in Chriſtum 154
benè animatos videret Ioannes, illos ad Chriſtum mittit dubitationis ſpecie; ſed reapſe illos Domino coniungens, & à minùs recta opinione auertens: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Quid tunc Dominus? Cæcos reluminat, redintegrat mutilos; vitæ reſtituit defunctos: *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt.* Profectò ad ſpeciem non aptantur interrogatis reſponſa: ſi rogant, an ſit ille Meſſias ab omnibus venerandus, omnibúſque colendus, cur non ſatisfacit verbis, ſed factis? Ad hæc cur Ioannes auditis Chriſti mirandis miſit diſcipulos? Quia vtrumque mirè inſtituto aptabatur: nec enim quantumuis auerſi diſcipuli Ioannis anteà extitiſſent, poterant non flecti, dum adeò humanum & miſericordem fuerint intuiti; Interrogabant, an ſit Meſſias omnibus colendus & venerandus: ergo humanitate

Matth.11. v.3.

reſpondit: quia dum reſplenduit humanus, non poterat vel auerſos animos non allicere, & laudes ſibi
Hieronym. æternare. Adeſt Hieronymus ad hunc locum: *Diſcipulos ſuos mittit ad Chriſtum, vt per hanc occaſionem videntes ſigna atque virtutes crederent in eum, & magiſtro interrogante ſibi diſcerent. Quòd autem ſuperbirent diſcipuli Ioannis aduersùs Dominum, & haberent aliquid mordacitatis ex liuore & inuidia, ſuperior quoque interrogatio demonſtrauit, Euangeliſta referente: Tunc acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis dicentes: Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem tui non ieiunant?* Videbat Baptiſta diſcipulos ſuos inuidia erga Chriſtum laborare: ergo eo tempore milit, quo humanitatis radios latiùs explicaret, vt depoſita æmulatione illum diligerent, & dignè Prælatum deprædicarent: adeò namque efficax eſt humanitas, vt vel inuidos alliciat, & in gratiam æmulos transferat.

155 Gedeon captos reges interrogat, quos in Thaboris monte occidiſſent: *Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor?* Illi audaci fronte, formâ conſpicuos, habitudine regios ſe interemiſſe teſtati ſunt: *Similes tui, & vnus ex eis quaſi filius*
Iudic. 8. v. 18. *regis.* Profectò dum ſe ad miſericordiam pietatémque nec formæ venuſtate allectos, nec Regia maieſtate inclinatos aſſerũt, ſuam exaggerant feritatem: ergo Gedeon de medio tollendos cenſet, ne crudeles viuerent, immiſericordéſque perdurarent: *Si ſeruaſſetis vos, non vos occiderem.* Quaſi dicat: Veſtra crudelitas inhumanitáſque trucidationi deuouit, quam ſine dubio fugeretis humani & miſericordes: eſt enim humanus, qui vel ab hoſtibus ſeruetur digniſſimus, vt qui trucidetur, ferus. Adeſt noſter Serarius quæſtione 9.
Serarius. *Quia eorum, quos regum filijs forma confitebantur ſimillimos, iſti reges nullam ceperant miſericordiam, eóſque crudeliter mactarant, cùm ſola etiam forma ſaluti multis eſſe ſoleat, ideò iuſtè ipſi iam occidantur.* Non tam illos neci tradidit hoſtilitas, quàm inhumanitas: occiſi ſunt, quia crudeles; ſeruarentur, quantumuis hoſtes.

156 Deus vt populi infelicitatem viuis coloribus adumbraret, iámque euerſionem imminere prædiceret, Oſeæ præcipit vxorem ducere acceptámque ex matrimonio filiam Abſque miſeri-
Oſeæ 2 v. 6 cordiâ vocare: *Et concepit adhuc, & peperit filiam, & dixit ei: Voca nomen eius, Abſque miſericordia: quia non addam vltra miſereri domui Iſraël; ſed oblitione obliniſcar eorum.* Dum filia populi ænigma immiſericors refertur, ſubiectus ſtragibus miſeris denuntiatur: vt noueris miſericordiæ expertem diuinam ſuſtinere iram, & cœleſtem armare contra ſe flammam: populum Deus tunc percutit, cùm miſericordia inuenit nudatum, quaſi eius eneruarentur arma, ſi impenſa ſcutum obiecíſſet miſericordia. Adeſt Hieronymus ad hunc locum; *Nequaquam iam Iezraël, id eſt, ſemen Dei, nec maſculini ſexus filius naſcitur; ſed filia, id eſt fœmina fragilis ſexus, & que victorum pateat contumelia: & vocatur Abſque miſericordia: idcirco enim captiua ducta eſt, quia miſericordiam Dei non habuit.* Populum oppreſſit captiuitas, quia defecit humanitas: & dura quidem non tuliſſet vincula, ſi muniretur miſericordiâ.

157 Moyſes vir refertur mitiſſimus aſſerente Scriptura: *Erat Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra.* Hic ſic aliquando
Numer. 12. v. 3. irâ incanduit, vt Ægyptium interfecerit, & ſabulo abſconderit: *Percuſſum Ægyptium abſcondit*
Exod. 2. v. 12. *ſabulo.* Quærunt Interpretes cur Ægyptium interfecerit, qui cunctis humanus luxit? Philo libro 1. de vita Moſis reſpondet fuiſſe occiſum crudeliſſimum, & facie hominis belluam, ob idque putaſſe Moyſem fas eſſe crudelem occidere, & feram de medio tollere: *Erant inter Præfectos*
Philo. *quidam efferati rabie, nihil differentes à venenatis, carnivoriſque beſtijs, humana ſpecie bellua, ſub qua mores ferinos celabant, ferro adamantéque duriores.* Attende quæ annectit: *Ex his vnum immaniſſimum, quia nihil remittens exacerbabatur etiam precibus, niſi celeriter iuſſa fierent, pulſans miſeros, verberans, excrucians, interemit, fas eſſe ratus, & reuera fas erat eum occidere, qui viuebat in perniciem hominum.* Vt feræ in ſe omnium conflant indignationem, vtque omnes carnivoram & truculentam belluam indagine cingunt, communi ſaluti conſulentes; ſic crudelis omnium exacerbat animos & quiſque quantumuis mitis ira obarmatur, & demedio tollere aggreditur.

§. XXXVIII.

Sacerdotum duriorem pœnam ſuſtinet culpa: quia eſſe debet ſacratior vita.

158 TAntò diuinitati plura debemus, aiebat Attalaricus 8. var. 74. *quantò à cæteris mortalibus*
Caſſiod. *maiora ſuſcepimus.* Quem conſtat maiora ſuſcepiſſe, debet clarioribus virtutum luminibus adornari, tantò maiora quis tenetur Numini virtutum pependiſſe tributa, quantò maiori dignitatis inuenitur fulſiſſe gloria. Vnde Sacerdotes cùm ad ſummum dignitatis apicem ſint euecti, opus eſt reſplendeant omni virtutum laude conſpicui, cúmque dignitas ſit cœleſte commercium, & vita eſſe debet virtutum opulentiſſimum promptuarium. Audi Caſſiodorum loco citato: *Interim vos, quos iudicia venerantur, Eccleſiaſticis vinite inſtitutis: magnum ſcelus eſt crimen admittere, quos nec conuerſationem decet habere ſecularem: profeſſio veſtra vita cœleſtis eſt: nolite ad mortalium vota humilia, & errores deſcendere: mundani cœrceantur humano iure: vos ſanctis moribus obedite.* Extra humana iura ſunt Sacerdotes: qua putauit ius ſic ſempet micaturos fore virtutibus, vt opus non fuerit humanis corripi legibus. Hinc eſt quod Sacerdotis culpa, dum de dignitate augetur ad diſſonantiam, de diſſonantia obnoxiot inuenitur etiam ad pœnam, quandoquidem grauiùs plectendus eſt; qui deliquit ipſa dignitate frænatus, & dignitatis reuerentia prænonitus. Hinc diſces, cur Gedeon duriùs Phanuëlitas, quàm Socothanos puniuerit: vtrique inhumana reſponſione, & ruſtica inciuilitate deliquerant panem militibus denegantes, cúmque iam victor illis pœnam infligere decreuerit, Socothanos tribulis verberauit, Phanuëlitas verò poſt turris euerſionem occidit: *Tulit ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth. Turrim quoque Phanuël ſubuertit, occiſis habitatoribus ciuitatis.* Quærunt Interpretes, cur Gedeon ſimile delictum diſſimili adeò pœna plexuerit, quando Socothani videbantur duriùs plectendi, vt qui præceſſerunt exemplo, & Phanuëlitis fuerunt ſcandalo. Phanuëlitæ ſi non

leuiori,

Digitized by Google

leuiori, ſaltem grauiori ſupplicio non videbantur caſtigandi; ſed ad ſummum æquo ſupplicio puniendi. Ergo Phanuëlitas non occidat; ſed tribulis plectat. O profundam nobis eruditionem!

Gloſſa. Gloſſa Moralis putat in Socoth viris vulgares Iudæos fuiſſe delineatos, in Phanuëlitis Sacerdotes expreſſos. Ergo quia reliquos excellebant dignitate, & grauiori ſorduerunt crimine: ob idque manſit illis durior pœna: quia de muneris lege creſcebat culpa: *Per viros Socoth, qui Gedeoni exprobrauerunt, poſſunt intelligi vulgares Iudæorum; per viros Phanuel intelligũtur Scribæ & Sacerdotes: Phanuël enim interpretatur facies Dei.* Qui tenebantur puriores ante faciem Dei viuere, Gedeoni inuenti ſunt inurbaniùs exprobrare. Ergo Phanuëlitas occidit, Socothanos flagris mulctauit: vt nouerint Sacerdotes illorum culpas grauiùs plectendas, cauſaſque ſeueriùs à Numine iudicandas.

159 Moyſes & Aaron ad contradictionis aquas deliquerunt: ob id Deus eos regimine mulctat, ac vita

Numer. 20. v. 12. priuat: *Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis* Cùm mortem illis influxerit, hic de morte tacuit, & regimine priuandos expreſſit: quaſi acerbius ſit alta poſſidentibus dignitate exaugurari, quàm ipſa vita interdici. Poſt aliqua iubet Deus Aaronem in ſupercilio montis vitam finire: *Aaron colligetur, & morietur ibi.* En Moyſe ſuperſtite Aaron occubuit: vnde iam pullulat difficultas: nam ſi vterque eodem tempore, eodémque errato pœnas emeruit, cur Aaron de medio citiùs tollitur, Moyſes ſeruatur? Eſtne Deus perſonarum acceptor? Minimè; ſed culparum æquiſſimus trutinator. Si animaduertis, ſpecialiùs Aaroni Sacerdotium fuerat commiſſum, Moyſi veluti ſæculare populi regimen demandatum. Ergo Sacerdotium exercentis quodammodò grauior apparuit culpa, & ob id citiùs interdictus eſt vitâ. Scio Moyſem & Aaron ad Sacerdotum cenſum pertinere atteſtante

Pſalm. 98. v. 6. Propheta: *Moyſes & Aaron in Sacerdotibus eius:* & ideò dixi ſpecialiùs Sacerdotale munus Aaroni, eiúſque poſteris adſcriptum: ergo licèt eadem culpa fratres ambos infecerit, qui Sacerdotio fingebatur, citiùs punitus eſt, quaſi ipſa dignitas fuerit delicti incrementum, & grauius meruerit ſupplicium: *Nunc ſolùm fertur ſententia de morte Aaron propinqua,* aiebat Abulenſis q. 14. Vterque peccauit, ſed Aaron quia Sacerdos citiùs corripitur, & eius culpa celeriùs plectitur. Adde Sacerdotem Dei voluntatem non exequentem grauiùs puniri aliquando, quam ſæcularem crimina perpetrantem.

Abulenſ.

160 Agebat Dominus apud Lucam cap. 12. de Domini ſeruis, & in hunc modum texuit ſermonem:

Luc. 12. v. 8. *Ille ſeruus, qui cognouit voluntatem Domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum voluntatem eius, vapulabit multis; qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis; omni autem, cui multum datum eſt, multum quæritur ab eo, & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.* Grauis hinc oritur difficultas, ſcilicet cur plectendus ſit multis plagis, qui agnita Domini voluntate illam non eſt operibus executus, cùm qui deliquit Domini voluntate non cognita, fuerit verberibus paucis plectẽdus: nam licèt verum ſit alium voluntatem Dei agnouiſſe, & alium ignoraſſe, qui agnouit, non refertur facinora perpetraſſe, cùm qui non agnouit, referatur crimina commiſiſſe: cur ergo huic blandior decernitur pœna, cùm illi durior decreta ſit mulcta? Ambroſius putat plus exigendum fore à Sacerdote, quàm laico, cùm maiora, quàm laico, commendata ſint Sacerdoti, ſicque teneri ad Domini exequendam voluntatem, vt illam non complere ſit in Sacerdote piaculum, vt in laico virtutibus inficiari delictum: *Illa quidem,* inquit ad hunc locum, *in omnes præcepti forma generalis; verùm ſeries ſequentis exempli diſpenſatoribus, hoc eſt, Sacerdotibus, videtur eſſe propoſita, quò ſciant grauem in futurum ſibi pœnam eſſe ſubeundam, ſi ſæcularibus intenti deliciis familiam Domini, plebémque commiſſam ſibi gubernare neglexerint.* Sacerdos negligens duriùs plectitur, quàm ethnicus aut ſæcularis ſceleribus indulgens puniatur. Quid exaggeratius? Quid Sacerdotibus horribilius?

Ambroſ.

Profectò vt Sacerdotes Dei ſunt nuntij, & præcipui famuli, grauiùs offendunt, ſi deliquerint, maieſtatem. Vir Dei miſſus ad idololatriam regem corripiendum Numinis ſententiam intimauit: ille ſententia audita, cùm ad pœnitentiam recurrere debuiſſet, manum contra Dei nuntium extendit; ſed extenta manus retrahi non valuit, & audaciæ pœnas tulit: *Exaruit manus eius, quam extenderat contra eum.* Iam Dei Propheta patriam repetebat, cùm illum Pſeudo-Propheta pietate mentita fefellit, & reduxit: Propheta verus minus diligenter ſe geſſit, Deique præceptum etſi præter opinionem, violauit. Quid tunc? Sententiam profert ſeductor, mortem minatur ſupet ipſam menſam, quam parauerat: *Non inferetur cadauer tuum in ſepulchrum patrum tuorum.* Ex templo ſententiam leo exequutus eſt, Dei virum occidit, licèt cadauer eius reueritus nullatenus laceraverit: *Inuenit eum leo in via & occidit.* O quanta in hac hiſtoria abſconduntur myſteria! Producamus pro exilitate noſtri ingenioli aliqua. Si ſacrilegus rex in Dei virum audax manu ſolùm, & exiguo tempore priuatus eſt, cur Dei Propheta vitâ mulctetur? Ad hæc: ſi ſeductor nullam incurrit pœnam, cur vir Dei præter opinionem Dei mandatum tranſgreſſus grauem adeò tulerit mulctam? Regis audacia grauiſſimum erat piaculum, ſeductoris fallacia deteſtandum delictum; veri Dei Prophetæ eſus, etſi culpa non caruerit, illa tamen videtur plus in curioſitate, quàm malignitate admiſſa. Ergo æqua omnibus decernatur mulcta, aut Prophetam non occiderit fera. O ſapientiam immortalem! Rex grauiùs deliquit, Pſeudo-Propheta ſceleſtiùs peccauit; at neuter erat Deo ſacratus, nec à Deo vti nuntius cœleſtis miſſus. Dei Propheta minùs deliquit; ſed de muneris dignitate ad vindictam Numen exacuit: nec enim vel leuiter peccaſſe debuerat cum Deo colloquia miſcens, & eius cauſas defendens: *Peccatum inobedientiæ morte corporali expiauit,* ſcribit Lyra. Addit: *Ex hoc autem conſiderandum eſt, quàm durè puniturus ſit Deus peccata grauia iniquorum, qui pœna mortis puniuit leue peccatum ſancti hominis.* Adſtipulatur Tertullianus aduersùs Pſychicos cap. 16. *Prohibitus à Deo fuerat illum cibum in totum attingere; ſed ab alio mox ſene mentito prophetiam temerè paſtus ſecundum verbum Dei ibidem factum ſuper menſam, non eſt in paternis ſepultus: leonis enim in via occurſu proſtratus, & apud exteros conditus pœnam deſerti ieiunij luit. Hæc erunt exempla & populo, & Epiſcopis etiam ſpiritualibus, ſi quam incontinentiam gula admiſerint.* Dei nuntius eiúſque obſequio dicatus vel leuiter delinquens graui pœnâ punitus eſt, vt Sacerdotes Epiſcopóſque hæc admonuerint exempla, quam ab omni peccati labe immunis eſſe debeat illorum vita.

Lyra.

Tertullian.

Digitized by Google

§. XXXIX.

Peregrinum est Magnatum delicta puniri: quia de more constat laudari

162 SIc apud mortales felicitas honoratur, sic paupertas, calamitásque despicitur, vt qui auro fulget, dignitatísque luminibus claret, censeatur ab omnibus suspiciendus; qui verò aduersa fortuna vtitur, sceleribus credatur infectus, & suppliciis putetur obnoxius. Potentia ab stultis habetur virtus, & inopia putatur scelus: asserente Pro-
Psalm.143. v.15. pheta: *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Populus diuitiis exundans, fœtosis armentis diues, non solùm habetur felix; sed beatus, hoc est ab omni culpa remotus, quandoquidem apud impios stultósque sanctitas habetur felicitas: *Multi inquit,*
Euthym. scribit Euthymius, *hunc populum ob visibilium huiusmodi bonorum copiam beatum dixerunt.* Ecce beatificatur diuitiarum suffragiis, vt posset virtutum meritis, cùm beatitudo debuisset censeri de legum obseruantia & Numinis reuerentia, adiiciente Propheta: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.* Ad quæ subtexuit Euthymius: *Quia illius paret mandatis: hæc enim beatitudo vera est.* Itaque cum vera beatitudo, sanctitásque de præceptorum constet adimpletione, apud improbos rerum æstimatores constat de felicitate. Quàm aptè
Cassiodor. repetere possumus quæ aiebat Cassiodorus 6. var. 20. *Erigat ad laudem tuos animos, quod vocaris.* Consul, Præsul, Iudex aliquando animos suos ad laudem erigunt, vt possent de merito, de vocabulo: quia nosci apud stultam plebem vocabulum censeri meritum. Hinc putauerim Gedeonem non inferiori laude dignum, Consules, Principésque Socothanos seuerè punientē, quàm consertam aduersariorum manum intrepidè aggredientē. Petierat satis humiliter ad recreandas militum vires, & ad hostes insequendos, aliquot panes: *Date, obsecro, panes populo, qui mecum est: quia valde defecerunt, vt possimus persequi Zebee & Salmana Reges Madian*: tam humanæ ciuilique petitioni durè inurbanéque Principes responderunt: *Responderunt Principes Socoth: Forsitan palmæ manuum Zebee & & Salmana in manu tua sunt?* Quid tunc? Exacerbatus iniuriam distulit vindicare; ne dum immoratur, aduersarij valeant effugere: ast deuictis hostibus seniores ciuitatis dignè puniunt: *Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis*: Nescio an plus demiter iudices punitos, an aduersarios subiugatos; quandoquidem superari exercitum non est insolitum sed punire Magnatem, Principémque, peregrinum: ipsa namque magnitudo vt immunis videtur à culpa, sic & remota censetur à pœna:
Montan. *Socothanis Principibus pœnas iam decretas*, scribit Arias Montanus, *Deo iudice vel ipso captorum Regum successu declaratas irrogandas curaui.* Expende illud, *Deo iudice*, id est, Deo vrgente, præcipientéque: aliter namque nulla infligeretur pœna, quibus credebatur inesse non posse culpa.

163 Iudices iniquos deterrens: *Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis?* aiebat
Psl.81.v.2. Psaltes: *Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate: eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* Cùm iudicum manus sit iniquitati aduersari, suppetias legibus ferre, pauperem defendere ac violentum refrænare, sic de industria nonnulli degenerarunt, vt nec velint intelligere, nec intelligendo exercere: *Non cognouerunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant.* Expectabat, videns ab officio desciuisse, & facinora tenebris occultasse, dum puniendos, & deturbandos; verùm eo gaudent dignitatis priuilegio, vt paritante terra consistant firmi, & concusso orbe firmentur impauidi. *Ego dixi*, inquit, *dij estis*: nam vt tabernaculo flagellum nequit approximare, testante ipso Propheta: *Et flagellum* Psalm.90. *non appropinquabit tabernaculo tuo.* Sic iudicum, v.10. Magnatúmque tabernaculo nequit accidere: quia nouerunt impedire: orbis concutitur, tellus dissipatur, status tenor euertitur, & nihilominus veluti Deitatis priuilegio potentes omnis infortunij inueniuntur expertes, ac si omnis delicti exortes. Iam si velis, sic Dauidis sententiam enodare, poteris: *Mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi: dij estis*: quasi dicat: vt iudex, magnúsque plectatur, opus est orbem totum commoueri, & telluris fundamenta nutare: aliter namque non dicerunt timere: quia se non putant posse suppliciū subire. *Iubet Deus*, scribit Euthymius, *terram* Euthym. *commouere, & fluctuare, vt iniustis Principibus, atque iniquis iudicibus terrorem incutiat.* Addit: *Mihi videtur quòd iudices, & Principes Dei appellati sint.* Sic iudices Principésque quodam potentiæ priuilegio se tuentur, vt facilius fuerit omnia terræ fundamenta nutare, quàm illos aliquod supplicium subire. O vtinam non adeò verum, nec frequenter adeò experientia comprobatum!

Nabuchodonosor somno indulgens proceram 164
se arborem intuetur, fructibus exundantem, floribus diuitem, foliísque pulcherrimis omnium oculos allicientem: hoc in statu vigilem sacris spititibus comitatum de superis aspicit descendentem, qui folia præcipit excuti, ramos præcidi, fructus dispergi, ferreísque vinculis illigari. O quàm necessum fuit cælitus emitti vindicem: quia in terris culpa potentis non inuenisset vltorem; imò è cælo allatos ministros arborem iussit præcidere, quasi in terris nequiret inuenire, qui proceram plātam vellent secare. Nabuchodonosor
Daniel.4. v.24. somnio vehementer perculsus Danielem consulit, qui peccata eleemosynis redimenda sapienter monuit: *Consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime.* Itaque consilium dat, vt supplicio obuiet, vt occurrat securi. Quid tunc? Paruipendit consilium, supplicium credens somno elaboratum figmentum. Iosephi fratres notam ex insomniis felicitatem, vt fratrem venderent, crediderunt; at Nabuchodonosor futurum supplicium intuitus insomnium credidit, & illusoriam phantasiæ imaginationem putauit. *Videt*, aiebat Theodoretus orat. 4. *Angelum, qui de cælo descen-* Theodoret. *dit, vt discat omnium verum auctorem Dominum ipsum esse, qui contra se sententiam tulit.* Ne sententiam irrideat, si ab homine putauerit infligendam ad ipso audit Numine fulminatam; verùm qui de more impunis deliquerat, nec ab ipso Numine posse existimauit pati cruciatus, magnitudinis superbia, ac superbiæ potentia fretus. *Propheta hanc sententiam expossuit*, addit Theodoretus: *ille verò cùm se durum & inexorabilem præbuisset, scelerum præmia tulit.* Scelerum tulit præmia; sed somniata credebat ipse supplicia: nouerat namque se

ſe ad inſtar Numinis coli, & ab omnibus dilaudari. Ergo vt punitus exularit, de cælo vindex deſcendit, quia apud homines vti Deus colebatur ritibus, & fauſtis celebrabatur acclamationibus. Iam è contra aduerſa fortuna vſos haberi peccatores conſtat ex Iob 20. capite.

165 Sophar Naamathites intuitus Iobum calamitatibus impetitum, etſi eius concinnis vitæ actionibus iuſtum credere debuiſſet, peccatorem exiſtimauit, ipſúmque tentat corrigere, & aggreditur ad pœ-
Iob. 20. v. 4. nitentiam inflectere: *Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram, quod laus impiorum brevis ſit, & gaudium hypocritæ ad inſtar puncti.* Viderat Iobum miris virtutibus exornatum, & laudandis operibus plenum; verùm dum calamitatem intuetur, hypocritam arbitratur, firmiúſque ad hoc credendum inducit animum calamitatis infortunio, quam anteactæ victæ longiſſimo teſti-
Gregor. monio. Adeſt Gregorius. lib. 15. moralium cap. 1. *Amici Beati Iob cùm aſſiduitate vitæ illius edocti, benè viuere nouerint, penſare tamen ſubtiliter Dei iudicia neſcientes, mala hîc inſtorum quempiam poſſe recipere non credebant. Vnde & eundem Sanctum virum iniquum eſſe ſuſpicati ſunt, quem flagellatum viderunt.* Nota quæ adiecit: *Atque ex hac ſuſpicatione agebatur, vt in eius quoque increpationem dilaberentur.* Dum intuentur infelicem, ſine dubio crediderunt peccatorem, & dum peccatorem falſi ſuſpicantur, & increpare aggrediuntur: nam ſicut nullus audet increpare infelices: quia illos omnes ſuſpiciunt culparum prorſus exortes; ita exundare culpis infelices ſemper creduntur, & audacter à quolibet increpantur.

166 Dum apud Sinæum Moyſes abeſſet, impatientia ſtimulatus populus deos ſibi producere cupit: vrgetur Aaron, aurum exigit, & conflat vitulum, Moyſes à Deo præmonitus celeri greſſu deſcendit, abreptúmque vitulum in cineres ſordidiſſimos ſoluit: cúmque populum vidiſſet nudum, arma in illum vocat, vt & tantum nefas puniat: *Videns ergo Moyſes populum, quòd eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudum conſtituerat.) & ſtans in porta caſtrorum ait: ſiquis eſt Domini, iungatur mihi.* Expende tunc pios carnifices conuocaſſe, cùm populum nudatum conſtat vidiſſe: quaſi ipſa nuditas ad repetendam pœnam incitarit, & ad infli-
Exod. 32. v. 25. Caietan. gendum ſupplicium mouerit. Adeſt Caietanus: *Hæc nuditas populi inuitauit Moſem ad adiungendum ſibi quoſdam, vt armati diſcurrerent, & occiderent.* Profectò is erat Moyſes, qui nec aurum ſuſpiceret, nec in miſeros auderet; verùm vt conſtet, quàm nudi peccatores habeantur, in quo vidit nudos, ad noſtram eruditionem efferbuit, digniſſimámque pœnam intulit. Et fortaſſis hic cogitationi fauet, quod ſacer Scriptor parentheſi incluſit: *Spoliauerat eum*, inquit, *Aaron propter ignominiam ſordis*: ac ſi dicat: ſi vitulus ex alia materia fuiſſet conflatus, & populus auro non manſiſſet nudus, fortaſſis Moyſes non adeò promptos crimini inueniſſet vltores, vt qui ſuſpicerent aurum, & eius ſplendoribus inauratum non inuenirent delictum. Ergo oportuit populum diuitiis carere, vt faciliùs Moyſes adminiſtros inueniret, qui iuſtâ auderent pœna mulctare.

§. XL.

Principes etſi aliquando in ſe commiſſis indulgenter pepercerit; in commune bonum perpetrata ſeueritate piiſſima caſtigauerit.

167 Caſſiodor. Quies populi eſt præconium regnantis. QVies ſuauiſſima populi, aiebat Theodoricus 5. var. 39. *& tranquilla diſpoſitio regionum præconium probatur eſſe regnantium.* Vt ſuauiſſima quiete, vt imperturbata pace florent commoda, & deſiderata omnibus pullulauere incremẽta, ſic turbatis rebus, graſſante inſolentia, impunitáque audacia temerantur leges, & ſemper omnibus anxij ingenerantur timores: regnantis præconium eſt in ſe commiſſa magnanimè præterire; at probrum erit, ſi quæ generalitati probantur nociua, contempſerit refrænare. Summum inter mortales crimen eſt audaci præſumptione delinquere, & Reipublicæ pericula paruipendere: vnde rectoribus ſemper curandum in iis, quæ ad ſe pertinent, humanitatis famam præſcribere; ſed in ad Rempublicam pertinentibus ſalubertimam, vtiliſſimámque ſeueritatem tenere. Cùm Ephraitæ audaciùs Gedeoni Principi ſe reiectos exprobrarent, manſuetudine deuicit, & animos audentes compeſcuit. *Quid tale facere potui quale vos feciſtis? Quod cùm locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Iudic. 8. v. 3. Vides contra ipſum tumentes placaſſe, & prudentia continuiſſe. Tranſi modò ad Socothanos, Phanuelitáſque ſubſidia militibus denegantes, videbíſque alios ſpinis tribulíſque proſciſſos, & alios gladio obtruncatos: *Tulit ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth: turrim quoque Phanuel ſubuertit occiſis habitatoribus ciuitatis.* Mira res, ſi tumidiſſimos ſubſtinuit Ephraitas, cur etiam Socothanos patienter non ferat, híſque, vti illis, culpam remittat? An quia Ephraitæ ſanguine coniunctores? Solet namque cognationis amor quæ diſſimulat in cognatis delicta, in aliis punire errata. Si cùm Ephraitæ bellum properabant inferre, Gedeon placidè allocutus ſedauit, cur Socothæos, Phanuelitáſque delinquentes pœnis etſi dignis, duris punierit? Diſcriminis ratio eſt, quia licèt Ephraitæ peccarint, in Gedeonem tantùm deliquerunt: ait namque textus: *Requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Ergo decuit magnanimum Principem in exordio præcipuè regni manſuetudinis procudere famam, nec effuſo ſanguine vindicaſſe propriam iniuriam; at Socothæi, inquit Arias Montanus, Phanuelitæque cibos denegantes victoriam vidẽtur impedire, & aduerſatiis fauere. Ergo dum in pacem publicam & tranquillitatem peccant, non debuerunt indulgenter tractari; ſed dura ſeueritate puniri, quò reliqui Ducis ſtudium erga generalitatem agnoſcerent, ſibique cauerent. Accipe Ariam Montanum: *Huiuſmodi ſtatui oportuit exemplum, ſimili impietate, contumacia, & ſuperbia dignum, quò cæteri & diuinum iudicium metuerent, & beneficium agnoſcerent.* Montan. Attentius audi quæ annectit: *Et melius ac ſapientiùs in commune deinceps conſulerent omnes.* Oportuit durè plectere generalitati aduerſantes, vt exinceps reliqui communi bono attentiùs prouiderent timentes.

168 Miror Ioſue Moyſi ſucceſſorem Achami culpam durißimâ lapidum grandine, ſeuerè punientem, nec Magiſtri in indulgendis culpis manſuetudinem imitantem: illum Maria ob nuptias cum Æthiopiſſa liuido dente abrodit, ob murmurationémque fœtidæ lepræ pœnam incurrit. Quid tunc Moyſes? Supplices coram Deo orationes fundit immemor offenſæ, memor naturæ: *Clamauit Moyſes ad Dominum dicens: Deus, obſecro, ſana eam.* Pro detrahente ſupplicat, & denoratam à lepra carnem orationis medicamine reparat. Tranſi modò cogitatione ad Ioſuë, & videbis Achamum anathematis furto pollutum; ſcelus tamen ſuum non ſine robore confeſſum vitâ mulctaſſe, aceruóque pergrandi lapidum ſepeliſſe: *Dixit Ioſuë: Quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Iſrael, & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.* Alter ſeuerè peccatum vlciſcitur, alter humiliter deprecatur. Et quæ huius in perfectis adeò viris diſcriminis ratio eſt? Eam reddit Adamantius homil. 7. quia Mariæ ſcilicet murmuratio vnico Moyſi nocebat; at Achami culpa in totius detrimentum populi redundabat. Ergo æquiſſimo iudicio alter quæ ad ipſum pertinebat, culpam remiſit; alter quæ generalitati nocuit, digniſſimè vindicauit, vt ex vtriuſque factis optimi regiminis compingeretur idea, vnde rectores diſcerent in ſe errantes non Supercilio toruo punire, ſed magnanimitate indulgere: in communem verò ſalutem delinquentibus indulgenter non parcere; ſed laudabili ſeueritate punire: *Non otiosè tranſcurrendum eſt* (verba ſunt Origenis) *quòd vno peccante ira ſuper omnem populum venit.* Si Achami peccatum in Ioſuë vnicum militaret, vt erat facillimi ingenij, Magiſtrum imitatus indulgenter remitteret; at dum totius populi retardatur progreſſus, dum non ſolùm differtur triumphus; ſed plurium è populo angit deplorandus caſus, dignum fuit ſeuerè corrigere, & irâ pietatis auxiliatrice delere: *Non otiosè tranſcurrendum eſt, quòd vno peccante ira ſuper omnem populum venit.*

Numer. 11. v. 13.

Ioſuë 7. v. 25

Origen.

169 Succedat iterum ipſe Moyſes, non iam errori in ſe commiſſo parcens; ſed à ſe perpetrati erroris ſupplicium luens. Vtebatur populus ardentiſſima ſiti, cum Deus iubet Moyſem & Aaronem petram comiter alloqui, promittens copioſos laNumer. 20. v. 8. tices præſtituram: *Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas.* Moyſes populi murmuratione turbatus petram ſemel percuſſit, nec tamen percuſſa vndas deſideratas eſt dilargita: iterum percutit, & cùm ipſe diffidentiæ commiſerit culpam, petræ repetitis ictibus audet infligere pœnam: *Cùm eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.* Sitis depulſæ gaudium excepit pœnæ lamentum, & Moyſes dum aliis ſolicitat vitam, mortis imprudenter incurrit pœnam: *Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Lyra huius ſupplicij cauſam veſtigans exiſtimat traxiſſe Moyſem ob diffidentiam in ſubueniendo populo moram: erumperent namque vndæ citiùs vrbanis verbis, moroſiùs fluxerunt incuſſis plagis: ergo dum generalitati nocet cunctando, & ſibi aduerſatur non

Lyra. obediendo Lyram accipe: *Quia primo ictu non exiuerunt aquæ propter dubitationem Moyſi, ſecundò tamen ictu exiuerunt propter impletionem diuini promiſſi, conſequenter ponitur dubietatis punitio.* Lyræ ſententiam veneror: putarem tamen Moyſem incurriſſe mortem non tam ob dilatam aquam quam ob incuſſam lapidi iniuriam, dum bis petrã, id eſt Chriſtum, ferit, cruci ad ſpeciem affigit, teſtante Auguſtino quæſt. 35. *Quod bis percutitur, euidentiùs ſignificat crucem.* Si ergo percuſſa petra Chriſtum adumbrat percuſſum, rationabilius videtur incurriſſe Moyſem pœnam ob inflictam Principi plagam, quàm ob dilatam ſiti æſtuantibus vndam. Ergo Lyra retractabit ſententiam. O expende, amabo te, duplex hîc erratum committi, aliud ſcilicet petram percutere, & aliud vndas populo ſitienti differre. Ergo optimus Princeps propriæ iniuriæ oblitus, quod in omnem militabat populum, ſeuerè punit peccatum, & gubernaturis imitandum præbet exemplum. Benè ergo Lyra ſuſpicatur inflictam præcipuè pœnam ob deſideria dilata, etſi verbera ſint inflicta. Diſcant Superiores egentis afflictique populi nec tantiſper differre vota: quia dum redundat in omnem populum, ſeueriùs punitur culpa.

Auguſt.

170 Tertullianus lib. de Pœnitentia cap. 12. expendebat ſatis argutè pœnam Babylonis regi inflictã, & Principi Ægyptiorum decretam: Nabuchodonoſor ſe ſomniat ingentiſſimam arborem cælum quodammodò ſcandentem, & cum Deo de magnitudine belligerantem; verùm etſi planta tumeat ſuperba, feris vmbrâ, & protenſis ramis ſatis inuenitur volucribus commoda: *Ex ea veſcebatur omnis caro*: vtrumque coniunxit, & alere, & ſuperbire. *Altitudo eius nimia*, inquit Lyra, *propter potentiam Nabuchodonoſor, & eius ſuperbiam.* Non creuit; ſed tumuit ſuperbiæ delirio, & magnitudinis deſiderio; verùm dum nimia ſe rami ambitione protendentes ſeuera falce præciſi cadunt; radix accuratè ſeruatur, & ſeruata cuſtoditur: *Verumtamen germen radicum eius in terra finite.* Vides tumentem clementer punitum, & ſupplicio ipſo aſſeruatum. Tranſi modò ad Pharaonem, qui impio decreto, & tyrannica lege fluuium conſtituit recens natorum carnificem: *Quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite.* Vt huius ferinæ crudelitatis pœnam ipſo in flumine lueret, vtque ibi inueniret dignum tormentum, vbi indignum exeruerat homicidium, nigris ambitioſiſque vorticum voluminibus periit obrutus, & iacuit fluctibus lutoſis ſepultus: *Occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.* Inquires cur æqualis, non fuerit pœna, cùm vtrumque non diſſimilis ad ſpeciem infecerit culpa? Imò Nabuchodonoſor videtur exoculatior, quandóquidem diuinitatem ambiuit, & ad inſtar Numinis coli volnit. Ergo aut diſpereat Nabuchodonoſor, aut ſernetur etiam Pharao. Fateor Nabuchodonoſorem arrogantiæ delicto ſe obligaſſe, at in commune bonum non deliquit; imò omnes tegebat vmbra; at Pharao in populum omnem deſæuiit, & florulenta naturæ germina vndis tradidit. Ergo Deus ſummus & optimus gubernator in ſe peccantem ad miſericordiæ pompam tantiſper caſtigatum ſeruauit; in commune verò bonum delinquentem ad laudabilis regiminis normam ſeuerè puniuit: quo nouerint gubernatores erga peccata in ipſos commiſſa ſe indulgenter habere: erga delicta verò toti populo nociua pia indignatione ſæuire. Tertullianum audi: *Ægyptius Imperator, qui populum Dei aliquando afflictum, dum Domino ſuo denegatum perſecutus in prælium irruit, poſt tot documenta plagarum, diſcidio maris, quod ſoli populo peruium licebat, reuolutis fluctibus perit.* Expende illud.

Tertullian.

Exod. 1. v. 22

Exod. 14. v. 27.

Populum

Populum Dei perſecutus. Quaſi dicat Tertullianus: Non debuit ſuſtineri quem in totius populi perniciem conſtabat viuere; at licèt diuinitatis arrogator ſummum meruerit ſupplicium, pientiſſimus Dominus in ſe commiſſum lenius puniuit peccatum: quo eius ſecuti exemplum gubernatores in ſe commiſſa generosè condonent, in generalitatem verò caſtigent.

§. XLI.

Plures dum à virtute deſciſcunt, vt ſuſpectum vitauerint ſibi damnum, incrementaſſe inueniuntur detrimentum

171 INcidit *in ſcyllam*, aiebat Poëta, *cupiens vitare charybdim*, vt moneret non ſemel æquali, aut grauiori periculo periculum ab imprudentibus redimit, & aliquando lippientibus; imò cæcis oculis pro ſe contra ſe pugnare. Quod ſi alia in re hæc veritas comprobatur indubia, in illecebrarum præcipuè ſtudioſis illam quotidiana nobis inculcauit experientia, dum videmus peccatores ſibi ipſis præter opinionem aduerſantes, dúmque leuigare labores ſtudioſiùs contendunt, imprudenter ad aggerantes. Cum fugientibus Perſis fœmine ruborem incuſſiſſent; pugnam inſtauratunt. & aduerſarios vicerunt: hoc mulierem facinus, ne ſæculis ſine honore tranſmitteretur, à Cyro ſancitum eſt, vt quoties rex vrbem ingrederetur, mulieribus ſingulis daretur aureus. Ochus rex, ne adeò nobile tributum ſolueret, ciuitatem ingredi recuſauit, & dum recuſat tributum, ſibi ciuitatique grauiſſimum excitat bellum: Alexander è contra ſeruata lege regni protendit dominium. Teſtis eſt Plutarchus de virtutibus mulierum. *Auctore Cyro lege cautum fuit, cùm rex in vrbem iniret, vt ſingulis mulieribus aureus daretur. Ochum autem ferunt tetrum & ſordidiſſimũ regem deflexiſſe ſemper, & pratergreſſum vrbem, vt munere mulieres fraudaret; Alexander & bis ingreſſus eſt, & pregnantibus geminauit donum.* Quàm alia fuit Alexandri ab Ochi fortuna! Alexander ciuitatem occupat aureos impertiens, Ochus ſordidè à ciuitate exulat, ne mulieribus aureos tribuat: maiori diſpendio redemit imprudenter tributum: quia dum tenaciſſimus inhiat auro, glorioſo caret exercitu. Gedeon vrbanè ſatis victualia pro defatigatis militibus à Socoth ciuibus, & Phanuël incolis poſtulauit: vtrique ruſtici inurbanique reſponderunt. Quid tunc? Phanuël turrim euertit, & ciuitatis habitatores occidit: *Turrim Phanuël Subuertit occiſis habitatoribus ciuitatis.* Ne panem largirentur, ſibi perniciem imprudenter moliti ſunt: ſublimitas dilargitò fulciretut pane, & coronaretur lauro victoriæ; at dum imprudenter auari panem denegant, turris excidium, & vitæ ſibi elaborauere diſpendium: vt videas peccatores à iuſtitia recedentes non ſibi conſulere; ſed nocere. Adeſt Arias Montanus ad hunc locum: *Pœne certa ratiõ & ſumma ex hoc tempore illa decernitur, vt ſicut vos oppidi veſtri conſernandi, fouendi, atque tuendi cauſa homines fratres de vobis benemeritos, præſentique habitus ratione ac lege opportuno ſubſidio dignos, acerbè tamen acceptos, moleſtiſſimè affectos, repulſóque eieciſtis, ſimilem animo atque corpore ad interitum vſque moleſtiam perferatis.* Tutandi locum cauſa, loco ſtragem conciliarunt, & ſe felicitate, pacéque nudatos cruciatibus expoſuerunt.

Plutarch.

Montan.

Exploratores à Moyſe delegati telluri optimæ detraxerunt, ne certaminis indubia victoria munerandi moleſtias ſubirent, nec labores, etſi vtiliſſimos ignaui perferrent: *Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos.* Vides deuorationis terrore ad ſpeciem permotos, & voluntati cæleſti aduerſos: vide modò telluris fluctibus, vt marinis poſſent, demerſos: *Dirupta eſt terra ſub pedibus eorum, & aperiens os ſuum deuorauit illos cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum.* Qui noluerunt apparentis mortis timore promiſſionis terram intrare, digni inuenti ſunt, quam amabant, terra perire. Adeſt Rupertus Abbas in prologo ad librum Apocalypſis: *Ipſi dicunt: Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos, ſed mentiuntur: non enim terra iſta terra Dei deuorat habitatores ſuos; ſed ſuæ ipſorum adinuentiones deuorant ſuperbos, ſicut murmuratorum illorum quoſdam non illa repromiſſionis terra, quam non attigerunt; ſed ipſa, quam calcabant, terra deuorauit, & deglutiuit diſrupta ſub pedibus eorum.* Dum fugiunt virtutis incommodum, vel in ipſa tellure miſerum patiuntur naufragium, & quod de virtute falſo ſuſpicati, in vitio veriſſimè ſunt experti. Ecce fugiunt deuorari, & ſuſtinent deglutiri, vt certiſſimum ſit plures, dum à virtute recedunt, quod in virtutis verebantur exercitio, damnum incrementare, & ipſa fuga ad effectum ſibi aduerſantes perducere.

Numer. 13. v. 33.

Numer. 16. v. 31.

Rupert.

Sapiens hominis pigri deſcribens ingenium ſic aiebat: *Dicit piger: Leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum*: virtutis vias ſectari non vult inani timore perterritus: iam quid pigritia, quæ exire detrectauit, domi remanens ſuſtinuerit, audi ab Eccleſiaſte: *In pigritiis*, inquit, *humiliabitur contignatio.* Domus ruit, pigrúmque opprimit, dum foras exire timet: certa: ruinâ redemit varios timores, & dum non vult viam virtutis excurrere ob metum, domi manens verum experitur damnum: perit obrutus, qui ob pigritiam domum egredi non eſt auſus: *Timeo*, ſcribit Gloſſa pigri nomine, *ad exercenda virtutum opera in publicum prodire*: puerilibus rerriculamentis & deluſoriis periculis non audet virtutem ſequi; ſed quæ timuit in virtute detrimenta; dum à virtute diſtat, experitur miſerè damna.

Prouerb. 22. v. 13.

Eccleſ. 10. v. 18.

Gloſſa.

Vadam, aiebat quædam fœmina cæcâ ac inutili cupiditate deluſa, *poſt amatores meos, qui dant panes mihi.* Vides à virtute deſciſcere ambitioſæ pompæ deſiderio, opiparæ menſæ ſtudio: addit namque: *Lanam meam, & linium meum, oleum meum, & potum meum.* His cupiditatis alis, his voluptatis pennis inuolabat, lautitias diuitiáſque ſibi promittens; verùm lacreata acutiſſimis tribulis doluit: & lancinata ſpinis cruentiſſimis luxit: *Propter hoc ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis.* Quæ hiabat ad illecebras, cruentas ſuſtinuit ſpinas. Quod ſi inquiras quas ſpinas tulerit, reſpondebo dedecoris, afflictionis, ignominiæ, doloris; ſæpè namque contingit, vt dum fœmina maritatã inſatiabili hydrope aurum, aut voluptatem exambit, enſem incurrat, duplicíque vulnere corporis, & honoris ſauciata diſpereat ſpinas inuenit, & quidem durè pungentes, quiſquis conſcientiæ pij tortoris cruciatus implacabiles ſubit: tribulis lancinatur, quiſquis heluationi indulgens ſic naturam onerat, vt medecinæ præſidium quæ at:

Oſee. 2. v. 5.

abſtinentia

abſtinentia ignorat ſanguinis emiſſionem: neſcit vltorem enſem pudicitia, non patitur bona conſcientia acerrimos timoris adſultus: ſereno cælo fruitur virtus, neo præruptis vitiorum laſſatur anfractibus. Hieronymum hîc audi: *Dixerat meretrix: Vadam poſt amatores meos, qui omnium rerum mihi abundantiam præbuerunt. Reſpondit Dominus: Ego ſepiam viam tuam ſpinis, ſine ſudibus.* Hieron. Hugo. Adſtipulatur Hugo Charenſis ad hunc locum: *Hæc omnia*, inquit, *Iudæa hiſtorialiter & allegoricè paſſa eſt, quæ primum ab Aſſyriis & Chaldeis, tandem à Romanis irreparabiliter captiuata feſta ſua cum lætitia non celebrat.* Infeliciter adeò Iudæus deſipuit, vt ſibi miſerè adduxerit captiuitatis lamenta, dum iuſtitiæ oblitus infelicia perquirit gaudia. Virtuti terga vertit infelicis luxuriæ oblectamenta perquirens; ſed eius cithara in luctum vertitur: quia creſcit dolor, & fugis ſalus. Vt nequit Æthiops pellem ſuam mutare, vt cælum nequit aratro proſcindi, vt neqnit tellus inſertis cæleſtibus ſyderibus emicare, ſic neſcit vitium carere ſpinis: quia cum ipſa culpa prodierunt. In ardentibus flammarum globulis tres illi decantatiſſimi pueri tripudiant; in oppiparis menſis lautitiiſque Balthaſar miſeros emittit ſingultus, eiúſque horriſona concuſſione ſoluuntur artus. Ergo quiſquis lætitiæ placiditatiſque inuenitur amator, virtuti ſtudeat: nam, vt diſertè Seneca epiſtola 27. *Quemadmodùm ſcelera etiamſi non ſint deprehenſa cùm fierent, ſolicitudo non cum ipſis abiit, ita improbarum voluptatum etiam poſt ipſas pœnitentia eſt.* Seneca. Subiungit Stoicus: *Sola virtus præſtat gaudium perpetuum, ſecurum.* Quid plura.

§. XLII.

Auaritia laicum obſcurat, Sacerdotem verò quodammodò exanguat.

175 Caſſiodor. *PEr milites ſuos iudex intelligitur*, ſcribit Caſſiodorus 12. var. 1. *& ſicut diſcipuli magiſtri ſcientiam produnt, ſic nos obſequentium mores aperiunt. Præceps non putatur obſecundaſſe moderato, auarus paruiſſe non creditur continenti: ſtultus prudentibus ſeruiſſe non creditur.* Addit diſertiſſimus Conſul: *Periclitamur, fateor, in actionibus veſtris, ſi vos mala intentione tractetis: quod nulli accidit veſtrum, alienum vitium, noſtrum celebratur opprobrium.* Subiecti vitium regentis eſt probrum. Vt Dux militiæ non adſcriptorum minimè obſcuratur culpis; adſcriptorum tamen dedecoratur erratis: vt magiſter ſcholam non frequentantium non deturpatur ignauia, frequentantium tamen obnubilatur inſcitia, ſic Chriſtus Dominus, quia etſi ominibus ſit exemplar, certa quadam proprietate, Sacerdotis factus eſt forma, dum ille auara tenacitate maculatur, ipſius fama quodammodò inficitur, quando auarus paruiſſe non creditur generoſo, nec putatur eius ſchola liberalitatem edocerſ, quando videtur à diſcipulo auaritiam indignè coli. Profectò inter cæteras, quibus humanum genus ſolicitatur, illecebras, fœdam auaritiam originem omnium eſſe malorum, & diuina lectio atteſtatur, & quotidiana experientia ſentitur. Verùm, vt dicebam, laicus, licèt largitatem non exerceat, notam non ſubit, quandoquidem ſuis prouidiſſe fas eſt; at Sacerdos, qui ſine genealogia eſſe debet, ni laudabili prodigalitate egenis ſubueniat, ſi eleemoſynam inopi larga manu non tribuat, dignitate videtur exaugurari, & Chriſto Domino notam inurere, dum Chriſti non comprobatur diſcipulus; ſed irriſor & aduerſarius. Hinc diſces, cur Gedeon Chriſti Domini imaginem gerens duriora, quàm Socothanis, ſupplicia Phanuelitis intulerit: defatigati milites pane egebant, quo vires recreatent defeſſas, & inſequerentur aduerſas copias: ſatis vrbanè Socothanis indigentiam Gedeon aperuit, panémque poſtulauit: *Date, obſecro, panes populo, qui mecum eſt: quia valde defecerunt*: Socothani, qui allici debuiſſent humanitate, exacerbati ſunt petitione, panéſque non ſine verbis contumelioſis negarunt: ſuſtinuit Gedeon patienter iniuriam, dum de hoſtibus reportaſſet victoriam nec ſemel tulit repulſam; imò cùm peruenisſet ad Phanuelitas, humiliter cibaria indigentibus poſtulauit; verùm illi aut Socothanorum exemplo peruerſi, aut ingenio proprio auari panes ſimiliter denegarunt, & petenti procaciter irriſerunt. Quid tunc Gedeon reportata victoria Socothanos tribulis flagellat, Phanuëlitas verò duriùs caſtigat: turrim namque euertit, & vita priuauit: *Turrim quoque Phanuel ſubuertit, occiſis habitatoribus ciuitatis.* Gloſſa moralis, vt diſcriminis cauſam prodat, ait, in Socothanis deſignari laicos, in Phanuëlitis Sacerdotes, addítque Panuëlitas geſſiſſe hîc figuram illorum Sacerdotum, qui Chriſto Domino ſtipiti affixo irridebant, & probris iniurioſiſſimis ſubſannabant. Accipe Gloſſam moralem: *Per viros Phanuel intelliguntur Scribæ, & Sacerdotes: Phanuel enim interpretatur facies Dei, & ſecundum Gregorium ſuper Ezechielem, facies ad notitiam pertinet; ipſi verò notitiam Dei per legem, & Prophetas habuerunt, & ipſi ſimiliter exprobrauerunt Chriſto dicentes: Alios ſaluos fecit, ſeipſum ſaluum facere non poteſt.* Gloſſa. Ecce à quibus Chriſtus irridetur à Sacerdotibus indigenti panem negantibus, quandoquidem ſic ab eius doctrina diſciuerunt, vt non ſolùm eius non credantur diſcipuli; ſed virulentiſſimi cenſeantur contrarij. Adde Socoth ciuitatem non fuiſſe deſtructam; turrim verò Phanuëlitarum iacuiſſe euerſam: in illa namque turri templum exprimebatur, quo Dominus Sacerdotes priuauit, & illos dignitate exauguratos ſæculo obiecit. Redeat iterum Gloſſa: *Sacerdotes deſtruxit per Romanos, & templum per turrem Phanuel ſignificatum concremauit.* Turri priuauit Phanuelitas, hoc eſt Sacerdotes templo, vt ſorderent dignitatis ſplendoribus nudi, qui erga inopem probabantur auari. Adhuc, addit Gloſſa, in Gedeone de Phanuelitis ſupplicium aſſumente Chriſtum deſignari de dæmonibus triumphantem, quaſi ſceleſtiſſimi dæmonis nulla expreſſior poſſit eſſe copia, quàm Sacerdos auaritiæ ſordibus inquinatus, & noxia cupiditate deuinctus: *Sicut Gedeon exprobratus tranſiens hoſtes debellauit, ſic Saluator noſter poſt opprobria in cruce ſibi illata per mortem ſuam ad infernum deſcendit, & ibidem dæmones ſimpliciter confudit.* Itaque ſicut Chriſtus habita in cruce victoria deſcendit, vt confunderet dæmones, ſic Gedeon habita victoria reuerſus eſt, vt confunderet Phanuelitas: quis enim dæmoni ſimilior, quàm Sacerdos auri tenacior?

Statim ac Chriſtus Dominus natus eſt, infantem mater pannis mundiſſimis illigat, & præſepio repræſentat: *Peperit filium ſuum primogenitum,* Luc. 2. v. 7. 176 *&*

& pannis eum involuit, & reclinauit eum in præſepio: quia non erat eis locus in aduerſorio. Mira res mater puerum gratiarum manibus factum non conſtringit dulciſſimo amplexu; ſed præſepi tradit angusto. Eſto locus non ſit in diuerſorio, cur inter materna brachia & vbera non ſit locus? Cant. 1. v. 12. Nónne aiebat Sponſa: *Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Ergo inter matris vbera commoretur pendulus, ne ignobili præſepis angustia ſordeat incluſus, quando propenſioris materni affectus videtur nota hæc ab vberibus, brachiiſque repulſa. Et cur mater, quæ candidiſſimo erga filium vnicum, & alioqui elegantiſſimum pulcherrimúmque inflammabatur affectu, patiatur ab vbere diſiungi, & ab amplexibus ſeparari? O cæleſtem nobis eruditionem! Chriſtus Dominus non ſolùm rex natus eſt; ſed Sacerdos: oblatum illi teſtatur inſenſum, aſſerente Eccleſia: *In thure Sacerdotem magnum conſidera.* Ergo infans vbi ſacerdotio natus infantium, ſi fas eſt dicere, muneri poſtpoſuit, & lac ex vbere materno ſugere tantiſper diſtulit, ne ſi priùs ſibi attenderet, munus ad ſpeciem denigraret, nos vti ſancta animalia carne ſua feſtinauit reficere, ne ſi vel exiguo tempore egentium inopiam diſtulerit ſubleuare, videtur quodammodò Cyrill. dignitati iniuriam inferre. Adeſt Cyrillus apud D. Thomam: *Reperit hominem factum beſtialem in animo, & ideò in præſepio loco pabuli ponitur, vt vitam beſtialem mutantes ad conſonam homini perducamur ſcientiam, pertingentes non vanum; ſed* Beda. *panem cæleſtem vitæ corpus.* Adnectit Beda ibidem: *Qui panis eſt Angelorum, in præſepio reclinatur, vt nos quaſi ſancta animalia carnis ſuæ frumento reficiat.* Itaque vno eodémque momento exigebat ad ſpeciem refici vt infans, & reficere inopes vt Sacerdos: ergo mater vti cæleſtis myſterij gnara infantiam Sacerdotio poſtpoſuit, nec infantem vberibus reficiendum applicuit; ſed præſepio refecturum inopes Sacerdotem reclinauit.

177 Hinc lucem accipit locus difficultatibus ad ſpeciem implicitus. Agebat Tilmanus in allegor. de Tilman. myſticis Chriſto muneribus ab obſequentiſſimis illis Magis oblatis, & ſupponens ſignaſſe thus Sacerdotum ſic ait: *Thus offert, qui latus aperit.* Quaſi dicat: Oblatum thus latus vulnere aperiendum oſtendit, non quia de more, vt ſecuriùs incautum feriant, plures muneribus, laudibúſque ſubornant; ſed quia ipſa oblatio erat veluti effundendi è pectore ſanguinis indubitata præſcriptio. Qui aurum offert, latus vulneri non dicauit; at mucroni latus deſignauit, qui inſenſum obtulit: & quare? Eccleſiæ verſiculum conſule: *Tria ſunt,* inquit, *munera pretioſa, quæ obtulerunt Magi Domino in die iſta, & habent in ſe diuina myſteria: In auro, vt oſtendatur regis potentia: in thure Sacerdotem magnum conſidera*, &c. Profectò licèt regis titulus, cui aurum ab inferioribus pendebatur, illum cruci deſignari, vt ibi regis implerit munus, dum ſuos defendit, & hoſtes abigit; aſt reportata victoria, & pẽſo à ſubiectis ſibi auro vita ſanguinéque ſoluto, non tamen tenebatur latus vulneri dicare, & exanguem prorſus manere. Verùm quod regis munus non exegit, Sacerdotis dignitas poſtulauit: omnem profudit ſanguinem, ne videretur ſacerdos ſibi aliquid reſeruaſſe, quando Sacerdotis munus omnem pro ſubleuanda pauperum inopia ſuadebat ſanguinem profudiſſe. ergo oblatum thus pectus aperuit, dum Sacerdotẽ ſignauit: *In thure Sacerdotem magnum conſidera,*

Non paruum diſcrimen inter Aaronis mortem, Moyſíſque inuenio. Aaron veſtibus occumbit nudatus, nulloque ornatu è vita excedit amictus: *Cùm nudaueris patrem veſte ſua indues eâ* Numer. 20. *Eleazarum filium eius: Aaron colligetur, & morietur ibi.* Vides occubuiſſe prorſus nudum, nec quo corpus tegeretur, fuiſſe ſortitum. Tranſi modò ad Deuteronomij 34. vbi Moyſem occubuiſſe inuenies, non tamen veſtibus denudatum; imò decenti amictu contectum: *Mortuus eſt ibi Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino.* Deuteron. 34. v. 5. Quæres rationem diſcriminis: cur ſcilicet Moyſes in morte habeat, quo adornetur, cùm Aaron non habuerit, quo tegatur? Ea ſe mihi offert ratio: Aaronem tunc ſpecialiùs Sacerdotis munus exercuiſſe, Moyſem verò populum gubernaſſe: ergo decet gubernatorem aliquid in morte poſſidere, dedecet tamen Sacerdotem ſortiri: ſic ad veſtiendum alios debet denudari, vt in morte ſepulchrales faſcias conſtet non habere: *Nudaueris patrem veſte ſua*, inquit Lyra, *id eſt, tunica* Lyra. *Pontificali.* Conſonat Rupertus apud Gloſſam: Rupert. *Spoliatur veſtibus ſuis, vt moriatur.* Nudus moritur, nec Pontificalem tunicam occubiturus ſortitur. Vt diſcant Sacerdotes, quàm erga egenos humanè ſe debeant gerere, & quàm largiter teneantur inopibus ſubuenire.

178

§. LXIII.

Proprias vlciſci iniurias eſt humanum, non vlciſci prope diuinum.

POliticus quidam rogatus quomodo in aula diu perduraſſet, & ad ſenectutem honorabilem peruenisſet: reſpondit, obliuiſcendo iniurias, & agendo gratias: *Notiſſima vox eſt eius*, ſcribit Seneca lib. 2. de ira cap. 33. *qui in cultu regum conſenuerat, cum illum quidam interrogaret, quomodo rariſſimam rem in aula conſecutus eſſet, ſenectutem? Iniurias, inquit, accipiendo, & gratias agendo.* Magni animi eſt iniurias deſpicere; imò laudabilis vindicta vti indignum vltione audentem reputare, & laudabili ſuperbia deſpicere. Sæpe ſatius fuiſſet diſſimulare; quàm vlciſci; verùm aguntur homines neſcio qua vltionis libidine, nec viuere poſſunt, ſi quam pectore conceperunt, indignationis flammam non effuderint, vltionémque expetiuerint: *Summus impatientiæ ſtimulus*, aiebat Tertullianus lib de patientia cap. 10. *Vltionis libido negotium curans aut gloriæ aut malitiæ; ſed & gloria vbique vana, & malitia nunquam non Domino odioſa.* Gloriam ſibi acquirere putant, qui ſe vlciſci ſemper anhelant; verùm vt redolet hominem vindicta, ita quid ſupra hominem teſtatur venia. Adde quòd ſi ad vindictam veniendum eſt, eo exerceri debet animo, vt quæratur flagitij remedium, non indignationis flagitium: *Si tamquam ad remedium venimus*, aiebat citatus Seneca cap. 32. *ſine ira veniamus, non quaſi dulce ſit vindicari; quaſi vtile.* Se hominem prodidit Gedeon iniurias vindicando, qui Saluatoris imaginem retulerat contribules ſuos defendendo. Occiderant Zebee & Salmana in Thaboris vertice Gedeonis fratres vultu ſplendidos, & corporis habitudine ſatis conſpicuos: cúmque in Gedeonis poteſtatem occiſores deueniſſent, non ſolùm

179 Seneca.

Tertullian.

vicem

vicem rependit, ſed ſe in fraterni ſanguinis vltionem eos occidere teſtatum omnibus eſſe voluit: *Dixit ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor? Qui reſponderunt: Similes tui: & vnus ex eis quaſi filius Regis: Quibus ille reſpondit: Fratres mei fuerunt filij matris meæ. Viuit Dominus; quia ſi ſeruaſſetis eos, non vos occiderem.* Ecce fatetur ſe vita donaturum nili libidine inſtigaretur vltionis, & pœnas ſumere inardeſceret ſanguinis. Adeſt Abulenſis quæſt. 15. *Si non occidiſſetis eos, ego non occiderem vos; ſed quia occidiſtis fratres meos, iuſtum eſt, quod ego vos occidam.* vltionis expetiuit gloriolam, & dum expeti propriam vindicare iniuriam, retulit hominem, & à ſe Saluatoris tantiſper ablegant imaginem.

Abulenſ.

180 Conſtat omnibus Eliſæum geminato fulſiſſe ſpiritu, magiſtrúmque quodammodo ſupergreſſum. Iam ſi ſpiritus quæras diſcrimen, inuenies Eliam non vltionis furore; ſed irâ pietatis adiutrice audaciam militum vſtulaſſe: per montium abrupta aſcenderant, vt Dei hominem caperent, qui per plana non tenderent, vt virtutibus inſeruirent: itineris præmium fuit cæleſte ſupplicium: nam exarſerunt conſumpti externis, qui internis vrgebantur ambitioſiſſimis flammis: *Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* Paruit ignis Prophetæ votis, ne minus inſeruiret virtuti, quàm temeraria militum audacia obtemperarat furori. Itaque Elias etſi iuſtiſſimè, vltus eſt in audaciæ remedium, non ad indignationis ſuffragium. Tranſi modò ad Eliſæum, qui cùm miſſos à rege Syriæ milites facilè potuiſſet capere, cibatos remiſit: *Appoſita eſt eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimiſit eos.* O quàm Eliſæus geminato reſplendebat ſpiritu, cùm hoſtes pauit, & beneficiis ſubegit! Elias ipſa in vltione cæleſti reſplendet ſpiritu; at non gemino; ſed ſimplici: Eliſæus veniâ hoſtibus impertita geminatum prodit ſpiritum, & viuum ſe oſtendit Chriſti Domini ſimulacrum. Adeſt Chryſoſtomus tomo 1. ſermone de Eliſæo, & Syrorum inſidiis: *Diſcant, qui neſciunt; referant, qui ſenſerunt, pergant ad ſuos, ad proprios redeant, virtutes indicem Dei, potentiam referant Domini.* Quinquagenarius flammis conſumptus Eliæ promulgabat efficaciam at exercitus ab Eliſæo aſſeruatus diuinam oſtendebat virtutem, & commendabat potentiam quandoquidem maius eſt potentiæ argumentum hoſti generosè parcere, quàm delere.

4. Reg. 1. v. 10.

4. Reg. 6. v. 26.

Chryſoſt.

181 Tendebat Balaam cupiditatis flammis aduſtus, ambitionis alas mutuatus Dei populo maledicturus, verùm gladio inſtructus occurrit Angelus, & aſina ab inſidente afflicta, & ab Angelo deterrita mortales ſubit anguſtias: alter arcet, alter impellit, vt grauius damnum vitet, ſe adiungit parieti non ſine inſidentis dolore: *Iunxit ſe parieti, & attribuit ſedentis pedem.* Balaam dolore ictus, cupiditate inflammatus brutum verberat vindictam expetens, foroſque plaudens: *Iterum verberabat eam.* Angelus Balaami viam ſibi teſtatur contrariam: *Peruerſa eſt via tua, mihique contraria.* & nihilominus contrarium ſibi non verberat; ſed retardat. Compone cum Balaamo Angelum: Balaamus Deo erat iniurius, vt qui peruerſa intentione incederet, aſina Balaamo, vt quæ curſum retardaret, ad ſpeciem inueniebatur aduerſa. Quid tunc? Dei nuntius non vlciſcitur iniurias; ſed ne vlciſci cogatur, pietate plenas intentat minas: Balaamus ſpirat cædem, verberat fuſte, quo & Propheta prodatur humanus, & Angelus probetur diuinus: Angelus gladio inſtruitur, gladio Balaamus orbatur: *Vtinam*, inquit, *haberem gladium, vt te percuterem*, nequit percutere, & tamen ardet furore; Angelus poteſt percutere, & pietate mauult parcere: *Stetit Angelus Domini*, ſcribit Rupertus lib. 2. in Numer. cap. 16. *contra illum euaginato gladio, vt animaduerteret ex pœna præſenti, quàm durum ſit abuti permiſſo.* Angelus non vlciſcitur; ſed delinquentem retardat, & iniuriam monitis ſalubribus recompenſat; at Balaamus furit, & in vindictam inſanit.

Numer. 22. v. 25.

Rupert.

182 In Chriſtum Dominum deteſtabilis cohors armatur, & pro beneficiis innumeris cædem rependere ſatagit: Petrus vt erat feruidus, hoſtes inuadit, & cuiuidam auriculam abſcindit: *Percuſſit vnus ex illis ſeruum Principis Sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram*: Chriſtus procuratoris vices egit, ſibi iniurij cauſam defendens, gladiúmque prohibens: *Reſpondens autem Ieſus ait: Sinite vſque huc, & cum tetigiſſet auriculam eius ſanauit eum.* Tertullianus libro de patientia cap. 5. Dei æmulos de duriſſima obſtinatione, & obſtinatiſſima cæcitate redarguit, quandoquidem iniurio benefacere, diſcipulum arcere indubium erat diuinitatis teſtimonium & argumentum. Quam ſe Petrus oſtendit humanum! Quàm ſe Chriſtus probauit Deum, quando alter vindictæ ardore percitus hoſtem percuſſit, alter miſericordia patientiæ prole ſanauit: *Gladij opera maledixit in poſterum, & ſanitatis reſtitutione, ei quem ipſe non vexauerat, ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem... Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis: patientiam huiuſcemodi nemo hominem perpetraret.* Argumenta veritate & acumine plena profert in Phariſæos Tertullianus, quando adeo ſolemne eſt homines vindictæ libidine agi, vltionémque repetere, vt gladij prohibitio, ſanitatiſque reſtauratio Chriſtum vel cæcis Dominum proderet, & vel æmulis aſſereret: in hominis forma latere propoſuit Chriſtus; verum dum nihil de hominis impatientia imitatur, diuinus patientia prodtur: eſt enim proprias iniurias non vlciſci diuinum, vt inardeſcere ad vlciſcendas humanum. Non minus diuinitatis teſtimonium fuit ab vltione prorſus abſtinere, ac miraculum ſanitatis patrare: iam fluminum vortices ſolido veſtigio calcarat Petrus, & tamen, etſi iuſta indignatione commotus exemit gladium, & percuſſit inimicum, at Chriſtus Dominus vindictam exterminauit, hoſti ſanitatem reſtituit ne improbitas aliqua ſe vmbratili excuſatione muniret, & malitiam coloraret: *Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis: patientiam huiuſcemodi nemo hominum perpetraret.* Qui diuinam in ſe referre cupit imaginem, iniuriâ laceſſitus parcat, & iniurias beneficiis rependat.

Tertullian.

§. XLIV.

Tanti apud Magnates valet adulatio, vt eâ inaurentur delicta, & ineatur facillimè gratia.

183 ADulatio grata peſtis, & notiſſima lues ſic omnium faſcinauit prudentiam, vt inhiauerint

uerint ad dulcem fraudem, reſpuerintque ſeueram virtutem: ipſo, quo nocet, placet adulatio, & vt medicata poculo, quæ hauſta viſcera veneno mordent, & mordacitate adurunt, hauriuntur non ſemel ſuauiter fallente fuco, & fucato oblectante ipſo veneno: ita adulatio gratis excipitur auribus, cum prudentiam ſubuertat, mentémque obſideat; verum etſi ardenter graſſetur, omnéque depaſcat hæc flamma, Magnates tamen altoque præcipuè adoritur, & maiori pretio apud illos æſtimatur: nutrit ipſa proſperitas & felicitas mentis tumorem, & dum tumidi ſe Numinum ad inſtar reputant, perpetuis pulſari laudibus, & adulationibus non recuſant; imò ſe tam magnos quam audiunt, credunt, & quia credũt frequẽter audiunt:

Plutarch. *Argiuus Agis*, ſcribit Plutarchus lib. de adulat. & amic. diſcrim. *cùm ſcurra cuidã Alexander ingentia dona largiretur, inuidia & dolore impulſus exclamauit: O rem vehementer indignam! vbi indignatus ſe ad illum rex conuertit, & quid ais? inquit. Fateor, reſpondit, ægrè ferre me, & ſtomachari quòd vos conſpiciam Ioue prognatos inuita omnes adulatoribus, & ridiculis hominibus capi. Etenim cercopibus quibuſdam Hercules, & ſilenis retinebatur Bacchus, & apud te licet videre in pretio eſſe iſtos.* Ecce ſcurra, qui vti Iouis generoſam progeniem vaniſſimis laudibus extollebat Alexandrum, diuitias pro mercede accepit ingentiſſimas, & adulationi donatum eſt, quod veritati ac virtuti exhiberi debuit. Apud magnates qui verum dicit, ſupercilio referitur: qui adulatione mellit, extollitur. Rationem reddit citatus ſupra Plutarchus. *Quandoquidem*, inquit, *ſolida & amica admonendi libertas peccata mordet ſalubri pradita & medico ſtimulo, quæ mellis ritu vlcera pungit, & mundat.* Vera libertas mutuatur à melle mundandi efficaciam, non ſaporis delicias, adulatio mutuatur delicias, & ignorat efficaciam, cúmque homines alliciantur dulcedine, nolunt veritatem ſtimulo ſalubri pungentem; ſed adulationem veneno ſaporato oblectantem. Hinc diſces cur Zebee & Salmana à Gedeone bello capti, dum coguntur perpetrata ſcelera confiteri, ad adulationis patrocinium confugerint, ſícque delicta inauranda exiſtimauerint. Interrogabat eos Gedeon quales in Thabor viros occidiſſent: *Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor?* Quid tunc? Culpam incrementant, dum formam, habitudinémque interfectorum exaggerant; verùm non timent exaggerare, ſi ipſa exaggeratione quiuerint adulationem augere: *Reſponderunt: Similes tui & vnus ex eis quaſi filius Regis.* Non verentur quaſi filium Regis teſtari occiſum, dum de ſimilitudine Gedeonem extollant, & ad Regiam formam efferant. Et quidem ni Gedeon tantus eſſet, illos adulationis clypeo protectos non occidiſſet, interfecit tamen integerrimus veritatis ſectator, & adulationis contemptor; verùm dum Zebee, & Salmana non verentur delicta fateri, adulatione confiſſi oſtendunt quantum valeat apud Principes adulatio, quamque eâ inaurentur delicta, & facilè ineatur Principum

Serarius. gratia. Adeſt N. Serarius quæſt. 8. *Reſponderunt illi cum tacita quadam laudatione, ac veluti adulatione: Tui, ô Gedeon, ſimiles fuerunt, & tamquam Regum filij. Quaſi dicerent: Præclara tua eſt forma, corpus regium, ſpecies digna imperio: quales enim illi, talis tu.* Profectò adeò infelix eſt adulatio, vt dum ſibi conciliare ſatagit gratiam, ſæpè incrementarit offenſam, quando-

quidem grauius Gedeonis animum exulcerabant, dum ingenuos homines, & imperio dignos occidiſſe confeſſi; ac licèt non ignorarent ſuam huiuſmodi confeſſione culpam adaugere, aſſentatione confeſſi veniam ſperauerant impetrare.

Populus ille tantis à Numine beneficiis obſtrictus deos ſibi producere cupit, vrgetur Aaron, ne vel tantiſper delictorum differatur occaſio: vitulum ille conflauit, quem vti Deum victimis coluerunt. & ſacrificiis inauguraruntur: *Surgentes mane obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Profectò ſuis ſibi factis aduerſari videntur, dum oblatis hoſtiis teſtantur Deum, & ludis propudioſiſſimis eius non verentur conſpectum: dum inuerecundè libidinoſi ludunt, oculos aſpicientis contemnunt: ergo aut Deum non deprædicent oblatis hoſtiis, aut publicis non irritarint offenſis. Auſi ſunt quia adulatione ligabant, & oculis tenebras aſſentatione offundebant: *Hi ſunt dij tui Iſraël*, inquiunt, *qui te eduxerunt de terra Ægypti*: Fortem mentiuntur, liberatorem extollunt; & quia illum adulatione ſibi deuinciunt, contemnenda delicta credunt. *Parum iſtis fuit idolum ſuum ſummis honoribus, & laudibus attollere*, inquit Oleaſter ad hunc locum, Oleaſt. *niſi potiſſimum Dei beneficium, quod illis impenderat, in eum collocarent.* Addit moraliſſimè: *Deteſtantur homines Deum aſtringentem, & prohibentem, ſequuntur liberiorem, qui gaudia & ludos permittat, hiſque delicietur.* Vitulus non ſuccenſebit delinquentibus, dum effertur laudibus: tanta enim eſt adulationis efficacia, vt licèt deluſi putauerint eſſe Deum, in eius aſpectu non detrectauerint ludum,

Eſther prudentiſſima, & ſanctiſſima fœmina ſuo ſpreto diſcrimine ad regem intrat, populi ſalutem, ſi poſſit impetrare, & fraudibus, mendaciíſque in Iudæos exacerbatum ad clementiam & lenitatem conuertere: *Sedebat ille ſuper ſolium regni ſui indutus veſtibus regiis, auróque fulgens, & pretioſis lapidibus, erátque terribilis aſpectu.* Minaces oculi indignationis quodammodò flammas proiicientes Reginam adeò timore perculerunt, vt laſſa, exanimíſque corruerit, & colorem roſeum pallido commutauerit: *Cùm eleuaſſet faciem*, addit textus, *& ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, Regina corruit.* Caſu perturbatus rex ſolium deſeruit, & poſt quã blanditiis delinitam ad ſenſum reduxiſſet, cauſam inopinæ exanimationis interrogat: *Vidi te Domine quaſi Angelum Dei* (reſpondet) *& conturbatum eſt cor meum pra timore gloriæ tuæ: valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum.* Profectò Eſther adulationis vitium non incurrit, verùm dum prudenter laudat, quàm ſit efficax laus ad impetrandam veniam demonſtrat. Regis facies ardentibus oculis pectoris euaporabat furorem; illa tamen vultum gratiarum manibus ad venuſtatis normam atteſtatur ambitioſè confictum, & pulchritudine Angelicum, dúmque dilaudat formam, aſſequitur Principis gratiam. Adeſt noſter Sanctius ad hunc lo- Sanctius. cum: *Rediit ad ſe tamiſper ex ea perturbatione Regina, rationémque reddit, cur ſolicito, & examinato pene Regi non reſponderit. Quæ ratio ad conciliandam, vel retinendam benevolentiam plurimùm valet: non enim dicit minaces,*

Digitized by Google

& scintillantes oculos, aut Persarum sanissimam legem languoris sibi & consternationis fuisse causam; quia id Assuerus durius accepturus videbatur; sed maiestatem, & splendorem, & quia aliquid in eo diuino simile spectare videbatur. Profectò verba hæc aliqualem adulationis colorem præ se ferunt, & quamuis Esther adulari non tentauerit; tamen non sine mysterio elogia protulit, dum violatæ à se, vt videbatur, legis remitti exoptabat culpam, & lucrari erga populum suum furore ardentis Assuери gratiam: vt videas quàm cupiant Magnates Numini exæquari, quamque gaudeant laudibus repetitis extolli.

186 Deliquerat Saül diuinam legem transgressus, & multis soluendæ rapinæ cupidus; cúmque Samuël approximaret, occurrit, eúmque exertis laudibus prædicauit: *Cùm venisset Samuël ad Saül, dixit ei Saül: Benedictus tu Domino.* Quid tunc Samuël? *Ait Samuël ad Saül: sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte.* Profectò Samuël, dum se fini postulat, vinculis quodámodo illigatũ declarat. Iam si quæ fuerint, quibus tenebatur, vincula inquiras, respondebit Gregorius ad hunc locum fuisse adulationem illam, laudémque, qua Saül Samuëlem eximium, omnique virtute exornatum conclamauit. Profectò is erat Samuël, qui adulatione non pulsaretur; verùm dum reus ad adulationem recurrit, dúmque iudex se quodammodò illigatum ostendit, nobis claret quanta sit adulationis efficacia, quamque inaurare soleat delicta. Accipe Gregorium: *Sine me: quasi dicat: Dum à verbositate non desinis ea, quæ audire debes, loqui me non permittis. Potest etiam hoc verbo adulatoris intentio derideri, qui dum blándimento laudis placere se credit, eos, quos laudat, se quasi tenere eisdem laudibus arbitratur. Tale est ergo ac si laudatorem suum electus præsul honesta gravitate derideat dicens: Quia me laudas, loqui tibi dura non possum.* En fatetur ad nostram eruditionem electus Samuël se duram in Saülem, dum allaudat, sententiam fulminare non posse: quia experitur se laudibus vinculorum instar teneri: *Quia me laudas, loqui tibi dura non possum,* Adde sic adulatione adnlatores confessos, vt quantumuis deliquerint, se dare pœnas posse non credant. Adest ipse Saül huius veritatis testis.

1. Reg. 15. v. 13.

Gregor.

187 Vt inaurateret delicta, se contulit ad adulationis elogia, & laudibus celebratus Samuël, quæ à Domino acceperat, ni Saül permittat, dicere non est aggressu: *Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte* Quid tunc? Non veretur sententiam timidus; sed audire iam tentat auidus. *Dixitque ei: Loquere.* Inquiramus, si placet, cur Saül sui delicti conscius sententiam veritus non fuerit audire, sed audacter Prophetæ permiserit pronunciare: *Loquere.* Quia sic fidebat, respondebit iterum Gregorius, prolatis Samuëlem laudibus deliniendum, vt sperauerit non dura prolaturum; sed grata. Gregorium audi: *Quia vt ipsi placere se laudando adulatores credunt, audire ab eis dura, quos laudam, nequaquam putant. Quasi ergo iam læta aut prospera auditurus subsequitur Saül dicens: Loquere.* Non timet de sæculi more: quia dum credebat laudibus oblectatum, sperabat prospera locuturum.

Gregor.

§. XLV.

Nonnulli sic fateri solent delictum, vt non deleuerint pœnitentiâ; sed incrementauerint arrogantiâ.

188 VT demulcet iratum animum humilis erroris confessio, & criminis lachrymosa propalatio, sic vel facilè ingenium exasperat, & pium animum exacerbat delictum fateri perfricta fróte, & audenti facie: perpetratum facinus aggrauat inuerecunda facinoris complacentia, & placuisse testatur sæpè arrogans cõfitentis audacia. Supplici, erratúmque humiliter agnoscenti quodammodò debetur venia; at qui procaciter confitetur à se patratum delictũ ad arrogantiæ pompam, pœnã sibi adaggerat, & vel clementem irritat. Agens Tertullianus de nonnullis malè pœnitentibus sic aiebat lib. de pœnitent. c. 1. *Facilius per eamdẽ delinquũt, quam per eamdem rectè facium.* Ipso nonnulli laborant remedio, & dum videntur ad pœnitentiã delicta cõfitendo recurrere, inueniuntur ipsa confitẽdi inuerecundia aggrauare. *Vniuersam vitæ conuersationem,* addit Septimus, *sine gubernaculo rationis transfretantes imminentem sæculo procellam vitare non norunt. Quam autem hi pœnitentiæ actu irrationabiliter diuexẽtur vel vno ipso satis erit expedire.* Vt confusis procellæ vorticibus agitatis in ipso portu contigit aliquando naufragium subire, dum celeriùs, imprudentiúsque immolant tellurem præsare: sic nonnulli in ipsa pœnitentia fœdantur culpis, quia à pœnitentiæ diuersa ratione, confessionísque proprietate. Adest huius rei non infirmum testimonium in Zebee & Salmana: occiderãt olim viros nobilitate claros, corporis habitus decorè cõspicuos, cúmque à Gedeone interrogati suam debuissent culpam humiliter cognoscere, & modo ipso confitendi leuigare, sic infeliciter desipuerũt, vt ipsa criminis confessione ostentarint iactantiam, & animum Gedeonis inflammauerint ad vindictam: *Dixit ad Zebee, & Salmana: Quales fuerũt viri, quos occidistis in Thabor?* Quid tunc? *Similes tui, & vnus ex eis quasi filius Regis.* Sibi quodammodo de nece plaudunt, dúmque ipsa culpæ confessione fastidiosam omnibus ostentauere arrogantiam, igniculos iniecerunt audientibus ad vindictam. Adest Arias Montanus hìc: *Superbo ac barbaro, regia tamen maiestatis non experte responso confessionem hanc editam intelligimus, non qua pœnas deprecaretur; sed sponte ac deliberato animo factum declararet.* Iure optimo Gedeon damnauit morte, quos hic audiuit sic delictum suum confitentes imò ipsa confessione iactantes: *Dixit Esther primogenito suo: Surge, & interfice eos.* Sibi maturarunt mortem confessionis arrogantia; vitalssent salubrima sceleris pœnitentia.

Montan.

189 Ieremias hanc comprobat veritatem, dum aliquos refert ipsam cõfusionem ad euanidam detorsisse superbiam, & stultã vanitatis deflexisse gloriolã: *Confusi sunt,* inquit, *quia abominationẽ fecerũt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.* Contraria videtur protulisse Propheta, dũ testatur cõfusos, & adiicit ipsa cõfusione gloriosos. Et quidẽ si ipsa cõfusione non sunt confusi, nõ asserãtur verecũdia Numinis tacti: aut si erubuerũt, non dicãtur nõ cõfusi. Proh peruersitatis ingeniũ!

Ieremi. 6. v. 15.

Ipsam

Ipſam confuſionem detorſerunt ad vanitatis fomentum, & eo ipſo,quo debuiſſent erubeſcere ad ſalutem,adauxerunt infirmitatem confuſi ſunt, dū perpetrauere opera, quæ attulerint ignominiam; verùm confuſi non ſunt,dum ipsâ nutriunt materia confuſionis ſuperbiam, & alunt inſolentiſſimam arrogantiam: *Confuſi ſunt; quin potiùs confuſione non ſunt confuſi: debet enim*, inquit Hugo Cardinalis, *verè pœnitens confundi interiùs & exteriùs.* Addit: *Et erubescere neſciuerunt, ideſt, noluerunt,ſiue approbauerunt,ſecundum illud: Noluit intelligere,vt benè ageret; imò contemnunt omne bonum propter nimiam mali ſui conſuetudinem supra 3. Frons meretricis facta eſt tibi,noluiſti erubeſcere.* Vt meretrix omni abiecto pudore ipſam ignominiam ad vanitatis referre gloriatur pompam ſéque à pluribus adamatam ſtultiſſima ſolet oſtentare ſuperbia: ſic plures confuſionem ſuam referunt ad vanitatem ipſa confuſione innutriendam, & indecoram gloriam captandam. Itaque criminis cōfeſſio tranſit in vanitatis fomentum,& arrogantiæ delirium. Ecce non refugiunt Zebee & Salmana fateri delicta; verùm ea confeſſio orta non eſt ex humili lachrymoſáque pœnitentia;ſed ex inſolenti arrogantia.

Hugo.

190 Legionarij illi dæmones,qui Chriſto Domino Geraſenorum portum appellenti occurrerunt, ſuā confeſſi culpam exclamant: *Quid nobis & tibi, Ieſu fili Dei?* Quaſi dicant,vt exponit Chryſol. ſerm. 16.Quid tibi qui paradiſi eos odor,cum tetris ſepulchrorum halitibus? Quid tibi nobiſcum,quando tu Dei Altiſſimi natus filius, nos culparum, ſceleruмque copioſiſſimus cenſus, & ſummam tranſgreſſus numerus? Accipe Chryſologi verba: *Hoc eſt,dicere: Vitæ auctor, quid tibi cum mortuis? Habitator cæli quid tibi cum ſepulchris? O odor paradiſi quid tibi cum fœtore?* Audis dæmones Chriſti virtutem ad ſpeciem deprædicantes,diſcriménque confitentes; verùm ſi animaduertas: quò hæc confeſſio tetenderit, inuenies ortam non fuiſſe à pœnitentia; ſed à ſumma, inſolentiſſimáque arrogantia ſuam vicem deplorant, & deplorando ſuperbiunt, quid contra Deum olim tentarint, inuerecundi producunt: & ſibi ad ſpeciem lugentes plaudunt, faſsíque crimen ipſa confeſſione crimini inſeruiunt. Notauit Tertullianus lib. 4. aduerſ. Marcion. cap. 6. *Nec dixit: Quid tibi & nobis? ſed quid nobis, & tibi? Se deplorans, & ſorti ſuæ exprobrans.* Itaque faſſi ſunt intuliſſe Dei verbo bellum, & cùm debuiſſent erubeſcere de temeritatis auſu, ſe iactabant, & gloriabantur de ſtudio, nec deiectionem crimini deputabant; ſed ſorti: *Sorti ſuæ exprobrans.* Itaque in ipſa confeſſione reſpirabant arrogantiam, Chriſtóque Domino ſe præferentes, & quodammodo gemitibus ipſis gloriantes inferebant iniuriam; ipſa confuſione non ſunt confuſi; ſed audaciùs, & inſolentius Superbi. Profectò hæc dæmonis confeſſio eſt,qua ſibi adauget pœnam,nec delet culpam. Et quidem nonnulli ſunt, qui dum fatentur culpam, nutriunt tumorem, & geſtiunt gloriari, vnde debuiſſent demiſſo vultu erubere.

Matth.8. v.29.

Chryſol.

Tertullian.

191 Saül à Deo in Amalecitas armatus ſic cupiditati indulſit, vt diuinum præceptum tranſgreſſus fuerit: Samuël inflicturus criminis pœnam aduentat, & quamuis gregum balatibus proderetur delictum,interrogare aggreditur reum: *Dixit Samuël Et quæ eſt hæc vox gregum, quæ reſonat in auribus meis,& armentorum,quàm ego audio?* Gregum, armentorúmque voces exertè edicti tranſgreſſionem promulgabant; verùm Samuël vti æquiſſimus & prudentiſſimus iudex iuſtæ indignationis feruorem continet, vſque dum ritè delinquentem interroget, ne ſi inaudito reo duram proferat ſententiam,læſiſſe videatur iuſtitiam. Ergo rogatus Saül greges teſtatur ſeruatos; ſed ad exornandas Numinis aras,& ad offerendas victimas: *Et ait Saül: De Amalec adduxerunt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis,vt immolarentur Domino Deo tuo; reliqua verò occidimus.* Expende te occiſionis fateri participem; ſed prædæ expertem: occiſio namque famulabatur præcepto,præda delicto: ergo delictum in alios tranſtulit, gloriæ ſibi partem adſcripſit,cùm conducibilius eſſet ſe fateri criminis reum, & præceptis aduerſarium. Iam holocauſti meminiſſe nil aliud fuit,quàm ipſo crimine ſectari laudem,& ipſa cōfeſſione ſtultum ſibi plauſum perquirere. Adeſt Gregorius ad hunc locum: *Dum adducta ab Amalec aſſerit, quæ Domino immolentur, tacitè profert non vnde reprehendi debeat;ſed laudari:& adhuc addens dicit: Reliqua verò occidimus.* Ecce peccata confitetur,vt floreat laude,cum fateri debuiſſet,vt deleret pœnitudine. Et vtinam vnicus Saül perpetratum ita confeſſus fuerit peccatum;verùm sūt plures, qui ſua delicta geſtiant confiteri: quia ab ipſa geſtiunt laudari; vnde decentem gigni oporteret verecundiam,inuerecundam naſci ſæpe perſpexeris inſolentiam.

1.Reg.15. v.14.

Gregor.

Eliu, vt aliquos ſua peccata ad oſtentationem 192
fateri,non ad pœnitentiam veram agnoſcere oſtēderet,ſic aiebat: *Reſpiciet homines & dicet: Peccaui, & verè deliqui,& vt eram dignus,non recepi.* Quid eſt, *Reſpiciet homines?* Id eſt,auram captat,dum humilitatem ſpecie oſtentat. Audi Gregor. lib. 24. moral.c.6. *Iſte de confeſſione peccati ornari voluit, non humiliari: per accuſationem ſuam humilis appetiit videri,non eſſe.* En peruerſus confeſſionis fructus:inde oritur vanitas, vnde oriri debuiſſet humilitas, & qui delicti confeſſione debuit peccata delere,ipſa inuentus eſt confeſſione incrementare. Reges commiſſa fatentur homicidia; verùm ipſa confeſſione quodammodò gloriantur ſe perpetraſſe peccata.

Iob 33.v.27

Gregor.

§. XLVI.

Nobilitate conſpicuis vel in aduerſa fortuna exhibenda eſt reuerentia, nec plectendi communi, cæteris multâ.

193 OMnes,ſi ad primam originem reuocemur,ex eodem luto prodimus:eadem omnibus origo eſt.Verùm plures aut bellica fortitudine,aut ſcientiæ ſplendore ſpectabiles præ cæteris ſe reddiderunt,& virtutis ſtemmatibus nobilitarunt. *A primo mundi ortu*,aiebat Seneca epiſt. 44. *vſque in hoc tēpus perduxit nos ex ſplendidis, ſordidiſque alterna ſeries. Non facit nobilem atrium plenū fumoſis imaginibus:nemo in noſtram gloriam vixit:nec quod ante nos fuit,noſtrum eſt. Animus facit nobilē,cui ex quacumque conditione ſupra fortunam licèt aſſurgere.* Verum dixit,ſi nobilitas æqua rationis lance penſetur;verùm is inoleuit inter homines error,vt nobilē non exiſtimēt eximiisvirtutibus adornatū;ſed magnis celebrādiſque parentibus ortū:& quidem his, quos nobiles appellat vulgus, decet exhibere

Seneca.

Digitized by Google

reuerentiam, & ipſa reuerentia maiorum teſtari gloriam. Turpiter, inciuiliterque errat, qui dignitates confundit, & ortus diſcrimina non agnoſcit: magnis parentibus orto, ſplendidiſſimiſque natalibus claro, pluſquam ſordido ac plebeio debetur, ſiue torua illum fortuna deiecerit, ſiue placidior leuauerit. Hanc veritatem teſtatur Gedeon, qui cùm cepiſſet Zebee & Salmana, morti damnauit, quia fratres ſuos, quos vel ipſe aſpectus prodebat nobiles, bello captos communi damnarunt ſententia, puniuerúntque mulcta: *Dixit ad Zebee & Salmana: Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor? Qui reſpondérunt: Simules tui, & vnus ex eis quaſi filius Regis.* Fratrum vindicauit mortem Gedeon; verùm, vt Ariæ Montano placet, non tam illum impulit fratres occidiſſe, quàm illorum nobilitatẽ nullo diſcrimine decoraſſe: doluit fratres peremptos; ſed fortaſſe plus doluit, nulla habita nobilitatis ratione, communi morte mulctatos: *Hebendam quoque in ipſo bello ſummorum, atque præcipuorum virorum rationem* (inquit Arias Montanus, *eorum maximè, qui vel ingenuitatis vel virtutis ſpeciem præferunt, antiqui omnes qui humanum ſentiebant, cenſuerunt.* Addit: *Huius elementiæ reges iſti Zebahh, & Salmunag obliti duos elegantiſſimos iuuenes, ac ex ipſa ſpecie regno dignos exiſtimatos non propugnantes, ſed iam captos inhumanè & crudeliter, præterque regium decorem occiderant.* Digno ſupplicio hi duo Reges affecti ſunt: quia ſibi ipſis quodammodò extiterunt iniurij, dum nobilitatis obliti. Et fortaſſis ipſe Gedeon, ne quam in illis carpſerat, culpam incurreret, Principes occidendos decreuit manu, & ſua poſteà occidit, vt de occidentis dignitate aliqua illis fieret gratia, dum lucebat vel in ipſo ſupplicio aliqua exhibita reuerentia: *Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana.* Nobiles ingenuóſque noluit carnificis manu interfici; ſed regio mucrone occidi. *Hæc cauſa eſt*, ſubiungit Arias Montanus, *quamobrem hi priuato cuipiam, aut tortori publico ad occiſionem ſiue ſupplicium non ſunt traditi.* Mortem decreuit culpæ; ſed nobilitatis vel in ipſo ſupplicio ratio fuit habita, reuerentiáque exhibita.

Montan.

194 Euangeliſta, vt ardentiſſimum in Chriſtum promeret inimicorum odium, communi ait cum latronibus morte interemiſſe, & Regem plebeiis annumeraſſe: *Erat hora tertia, & crucifixerunt eum & erat titulus cauſæ eius inſcriptus Rex Iudæorum. Et cum eo crucifixerunt duos latrones.* Lucebat in crucis vertice titulus Chriſtum Dominum Regem euulgans: *Rex Iudæorum:* & quem nobilitatis titulus ſeiungebat, communi odium morte damnabat, imò vt exaggeraret cruciatus, vt mortis dolores incrementaret, inuenit æmulationis ingenium crudeliſſimè deſæuiendi artificium, dum non ſolùm turpiſſimæ incumbunt neci, ſed & tenebras offundunt nobilitati: fatentur nobilem, vt dum nobilitati iniuriam irrogant, dolorem adaugeant. Et quidem ſæuiſſimum hunc fuiſſe dolorem non tacuit Propheta: *Cum ſceleratis*, inquit, *reputatus eſt.* Quaſi dicat: Promulgarunt nobilem, & communi cum latronibus morte damnarunt, vt dolorem ingeſſerint ardentiſſimum. Adeſt Theophylactus hîc: *Rex Iudæorum: vt etiam per hoc ipſius gloriam carperet.* Dum declarat nobilem, & latronis ad inſtar punit, nobilitatis gloriam obſcurat, & morti dolores aggerat: apud mortales namque minus doloris afferre ſolet mors, ſi honeſta, plus ſi turpiſſima. Auguſtinus in Pſal. 63. id factum teſtatur, vt implerint quod apud Salomonem deſideraueràt, ſcilicèt turpiſſima morte interimere, ſicque dolorem augere: nec enim turpior eſſe poterat, quàm ſimul priuare nobilitatis priuilegio, & ſalutis commodo. *Verbum ipſorum*, inquit, Auguſtinus, *agnoſcimus in ſapientia Salomonis: Morte turpiſſima, inquiunt, condemnemus eum.* Turpiſſima morte damnant, quem nobiliſſimum inſcriptionis titulo affirmant, vt ſic ardentiſſimo adulentur odio, dum nequeunt duriore diuexare tormento.

Mar. 15. v. 25.

Iſai. 33. v. 12.

Theophyl.

Auguſt.

195 Iehu ouanti expicta Iezabel è feneſtra inſultat, præcipitati inſultantem iubet: *Præcipitate eam deorſum.* Extemplo miniſtri adimpleuere præceptum, & fortan ipſi qui paulo ante flexo genu florentem felicitate, adorarunt, aduerſa fortuna vſam ſummo contemptu proiecerunt; verùm, Iehu, etſi vitâ mulctarit nobilitatis rationẽ haberi voluit, iuſſítque, vt quam præcipitarant procacẽ, honeſto loculo reponerent nobilem: *Ite & videte maledictam illam, & ſepelite eam, quia filia Regis eſt.* Etſi prauitati intulerit ſupplicium, origini exhibuit obſequium, ne videretur nobilitatem deſpicere, & iniuriam glorioſis ſtigmatibus irrogare. Adeſt Abulenſis quæſt. 31. *Sepelite eam, quia filia Regis eſt: Quaſi dicat: Licèt ipſa ſit indigna ſepulchro: quia tamen filia Regis eſt, honoretur ſaltèm in hoc quòd ſepeliatur.* Prudenter diſtinxit, dum honorem origini, & ſupplicium decreuit iniquitati.

4. Reg. 9. v. 33.

Abulenſ.

196 Nabuchodonoſor ambitionis phrenitide ſic inſaniuit, vt opus fuerit vinculis illigari; verùm cùm in terra non eſſet, qui ſententiam promeret, è cælo ruit vox, quæ ſupplicium intimaret: *Vox de cælo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: regnum tuum tranſibit à te, & ab hominibus eiicient te.* Etiam translato regno appellat regem, & quem conſtringit vinculis ambitioſum vel in ipſa ſentẽtia ſuſpicit dignitate conſpicuum. Non ait Tibi dicitur Nabuchodonoſor, quod ſatis erat ad ſupplicium promulgandum; ſed addidit *rex* ad obſequiũ nobilitati exhibendum: cæleſtis vox erudire voluit mortales ſeparandam videlicèt culpæ pœnam à nobilitatis iniuria ſi iam culpa ea non ſit: quæ nobilitate exauguret, & origini notam creet. Adeſt Theodoretus orat. 4. *Ipſum adhuc regem vocat, & præſentem adhuc gloriam, & haud multò poſt futuram ignominiam oſtendens.* Decreta eſt ignominia vitæ, titulus ſeruatus eſt famæ: regno depulit; ſed in ipſa expulſione vti regem allocutus eſt cæleſtis miniſter, quo docuerit honorem nobilitati habendum, etiamſi peccatum fuerit mulctandum.

Daniel 4. v. 28.

Theodoret.

197 Iſaias vt qua in populum Deus indignatione arderet hominibus euulgaret: *Ecce Dominus diſſipabit terram,* (inquit) *& nudabit eam, & affliget faciem eius, & diſperget habitatores eius.* Diſperſione audita putares calamitati nihil addendum, nec dolorem ampliùs exulcerandum; verùm eò ſe effudit calamitas, vt ſacerdotes adæque ac populares, Dominos ſimiliter ac ſeruos habendos proferat: *Et erit ſicut populus ſic Sacerdos, & ſicut ſeruus ſic dominus eius.* Aliquid inuenit, quod morti adderet, videlicèt communi ſeruis morte dominum puniri, & Sacerdotem, nullâ dignitatis ratione habitâ, caſtigari. Adeſt Procopius apud Gloſſam: *Dei furore illorum nobis oſtenditur meritum qui putantur, quo omnes ſint excelſi, ſiue humiles fuerint, ſimiles habentur: eximiorum enim, & Magnatum rationem non ſolet hoſtis habere; ſed*

Iſai. 24. v. 1.

Procop.

ſed vſitatum ordinem confundere. Politices ratio vel hoſtibus ſuadet Magnates ſulpicere,nec communi gregarius ſupplicio plectere. Ergo Dominus, vt nobilis prorſus ſceleribus dediti, & Sacerdotis flagitiis denigrati mirè ſupplicium auget, æquali morte cum abiectis nobiles teſtatur puniendos, & Sacerdotes vti ſæculares mulctandos: & quidem ingentiſſimum, acerbiſſimúmque erat huiuſmodi ſupplicium; quando nobilitati vel vltimo infortunio deiectæ eſt honor habendus, & venerationis modus ſeruandus.

§. XLVII.

Accepta dignitas ſit clementiæ fomentum, non propriæ vindictæ auxilium.

198 QVi dignitatis iubare ſplenduit, lucis tenetur imitari naturam,& implere opere, quod blando promittit lumine: lux ſæuitiam arcet, feritatem ad profunda latebrarum antra detrudit: Solis ortus fugat truculentiam,detorquet audaciam. Pſal. 103. v. 20. *Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox*, aiebat Pſaltes, *in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur; exibit homo ad opus ſuum.* Profectò ſyderis benignitate ſecurus, non acti timore diſtortus exit ad opus ſuum homo, qui ſine lucis auxilio occultabatur deterritus,&timore præpediebatur ligatus. Ob id fortaſſis cum Chriſtus Dominus montis teneret cacumen, Solis ad inſtar Matth. 17. v. 2. refulſit. *Reſplenduit*, inquit Matthæus, *facies eius ſicut Sol: veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix* Montis cacumine veſtimenta profert nullo ſanguine ſordidata, cum alibi, etſi nobiliter, ſorduerint ſanguine tincta. Dum Solis refert facie ſplendorem,omni aduerſatur ſæuitiæ,& auxiliatur clementiæ. Profectò Caius Cæſar cùm triumphũ reportaſſet, ſic abira abſtinuit, vt non ſolùm decreuerit non vlciſci ſed curauerit non poſſe. Ita Seneca Seneca lib.2.de ira cap.23. *Fecit hoc & Caius Cæſar ille,qui victoria ciuili clementiſſimè vſus eſt.Cùm ſcrinia deprehendiſſet epiſtolarum ad Pompeium miſſarum ab iis, qui vocabantur aut in aduerſis, aut in neutris fuiſſe partibus, combuſſit: quamuis enim moderatè ſoleret iraſci,maluit tamen non poſſe.* Non talis fuit,qui dignitate abuteretur ad vltionis auxilium; ſed qui eam adornaret vſus poteſtate ad clementiæ decantandæ ſuffragium. Itaque næuum dignitati infert propriæ iniuriæ vltor,vt benignitatis honorat auctor. Verùm ſic inardeſcere ſolent homines ad vindictam vt dignitates ob id ſolùm ardenter exambiant. Ecce Gedeon reportato de hoſtibus triumpho fratrum ſuorũ neces vlciſcitur & effuſo propria manu ſanguine,ſi fas eſt dicere ſordidatur: *Quales fuerunt viri, quos occidiſtis in Thabor?* rogat Zebee & Salmana:cúmque illi formam retuliſſent,addit: *Fratres mei fuerunt,filij matris meæ. Viuit Dominus, quia ſi ſeruaſſetis eos, non occiderem.* Occiſionis cauſam declarauit, & ad propriam vindictam triumphum detorſit: Abulenſ. *Quia occidiſtis fratres meos*,ſcribit Abulenſis q.15. *iuſtum eſt quod ego vos occidam.* Quam antea ſuſpirauerat vindictam, adeptus dignitatem exercuit, & accepta poteſtate fratrum interfectores occidit.

199 Aman dignitatem adeptus varias cauſas colorauit, vt maiorum ſanguinem ab Hebræis effuſum effuſo ſanguine exigeret, vicéque redderet: *Poſt* Eſther. 3. v.1. *hæc rex Aſſuerus exaltauit Aman filium Amadati, qui erat de ſtirpe Agag, & poſuit ſolium eius ſuper omnes Principes, quos habebat.* Vix poteſtatem acceperat, cùm iam captioſas Hebræis prætendit inſidias, & primum eius ſtudium fuit, quo die,& quo mense deberent interfici, ſortibus indagare, & ad indagandum Sortilegium conſulere. *Miſſa eſt ſors in vrnam,quæ Hebraicè dicitur Phur,coram Aman,quo die, & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici.* vt Vindictam diſponeret, leuis occaſionis anſam arripuit: *Hic conſequenter ponitur*, inquit Lyra, *ipſa machinatio, & non ſolùm contra Mar-* Lyra. *dochæum; ſed occaſione eius contra totum populum Iudaicum.* Audi quæ ſubdit: *Maximè quia eum iam habebat odioſum propter interfectionem Agag, de cuius ſtirpe erat.* Multis retro ſæculis Agag ab Hebræis fuerat occiſus, manebat tamen altè eius mortis ſenſus repoſitus: ergo accepta dignitate prima Amani ſolicitudo fuit occaſionem prætexere, & maiorum ſanguinem vindicare. O quot improbandum Amani ſequuntur exemplum, ſi dignitatem obtineant, cauſas colorant, vt videantur religionis negotia promouere, cùm eorum ſit cura iniurias alio acceptas tempore vindicare.

200 Ioſephus à fratribus venditus, poſt calamitatum fluctus, poſt tot mentiti criminis procelloſas tempeſtates thronum vt portum appulit, fratres fame compulſi aduentant,cúmque facilè potuiſſet illatam vlciſci iniuriam, opiparam maluit inſtruere menſam: *Sedernot coram eo.* En quos poterat Geneſ. 43. v. 32. onerare ſuppliciis,eduliis recreat delicatis Et cur, inquires,dignam de fratribus vltionem non expetat,qui illæsâ poterat expetiuiſſe iuſtitiâ? Quia noluit, reſpondit Baſilius Seleucienſis orat. 8.dignitatem obſcurare, ſi acceptam poteſtatem in propriæ iniuriæ vltionem obarmet, & pro omniũ ſalute conſtitutus ſplendorem dignitatis innubilet. Baſilius audi: *Fert conuictus domeſtici ſocios ſui* Baſilius. *nundinatione prius altos, & oblati per quietem manipuli eriguntur. Accepta igitur vlciſcendi poteſtate videamus qualis fuerit. An tunc, qui ſplendeſcebat, virtutis characterem obſcuranit? Num ex dignitatis occaſione præclarè factorum labes, & ruina ſubſecuta eſt? Nequaquam: cùm enim in manibus haberet homines iniurios, & punire non fratres; ſed hoſtes potuiſſet, quid egit? Vide inuſitatam vltionis formam: inuidiam, venditionem, bellumánque immanitatem humanitatis obſequiis vlciſcitur.* Non poterat Ioſephus miris coloribus pulchram non repræſentaſſe oculis Chriſti imaginem,quando poteſtatis gladio non eſt vſus ad iniurias vindicandas; ſed ad minus nobiles paſſiones corde abſcindendas; inuidentiam,venditorúmque effectus dominus ſolùm iniuriæ meminit, vt illorum depelleret anxietatem, non vt arderet vltionem, Superiores, præfectóſque inſtruens, ne poteſtate abutantur, dum poteſtatis gladio iniurias proprias ſtudioſè vlciſci moliuntur.

201 Chriſto Domino maieſtatis thronum inſcendenti Pater hoſtes pedibus conculcãdos ſubſternit: Pſal.109.v.1. *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dexteris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Et quid opus eſt patrem ſub Chriſti pedibus hoſtes ponere,quando ipſe omnem poteſtatem in Matth.28. v. 18. cælo & in terra accepit: *Data eſt mihi omnis*

poteſtas in cælo & in terra? Ergo accepta poteſtate inimicos conterat, hoſtéſque veſtigiis ſubiiciat. Imò acceptæ poteſtatis veluti legitima conſequentia benefacere omnibus fuit: adiecit namque: *Euntes ergo docete omnes gentes.* Potens impertitus eſt beneficia, non decreuit hoſti tormenta; imò cùm dignum fuerit hoſtium, inſultantiúmque temeritatem punire, Pater vindictam ſibi adſcripſit: *Donec ponam* inquit, *inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum*, Ne quis putauerit Chriſtum Dominum proprias vlciſci iniurias dignitatis, potentia, licèt heri poſſet abſque dignitatis iniuria; imò Apoſtolos inſtruens inimicis benefacere iuſſit beniguitatis ſtudio, & ab omni vindictæ abſtinere deſiderio. *Pater aſſumpto in cælum Chriſto Domino dixit verba, quæ ſequuntur*, ſcribit Euthymius. Addit Incognitus: *Hic oſtendit quomodò omnia Chriſto homini fuerunt ſubiugata.* Eadem Patris, Verbíque potentia eſt; verùm ad noſtram eruditionem, dum throno inſidet Filius, non dicitur hoſtes pedibus conculcaſſe; ſed Patrem conculcandos ſubiecíſſe: vt nouerint quicumque poteſtatem acceperint, hoſtili ſanguine dignitatis ſplendorem non cruentare nec per ſe iniurias proprias vlciſci.

Euthym. Incogn.

202 Baſilius Seleucienſis Danidem diuinitus ad dignitatem electum probat, dum populi, communíſque ſalutis hoſtem audacter percutit, & ſibi inſidias molienti generoſiſſimè parcit. Saül in Dauidem cantu abigentem dæmonem haſtam contorquet; ille verò, quæ Prophetam decebat, lenitate vſus oſori indulget, & ſaluti inimici prouidet: *Declinauit Dauid à facie eius ſecundò.* Declinauit non timidus; ſed magnanimus: hoc probat certaminis cum gigante prouocationem ad ſe rapuiſſe, & lapide infixo proſtraſſe: *Præualuit Dauid aduerſus Philiſthæum in funda & lapide.* Hoſti communi intulit bellum; peculiari verò ſibi hoſti pepercit, & venia dignitatem mirè exornauit: *Militem ſuum*, inquit Baſilius orat. 15. *producit in medium, gratia verè regem factis declarans.* Quibus factis? Gigantis, communi ſaluti aduerſantis mulctâ, & Saulis inſidiantis ſibi veniâ: dignitatem noluit polluere propriæ iniuriæ vindicta, nec ſordidare maieſtatem, ſi in communem hoſtem non prænſauerit arma. Itaque dum in communem hoſtem armatur, dum ſibi aduerſanti veniam dilargitur, ſe cælitus probat ad dignitatem electum, & æternat dignitatis ſibi faſtigium.

1. Reg. 18. v. 11.

1. Reg. 17. v. 50.

Seleuciens.

---

§. XLVIII.

Optimi parentes temporis non expectant ſuffragium, vt filios impulerint ad virtutis ſtudium.

203 VEhemens deſiderium temporis tranſgredi ſolet menſuram: quia tarda ſunt cupiditati, quæ opportuna videntur tempori, vna nocte creuit vitis illa, quæ ſaporatas obtulit pincernæ vuas, & nihilominus viſa eſt illi paulatim creſcere: *Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere*: ſi proceſſus dimetiatis tempore, creuit ad miraculum breuiſſimè: ſi votis comparaueris, tardè. Ergo deſiderium temporis lege ſoluitur, ipſámque celeritatem celeritate tranſgreditur. *Tarda ſunt*, aiebat Seneca epiſt. 121. *quæ neceſſitate impelluntur: agilitas ſpontaneus motus eſt. Adeò autem non adigit illa ad hoc doloris timor, vt in naturalem motum etiam dolore prohibente nitantur ſic infans qui ſtare meditatur, & ferre ſe aſſueſcit, ſimul tentare vires ſuas cœpit, cadit, & cum flexu toties reſurgit, donec ſe per dolorem ad id, quod natura poſuit, exercuit.* Vltra vires audet aliquando puer gradiendi deſiderio, quin fletu retardetur, aut caſu: vires reluctante natura exerit, & votis ætatem vincit. Et quidé quod pueris accidere teſtatur Seneca, & parentibus virtutis ſtudioſis contingere inuenies: filios ad virtutem erudiunt eà ætate, quæ vitij ant virtutis adhuc ignara, & ferè ad diſcernendum inepta: non expectant ætatis ſuffragia; ſed illa antenertunt virtutis deſiderio, & probitatis ſtudio. Hinc diſces cur Gedeon filium ætate inualidum in aduerſariorum necem impulerit, & glorioſè maculari effuſo ſanguine deſiderarit. *Dixit Iether primogenito ſuo: Surge, & interfice eos: qui non eduxit gladium: timebat enim quia adhuc puer erat.* Ætas retardabat; Sed pater impellebat: filius erat veluti arena, vbi luctabantur patris deſiderium, & ætatis ſpatium: ætas puerum timore ligabat; ſed pater adhortationibus adurgebat. Et quidem puerum inualidum in necem impellere, non erat imprudentiæ, temeritatíſue auſus; ſed ardens erudiendi ad virtutem puerum affectus: optimi namque patres non expectant temporis ſpatia, vt filios ad virtutem promouerint exercitia: tarda illis videntur, quæ neceſſitate impelluntur, ob ídque metu etiam aut dolore refragante, illos exercent, & vltra quod natura poſcebat, docent. *Paterna diſciplina documentum hoc tempore etiam Gedeon ſtatuendum minimè oblitus fuerat*, ſcribit Arias Montanus, *qui ad hoc Domini bellum prodituros primogenitum ſibi filium, quantumuis nondum firma ætate; tamen minimè relinquendum in otio & ignauia; ſed ſecum educendum duxit.* En Gedeon militiæ adſcripſit primogenitum militiæ præ teneritudine nondum aptum, vt tempus anteuerteret exercitio, & qui præ ætate paruulus: iam patris eruditione triumphis inueniretur glorioſus: *Cùm plerique hominum*, addit Arias Montanus, *maximè verò eorum, qui ſummi habentur, liberorum teneriori ætati indulgere plus nimio ſoleant, muliebríque magis quàm virili in ea re affectu, ſenſuque ducantur. Voluit igitur Gedeon edulti ſecum pueri virtutis & idolis periculum facere oblata occaſione magni, vti ſuperiùs dicebamus, facinoris.* Puerum voluit gladio accingi, in bellum procedere, in hoſtes vel refragante teneritudine irruere, vt tempus præueniret virtutis ſtudio, & ætatem anteuerteret patris laudabili documento.

Seneca.

Montan.

Moyſes vt aquilæ illius ſæculis decantandæ exemplo parentes eruditet; teſtatur teneros filios, & veluti implumes ad volandum prouocaſſe, & volandi adhuc ignaros humeris conuexiſſe: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Inquires, cur ad volandum prouocet, quos ferè implumes videt, & volatui nondum idoneos cognoſcit: Si queunt aërem pennis ſecare, quid ſupponat humerum? & ſi ſupponit humerum, quid eruditat ad volatum? O vtiliſſimam parentibus eruditionem! nondum firmauit ætas ad volandum vires; ſed iam aquila

204 Deuter. 32. v. 11.

prouocat

prouocat ad volatum, vt tempus anteuerterit magiſterium, & quæ tardè diſcerent expectato temporis adiutorio, doctrinali acquirerent exercitio:

Seleucienſ. *Vbi eos pennas aptos viderint*, ſcribit Baſilius Seleucienſis orat. 22. *inde eductos ad volatum exercent, & ipſe ſimul auram trauantes exercitationem volandi tutam fœtibus adhuc teneris præſtant: nonnunquam etiam deſerunt interea volitantes, quo virtutis volandi experimentum capiant.* Supplet aquilæ induſtria, quæ pullorum imbecillis non tulit penna: volant parentis impulſu, qui exiguo temporis non volarent proceſſu: edocentur metum calcare, & trepidatione ſepoſita ad volandum vel ante tempus plumeſcere. Nec diſſimile eſt, quod aiebat de Aquila Iob: *In præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſſis rupibus*: *inde contemplatur eſcam,*

Iob 39. v. 27 *& de longè oculi eius proſpiciunt; pulli eius lambunt ſanguinem.* Aquila ætate robuſta ad prædam inuolat, eaque ſaginatur, at cùm pulli præ ætatis teneritudine non poſſint prædam imbecillo roſtro diſcerpere, ſanguinem à parente docentur lambere, vt iam ſanguinis ineſcati dulcedine ambiant præ ipſa ætate inuolare, & laudabiles prædæ inſidias diſponere. Adeſt Gregorius lib. 31. moralium cap. 21. *Ac ſi apertè hæc Aquila diceret:*

Gregor. *Ego quidem eſcam meam diuinitatis eius potentiam de longè proſpicio; ſed vobis adhuc paruulis incarnationis eius tantummodò lambendum ſanguinem trado: nam qui per prædicationem ſuam tacita diuinitatis celſitudine infirmos auditores de ſolo cruore crucis edocet, quid aliud quàm ſanguinem pullis præbet?* Paulus excelſa aquila in altiſſima myſteriorum celſitudine commorata quos pullos agnoſcebat ad tanti Numinis claritatem nondum idoneos, Chriſti Domini effuſo in cruce ſanguine lactabat, vt interualla temporis præcurreret, & implumes ad volandum edoceret.

205 Iaias Euangelicus propheta, vt aurea eccleſiæ ſæcula myſtici ænigmatis coloribus adumbraret, puerum ait, ita à parentibus, vel ab ipſis vberibus, inſtruendum, vt eodem tempore vberibus labia infigat, & armatam in aſpidem manum extendat: additque denuò ablactatum reguli fore venenum: *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis; & in cauerna reguli, qui ablactatus*

Iai. 11. v. 8. *fuerit, manum ſuam mittet.* O felicem gerulam! O decantandam ſæculis matrem, quæ lactentem pro puerilibus crepitaculis ornauit triumphis, quæ docuit eodem tempore lac ſugere, & in aſpidem militare. Tempus videbatur certamini prorſus ineptum, vt aptum ludis: prudentiſſima ergo mater non negauit ætati ludum; ſed ſubigendo feras edocuit ludere puerum, quo non deeſſent congrua teneritudini ludorum oblectamenta, & digna parente inimicorum ſpolia: manicauit puer ludere, & ludendo detriumphare. Huc voco quod aiebat Tertullianus aduersùs Iudæos cap. 9. *Antè eſt inſpicias ætatis demonſtrationem, an virum iam Chriſtum exhibere iſta ætas poſſit, nedum Imperatorem, ſcilicet vagitu ad arma eſſet conuocaturus infans, & ſignum belli non tubâ; ſed crepitacillo daturus, nec ex equo, vel de muro; ſed de nutricis, & gerulæ ſuæ dorſo, ſuæ collo hoſtem deſignaturus, atque ita Damaſcum in Samariam pro mammis ſubacturus.* Addit: *Aliud eſt, ſi penes vos infantes in prælium erumpunt, credo ad ſolem vnctis priùs, de hinc pannis armati, & butyro ſtipendiati, qui amèa norint lanceare, quàm lancinare. Enimverò ſi nuſquam hoc natura concedit, amè militare, quàm verumfacere, ante virtutem Damaſci ſumere, quàm patrem noſſe, ſequitur vt figuratè pronuntiatum videatur.* Depinxit Iaias, inquit Tertullianus, Chriſtum Dominum virtutis, & perfectionis ideam: ergo ad matris vbera præceſſit exemplar, vt & pueros informaret, & ab ipſis vberibus ſubigere aduerſarios eruditet. Ergo ſi apud virtutis ignaros non inueniuntur pueri ad prælia inuncti, nec pannis armati, aut butyro ſtipendiati, apud Euangelij cultores reperiuntur infantes à parentibus edocti Chriſti Domini imitari exemplum, & conculcare aduerſarium: nec enim ius eſſet, vt malitia ad ſectanda ſcelera ſupplerit ætatem & virtus non miniſtrauerit deterendis hoſtibus fortitudinem.

Octo annorum erat Ioachim, ſcribit ſacer hiſtoriographus, *cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus, ac decem diebus regnauit in Ieruſalem feciſque malum in conſpectu Domini.* Mira res: nondum maturauerat ad vitam, & iam tranſiluit temeritatis inſaniam: puer erat regnando; ſed pueritiam egreſſus eſt delinquendo: eodem tempore coniungebat temporis pueritiam, & ſceleris ſimul audaciam: nec mirum quia maiorum ſequebatur exempla, & quodammodo exemplis trahebatur ad impietatis delitia. Ergo Gedeon filium doceat hoſtes occidere, & ante temporis aptitudinem ad virtutem tempus excedere. 206 2. Paralip. 36 v. 9.

---

§. XLIX.

Eximia patientia opus eſt ad tolerandam homuncionis inſolentiam, & ignobilis audaciam.

ILle magnus eſt nobilis eſt, aiebat Seneca lib. 2. de ira cap. 32. *qui more magnæ feræ latratus minutulorum canum ſecurus exaudis.* Vti magna probatur quæ ab exiguis catellis, & imbellibus aduerſariis impetita fera illorum audaciam immota contemnit, & paruipendens latratus audit: ſic eximia fulget patientia, ſi homuncionum ſuperbiam, & ignobilium arrogantiam ſuſtineat, & magnanima paruipendat. Innatum eſt hominibus acutiſſimo vltionis ſtimulo adurgeri, & ad rependendam iniuriam rapi; verùm acriùs ardentiúſque incitatur furor, cùm homines nullis naturæ dotibus exornati; ſed vel ex vltimis abiiciendi audacter laceſſunt, & impudenter in ſe meliores inſurgunt: potentioris auſus neſcio quo dignitatis priuilegio inauratur, & de poteſtate minuitur; at ſi abiectus, degenérque homo patientiam irritet, iram commoueat, iniuriúſque laceſſat, humanæ naturæ veluti metas tranſgredi opus eſt, vt illum patienter feras, nec ardentibus vltionis flammis aduras. Gedeon huius veritatis eſt teſtis, dum decantatiſſimæ tolerantiæ, & modeſtiæ exemplum copioſo circumdatus ſatellitio, Iethero imbelli, puerulóque in Reges à ſe captos iuſſit inſurgere, vitáque ptiuare. *Dixit Iether primogenito ſuo: ſurge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim quia adhuc puer erat.* Ab ignauo voluit ſtrenuos impeti, viros à puerulo diuexari, quo aliquid ſummæ eorum infelicitati adiiceret, duriúſque torqueret. Et quidem illi mortis contemptores, quique regni & vitæ amiſſionem imperturbato intuebantur aſpectu, rogarunt à viro impeti, nec ſuſtinuerunt ab ignauo & 207 Seneca.

puerulo diuexari : *Dixerúntque Zebee & Salmana : Insurge & irrue in nos : quia iuxta ætatem robur est hominis.* Patienter tulerunt à strenuo & eximiis dotibus exornato pœnam ; non tamen potuerunt ferre inertis audaciã. *A puero,* scribit Abulensis q. 17. *erat magnum dedecus occidi præcipuè ipsis regibus.* Addit : *Secundum fuit propter dolorem : quia si puer occisurus esset illos, oporteret quòd sæpè percuteret eos : quia pauca vires habebat, & paterentur nimis in hoc.* Dum robusti ab inualido imbellique repetitis ictibus feriuntur, nec vindictam possunt exigere, supra tolerantiam videntur ad speciem cruciari : licèt enim magna sit vltionis libido, à quocumque proueniat iniuria, sic crescit ab homuncione, & nullius pretij homine irrogata, vt patientiæ vires diuexet, & summo dolore sustinentem discruciet. Abulens.

208 Componamus, si placet, duas Elisæi actiones mysterio plenas, & ad thesim nostram confirmandam aptissimas. A Syriæ rege ad necem quæritur, & ab eius exercitu indagine arctissima, qua degebat ciuitate circumdatur : ille vicit oratione, & cum vtili aduersarios percussisset cæcitate, vindictam noluit expetere ; sed maluit opiparè cibatos remittere. *Dixit Rex Israel ad Elisæum, cùm vidisset eos : Numquid percutiam eos pater mi ? at ille ait : Non percuties : neque enim cepisti eos gladio & arcu tuo, vt percutias, sed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum.* Vides non solùm ausum tulisse patientiã, sed audentes vicisse beneficiorum & copia & gratia. Transi modò ad ipsius libri secundum caput, videbisque ascendenti prophetæ Bethel pueros paruulos insultasse, adeóque ægrè prophetam tulisse, vt egressis de saltu vrsis tradiderit, & iniuriam celerrimè vindicauerit. *Cùm ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes : Ascende calue, ascende calue. Qui cùm respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini : egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* Quæres cur mansuetus adeò propheta in puerulos, quibus vti puerulis condonanda videbatur offensa, graui desæuierit ira ? Profectò si venia sit donanda, aptius videbatur pueris parcere, militesque audentes punire, quàm militibus remisisse offensam, & illatam à pueris vlcisci iniuriam. Cur ergo propheta horum non sustineat insolentiam, cùm tulerit illorum audaciam ? Ipse profectò textus respondet : *Pueri paruuli*, inquit, *illudebant ei.* Militis audacia militiæ adscriptis videtur annexa ; at puerulum, eúmque paruulum procaciter insultare & excedebat ætatem, & nullam habere videbatur excusationem. Ergo licèt vtrobique idem propheta patiatur iniuriam, paruulis intulit dignissimam pœnam : exaggerabat namque illorum audaciam paruitas, & dignam exacuebat indignationem immatura temeritas : à fortibus alibi, alibi ab imbellibus impetitur : vtque noueris quàm sit acerbum ab homuncionibus impeti, ab exiguisque diuexari, militum audaciam tulit, & in paruulos ira efferbuit. *Rem parentibus instigantibus*, scribit Augustinus serm. 204. de tempore, & apud glossam, *fecisse pueri contumelioſi credendi sunt.* Dixerat etiam lib. 2. de mirabil. cap. 23. *Veniens in Bethel Elizæus à pueris parvis illudebatur.* Parentes non per se ; sed per filios parvulos, vt dolorem acriùs exulceraret, insultauere prophetæ : ille verò non patientiæ limites transgressus ; sed nostræ eruditioni dicatus, quo durius puniret, discerptis filiis patres vehementi dolore affecit ; & quàm sit durum hominem eximiis dotibus præditum ab obscuris, infimáque ex plebe homunculis iniuriis affici declarauit. 4. Reg. 6. v. 21. 4. Reg. 2. v. 23. August.

Huius veritatis testis est etiam Dauid. Sauli hastam in ipsum contorquenti, non solùm lenissimus condonauit iniuriam ; sed solicitauit cantu medelam : *Dauid psallebat manu sua, nisusque est Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul.* Medicaminis præmium hasta fuit contorta, furénsque inuidia ; verùm Dauid, qua prophetam decebat, lenitate vsus non succensuit inuidenti ; sed se subduxit discrimini. Hic ipse cùm ad Nabalem legationem instituisset, comitérque subsidium fami postulasset, duro rusticóque accepto responso sic ira incanduit, vt armatis militibus cinctus ad dignam exercendam mulctam properarit : *Accinctus est Dauid ense suo, & secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri.* Inquires cur contra Nabal sic inardescat irâ, qui Saulem tanta pertulerat tolerantia : denegauit rusticus officium ; sed contorsit inuidus telum : ergo aut effundatur in vtrumque ira, aut iniuriam obliuiscatur patientia. O expende, amabo te, magnum inter Saulem & Nabalem interceſſisse discrimen. Saul regia dignitate resplendebat conspicuus, reportatis sæpè de hostibus triumphis floreſcebat laureatus ; at Nabal stultus & iniquus erat, eius vxore testante : *Secundùm nomen suum stultus est, & stultitia est cum eo.* Ab ignobili ergo & rustico fugillari prosapiam, à stulto denigrari sapientiam, ab iniusto abrodi iustitiam, sic erat durum, vt Dauid, qui ferienti Sauli pepercerat, in Nabalem ardentissimas iras effundat, & dum effundit, nos erudit. *Qui in Saulem*, scribit Theodoretus apud glossam, *tantam ostendit lenitatem & patientiam, Nabalem tentat occidere.* Erat Nabal rusticus, & audaciſſimus. Ergo Dauid punire tentat audaciam, licèt erga Saulem miram ostentarit patientiam. 209 1. Reg. 18. v. 11. 1. Reg. 25. v. 13. Theodoret.

Psaltes, dum asserit iustam Deum à veritatis æmulis vltionem expetiturum, paruulorum sagittis referiendos testatur : *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum.* Profectò ad vltionem alia tela videbantur aptiora, cùm idem Psaltes testetur Deum præpilatis obarmari telis, quorum pulsu vel fortissimi corruent populi : *Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent in corda inimicorum Regis.* Si ad feriendum corda inimicorum præpilatis instruitur iaculis, cur percutit impios paruulorum sagittis ? Sanè vt dolorem augeat, vt iustam vltionem expetat : à potente transfigi vulnus est ; sed quodammodò honestum ; at à puero transfodi summè indecorum. Ergo Deus hostes ferit paruulorum sagittis, vt miris dolorem augeat crementis. *Audi quomodò exaltatus sit Deus*, inquit Ruffinus ad Psal. 63. *& hi, qui persequebantur, humiliati : sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Illi qui sagittabant, & non timebant, iam sagittis paruulorum feriuntur.* Minus negotij patientiæ faceſſeret vulnus ab honorabili manu inflictum, quàm ab indocta, ignobili, & rustica illatum. Ergo vt hostes dignè feriantur, non vulnerentur potentis iaculis ; sed paruulorum feriantur telis. 210 Psal. 63. v. 8. Psal. 44. v. 6. Ruffin.

Isaias cap. 42. vt Christi Domini diuinitatem probet, summámque patientiam commendet, sic aiebat : *Calamum quassatum non conteret, & linum* 211 Isai. 42. v. 3.

fumigans

fumigans non extinguet. Quaſſatis calamus eſt imbecillis, linum exiguo igne inflammatum non lucet; ſed nares fumi repetita moleſtia offendit. Ergo nec quaſſatum calamum conterere, & linum fumigans tolerare eximiæ æquanimitatis erat teſtimonium, quandoquidem ſummo patientiæ cęſu opus eſt ad quaſſatæ arundinis tolerandam audaciam, & ad fumantis lini ſuſtinendam moleſtiam. Euſebius lib. 9. de demonſtrat. cap. 15. per quaſſatum calamum infirmos debilesque intellexit: *Calamum quaſſatum colligauit, & non fregit, id eſt, infirmos & debiles.* Euſeb.

Additipulatur etiam Tertullianus lib. de patient cap. 3. *Patientia eruditus non contendit, non reclamauit, nec quiſquam in plateis vocem eius audiuit. Arundinem quaſſatam non fregit, linum fumigans non reſtrinxit: nec enim mentitus fuerat prophetæ; imò ipſius Dei conteſtatio ſpiritum ſuum in Filio cum tota patientia collocantis.* Tertullian. Tota patientia opus fuit, vt lini è flammis extracti reiectique nimirum ſuperbiæ fumum tulerit, nec cùm poſſet facilè, extinxerit. Itaque mira commendatur patientia in fumo ſemiuſti ligni tolerando, & in debiliſſimo calamo ſufferendo: vt noueris quantò maiorem patientiam exigant iniuriæ à nullius momenti hominibus irrogatæ, quàm illatæ à magnatibus & potentibus.

§. L.

Audent ſæpè miniſtri vel iniuſſi in pannoſos, non attingunt vel iuſſi ſplendidos.

212 HOc laboramus errore, neminem æſtimamus internam virtutem dimetientes; ſed ſplendidum, aut ſordidum habitum imprudenter taxantes: metimur hominem cum baſi ſua: quæ circumſtant, æſtimamus, quia interna imprudenter deſpicimus; cùm tamen ea ſolùm deberemus ſuſpicere, quæ conſtant verè hominem decorare: *Nemo ex iſtis,* aiebat Seneca epiſt. 76. *quos purpuratos vides, felix eſt, non magis quàm ex illis, quibus ſceptrum & chlamydem in ſcena fabula aſſignant, cùm præſente populo elati inceſſerunt & cothurnati: ſimul exierunt, excalceantur, & ad ſtaturam ſuam redeunt. Nemo iſtorum, quos diuitiæ honoréſque in altiore faſtigio ponunt, magnus eſt.* Seneca. Nemo ab externis eſt magnus. Benè dixit: quia magnitudinem nullus accipit ab euanido, exteriúſque oculis imponente ſplendore; ſed ab honeſta ſemper virtute: ſic tamen noſter diſcurſus eluditur, vt ſolùm ſuſpiciamus ornatos, cùm non veneremur honeſtos. Huius erroris cùm rationem quæſiſſet Stoicus, reddidit: *Quare ergo magnus videtur? Cum baſi illum ſua metiris. Non eſt magnus pumilio, licèt in monte conſtiterit: Coloſſus magnitudinem ſuam ſeruabit, etiamſi ſteterit in puteo. Hoc laboramus errore, ſic nobis imponitur, quod neminem æſtimamus eo, quo eſt, ſed adiicimus illi & ea, quibus adornatus eſt.* Honor virtuti debitus diuitiis impenditur, & magnitudo aut paruitas ex aduentitiis ſæpè taxatur. Hinc pauperes, & inferioris fortunæ homines ſunt veluti temeritatis victima, & audaciam oſtentandi materia; cùm tamen diuites & fulgentes videantur extra iuſtitiæ limites viuere, & reclamante æquitate impunè non ſemel degere. Confirmat veritatem hanc noſter textus: nam cùm in Zebee & Salmana captos Madianitarum Reges primogenitum ſuum, quo ad laudabiliter perpetrandas cædes vtebatur miniſtro, Gedeon iuberet irruere, & effuſo dignè ſanguine decorari, filius timore correptus nec gladium valuit educere, nec in obiecto cædi chlamydatos audere: *Dixit Iether primogenito ſuo: ſurge & interfice eos.* Putares ſtatim ruiturum vtpotè præcepto impulſum, aut exhortatione ſaltem prouocatum; verùm audi quid referat textus: *Non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.* Cùm gladio referatur accinctus, non videtur Abulenſi q. 16. adeò puerulum fuiſſe, vt nequiret obiectos ſibi, & occidi paratos Reges trucidare: putat ergo timorem etiam incuſſum ab ipſo regio ornatu, ſplendidóque cultu, quo inſigniti radiabant: *Vidit Iether iſtos Reges,* inquit, *in habitu honorabili, & reuerendos viros, timuitque moneri contra eos.* Iuſſus ſplendidos occidere timuit, qui fors iniuſſus in ſordeſcentes auderet. O quantum ſibi vendicant venerationis pretioſæ veſtes, & quam exacuunt audaciam viles!

213 Cùm ingens militum manus vinciendo Chriſto Domino approximaret armata, Petrus, vt erat animoſus, gladium iniuſſus eduxit, & ſerui auriculam amputauit: *Ecce vnus ex his, qui erant cum Ieſu, extendens manum exemit gladium ſuum, & percutiens ſeruum Principis Sacerdotum amputauit auriculam eius.* Matth. 26. v. 51. In tota illa cohorte ſolùm ſerui auricula amputata refertur, & qui ſeruiebat, petcutitur à miniſtro: & cur Petrus non impetat Magiſtratus deteſtandi facinoris cauſam? aut cur non expectarit præceptum, vt vulnerauerit famulum. Putarem doctrinali hac Petri audacia quod iuſtitiæ miniſtris ſæpè accidere ſolet, veluti eleganti penicillo depingi: verentur manus mittere in ſplendidos & potentes, diuexant humillimos & pauperrimos: auſus non eſt Iether educere gladium in ſplendidè ornatos, etſi Gedeonis illum armarit mandatum, cùm non expectarit Petrus, vt homuncionis auriculam amputarit, magiſtri præceptum: hic percuſſit non iuſſus, ille non percuſſit præcepto & occaſione inuitatus: vt noſcas quam vera ſit noſtra theſis, videlicet audere ſæpè contra ius, fàſque miniſtros in pannoſum, veretique etiam iniuria legis ornatum: *Seruo Principis Sacerdotum,* ſcribit Hilarius in catena, *auricula ab Apoſtolo reſecatur.* Hilar. Non reſecatur auricula Principis; ſed ſeruientis: parent namque ſæpe ſæpiùs miniſtrorum audaciæ inualidi, cùm ſint illis timori potentes.

214 Cùm diſcipuli piſcationi non ſine labore ſtuderent, iubet Chriſtus Dominus rete in nauigij dexteram mitti: votis captura reſpondit, piſces ingentis magnitudinis concluduntur, nec tamen retia magnitudine diſrupta labefactantur: captos piſces ad terram imperat educi Magiſter: *Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc;* Ioan. 21. v. 10. verùm etſi Domini referatur præceptum, tacetur non ſine myſterio ab Apoſtolis executioni mandatum: ſolus Petrus aliorum caput Princepſque nauim aſcendit, & rete traxit, quod Petri miram commendat dexteritatem, vt nullis ſciſſuris diſruptum rete miraculi promulgabat etiam virtutem. *Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.* Inquires cur reliqui Apoſtoli imperante Domino in reti educendo non laborarint; ſed immoti ad ſpectem ſubſtiterint, cúrque vnicus Petrus aſcenderit, & ad terram rete non ſine violentia traxerit. Adde: Euangeliſtam.

Digitized by Google

geliſtam aliquod latere innuiſſe myſterium, dum refert rete, cùm tanti eſſent piſces, nullis ſciſſuris diſruptum. Et quidem dum non dixerit, cùm tot eſſent; ſed *cùm tanti*, non tam numerum, quàm magnitudinem videtur exaggerare. Tertullianus. Tertullianus piſces hominum ſymbola in ſcripturis agnouit: *Nos piſciculi*, ſcribit lib. de baptiſmo cap. 1. *ſecundùm noſtrum Ieſum Chriſtum, in aqua naſcimur.* Itaque piſces homines ſymbolicè ſunt: ergo iam claret, cur miniſtri reti educendo non laborarint, curque neceſſum fuerit Petrum aſcendere nauim, vt è lutoſis vndis, quibus inhærebant, piſces extraherentur, & luci reſtituerentur. Alibi etſi minori numero Apoſtoli piſcium concluſerunt multitudinem, ita vt implerent nauiculas: *Concluſerunt piſcium multitudinem copioſam*; Luc 5. v. 7. at fortaſſis parui erant piſciculi; hîc verò dum ingentis magnitudinis referuntur, à miniſtris extracti nullatenus affirmantur, quaſi non copia, ſed ipſa piſcium magnitudo illorum vires eneruauerit, audaciámque fregerit, & neſcio quem timorem incuſſerit. Facile è luto, è tenebricoſiſque antris piſciculus extrahitur captus, hamóque percuſſus; at dum piſcis proceræ magnitudinis reluctatur, manus piſcatoris fatiſcit, robúrque laſſeſcit: Petrum cæterorum caput aſcendere eſt opus, vt magni è lutoſis vndis piſces extrahantur; alioquin è miniſtrorum manibus elabuntur, & elapſi induſtriam illorum ſæpè fruſtrantur. Et ob id fortaſſe veluti miraculum prædicat Euangeliſta rete continuiſſe, nec ſciſſuris euadendi occaſionem ingentibus miniſtraſſe. O quoties rete piſcem magnum concluſit, & concluſo rimulas, quibus elaberetur, oſtendit, & foramina de induſtria parauit! Innuit Gregorius in catena apud D. Thomam: *Petro Sancta Eccleſia eſt commiſſa, ipſi ſpecialiter dicitur: Paſce oues meas: quod ergo poſtmodum aperitur in voce, nunc ſignificatur in opere: ipſe enim piſces ad ſoliditatem litteris pertrahit.* Gregor. Illud preme: *Quod poſtmodùm aperitur in voce, nunc ſignificatur in opere: ipſe enim*, &c. quaſi dicat Gregorius: Ipſa retis magnis piſcibus pleni extractio Petrum non inferiorem miniſtrum; ſed Principem teſtabatur, alioquin magnitudinem veritus rete non extraxiſſet; ſed fortaſſis manus deſtitutas viribus laſſeſcere ſimulaſſet. Opus eſt Principis ſtudio ad piſces magnos extrahendos: quia licèt Dominicum reliquos miniſtros adurgeat ſæpè præceptum, ad ſpeciem ſeruientium diſſimulare conſueuit ſtudium. Profectò Apoſtoli non ſunt inobedientiæ maculis ac in piſcatione conſperſi; verùm ad noſtram eruditionem extrahendo reti non referuntur addicti: vt noueris miniſtros inferiores in piſciculos ſæpè audere, & piſces magnos lutoſis immerſos vndis relinquere.

§. LI.

Nobiles non ſemel ad vitium ante virilitatem ſunt viri, cùm vltra pueritiam ad virtutem videantur pueri.

215 OMne vitium in procliui eſt, vt in arduo poſita virtus: hinc qui ad vitia non ſolùm facili pede, & præcipiti lapſu inuolarunt, ad virtutem greſſu difficillimo peruenerunt; verùm etſi omnes mortales alios ſe ad virtutem, alios ad voluptatem experiantur, præcipuè nobiles & potentes, vtpote ab incunabulis deliciis circumfuſi; imò illecebris tincti imbelles inueniuntur contra delicias, fortes pro illecebris. Videas puerulos nondum lanuginem attingentes, Veneri viros, voluptatíque robuſtos: vt è contra homines iam grandæuos virilitate florentes in vitia irruere trepidantes, & puerilem metum referentes. Iure Seneca. Seneca lib. 7. natural. quæſtion. cap. 31. *Quotidie comminiſcimur per quæ virilitati fiat iniuria, vt traducatur: quia non poteſt exui.* Non exuitur virilitas; ſed ſic ad virtutem inuenitur eneruis, vt videatur prorſus traducta, aut ſaltem debilitata. Cùm in Zebee & Salmana Dei populi hoſtes, vitioſúmque emblemata irruendum eſſet, Gedeon Iether primogenito ſuo interficere iuſſit, quò ſe glorioſa hoſtium cæde nobilitaret: *Dixit Iether primogenito ſuo: ſurge, & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.* Prudens patris præceptum indicat, ſatis habuiſſe ætatis; imò ipſe textus innuit, ait enim: *Qui non eduxit gladium*: ergo habebat quem educeret, & quo feriret. Si ergo ſic puritiam excluſerat, vt gladio accinctus incederet, quomodò refertur puer, quando vnum alteri videtur opponi, & apertè contraire? Arias Montanus doctus interpres putat ſcripturam illo verbo, quia adhuc puer erat, indicare tempore exceſſiſſe puritiam; ſed adhuc in Dei hoſtes puerilem habuiſſe ignauiam. Ipſum accipe: *Timebat timore itaque puerili animique imbecillitati vltra ætatis ratio-* Montan. *nem nimia hanc tergiuerſationem hiſtoriographus adſcribit: nam qui gladium geſtare poterat, non tam exiguis aut corporis membris, aut viribus erat, vt educere & exercere non poſſet, verùm animi robore carere ipſo timore deprehenſus eſt.* Itaque pro virtute erat animo puerulus, etſi corpore robuſtus, pro vitiis eſſet animo robuſtus, etſi eſſet ætate puerulus. O nimis verum! Pueros videmus in ipſa pueritia pueritiam ad delinquendum tranſgreſſos, vt etiam viros in ipſo ætatis ardore ad virtutes prorſus ignauos.

216 Modò occurrunt Saülis verba ad ſpeciem ſibi contraria, noſtro tamen inſtituto opportuna. Dauid gigantis arrogantia, & inſolentia prouocatus certamen diſcupiebat inire, cúmque à Rege licentiam poſceret, timoris Saül cauſas prætexebat, & à pugna reuocabat: *Non vales reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduersùs eum: quia puer es.* 1. Reg. 17. v. 33. Audit Dauidem appellari puerum, cùm iam pueritiam exceſſiſſet, & virilitatem pro ſeruandis ouibus egregiis facinoribus adornaſſet. Auſculta modò quid de gigante dicat: *Hîc autem vir bellator eſt ab adoleſcentia ſua.* Non ait, bellator ab adoleſcentia; ſed *vir bellator ab adoleſcentia:* quod contradictionem inuoluit: nam ſi adoleſcentia & virilitas temporum ſunt proprietate diſtinctæ, nequibit adoleſcentia virilitati inſeri, aut virilitas tempore adoleſcentiæ virere; ergo Saül dicat fuiſſe vt modo virum, bellatorem etiam adoleſcentem, non vero ipſa in adoleſcentia fuiſſe bellatorem virum. O profundum ſcripturæ documentum! Coniunxit ad ſpeciem contraria, vt doceret magnos vel in ipſa pueritia iam florere bellatores contra virtutem viros refragante ætate, & malitia ætatem ſupplente; vt è contra viros in ipſo virilitatis tempore videri pueros. Dauid vitium erat aggreſſurus; ergo puer dicebatur, etſi vir eſſet: gigas impetebat virtutem; ergo vir erat

bellator

bellator ab adoleſcentia ſua: quia, vt debellaret virtutem, excedebat ſemper ætatem. *Quia ratione à propoſito certamine conatus es auertere*, inquit Seleucienſis Baſilius nomine Dauidis orat. 5. *acriùs, ô rex, ad pugnam exacuiſti. Hic quidem bellator; ego verò belli inexpertus: qua res animos mihi facit.* Quaſi dicat Dauid: ſi virtutis hoſtis virilitatem anteuertit ipſa in adoleſcentia, vt impugnarit virtutem: cur ego virilitatem etiam ad pueritiam non traham, vt depulerim ſæuum hoſtem? Vicit Dauid, vt diuinæ gratiæ oſtentaret vires, quandoquidem inſtar miraculi erat virum non reuocare exactam iam pueritiam, ne pugnaret cum hoſte, cùm miraculum non fuerit hoſtem ipſa in adoleſcentia induiſſe virilitatem, vt oppugnaret virtutem. *Hoc fidei ſpolium eſt*, addit Baſilius, *tropæum gratiæ, auxilij cæleſtis indicium.* Fide pollebat Dauid, quando pueritiam non affectabat; ſed animos reſumebat.

217 Cùm Apoſtoli piſcium inrigilarent capturæ, Chriſtus adeſt, & cùm ſiquid venale prehenderint, rogat, caſſum laborem fugillat: *Pueri*, inquit, *numquid pulmentarium habetis?* Pueros appellat Apoſtolorum primates ætate grandæuos: ibi namque erant ſimul Simon Petrus, Zebedei filij, Thomas Didimus, & Nathanael quondam ſub ficu præuiſus: & quidem pueri vocabulum non videbatur perfectis viris congruere; imò longè ab illorum maturitate diſtare: cur ergo Dominus appellat pueros, cùm pueri virilitatis tempus non attingant, & robur virile neſciant? Ob id ipſum, reſpondet opportunè Chryſologus ſerm.78. Viri erant ſuffragio temporis; ſed pueri pauore timiditatis. Non appellat viros; ſed fugillatione prudentiſſima pueros: quia ad virtutis opera inuenti ſunt trepidare, cùm conſtet ad exiguum piſcationis lucrum audere. Accipe Chryſologum: *Ibi erat Petrus, qui negauerat, Thomas qui dubitauerat, Ioannes qui fugerat: non ergo vt fortiſſimos milites; ſed pueros compellat vt timidos; & quos idoneos necdum deprehendit ad prælium, vt teneros inuitat ad menſam.* Sic in eadem ætate diuerſi inueniebantur affectus, vt qui ad piſcationem, cupiditatémque viri, ad virtutem trepidauerint pueri? Petrus canitie decorabatur; ſed inſtar pueri puellæ vocem extimuit: Ioannes viſo periculo fugit, & qui ætate probabantur adulti, ad ſectandam virtutem comprobati ſunt pueri. Videbatur Petrus in acie perſtiturus pro virtute vtpote ætate maturus, & ſenio decoratus; verùm vſque ad canitiem pueritiam traxit, & pro virtute manus cum hoſte conſerere ignauè timuit: puerum retulit timore, non tempore; cùm tamen non ſemel ad ſectanda vitia inueniantur pueri referentes viros audaciæ robore, non ætate.

218 Ezechiel ſub leonum ænigmate quàm citò nobiles ad vitia inuolarint, quámque infelici temporum compendio peruenerint, edocens ſic aiebat: *Aſſume planctum ſuper Principes Iſraël, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos ſuos: & eduxit vnum de leunculis ſuis, & leo factus eſt, & didicit capere prædam hominémque comedere.* Vides leunculum leonem ſe voracitate prodentem, & ætatem crudelitate ſuperantem: & ne aliquam locus hic ambigendi tribuerit anſam, ſubiunxit textus: *Tulit vnum de leunculis ſuis: leonem conſtituit eum: qui incedebat inter leones, & factus eſt leo.* Inquires quomodò potuerit conſtitui leo robore validus, qui ætate ſolùm leunculus? leonem audis conſtitutum, & leunculum ſimul; quod videtur ſibi contrarium: nam ſi iam leo inter leones incedebat: ait enim: *Leonem conſtituit eum, qui incedebat inter leones*; quomodò refertur leunculus? Aut ſi temporum expectauit ſuffragia, vt fieret leo: ſubiungit namque textus: *Et leo factus eſt*, quomodò anteuertere potuit tempora? Dubitationi noſtræ reſpondebit thetis, fuiſſe videlicet tempore leunculum; ſed ad captandas prædas leonem fortiſſimum robore, & robuſtum ſcelere. Adeſt Hieronymus ad hunc locum: *Poſtquam Ieruſalem eduxit de ſtirpe Regia Ioachaz filium Ioſiæ, & conſtituit in Regem: tam crudelis in breui exitit tempore, vt tropologicè cepiſſe prædas, & homines deuoraſſe memoretur.* Expende illud, *Breui tempore.* Leunculus erat; ſed breuiſſimo tempore leonum induit audaciam, & leo inueniebatur ad prædam. O nimis verum! Pueri ætatis tranſgrediuntur metam, vt perpetrauerint culpam, & qui pubeſcunt annis, inueniuntur viri delictis. Ea breui ætate ſcelera adaggerant, quæ ætates & quidem longas exigerent, & diuturna tempora poſtularent. Ergo Iether virum prodit accinctus gladius; ſed puerulum ad trucidandos virtutis hoſtes ignauus oſtendit metus.

Seleucienſ.

Ioan.21.v.5.

Chryſol.

Ezech 19. v.1.

Hieron.

§. LII.

Dignitatum faſtigia aſcendentes non ſemel eligere ſolent ad munia conſanguinitatis ſuffragio, non virtutis merito.

219 AD *ornatum palatij*, aiebat Theodoricus rex Caſſiodor. 3.var.3. *credimus pertinere aptas dignitatibus perſonas eligere: quia de claritate ſeruientium creſcit fama dominorum: tales enim prouehere Principem decet, vt quoties procerem ſuum fuerit dignatus aſpicere, totics ſe cognoſcat recta indicia habuiſſe: moribus enim debet eſſe conſimilis, qui datur imitandus.* Addit diſertiſſimè Caſſiodorus: *Multis autem electum videri decet.* Profectò decet vt cui committuntur officia, videatur electus, nec ſugilletur intruſus. Plures tamen ſi alicuius dignitatis faſtigium inſcenderint, ſuos introducere ſolent ad munia conſanguinitatis titulo, non meritorum ſuffragio. Hinc ſæpe ſæpiùs Reipublicæ ſalus, ſi prorſus non impeditur, tardatur. Eccè Gedeon triumphi lauro redimitus hoſtes tradit occidendos ad victoriæ integritatem non ſtrenuis ducibus, qui citò egregiéque rem perfeciſſent; ſed Iethero & puerulo, & timido. Ecquis hoc ait? Ipſe ſanè textus: *Dixit Iether primogenito ſuo: Surge & interfice eos; qui non eduxit gladium: timebat enim: quia adhuc puer erat.* Eccè munus, quod requirebat roboris valentiam, & dexteræ audaciam, committitur puero, cui repugnat non timere, quíque nequibat in hoſtes audax irruere. Iam ſi quæras cur hoc miniſterium Iethero ſit iniunctum, cauſam reddit ſcriptura: *Primogenito, inquit, ſuo.* Eligendus erat glorioſæ adeò actionis miniſter, & quamuis Gedeon plurimis ſtrenuiſque militibus hoc miniſterium poſſet iniungere, conſanguinitatis conſiliis perſuaſus Iethero primogenito pueritia reclamante, & timiditate diſſuadente maluit delegare: *Iuſſit*, ſcribit Abulenſis q.16. *filio ſuo primogenito hoc facere.* Addit: *Erat puer, & in pueris non eſt animoſitas, qua confortantur*

De claritate ſeruientium creſcit fama dominorū.

Abulenſ.

Digitized by Google

fortantur ad aggrediendum magna: repugnat enim eis propter defectum ætatis habere fortes motus iræ. Quod aggrediendum erat opus, fortes iræ motus requirebat, hos puerum pectore fouere clarissimè repugnabat; verùm ea fuit suos promouendi affectio, vt Gedeon puerum repugnante ipsa ætate elegerit, & triumphi complementum non modicum electione tardauerit.

220 Conscium huius humani ingenij proprietatisque oraculum lege vetuit ad altare per gradus ascendere: *Non ascendes per gradus ad altare meum,* Exod.20. v.26. inquit. Et quid obstet, si per gradus ad altare quis ascenderit, quandoquidem ad alta non poterit peruenire volatu; sed opus erit ascensu. Ergo aut altare non constituatur in sublimi, aut per gradus non prohibeatur ascendere. Stephanus in allegor. Tilmani, hos gradus non materiales; sed consanguinitatis gradus intelligit. Ergo præcauet Deus, ne quis ad Ecclesiasticæ dignitatis ascendat insulas consanguinitatis gradibus: quia peruenire debet virtutibus. Accipe Stephanum: *Non ascendes per gradus ad altare meum,* id est, *ad regimen Ecclesiæ per gradus consanguinitatis, vel dignitatis tempor alis: à Deo enim esse debet, quod Prælatus eligitur ad culmen regiminis Ecclesiæ.* Stephan. Dignitas exigit meritis decoratum, non consanguinitate coniunctum; verùm etti reclamet lex, etsi ad dignitatem per gradus ascendere prohibuerit edictum, plures ascendunt, quia consanguinitas censetur meritum, nec discerni solet meritorum diuersitas; sed ambientium dignitatem propinquitas: vnde qui sanguine coniunctior, inuenitur ad munus aptior. Quasi in cognationis officina elaboretur aptitudo ad munia subeunda, & à cognatione meritum pullularit ad obtinenda.

221 Diuus Paulus regendi formam senioribus præbens sic aiebat: *Attendite vobis & vniuerso gregi,* Actor.20. v.28. *in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* Christi sanguine acquisitam Ecclesiam meminit, ne eius dignitates vendantur humani sanguinis titulo; sed sanguinis diuini suffragio: *Attendite,* inquit, *vobis, & vniuerso gregi.* Quasi dicat: Dignos dignitate vestra mores refette, & gregem ab hæreticorum incursibus custodite. Non negauerim hunc esse verborum sensum; sed nec quis negare poterit Apostolum Dei Spiritu afflatum, dum regiminis normam præscribit monuisse electores, vt in promotionibus non solùm sibi attenderint; sed gregi: inueniuntur namque plures, qui communi populi vtilitate despecta eligunt sibi attendendo, non populo. Ergo *Attendite vobis,* inquit, *& vniuerso gregi*: nam si indignum eligatis, vobis attenditis, & non attenditis: attenditis, dum promouetis consanguineum, non attenditis, dum electionis gloriam amittitis: est namque eligentis probrum, cui ad promotionem non contulit virtus suffragium. Chrysost. Innuit Chrysostom. apud glossam. *Qui se ipsum amat, & quæ sua sunt, quærit, similis est ei, qui talentum defodit.* Adstipulatur Clemens Romanus lib. 7. Constitut. Apostolicar. Clem. Rom. *Constituite Episcopos dignos Domino, Presbyteros quoque & Diaconos.* Qui defodit talentum, sprenit. Ergo ne spernatis meritorum talenta, sed pendite semper virtutum suffragia: obtineat dignitates non qui verbo coniunctior sanguini; sed qui Christi.

222 Abimelechus dignitatem exambiens eas protulit inaugraturis causas quibus facilè ad inaugurationem posset commouere: *Considerate quod os vestrum, & caro vestra sum.* Quasi dicat: vt naturæ lege os carnes suffulcit, fortitudinéque sua illarum vitam defendit: sic ego vobis semper feram suppetias, augebóque honores semper, & diuitias. Iam his verbis, scilicet cupiditatis & cognationis allectos explicuit Ioathamus: *Constituistis Regem Abimelech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eò quòd frater vester sit.* Ecce cognatio pro meritis fuit: non attenderūt, an esset dignus; sed elegerunt rhamnum reiecta vite: quia illorum erat cognatus. Itaque dum electorum sibi munus arripiunt, ad virtutum suffragia minimè attendunt; sed legem cognationis respiciunt: vitis vuis generosissimis exundabat, fructibus duplicatis ficus dulcescebat: oliua pacis & lucis dotibus ornata micabat; verùm dum cognationis non gaudent titulo, priuantur etiam imperio, & prævalet rationi sanguis, iurique affinitas. Iudic.9.v.1. Adest Abulensis q.4. *Persuadendo illis dixit: simul considerate quod os vestrum, & caro vestra sum. Etiam ista fuit causa potissima quare Sichimitæ eum in Regem vnxerunt, vt patet ex verbis Ioathan infra in littera, scilicet: Et constituistis Abimelech filium ancillæ eius in Regem super habitatores Sichem, eo quòd frater vester sit.* Abulens. Non eo quod dignus; sed eo quod frater. O quoties iuuant parum eximiæ dotes, cultæ virtutes, si desit consanguinitatis rhetorice! Ancillæ filius, moribus origini ignobili respondens; nothus & spurius deligitur, si cognatus, aut affinis habetur: vt noueris de sæculi more dignitates quodammodo iure hæreditatis distributas, non virtuti redditas. Adde vt cognati fastigium ascendentis electio suspicionem non ingerat, miraculis opus esse: adeò hæc inoleuit opinio, scilicet dignitatem obtineri frequenter cognationis lege, non virtutis iure.

223 Aaronem à Deo electum plures nullatenus credebant; sed consanguinitatis titulo inscendisse culmen clamabant: erat Moyses populi Princeps, Aaron Moysis frater: ergo electionem criminabantur, rati Moysem diuinis non impulsum oraculis; sed consanguinitatis allectum titulis. Quid tunc? leui virga Aaronis nomine ornata inaudito retro sæculis miraculo germinauit, & miraculo iniquitatis linguas occlusit: *Inuenit germinasse* Num.17.v.8 *virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati sunt.* Virga exsucca floridis surculis vestitur, foliis dilatatis ornatur, saporatis diuitatur fructibus, naturæ leges honestè transgressa, vt electionis viguerit fama: dum enim cognatus eligitur, electio ferè semper attroditur. Adest Gregorius Magnus apud Glossam: *Virga Leui viruit, & quid virtutis Aaron in munere haberet, ostendit.* Gregor. Virentibus miraculosè foliis pro linguis vsa est omnipotentia ad propellendam omnis suspicionis notam. Vt nouerint qui dignitatum fastigia ascenderunt, abstinere à cognatorum promotione, si consulere velint famæ.

---

§. LIII.

Plures vel in morte attendunt euanido honori, non erroris pœnitudini.

224 HOnoris ambitio intestinum malum est: vita mortis adsultu depellitur; sed ambitio nec mortis

mortis armis ſubruitur. Dives ille, qui morti ſoluit tributum, ambitionis nec in ipſo inferno ſopiuerat deſiderium, in paternam domum inſtat remitti Lazarum, vt in ſuis euanidam conſequeretur gloriolam: *Vt vel ſic*, aiebat Caietanus hic, *in ſuis fratribus exaltaretur.* Non erat illi curæ errorem abiurare, non peccatum pœnitudine delere; ſed honorem exaltationémque ſtabilire. *Cui ambitio & inuidia*, aiebat Plutarchus lib. quemadmodùm ſentias te in virtute proficere, *ergà meliores inoleuit, hìc ſcias æmulatione titillari ſe gloria cuiuſpiam, vel auctoritatis, non virtutem honorare, nec magnificare.* Ambitioſi non ſolùm euanidæ gloriæ titillantur amore, verùm aduruntur etiam moleſta ſæpè cupidine: hìc labor, hìc opus eſt, vt honori conſulant, non vt virtutibus faueant. Ecce Zebee & Salmana ſibi mortem non dubitant imminere, & toti ſunt in honori conſulendo, non in crimine detrectando: *Dixerunt Zebee & Salmana: Tu ſurge, & irrue in nos.* Non timent mori; verentur tamen vel in ipſo caſu honore priuari. Adeſt Abulenſis q. 17. *Quæretur quare opitulati ſunt manu Gedeonis occidi? Reſpondendum quòd propter duo: primum erat propter honorem.* Mors aderat, quæ illos vitâ citò priuaret, verùm nó illos angebat commiſſus error, ſed diſcruciabat ambitus honor: horrebant animitus honori inſtigendam ignominiam; criminis ſerenis oculis ſpectauerunt offenſam: non illos pœnituit in Dei populum dediſſe arma; ſolicitabant verò, ne indecora mors affecerit ignominia: vt noueris homines ſæpe ſæpiùs vel inſtante morte tempus inſumere in honoris ſtudio, cùm longè ſint à pœnitudinis deſiderio.

Caietanus.

Plutarch.

Abulenſ.

à 25 Abſalom, qui illatam ſibi iniuriam ſorore deflorata, delinquentis morte, & quidem proditoria, depellere exarſit, propudioſiſſimam patri notam inferre excita coniuratione non timuit; verùm dũ depranatum ambitione iudicium, dum cæcum cupidine deſiderium properant infami fœdere genitorem purpurâ denudare, inuenta ſunt maturâ ſibi calamitatem aſciſcere: pependit caput, vt ſuſpendio digne puniretur iudicium: cor transfixit hasta, vt impiiſſimũ etiam pœnam tulerit deſideriũ. Quid tunc? Palpitantibus præcordiis exiguum, quod debuiſſet pœnitudini dicare, & tot criminibus deterendis inſumere, tempus in exigendo ſepulchri honore prodegit, & inducias poſtulauit: *Cùm adhuc palpitaret hærens quereni, occurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerũt eum.* Hieronymus in traditionibus Hebraicis refert à maioribus Hebræorum proditum eo tẽpore obnixè ab interfectoribus flagitaſſe tempus aliquod, vt honeſta funeri, ſepulchrôque prouideret, veniæ ſibi procurandæ prorſus oblitus, & ſceleris ignarus: *Tradunt Hebræi quòd depoſitus de quercu petierit ſibi inducias, antequam perimeretur, vt faceret ſibi titulum ob memoriam ſui.* Non dubito hæc Rabbinorum eſſe deliria; verùm mirè explicant quàm ſalutis æternæ obliti ſatagant euanido ſplendori prouidere ambitioſi: mors aliquando inſtat, exiguum tempus ſupereſſe teſtantur medici, & cùm benè illud collocare debuerint animæ prouidẽtes, perpetratáque crimina deteſtantes, toti ſunt in funeris pompa diſponẽda, & auctoritate ſibi iam defunctis procuranda. En Abſalom violenta morte ferè poſſeſſus palpitat, & tamen operoſitatem ſepulchri curat. Ridemus pueros inanibus occupatos, cùm nos inſaniamus ſæpiſſimè cariùs & ineptiùs euanidum honorem ſuſpirantes, & ſalutem animæ contemnentes.

2. Reg. 18. v. 15.

Hieronym.

Hanc noſtram theſim confirmat etiam Abimelechus, ille humana facie truculentiſſima beſtia; quique tot occiſis fratribus feritatis prorupit terminos, impiâ crudelitate & prædeceſſores tranſgreſſus & poſteros. Hic dignum flagitiorum præmium tulit: immaturam capiti exambiuit coronã; ſed maritiſſimam, dignámque ceruicibus tulit plagam: ſtragibus à ſe perpetratis ineſcatus adeò furebat, vt nihil intactum permiſerit, ſed Sichimorũ ciuitatem ſale ſeminauerit, quo ſale incorrupta eius nunquam aboleretur crudelitas; ſed contra obliuionẽ perduraret ſeruata. Verùm dum turri Thebes munitos tentat audaci temeritate delere, dum portæ, vt ſupponat ignem, minùs cautè accelerat propinquare, dextera manu fragmen molæ deſuper fœmina virilis iecit, & audentis capiti illiſit: *Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciẽs illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Quid tunc? Armigerum citò vocat, iubetque in eius pectus ferrum immergere, ne à muliere occiſus diceretur: *Vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte dicatur quòd à fœmina interfectus ſum.* Periculum adeò vrgens conſulebat pœnitudinem, &, ſi fas eſt dicere, ad criminum cogebat deteſtationem; verùm homo euanidæ gloriæ maluit conſulere famæ, quã pœnitentiæ. Adeſt Lyra: *Plus formidauit opprobrium, etiam poſt mortem, quàm animæ damnationem.* Ó nimis verum! Plures ſunt, quibus non adeò curæ animæ poſt mortem incolumitas, quàm gloriolæ, & quidem ſatis euanidæ proſperitas. Si tempus inſumendum ſit in culpa depellenda, aut inani gloria firmanda, huic impendunt, illique ſubtrahũt.

Iudic. 9. v. 53.

Lyra.

Saulis cor gemina ſolicitudine cruciabatur: à ſagittariis altè vulneratus, cùm iam nec vires ad pugnandum ſuppeterent, nec plagæ fugam permitterent, veritus eſt, ne ad aduerſarios, in quorum manus non dubitabat venturum, indecorè illuderetur. Ex alia parte ſummis anguſtiis arctabatur ab occiſis Sacerdotibus ad diuinum tribunal interpellatus: *Tenent me anguſtiæ*, vociferatur. Has anguſtias ortas fuiſſe à patratis criminibus, quæ acculatoris vice fungebantur, tradunt Hebræi apud Abulenſem q. 5. *In Hebræo habetur Sabas, quod interpretatur anguſtia, vel ora veſtimenti, habens colores varios... Et eſt ſenſus quòd ora veſtimenti tenebat Saülem, id eſt, Sacerdotes, ipſe enim occiderat Sacerdotes Domini, & detinerat vrbem eorum.* Itaque ora Sacerdotum tenebat, & ſimul ludibriorum ſuſpicio animum duriſſimè diuexabat. Iam ſi vtri eorum dolori conſuluerit; vis noſcere, ab ipſius ore perquire. Vt ſe vulneratum ſenſit, armigerum vocauit, gladiúmque euaginatum ſuum in pectus abſcondere ferò iuſſit: *Euagina gladium tuum, & percute me, ne forte veniant incircumciſi iſti, & interficiant me illudentes mihi.* Illudine non certitudinem innuit; ſed ſuſpicionem: anguſtia accuſationis non oriebatur ex ſuſpicione; ſed ex firmiſſima certitudine: itaque & acculatio erat certiſſima, & illuſio ſuſpecta; maluit tamen Saul honoris cupiditate cæciſſimus occurrere ſuſpicioni, quã certitudini: mortem ſibi accelerauit, vt imminens fruſtraretur opprobrium: oblitus eſt lachrymarũ, quibus grauius fruſtraretur detrimentũ: *Ne hanc*, ſcribit noſter Sanctius, *quam animo ignominiã conceperat, ſubiret, domeſtico maluit, quàm alieno gladio iugulum præbere, quaſi hoc moriendi genus foret honeſtius.* Moriens per ipſius mortis contemptum quæſiuit notâ morte redimere, non culpâ vera pœnitudinis anxietate delere. Nó ſemel videas circa animę

à 17

2. Reg. 1. v. 9.

Abulenſ.

1. Reg. 31. v. 4.

Sanctius.

Digitized by Google

ſalutem inſtante, deterrentéque morte ignauos, circa filiorum tamen commoda, circa ſepulchri operoſitatem ſolicitos, vt noſtræ theſis veritas ipſa experientia fulciatur, ſcilicet plures vel in morte ſtudioſiùs attendere quando honori, quàm erroris pœnitudini.

228 Cùm vir Dei idolorum ſacrificulos à pientiſſimo rege Ioſia ignibus poſt mortem tradendos, eorúmque oſſa in nigros cineres redigenda prænuntiaſſet, quidam ex illorum grege ſenex cùm fraudem impietate contexiſſet, pranſúmque prophetam à leone occiſum cognoſceret, ſuo in ſepulchro collocauit, ſéque vitâ excedens eodem

3 Reg. 13. v. 13. iuſſit reponi: *Sepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea: profectò enim veniet ſermo, quem prædixit.* Ne eius oſſa infami traderentur rogo veri prophetæ oſſibus obarmatur, dignè de propheta præſumens, acceptam ſcilicet iniuriam beneficiis compenſaturum, & dum illi accederet, ab incendij iniuria abſtrahendum. Hanc fuiſſe legitimam iuſſionis cauſam, & ipſe ſenex explicuit, & Abu-

Abulenſ. lenſis expreſsè tradidit q. 38. *Iſte propheta ſenex cognouit verum eſſe, quod prædixerat vir Dei ideò timuit quòd oſſa ſua cremarentur cum oſſibus aliorum ſuper altare, & ad hoc facit quòd ſepeliretur vir Dei in ſepulchro ſuo, vt oſſa amborum eſſent mixta, & propter oſſa illius reſeruaret Ioſias oſſa ſua.* Duplex flamma minabatur prophetæ fallo, alia eius oſſibus, alia animæ, verùm cum gehennale incendium debuiſſet copioſis lachrymis, veráque pœnitudine extinguere, ſolùm illi curæ ſuis infame ab oſſibus incendium arcere: viuens, moriénſque, ne infamiam buſti ſubiret, ſtudioſè cauit; cùm tamen viuens, moriénſque gehennalem flammam contempſerit, nec incendium inextinguibile euaſiſſe curauerit. Et vtinam huic ſolùm prophetæ hæc contigerit inſania, verùm plures ſunt, qui ob delictum pœnam ignominioſam à ſe depellere niſibus totis contendant, cùm parùipenderint culpam.

LIV.

Mirum eſt, ſi quem defendit aurum, tradiderit pœna delictum.

229 EX quo aurum in honore haberi cœpit, virtus viluit, ac extorris degit. Profectò vim ſuam vſque ad crimina extendit aurum, vtque ligna exeſa, tineáque corrupta, ſi in aurentur, placent oculis, quia ſplendeſcenti mendacio gaudet aſpectus, ſic delicta quantumuis fœda, non diſplicent, ſi auro micuerint perfuſa: *Oculis noſtris imponimus,*

Seneca. aiebat Seneca epiſt. 115. *& cùm auro tecta perfundimus, quid aliud quàm mendacio gaudemus? ſcimus enim ſub illo auro fœda ligna latitare.* Non dubitamus latere ſub illa ſplendenti cruſta fœditatem; verùm ex ſunt auri præſtigiæ, vt prorſus deſipiamus, etſi inauratæ, ipſis fœditatibus oblectemur: neſciunt oculi horrere; imò geſtiunt ſæpe ſæpius inſpicere. Hinc reus ſi auro careat, quo perpetratàs venuſtarit culpas, dabit ſine dubio duriſſimas pœnas, at ſi criminis aurum ſuſceperit patrocinium, reum iam non attinget tormentum. Hinc decantandus eſt ſæculis Gedeon, dum à Zebee & Salmana priùs perpetrata dignis ſuppliciis puniuit delicta, quàm auri priuarit copia. *Interfecit Zebee & Salmana, & tulit ornamenta ac bullas, quibus colla regalium camelorum decorari ſolent.* Hæc ornamenta fuiſſe magni pretij teſtatur Abulenſis, q. 17. *Erant ornati valde ornamentis* Abulenſ. *aureis vel argenteis: ob hoc ſpecialiter nominantur hîc iſta ornamenta camelorum: quia erant valde magni pretij.* Profectò ſi Gedeon aurum priùs abſtuliſſet, non eſſet mirum auri patrocinio deſtitutos ſeueris pœnis mulctaſſe; at dum reos auro præditos puniuit, integritatem ſæculis imitandam oſtendit: *Occiſis & fugatis hoſtibus* (verba ſunt citati Abulenſis) *accepit Gedeon prædam, & inter alia, quæ erant in præda, accepit ornamenta camelorum regalium.* Adhuc exundabant auro, cùm in illos lata eſt ſententia, & cum illata ſupplicia. Et quidem nil mirum iacuiſſent ſupplicio diuitiis nudi; at peregrinum fuit tuliſſe pœnas, dum ingentes adhuc poſſidebant diuitias: *Hæc ipſa res* aiebat citatus Seneca, *tot magiſtratus, tot iudices de-* Seneca. *tinet, quæ Magiſtratus & iudices facit pecunia.* Iudices detinet illigatos, & plus placet aliquando malignitas, quàm honeſtas, ſi plus quàm honeſtas, impendat auri malignitas. *Honeſta, quamdiu aliqua ſpes illis ineſt, ſequimur* (verba ſunt Senecæ) *in contrarium tranſituri, ſi plus ſcelera promittant.*

230 Miraberis populum coram vitulo, quem Deum conclamabant, liberrimè deliquiſſe, & omni extincto metu peccaſſe: *Surrexerunt*, inquit, *ludere.* Iam ſi inquiras huius audaciæ cauſam, reſpondebit Pſaltes tenuiſſe dignitatis faſtigium tunc vitulum aureum fœnum paſcentem, & oblata ſibi vorantem: *Commutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.* Illuſi oculi exiſtimabant vitulum aureo fœno veſci: ergo dum offerant, quo paſcatur, fœnum, licebit perpetrare delictum. *Dicit Rabbi Salomon*, ſcribit Lyra Lyra. ad Exod. 32. *quòd vidit ſpiritum vitæ in vitulo, ſicut dicitur: Et mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.* Spiritum vitæ illuſoriè habuit, ſed ad comedendum, non ad oculis ſpectandum; imò dum ingeſto aureo fœno totus deditus oblectatur, oculorum vſus amittitur. Itaque ſuperiorem exambierunt aureo fœno deditum, rati criminibus non ſuccenſurum, quantumuis ſe ingererent oculis, & rationis aduerſatentur Oleaſt. edictis. *Sequamur*, aiebat ad Exodi 32. Oleaſter, *Deum leuiorem, qui gaudia & ludos permittat.* Geſtiebant Hebræi delinquere impunè: ergo ſuperiorem elegerunt fœni aurei percupidum, ſecum rati, ſi ingeſſerint aurum, emollituros iras, euaſuróſque pœnas. Et quidem quod in vitulo fuit delirium, ſæpe ſæpiùs accidere longum docuit experimentum. Nam ſi qui dignitatis faſtigium tenet, oblectetur auro, ſceleris ſine dubio irrepet oblinio, & qui copioſius obtulit, ſine meru ſceleſtius deliquit.

231 Oſeas mores populi meretricis imagine expreſſit: *Vadam*, inquit, *poſt amatores meos, qui* Oſee 2. v. 5. *dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, & potum meum.* Vides muneribus corruptam non auerſari; ſed exambire delicta. Audi iam quid referat: *Peccata*, inquit, Oſee 4. v. 8. *populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum; & erit ſicut populus, ſic Sacerdos.* Sic. aberunt Sacerdotes inquit Oſeas, à delictorum reprehenſione, vt potiùs inſtigent, ſceleráque dilaudent: nec mirum adeò ſe oſcitanter geſſerint erga delicta, quandoquidem

doquidem meretricis ingenium imitantur, muneribúſque corrumpuntur : *Et erit*, inquit, *ſicut populus, ſic Sacerdos.* Quaſi dicat : Vt meretrix fœda non auerſatur delicta, vt infauſta lucretur dona ; ſic qui debuiſſet prohibere, dum muneribus corrumpitur, ſceleribus non iraſcitur. Adeſt Hieronymus ad hunc locum : *Peccata populi mei deuorant conſentientes ſceleribus delinquentium : quia cum eos peccare perſpexerint, non ſolum non arguunt ; ſed laudant, atque ſuſtollunt, & beatos prædicant.* Peccata deprædicantur virtutes, & qui debuiſſent reprehendere, geſtiunt laudare : quia meretricis ſortiti ingenium poſt dona currunt, & amore munerum perpetrari ſcelera exambiunt. Iam diuitias habentem non ſolùm totius culpæ expertem deprædicari ; ſed etiam inter Numina recenſeri, profana & Eccleſiaſtica eruditio teſtatur. Profani ſæculum aureum dixerunt, quod omni infelicitate caruiſſe putarunt : quod notauit Seneca loco citato. *Denique quod optimum videri volunt, ſæculum aureum appellant.* Iam ex ſcriptura proferamus teſtimonium.

Hieron.

232 Baal adeò ſibi omnium ſubiugauit animos, ſic mentes deuinxit, vt thure coluerint & flamine : Elias religioſo zelo obarmatur in campum prodiens, & in veritatis aduerſarios pro armis miraculis vtens, cœleſtis ignis impietatis vltor è cœlo fuit, opúſque fuit tanto prodigio, vt Baal adoratores vltrice ferro perirent occiſi, & dignis pœnis mulctati. *Quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuam, & ait : Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Dixítque Elias ad eos : Apprehendite prophetas Baal.* Ecce dum Deus, & Baal veluti competitores certarunt de magnitudine, opus fuit miraculo, vt Baal exauguretur diuinitate, vtque eius adoratores priuarentur honore. Quòd ſi inquinas huius rei cauſam, reſpondebit Hieronymus *Baal habentem* ſignificare : ergo habens diuéſque eam ſibi aſcititiam diuinitatem meretur, vt ab omnibus inſtar Numinis honoretur : numeroſus prophetarum grex Baal deſeruit, Numini & veritati aduerſatus, cum vnus referatur Elias religioni & veritati deuotus : *Didicimus* (verba ſunt Hieronymi ad cap. 2. Oſee) *exordium dæmonis ; imò hominis in Deum conſecrati : omnia enim idola ex mortuorum errore creuerunt : Lingua Hebræa & Syra Baal interpretatur Habens.* En quibus in Deum homines conſecrentur, diuitiis ſcilicet : his ergo peruersè inaugurati initiatique extra fortunæ iacula degunt, & extra criminum ſupplicia viuunt. Et quidem quod deprædicauit Pſaltes Numen ſortiri diuinitatis iure, his infeliciter congruit auri, & diuitiarum fauore : *Altiſſimum*, aiebat, *poſuiſti refugium tuum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo :* Non accedit flagellum Dei tabernaculo, vtpote diuinitate munito : cúmque diuites habeantur dij, nec ſupplicium eorum tabernaculo accedit auri priuilegio. Iam ſi diuites ad diuinitatis aſcititiæ culmen vides elatos ; videbis etiam homines eximiis meritis, ni diuitiis affluant, reiectos.

3. Reg. 18. v. 39.

Hieronym.

Pſal 90 v. 10

233 Moyſes virga obarmatur elementis imperante, ab ipſóque Deo Dei nomine nobilitatus refulget : *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Profectò videbatur in Numina referendus homo miraculorum artifex, omníque ſapientia conſpicuus ; & tamen non colitur ; ſed aliquando deſpicitur : *Fac nobis Deos*, aiebant, *qui nos præcedant : Moyſi enim huic viro, qui non eduxit de terra Ægypti ; ignoramus quid acciderit.* Se à Moyſe ex Ægypto eductos fatentur, nec Deum proclamant, cùm Deum vitulum coluerint ob mentitam ex Ægyptio ergaſtulo libertatem : *Hi ſunt Dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Ecce ob mendaciter adſcriptam vitulo libertatem agnoſcunt Deum, cùm ob veram non Moyſem indigetarint : quòd ſi diſcriminis cauſam ſcruteris, reſpondebit textus, Moyſem inceſſile diſcalceatum : *Solue calceamentum de pedibus tuis*, & vitulum reſplenduiſſe auro ditiſſimum. Ergo quantumuis à Deo Moyſes Dei titulo decoretur, populus ab adorandi periculo longe diſtabit : quia paupertas calceamentorum denudatione ſignata erit erroris exilium, & adorationis obſtaculum. Miraculis exundet dextera, è vultu, qui ſolares vincant promicauerint radij, ex Ægypto eduxerit populum, Deus nihilominus non habebitur, quia pauper, & diſcalceatus ; at vitulo dum diteſcit copioſo auro, quæ facere non potuit, adſcribent miracula, & quantumuis obſtet brutalitas, agnoſcent diuinitatis præclariſſima argumenta. Vel mentita facinora proſunt diuiti ad plauſum, cùm in paupere vera etiam miracula nequeant vitare contemptum. *Nudis pedibus*, ſcribit Theodoretus quæſtione 7. *illi ſacrificia diuina perageb ant.* Diſcalceati, hoc eſt pauperes, quantumuis ſapientia præditi, quantumuis virtute exculti, quantumuis prodigiis clari, in magnorum cenſu non referuntur, cùm vituli, ſi auro diuites, referantur.

Exod. 7. v. 1.

Exod. 32. v. 1.

Exod. 3. v. 5.

Theodoret.

§. LV.

Tolerabilius eſt citò mori, quàm vitam ad prolixam, aut inhoneſtam mortem extendi.

234 VT lux fœdiſſimis cœcíſque vmbris deturpata, & caliginibus ferè attrita, non reſplendet nitida ; ſed luget anxietatibus fatigata ; ſic hominis vita ſi continuis actibuſque diuexetur ærumnis, & dolorum impetatur ſtimulis, vitæ non meretur vocabulum, quia mortis ſortitur effectum. Quam Deus lucem produxerat, à tenebris ſeparauit, & iam ſeiunctæ diei vocabulum indidit : *Diuiſit lucem à tenebris, appellauítque lucem diem.* Tenebroſus dies luget, non ſplendet, & niſi à tenebris diſtet ſeiunctus, diei elogio inuenitur priuatus : ſic etiam vita, niſi à mortis ærumnis elongauerit ſeiuncta, non liceat vitæ vocabulo dignari. *Fit mors*, aiebat Mercurius philoſophus apud Stobæum lib. de laude mortis cap. 121. *per diſſolutionem ægroti corporis, & ob læſionem compaginum eius ; eſt autem compago articulatio corporis ; moritur autem corpus, cùm non amplius ferre poteſt hominem.* Addit : *Et hoc ipſum mors eſt corporis diſſolutio.* Diuturna membrorum diſſolutio, continuus dolorum ardor non eſt vita ; ſed mors longa : melius cum aliquibus ageretur, ſi citò occúmberent, quàm ſi ad mortis iniurias durarint reſeruati, & dolorum ſæuitiæ obiecti. Benè Seneca epiſtola 70. *Peior vtique mors longior.* Rationem præmiſerat referens intuliſſe ſibi manus Druſum Libonem, ne aduerſariorum arbitrio traditus diuturnam ſuſtineret mortem, duriorémque necem : *Manus ſibi attulit,*

Genes. 1. v. 5.

Mercur.

Seneca. Mors longior, peior.

Digitized by Google

bit, ſcribit, *nec ſine cauſa*: *nam poſt diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, ſi viuit alienum negotium agit.* Vt certum eſt non licere ſibi afferre manus, ita eſt indubium adulari inimicorum odio, qui durat ad ſuſtinendas iniurias, excipiendáſque contumelias. Adſunt huius veritatis teſtes Zebee & Salmana, dum Gedeonem adhortantur, vt virili robore trucidarit, nec puero imbelli illos trucidandos commiſerit. Præceperat ille Iether primogenito ſuo in captos reges irruere: *Surge & interfice eos*, occidendi verò, vt deſperexerunt audacter vitam, inferendam puerili manu timuerunt mortem: *Dixerunt Zebee & Salmana: Tu ſurge & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur eſt hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zebee & Salmana.* Citiùs finierunt vitam à Gedeone trucidati, quàm à puero repercuſſi; verùm vt erant prudentes, maluerunt occumbere celeri morte, quam diſtorqueri diuturna nece: *Videntes*, ſcribit Abulenſ. q. 17. *quòd puer timeret percutere eos, & ex hoc ſi cogeretur agere, trepidè & multo eos labore, & diuturno afficeret dolore, orauerunt quòd irrueret in eos Gedeon.* Beneficij loco habuerunt non diu ad necem trahi; ſed citiùs occidi. Præmiſerat Abulenſis: *Si puer occiſurus eſſet illos, oporteret quòd ſæpè percueret eos: quia paucas vires habebat, & paterentur nimis in hoc, ideò vt lentori cruciatu vitam finirent, voluerunt occidi à viro, qui poſſet eos vnico ictu occidere.* Non erat vita, quæ producebatur ad ſuſtinendos cruciatus; ſed durior mors, quàm lenis tardabat iſtus: ergo inter mortes elegerunt prudenter diu non cruciari, ſed celeriter occidi: eſt namque mors breuior conducibilior. Modò in mentem venit martyrium S. Caſſiani, quem vt durius diri[illegible]que diſtorqueret tyrannus, puerorum tradidit ſtylis acutiſſimis configendum, & repetitis ictibus vulnerandum: nouerat namque impius duriorem ipſa morte vitam eſſe doloribus proſcriptam, cruciatibúſque dicatam.

Abulenſ.

235 Iobus in diem illum peccato deturpatum, noctémque ſcelere obſcuram pia ira excandeſcens ſic aiebat: *Pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt: Conceptus eſt homo: dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum Deus deſuper, & non illuſtretur lumine. Obſcurent eum tenebræ, & vmbra mortis. Occupet eum caligo, & involuatur amaritudine.* Profectò cui Iobus indignationis videatur tenebris obſcuratus, quando à ſcopo diſtat longiſſimus: nam ſi diem ardenter perire exambit, cur non ait: Occupet eum mors; ſed, *vmbra mortis.* Certè etſi vmbra vicinam teſtetur mortem vitam adhuc non finiet: quia nondum mors, vt videtur, aduenit. Ergo verba corrigat, dicárque: Occupet illum mors, quo citò pereat, non mortis vmbra, qua etſi amarus & tenebricoſus, viuat. O maledictum ab animo illuſtrato, non obſcurato indignatione profectum! ſi mors diem inuaderet, citò periret; at ſi mortis vmbra diuexet, nec lucebit, nec peribit: durabit ſanè ad vmbræ iniuriam, ſplendoris non perſeuerabit ad vitam, non viuet, quia tenebris impetitus; non decumbet, quia ad ſuſtinendos vmbrarum adſultus ſeruatus: ergo Iobus, vt acriùs duriúſque diem torſerit, noluit celeri perire occaſu; ſed defatigari diuturno tenebrarum adſultu. Hoc idem in noctis maledictione confirmat: ipſum audi: *Noctem illam tenebroſam turbo poſſideat: non computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus.... Obtenebrentur ſtellæ caligine eius: expectet lucem & non videat, nec ortum ſurgentis auroræ.* Vitam nocti videtur procurare, cùm molitur maledicere: nam cùm nox roſeo auroræ iubare iugulata intereat, quantum tardatit aurora, tantùm noctis durabit vita: ergo de vſu benedicendi Iobi lingua maledicere prorſus ignorat, & ad benedicendum feſtinat; imò ſummis grauiſſimiſque miſeriis noctem replet, dum, vt diuexetur, producit: acri adeò turbine impeti exorat, vt quo ſe à moleſtiis expediat, nox ipſa lucem exambiat: *Expectet*, inquit, *lucem, & non videat*: vt ſic producatur cum vita pœna, dum vrgetur ardentiſſimo deſiderio, & deſiderij præpeditur obſtaculo: duriorem ipſa morte pœnam nocti decreuit, dum repetitis calamitatibus impetitam noluit finiri; ſed ad labores ſeruari: quid enim miſerabilius, quàm ſuſpenſis anxietatibus adurgeri, & turbinibus procelloſiſſimis circumagi? *Maledixit diei ſuo*, ſcribit Hugo Charenſis, *non libidine vindicta; ſed zelo iuſtitiæ.* Ea fuit maledictio, vt videri inſipientibus poſſet iuſtitiæ limites tranſgreſſa, & ab odij libidine nata; verùm cùm dies ille fuerit deturpatus culpæ natiuitate, & nox ſordidata ſcelere, meruerunt iuſtè produci ad pœnam, & moriendo vitam longiſſimam protendere ad ignominiam. Ergo vt nouerris quàm durum ſit viuere ſuſtinendo diuturnam mortem, hanc Iobus turbine impetitæ nocti decreuit pœnam, & pœna vtiliſſimam nobis tradit doctrinam. Repetere poteſt Seneca: *Peior vtique mors longior.*

Iob 3. v. 3.

Diabolus, vt qua furit, ſæuitiam aliquando cumularet quem inuaſerat, miſerum ſepulchris amandauit, ibique duriſſimè torſit: *Domicilium habebat in monumentis.* Addit Euangeliſta: *ſemper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens ſe lapidibus.* Si dæmon miſeri hominis defatigatur ad vitam, cur ſepulchris non committit defunctum; ſed concidit lapidibus viuum? lapidibus conciſus patitur; at non moritur: ergo ſuæ aduletur inuidiæ, & ſæuo adeò dolore exurat, vt mortem celeriùs oppetat Proh peruerſam nocendi induſtriam! Quò diriùs torqueat ad pœnam, immortalem producit vitam, vúltque hominem viuere anxietati, non tempori: ſuſtinere coactus ſepulchri ærumnas durat; ſed vt ſentiat; non viuit, vt viuat. Opportunè Baſilius Seleucienſis orat. 25. *Graniorem morte vitam ſuſtentare velut iudicio data iubebatur, nam quos inuaſerit mors, ſenſu doloris priuat, & ab iis quæ dolorem creant, ſepulchrum mortuos liberat. Ille quidem cætera mortuus ſolùm vinebat, quo ægrimoniæ ſuæ ſenſu torqueretur, eóque ſine intermiſſione.* Si vitâ priuatus habitaſſet ſepulchrum, euaſiſſet etiam tormentum; at modò tormentum ſuſtinet & ſepulchrum, dum ſolùm viuit ad ægrimoniam, peritque ad vitam. Profectò hæc vita mortalis eſt: dum miſer ſine intermiſſione torquetur, & diaboli tyrannis huius tormenti acerbitatibus cumulatur, dum mauult adſcribi doloribus viuum, quàm ſenſu liberari defunctum. Diſcant hinc qui continuis afflictationibus diuexantur, ſuam cumulare patientiam, & augere ſuſtinendo præmiorum gloriam. Nouerint etiam qui lentè affligunt, conducibilius eſſe, quàm lentè trahere, ſpes deſiderantium citò præcidere: quid enim durius, grauiuſve lites gerenti, aut aliquod munus deſideranti, quàm lenta diuturnitate torqueri, & ignaua moroſitate vexari?

236

Marci 5. v. 3

Seleucienſ.

Cùm duo nequam ad confundendam Chriſti innocentiam

237

Digitized by Google

innocentiam peſſimi virulétiſſimíque æmuli duris ſtipitibus affixiſſent magno Sabbathi die iam proximo ad miſericordiam aliquatenus flectuntur, & ne corpora ſuſpenſa maneant, confringi crura depoſcunt: *Iudæi ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho: erat enim magnus dies ille Sabbathi, rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura & tollerentur.* Profectò videri potuit miſericordia fellita, quandoquidem non doloribus medelam; ſed finiri citius diſcupiunt vitam. *Nolebant*, ſcribit Theophylactus hîc, *in die feſto videri punitores & homicidæ.* Profundus Theophylacti ſenſus; imò ne viderentur homicidæ, oportebat latrones viuos in cruce perſeuerare, non fractis cruribus mori. Ergo ſibi imponit falſa miſericordia, quando occidendo homicidij refugit culpam: feritatem enim ſæuitiámque conſtat augere, dum mentiuntur doloribus ſubuenire. O expende, amabo te quàm ſit durum ad iuſtinendam prolixam indecorámque mortem ſeruari, quando genus miſericordiæ putabant fractis cruribus interire. Aliquam ſe exercere erga crucifixos miſericordiam putarunt, ſi non producerent lentos cruciatus; ſed celeri morte impedirent ſenſus: *Rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura*, ſcribit Hugo Cardinalis, *vt morerentur citò, & mortui tollerentur de ligno, ne pendentes vſque in craſtinum vel vſque ad veſperum magnum diem ſui diuturni cruciatus horrore fœdarent.* Vides in tanti feſti obſequium ipſa morte corripuiſſe cruciatum: quia putarunt grauius eſſe, quàm cito mori, longis ſpatiis pendere?

Ioan. 19. v. 31.

Theophyl.

Hugo.

§. LVI.

Vltio veluti hæreditarium ius à parentibus commendatur, & ambitioſè à poſteris exambitur.

218 Tertullian.

VLtio penes errorem ſolatium videtur doloris, aiebat Tertullianus lib. de patientia cap. 10. verùm ſic in mortalium præcordiis hic inoleuit error, vt ſummo impatientiæ ſtimulo vindictam expetere exambiant, & ni expetiuerint, ſe miſeros, ac infeliciſſimos doleant: *Eſt & alius ſummus impatientiæ ſtimulus*, addit Septimius, *vltionis libido negotium curans aut gloriæ aut malitiæ.* Gloriam arbitrabantur homines vltionem expetere, vtque ſunt laudis ac gloriæ quantumuis vanæ ambitioſi, ſummo ſtudio ardent aduerſarium punire, & acceptam iniuriam duplicata remuneratione inaurare. Hinc parentibus cura eſt, dum ſuperſtites, filios, cognatóſve ad vltionem iniectis ſtimulis adurgere, aut, ſi vita decedant, veluti hæreditarium legatum iniuriæ propulſationem commendare. Gedeon reges fratris ſui occiſores bello cepit, & occidendo ad iniuriæ propulſationem filio commiſit: *Dixit Iether primogenito ſuo: ſurge & interfice eos.* Filius vti puer nondum ad vindictam inueniebatur idoneus; & nihilominus à patre ſtimulabatur impulſus: *Non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat.* Vel puerum monet vlciſci, quaſi nihil glorioſius potuerit ad filij laudem pater excogitare, quàm acceptæ iniuriæ retributionem monere: ex ipſorum confeſſione cognouit Gedeon Zebee & Salmana in Thabore monte eius fratres acerba morte interemiſſe, vtque talionem redderet filium in hoſtes armauit: *ſurge & interfice eos.* Non tam curabat religionis hoſtes delere, quàm acceptam iniuriam vindicare: quos fortè non occideret in religionis obſequium, trucidauit in fraternitatis ſuffragium, adeóque ſibi glorioſam exiſtimauit vltionem, vt eam non commiſerit ſeruo, ſed filio: *Dixit Iether primogenito ſuo: ſurge, & interfice eos.* Sanguinem ſuorum vlciſci erat diademate coronari, vtque filium coronet triumpho in hoſtes armauit gladio: *Filium ſuum*, ſcribit Arias Montanus, *occiſis antè fratribus ſecundo à ſe loco proximum, redemptorem ſanguinis eſſe volebat.* Loco ditiſſimi patrimonij patruorum ſuorum ſanguinis redemptionem filio commendauit, & vrſit. Gedeonem ſine legis iniuria feciſſe non inficiabor; at nec vllus negabit ſuis factis quod plures non ſine virtutis offenſa ſatagunt delineaſſe, & perſuaſionis coloribus expreſſiſſe: *Hæc noſtra Chriſtianitatis ſumma eſt*, aiebat Ambroſius ſerm. 10. *vt amantibus viciſſitudinem, ladentibus patientiam rependamus.* Glorioſius Chriſtiani ſtemma eſt patientiam rependere, iniurioſiſque parcere, verùm cùm vanitatis ſtemma ſit vltionem repoſcere, & vicem reddere, malunt homines vanitatis ſtemmatibus gloriari, quàm Chriſti titulis inſigniti. Ergo filius edocetur vlciſci, & inimicorum ſanguine decorari.

Montan.

Ambroſ.

Ioannes non ad Sadducæos dehoneſtandos; ſed, 219 vt eorum contagia fugerent, alios præmonendos, viperarum progeniem dixit: *Videns autem multos Phariſæorum, & Sadduceorum venientes ad baptiſmum ſuum dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura ira?* Dum viperarum filiis comparat, ad ſecreta naturæ indaganda nos incitat. Viperæ ſoboles non ſolùm eſt naturæ ingrata; ſed etiam patrem vindicandi percupida: doloſo oculo mater caput conſortis abſcindit, & inter ipſos deliciarũ amplexus mortem inferẽdam abſcondit: & iam filij naſcuntur hæredes non tam ſanguinis, quàm vltionis. Audi Chryſol. ſerm. 137. *Carnifices ſceleris ſui pariũt filios vindictæ ordine, nõ naturæ: nam genimina patris concepta de cæde ſanguinis antequam lactis exigunt nutrimentum, & vltionem petunt* Itaque paternæ cædis vltores naſcuntur filij, & naturæ leges dediſcunt vitam incipientes vindictæ ordine, non naturæ: illorum nutrimentum eſt ſanguis, quaſi plus quàm lacte alantur vltione: *ſanguinis antequam lactis exigunt nutrimentum.* Ergo viperarum genimini Phariſæos ſimiles dixit, vt qui ad poſteros cum ſanguine & vindictæ ardorem transfunderent, & agnoſcerent ſui imagines, ſi acceptę iniurię experiãtur vindices.

Matth. 3. v. 7.

Chryſol.

Ieroboam dum manum leuaſſe contra Abſalonem refertur, & viduæ filius deſcribitur: *Ieroboam quoque filius Nabath Ephrathæus de Sareda ſeruus Salomonis, cuius mater erat nomine Sarua mulier vidua leuauit manum contra regem.* Notalle adeò accuratè ſcripturam Ieroboami viduam fuiſſe matrẽ occaſionem præbuit interpretibus, vt exiſtiment aliquid hac in viduitate latere, quod filio ad diſcordiam igniculos videatur injicere. Dicunt ergo Semei fuiſſe binomium, & Nabath etiam vocatum, cúmque Semei à Salomone conſtet occiſum, putãt vxorem Nabath marito orbatã cum ipſo lacte vltionis filio Ieroboamo ſtimulos ingeſſiſſe, & cum ipſo alimento paternæ mortis memoriam etiam lactaſſe: vnde filius importunis matris perſuaſionibus ſtimulatus, non ſine temeritate eſt vindictam cædis adorſus: qui, ni opportuna ſe fuga ſubduxiſſet, dignam audacia pœnam tuliſſet ligno ſuſpenſus; verùm quamuis non ſubierit tormentũ, vſque ad Salomonis mortem tulit exilium. Itaque mater,

3. Reg. 11. v. 26.

Digitized by Google

dum ad vltionem ſtimulauit, exilium filio imprudenter aſciuit: frueretur ad viduitatis ſolatium eius præſentia, ni dum inhiat ad vindictam, noua augeret mœſtitudinem cauſa; ea tamen fuit vltionis libido, vt ſe non putauerit matrem, niſi filium iniectis quotidie ſtimulis adurſerit ad vltionem. Accipe Lyram: *Dicunt aliquid quòd iſte Nabath pater Ieroboam fuit ita cum quod Semei, & quòd vxor eius nutriens Ieroboam reducebat ſibi frequenter ad memoriam interfectionem patris ſui à Salomone, vt dictum eſt ſupra 3. & propter hoc fit de ea mentio.* Matres ad paterni effuſi ſanguinis filios adurgere ſolent vltionem, & dum filij non tentant ſtimulati, calamitatem ſibi & matribus maturant miſeri. Lyra.

241 Dauid morti proximus honeſtis factis, quæ non adeò laudabiliter ſolent peragi, deſignauit: nam Salomonem inſtruens, de iniuriis à Semei ſibi illatis admonuit, & vltionem expetere veluti teſtamento mandauit: *Habes quoque apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione peſſima, quando ibam ad caſtra; ſed quia deſcendit mihi in occurſum, cùm tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominum dicens: Non te interficiam gladio: tu noli pati eum eſſe innoxium; vir autem ſapiens es, vt ſcias quæ facies ei, deducéſque canos eius cum ſanguine ad inferos.* In Dauide non fuit iniuſtæ vindictæ appetitus; ſed iuſtitiæ zelus, eo tamen iuſto zelo vindictæ expreſſit ardorem nec in ipſa morte ſopitus, imò vindictæ ardere. Vltimum vitæ ſpatium clauſit vltionis legatum: immediate namque ſubiunxit textus: *Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis.* Dormiuit vltionem ſuſpirans, & veluti teſtamento filio commendans. Caietanus putat eis verbis: *Vir ſapiens es,* Salomonis citaſſe prudentiam, vt vindictæ diguiſſimæ ſic conſummauerit occaſionem, vt Semei indubie tulerit eædem: *Ad inueniendum,* inquit, *nouam cauſam iuſtam occidendi eum, tendunt hæc verba: Quia vir ſapiens es: & ſcies quid facies ei: & facies deſcendere ſenectutem eius in ſanguine ad foueam ſepulchri.* Quaſi dicat: Ni ipſum de medio tuleris, prudentiæ luminibus non fulgebit, quandoquidem filio ſapienti videtur indecorum inultas præteriſſe patris iniurias, nec inimici ſanguine deleuiſſe illatas offenſas. Fecit Salomon quod in mandatis acceperat, laqueos cupido tetendit, & teſtamentum implens occidit. Itaque filius ad vlciſcendum patrem armatur, & vltionem à patre ſupremum agente ſpiritum ſtudioſiſſimè præmonetur. O quot patres, cùm tempus vitam extinxerit, poſt mortem etiam vltioni viuunt! non diſceſſus ipſe è vita, non conſcientiæ morſus ſuaſit ardorem ſopire, imò quia grauiùs dolent, quàm mortem oppetere, illatam ſibi iniuriam impunitam relinquere; vltionis conſtituunt hæredem, & filij erga parentes conteſtari amorem arbitrantur, ſi vindictam omnibus exequi artibus meditentur. 3. Reg. 2. v. 8. Caiet.

§. LVII.

Egregium eſt donantis præconium, ſi certaminis puluerem exceperit præmium.

242 QVi ad populi ſalutem armis vigilauit defatigatus, & præmiis fulgere debet conſpicuus. Aliget inhonoratus Mars: & quidem ſi differatur diuturnè præmium: labor ipſe cudit martyrium, & quod ſolabatur labores meritum rationabili ſpe ſuffultum, tranſit in incrementum doloris, & augmentum anxietatis, quandoquidem ſe dolet deſpectum, qui videbatur ſtrenuitatis ſuffragio ſublimandus, & fortitudinis calculis promouendus. *Ad hanc menſuram,* ſcribit Caſſiodorus 6. var. 18. *cenſenda ſunt dignitates, vt tantò quis honorabilis habeatur, quantò ciuibus profuiſſe cognoſcitur.* Qui proprio diſcrimine Reipublicæ ſaluti conſuluit, qui intrepidus hoſtilem rabiem confregit, non debet tardari ad præmium; ſed ad dignitatis celerrimè promouen faſtigium; alioquin vnde orietur labori ſolatium, pullulabit anxietudinis incrementum. Redeat iterum Caſſiodorus 11. var. 36. *Qui laboriоſas excubias, & officia magnæ ſedulitatis inuenit, rationabiliter & temporis definita conſtituit, vt quod erat ſub vitæ termino poſitum, præmium non haberet incertum. Alioquin quis ſufficere ſemper & expectare poſſet, cùm ſe mortalibus lux ipſa ſubduceret, qua de re ſub incerta vita cerea militia eſt.* Nouerat hoc Reſpublica Gedeonem ducem ſortita: vicerat ille ferè innumeros hoſtes, contriuerat contumaces, occiderat reges, lauris ornauerat contribules. Quid tunc? Nondum Martialis campi deterſo puluere dignitatem offerunt, & promouere contendunt: *Dixerunt omnes viri Iſrael ad Gedeon: Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian.* Agnoſcunt bello inſudaſſe, & oblato præmio geſtiunt puluerem deteriſſe: vt nouerint ſuperiores, Principéſque præmia militibus non tardare; ſed vel non petentibus libenter offerre: nec enim fas eſt, vt miles emat iterum petitionis rubore, quod meruit effuſo ſanguine. *Id eſt,* ſcribit Abulenſ. q 17. *Dominare tu nobis, & omnes poſteri tui: quia per filium & nepotem intelliguntur omnes poſteri: quia liberaſti nos de manu Madian, ſcilicet propter hoc bonum, quod nobis egiſti, volumus tibi gratias referre faciendo quòd ſit Dominus noſter.* Oblata citò dignitas erat gratitudinis argumentum, meritorúmque teſtimonium; imò ad vlteriores tentandos triumphos non exiguum ingerebat igniculũ: viget namque Martialis virtus præmiis nutrita, & inſiſtit labori vlteriorum præmiorum auida. Caſſiodor. Abulenſis.

Cùm nihil careat in ſcriptura myſterio, iuuat expendere diuerſo ſtylo vſum fuiſſe Deum, dum Abrahamo filium litanti decernit præmium, & dum regredienti à cæde regum inimicorum remunerator occurrit: iuſſerat hoſtiam de filio parari, & non ſine prolixi itineris fatigatione vſtulatum flammis offerri: eo vultu audiuit Abraham futurum holocauſtum, quo eiuſdem filij audierat promiſſum: armata iam manus ferro rimabatur ad ictum, cùm vox eius, qui poſtulauerat, contradicit: vocem ingeminat, & manum ligat, additque: *Quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi,* &c. Audis benedictionem in futurum promitti, nec ſtatim ad ſpeciem offerri. Tranſi modò ad Geneſ. 15. vbi cum exigua ſatis vernaculorum manu inſolentes, victoréſque hoſtes impetiiſſet, triumphúmque reportaſſet, ſeipſum offert oraculum protectorem non iam futurum, ſed præſentem, præſentique mercede remunerat, non futura: *His itaque tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abram, per viſionem dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis.* Non ait: Ego protector ero, aut ero merces; ſed merces & protector ſum. Quod ſi quæſierit, cur alibi 243 Geneſ. 22. v. 16. Geneſ. 15. v. 1.

alibi verbo vtatur de præſenti, & alibi de futuro: ea ſe mihi ratio offert, alibi ſcilicet congreſſum fuiſſe animosè cum aduerſario, nobilitatum alibi ſacrificio. Profectò dum filium offert, dum ſpes litat, ſæculis inuenitur mirandus; verùm nihil officit, ſi tantiſper differatur præmium; at in conſertas hoſtium phalanges irruenti, Reipublicæque libertatis aſſertori differre præmium, ad ſpeciem videbatur remuneratoris iniuria, & decertatoris nota. Ergo Dominus optimi regiminis norma, vt Principes inſtruat, militi non differt mercedem, litantem honorat certa, ſed in poſterum promiſſione. Non erat difficile poſt ſacrificium dicere: *Quia feciſti rem hanc, benedico tibi*: vt etiam promittere victori: *Ego ero protector tuus mercéſque tua*; at vt agnoſceremus latere myſterium, eumdem non ſeruauit ſtylum, ſed militem ſtatim remunerauit, litantem ſe remuneraturum promiſit:

Oleaſt. *Quoniam debellauerat reges*, ſcribit Oleaſter ad litteram, *fortè timebat, ne illi congregato exercitu eum delerent: ideò cum ſecurum reddit Dominus.* Addit Oleaſter: *Per mercedem videtur intelligere copiam, cùm filiorum, tum omnium rerum vltra beatitudinem, & in his duobus omnia complecti videtur.* Non eſt paſſus Dominus poſt triumphum anxium pendere, nec mercedem expectare, ſed à bello regredienti occurrit, vt puluerem timorémque oblato præmio deterſerit, & ſedarit: Addit Ru-

Rupert. pertus lib. 5. in Geneſ. cap. 17. *Merces tua magnanimis, vt peregrinus factus propter me vtrobique gaudeas, ſ ilicet & in præſenti de protectione mea, qua tibi tolerabilis ſit ipſa peregrinatio tua, & in futuro de mercede nimis magna.* Vt præſenti miles frueretur gaudio, præſenti muneratus eſt præmio, ne ſi merces differretur victori, inuratur nota celebrandæ ſæculis fortitudini. Profectò magna fecit, cùm filium obtulit; remanebat tamen ſara ad ſolatium, Iſmaël ad doloris leuamentum, copioſa familia, & ingens diuitiarum copia ad humanæ vitæ ſubſidium; at dum in hoſtes irruit, ſe ſuáque omnia diſcrimini expoſuit, & bellicæ virtuti ſacrauit: ſi hoſtili namque mucrone occubuiſſet occiſus, familia, diuitiis, vxore, filiorum ſpe, temporis momento inueniretur nudatus. Ergo merces cum hoſtibus congreſſo non differtur ad præmiantis laudem, & ad præmiati exaggerandam virtutem.

144 Baſilius Seleucienſis Saülis Principatus occaſum imminere agnouit, dum inuerſum ſtylum præmiorum vidit: agitabatur Saul impurato ſpiritu, cúmque nulla inueniretur opportuna artis medela, allatus eſt Dauid, qui cantus melodia triſtem recrearet, aureſque demulceret. Quid tunc? Saul dignitate Dauidem honorat, & can-

1. Reg. 16. v. 21. torem præmio remunerat: *Venit Dauid & Saul, & ſtetit coram eo; at ille dilexit eum nimis, & factus eſt eius armiger.* Armorum ornatur præmio, qui non viderat arma; ſed oblectabat melodia. Hic idem poſtea cum illo ſuperbiæ monſtro congreſſus victoriam reportauit, & metu ac periculo populum ac Regem exemit; cumque ſalutis aſſertori præmium, idque ingens ſtatim debuiſſet offerri, opus illi fuit Abneri fauore, vt alloqueretur Regem; imò nec poſt colloquia auditur remuneratus; ſed opus fuit multa alia peragere, vt aliquorum militum reſplenderit præfectus: *Cùm regreſſus eſſet Dauid percuſſo Philiſthæo*, inquit textus, *tulit eum Abner, & introduxit coram Saule caput Philiſthæi habentem in manu.* Quid tunc?

1. Reg. 17. v. 57. Iam textus ſubiicit: *Et ait ad eum Saul: De qua progenie es, o adoleſcens?* Dixitque Dauid: *Filius ſerui tui Iſai Bethlehemitæ ego ſum.* His caput finitur, nec tanti facinoris præmium refertur, licèt poſteà, cùm nouis facinoribus regem obligauerit, aliquorum militum, vt dicebam, præfectura floruerit: *Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcumque miſiſſet eum Saul, & prudenter ſe agebat; poſuitque eum Saul ſuper viros belli.* Vides poſt Philiſthæum deiectum, præmium dilatum, Saulémque nouis facinoribus ad aliquam remunerationem compulſum: quod non indubium fuiſſe calamitatis auſpicium teſtatur Baſilius Seleucienſis orat. 14. *Saulis regnum vergebat ad occaſum*, inquit: *deſertam à gratia, nec habitatam Saülis animam nactus dæmon proprium ſibi effecit domicilium, & aduentus ſui notas euentu rerum dedit: prudentia de mentis arce deturbabatur.* Expende illud: *euentu rerum dedit*: ac ſi dicat: Non erat dubium Saul prudentia deſtitui, & dæmonis conſilio regi, quando ſtrenuum militem, qui totius Reipublicæ iugum depulerat, nullo affecit præmio, cùm auies demulcentem, cantorémque debito militibus remunerarit officio: cantorem ad armigeri honorem extulit, arma induſtriè, peritéque gerentem, hoſtémque debellantem irremuneratum reliquit, vt ipſi effectus oſtenderent Principatum ad occaſum vergere, & dæmonem eius pectus inhabitare. Et quidem non fuit præmium, quod daretur ſtrenuo militi; quia debitus arma gerenti honor impenſus fuerat cantori. O diſcant qui dignitatem firmare diſcupiunt, præmiorum ordinem non inuertere, & congreſſum cum hoſtibus digna mercede nobilitare.

§. LVIII.

Nonnulli, vt ſe exhibeant gratos, videri parumpendunt legis oblitos.

145 GRatitudo egregium naturæ humanæ ornamentum eſt, quæ belluas etiam nobilitat, quandoquidem quæ probantur gratæ, reliquas inueniuntur honeſtiſſimè ſupergreſſæ. Elephantes carneæ turres pedes ſortiuntur nullis diſtinctos articulis; ſed incuruabiles, & columnarum ad inſtar perſiſtentes: vnde ſi proſterni aliquo caſu contingat, ſuperſtites cadauera referunt motu priuati, cruriúmque auxilio prorſus deſtituti: inflecti nequeunt, & licèt illis natura ingentem molem conceſſerit, quo vel vltima animalia gaudent, flexibilitatis beneficio priuauit. Hi ſi reparato caſu hominis ope reſurgant, erga beneficium gratitudinem ſemper oſtentant. Audi Caſſiodor. Caſſiodor. 10. var. 30. *Humano ſolatio conſurgunt, cuius arte incuerunt; bellua tamen ſuis greſſibus reſtituta, nouit memor eſſe beneficij: in magiſtrum quippe recipit, quem ſibi ſubueniſſe cognoſcit, ad ipſius arbitrium greſſus monet, ipſius voluntate cibos capit.* Addit diſertiſſimus Conſul: *Et, quod omnem intelligentiam quadrupedum ſuperat, non dubitat iuro adſpectu adorare, quem cunctorum intelligit rectorem eſſe; cui ſi tyrannus appareat, inflexa permanet, nec imponi poteſt bellua, hoc eſt malis pendere, quod à ſe nouit bonis Principibus exhiberé.* Nouit expers rationis bellua benefactori exhibere officium; eo tamen modo, vt teſtatur gratitudinem, nec debitum vllo modo violarit ordinem. Ele-

Digitized by Google

phas videtur agnoſcere, legem tranſgredi non eſſe gratitudinis argumentum; ſed temeritatis delirium. Et quidem nonnulli, vt affectent gratitudinem, tranſgrediuntur honeſtatis legem, rationis confundunt ordinem: videri non reſpuunt æquitatis oblitos, ne quis illos ſugillarit ingratos: benefactori exhibenda eſt gratitudo; ſed quam præſcribit ratio, quam decernit æquitas, alioquin non erit exhibentis elogium; ſed confundentis ordinem vituperium. Ecce Iſraëlitæ, dum ſe erga Gedeonem exhibere gratos contendunt, rationis violatores exiſtunt. Vicerat Gedeon innumeros hoſtes, vtque illi gratificarentur reportatum de hoſtibus triumphum, inconſultè offerunt regnum: *Dixerũt omnes viri Iſraël ad Gedeon: Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian.* Imperium offerunt, vt compenſauerint beneficium; at Gedeon prudenter renuit, quia æquitati contraire cognouit: *Non dominabor veſtri*, inquit, *nec dominabitur in vos filius meus; ſed dominabitur vobis Dominus.* Regni oblatio in Numinis ſpeciali titulo populo illi tunc dominantis vergebat iniuriam, ergo quod offerebatur inconſulta gratitudine, reſpuit prudentiſſima religione. Adeſt Abulenſis quæſt. 18. *Volebant Iſraelitæ quòd Gedeon & poſteri ſui ex iure ſucceſſionis haberent Principatum ſuper Iſraëlitas, & eſſent veri Reges, ſicut erant in aliis gentibus: & hoc fuit, quia Iſraelitæ videntes quod Gedeon eis benefeciſſet, voluerunt eum maiori Principatu honorare.* Audis gratitudinem, culpam audi ab ipſo Abulenſ. quæſt. 21. *Volendo ad omnem caſum, Deo inconſulto, tribuere regnum ei, peccatum erat.* Itaque non tenuebant perpetrare peccatum, vt iniqua gratitudine rependerent beneficium: quod vtinam ſolùm acciditſſet Hebræis; ſed proh nefas! & contingere Solet Chriſtianis: legis ſæpè iniuria, rationis querela, vt ſe exhibeant gratos, cæcis oculis iura prætereunt, & quidquid iniuſtæ gratitudini reſiſtere poteſt, deſpiciunt.

Abulenſ.

246 Elias ſanctiſſimus ægrotanti Ochoziæ appetentem mortem denuntiat, non quò dolorem exulceret; ſed quo ad mortem matura denuntiatione diſponat: ille nuntio perculſus cùm debuiſſet gratias agere niſus eſt leuerè punire. Quid tunc? Quem ſupra quinquaginta conſtituerat Principem, iniquitatis aſſumpſit auxiliatorem, & ad inferendam Prophetæ vim celerrimè miſit: 4. Reg. 1. v. 9. *Miſit ad eum quinquagenarium Principem, & quinquaginta qui erant cum eo.* Flammis eluctantibus punita eſt culpa, non tamen deterrita temeritatis audacia: alius namque quinquagenarius obedire non renuit; ſed impiis conſiliis opem ferre ſimiliter feſtinauit, & voraci ardore ſimiliter eſt conſumptus: quia maluit præcedentis ſequi veſtigium, quàm fugere detrimentum. Iam ſi quæras cur non expauerint tanto Prophetæ aduerſari, reſpondet textus eleuatos fuiſſe ab Ochozia ad Principatum, & ad honorabile miniſterium: ergo ne viderentur benefactori reſiſtere, vim Prophetæ inuolarunt inferre impiiſſima gratitudine, & clariſſima iniquitate. *Per duos primos Principes quinquagenarios ex mandato Ochozia ſuperbè loquentes cum Elia*, ſcribit Gloſſa moralis, *ſignantur miniſtri hominis ſuperbi deſeruientes ei in ſua malitia.* Princeps quinquagenarius ſe meminit Ochoziæ miniſtrum, multis præpoſitum, vidítque ingratitudine ad ſpeciem denigrandum, aut iniquitati inficiendum, & ne vmbratili ingratitudinis aſpergeretur notâ, non renuit infici grauiſſima culpa. Quia miniſter Regis aliis inuenitur præpoſitus, deſeruire ad ſcelera non renuit peſſimè gratus: *Signantur miniſtri hominis ſuperbi deſeruientes ei in ſua malitia.* O nimis verum & frequenter ſolitum! Sic ſe homines gratitudinis lege putant teneri, vt acceptis beneficiis ſe non poſſe arbitrentur reſilire; imò aliquando accepiſſe confingunt beneficia, quo teneantur ad imitandum exempla, ne ſi à benefactore deſciuerint, ſugillentur ingrati, & omnibus habeantur odioſi.

Gloſſa.

Moyſi cum Deo in montis ſupercilio degente 247
vt erat ille populus idololatriæ addictiſſimus vitulũ conflari ſibi impatientiſſimis clamoribus poſtulauit: vrgetur Aaron, mulierem inaures poſtulat ſibi deferri: idque erat peccandi ſtudium, vt obedientiæ ſatis difficilis minimè detrectarint obſequium: fuſilis conflatur vitulus, & iam artificio elatus ab omnibus acclamatur diuinus: *Hi ſunt Dij tui*, vociferantur, *Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Si petierant quem ſequerentur Deum: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant*, cur eduxiſſe ex Ægypto clamant? O profúdam ſubtiliſſimámque ad delinquendum argutiam! Ni confingant ſe à vitulo accepiſſe libertatem gratitudinis lege ad vero Numini obſequendum tenentur, ſi vero beneficium vitulo adſcribant apertam ingratitudinis notam ſuo videri non incurrent: ergo vt queant ab obſequio veri Numinis reſilire, accepta ab eo beneficia adnituntur denegare: quaſi minus vereantur idololatriam exercere quàm ingratitudinis notã omnibus deteſtandã ſubire. Adhæc: ſe à vitulo dilargita libertate conclamauerunt obſtrictos vt colorato errore teneri cenſeantur ad ſe exhibendum deuotos: eo futurit peccandi ſtudio, vt accepta mentiantur à vitulo beneficia, quo omni euentu ſe exhibuerint gratos, nec poſſint, illum non adorare, tardáque & à recto itinere deuia eius veſtigia non ſequi. Adeſt Gloſſa Interlinearis Dei nomine: *Beneficium meum*, inquit, *idolo imputauerunt.* Beneficium à Numine ſe accepiſſe negarunt, dum ad vituli partes tranſierunt, quaſi gratitudinis vinculis illigati nequirent diſcedere; vitulo adſcripſerunt libertatis beneficium, vt ſe adigerent ad eius ſequenda veſtigia, ne ingratitudinis ſorduerint notâ. Itaque ficta gratitudine delictum inaurant: quia nouerunt de ſæculi more legem ſæpè violari, ne videatur gratitudinis lex offendi.

Exod. 32. v. 4.

Interlin.

Superbiſſimus virulentiſſimúſque humanæ 248
naturæ hoſtis Pharao cùm non potuiſſet obſtetricibus execrandam puerorum cædem ſuadere, fluuio, quem vti Deum adorabat, miniſtro ad puerorum necem eſt vſus: *Quidquid maſculini ſexus natum fuerit, in flumen proiicite.* Profectò citiùs videbantur ablumendi, ſi vti in Babylone traderentur ignibus vſtulandi: cur ergo traduntur fluctibus, non ardoribus? Adde iniuriam inferre diuinitati, quam Nilo ineſſe putat, dum contra innocentiam armat. Nonne à diuinitate prorſus alienum eſt innocuos occidere, & culpæ expertes mulctare? quomodò ergo induxit animum, vt crediderit fluminis vorticibus ſepeliendos & iugulandos? Putauerint quaſi gratitudinis lege voluiſſe fluuium ad homicidium compellere, quem conſtabat impiis ritibus adorare. *Hunc* aiebat Theodoretus q. 7. in Exod. *pro Deo habebant.* Dum fluuius longè mari inferior; imò aliis fluminibus lutoſior ab Ægyptiis excolitur, ad puerorum

Exod. 1. v. 22.

Theodoret.

necem

necem ſuo iudicio adigitur : quas exiſtimant vxles ſibi fore puerorum neces , fluuio committunt , rati non poſſe non adiuuare , à quibus conſtabat cultum adorationémque habere. Et quidem fluuius narorum erat carnifex , innocentiúmque iugulator , veritus quodammodo , ne videretur gratitudinem violaſſe , ſi differat immeritos paruulos occidiſſe. *Fluuius partum inſidiis excipiebat* , ſcribit Baſilius Seleucienſ. orat. 9. *& matris aluo fluminis alueus ſuccedebat. Fœtus recens editus , ac nondum ſolare inbar contuitus ad fluuij dolores tranſmittebatur. Rem ſanè commiſeratione digniſſimam , infantium iugulator erat fluuius pariter & ſepulchrum.* Quia Ægyptij fluuium indebita adoratione colebant , vſque ad carnificis vilitatem traxerunt: quaſi non poſſet vel indigno muneri non famulari, quem conſtabat indigna adoratione præferri. Ergo fluuius adorationem compenſat recens natos iugulare non detrectans ; imò abſcondere feſtinans.

§. LIX.

Felix eſt , qui prouectionem ſuam intra terminos moderationis includit , infelix qui nimium lucere exambit.

249 FAteor homines primi parentis delirij hæredes inflatiſſima ſemper ambitione pulſari , & ſibi ipſi inimica cupiditate moueri : ambitio rationis vertigo eſt , vtque vertigo omnia ad ſpeciem circumuoluit,& ſuis elocata ſedibus mutare facit, ita qui hac ambitioſæ appetentiæ laborant phreneſi, ſtare nequeunt ; ſed ad terram ſæpiſſimè cadunt: nituntur irrequietis votis aſcendere ; ſed dum ſtudioſiùs cereas ventis alas dare moliuntur ipſis nudati alis temeritatis dant pœnam,& ruentem alios fugere ſuo diſpendio edocuerunt audaciã. Quàm benè Seneca lib. 2. de benef. c. 27. *Nũquã improbe ſpei, quod datur, ſatis eſt: Eò maiora cupimus, quo maiora venerunt , multóque concitatior eſt auaritia in magnarũ opum congeſtu collocata: vt flamma infinitò acrior vis eſt , quò ex maiore incendio emicuit : aquè ambitio non patitur quamquam in ea menſura honorum conquieſcere , qua quondam eius fuit imprudens votum.* Quod olim ob magnitudinem imprudenter videbatur optatum, iam diſplicet vti exiguum acquiſitum. Hac in re contrariam experimur philoſophiam : rerum magnitudinem diſtantia minuit , propinquitas auget ; hîc propinquitas minuit , diſtantia extollit. Qui Tribunatum ſuſpirabat , obtento Prætoram ſuſpirat: nec ſatis eſt ad Conſulatum peruenisſe : quia ſemper ſe ambitio extendit, vnde inceperit oblita , & quò peruenire ſitiat , attenta. Redeat iterum Seneca: *Nemo agit de Tribunatu gratias ; ſed queritur quòd non eſt ad Prætoram vſque perductus: nec hæc grata eſt , ſi deeſt Conſulatus : ne hic quidem ſatiat , ſi vnus eſt. Plura ſe cupiditas porrigit , & felicitatem ſuam non intelligit : quia non vnde venerit , reſpicit ; ſed quò tendat.* Sapienter ambitionem flammæ comparauit : nam vt flamma debita in menſura accenſa calefacit,& illuminat,quæ ſi indebitè excreuerit, vrit , & quod illuſtrabat , nigros in cineres ædificium vertit : ſic cupiditas intra terminum frænata proficit, ſupergreſſa tamen terminos vrit : Ecce Gedeon populi Iudex ob celeritmam , ſæculíſque decantandam victoriam inuitatur ad regnum : *Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian.* Quid tunc ? Se modeſtè continuit, & dum ſectatur modeſtiam , ſuffulcit etiam fortunam : *Non dominaber veſtri , nec dominabitur in vos filius meus ; ſed dominabitur vobis Dominus.* Si regiam dignitatem exambiſſet, præfixam à Domino Deuteronomij 17. legem violaſſet, & contra ſe acueret omnipotentiam ſecutus populi auram. Ipſo piaculo dignitatem ſuam inueniretur ſubruere adniſus imprudenter firmare. Ergo ſibi conſulit, dum oblatam dignitatem à populo reſpuit : *Humanæ mentis felix illa conditio eſt* , aiebat Caſſiodorus 7. var. 26. *qua arbitrium prouectionis ſuæ intra terminum moderationis includit , & ſic peragit dignitatis breuiſſimum ſpatium , vt vniuerſis temporibus reddatur acceptus.* Caſſiodor. Inuiſus eſſet Gedeon ſequentibus & tunc præſentibus fuiſſet odioſus, ſi inani elatione ſuperbiret , & regnum minimus in paterna domo affectaret. Vocatus olim ab Angelo ad populi iudiciariam præfecturam quaſi quid ſuis viribus grandius , ſuáque conditione excelſius prudenter extimuit, Ipſum audi ; *Ecce familia mea infima eſt in Manaſſe , & ego minimus in domo patris mei.* Ergo non oblitus eſt , vnde veneratſed quam tunc putauit , ſua excedentem merita dignitatem , & modò magni æſtimat, ne ſi altiùs inuolare tentauerit, acribus ventorum flabris impetitus ceciderit. Audi Caietanum ad hunc locum: Iudic. 6. v. 15. Caietan. *Reſpuit Gedeon dominatum deferens Domini nomen Deo : & propterea inter iudices ſupputatur quintus.* Illud preme : *Et propterea.* Quaſi dicat Caietanus: Expunctus de Iudicum numero aboleretur, ſi Domini infelix exambiret elogium, affectarétque regnum : at dum modeſtia anchoræ ad inſtar ſe continet,& iudicis gloriam retinet : vt diſcant vel ambitioſi ſe prudenter gerere, nec inſanis ipſi ambitioni votis contraire.

Ibi dolores vt parturientis , aiebat Pſaltes, *in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Vt parturientes ſpe futuræ prolis dolores ſuſtinent, quos infelix caſus non ſemel auget , ſic ambitioſi, dum euanidas ſpes fouent , parturiúntque , acribus doloribus aduruntur , poſteáque dum nimium creſcere, & altiſſimum calcare æquor exambiunt; ad inſtar Tharſis nauium variis impetiti flatibus pereunt: qui ni tam profundum intraſſent pelagus, ventum eluderent , & felicitet portum appelleret. Adeſt Ambroſius ad caput 4. Lucæ. *Hoc ipſo perniciosior ambitio , quòd blanda quædam eſt conciliatricula dignitatum.* Addit: *Dum vult eſſe ſublimior ſit remiſſior . . . Dicet forſaſſe aliquis quia ſolus qui malum fecerit , timet ; tamen qui inare nauigat , plus timet. Econtra in immobili terrarum ſtatione conſiſtens non ſolet timere naufragium; at ſi mobile conſcendat elementum , frequentioribus obnoxius ſit periculis. Fuge ergo ſæculi mare , & naufragium non timebis : Et ſi frequenter arborum vertice ſpirantium verberent flabra ventorum , ſoliditatis tamen radicibus nullus occaſus eſt ; at in mari furentibus ventis , etſi non omnium naufragium , omnino tamen periculum eſt. Ita etiam aduerſis flatibus nequitiæ ſpiritalis nullus in arena, vel in ſalo intus eſt : & naues Thãrſis vehementi ſæpè ſpiritu conteruntur.* Vt probet Ambroſius ambitionem remiſſiorem fieri, dum eſſe altiorem contendit , naues Tharſis præ aliis contritas , & ventorum impulſibus aſſerit diſſipatas. Iam quod Ambroſius ſubticuit , Euthymius ad hunc locum expreſſit:

Eò maiora cupimus, quò maiora poſſidemus.

250 Pſal. 47. v. 8. Ambroſ.

Euthym. expreſſit : *Tharſis loci nomen eſt, vbi conſpicua, atque excelſa naues fabricari conſueuerant.* Tharſis naues, dum alias altiudine vincere exambiunt, impetitæ flatibus, merſæque pereunt, quæ ni in infinitum excreſcerent, acriora ventorum flabra vitarent.

251 Primi parentes ſuæ conditionis metas ſerpentis ſibilo inflammati tranſilire feſtinant, creaturarum Principes diuinitatem exambiunt: *Eritis ſicu dij.* Quid tunc? De originis loco exterminantur excolendi agri ſudoribus addicti, & pelliceis tunicis
Geneſ. 3. v. 5 ſorditati: *Fecit Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Ecce qui honore fulgebant regni, in ſeruientium numero computantur, & veluti mancipia metallo data ignominiæ notis inuruntur. Creſcere diſcupiebant; at dum ambitio inſanè contendit altiora tangere, ſibi ſolicitat ruere. *Dum de originis loco exterminat*, aiebat Tertullianus lib. de pallio cap. 3. *pellitus orbi vt metallo datur.* Iam non fulget regali throno; ſed puluere ſordidatus ſudat in agro, & ipſa, quæ excogitauerat ad ſublimitatem media, deiectionis exiſtunt cauſa. Redeat iterum citatus Ambroſius, dum expendit fuiſſe Euam deceptam, quia non agnouit non eſſe ſtabilem dignitatem vltra modum proiectam, & improbis artibus
Ambroſ. procuratam: *Non Euam cibus inflexit, non mandatorum oblinio deſtituit; ſed promiſſi honoris ambitio illecebroſa decepit.* Agitatus inuidentiæ flammis dæmon nullam aliam deiectionis artem inuenit, quàm ad modeſtiæ terminum tranſgrediendum Euam impellere, & immetatæ ambitionis flammis adurere. Eſt namque efficaciſſimum medium, vt quis fiat remiſſior, ſi moderaminis metas tranſgreſſus lucere diſcupiat altior.

252 *Non poteſt*, aiebat Paulus ſcribens ad Roma-
Ad Roman. nos, *niſi à Deo; quæ autem ſunt à Deo, ordinata*
13. v. 1. *ſunt.* In poteſtatibus quod nocet non eſt dignitas, ſed deordinatio; cúmque omnia, quæ inordinata ſunt, à Deo eſſe non poſſint, & quæ non ſunt à Deo, inueniantur inſtabilia, nequit dignitas inordinata ambitione procurata firma ſubſiſtere: quia illi eſt inniſceratum naturæ. Ad
Ambroſ. rem Ambroſius citatus: *A Deo poteſtatum ordinatio, à malo ambitio poteſtatis.* Itaque contra poteſtatem diabolus pugnat poteſtatis ambitione: eſt namque lethale dignitatis venenum inordinatum poſſidendi altiora votum. Ergo quiſquis non vult ſe abiectè deiicere. Gedeonem imitatus, diſcat intra modeſtiæ metas ſe continere.

---

§. LX.

Improbanda electio, quæ non tam de iudicio, quàm de eligentium oritur commodo.

253 *Vile eſt*, aiebat Caſſiodorus 7. var. 27.
Caſſiodor. *vnum ſemper eligere, cui reliqui debeant obedire: quia ſi voluntas diuerſorum vaga relinquitur, confuſio culparum amica generatur.* Fateor vltiſſimam eſſe electionem, quæ famulatur virtuti, & depulſa confuſione medetur errori; verùm eam eſſe dixerim, quam conſuluit electi meritum non contra ius fáſque electorum commodum aut arbitrium. Et quidem dum electores vtilitate mo-
uentur, merita electi obſcurantur. Sapiens Gedeon dignitatem reſpuet ſine conſilij maturitate ſibi oblatam, & lege reclamante violenter aſciçam. A contribulibus, populóque regnum grato animo offertur: *Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian.* Nil grandius potuit offerri; repulit tamen non ſolùm conſtanter, ſed & prudenter. *Quibus ille ait: Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus; ſed dominabitur vobis Dominus.* Arias Montanus huius repulſionis cauſam teſtatur fuiſſe reclamantem legem Deuteronomij 17. & etiam electores non tam motos eligendi meritis, quàm ſui ipſorum commodis: ipſum audi: *Populare illud conſilium duobus nominibus improbandum duxit;* Montan.
altero quòd verè populare atque repentinum eſſet, nulla maiora deliberatione tractatum, ſed preſentis magis libertatis lætitia, & exultatione, atque temeraria frequentia. Itaque libertatis ſuæ magis deſiderio, quàm rationabili iudicij, & æquitatis ſuffragio profectam electionem repudiauit, ſuiſque meritis ipſa repulſa conſulit, quandoquidem quod repentè conſtat oblatum, meritis non putatur expenſum.

Chriſtum Dominum plures è populo vſque ad 254
deſertorum inuia ſequebantur: nouerant oues ſtudioſiſſimum paſtorem, ægri ſapientiſſimum medicum, ſerui libertatis animarum feliciſſimum aſſertorem; vnicam videbant viam errore vacantem, & ad eam omnes certatim confluebant: ergo Dominus turbas alimentis egentes miſeratus panes multiplicat, & qui olim prærupta ſaxa nubium ingenium docuit imitari, modò etiam modicis panibus exiguiſque piſcibus famelicam turbam fecit impleri: panes pariebant panes, & alimento extemporario differtæ menſæ famem comedentium ſuperabant, & vel deſideria euincebant. Quid tunc? De benefactore in Regem inaugurando cogitant, & parare thronum feſtinant; verùm Chriſtus Dominus ſe maturè ſubducit, & in montem celeri pede tetendit: *Ieſus*
Ioan. 6. v. 15 *ergo cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Profectò Chriſti virtutem in lucem extrahebat non minus quàm panis copia, regni repulſa; verùm cùm nos Domini ad profunda indaganda myſteria vocet hæc fuga, iuuat inquirere, cur ſic eligentium manus euaſerit, & deſideria maturè ac prouidenter eluſerit. Si debitum origini regnum reſtituere, ſi virtuti thronum feſtinant ſoluere, cur tam dignis fuga aduerſetur votis & abſentia deſideriis? Ipſe ni fallor, explicuit iterum trans mare quærentibus: *Quæritis me, non quia vidiſtis ſigna; ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis.* Miracula Chriſti Domini promulgabant virtutem, & latentem in lucem extrahebant diuinitatem; at ſequentes illum contendebant inaugurare non impulſi meritis; ſed ſaporatis perſuaſi cibis; ergo fugit Dominus electionem, quæ veniebat ad ſpeciem plus de ſtomacho, quàm de iudicio, quamque ſatagebant promouere eduliis inhiantes, non virtutem expendentes: ea ſigna viderant, quæ cæcis etiam & obſtinatis ingerere potuiſſet miræ virtutis notitiam; ſed illi attendebant miracula, non ea parte, quæ celeſtem commendabant virtutem; ſed qua duram depellebant famem. Ergo Chriſtus Dominus dum agnoſcit ſibi offerri regnum à turba non quia viderunt ſigna; ſed quia fruiti ſunt opipara menſa noluit acceptare, quia ipſa inaugurationis

inaugurationis cauſa obſcurabat oblatum, & ad ſpeciem dehoneſtabat electum. Reſpuit & prudentiſſimè, quod plus inaugurantium offerebat vtilitas, quàm ad culmen electi probitas Adeſt Euthymius hîc: *Quæritis me non quòd ſigna vobis oſtenderim; ſed quod vos pauerim, & ſaturauerim, non vt viſis ſignis credatis; ſed vt cibos edentes ſaturemini, quod eſt mancipiorum ventis ac guloſorum.* Dignißimus erat eligendus ampliori regno; mouebantur tamen eligentes accepto cibo. Ergo Dominus iniquitati criminationem eripuit, & obmurmurantium labia ſapienter clauſit ſe ſubducens, ne quis paruipenderet electionem non tam profectam ab electi virtute, quàm ab eligentis vtilitate.

Euthym.

255 Dum Sichimitæ de electione cogitant, nec tamen merita inaugurandi æquâ iudicij lance perpendunt; ſed vtilitatis cauſas exponunt, rhamnus eligitur, vitiſque repudiatur: *Quid vobis eſt melius*, aiebant cognati eius nomine Sichimitas allocuti, *vt dominentur vobis Septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir? Simúlque conſiderate quòd os veſtrum, & caro veſtra ſum.* En rhamnus aſper & ſpinoſus deligitur ficus, vitis, & oliua repudiantur: quia electores non tam quærebant in eligendo virtutis ſplendorem, quàm promouere ſibi diſcupiebant vtilitatem: Sichem primores ad electionem impulit, non quòd Abimelechus cæteros virtutũ lumine, meritorúmque ſplendore ſuperarit; ſed vtiliorem ſibi fore, vtpote affinitate coniunctum, & propinquitatis legibus obligatum. Ergo dum electio commodis eligentium expenditur, ficui, viti, & oliuæ rubus præponitur: *Per rhamnum, qui eſt arbor parua, & primò mollis eſt ſicus herba; poſteà verò ſpinas habet, ſignificantur homines indigni promotione; promoueri tamen procurant multiplici fictione*, inquit Gloſſa moralis. Addítque Lyra: *Hic conſequenter applicatur prædicta parabola ad propoſitum*: Quaſi dicat: electio rhamni eas adumbrat promotiones, electionéſque, quæ nituntur eligentium commodis, non electi meritis; dúmque in hac parabola reiectas vitem, ficum, & oliuam innuitur, benemeritos ab huiuſmodi electoribus reprobandos declaratur. O quàm non potuit dubitari, fuiſſe Abimelechi deteſtabilem promotionem, quando electores non tam attenderunt arboris fructus, quàm ſibi procurauere prouentus: *Quid melius eſt vobis?* aiebat. Propria vtilitas erat electionis regula, cùm de virtute debuiſſet oriri norma Et vtinam ſolùm in Abimelechi electione hoc commiſſum lugeremus erratũ; at ſæpè ſæpiùs non ſine ingenti Reipublicæ incommodo, æquitatíſque detrimento videmus poſtponendo omnibus titulis anteferri, & anteferendos poſtponi, dum electores ſuæ ipſorum attendunt vtilitati deſpecta electi virtute.

Iud.9.v.2.

Gloſſa. Lyra.

256 Ieroboam, qui regnum inuaſerat, vt ſibi conſuleret, vtque periculum quod verebatur depelleret, ac dominium ſtabiliret, vitulos elegit in Deos, qui populum retinerent, quique à Ieruſalem itinere deuiarent: *Dixit Ieroboam in corde ſuo: Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, vt faciat ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem; & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda, interficiéntque me, & reuertentur ad eum.* Vides ſolicitum ſua commoda promouendi, & dominationem firmandi: quid ſibi conſulens decreuerit, audi: *Excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltra aſcendere in Ieruſalem. Ecce dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Vides ad dignitatem ſapientiæque gloriam bouem tardigradum, & inter animalia inſipientiſſimum promoueri. Quòd ſi inquiras, quomodo potuerit hebetudo ſapientiæ præponi, tarditas velocitati, intemperantia modeſtiæ: reſpondebit textus, fuiſſe electionem profectam ab eligentis commodo, non ab electorum merito. Agnoſcebat Ieroboam populum faciliùs ad vitulorum adorationem alliciendum, vt quem olim adorabat in Ægypto, quémque repetitis acclamationibus extulerat in deſerto putabat etiam ad regnum ſtabilendum idololatriam conducere; ergo dum præfert vtilitatem rationi tardigradus vitulus conſecratur, & Deus reiicitur. Dum in electione non attenduntur electi merita; ſed eligentis promoueri, etſi falsò, putantur commoda; mirum non eſt vitulum ad diuinitatis faſtigium euehi, & aquilam profundæ obliuioni tradi: *Cùm Ieroboam*, ſcribit Tertullianus lib. aduersùs Iudæos cap. 1. *vaccas aureas, & lucos colebant, & Baali ſe mancipabant.* Addit Theoretus quæſt. 41. *Miſer, & ter infelix iſte accepta poteſtate aggreſſus eſt eam habere humanis & impiis atribus.* Solicitabat aureis vaccis exhiberi Numinis honorem; ſed vt ſibi ſtabiliuerit dignitatem: ergo vacca in Deum dominabatur electa: quia non peperit electionem iudicium; ſed deluſi ſolicitauerat commodum. O nimis verum; & non ſine iuſtitiæ detrimento ſæpiùs perpetratum!

Tertullian.

Theodoret.

§. LXI.

Optimus adminiſter ſua Principis commodis poſtponere conſuevit, vt malus detrimento Principis ampliare.

257 OMnes decet, aiebat Caſſiodorus 2. var. 20. *grataner impendere, quod publicas videtur vtilitates poſſe reſpicere, quando neceſſe eſt hæc membra ſentire, quod corporis ſumma ſentitur.* Curam ſolertiámque ſuam Reipublicæ vtilitati & Principis commodis omnes debent obſequiis deuotiſſimis miniſtrare, quando ſic conſtat omnium vtilitatibus deſeruire: verùm etſi hæc ad cunctos deuotio ſpectet; illos tamen reſpicit præcipuè, qui aliqua muneris præfectura exornantur, & aliis à Principe præponuntur: hi namque dum à priuatis ad negotia publica transferuntur, & publicæ ſalutis dicantur. Verùm ea eſſe ſolet aliquorum malignitas, vt ipſum munus, quod debuiſſent generalitati applicare, ad priuatam vtilitatem ſæpè anhelauerim detorquere. Principis famæ applicanda, ſibi aliquando vſurpant encomia, iniquæ præſumptionis adulantes, iniquam gloriam ſibi amplificare exambientes. Æquitati aſſeruandæ adſcriptos venalitate ſolet corrumpi, & tutelæ præfectus rapinis ſordidis inquinari: miniſter celeriter incremẽtis adductus omnibus debet eſſe ſuſpectus, quando integer ratiſſimè aut nunquam amplificatum ſuis relinquere valet patrimonium, vt nec conſtruere inſanum habitationi ædificium. Huius rei teſtis adeſt Gedeon, qui cum deuictis tritíſque hoſtibus imminens à contribulibus iugum depuliſſet, metúque liberaſſet, renuit

Caſſiodor.

1. Reg. 12. v.26.

Digitized by Google

renuit oblatam dignitatem quia in principis vergebat detrimentum, quod illi à populo inconsultè cóstat oblatum: *Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian.* Dei, qui non solùm erga populum fungebatur vniuersali; sed speciali domino, virtute consilióque perfecta fuerat victoria; verùm administro, quem faciliùs adibant, quémque videbant, & ea quo se pendere putabant, dignitatem offerunt, & remunerare contendunt. Quid tunc Gedeon? *Non dominabor, inquit, vestri, nec dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus.* Si acceptasset, quod à populo offerebatur, filios nepotésque amplificata claros dignitate relinqueret; sed Principis commodis contrairet; verùm is fuit Gedeon, qui respuerit generis amplificationẽ, ne Principis imminuerit dignitatem. Adest Abulensis quæst. 21. *Constituto Principatu regali derogabatur aliqualiter iuri Dei, & præeminentiæ super populum Israël: ideò non debebat fieri eo non consentiente.* Noluit Gedeon sibi arrogare quod in Dei Israëlitarum tunc speciali iure Principis dubitari non potuit vergere; sed se modestè continuit & amplificare posteros noluit.

Abulens.

258 Psaltes, quo suam erga Dominum fidelitatem commendet, hæc enim est in ministris dilaudanda præsumptio se oliuæ contulit: *Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.* Vt noscas huius comparationis mysterium, transi ad Iudicum 9. vbi cùm arbores de inaugurando sibi rege cogitarent oliuam adierunt regnum offerentes, & ad thronum inuitantes: *Ierunt ligna, vt vngerent super se regem, dixerúntque oliuæ. Impera nobis.* Quid tunc? *Quæ respondit? Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear?* Oliua si exambiret thronum debitum Domino imminueret obsequium, vt si debitum exhibeat obsequium, repudiare tenetur thronum, talisque fuit, vt maluerit sua Domini sui cõmodis postposuisse, quàm intemperanter incrementis hiasse. Ergo Dauid, dum se oliuæ comparat, eum se fuisse, qui noluerit Domini detrimento amplificari, denuntiat: *Noluit oliua regnare*, scribit Isidorus in Iudices c. 6. Potuisset oliua extendere Principatum: maluit tamẽ laudabiliter seruire, quàm ignominiosè fulgere. Eius ergo mores refert Dauid, quod erat fidelitatis elogium, & administris exemplum. *Sicut oliua: id est*, exponit Euthymius, *integer atque innocuus conseruator.* Integritatem incorruptam conseruat, dum se administrum optimum probat. O quot inueniuntur rhamni, quàm paucæ oliuæ!

Psal. 51. v. 10.

Iudic. 9. v. 8.

Isidor.

Euthym.

259 Adamus à Deo paradiso præficitur, quo plantas excolat, & obedientiæ Domino fructum exhibeat: *Tulit Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum.* Basilius Seleuciensis orat. 2. notauit in creaturæ manu cæteras creaturas posuisse „& regimen Adamo vti administro illius Reipublicæ commendasse: *In creaturæ manu creaturam ponit, natura conseruum gratia beneficio Dominum creat.* Creatus dominus se non continuit; sed dum serpens venenatis sibilis auditum subuertit, diuinitatẽ exambit: *Eritis sicut dij.* Ipso abutitur munere, & cùm ad vigilantem teneretur solertiam, detorsit ad diuinitatis rapinam: dominium sibi conatur extendere, & principatum ardet ampliare, discupit nuper nihil, & ex puluere ad proregem eleuatus, diuinitatem posteris transmittere, & amplo honore fulgere. *Quid fugis* (verba sunt Seleucien. orat. 3. serpentis nomine) *mulier plantam, cuius ope Deus eris? Quid cibum, per quem pares cum imperante sitis, repudiatis?* Præmiserat: *His vocibus auditum subuertit, & rationem obsidet, vtque mens animi fluctuet, facit.* Pares cum ipso Principe esse contenderunt serui, & qui debuissent plantæ largitori fructum offerre, ambitiosis manibus gestiuerunt sibi diripere. Hinc non miraberis Adami posteros veluti transmissa infelici hæreditate delinquere, & sibi gloriam non semel detrimento Principis suspirare.

Genes. 2. v. 15.

Seleucien.

Genes. 3 v. 5

Seleucien.

260 Dauid sub diuo agebat oues regens, dum illum Deus sceptris decernit ornare, & ad regni fastigium magno Samuële cõstituto ministro euehere: Propheta aduentat, Isai filiorum chorus circumstat, cúmque inuerso cornu fluxa olei natura vnctionem recusasset, patrem solicitè propheta interrogat an sit filiorum copia consumpta: cúmque adhuc restare paruulum oues agentem respondisset, monet adduci celeriter, obtestatúrque nullatenus se antequam Dauid venerit, mensæ accubiturum: *Mitte & adduc eum: nec enim discumbemus, priusquam huc ille veniat.* Et cur grandæuus senex sumere distulerit cibum, quando interesse parum videbatur Dauidis vnctionem tantisper differri, in regémque post prandiũ inaugurari: fessos itinere artus sumpto cibo recreet, dum pater ad mapalia: qui Dauidem aduocet, miserit. Expende Dauidem in Domini eligi commodum, testante oraculo: *Prouidi in filiis eius mihi regem:* & in ministri vtilitatem apponi cibum: ergo Samuël vtpote fidelis & laudandus semper minister proprium postposuit commodum, vt Principi exhiberet officium, quando tot sunt ministri, qui plus attenderint splendidis mensis, adaugendisque patrimoniis supellectilibus peregrinis, quàm Principis incrementis: *Mitte & adduc eum: nec enim discumbemus priusquam ille veniat. Quia mandatum Domini*, inquit Lyra, *voluit implere diligenter: & quia debebat inungere regem oleo sacræ vnctionis: quod debet fieri cum reuerentia, & salina ieiuna.* En Samuël ministrorum norma priusquam solandæ fami, studuit implendo muneri: vtque qua decebat sedulitate exercuerit ministerium, distulit paratum prandium.

1. Reg. 16. v. 11.

Lyra.

261 Profectò ni præmisisset anteà: *Bonum est nos hîc esse*, Petri erga Principem amor clarè emicuisset, dum non sibi extruere montis cacumine solicitat ædificium; sed Principi tabernaculum. Manere ibi ratus sibi commodum suam vtilitatem stabilire exoptat, licèt tabernacula construendi Domino colore dissimulet. *Faciamus hîc tria tabernacula.* Profectò minister ad fastigium eleuatus curare debuit Principis ampliare maiestatem fulcire gloriam æternare famam; non verò suam inferere vtilitatẽ; ast dum videtur incrementis solùm Principis studere, inuenitur sibi consulere: communem salutem differt, vt altitudine se conseruet. Adest Origenes apud D. Thomam: *Quia videbat multã quietem & solitudinem, cogitauit conuenientem ibi stationem esse ex loci dispositione, quod significat dicens: Bonum est nos hîc esse: vult etiam ibi semper esse: ideò tabernaculorum meminit dicens: si vis faciamus hîc tria tabernacula.* Petrus vt Principis sibi conciliauerit gratiam, non sibi fabricare; sed illi tabernaculum gestit construere; verùm dum plus ad speciem Principis affectat gloriam, vtilitatem procurat suam.

Matth. 17. v. 4.

Origen.

§. LXII.

Digitized by Google

§ LXII.

Sapè qui diuitias aut dignitates contempſiſſet magnanimus, propinquorum amore illas diſcupit ambitioſus,

261 NOn renuam fateri ſic nonnullis altiſſimè ſuorum charitatem inuiſcerari, vt quæ ſui ipſorum gratia non ſitiunt; imò generosè aliquando reſpuunt, illorum allecti commodis, & inclinati crementis ſitienter diſcupiant, & ardentiſſimè exambiant: ſuſpectus nobis eſſe debet erga propinquos amor: quia dum naturali vinculo nectit affectum, ſic affectionis nebulis obſcurare Solet iudiciũ, vt quas quis diuitias aut dignitates, ni cognatorum amore alliceretur, deſpiceret, illorum decoris, magnitudiniſque ſtudioſus non refugiat: imò diligentiſſimè exambiat. Pluris apud aliquos valet originis nomen, & ſuorum nitor quàm impenſus ſibi cultus, aut proprius factus: *Incipit fortunæ eſſe ſubiectum*, ſcribit de Sapiente Seneca epiſt. 9. *ſi quam partem ſui foris quærit.* Præmiſerat: *Sapienti, & manibus & oculis, & multis ad quotidianum vſum neceſſariis opus eſt: ſed eget nulla re: egere enim neceſſitatis eſt, nihil autem neceſſe Sapienti eſt.* Itaque Sapiens dum extra ſe nullam ſui partem quærit, manibus mutilus, & oculis etiam orbus fortunam deſpicit interna virtute, & ex ea orta felicitate contentus; at dum extra ſe ſui partem amat, incipit fortunæ ſubiici, & variis anxietatibus adurgeri: filiorum laborat ſolicitudine, propinquorum commodis anxiè ſtudet, vtque poſteri magni habeantur, & generis claritas conſeruetur, inſanis deſideriis ſæpiſſimè aduritur. Hinc mirandus eſt Gedeon, qui oblato à contribulibus ſibi poſteriſque regno ſe intra modeſtiæ limites continuit, nec lubenter oblatum acceptauit: *Dixerunt omnes viri Iſraël ad Gedeon: Dominare noſtri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor veſtri, neque dominabitur in vos filius meus; ſed dominabitur vobis Dominus.* Si oblatum ſibi ſoli regnum generosè deſpexiſſet, ſingularis non eſſet, cum plures ampliſſima regna aut vltrò oblata, aut iure ſibi originis obuenientia generosè reſpuerint, ſeque abdicarint; at poſterorum amore non impelli, propinquorum incrementis non inhiare: ſic eſt inſolitum, vt Gedeonis reſponſio haberi poſſit miraculum. Notauit Arias Montanus ad hunc locum: *Indecorum, illiberaléque duci poteſt amicis vel affinibus noſtram dignitatem, amplitudinémque cupientibus & efficaciter curantibus gratiam non referre, vel ſaltem habere.* Grande facinus fuit oblatæ dignitati renuntiare amicis procurantibus, & affinibus ferè impellentibus; verùm perpetuis ſe propinquorum querelis obiicere, & poſteritatis amplificandæ amore nudari; inſtar miraculi fuit. Nam, vt non ſine dolore in viris nonnunquam religioſis videtur, quæ ſibi negarunt, aliis inquirunt. Audi Ariam Montanum propinquorum cauſam agentem: *Non ſine perpetua, quàm ex hac re (ſcilicet dignitatis renuntiatione) expectare conſequens fuerit, propinquorum, & familiarum exprobratione, & querela, quòd nec tuis nec tuorum commodis, cùm ſine labore, ſine ſumptu, ſine vllo negotio potuiſſet, conſulere voluerit.* Subiecit Montanus: *Etenim vel hoc vnicum argumentum hodie tantum ponderis ac momenti habet, vt vel quos opum atque honorum contemptores aliàs, magnificáque aduersùs auaritiam, & ambitionem dicentes audiuimus, tamen & ad oblata vltro munia & munera ſubeunda, & ad maiora etiam deinceps ambienda impellat.* Ecce grande Gedeonis encomium perpetuas ſuorum deſpexiſſe querelas, & incrementorum non attendiſſe, vt modeſtiæ conſuleret, cauſas, quando frequentiſſimum eſt, ſic propinquorum amore allici, vt quæ aliter deſpicerentur, ambitioſè ſatis perquirantur.

Seneca. Sapienti nihil neceſſarium eſt.

Montan.

263 Mirabor grandæuam illam matrem thronos tunc filiis efflagitaſſe, cùm Chriſtus Dominus de paſſione ſua diſſerebat, crucíque appropinquabat: non ignorabat Chriſtum Dominum oblatum reſpuiſſe regnum, teſtante ipſo Ioanne: *Cùm cognouiſſet, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus.* Audierat paſſionem citiſſimè conſummandam: teſtatur namque Matthæus: *Aſcendens Ieſus Ieroſolymam aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò, & ait illis: ecce aſcendimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur*, &c. & nihilominus importunè accedit, & thronos filiis Chriſtum procuraturũ præſumit: *Tunc acceſſit mater filiorum Zebedæi cum filiis ſuis.* Inquires quomodò in mentem venit, cùm audiebat crucem, thronum efflagitare, quando audire Chriſtum Dominum de paſſione ſua diſputantem, ſeſéque cruciatibus offerentem prorſus ſopire videbatur ambitionis deſiderium, & promotionis ſtudium. Fallor ni mulier de mundiali conſuetudine putarit ſe cruci ſacrantem ſuorum commodis conſulturum, & augendis affinum luminibus auidiſſimè fore intentum. Et fortaſſis hic mulieris error promulgandæ Chriſti diuinitati famulabantur, quandoquidem ſi ſolus eſſet homo, hominum pararet conſuetudini, & quantumuis deſpexiſſet ſibi dignitatem, & amaret nudus crucem, ſuorum nihilominus eo tangeretur ſtudio, vt thronos procurarit, & ſuis lumina dignitatum ambierit: *Supplicationis quare tempus*, ſcribit Seleucienſis Baſilius oratione 24. *Quando libellum ſupplicem effert? Quod poſtulationis tempus? Crux erat parata, paſſio appetebat, Iudæorum inſtructus erat exercitus: Dominus de morte ſermocinatur, diſcipuli æſtuant, ante paſſionem ad mentionem de paſſione cohorreſcunt, auribus percelluntur, animo perturbantur, ac tunc mater incurrit ſecans Apoſtolorum chorum, regiam affectans poteſtatem, & thronum filiis rogans.* Putauit fortè Chriſtum, quam ſibi reſpuebat dignitatem, cognatis procuratutum: quia fortè nouerat plures, quantumuis generosè dignitates, diuitias, ſplendorémque ſibi deſpexerit, ſuis ardentiſſimè procuraſſe, & totis niſibus exambiſſe. Itaque muliebris hic error nos edocet, & quàm inuiſcetus ſit propinquorum amor, coloribus miris depingit.

Matth.20. v.17.

Seleucienſ.

264 Ionas delegatus ad Niniuitas mandatum cupit extrahere, imprudentíque fuga eludere: fuga mortis periculum attulit, & dum ſe ſubducit præcepto, imprudens offert periculo: altiſſimæ feræ voragini ſe videt tradendum, & nauigantes nihilominus vrget, nec timet: *Tollite me, & mittite in mare.* Vides mortem non horrere. immane ſepulchrum non fugere: iam ſi receſſus

Ionæ 1.v.12

Digitized by Google

cauſam inquiras, reſpondebit Hieronymus hoc totum feciſſe amore ſuorum. *Nouerat eodem ſpiritu,*
Hieronym. inquit Hieronymus hìc, *quo illi gentium præconium credebatur, quod quando nationes credidiſſent, tunc periret domus Iſrael; & quod aliquando futurum erat, hoc ne in ſuo fieret tempore, verebatur.* Pilæ incluſus Chriſti Domini ligno affixi, ſepultique imaginem refert, & cùm in ſe refert Chriſti imaginem, adhuc ſuorum ſe denudare non ſcit amore: propriam deſpicit vitam, & propinquorum domus pertimeſcit miſeriam: totus eſt in ſuorum ſplendoribus conſeruandis, cùm non vereatur ob hoc ſubire naufragia, & viua pati ſepulchra. Vt ſagini traditur, nec tamen propinquorum amori moritur; imò adhuc ſepultus paternæ domus diſcuſſit ſtabilitatem, & propinquorum latagit retinere ſplendorem: vt noueris quàm ſit innatum hominibus etiam virtute excultis, & crucifixi Domini imitationi dicatis propinquorum ſuſpirare incrementa, & depellere niti damna. Profectò non ſemel vidi homines alioquin modeſtos, dignitatúmque contemptores erga paternæ domus conſeruationem phreneſi delirantes, & vltra poſſibile ambientes. Ergo decantatiſſimus ſuſpici debet Gedeon, non tam quia oblatum ſibi regem deſpexit, quàm quia poſteris non curauit.

§. LXIII.

Mirum eſt, ſi quis bonum publicum propriæ vtilitati præponat, nec omnium ſaluti ſuam vtilitatem anteferat.

255 AMabile eſt bonum, aiebat Philoſophus, vnicuique proprium; imò adeò amabile, vt plures inordinata affectione diſcupiant, & maiori bono præferant. Hinc vitis Chriſti Domini imaginem retulit, dum oblatum ſibi regnum, ne Deũ hominéſque hilaritate priuaret, generosè deſpexit,
Iudic. 9. v. 13. & animitus repudiauit: *Locuta ſunt ligna ad vitem: veni & impera nobis, qua reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri?* Quaſi dicat: ſi promoueat, potiat honore; verùm lætitia, falúſque hominum perfelicitabitur, quãdoquidem non habebit vinum Samaritanus, quo vulneribus medeatur, & ſalati opitulatur. Ergo dum vitis propriæ vtilitati præfert communem omnium ſalutem, & Chriſti refert imaginem, ipſo
Ioan. 15. v. 1. dicente Ioanne 15. *Ego ſum vitis vera.* Et quidem ni vitis quid diuinum retuliſſet, propriæ ob communem ſalutem vtilitati non renuntiaſſet; imò contempta aliorum vtilitate ſuo ſtuduiſſet honori:
Lyra. *Vitis*, aiebat Lyra ad Geneſ. 40. *Chriſtus eſt.* O quàm adumbrabat vitis hominem Deum, cùm nolnit ſibi creſcere; ſed cunctis proficere, quando non ſemel homines communi omnium diſpendio, peculiari ſtudere ſolitant commodo. Hinc decantandus eſt Gedeon, non ſolum quia detritis hoſtibus iugum repulit, florulentóque ſemper triũpho contribules ditauit; ſed quia ſibi, ſuíque poſteris oblatam labenter regni coronam non adoruit, malens omnium paci & ſaluti proſpicere, quàm poſteros dignitati luminibus allaugere. *Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus ſed dominabitur vobis Dominus.* Adeſt Abulenſis q. 20.
Abulenſ. *Fuit viſum quaſi iniuſtum Gedeoni, quod acciperet Principatum in quo ſuccedere deberet ei filius ſuus, quia fortè ſi ipſe dignus foret, filius ſuus, & poſteri eſſent indigni, & turbarent populum, & ipſi euenirent occaſione eius, quitalem Principatum aſſumpſerat.* Gedeon, vt qui Saluatoris noſtri imaginem prætulit, ſic omnium ſaluti ſibi deſiderio, ſic omnium vtilitati relig olo cõtulebat ſtudio, vt maluerit perturbationis occaſionem præcidere, quàm ad poſteros, de quibus non imprudenter timebat, clauum dominationis transferre.

Phariſæi adhuc Chriſto Domino in crucem acto furorem nondum ſopiuerant; imò perſuadente ferali rabie, an plus homine eſſet, experiri ad ſpeciem deſiderabant. Ob id, ſi excuſſis clauis è ligno deſcenderit, Principatum ſe diuturnos promittunt: *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de*
Matth. 27. v. 42. *cruce, & credimus ei.* Hanc vocem illi, qua tentator Chriſtum experiri voluit, tellatur Chryſoſtomus in catena perſimilem. Ipſum accipe: *Conſidera nunc vocem filiorum diaboli, quomodo imitantur vocem patris eorum: diabolus enim dicebat. Mitte te deorſum, ſi filius Dei es: & Iudæi aiunt: ſi filius Dei es, deſcende de cruce.* Profunda ſanè Chryſoſtomi cogitatio: nam diabolus præcipitium ſuggerit, dum an plus homine fuerit, experiri contendit; Phariſæi verò dum offerunt regnum, non videtur obtuliſſe præcipitium: quomodo ergo experientur virtutẽ, & an maior eluceat homine? Quia ſi permanſerit, inquit Chryſoſtomus; omnium prouidebit ſaluti; ſi deſcenderit, ſuo conſulet ſplendori: ergo videre volunt, an propriam vtilitatem præferat vtilitati communi, vt comiciant inde an humanus ſit, an diuinus quandoquidem ſolitum eſt humanum communia poſtponere, & propriis commodis inhiare. Ergo vti Chriſti diuinitas reſplenduit diaboli ſuggeſtiones detriumphans; ſic etiam modò eluxit peculiarem vtilitatem ablegans.

Moyſes apud Deum degebat de conſcribendis legibus agens, cùm populus moræ impatiens, aut, quod certius eſt, impatientiam affectans, quia idololatriam ſuſpitans, deos ſibi producere quærit, & Aaronem, qui tunc præerat, aud ci clamore alurget: ille ſecum expendit vtiinque imminere graue periculum: nam ſi vitulum finxerit, auro populũ denudauit, & execiãdo ſcelere obſtringet: ſi non conflet, Principatu, & ſplendore carebit. Quid tunc? Se populo præfert, & fuſilem vituli imaginem conſtruit: *Fecit ex eis vitulum conflatilẽ.* Exod. 32. v. 4
Cõmunis ſalus ab impij deſiderij reſiſtentia ; ẽdebat, proprius principatus à vituli conflatione manabat. Ergo maluit populum perire, quàm ſe domúmque ſuam luminibus Principatus carere. *Fece,*
Caietanus. ſcribit Cajetanus, *quò ducit ambitio Principatus.* Dum Principatum exambit ſibi, populi deſpexit ruinam, & nud tatis miſeriam. Et fortaſſe nõ multò poſt Moyſi vulcus, quæ ſolares vincerent, lumínibus irridiauit, & illum plus homine quodammodò lux auguſtiſſima oſtendit: illi Deus maiorem, quo fruebatur tunc, offert Principarum, ſi digno ſupplicio affici permiſerit populum: *Dimitte me: vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam.* Verum Moyſes propriæ dignitatis oblitus communem omnium ſalutem precatus eſt, & dum precatur luminibus cæleſtibus merit refulgere: quia conſtabat humanæ naturæ metas tranſilire *videntes Aaron &*
Exod. 34. v. 30. *filij Iſraël cornutam Moyſi faciem, timuerunt prope accedere.* Non poterat ab hominibus non diſtare, Deóque proximè accedere, qui propriam

propriam poſtpoſuit vtilitatem omnium communi ſaluti; vt nequibat etiam Aaron hominibus non approximaſſe, & longè à Numine receſſiſſe, dum ſibi Principatum exambiens, veritus non eſt populum diſcrimini obicere auro nudum, & virtute diſpoliatum. *Conatur*, aiebat Oleaſter, de Moyſe loquens ad Exod. 32. *populum Dei facere, vt prohibeat perdere.* Totus fuit Moyſes, vt generalem propulſaret ruinam, in ſuam recuſando gloriã: ergo meritiſſimè cæleſti claritate vultus reſplenduit, & quadam ſpecie diuinitatis radiauit: mores cæleſtes retulit populi vtilitatem anteferens, & propriam gloriam poſtponens. Oleaſt.

268 Eſther nõ ſolùm Phæbi radios ſed Lunæ etiam iubar in ſe collegit, dum in aquas plurimas, vt indignationis furorem laudabili naufragio extingueret, redundauit: *Fons paruus, qui creuit in fluuium, & in lucem, Solémque conuerſus eſt, & in aquas pluuias redundauit, Eſther eſt.* Inquirimus cur cælo videatur inſerta, dum cryſtallinis exundat vndis copioſa quandoquidem diſtantiſſimum videtur aquis in modum fontis ſcaturire, & luminibus Solis ad inſtar radicare. Verùm iam euentus dubio reſpondit. Fulgebat Eſther regia dignitate, cùm Iſraëliticus populus lugeret miſerabili proſcriptus mortis ad hæc: veternoſa Amani malitia, peruerſâque aſtutia omnem ad regẽ acceſſum capitali pœna prohibere ſtuduerat, vt ex ipſius Eſtheris relatione conſtat: *Norunt Prouinciæ quòd ſiue vir, ſiue mulier non vocatus interius atrium Regis intrauerit, abſque vlla cunctatione ſtatim interficiatur, niſi fortè rex auream virgam ad eum retenderit pro ſigno clementiæ.* Ergo Eſther ſi populi curet ſalutem, vitam & coronam periculo exponet: ſi coronam, vitámque ſeruauerit, populus Amani dolo peribit. Quid tunc? Se periculo expoſuit, coronâ vitáque contẽptâ vt à populo propellere aggrederetur diſcrimina: *Ingreſſa cuncta per ordinem oſtia ſtetit contra Regem.* Dum mortis periculum contemnit, vt tueatur populum, digna fuit, quæ ad inſtar Solis refulſerit cæli ſyderibus non ſolùm inſerta; ſed ancelata. *Regiam maieſtatem aſcita*, ſcribit Noſter Sanctius ad 10. Eſther, *liberare potuit, & ornare ſuos irrigatione ſedata & molli, & concitato impetu aduerſariorum diſturbare munimenta omnia, & vires omnes, & commoda ſubuertere; quod fecit.* Dum in aquas redundat non ſine periculo, vt ſuis faueat, aduerſarioſque demergat, Solis imitatur ingenium, ſingularitatiſque elogium, quando ſi alia eſſet, mallet à ſe periculum propulſare, faſtigiumque poſſidere, quàm propriis diſcriminibus omnium ſaluti contulere. Eſther. 10. v. 5. Eſther. 4. v. 11. Sanctius.

269 In Samſonem, qui eos variis diuexauerat ærumnis, quique, vt teſtatur Rupertus, Chriſti figuram geſſit, Philiſthinorum armatur exercitus: Iudic. 15. v. 9 *Aſcendentes Philiſthiim in terram Iuda caſtrametati ſunt in loco, qui poſteà vocatus eſt Lechi, id eſt maxilla* Iudæ tribus exercitus aduentu obturbata, & timore perculſa certaminis cauſam requiſiuit: *Dixerunt ad eos de tribu Iuda: Cur aſcendiſtis aduerſùm nos?* Cauſam non tacuerunt Philiſthinis, ſcilicet ſe aduentaſſe, vt Samſonem caperent: his auditis tria millia virorum Samſonẽ adeunt, omnéſque grauiſſimo ſe diſcrimine adurgeri, & niſi ligatum illum hoſtibus tradiderint, incurſuros dolenter exponunt: *Deſcenderunt tria millia virorum de Iuda ad ſpecum ſilicis Ethan, dixerúntque ad Samſon: Neſcis quòd Philiſthiim imperent nobis?* Addúntque: *Ligare te venimus, & tradere in manus Philiſthinorum.* His auditis effræni non efferbuit Samſon indignatione; ſed paſſus eſt vinculis illigari, vt anxiæ ſuorum prouideret ſolicitudini: *Ligauerunt eum duobus nouis funibus & tulerunt eum de petra Ethan.* Mira res: citiùs ligant conſanguinei, quàm aduerſarij, & Samſon cùm aduerſariorum deſpiciat, inſidias veritus eſt ſuorum technas, verùm inquiramus cur ſe vinculis patiatur conſtringi, qui facilè potuiſſet irruentes fugare. Putat Lyra aduentaſſe Philiſthæos vltionem de populo expetituros, in Samſonem traderent. Ergo Samſon omnium ſalutem vinculis illigatus redemit, & maluit indecore ad pecié vinciri, quàm populum inſultibus aduerſariorum exponere: *Licèt venirent principaliter propter Samſonem; tamen occaſione ipſius veniebant contra totum populum niſi traderetur in manibus eorum, quod fuit eis conceſſum.* Omnium vita euaſit periculum de Samſonis vinculis, & Samſon, vt nomen operibus confirmaret, communem ſibi prætulit ſalutem, maluíque duris illigari funibus, quàm ſuos hoſtilibus atteri cladibus. *Samſon* ſcribit Rupertus apud Gloſſam ad caput Iudicum 13. *interpretatur Sol eorum: quis autem Chriſtum neſciat Solem verum eorum, qui habent oculos, & in cælum aſpiciunt?* Imaginis Chriſti meruit honorem, dum communem procurauit ſalutem, & generalem promouit felicitatem. Lyra. Rupert.

§. LXIV.

Cordatus Princeps anguſtat tributa, deuotus ſubditus amplificat donatiua.

270 TRibuta Principibus impendere, & ratio exigit, & conditio dignitatis ſuadet; verùm id eſſe debet laudabile inter Principem & ſubiectos certamen, vt Princeps adnitatur tributa minuere, & ſubiectus adlaboret dona, quantum conditio patitur, ampliare: Præcipuè commendabit Principis gloriam, ſi calamitatis communis tempore exactionis indulgenter remittat, & opportunò omnibus vtiliſſima expoſcat tunc enim ſubiecti humanitatem experti, & vtilitatis gnari ſine difficultate concedunt: quia ſibi ipſis dilargiri conſpiciunt: *Campani*, aiebant Theodoricus rex 4. var. 50 *veſuuij montis hoſtilitate vaſtati clementiæ noſtræ ſupplices lachrymas profuderunt, vt agrorum fructibus enudati ſubleuentur onere tributariæ functionis quod fieri debere noſtra meritò pietas acquieſcit.* Noluit decantandus Princeps exactionibus calamitatem augere: quia tenebatur ſalutem omnibus procurare: cùm fortuna arridet, cùm exundat felicitate Reſpublica, exigi poteſt, eo tamen moderamine, vt auara non ſugilletur cupiditas; ſed vrbana dilaudetur humanitas. En Gedeon reportato de hoſtibus triumpho, exundante diuitiis populo aliquid ſibi pendi ſatis vrbanus poposcit: *Vnam petitionem poſtulo à vobis: Date mihi inaures ex præda veſtra* Expende non repetitis, & quotidianis poſtulationibus vrere; ſed ſemel & exigua poſtulare: *Vnam*, inquit, *petitionem poſtulo*: eo tempore poſtulat, quo populus diuitiis affluebat, quo per ipſum Gedeonem hoſtibus abactis detritiſque triumphis glorioſiſſimis exundabat, & ſpoliis diteſcebat. Ad hæc, poſtulata non erant ex ad vitam neceſſariis; ſed ex ad ornatum ſuperfluis. *Inaures de præda veſtra.* Adeſt Arias Montanus ad hunc Caſſiodor.

locum : *Commodum accidit, id quod minimum æſtimatione, faciléque conceſſu erat, poſtularetur, præſentibus præcipuè viris omnibus, iiſdémque exultantibus, & nihil in illo lætitiæ tumultu tamùm de ſe benemerenti viro negaturis.* Itaque & opportuno tempore, & poſt collata ingentiſſima beneficia, & ex iis quæ ad ornatum ſolum ſpectabant, popoſcit. Inſuper non omnia adhuc ad ornatum ſpectantia, imò inaurem tantùm vnam, vt ex Hebræico textu colligitur, & notauit idem Montanus : *Date mihi ſinguli nezem ſpolij ſui.* Addit doctus Interpres : *ſingulari numero à ſingulis ſpoliatoribus tantùm ſingulos circulos popoſcit; non emptos ex aliis, non ad eam rem confectos; ſed quod modeſtioris exactionis erat, nullo ſumptu comparatos ab iis tantùm, quibus inter ſpolia huiuſcemodi ornamenta contigerant.* Itaque illos non depauperat, nec omni præda denudat; ſed ſemel & exiguam partem poſtulat, eámque vt in æternum gratitudinis argumentum Numini conſecret, & anathema obliuionis ſua in ciuitate conſtituat: *Fecit ex eo Gedeon Ephod.* Audi Ariam Montanum: *Salutis illius magnæ monumentum ad poſteritatis memoriam ſtatuere voluit.* Itaque ad hanc exactionẽ tanta concurrerunt, quæ apud omnes honeſtarẽt & vel tenaciſſimis expromptè offerre ſuaderent: ſemel ſcilicet, opportuno tempore, à diuitibus, beneficiatiſque, & ad communem omnium vtilitatem, Dei ſcilicet obſequium poſtulaſſe: vt diſcant Principes, qualiter ſe debeant gerere erga exactiones, & tributa impendentibus ſemper grauia. Sed quia vidimus quàm modeſtè ſe Princeps geſſerit, videamus etiam quàm ſe gratos ſubiecti exhibuerint, quãque à ſe poſtulata nouis adiectionibus incrementarint, & quàm erga Principem deuotionem oſtenderint: *Reſpondérunt: Libentiſſimè dabimus, expandentéſque ſuper terram pallium proiecerunt in eo inaures de præda: & fuit pondus poſtulatarum inaurium mille ſeptingẽti auri ſicli abſque ornamentis & monilibus, & veſte purpurea.* Innuit textus non ſolùm obtuliſſe inaures; ſed & purpuram & monilia Adeſt N. Serarius quæſt. 15 eorum nomine loquens : *Libentiſſimè quod petiſti, dabimus, inaures nimirum petitas, & præter iſtas etiam ornamenta, monilia, purpuram, ac torques.* Expende quàm mitè ſibi reſpondeant, modeſtia Principis in exigendo, & populi prompta liberalitas in donando : vt hoc exemplo nouerint etiam ſubiecti modeſtiæ Principum gratificari, & dum ſuppetit vel non petita largiri.

Serarius.

271 Copioſa hominum multitudo Chriſtum Dominum auctorem vitæ, miraculorum fontem, ſalutis venam vſque ad inuia deſertorum ſecuta fame aliquãtulum laborabat. Princeps politices optimæ idea, vt communi prouideret ſaluti aliqua ab habentibus poſtulauit, quæ indigentibus impertiret: Mar. 8. v. 6. *Quot panes habetis?* De panibus ſolùm roga Apoſtolos : illi cùm ad offerendos ſolùm quos habebant, panes teneri viderentur, etiam piſciculos obtulerunt : *Et habebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit.* Quæres cur Apoſtoli etiam quæ non poſtulabantur, obtulerint, & cur Dominus non etiam piſciculos poſtulauerit? Satis comiter ſe geſſiſſent Apoſtoli, ſi ſolùm circa panes interrogati illos obtuliſſent votis Principis honeſtè adulante, & communi vtilitati attendentes : cur ergo piſciculos etiam addant? O quàm rectè vtraque pars ſe geſſit! Princeps petitionem anguſtat, ſubiectus petita amplificat; ſolùm panes, eóſque ad totius populi ſalutem videtur poſtulaſſe; Apoſtolos autem modeſtia Principis oblectatos conſtat & piſciculos obtuliſſe, ſicque eodem facto & Principis reſplendet modeſtia, & ſubiectorum deuotio erga Principem non auara. Huc voco Caſſiodorum 11. var. 16. *Diligenda ſunt iſta,* inquit, *vnde Reſpublica videtur eſſe firmiſſima, quæ dum redeunte cenſu reficitur ſtatus ſui firmiſſimo robore cõmetur. Quapropter magna eſt qualibet tẽpore monſtrata deuotio; ſed tunc acceptior redditur, quando neceſſaria plus habetur.* Addit diſertiſſimus Conſul : *Prabeant igitur poſſeſſores ſtipendia ſua gratiæ profutura: debitum ſiquidem, quod non poteſt euitari, prona debet mente ſemper offerri, vt fiat beneficium, quod ſine compulſione conſtat illatum.* Debitum in beneficium poterit ſubiectus conuertere, ſi expromptò animo conſtiterit reddidiſſe. Et quidem nequeunt poſtulata denegari, cùm cõſtat impẽſa omnium ſaluti ſeruire. Ergo licèt Chriſtus panes ſolùm poſtulet, piſcéſque relinquat, Apoſtoli & piſces & panes offerant: quia norunt præſtita ad ſe ingenti lucro reditura, eíſque omnium pericula depellenda.

Caſſiodor.

Debitum tranſit in beneficium, ſi reddatur expromptum.

Æquiſſimo iure Socothani ſunt tribulis plexi, Phanuëlitæque occiſi, quando adeò ſe Princeps modeſtè geſſerat, vt tributum ad communem ſalutem exigens, non delicias; ſed panes tantummodò poſtularit : *Dixit ad viros Socoth : Date obſecro panes populo, qui mecum eſt : quia valdè defecerunt, vt poſſimus perſequi Zebee & Salmana Reges Madian:* Non poſtulat laporata obſonia, non exigit copioſum aurum, generoſum non poſtulat vinum; ſed petitionem anguſtat, ea exigẽs, quæ militibus erant auxilia, non impendentibus detrimenta. Denegarunt inciuiles, quod vrbanè petebatur, meruerúntque tribulis & ſpinis dilacerari, & iuſta indignatione puniri : *Tulit ſeniores ciuitatis, & ſpinas deſerti, ac tribulos, & contriuit cum eis, atque comminuit viros Socoth.* Meritò tulerunt ſupplicia, quo modeſto Principi denegarunt victualia quando ipſa conſulebat ratio non ſolùm offerre libenter poſtulata; ſed addere non petita; imò quo plus illè modeſtè anguſtarat petitionem, debuiſſent illi largius offerre, & vel nolentem, vt dona acciperet, cogere : *Petiit confidenter Gedeon panes,* ſcribit Abulenſis quæſtione 7. *arbitrans quòd viri Socoth non negarent illos, cum proſequerentur cauſam Reipublicæ.* Ea petiuit, quæ denegari nequibant, quandoquidem & erat communis cauſa, & nota militantium inedia. Ergo dum ſe aſperos modeſto exhibent Principi, ſibi calamitatem aſciſcunt, & vitam cum facultatibus perdunt.

272

Iudic. 8. v. 5.

Abulenſ.

§. LXV.

Nonnulli ex ad ſe pertinentibus difficulter tribuunt, ex ad Rempublicam ſpectantibus perenti ſine difficultate contendunt.

273 PRincipis votum expromptа debent ſubditi deuotione complere, & iuſtis conatibus ſuffragari, eo præcipuè tempore, quo eius laborioſa induſtria & ſolicita diligẽtia hoſtiles adſultus cõſtat depelli, & Rempublicã imperturbatis cõmodis frui. Verùm non ſemel accidit, vt exprõptè à pluribus Principi

Digitized by Google

Principi exibeatur obſequium, ſi ipſorũ peculiare imminutum non fuerit commodum: de rebus ad generalitatem pertinentibus largè concedunt; ſed de propriis parciſſimè tribuunt: dilargiendum teſtantur petenti Principi; at ad ipſos pertinentibus reſeruatis, ad generalitatémque ſpectantibus largè conceſſis. Extollebat, & iure Theodoricus rex 2. var. 16. ſolertem miniſtrum, qui Principis ſtudebat commodis, nullis Reipublicæ detrimentis. Ipſum audi: *Infatigabilis cura, quod difficillimum virtutis eſt genus, ſub generalitatis gratia publica videtur procuraſſe compendia.* Prudenter dixit huiuſcemodi miniſtrum rarum vſque ad miraculum extitiſſe, quando generalitatis bona vti ſibi peculiaria aſſeruabat, nec liberalitate damnabili profundebat, cùm inſolitum non ſit dignitate aliqua exornatum generalitatis diſpendio propriũ piſcari commodum, dum Principis affectat obſequium. Nouit hanc optimè conſuetudinem Gedeon, qui cum ex præda aureas inaures deſideraret, antequam ſorte diuiderentur, petiuit. *Dixit ad eos: vnam petitionem poſtulo à vobis: Date mihi inaures ex præda veſtra.* Quid tunc? *Reſponderunt: Libentiſſimè dabimus.* Audis exprompte impletum Principis deſiderium, cùm 1. Regum 25. Principis de Republica benemeritiſſimi caſſum referatur votum. Dauid qui gigantem deuicerat, qui in libertatem Rempublicam aſſeruerat, vt vrgẽti occurreret neceſſitati neſcio quid à Nabale ſatis comiter flagitauit. *Quodcumque inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid.* Adeò vrbanæ petitioni inurbana, ruſticáque data eſt reſponſio: *Tollam panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris, quos neſcio vnde ſint?* Vides vtrobique Principem de Republica benemeritum poſtulantem, & alibi ſeruos libentiſſimè generoſos, & imprudenter alibi tenaciſſimos. Iam ſi diſcriminis cauſam quæras, reſpondebit Abulenſis Gedeoni oblata fuiſſe ex ad generalitatem pertinentibus, Dauidi verò offerenda ex ad Nabalem peculiariter ſpectantibus. Ipſam audi quæſt. 22. *Intelligendum eſt quòd hoc fuit ante diuiſam prædam, nam licèt ipſe habiturus eſſet magnam partem; tamen non omnes inaures, ideò petiit ab omnibus in communi, vt donarent ei partes ſuas; ſi autem fuiſſet poſt diuiſam prædam, quia inaures peruenieſſent ad quoſdam, & non ad alios grauarentur quidam, & fuiſſet difficile quod concederentur; nunc autem non facta diuiſione non magis ladebatur vnus, quàm alius: ideò gratis conceſſerunt.* De indeuiſo, omnibúſque communi theſauro non grauantur concedere; imò inaures geſtiunt petenti Principi dilargiri; at Nabaal panes ſeruauit; imò ipſi, qui modò exprompte adeò petentis votis annuerunt, ſi peculiari titulo inaures ſortiti fuiſſent, illas forſitan denegaſſent. Adde aliquando Principi non ſolùm offerri ab aliquibus poſtulata; ſed vt ampliorem gratiam ineant ex ad generalitatem pertinentibus etiam adiici non cupita.

Caſſiodor.

1. Reg 25. v. 8.

Abulenſ.

174 Elias Chriſti Domini figuram gerens viduam Sareptanam adit, & panis fruſtulum petit: illa inopia panis allegata ſe vrbanè excuſat: Prophetа, qui non tam petiuit, vt acciperet, quàm vt daret, hydriam vertit in alimenti fontem, & nihilominus petitionem anguſtat, & panem paruulum flagitat: *Fac de ipſa farinula ſubcineritium panem paruulum, & affer ad me.* Itaque vt vidua dilargiretur panem, hydria inuiſo miraculo in alimenti fontem verſa eſt. Tranſi modò ad Marci 8. vbi cùm Dominus Apoſtolos quos haberent panes, interrogaſſet, illi votum quodammodò antecuertunt, & lubenter offerunt: *Accipiens ſeptem panes gratias agens fregit,* &c. Addit textus: *Et habebant piſciculos paucos, & ipſos benedixit, & iuſſit apponi.* Iam ſe ingerit oculis difficultas: ſi ſolum rogat de panibus, cur piſces offerant, quando Sareptana, vt offerret Eliæ exiguum ſatis alimentum, opus habuit grandi miraculo. Profectò vtrobique noſtræ eruditioni Scriptura deſeruit, & noſtros mores varietatis penicillo depingit: Apoſtoli quod omnibus erat commune, efferunt, Sareptana quod ſibi peculiariſſimum, tribuit. Ergo vt noueris miniſtros ex bonis ad Rempublicam omnem ſpectãtibus aliquando non ſolùm petita; ſed etiam non poſtulata concedere: circa panes interrogati obtulerunt etiam piſces, votis Domini laudabiliter adulantes, & petitioni obſequentes. Huc voco Chryſoſtomum & Cyrillum, qui apud Noſtrum Maldonatum ad c. 14. Matthæi putant illos panes omnium fuiſſe Apoſtolorum: verba accipe: *Chryſoſtomus homil. 50. Leontius, & Cyrillus, & Theophylactus Apoſtolorum fuiſſe putant.* Itaque panes non erant huius, aut illius in ſpeciali; ſed omnium: ergo panes ad omnes in communi ſpectantes, nec ad ſingularem aliquem ſpecialiter pertinentes ſine difficultate donantur; imò & piſces, de quibus non actum eſt, offeruntur. *Apoſtolorum erant panes:* ergo dum bona exiſtunt communia, panes tribuunt, & piſces addunt; at à Sareprana, licèt farinæ indefeſſum fontem acceperit, opus fuit paruulum panem poſtulare, vt exigenti obediuerit. Itaque ferè omnes ex propriis anguſta manu conſtat largiri: ex communibus verò bonis vel non poſtulata manu generoſiſſima dare.

Maldonat.

Marc. 8. v. 7.

175 Ruth Moabitis illa, quæ animi virtute genus refutauit, ad Boozium accurrit, iuréque ab ipſo in matrimonium duci debere, factis etſi ſatis modeſtè oſtendit: ille virtute puellæ prolectatus, & pulchritudine allectus alium legibus antelatum teſtatur, ſéque illam; ſi renuntiauerit, libenter acceptурum promittit, & ne ad ſocrum vacua rediret, ſex hordei modiis remiſit onuſtam, & onere ſatis lætam: *Menſus eſt ſex modios hordei, & poſuit ſuper eam.* Vides quam ſibi aliquomodo futuram ſperabat Sponſam, quam dilaudabat honeſtam, quam gratis oculis aſpiciebat venuſtam, modiis ad menſuram taxatis muneraſſe, & anguſta munu dediſſe. Tranſi modò ad Ioſephum à fratribus venditum, Ægyptóque virtutis ſuffragio digno propoſitum. Ad illum inuolant fratres, & quem recuſarant adorare propinquum, genuflexo adorauerunt ignotum. Quid tunc? Illorum ſaccos impleri tritico iubet, nec modum ponit: *Iuſſit miniſtris, vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibariis in viam.* Vides Ioſephum erga venditores Boozio largiorem. Iam ſi cauſam inquiras, inuenies Ioſephum ex horreis publicis, & pro omni Republica congeſto tritico dediſſe; at Booz ex propria area Ruthæ donaſſe: *Aperuit Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Ægyptiis.* Ioſeph optimus erat adminiſter nullo degeneri affectu ſordidatus, aut cupiditate obſcurus; verùm, vt noueris quàm ſe diuisè homines gerãt, ſi propria diſpenſarint, aut ſi communia petentibus diſtribuerint, Boozius vel futuræ ſponſæ non ſine menſura tribuit, Ioſephus venditoribus abſque menſura donauit: *Iuſſit miniſtris, vt implerent eorum ſacculos tritico.* Non taxauit; ſed impleuit:

Ruth. 3. v. 15.

Geneſ. 42. v. 25.

Geneſ. 41. v. 56.

3. Reg. 17. v. 13.

impleuit: & ad hæc quæ non postulabant, adiecit: *Datis supra cibariis in viam*: suis benefecit communi sumptu, & ex omnibus asseruato thesauro. Iam vt thesaurum Illum communem fuisse nullus dubitarit, adest Lippomanus, qui ad illa
Lippom. verba capitis 41. Geneſis: *Condatur, seruetúrque in viribus*, ex Hebræo legit: *Erit cibus in depositum, seu reconditum terræ.* Et ex se subiicit interpretationem: *Hoc est: Erit quasi thesaurus frumentum seruatum in terra pro septem annis.* Itaque ex communi deposito, & pertinente ad generalitatem thesauro Iosephus pleniori manu distribuit, ex messe verò propria Boozius angustiori manu concessit. Est enim grande discrimen inter propria, & inter aliis communia: nam ex propriis angusta manu donatur; ex communibus verò non semel prodiga manu profunditur.

§. LXVI.

Propria non semel creaturis prodigi impendimus, & Numini debita aut subripimus, aut tenacitate negamus.

276 MAlè generosi, & improbè auari ordinem sæpè confundimus, & quæ negata æquitatem non hæderent, dilargimur, & quæ subrepta iustitię officiunt, retinemus: erga creaturas inuenimur largi, erga Deum parcissimi: Numen iubet quæ ad ipsũ pertinent, illæsa seruare, & rapaces manus non semel gestiunt auferre. Creaturæ, præcipuè si dignitate aut venustate conspicuæ, nil denegamus; imò vel non desiderata dare, imò ingerere discupimus: *Desideriis nostris commercia peregrina famulantur*, aiebat Theodoricus rex 2. var. 12. Dignitate conspicui desideriis peregrina famulantur commercia, nec obest longa, & difficultatibus plena distantia. Satis est præeminentem dignitate discupere, vt omnes gestiant eius desideriis fauere: vix à magnatibus quid desideratur, cùm expromptissimè impleturi; cùm tamen à Deo iussa damnabili neglectu videantur contempta. Ecce Dominus post concessam populo ingenti miraculo de Ierichuntinis victoriam, iubet quidquid auri & argenti fuerit triumphorum auctori animo de-
Cassiodor. uotissimo consecrari. *Quidquid auri & argenti fuerit, & vasorum aneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris eius*; nec tamen
Iosuë 6. v. 19. mandatum refertur impletum; sed audaci præ-
Iosuë 7. v. 1. sumptione violatum: *Filij Israël præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate.* Vides obtento triumpho Israëlitas sordescere rapinæ & cupiditatis piaculo. Transi modò ad hoc Iudicum 8. videbisque postquam Gedeon in fugã verterit hostes, aureas inaures postulasse, populúmque exprompta liberalitate dedisse. *Dixit ad eos: Vnam petitionem postulo à vobis: Date mihi inaures ex præda vestra. Qui respondérunt: Libentissimè dabimus. Expandentésque super terram pallium proiecerunt in eo inaures de præda.* Vtrobique obtinetur victoria, & vtrobique innotescunt populo Numinis, & Principis desideria: iubet Deus in maiestatis suæ protestationem aurum non subripi, postulat Gedeon inaures sibi concedi: & huic animo lubentissimo postulatum offertur, illi audaci manu consecrandum præripitur. Et quæ huius discriminis ratio est, quando tenebantur Israëlitæ expromptius parere Numini, & prædam ad se pertinentem denegasse poterant Gedeoni? Ea se mihi offert, alibi scilicet Principem postulasse, & Numen alibi præcepisse: id namque hominum ingenium est, mandatis Numinis paruipendunt obedire, gestiúntque votis Principum adulari: plus valet apud homines iudicis dignitas, Principis maiestas, formæ venustas, quàm diuina reuerentia, & deuotio religiosa. En quæ sunt Numinis, surripiunt, & sua creaturis expendunt: *Nihil erat*, aiebat Abulensis quæst. 22. Abulens.
quod Gedeon petiisset ab Israëlitis, quod tunc non concessissent, etiamsi totam prædam postulasset, cùm liberasset eos. Gedeon Israëlitas liberat, Deus Ierichuntinos subiicit Israëlitis, & tamen plus obtinet, qui solùm excussit iugum, quàm qui illorum auxit imperium: temerata est dánabili cupiditate religio; fulxit erga Gedeonem liberalis, & generosa deuotio.

Heli prognati fœminarum allecti pulchritudine, se maculis defœdarunt vtque assolet, illarum inire gratiam cupientes opiparam mensam instruunt, de consecrandis Deo rapaci temeritate subripientes, & offerentium animos exacerbantes: *Veniebat puer Sacerdotis, dum coquerentur* 1. Reg 2. v. 13.
carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat Sacerdos sibi. Causam huius rapinæ textus facer indicauit, dum mulierum amore obcæcatos retulit: *Dormiebant cum mulieribus*, &c. En Deo suffurantur, quæ mulieribus offerant, plúsque apud eos valet oris venustas, quàm muneris religiositas: *Domino auferebant partes suas*, scribit Hugo Cardinalis, *crudas ab* Hugo.
offerentibus, & lautiùs faciebant parari. Vt mulieribus opipara præpararent conuiuia, sacrilegij perpetrabant scelera, & quæ ad ipsos pertinebant, fœminis offerentes, ad Dominum spectantia diripiebant sacrificia temerantes. 277

Nabuchodonosor eodem tempore proceram se intuetur plantam cæli sydera occultare quodammodo contendentem aut stellas pro fructu suis ramis inferere suspirantem: omnis caro eius fructibus alebatur; imò brutalitas omnis luxui vacabat plantæ impensis, & impensarum subsidiis: *Subter* 278
eam habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis Daniel. 4.
eius conuersabantur volucres cæli, & ex ea vescebatur omnis caro. Dum refertur opiparam mensam bestiis præparasse, refertur etiam aliena aquilinis vnguibus subripuisse. *Vngues eius quasi aurum.* Dicata Numini vasa vnguibus rapuit, vt testatur Daniel cap. 1. *Vasa intulit in domum thesauri* Daniel. 1. v. 2.
Dei sui. Itaque eodem tempore aquilinos mutuatur vngues, quibus Deo auferat consecrata, & ramos protendit saporatis fructibus onustos, vt bestiis faciat conuiuia. Audi Cyrillum Ierosoly- Cyrill.
mitanum catechesi 2. *Leoninos habebat vngues: raptor enim Sanctorum fuerat.* Vasa Deo initiata aufert, vt idolis, brutísque propinet: *Thuribulum accipiens*, præmiserat citatus Cyrillus, *ad idolo-* Cyrill.
rum delubrum transtulit, sustulit omnes oblationes. Ne quis detestandis sumptibus deesset, ne quid brutalitati defecisset, sacra suffuratus est, & execrabili sacrilegio opiparo deseruiebat conuiuio. Et vtinam vni Nabuchodonosori hæc accidissent; verùm inueniuntur plures ex initiatis, ad fastigiáque dignitatum euectis, qui Numini non persoluant debita, aut temerario ausu abstulerint sacra,

quò

quò pleniùs poſſint voluptatibus indulgere, aut ſumptibus inſanis profundere: inuertunt ordinem, rationem confundunt, & quidquid virtutis, deterunt.

279 Oſee 2. Deus lanam & linum ſuum, quæ impudentia vt idolis inſeruiret, abſtulerat, teſtatur iterum inſtauranda, & puritati reſtituenda: *Liberabo lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo ſtultitiam eius in oculis amatorum eius.* Hieronymus ad hunc locum putat Deum conqueri, eo quòd plebs illa, quam ſibi veluti deſponſam acceperat, contenta non fuerit ſua idolis prodigere; ſed contenderit etiam ad Deo ſacrata, quo profuſiùs ineptiúſque prodigeret, manum deteſtabili audacia extendere. Audi Hieronymum: *Seruat perſonam meretricis, quæ auro ornatur & gemmis, vt placeat amatoribus ſuis. Quidquid pulchritudinis non habet per naturam, arte conquirit: has inaures, quibus aures eius doctrina Dei fuerant adornatæ, & has margaritas, quæ ex collo pretiosè pendebant, ita vt ſponſus ad eum diceret & maritus: Collum tuum ſicut monilia; miſit ante porcorum pedes, & dedit Sanctum canibus.* Vt mulieri ad alienos inhianti, ſponſúmque contemnenti contingit, diuitiis ad maritum pertinentibus amatores allicere, & ad libidinem ſubornare: ita accidit illi adulteræ ingratiſſimæque plebi, quæ ad ſponſæ honorem euecta ſic deſciuit, vt idola quæreret, & quibus ſubornaret, ſacra diriperet. Ab ipſo altari ſuffurabatur victimas, vt Baal amplioribus hoſtiis ornauerit aras: parum fuit ſua idolis offerre; imò auſa eſt ex Deo dicatis ſubripere, & figmentis vanitatis litare. O quoties decimæ denegantur Numini, cùm omnes decem partes dicentur intemperanter libidini! O quoties quæ ad animarum ſuffragia, ad religionis proteſtationem ſunt inſtituta, affectata obliuione hæredes adimplere contemnunt, & profanis vſibus proferunt! Ecce Achan dicatâ Deo ſuffuratur: & populus conſtruendo ephod idololatriæ occaſioni aurum libentiſſimè dilargitur.

Oſee 2. v. 9.

Hieronym.

---

§. LXVII.

Tributi à populo impenſi debet haberi ratio ſolicita, ne imminuatur fraudibus ſumma:

280 Caſſiodor. Tributorum auctio eſt ſeruientium imminutio.

CVm omnes Reipublicæ noſtræ partes aquabiliter deſideremus augeri (verba ſunt Theoderici 4. var. 38.) *cremenia tamen fiſcalium tributorum iuſtiſſimo ſunt penſanda iudicio: quia ſeruientium imminutio eſt huius illationis acceſſio, quantúmque pars illa proficit, tantùm ſe hæc à firmitate ſubducit.* Tributorum acceſſio impédentiũ eſt imminutio, vnde niſi excludatur rapinæ enormitas dura premet ſubiectos ſemper calamitas: ergo curandum eſt, vt conſtet ſemper impenſum, ne manus adminiſtrantium rapiat auara; quod plebs ſoluere ſolet afflicta? alioquin & Princeps egebit, & grauatus iniuſtis ponderibus populus ingemiſcet. Ob id fortè cùm Gedeon inaures à populo etſi non tributi nomine poſtulaſſet: *Date mihi inaures ex præda veſtra*; pondus textus expreſſit: *Fuit pondus poſtulatarum inaurium mille ſeptingenti auri ſicli.* Et quid intererat auri pondus exprimi, quando exactio non decreuerat ſummam, nec præſtandam taxarat copiam? Oportebat, ſcribit Arias Montanus, vt publicè promulgaretur impenſarum ſumma, ne quid manus miniſtrorum ſuffurari poſſet auara: *Publicè tunc decantatum fuit, tantùm fuiſſe auri pondus, quod ad Gedeonem ex communi donatione pertinuerat.* Expreſſum fuit pondus clariſſimè ne ſi ſumma non conſtaret miniſtri, in quorum manus neceſſe erat venire, graui imminutione anguſtaſſent, & in Principis, & Reipublicæ detrimẽtum amico fraudis ſilentio imminuiſſent: & quidem Princeps aliter nequiret, quod intendebat, efficere, & populus repetitis exactionibus cogeretur auctaria ſemper impendere. Audi opportunè Caſſiodorum rem tractantem *Expenſarum*, inquit 12. var. 16. *fidelem notitiam per quaternos menſes ad ſcrinia noſtra ſolemniter deſtinabis, vt totius erroris obſcuritate deterſa, rationibus publicis veritas elucęſcat.* Ita veritas accepti tributi debet elucęſcere, vt fraus nequeat in bonum publicum militare: erit enim tutiſſimus rapiendi modus, ſi contuſus fuerit expenſi tributi numerus.

Mo rah. Caſſiodor.

281 Barbarus ille Pharao, qui humanam exuerat naturam, & belluinam mutuatus fuerat inſaniam, non ſic exoſos Hebræos infortuniis obiecit, vt tributa ſine numero imponeret; imò quia nouerat, quàm inter exactorum manus minuantur accepta, vel laterum voluit diligenter notari ſummam: *Menſuram laterum*, inquit, *quam priùs faciebant, imponetis ſuper eos.* Ingenui hoſpitéſque compellebantur lateres pendere ad inſana vanitatis ædificia, & ſuperbiſſima mœnia; verùm qui recens natos profluuio pueros iuſſit committi, noluit ad pendẽdos lateres ratione non habita cogi: quia nouerat habendam eſſe tributorũ rationem, ne miniſtri inſolenter Principis diſpendio diteſcant, & populus iacturis irremediabilibus ingemiſcat. Addit Abulenſis totum Hebræorum populum, non ſingulos ad eam menſurãm teneri, ne exactorum multiplicitas vrgentior eſſet calamitas. Accipe Abulenſem quæſt. 5. *Toti populo vna ſumma imponebatur, quam complere deberet: & ſic leue erat videre; vtrùm compleretur ſumma. Si autem cuilibet pe ſe imponeretur ſumma, difficilè eſſet à quolibet exigere quotidie rationem laboris ſui, & oportebat eſſe multos valde præfectos exactores.* Curæ Pharaoni fuit exactores non multiplicare: quia etſi populum deſiderarit minuere, noluit tamen penitus abolere: ſummam itaque impenſi tributi fecit conſtare, ne miniſtri poſſent diripere. Ad tem Theodoricus 2. var. 24. *Vniuerſa pecunia, quæ fuerat fabricis deputata Romanis, & nunc magnitudinis tuæ diſcuſſione conſtitit obiurata, cùm nec reddita ſuo tempore, nec docetur expenſa, ſine aliqua dilatione reſumatur, & vobis ordinantibus iterum Romanis mœnibus applicetur: nefas eſt enim vt in alios vſus tranſeant, quæ ſibi ſubtracta non immeritò Roma ſuſpirat. deberemus itaque relatores deputatæ pecuniæ in non modica pœna percellere, qui in tali cauſa noſtram munificentiam fraudauerunt:* Principis munificentia fraudatur, dum diripientium manus illum populis reddiderunt odioſum, & perpetratis fraudibus mentiuntur auarum. Ergo niſi impenſi à populo tributi diligenter ratio habeatur, obſcuratur Principis fama, & depauperati populi adaugetur miſeria.

Abulenſ. Caſſiodor.

282 Cùm à populo pecunia ſalubris tributi nomine offerretur, Athalia eiúſque miniſtri in Baalim ornamentum conuerterant, & ad peruerſos vſus tũ-

Digitized by Google

ſtulerant : ergo rex, vt tanto diſcriminiadhiberet medelam, arcam compingi iuſſit, & iuxta portam domus Domini ſtatui, vbi quidquid à populo impenſum, diligenter reponeretur ſeruatum :

2. Paralip. 24. v. 8. *Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam, poſuerúntque eam iuxta portam domus Domini forinſecus, & prædicatum eſt in Iuda, & Ieruſalem, vt deferrent ſinguli pretium Domino, quod conſtituit Moyſes ſeruus Dei ſuper omnem Iſrael in deſerto.* Principis præceptum lætis auribus populus excepit, & ſummam libenter tribuit : *Lætatíque ſunt cuncti Principes, & omnis populus, & ingreſſi contulerunt in arcam Domini, atque miſerunt, ita vt impleretur.* Quæres cur lætatus ſit populus, cùm ad exhibenda cogeretur tributa, quandoquidem non tam videbatur gaudij cauſa, quàm afflictionis materia ? Facilis ſolutio : Lætatus eſt populus, & quia impenſum cultui applicabatur diuino, & quia fideli reponebatur theſauro : ita ſumma colligebatur, vt fraus ſubeſſe non poſſet, & vbi fraus aberat, populus minimè pendere tributum dolebat. Et quidem quod amariſſimum tributum reddidit, non tam eſt quod bellorum expenſis, Principíſque vtilitati applicatur, quàm quod ab iniuſta cupiditate diripitur : non eſt à regia maieſtate alienum his per ſe rebus inuigilare, & rationem ſummæ per ſe ipſum exigere, quandoquidem cupiditati aduerſatur, & communi vtilitati proſpicitur. Audi quæ ſubiicit ſcriptura : *Cùm tempus eſſet, vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum : videbant enim multam pecuniam ; ingrediebatur ſcriba regis, & quem primus Sacerdos conſtituerat : effundebántque pecuniam, quæ erat in arca ; porrò arcam reportabant ad locum ſuum, ſícque faciebant per ſingulos dies.* Rex tot regni occupationibus diſtrictus, tot negotiis, cauſarúmque perplexitatibus occupatus opportere cenſuit adeſſe quotidie pecuniæ rationi, quia communi nouit conducere vtilitati. Vtque noueris, audi quid textus ſubiiciat : *Egerunt hi, qui operabantur induſtriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum, ac ſuſcitauerunt domum Domini in ſtatum priſtinum, & firmiter eam ſtare fecerunt : cúmque compleſſent omnia opera, detulerunt coram Rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ, de qua facta ſunt vaſa templi in miniſterium, & ad holocauſta ; phiala quoque, & cætera vaſa aurea, & argentea.* Vides ſuperfuiſſe pecuniam, ex illáque alia inſtrumenta ad templi decus fabricata. Iam ſi 4. Regum 12. conſulas, inuenies de his impenſis templi vaſa elaborata non fuiſſe, textum audi ?

4 Reg. 12. v. 13. *Verumtamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ, & thuribula, & tubæ : omne vas aureum, & argenteum de pecunia, quæ inferebatur in templum Domini.* Non ignoro varias Patrum explicationes, ſcilicet quòd ex hac pecunia vtpote aliis vſibus applicata, vaſa non fierent, quæ conſtruebantur ex alia ; verùm, ni fallor, nos edocuit ſacra Scriptura, quàm interſit tributorum rationem haberi, dum alibi retulit vaſa aucta, & alibi non efficta. Vbi pecunia eſt tradita ſine ratione miniſtris, nil ad elaboranda alia ad templi ornatum ſuperfuit, vbi ratio ſolicitè habita, aurum ad vaſa abundauit. Textum accipe : *Et non fiebat*, inquit, *ratio his omnibus, qui accipiebant pecuniam, vt diſtribuerent eam artificibus ; ſed in fide tractabant eam* Vbi fide tractatur pecunia, fabrefacta non referuntur vaſa ; vbi ratione, referuntur conſtructa : nam licèt tunc integra fide tractaretur aurum ; ad noſtram tamen eruditionem, alibi ſuperfuiſſe non refertur, alibi verò exundaſſe deſcribitur, vt diſcamus quàm oporteat ſummæ à populo impenſæ rationem ſolicitè exigere, diligentérque examinare : Profectò cùm adminiſtri incorrupte ſe gerunt, examinari diſcupiunt, quando diſcuſſio diligens omnem fraudis exterminat ſuſpicionem, & indubiam adfert miniſtro laudem. Opportunè Theodahadus 1. var. 21. *Nulli graue ſit Romanis fabricis deputatæ pecuniæ reddere rationem, cùm pura conſcientia deſideret ſe probari, quando fructum laboris ſui carpit, dum ad nos proſpera de ſe peruenire cognoſcit Quocirca præſenti decernimus iuſſione, Romanæ ciuitatis fabricas vos debere diſcutere, ſi labor operis concordat expenſis ; vel apud aliquem conſtet reſidere pecuniam, quæ non ſit fabricis expenſa, deputatæ rei reddat erogandam.* Cassiodor. Cordatè voluit diſcuti, quid à ſubiectis, fabricis erat conceſſum, vt puta conſcientia examine lucraretur laudem, & conciperet fraudulenta timorem. Et quidem ſi nulla inuigilarit diſcuſſio, plùs fraus audebit, & puritas dormitabit.

§. LXVIII.

Cultus corporis enigorat viros, bellóque prodit ineptos.

NOn omnes bello adlegit Mauros, conſtat militia robore non tolùm corporis, ſed animi. 283
Et quidem externo in cultu ſpeculi ad inſtar clarè vrdentur, quæ in corde occulta gerantur. In leone horrida & implexa iuba fortitudinem commendat, ipſe horror fortitudinis argumentum & leonis decus eſt. Tempus inutiliter non terit ornando corpori, qui dicatur certamini : miles nimis comptus, & muliebri ornatu lucidus eſt aduerſariorum præda, ſuíque Imperatoris infamia. A politulis, & de capſula totis nihil ſperandum eſt magnum nihil forte, quandoquidem conſtat interno robore enigoratum, quem exteriùs ſtudioſè noſcas excultum. Irridet Seneca comptulos, & politulos vti ſemifœminas, teſtatúrque malle Rempublicam perire, quàm capillum in coma inordinatè eminere. Ipſum audi de breuitate vitæ cap. 12. Seneca. *Quid ? Illos otioſos vocas, quibus apud tonſorem multa hora tranſmittuntur, dum decerpitur, ſi quid proxima nocte ſuccreuit, dum ne ſingulis capillis in conſilium itur, dum aut diſiecta coma reſtituitur, aut deficiens hinc atque illinc in frontem compellitur ? Quomodo iraſcuntur, ſi tonſor paulò negligentior fuerit, tamquam virum tonderet : quomodo excandeſcunt, ſi quid ex iuba ſua deciſum eſt, ſi quid extra ordinem iacuit, niſi omnia in annulos ſuos reciderunt.* Addit diſertè Stoicus : *Quis eſt iſtorum, qui non malit Rempublicam turbari, quàm comam ſuam ? Qui non ſolicitior ſit de capitis ſui decore, quàm de ſalute ? Qui non comptior eſſe malit, quàm honeſtior ? Hos tu otioſos vocas inter pectinem ſpeculúmque occupatos ?* Qui inter pectinem ſpeculúmque occupantur, deteriores inueniuntur otioſis, & fortitudine deſtitutis. Martis ſunt dedecus, militiæ probrum, campi faſtidium : quia dum faciem conſecrauerunt decori, terga dederunt ferienti. Fortem amant caſtra, non politulum : *Campus fortem poſtulat*, aiebat Ennodius in apologet. pax pro Synodo, rendos milites incomptos, & corporis neglecto ornatu

Pluret latet pectinem & ſpeculum occupantur.

Digitized by Google

Enod. Cum ut poſtulet tortè, par ſuſtinet redimitum.

ornatu, *pax profanda redimitum.* Comptus redimitulúſque ignorat campum, vt campus abhorret comptum & redimitum. Quod adeò verum eſt, vt apud Stobæum lib. de militia cap. 53. Menander putauerit elegantem militem vel à Deo factum futurum eneruem. *Elegans miles* (inquit) *etiamſi Deus ipſum formaret, haud vllus effici poſſet.* Exiſtimauit Menander adeò iſta, elegantiam ſcilicet & valentiam ſecum pugnare, vt ſi fas eſt dicere, in eodem pectore aſſociari non poſſent; quandoquidem elegantia eneruarit valentiam, & valentia ignorauerit elegantiam. Et quidem dum Madianitarum referuntur ſpolia, cauſâ proditur, cur ad luminis ſplendorem, & ad tubæ ſignum trepidantes verterint non ſine dedecore terga: *Expandentes ſuper terram pallium proiecerunt in eo inaures de præda: & fuit pondus poſtulatarum inaurium mille ſeptingenti auri ſicli, abſque ornamentis, & monilibus, & veſte purpurea.* Gedeonis milites inaures proiiciunt petente Duce: apud illos fortitudinis remanere noluit faſcinum, quando aduerſarijs conſtabat roboris extitiſſe venenum. Accipe Abulenſ. quæſt. 22. *Dicitur de Regibus Madian quòd tenebantur iſtis: quia ipſi in quibuſdam ornabant ſe ſicut fœmine: nam monilia ornamenta fœminarum ſunt: ſic etiam Iſmaëlitæ vtebantur ornamentis fœminarum, habentes inaures in auribus, vt patet ſupra in littera.* Itaque dum capta tropæa euulgarunt quali Madianitæ, Iſmaëlitæque ornatu deſcenderint in certamina, indicatur etiam facilè vertiſſe terga. Non fuit opus duro lapide illorum vt gigantis, frontem percutere; ſed pauci hoſtibus tuba clangentibus dederunt terga arreptâ indecorè fuga: *Tenuerunt ſiniſtris manibus lampades, & dextris ſonantes tubas, clamauerúntque: Gladius Domini & Gedeonis, ſtantes ſinguli in loco ſuo per circuitum caſtrorum hoſtilium.* Quid tunc? *Omnia itaque caſtra*, addit textus, *turbata ſunt, & vociferantes, vlulantéſque fugerunt.* Quid aliud expectari potuit à comptulis, & in modum fœminatum ornatis militibus, quàm vlulatus, timor, & fuga? Ornarant ſe mulierum ad inſtar: ergo militare neſcierunt viri; ſed ad vociferantis ſolùm militis clamorem fugerunt antequam armis percuſſi, clamoribus detriumphati.

Abulenſ.

Iudic. 7. v. 20.

284 Prælium audio inter Michaëlem Luciferúmque cœlo belligerantes vt campo: *Factum eſt prelium magnũ in cœlo, Michael & Angeli eius, præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius cœlo, & proiectus eſt draco ille magnus.* Audis vertiſſe in certamine terga eneruem, & robore deſtitutum Luciferum, quantumuis draconis faciem aſſumpſerit, fortitudinémque oſtentarit. *Et non valuerunt*, inquit Ioannes. Quaſi dicat: Draco ille, qui & Lucifer, ſolùm militauit trophæis, & ſolùm in campum prodiit victima futurus contrariis. Et quare? Audi ab Ezechiele cap. 28. *Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, ſardius, topazius, & iaſpis, chryſolitus, & onyx, & berillus, ſapphirus, & carbunculus, & ſmaragdus, aurum opus decoris tui.* Præmiſerat: *In deliciis paradiſi Dei fuiſti.* Dum figuratè ad noſtram eruditionem Lucifer ille draco refertur nimis excultus, & ornamentis politus, refertur etiam indecorè proiectus: *In veſtibus ſuis*, inquit Lyra, *habebant lapides pretioſos ad ornatum inſertos.* Ornatus penicillo depinxit propheta animi tumorem, & tumentis imbecillitatem: ille ornatus, & politus non valuit ad prælium; imò victoris ornatus minuit elogium: vt noueris quàm enerues reddiderint animos ornamenta, & quàm viros indecora effœminauerit elegantia. Dixi iam hæc ad litteram Tyri Regi conuenire, ænigmaticè lucifero tantùm adaptari. Ergo dum refertur ornatus eo ſenſu accipe, quo & draco rufus refertur. Itaque quantùmvis horridus draco erectis cervicibus timorem incuſſerit ornatu eneruatus corruit, & contrariorũ gloriam adduxit.

Apocal. 12. v. 7.

Ezech 28. v. 13.

Lyra.

Iobo ab inuidenti dæmone periculoſum imminet prælium: nequiſſimus ille ſpiritus obtenta à Domino facultate armatus inſidijs prodit in campum; verùm Iobus, vt ſe ad certamen præparet, vt ſtrenuè pugnet, pretioſa proiicit ornamenta, & nudatur nitida coma: *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* Corruit, vt adoraret Dominum; ſurrexit, vt vinceret inimicum: vidit opus ſibi eſſe in campum prodire, quando tot hoſtes confluebant armati, & militarem aſſumpſit habitum, ornamentorum ſcilicet, & nitidæ comæ contemptum. Et quidem iam vexillum extulerat de inimicis, cum prodiit ad certamina ornamentis nudus, & comâ prolixâ tonſus. Adeſt Origenes lib. 1. in Iob: *Quia ſurrexit, manifeſtum eſt quòd fortiſſimus perſeueranit, & illæſus perſtitit: Tunc ſurrexit Iob. ſurrexit animo. ſurrexit fide, ſurrexit veritatis ſtudio, ſurrexit ad prælium, ſurrexit ad virtutem, ſurrexit ad officium conſtantiæ. Tunc ſurrexit Iob. Certum eſt, quia cùm ſurrexiſſet, dicit: Nunc belli tempus, nunc approbatio, nunc victoriæ acceptio.* Addit Origenes: *Conſcidit, inquit, veſtimenta ſua. Cur conſcidit? Ob hoc conſcidit, vt expeditior, atque conſtantior extitiſſet in prælio; vt illa, quæ retardant, deponeret, vt illa, quæ impediunt, à ſe proijceret, vt tamquam audaciſſimus prælior, & tamquam ſingularis Monomachus aduerſùs innumeros inimicos, & aduerſus inæſtimabiles aduerſarios immobilis perſtitiſſet.* Retardari nouit pretioſis veſtibus, comptis impediri capillis: ergo vt audacter hoſtes impeteret, vt feliciter detriumpharet, comam totundit, & pretioſas veſtes ſcidit. Nec ſolus Iob ſe nuditate præparauit ad prælium, quando mos eſt nonnullis gentibus nudo pectore oſtentare audaciam, & neglecto corporis cultu exambire victoriam. Redeat iterum citatus Origenes: *Item alia barbaræ gentes expoliantes ſe, atque in ipſis tunicis ſe præcingentes nudo pectore atque ſcapulari viriliter eunt in prælium.* Amat campus homines negotia fortitudinis curantes, non ſplendere ornatu exambientes.

285

Iob. 1. v. 20.

Origen.

Et quidem fortaſſis miraculo opus fuit, ne Syri potirentur victoriâ, dum decenter ac militari inſtituto deſcenderunt in prælia. Rex Syrus robur exercitus miſit, vt quam Eliſæus inhabitabat, cingerent ciuitatem: *Miſit illuc equos, & currus, & robur exercitus, qui cùm veniſſent nocte, circumdederunt ciuitatem.* Opus fuit cœleſti exercitu, ne vincerent; imò & illos viſu priuare: *Ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Eliſæi.* Et quare tot equi, tótque currus ignei? Fortè quia, vt teſtatur Origenes, deponunt ornatum Syri, & cultum negligunt corporis, vt audaciam oſtentarint virtutis: *Verè talis mos eſt in aliquibus gentibus, vt cùm ad durum prælium venerint, tunc nimirum ſcindentes veſtimenta ſua cum furore atque indignatione currant contra aduerſarios intemperanter, nudo pectore cum fiducia ſe offerentes, vt illi Syrorum gens.* Ad noſtram eruditionem, vt ſe à Syris expediret Eliſæus, igneis curribus, equiſque flammantibus cingitur: quaſi opus fuerit ad vincendos

286

4. Reg. 6. v. 14.

Origen.

Digitized by Google

cendos milites incomptos, & corporis neglecto ornatu aduersarium impetentes cœlesti auxilio, & prodigioso miraculo. Sic vires addit neglectus cultus, sic eneruat vires cultior ornatus.

§. LXIX.

Non semel quæ deuotius persuadebant obsequium, ad ingratitudinis detorquemus scandalum.

287 *INstitutum suum*, aiebat Theodoricus 3.var.24. *prouidentia nostra non deserit, cùm subiectis semper intenta profutura disponit, vt ad maiorem deuotionem concitentur, qui sui curam nos habere cognoscunt.* Quæ subiectorum saluti, vtilitatique cura impenditur eos ad deuotius præstandum obsequium adurgere cognoscitur, nec facilè videtur ab officio posse resilire, quem attenta Principis vigilantia adnititur exornare; verùm ea est temporum peruersitas, ingratitudinis cæcissimæ improbitas, vt antidotum conuerterit in venenum: inde semel procacior criminis insultat audacia, vnde videbatur deuotior obsecutura obedientia. Quibus animus debuisset beneficiis deuinciri, non semel contingit ad ingratitudinem properare. Ecce Ephod ex inauribus inimicorum conflatur, & cùm præda oculis obiecta victoriæ refricabat memoriam, populus victoriam fœdauit idololatria: *Fecit ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatus est autem omnis Israël in eo.* Ad idololatriæ occasionem detorserunt aurum, cùm de hostibus à Deo concessum referebat videntibus triumphum: ipsum quo Deus auro Israëlitas ornarat, in arma contra veritatem verterunt, & inde ortum est detestabilius scandalum, vnde deuotiùs oriri debuit religiosius obsequium. Adest Lyra: *Fornicatio in scriptura in tali materia accipitur pro idololatria: licèt enim Gedeon vsus fuerit predictis ad cultum diuinum tantum; tamen filij Israël post mortem eius vsi sunt in cultu idolorum.* Præda ab hostibus capta, quæ debuisset ingerere Numinis reuerentiam, abutentibus attulit miserandam ruinam: eóque diuinitatem Numinis denegarunt, quo tenebantur fateri, & futuris sæculis conclamare.

Cassiodor.

Lyra.

288 Redeat iterum ipse populus & Gedeon huius veritatis non indubium testimonium: Deus tubarum clangore, splendore lampadum ferè innumeros inimicos fugarat, suósque retro seculis inaudito triumpho redimiuerat; & adhuc calente victoria cum Numinis imperium faustis iteratisque acclamationibus debuissent celebrare, tentarunt ad Gedeonem & eius domum regnum legibus violatis transferre: *Dixerunt omnes viri Israel ad Gedeon. Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti non de manu Madian.* Regni ius, quo specialiter Deus illo in populo resplendebat, Gedeoni ob partam libertatem concedunt, & victoriam, quam non Gedeon; sed Numen illis tribuerat, ad Numinis iniuriam deflectunt: Dei gladius deterruit inimicos gladius Gedeonis assumptus est in consortium, & in victoriæ instrumentum; at Hebræi sic cæcutiebant, vt ob victoriam à Deo sibi concessam, ipsum Deum regno tentarint priuare, & Gedeonem triumphi solùm administrum ad regni dignitatem efferre: Obstitit ille impiis conatibus, Deique cultui deuotiùs subiiciendo asseruit, quando à Deo constabat fuisse inimicum detritum, & triumphum decantandum sæculis reportatum: *Non dominabor vestri, neque dominabitur in vos filius meus; sed dominabitur vobis Dominus.* Ac si dicat: si me conclamatis Regem ob partam victoriam, potiori iure debetis Dei imperium celebrare, quando triumphus partus est non viribus humanis; sed auxiliis prorsus supernis. Adest Abulensis q.20. *Israelita dabant istum Principatum Gedeoni, quia liberauerat eos de manu Madian, vt patet in littera: si autem Gedeon suscepisset hoc modo, videretur sibi adscribere victoriam contra Madianitas, & tamen illam Deus totaliter exercuerat.* Attentiùs audi quæ subiicit: *Ideò ex hac causa Deo tribuendus erat Principatus, & non ipsi.* En causa quæ Numini obsequium exhibendum consulebat, detorta est ad criminis offensionem, & ob quod deuotiùs tenebatur inseruire, inuenti sunt refragari. Iam etsi dormitantibus oculis inspexerit, hoc sæpè sæpiùs accidere nullatenus dubitabit. Cœlestium beneficiorum instrumenta beneficiorum habentur causa, & quod Numini debuisset impendi obsequium, ad creaturam transfertur improbè officium.

Iud 8.v.22.

Abulens.

289 *Vadam*, aiebat quædam, *post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum.* Lino, lanáque alliciebatur, vt ministrantes sequeretur. Iam non attendisse beneficij auctorem; sed ministrum, ipse testatur Dominus. *Liberabo*, inquit, *lanam meam, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius.* Lana, linúmque ad auctoris debuissent amorem allicere, & prouocare; verùm ea fuit accipientis cæcitas, vt beneficia detorserit, & in datorem armauerit. Lino exornata Deum refugit, à quo acceperat, & sequitur hominem, qui solummodò ministrarat: *Multi acceperunt aurum & argentum sapientiæ, & eloquentiæ*, scribit Hieronymus ad hunc locum, *de quibus facerent candelabrum septem lucernarum ex auro purissimo, & mensam propositionis auream, & propitiatorium, & Cherubim auri splendore radiantia, & bases columnarum argenteas, & triticum sermonis Dei, & vinum gaudium spiritus Sancti: vestimenta quoque & lineamina, quibus credentes vestirentur in Christo.* Addit nouissimè: *Quæ vniuersa verterunt in idololatriæ cultum.* A Deo accipiebant, verùm acceptis luxui famulabantur, seruiebant crimini, tantúmque aberant, vt beneficia Numinis gratitudine compensarent, vt ad celebranda idola profundâ cæcitate deflecterent: *Quæ vniuersa verterunt in idololatriæ cultum.*

Osee 2.v.5.

Hieronym.

290 Deus Ieroboamum ad regni fastigium promouere decreuit, vtque vel ardua facilè Dei nutu perficiuntur, qui profugus, timidúsque inhabitarat Ægyptum, post Salomonis mortem inauguratur ad regnum: nam cum populo tributis durissimis diuexato inexorabilem se Roboamus præstitisset, excusso iugo ad Ieroboam confugerunt, & regem inaugurarunt: *Constituerunt eum regem super omnem Israel.* Quid tunc? Ieroboam accepta dignitate, cùm debuisset gratias Numini agere, bellum properauit inferre: aureos construit vitulos, & populis adorandos proposuit: *Excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltra ascendere in Ierusalem. Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Accepta potestate in Deum insurgit, & ab eius impediendum cultum detorquet: ipso quo fieri debuit deuotus, constitutus est aduersarius. Notauit Theodoretus

3.Reg.12. v.20.

q.41.

Digitized by Google

q. 41. *Miſer, & ter infelix iſte accepta poteſtate aggreſſus eſt eam habere humanis & impiis artibus: oportebat autem ſtolidum intelligere, quod qui dedit* Theodoret. *regnum, id poſſit illis cuſtodire, & confirmare.* A Deo electus homines ab eius cultu abigebat, & ipſo beneficio pro armis vſus contra Deum belligerabat: quod conſulebat impendere deuotius obſequium, impium perſuaſit delirium. Profectò ni adeò ampla poteſtate fulgeret ad Ieroſolymam aſcenſum non impediret; aſt Deo reſtitit, & auteos vitulos coluit, poteſtate ad impietatem detorta, & contra ius iuriſdictione obarmata. *Miſer & ter infelix iſte accepta poteſtate aggreſſus eſt eum habere humanis & impiis artibus.* O nimis verum! O peſtem graſſantem! Nonne vides pulchellas, venuſtulaſque in Deum ipſa pulchritudine inſurgere? Nonne vides diuites ipſo auro caſtitatem mercari? Nonne aſpicis notabiles audacia nobilitatis armatos iura corrumpere, & iniurias mendacio inferre? Ferè omnia contra Numen pugnant, cùm à Numine omnia effluant. Ipſo ſanguine, quem ab optimo parente accepit prodigus, dæmonum aras tinxit, & dæmonibus obtulit. Adeſt Chryſologus ſerm. 4. *Miſit illum in* Chryſolog. *villam ſuam, vt paſceret porcos, vt paſceret dæmones thure, victimis, ſanguine.* A patrè, à quo vitam accepit, deſciſcit, & ſanguinem dæmonibus colendis impendit: vt noueris quàm verum ſit oriri inde ingratitudinis deteſtabile ſcandalum, vnde expromptius deuotiúſque dimanare debuit obſequium.

§. LXX.

Suam aſciſcit imprudenter ruinam, qui Eccleſiaſticis rebus poſteriorum augere nititur gloriam.

291 INter cæteras, quibus humanum genus atteritur peſtes, grauiùs ardentiúſque graſſatur alienarum rerum turpis ambitio, ſibi ipſi aduerſatur immetata ſemper cupiditas, & dum rebus ad alios ſpectantibus ſuam ſtudiosè adnititur promouere fortunam, aſciuiſſe conſtat miſeriam: *Auaritiam*, Caſſiodor. ſcribit Caſſiodorus 4. var. 39. *radicem eſſe omnium malorum lectio diuina teſtatur, quæ tali ſorte punita eſt, vt cùm multa rapiat, ſemper egeat.* Ardentiſſimæ inſtar flammæ florulentiſſimam etiam felicitatem depaſcit, quod rapina iniqua ſubripuit, verùm licèt facultas à ſæcularibus ſubrepta ſit felicitatis faſcinum; tamen ſi quæ ad Eccleſiam pertinent: ad propriam fuerint felicitatem inuerſa, indubia imminebit ruina, & omnia velox & ardentiſſima vorabit flamma. Miſericordia diuinitatis acquiritur, dum quidquid ad Eccleſiæ decorem pertinet, religioſo cultu aſſeruatur: vt è contra Numinis indignatio incurritur, ſi quid Eccleſiæ ſacratum ad commodum poſteritatis deflectitur: Theodoret. *Specialiter Eccleſias*, aiebat Theodoricus 2 var. 29. *ab omni iniuria reddi cupimus alienas, quibus dum aquabilia præſtantur, miſericordia diuinitatis acquiritur.* Eccleſiæ ſtudeat præſtare, qui ſibi anhelat diuinam miſericordiam acquirere; cæcis impingit oculis in periculoſas Syrtes, qui rebus ad Eccleſiam ſpectantibus ſuam ſitit fulcire gloriam, & poſterorum promouere cupit fortunam. Ecce Gedeon de inauribus præda captis Ephod veſtem Pontificalem conſtruit, & ad generis amplificandam gloriam ſua in ciuitate conſtituit: & licèt Sacerdotalis illa veſtis non fuerit Eccleſiaſticis conſtructa prouentibus; tamen quia ad ornatum Eccleſiaſticum pertinebat, dum indebito loco, & ad generis amplificandam gloriam inuenitur deflexa: generi fuit præter opinionem ruina. *Fecit ex eo Gedeon Ephod, & poſuit illud in ciuitate ſua Ephra: Fornicatúſque eſt omnis Iſraël in eo, & factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Ephod ad memoriam conſeruandam, & poſterorum gloriam fulciendam tradunt in Gedeonis ciuitate collocatum interpretes. Adeſt Arias Montanus: *Salutis* Montan. *illius magnæ monumentum ad poſteritatis memoriam ſtatuere voluit Gedeon, ſiue id vno tantùm diuini beneficij demonſtrandi conſilio inſtituerit, ſiue aliquid etiam (quod ſi ſpicari facile eſt) humanæ gloriæ admiſcuerit, quandoquidem non in tabernaculo, aut alio publico, communique omnibus loco; ſed in ſuæ ipſius patriæ vrbe dicauit, quo illius viſendi cauſa multi ex Iſraëlitis confluerent: vnde populoribus cognatiſque ſuis celebritas. & cum celebritate vtilitas naſceretur.* Ad vtilitatem & gloriam adaugendam Ephod profano in loco conſtitutum audis, ſed videbis non ſolùm Gedeonẽ attuliſſe notam; ſed & toti domui ruinam: *Factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Hugo Cardinalis ad hunc locum teſtatur Gedeonem adumbraſſe Eccleſiaſticam, qui de oblatis, ſacratiſque donis ſuorum adlaborat incrementare fortunam, quod ipſi eſt ſemper inglorium, & poſteris nocentiſſimum. Accipe Hugo. Hugonem: *In hoc redarguitur Gedeon, quod in ciuitate ſua poſuit Ephod, quod de ſpoliis hoſtium ſibi datis fecit*: Sic Prælatus ſi munera ſibi data à ſubditis in domo ſua, in parentibus expendat, & non in Eccleſia ſua, peccat, & redarguendus eſt cum *Gedeone*. Addit: *Factum eſt Gedeoni, & omni domui eius in ruinam: quid ergo de iis, qui faciunt de ſpoliis ſubditorum Ephod, ſi peccatum fuit illud facere de ſpoliis hoſtium?* Antiſtites, ſi ſuorum diſcupiunt felicitatem ſtabilire, animitus fugiant de Eccleſiaſticis prouentibus maioratus fundare: quandoquidem Ephod ad ornatum Eccleſiaſticum pertinens, & de hoſtium ſpoliis fabricatum dum ad generis amplificandam gloriam detorquetur, peſtis generis, & quidem nocentiſſima reperitur.

Auaritia plus eget, dum ardentiùs rapit.

Nabuchodonoſor eodem tempore ſe conſpicit 292 arborem proceritate ſublimem, foliis pulcherrimam, fructúque ditiſſimam, & audit regno expellendum, & vinculis illigandum: ſomnium experientia fuiſſe veriſſimum comprobauit: *Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt, donec capilli* Dan. 4. v. 30 *eius in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & vngues eius quaſi auium.* Cyrillus Ieroſolymitanus ſupplicij cauſam exiſtimat, quod anium vngues patiebatur, declaraſſe, & futuris ſæculis ad doctrinam tranſmiſiſſe. Rapuerat Nabuchodonoſor, vt conſtat primo capite vaſa Deo initiata: ergo raptum fuit floridiſſimæ felicitatis venenum, & quo ſuam voluit contra fortunæ vultus fortunam ſtabilire, inuentus eſt infirmare: ad eas anguſtias eſt redactus Rex potentiſſimus, vt inſipidum comederit fœnum, & paſſus ſit indecorum ſatis exilium: *Nonne audiiſti*, inquit Cyrillus catecheſi 2. *quòd* Cyrill. *Cherubim contriuit? Non illa dico Cherubin ſpiritualia, abſit, ne quis hoc cogitet; ſed ea, quæ fuerant ſculpta; ſed & propitiatorium, in cuius medio vocem edebat Deus, & velum templi conculcauit, thuri-*

bulum

bulum accipiens ad idolorum delubrum transtulit. Audi quæ subdit: *In bestiam transmutatus est, in solitudine degebat: flagellatus est, vt seruaretur: leoninos habebas vngues: raptor enim sanctorum fuerat.* Vasa illa transierunt in curuam falcem, acutissimámque securim, árbor illa euersa est floribus, fructibúsque viduata, quibus Nabuchodonosor existimabat firmiùs stabiliendam, & contra acriùs impetentes procellæ adsultus firmandam. Nec his diuina sopita est ira, nec solùm ad tempus regno interdixit: sed filium aut nepotem saltem, vita cum regno priuauit. Conuiuium instruxerat Balthasar, ad maioremque suæ potentiæ pompam vasa Ecclesiastica iussit afferri: *Precepit iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Ierusalem.* Quid tunc? In parietis superficie sententia scribitur, & eadem nocte completur: vbi possessa referuntur sacrata Numini vasa, audiuntur regna diuisa: *Diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.* Fortè Nabuchodonosor grandi auri summa studuit posteros diuitare, & inuentus est illorum felicitatem minuere. Huc voco quod aiebat Petrus Damianus lib. 4. epist. 12. *Sunt qui plebes secularibus tradunt: hi nimirum tanto grauiùs delinquunt, quanto & sacrilegium committere conuincuntur: quia & Sancta profanant, & his, quibus quasi beneficium prærogatur, venenum lethale propinant. Quid enim est decimas in vsum secularium vertere, nisi mortiferum eis virus, quo pereant, exhibere.* Virus fuit Balthasari, & quidem præsentissimum vas Numini consecratum, dúmque opiparis conuiuiis, profanis sumptibus aurum Numini consecratum defernit, & regnum funditus subruit; perit auro à maioribus transmisso, qui fors sine eo firmo potiretu semper imperio.

293 Non dubito à Deo non puniri, antequam perpetrentur, scelera, etsi exhibenda antè remunerentur officia; verùm aliquod mihi latere videtur mysterium, dum Hebræorum regnum in quatuor partes audio diuisum, & Christi Domini vestimentum quatuor etiam partibus dissipatum. *Acceperunt vestimenta eius*, inquit Ioannes, *& fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem.* Audis vestimentum quadripartitum; audi etiam regnum in quatuor partes dissipatum. *Procurante Pontio Pilato Iudæam, Tetrarcha autem Galilæa Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Ituræa, & Traconitidis regionis, & Lysania Abilinæ Tetrarcha*, &c. Hebræorum regnum audis in quatuor partes diuisum: quia eorum causa Christi vestimentum in quatuor partes fuit dissipatum: *In Iudæa regno*, scribit Gregorius homil. 10. in Euangelia, *per quartam partem lucrimi principabantur.* Quia Iudæorum culpâ Christi Domini indumenta deuenerunt ad profanos, & eorum regnum deuenit ad exteros: tot scissuras passum est regnum, quot Domini sulit pallium. *Hæc reuera*, redeat iterum citatus Damianus, *sunt egregia dona Pontificis, quibus nimirum honor Ecclesiis tollitur, accipienti quod datur, in perniciem vertitur.* Extenderunt mediante militum audacia sacrilegas manus in Christi Domini ornamenta Iudæi, sed dum bona Christi diripiunt, imperij sui gloriam confundunt, & per tot partes hostibus diripiendum exponunt.

Ioan. 19. v. 23.

Luc. 3. v. 1.

Gregor.

Damian.

§. LXXI.

Qui sibi ad placitum responsurum consiliarium elegit, sæpè calamitatem assciuit.

GVbernatori, Reipublicæque clauum tenenti opus est multa conferre, & à probis doctísque consilium petere. Et quidem si prudens, virtutibúsque exornatus in consilium vocetur, periculis, & calamitatibus obuiatur; at si deligatur consiliarius ad placitum effectus, & ad placitum responsurus, nihil inuenietur firmum, nihil securum. Elegerat Athalaricus virum armorum peritia eximium, triumphísque exornatum, curauítque talem ei consiliarium adiungere, qui & clareret sapientia conspicuus, & virtutibus exornatus. Ipsum audi 8. var. 12. *Perfectionem rei esse rerum consilium esse iudicamus, si quemadmodum eligendo virum magnificum Paulum in armata Republica parti prouidimus, sic & eo iubente ei Liberium perspicuum consulimus: decet enim tractatore habere nobilissimo, quibus potestas summa committitur, vt nullo defectu impediente meritorum præmissa Reipublicæ vtilitas explicetur.* Stabilisse te Reipublicæ felicitatem cogitabat, dum ad arma elegit eximium, & ad consilia probatum. Certè si campum tractat ignauus, triumphus diteſcet hostis onustus, vt si a Principe in consilium vocetur arbitrio ascitus, non suffragijs meritorum electus, erit instar miraculi, si quid Reipublicæ acciderit faustum, & generalitatis saluti accommodum: eget consiliario Princeps; is tamen solicita debet indagatione perquiri, quem constet sapientia & virtutibus exornari: alioquin non solùm marcet felicitas; sed viget semper calamitas: *Alij sunt honores*, subiicit Athalaricus, *qui se ordinaria prouisione componunt; de generali autem securitate solicito talis associandus fuit, qui parem in suis studiis non haberet.* Omnium contemnit securitatem, suamque non dubio periculo fortunam exponit, si consiliarius adhibeatur non electus; sed effictus. Huius veritatis testis est Gedeon, qui licèt arma strenuè tractauerit, dum sibi consiliarium eligit sacris legibus non probatum, suæ asciuit domui ruinam, & populus passus est culpæ miseriam: *Fecit ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra: fornicatúsque est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Quid Ephod constituens intenderit, inquirunt Patres. Theodoretus q. 16. Supponens per Vrim, & Thumin Ephod inserta legitimum oracula promere Sacerdotem, ex Deique placito quid agere vel omittere oporteret, interrogantibus denuntiare, Gedeonem existimat diuini oraculi interpretem sibi non ritè delegisse, & per Sacerdotem suo arbitrio electum, illóque Ephod indutum interrogasse. Accipe Theodoretum: *Contra legem erat, quod factum fuit: nam solis Sacerdotibus Ephod vti licebat: per illos enim reuelabatur quid facto opus esset; Gedeonis tamen intentio minimè vergebat ad impietatem; sed cùm esset Princeps, & dux exercitus, volebat cognoscere per Ephod, quid agere deberet.* Itaque per Sacerdotem ritè Ephod indutum petebatur olim consilium, & futurum consultor prænoscebat euentum; hîc tamen dum effingitur consiliarius, dum non

294

Cassiodor.

Theodoret.

consulitur

conſulitur legibus approbatus ; ſed pro voluntate electus, Gedeon periculis comprobatur expoſitus, & populus ſceleribus ſordidatus. Itaque dum Gedeon ritè non conſulit , nec conſiliarium à Deo decretum perquirit, ſuæ familiæ, & totius populi ſalutem diſcrimini exponit : vt enim nihil eſt ſapienti , proboque conſiliario pretioſius , ita nihil non legitimo ac imprudenti deterius. Et quidem dum opportuna per Ephod dari creduntur conſilia , ſecurius auſcultantur , & periculoſiùs implentur. Sapienti virtutibúique exculto vti opus eſt conſiliario fortunam ſuam promouere cupienti , & populi ſalutem ſuffulcire deſideranti.

295 Audi Eccleſiaſten cap. 9. *Ciuitas parua , & pauci in ea viri : venit contra eam rex magnus , & vallauit eam , extruxitque munitiones per gyrum, & perfecta eſt obſidio , inuentuſque eſt in ea vir pauper & ſapiens , & liberauit vrbem per ſapientiam ſuam.* Ciuitas exiguis conſtabat viribus, innumeris hoſtibus validiſſimiſque cincta premebatur obſeſſa ; adeò tamen ſapientis profuit induſtria, adeò induſtrij valuit prudentia, vt hoſtes indecorè verterint terga, & concines florenti redimiti lætentur palma. Adeſt Hieronym. apud gloſſam ſapientem interpretatus eum conſiliarium , qui ſibi fauorem plauſumve non quærit ; ſed ſalutem omnium exambit. Ipſum audi : *Qui fauorem & plauſum non quærunt ; ſed ſalutem audientium ; nec clamant vt audiantur ; ſed cupiunt , vt exaudiantur.* Dum ſtudioſè quæritur, vel in parua ciuitate ſapiens inuenitur , dumque eius conſilia non exambiunt ſibi plauſum ; ſed ſalutis cunctis profectum , hoſtiles repelluntur adſultus, & Reipublicæ Principiſque illæſus conſeruatur ſtatus. Iam ſi conſiliarius aut moueatur propriæ vindictæ deſiderio, aut cæciſſimo pulſetur odio, ea conſulet quæ ſuæ vtilitati aut furori militauerint, quantumuis Reipublicæ , Principíque calamitatem attulerint.

Achitophel Gilonites ab Abſalone in conſilium accerſitur : ille cùm debuiſſet iuuenis temeritatem frænare , & regnandi immaturam ambitionem ſopire, igniculos iniecit, & effrænam adiectis calcaribus incitauit : *Accerſiuit Abſalon Achitophel Gilonitem conſiliarium Dauid de ciuitate ſua Gilo , cumque immolaret victimas , facta eſt coniuratio valida.* Dum religionis colorem mentitur , dum ſortitur conſiliarium propriæ vindictæ occaſionem ſuſpirantem , miſerrimè Abſalomus proditionem adoritur , & coma ſuſpenſus repetitis lanceis transfigitur. Et quidem dum quem agnouit impiis ſuis votis ſuffragatorum , delegit, ſibi cladem ingentiſſimam maturauit. Ecce Achitophel conſultus iuuenis audaciam fouet,& ad coniurationem impellit : quia propriæ vindictæ adurebatur ſtudio , poſtpoſito Reipublicæ detrimento. Adeſt Abulenſis quæſt. 18. *Dicendum quòd Achitophel fuit Princeps iſtius totius coniurationis , & ipſe dedit audaciam Abſaloni aggrediendi iſta magna , confiſſus de magnitudine conſilij ſui. Cauſa autem fuit quia Achitophel habebat Dauid exoſum.* Achitophel agebatur in Dauidem odio, cum Abſalomus eius vtebatur conſilio. Ergo vt vindictam de ſibi exoſo Dauide expetat , iuuenis temeritatem ſtimulat , & impiiſſimis votis ſuffragante conſilio , non rationis regulæ , ſed furori attemperato Abſalomus arbori vt carnifici traditur , & ſerui manu transfoditur. O quàm curandum foret conſilia petentibus probum conſiliarium deligere : ſæpè namque dum vocatur, qui votis annuat , inuenitur qui calamitati exponat. Ecce dum Achitophel accitur conſiliarius, inuentus eſt Abſaloni nocentiſſimus. Audi Gregorium lib. 4. indiction. cap. 38. *Hæc ſcio* (alloquebatur Antiſtites) *quia veſtræ Sanctitati ab illis oriuntur , qui vobis deceptioſa familiaritate deſeruiunt , contra quos peto , vt veſtra fraternitas ſolerter inuigilet , nec ſe eorum verbis fallendum præbeat. Tantò enim maiores hoſtes credendi ſunt , quantò magis laudibus adulantur.* Si adulatores in conſiliarios fuerint electi , dum à ratione deſciſcunt , dúmque ſe attemperant placito , famulantur infortunio : minus cauendum foret ab hoſtibus , quàm à conſiliariis improbis , quandoquidem hoſtis timore cautam ſolicitat vigilantiam , ſed conſiliarius improuiſam affert miſeriam.

Componamus cum Nabuchodonoſore conſiliarios ſibi adhibente Iuditham conſiliarios etiam adeuntem : Nabuchodonoſor indignatione feruefcens conſiliarios aſciſcit , & quid placitum ſibi fuerit , exponit : illi vt ſuſpicati ſunt votum, addiderunt adulatione ſuffragium : dúmque nullus penſat rationem , dum æquitatem non librat ; ſed ſe totum Principis conatibus ſacrat , famæ notam , & populo elaborat miſeriam. *Vocauit omnes maiores natu , omnéſque duces & bellatores ſuos , & habuit cum eis myſterium conſilij ſui : dixítque cogitationem ſuam in eo eſſe , vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio. Quod dictum cum placuiſſet omnibus , vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem Principem militiæ ſuæ , & dixit ei : Egredere aduerſùs omne regnum occidentis* , &c. Expende non vocari conſilium , ſed conſilij myſterium : vt enim in myſterio aliud intus retinetur , & aliud ſpecie proditur, ſic in illo aſcitorum conuentu iniri videbatur conſilium ; ſed erat merum adulationis negotium : dum conſiliarios vocat Nabuchodonoſor votis ſuffragaturos , quantumuis nomine proferatur conſilium , reuera eſt adulationis myſterium : nullus conabatur præcipitem retinere ; ſed temeritatem adactis calcaribus incitare : muliebris manus intulit ignominiam eos vocanti conſiliarios , qui ſibi conciliare curarint Principis gratiam : *Quod dictum cùm placuiſſet omnibus , vocauit Nabuchodonoſor rex Holofernem. Omnes* , ſcribit Interlinearis , *dæmones ſunt potentiæ amatores.* Potentiæ omnes gerebant morem nec æquitatem attendentes , nec iuſtitiam conſiderantes : ergo dum annuunt , & deſtruunt. Non potuit non eſſe miſer , qui conſiliarios adhibuit non amatores æquitatis ; ſed potentiæ non rationis legibus inſeruientes ; ſed temeritati adulantes. Ergo Holofernes trucidatur, & exercitus copioſus amittitur. Iam quàm aliter ſe Iuditha geſſerit , vide ; Poſtquam de libertatis negotio cum Deo egerat , Presbyteros, hominéſque omni virtute exornatos conſulit ; nec petit votis annuant ; ſed vt ſolicito examine cauſa diſcuſſa , aut approbent , aut reiiciant : *Quod facere diſpoſui , probate ſi ex Deo eſt , & orate , vt firmum faciat Deus conſilium meum.* Non adhæret ſuæ ſententiæ pertinaciter ; ſed examinandam rationis ponderibus , adinuandam , ſi ius fáſque fuerit , orationibus exponit humiliter, dúmque æquos conſiliarios adhibet , ſuam & populi ſalutem promouit : *Non accipitur probatio pro acceptatione* , ſcribit Lyra. Non poſtulat vt acceptent, non vt annuat ; ſed vt diſcutiant : ergo dum

Hieronym.

1. Reg. 15. v. 12.

Abulenſ.

Gregor.

Iudith. 5. v. 2.

Interlin.

Lyra.

omnia recto consilio peragit, gloriam consecuta est: vt è contra Nabuchodonosor dum consilium adegit solùm nomine, & adulationem re, suam stragibus obscurat gloriam, & æternam sibi solicitat ignominiam.

§. LXXII.

Certa est non semel superiori ruina, exhibita subditis peccandi occasio, aut à crimine non cohibitio.

398 Cassiodor. Principem auget obtecta iustitia.

Semper auget Principes, aiebat Theodoricus 4. var. 12. *obseruata iustitia, & quantum probabili institutione viuitur, tantùm summis adhuc prouentibus aggregatur.* Gloria Principis est laudabilis subiectorum vita, qui vt alienis obscuratur erratis, sic etiam resplendet laudabilibus institutis: Principi ab omnibus exhibetur honor; ea tamen lege, vt æquitatis sit vigilantissimus custos. Priuatum errata alterius non tangunt; Principem verò aliena delicta semper attingunt: quia & peccandi occasiones debet præcidere, & delinquentes pia indignatione frænare; imò aliquando citius punitur Princeps ob commissos à subiectis errores, quàm ipsi qui errauerant delinquentes. Hinc summo studio gubernatori curandum est, ne factis suis aliquam occasionem præbuerit, aut ominosa sibi inertia dissimularit. Ecce Gedeon constructum ex auro Ephod tua in ciuitate constituit: ciues aut allecti auri præstigijs, aut adulandi Principi desiderijs vestem diuino cultui dicandam Numinis ad instar coluerunt, & à lege exorbitarunt: quæ externa magni non debuissent haberi, contigit in sui admirationem rapere vsque ad execrandi cultus deliria. Ciues Gedeonem Deum non inaugurant, & Ephod ab illo constructum ritibus detestandis adorant: sibi regnum non admisit, & facturæ suæ, si fas est dicere, offerri cultum non respuit. Impensus cultus non refertur præsentaneam pendentibus attulisse calamitatem; at Gedeoni, eiúsque familiæ luctuosam conciliasse refertur miseriam; imò attulisse ruinam: *Fecit ex eo* (scilicet auro) *Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatúsque est omnis Israel in eo. Et factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Quærunt Interpretes cur Gedeoni imputetur populi cultus ad ruinam, cùm tamen ipse non intenderit vllo modo idololatriam. Abulensis q. 25. respondet præbuisse, etsi imprudenter aliqualem occasionem, ob idque detestabilem illi cultum imputari ad supplicium, quantumuis alienum ab idololatria fuerit propositum. Accipe eius verba: Abulens. *Istud Ephod, quamquam non fuerit factum ad malum finem, tamen fuit occasio mali.* Addit post pauca: *Dicitur quod fuit in ruinam illi, & domui suæ, id est, occasio pœnæ alicuius, scilicet quia Israelitæ coluerunt illud, & sciens hoc Gedeon non destruxit illud, vel prouidit de remedio: & ob hoc postea filij sui perierunt, vt asserunt multi.* Non coluit Gedeon, nec ea intentione Ephod aliquando fabricauit; at dum occasionem imprudenter præbet, & à crimine idololatras non arcet, gloriæ suæ infert obscurissimam notam, & posteris ascisit luctuosam satis ruinam.

Dominus seruum sui vicarium super reliquam familiam constituit: ille ad dignitatis culmen elatus elatione factus est tumidus: de domini mora audaciam enutriuit, & seruis ac ancillis percussis voluptatis terminos ampliauit: *Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari; veniet dominus serui illius in die, qua non sperat, & hora, qua nescit.* Quam citò in opus erumpunt impiè cogitata. Vix corde concepit differendum domini aduentum, & iam refertur illatum seruis & ancillis supplicium: voluptatibus mancipatus extitit aliis seuerus: quia dum indulget ventri, se denegat compassioni; verùm etsi Domini benignitas tantisper sustinuerit offensam, dignam tandem intulit mulctam: *Diuidet eum*, ait Lucas, *partémque eius cum infidelibus ponet.* Diuisus amotúsque à dignitate refertur: & quidem iure: nam illatis plagis testatur Beda adumbrari ob eius negligentiam perpetratas à seruis & ancillulis culpas: quia improbis ad delicta prolectabat exemplis, illatis vulnerasse dicitur plagis; nec sine ratione, quandoquidem culpa frequenter infirmitatis corporis est fœcundissima vena: inde solet amitti frequenter salus, vnde promanat scelus. Accipe Bedam apud D. Thomam: Beda. *In hoc seruo cunctorum Præsulum malorum narratur damnatio, qui neglecto Domini timore non modò ipsi luxuriæ vacant; sed etiam subditos iniuriis stimulant:* Nostræ thesi subdit opportunior: *Quamuis & typicè possit intelligi pueros & ancillas percutere, corda infirmorum prauo exemplo vitiare.* Dum occasionem præbet subiectis à virtute desciscendi, dum longè adeò abest à puniendis vitiis, vt fouere gestiat exemplis, amouetur, & dignitate interdicitur; & qui fortè non remoueretur ob propria scelera, mulctatus est ob scandala: vt vereantur superiores alienis auxiliari delictis, occasionémque præbere placulis. Certè qui debebat decem millia talenta, obsecrandi, impetrandique indulgentiam tempus inuenit, hîc verò dum commiserationis tempus non refertur, præ aliis durius castigatus inuitur, quasi dirius puniri debeat dignitati non satisfaciens, quàm vitia sequens.

Ozias vbi incensum adolere interdicitur irarum flammis incanduit, & incensum offerre instituit, oculus tamen iustitiæ, qui fortibus fortior est, illum infecit lepra, & ne aliqua celari posset industria, in ipsa fronte inflicta est clarissimè plaga: *Statim orta est lepra in fronte eius.* Si inquiras, cur fuerit leprâ præ alio supplicio punitus; respondebit ipse textus leprosos remoueri, & ab aliorum consortio excludi: *Fuit igitur Ozias*, addit textus, *rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata.* Dum cæteris præbet occasionem scandali, eam sustinet pœnam quæ dignitatis vsum intercidat, quouis alio supplicio laborâs vti posset throno, dignitatisque non carere exercitio; at dum leprosus excluditur, & pro mortuo habetur. Ecquis hoc ait? Isaias profectò: *In anno*, inquit, *quo mortuus est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum.* Si temporum chronicon consulas, reperies eo tempore referri mortuum perstitisséque viuum: viuus existebat, quia nondum exhalarat spiritum: mortuus censebatur: quia regnandi amiserat vsum: & quidem iure dum improbando publico exemplo subiectis erat scandalo: *Ex tunc*, inquit Lyra ad Isai. 6. *mundo reputatus fuit mortuus: quia ex tunc habitauit*

399

Lucæ 12. v. 45.

Beda.

400

2. Paralip. 26. v. 19.

Isai. 6. v. 1.

Digitized by Google

habitauit in domo ſequeſtratâ. Ecce interdictus eſt poteſtate, dum eam detorquet ſceleris occaſionem; & quia ſubiectis erat ſcandalum, à dignitate exulauit excluſus, & à conſortio hominum ſeparatus.

301 Dum Nabuchodonoſor ramis fouet volucres: Daniel 4. v. 9. *In ramis eius conuerſabantur volucres cœli:* dum vmbra protegit feras: *ſubter eam habitabant animalia, & beſtiæ*, regno interdicitur, & vinculis duriſſimis traditur: *Alligetur vinculo ferreo, & ereo in herbis, quæ foris ſunt.* Quod huius fuerit peccatum non eſt difficile coniectari, quando garrulos ac mendaces autum ænigmate deſignatos ſuſtinebat, & bruteſcentes homines nullatenus caſtigabat: non potuit non dignitate mulctari, qui nec ſubiectorum corrigebat procaciam, nec caſtigabat ferociam: vinculis exulauit conſtrictus: quia non erat regimini, ſed dolori. Huc voco Tilmanum in allegoriis ad cap. 40. Iob: *Subditos quidem ſuos vmbra operit; ſed dum illis præeſſe, & non prodeſſe ſatagit, quantùm in ſe eſt, exemplis ſuis quaſi ramis interpoſitis impedit, ne lux gratiæ ad ſubditos penetrare poſſit.* Iuſtiſſimo iudicio rami præciduntur, dum à ratione diſcedentes ſubiectos inflicta non cohibet plaga; ſed fouet nocentiſſima vmbra: excludi debuit, qui non rexit; ſed dignitatis infulas obſcurauit. Adde huiuſcemodi non ſolùm pati dignitatis iactoram; ſed quod peius eſt, proſcribi quodammodo vti indubiam dæmoni prædam. Teſtatur Sanctiſſimus Iobus agens & Leuiathan.

Tilman.

302 Iob. 40. v. 18 *Sum vmbra*, inquit, *dormit, in ſecreto calami.* Mira res: quem Petrus indefeſſum vigiliis, rugientémque leonem prodidit, Iob dormientem aſſeruit. Quod ſi diſcriminis inquiras cauſam; reſpondebit Tilmanus in allegor. ad hunc locum, in calamo adumbrari prælatum ad altitudinem ſolùm inhiantem, & ſubiectos corrigere contemnentem: Sub huius ergo vmbra Behemoth placidè conquieſcit: quia pluſquam vigilans & circumiens acquirit: *Talis eſt*, inquit, *prælatus negligens, & mercenarius paſtor.* Subnectit poſt aliqua: *Sub tali vmbra Behemoth dormit: quia in ſubiectorum cordibus tantò ſecuriùs requieſcit, quantò per culpæ conſenſum paſtorem ipſum ſibi familiariùs obligauit.* In negligenti prælato iam vt in propria domo diabolus requieſcit, & quietè dormit: & quid illi opus erit defatigari, quando culpas diſſimulatione, impunitatéque non ignorat adaugeri? Hæc arundo Chriſti Domini caput percutit, ignominiáque manum afficit: quid enim Chriſto grauius, & inimicis iucundius, quàm prælatus culpas digna ſeueritate non cohibens; ſed diſſimulatione, aut imitatione adaugens?

Tilman.

§. LXXIII.

Reportata de vitiis eximia victoriâ pax floret tranquilla, tranquillitas viget ſtata.

303 FAteor, non ſemel per confragoſa & inacceſſa ad virtutem aſcenditur: fateor contra confertam vitiorum manum, & audacem exercitum fore pugnandum; nullus tamen fateri renuet nubes excedere olympum, eiúſque cacumine tranquilliſſimam pacem viuere, & imperturbatam tranquillitatem florere. Certaminis labor fructu dulciſſimo compenſatur, & otio laudabili ſoluitur: ibi ſtabit inconcuſſus ſapiens, vbi Sol trepidat; vtque poſt fallacem voluptatum dulcedinem verus oritur luctus, ſic poſt ſalubrem virtutis amaritudinem chara oritur ſalus. *Non poteſt honeſtum eſſe*, aiebat Seneca epiſt. 66. *quod non eſt liberum; nam quod timet, ſeruit. Honeſtum omne ſecurum eſt, tranquillum eſt.* O quam imperturbatum eſt virtutis regnum, quàm honeſtatis tranquillum ſolium! *Quemadmodum*, addit citatus Stoïcus, *minora lumina claritas Solis obſcurat; ſic dolores, moleſtias, iniurias virtus magnitudine ſua elidit, atque opprimit, & quocunque affulſit, ibi quidquid ſine illa apparet, extinguitur: nec magis vllam portionem habent incommoda, cùm in virtutem incenderint, quàm in maris nimbus.* Vt aquarum nimbi ſapor marinis vndis confunditur, vt eius procella ingentibus Oceani vorticibus diſſipatur, ſic honeſtatis pelagus omnia ad ſe trahit, & in ſuum colorem vertit: timent vitia, ſi ingentem accipêre cladem, approximare victori, & ne iterum terga vertere compellantur, obſcuris latebrarum antris includuntur. Ecce Dei populus, antequam Gedeon Madianitas validè impeteret, demoliretúrque, frugum rapinam patiebantur: quotannis aduerſariorum patebant inſultibus, nulla erat quies perpetuâ anxiáque ſolicitudine diuexatis, nulla pax imminenti ſemper periculo territis; at poſtquam Domini, & Gedeonis gladius hoſtes trucidauit, poſtquam illorum reges occidit, pax tranquilla floruit, & tranquillitas arriſit: *Humiliatus eſt autem Madian coram filiis Iſrael, nec potuerunt vltra ceruices eleuare; ſed quieuit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit.* Certamen exiguo labore, & breui tempore initum tranquillos peperit annos, & dulciſſimos attulit fructus. Adeſt Abulenſ. quæſt. 25. *Non potuerunt eleuare ceruices, ſcilicet ad impugnandum Iſraelitas, ſicut priùs: nam quolibet anno venebant ante meſſem ad vaſtandum omnia, vt patet ſupra 6. capite, & poſteà nunquam venerunt.* Madianitæ vitiorum ænigmata omnia deuorabant, Hebræóſque miſerabili deuaſtatione premebant; at dum viriliter in campum prodeunt, dum Madianitas vitiorum imagines expugnatos quàm longè exterminant, iam quiſque ſub vite, & ſub ficu ſua placidè quieſcit, & fructus ſaporatiſſimos capit. Addit Abulenſis: *Fortè quamquam multi eſſent Madianitæ, qui pugnare poſſent contra Iſrael, tamen non audebant.* Accepta ingentiſſima clade ſic Madianitæ acerrimo timore pulſabantur, ſic illos metus feriebat, vt non ſolùm in Iſraëlitas arma non ceperint; ſed nec ceruicem, vt aſpexerint aduerſarios, leuarint. Ergo ſi cupis interna frui pace, animosè in vitia pugna, boſtéſque quàm longiſſimè extermina.

Abulenſ.

304 Balac anxio timore concutitur: quia veretur Dei populum inimicos radicitus delecturum. *Ita delebit hic populus omnes, qui in noſtris finibus commorantur, quemodo ſolet bos herbas uſque ad radices carpere.* Capta, ariéſque herbas decerpunt ſummas; radicem verò terra latentem penitus non abſumant; at taurus eximia fortitudine præditus, & valido dente inſtructus non ſolùm herbas abſumit; ſed extirpatas etiam radices mandit: ergo dum populus tauri ad inſtar nihil vitiorum iterum pullulare permittit; ſed radices prorſus abrodit, non ſolùm hoſtes acerrimo timore percellit; ſed tranquillitate floret, Ecquis

Numer. 22. v. 4.

Ecquis hoc dicat ? Ipſe aſcitus Balaamus , vt augurijs magicis populi vires eneruet , & fortitudinem oculis luidiſſimis faſcinet. Illos intuetur Balaam tentoriis honeſtè otioſos , & lauris florentibus redimitos. *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob , & tentoria tua Iſrael ! Vt valles nemoroſæ , vt horti iuxta fluuios irrigui , vt tabernacula quæ fixit Dominus , quaſi cedri prope aquas.* Ecce tabernacula, quæ ſolicitos olim milites includebant , iam conſumptis inimicorum radicibus irriguos tranſeunt in hortos , iam numeroſæ valles oblectant, quæ tentoria olim ad arma vocabant : iam florent incorruptibiles cedri hoſtili ſanguine irrigatæ , & glorioſiſſimè tinctæ. *Ecce* , præmiſerat Balaam , *populus vt leæna conſurget , & quaſi leo erigetur ; non accubabit, donec deuoret prædam , & occiſorum ſanguinem bibat.* Non accubat , donec deuorauerit prædam ; aſt iam deuorata accubabit quietiſſimus, & nullis adſultibus perturbatus. Redeat iterum Abulenſis q. 2. *Hic admiratur rex Moabitarum , de Iudæorum potentia loquens modo deſperantis , ſcilicet quòd ipſe nullo modo poſſit cum Iudæis congredi : quia fortiores valde erant.* Adiecit opportunè : *Poſuit ſimilitudinem de boue : quia ouis & capra herbarum ſummitates decerpunt , ita vt multum de herbis remaneat ; bos autem vſque ad radices vorat , ita vt nihil maneat ; ita populus Iudæorum ſe habebat , & in hoc mirabatur.* Deſperat hoſtis , dum intuetur populum vitia audacter impetentem, & radices eradicantem. Et iam populus poſtquam radices extinxit,placidiſſimo fruitus otio requieuit.

Numer. 22 v. 5.

Numer. 23 v. 4.

Abulenſ.

Iacob Iudam benedicens ſic aiebat : *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum , adorabunt te filij patris tui : catulus leonis Iuda : ad prædam fili mi aſcendiſti , requieſcens accubuiſti vt leo , & quaſi leæna : quis ſuſcitabit eum ?* Somno placidiſſimo leo indulget : quia catulus aduerſarios omnes occidit : ad prædam aſcendit intrepidus, & detritis hoſtibus pace fruitur iam tranquillus : fortè ſi dum catulus , ſomnum inerter cepiſſet , iam loco curis moleſtiſſimis preſſus vigilaſſet ; at dum ignauiæ expers decenti audacia ſubiugat inimicorum ceruices , dum honeſto non parcit labori , triumphis coronatus dulciſſimæ indulget quieti : imperturbatus ille ſomnus , ille placitus accubitus , florentiſſimus ille ſtatus , certaminis fuit progenies , mercéſque luctaminis : non poſſet tranquillè accumbere , niſi validè didiciſſet pugnare : *Hoc in Dauid impletum eſt* , ſcribit Hugo Cardinalis , *qui plurimos hoſtes habuit , & de omnibus ſpolia tulit. Requieſcens accubuiſti vt leo , quia Dauid poſtea in pace regnauit , & maximè timebatur vt leo.* Dauid detrito gigante , abactis hoſtibus , inuidentiæ liuore extincto regni ſolio imperturbatus quieuit , & ſtabili paci indulſit : de Dauide fortiſſimo milite pacificus ortus eſt Salomon : eſt enim pax bellorum fructus , vt nauigationis portus. Miraberis aliquos conqueri vatiis ſe vitiorum vrgi adſultibus , nec licere ſibi vel tantiſper otium capere , quieteue frui ; cùm tamen nolint cum hoſtibus depræliari ; ſed oſcitantes ac teſupini dormire. Priùs oportet manus cum aduerſarijs conſerere , ac detriumphatos abigere, ſi cupis honeſto otio indulgere, & tranquillitate frui.

Genes. 49. v. 8.

Hugo.

306 Iacob ſupplantato in vtero fratre in tabernaculis quietus habitat : Eſaü otioſis venandi laboribus fatigatus , & fame laſſus aduritur : *Factus eſt Eſaü vir ignarus venandi , & homo agricola : Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis.* Dum textus accuratè adeò Iacob honeſtum depingit in tabernaculis otium , & ſemper fratris laborioſum exercitium , abſtruſum indicat latere myſterium. Et quidem non poterat Eſau anxiis non defatigari laboribus , non poterat non premi laborioſiſſimis anxietatibus , quando imbellis fugit , & indecorè tergora fratri vertit ; Iacob dum viriliter matris aluo pro arena vſus belligerat , requiem ſibi opportuniſſimam parat. Audi Oſeam : *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum.* Eſau emblema inertis extitiſſe in confeſſo eſt apud omnes. Accipe Rupertum lib. 7. in Geneſ. cap. 5. *Ille qui prior egreſſus eſt , id eſt , qui de prioratu contendebat, & cui primum Dei verbum loqui oportebat , rufus egreſſus eſt , & hiſpidus , id eſt ſanguine Chriſti pollutus , & intractabilis aſperis moribus ; & hic talis non benè egreſſus eſt ; ſed malè iuxta quod Pſalmo ſcriptum : Alienati ſunt peccatores à vulua , errauerunt : ab vtero locuti ſunt falſa ; ſequens verò gemium populus egreſſus quidem eſt de credulitate cordis ad confeſſionem oris.* Quia Iacob fidelis ſalubri confeſſionis amaritudine delictorum morbis medetur , otio laudabili fruitur : victo iam ac detriumphato Eſau , tabernaculo quieſcit placidiſſimus : *Habitabat in tabernaculis :* ni pugnaſſet , ſemper vrgeretur anxius. Iacob iuſtorum ſymbolum honeſta ſectatur otia ; ſed poſt durißima bella ; at Eſau non degit in tabernaculo quietus ; ſed montium præruptа diſcurrit defatigatus : quia imbellis fugit , & ignauus manus conſerere detrectauit.

Oſee 12. v. 3.

Rupert.

Geneſ. 25. v. 27.

§. LXXIV.

Mirum erit , ſi ad dignitatem electus paternam incolat caſam , nec palatij ſubſtructionem excitarit ſuperbam.

SI quis poſt celſæ adminiſtrationem dignitatis , ſi poſt clariſſima muneris lumina ſe intra antiquos continuit lares , miraculi ad inſtar erit , cùm non pauci Babylonicam extruere turrim moliantur ad antiquam fortunæ exilitatem delendam , & nouam felicitatis gloriam futuris ſæculis commendandam : *Sæculi huius honor* , aiebat Caſſiodorus 7. var. 26. *Humana mentis eſt manifeſta propalatio : quia libertas animi voluntatem propriam ſemper oſtendit , dum ſe contendit oculere , qui ſibi alios cognouerit ſubiacere. Sed humana mentis felix illa conditio eſt , qua arbitrium prouectionis ſuæ intra terminum moderationis includit , & ſic peragit dignitatis breuiſſimum ſpatium, vt vniuerſis temporibus reddatur acceptus.* Nonnulli iudices non tam geſtiunt ob moderationem laudari , quàm ob operoſa ac magnifica palatia cognoſci breuiſſimum dignitatis ſpatium pendit aliquibus , quo inſana conſtruxerint ædificia , & palatia ædificarint ſuperba : ſe intra moderationis terminos nolunt continere ; ſed ſuperbiæ metam anhelant tranſgredi , & clauſtra mundi prorumpere. Non ſic Gedeon iure ſæculis decantandus : nam cùm bellum Princeps adminiſtraſſet , & populum iudex plurimis ſpatiis rexiſſet , quam ante dignitatem incoluerat, domum

307

Caſſiodor.

Digitized by Google

domunculam petiit, & habitauit: *Abiit itaque Jerobaal filius Ioas, & habitauit in domo ſua:* non ad miraculum de nouo ſtructa; ſed rimulis, & ſciſſuris fortaſſis labefactata. *Venit de bello,* inquit
Abulenſ. Abulenſis q. 26. *contra Madianitas, & habitauit in domo ſua in Ephra, ſicut priùs:* Expende illud, *ſicut priùs,* id eſt, non in ſumptuoſiori domo, non in inſano palatio. O tempora, ô mores!

Iobus, dum de Conſulibus ageret, regibus exæquauit in domorum ſtructura, & ædificiorum ſuperbit: *Nunc dormiens ſilerem, & ſomno meò requieſcerem, cum regibus, & conſulibus terræ, qui ædificant ſibi ſolitudines.* Non aut conſules paternos incoluiſſe lares; ſed ædificaſſe ſibi ſolitudines; imò iuxta Hebræum textum ſonat antiquam, paternámque domũ obliteraſſe, ne ſplendorem muneris antiqua exilitas obſcuraret. Itaque ædificaſſe teſtatur Iobus ſubſtructiones operoſiſſimas, quibus fulciretur illorum gloria, & æternaretur fama. Accipe Lyram: *Secundùm proprietatem Hebraici ſermonis, non accipitur hîc ſolitudo, prout importat domum ſolitariam, ſicut exponit Thomas, dicens, quòd per hoc intelliguntur ædificia ſolitaria ad delicias regum facta.* Subiungit doctus Interpres: *Sed magis ſolitudo hic accipitur, prout ſignificat ædificia deſtructa. Ita vt ciuitates & caſtra, quæ reges, & magnates aliquando reædificant maiora, & fortiora, quam antè, vt in futurum ipſi habeantur in memoria.* Ne habeatur atauorum paupertatis notitia, veteſtos prorſus deleruntſ, & antiquiſſimos lares, ſuperbáque conſtruunt ædificia, vt ab illis ad poſteros promanaret memoria. Conſulibus adſimilis fuit Iobus inſanam molem conſtruere: quia nouerat frequenter palatia tibi ampliare. O aliquando nimis verum!

Lyra.

309 Oleas Principes carpens ſic aiebat: *Facti ſunt*
Oſee 5. v. 10 *Principes Iuda quaſi aſſumentes terminum.* Principum nomine deſignari iudices, & ad dignitatum faſtigium erectos, ſatis in ſcriptura tritum: quæritur ergo propheta contentos non eſſe plures antiquis domibus à maioribus habitatis; ſed prolataſſe ædificia, ad ædificandaque ſuperbiſſima palatia terminum aſſumpſiſſe aut violenter ablatum, aut exiguo pretio emptum: terminum aſſumunt, ne eorum ædificiis ſit terminus: quod opportunè
Hugo. expendebat Hugo Charenſis ad Iſai. 5. *Etiam ſupra mare ſi poſſent, ædificarent: quia etiam deficiente terra non impletur auaritia, Oſee 5. capite: Facti ſunt Principes Iudæ quaſi aſſumentes terminum. Quaſi dicat: Terra terminum habet; ſed auaritia non habet.* Nullis terminis clauditur aliquorum inædificando ſuperbia: aſſumunt terminum, id eſt limitem exterminant, ne illorum inſanas ſubſtructiones arctauerit, & pruritum ædificandi repreſſerit. Et vtinam frequenti adeò expetientia non comprobaretur propheticum vaticinium; verùm etſi antiquæ non euoluantur hiſtoriæ, quotidianum docet experimentum aliquorum lares ea magnitudine elatos, ea ſuperbia protenſos, vt iure dubitare poſſis, an illorum Domus Regiæ ſit aula.

310 Chriſtus Dominus homines edocuit, quàm ſit paupertas glorioſa, & quàm à ſuis diſcipulis expetenda: *Vulpes,* inquit, *foueas habent, & volucres cæli nidos; filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.* Verùm cùm in editiſſimo montis vertice luce iam fulgeret; Petrus quid diceret, neſcius; ſed, vt videtur, ſtylum humanum ſecutus aiebat: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.* Vbi eminere vertice vidit, de ædificando cogitauit, & licèt Dominus, vbi caput ſuum reclinarit, anteà non habuerit, exiſtimauit Petrus non detracturum iam tabernaculum: errauit Petrus; ſed ſuo errore quàm culmine eminentibus cordi ſit habitationem ampliare, dilucidè oſtendit: *Cogitauit,* inquit Origenes apud D. Origen.
Thomam, *conuenientem ibi ſtationem eſſe ex loci diſpoſitione, quod ſignificat dicens: Bonum eſt nos hic eſſe: vult enim ibi ſemper eſſe, ideò tabernaculorum meminit:* In faſtigio tabernaculorum meminit: quaſi cui culmine contigit eminere, moliatur ſtatim habitationem ampliare.

Matth. 8. v. 20.

Matth. 17. v. 4.

Iſaias hanc magnatum conſuetudinem ſic ex- 311
primit cap. 5. *Expectaui, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitiam, & ecce clamor. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci. Numquid habitatis vos ſoli in medio terræ?* Dum de corrup o iudicio, violatáque iuſtitia queritur, dubium non eſt quin iudices Reipublicæque adminiſtros alloquatur. Ita expreſſe Lyra: *Expectaui, vt faceret iudicium, iuſtam ſententiam proferendo, quod pertinet ad iudices, quorum eſt iudicare: Et ecce iniquitas, id eſt, iniuſtitia inæqualitas: quia peruertebant iudicia in fauorem partis, & propter munera.* Horum ergo ſtudium erat antiquam domum ita ampliare, vt aliis locus ad viuendum non remaneret: quod e- Iſai. 5. v. 7.
Lyra.
puaginta expreſſerunt: *Vt auferatis proximo locum.* Nullus eſtſi ampliſſimus locus capit aliquorum ſuperbiam: eas ſubſtructiones diſponunt, ea inſana ædificia moliuntur, vt omnem occupare terram videantur. *Arguitur,* inquit Gloſſa mo- 5 ptuag.
talis, *cupiditas poſſeſſionum, & domorum, cùm dicitur: Væ qui coniungitis domum ad domum, quod frequenter contingit in prælatis.* Qui antequam dignitatem adiret, angustam habitabat domum, iam eius terminos vltra admirationem producit, & vltra menſuram extendit: ſi corrumpatur iuſtitia, iudici erit fœcundiſſima auri vena, vnde elicere quibit ſumptus ad magnifica palatia: verùm nouerit firmiſſimos lapides, ſi pauperum ſanguine fuerint expoliti, ſolidiſſima cæmenta, ſi miſerorum lachrymis fuerint compaginata, facilè nutare; imò & citiſſimè ruere. Audi ex eiuſdem prophetæ ore: *Dicit* Dominus exercituum: *Nonſi domus multæ deſertæ fuerint grandes, & pulchræ, & abſque habitatore.* Ad quæ Baſilius: Gloſſa.
Baſil.
Ædes priùs numeroſâ hominum turbâ cultas ſuccedente licèt luculento annonæ prouentu; eo tamen adducit, vt deſtituat habitatoribus, quod ædificatæ ſint ſumptibus per iniuſtitiam comparatis. Pulchra domus habitatore, hoc eſt, hærede ſolet deſtitui; & in extraneorum poteſtatem venire: quia clamoribus pauperum ſubruitur; & vt olim adamantini Iericho muri clamante populo ſunt collapſi, ita ampli ædificij hæredes; imò & ipſæ fabricæ miſerorum gemitibus ſunt deſtructæ. Non dubito plures dignitate fulgentes ex propriis reditibus, ex ditiſſimis patrimoniis ædificia conſtruere, & antiquas domos ampliare: at ne quis æquitatis iniuria ædificare præſumat, intentatam à prophetæ pœnam expauerat: conducibiliori namque eſt angusta domus ſine legum querela, quàm ampliſſima legum iniuriâ.

Digitized by Google

§. LXXV.

Nonnulli postquam generosè magnae norunt dignitates spernere, exiguas indecorè solent ambire.

312 MAgnanimi est instantem dignitatem repellere, & honorabili repulsa aliis exempla relinquere: Eumen. *Dicerus, Imperator invicte,* aiebat Eumenius in panegyri. ad Constantinum, *ardorem te deposcentis impery fugere co-actum equum calcaribus incitasse* Inuentus est, qui Principatum fugeret, inuentus etiam est, qui, ne inauguraretur, ambiret. Testatur Plinius in sua panegyri. Plinius. *Oblatum imperium*, inquit de Traiano, *deprecatus est, repulsam passus Principatus, & vnus est ambitus candidati, ne declararetur.* Gloriosus ambitus Principatum abiiciendi, & honores importunissimè quærentes repudiandi: honestè inuidendum multis elogium adeptus est, quisquis se dignitatibus matura fuga subduxit, & in tuto collocauit; verùm nouerit hanc nactus gloriam illam exiguis non obscurare, nec degeneri ambi ione minuere: sunt namque nonnulli, qui cùm sæculares, magnasque dignitates, quibus eximiè fulgere possent, respuerint vt se diuino cultui mancipauerint, exiguam ibi dignitatem admittuntur obtinere, vbi decebat abiicere. Ecce Gedeon oblatum communi totius populi plausu regnum repudiat: *Dixerunt omnes viri Israel ad Gedeon: Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. Quibus ille ait: Non dominabor vestri.* Regni solium, vt vides, magnanimus repudiauit, vt domunculæ suæ expeditus negotiis otio laudabiliter indulgeret. *Abiit Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua.* Hic Ephod constituit, vt Sacerdotis exigua in ciuitate honorem, vt multis placet, exambiit: *Fecit ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra.* Iam Ephod construxisse, vt Sacerdotali ornatu indecorè decoratus fulgeret, tradit ex Scholasticæ historiæ auctore Noster Seratius q. 16. Seratius. *Extra tabernaculum cum Ephode isto ipsemet sacrificia obtulerit.* Ecce post laudabilem regni repulsam se in domunculæ suæ latebris abdit; sed ibi Sacerdotis, aut Antistitis splendescere honore sitit, & repudiati regni imprudenter gloriam corrumpit: vbi omnis malè audit ambitus, dignitatem discupit ambitiosus, & vbi Principatus illum exambiebat, omni ambitione resplenduit nudus. O quàm non semel ordo inuertitur, & laudanda generositas notha ambitione confunditur.

313 Syluæ arbores inaugurandi sibi Regis desiderio ficum adeunt, & regnum offerunt: Iudic. 9. v. 10. *Dixerunt ligna ad arborem ficum: Veni & super nos regnum accipe.* Ficus oblatum regnum adeò magnanima spreuit, vt nequiuerit importunis precibus allectari, nec vllis commodis persuaderi: *Quæ respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear?* Audis oblatum abiecisse regnũ, qualiter se in Dei vinea gesserit, audi: fructum non protulit euanidæ altitudini studens, & præ Luc. 13. v. 6. cæteris eminere foliis redundantibus gestiens: *Arborem si i habebat quidam*, inquit Dominus, *plantatam in vi ea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.* Non inuenit fructum virtutis, quia solùm studebat ficulnea splendori vanitatis. In ficulnea Sacerdotes diuino cultui mancipatos & sæcularibus illecebris liberos adumbrari testatur D. Ambrosius: *In Synagoga Doctores eius operibus infœcundi; uerius tamen veniæ folijs redundantibus*, inquit in catena, *gloriantur.* Ecce quid anhelis conatibus ficulnea exoptet, præ viribus in vinea eminere, filiorúmque nitoribus ad pompam euanidam redundare. Profectò iure excidi Dominico iubetur edicto, quæ repudiato, quo florere potuisset regno, in vinea Domini inter frugiferas vites transplantata, indecore ambiuit exiguo præcelluisse dominio. Sacerdotes ficulneæ ænigmate delineati in Ecclesia aliquando inuenti sunt operibus infœcundi, & altitudinis ambitiosi, cumque spretis generosè mundialibus splendoribus se consecrarint virtutibus, in Dei domo non semel spretis virtutibus, vanis studere solitant splendoribus. Ergo meritò succidi iubetur, quia ordine peruerso eleuatur.

Zachæus publicanorum Princeps videndi Domini desiderio omnia contempsit, & diuitias magnanimè, vt crucem ascenderet, dereliquit: *Et* Luc. 19. v. 4. *præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum.* Chrysologus eis gradibus ascendisse putat, quibus & diuitias exundantes calcaret, & humanam gloriam promeret: *Quibus putas iste gradibus altissimæ arboris peruenit ad ramos?* (verba sunt Chrysologi serm. 54.) *iste calcauit terram, superascendit auram, transcendit auaritiam, & totam diuitiarum supergressus est molem, vt prosiliens in arborem veniæ, misericordiæ apprehenderet fructum.* Chrysol. Itaque Zachæus auram popularem contempsit, exuit Principatum, aurum reliquit, auaritiam transcendit, vt ad veniam fortunatissimus peruenire. Quid tunc? De arboris Dominus cacumine quàm celeriter descendere imperat, & nobis imperato descensu eruditionem vtilissimam parat: *Zachæe festinans descende.* Chrysologus sermone citato rogat: *Si benè ascenderat, quare ei dicitur: Descende?* Respondetque illa in arbore nescio quid de Adamatica fiti conseruasse, quam iubetur celeri descensu humilitatis extinguere, & laudabili abiectione fugare: *Si sapis, festinans descende: descende ante Dominum de Adamatica arbore.* Tot tantisque relictis videre Dominum discupiebat; at ipsa in cruce nescio quam altitudinem procurabat: gestiebat in ipsa humilitate eminere, qui didicerat Principatum abiicere. Ergo de Adamatica arbore, si sapit, descendat: est namque sugillanda omnibus stultitia ritè possessa, magnaque repudiasse, & post repudiationem nescio quid Adamaticum exambire, & in ipsa virtutis & abiectionis Schola ad splendorem satis exiguum reptare. Ergo Zachæus, ne tantorum repulsam obscurarit, arboris fastigium relinquat, nec ipsa cruce degeneri intumescat superbia: *Si sapis festinans descende, descende ante Dominum de Adamatica arbore.* Obscuratur profectò prudentia illius, qui spretis mundi illecebris, diuitiis abdicatis inuolauit ad perfectionis Scholam, & ad Religionis cathedram, si vbi cæteris debuisset laudabili humilitate postponi, discupiat omnibus anteferri, & ad regiminis exiguam altitudinem eleuari.

Meritò duo illi fratres, qui plus aliis reliquerant, vt eius vestigia sequerentur vti discipuli, à Domino sugillantur, quia thronos expetiuerint ambitiosi! vocati Ioannes & Iacobus ad Domini scholam, vitámque cœlestem illico petierunt: Matth. 4. v. 21. *Vidit duos fratres Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem*

Matth. 4. v. 21. *fratrem eius in nauí cum Zebedaeo patre eorum reficientes retia ſua, & vocauit eos; illi autem ſtatim relictis retibus, & patre ſecuti ſunt eum.* Petrus & Andreas retia; ſed non patrem reliquerant, at Iacobus & Ioannes patrem & retia: Hi ergo cùm plus aliis reliquiſſent, vt Chriſtum ſequerentur nudi, præferri cæteris ſolicitant ambitioſi: horum Apoſtolorum ſecans mater ætate grandæua Chriſtum adit, & thronos filiis efflagitans paſſionis narrationem abſcindit: *Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Dominus filios, è quorum ſtudiis petitio deſcenderat veluti imprudèter carpit, & quàm ordinem inuertant, oſtendit: *Neſcitis quid petatis.* Potiùs carpendi videbantur de ſuperbia, quam de ſtultitia, & tamen Dominus illorum ſtultitiam prodit, & carpit: *Neſcitis*, &c. Et cur habeantur iuſcij, qui cæteris anteire, ſeque proponi anhelabant, quando apud ſæculum illi præcipuè celebrantur ſapientes, qui adepti ſunt dignitates? Ergo Dominus ſugillauerit ambitioſos, non inſcios. Imò ob id ipſum illorum carpit ſtultitiam, quia in eius Schola diſcupiuerint eminere, cùm plus aliis in mundo ob Chriſtum non detrectarint relinquere: & quidem non thronum; ſed calicem ibi debuiſſent ſitire, vbi thronum inuenti ſunt anhelare: ergo neſciunt quid petant, quando expetituri generoſa ambitione crucem, ignobili ſiti concupiſcunt dignitatem. Adeſt Chryſoſtomus apud D. Thomam: *Primatum ipſius cathedræ petebant accipere, & quod quidem plus aliis honoris apud Chriſtum habebant, nouerant; timebant verò Petrum ſibi præferri.* Alium extimeſcunt ſibi anteferri, vbi omnibus debuiſſent deſiderare poſtponi. Ergo ſtulteſcunt plus in mundo cæteris relinquentes, & in humilitatis cathedra honorem euanidum procurantes. Audi Gregorium lib. 4. indict. epiſt. 38. *Rex ſuperbiæ propè eſt, & quos dici nefas eſt, Sacerdotum eſt præparatus exitus: quia cernici militant elationis, qui ad hoc poſiti fuerant, vt ducatum præberent humilitatis.*

Matth. 20. v. 21.

Chryſoſt.

Gregor.

---

§. LXXVI.

Otium eſt voluptatis fomentum, vt honeſtus labor exilium.

316 HOneſtus labor aut optimos inuenit, aut facit: vt iners otium eſt erroris auxilium, intemperantiæ fomentum, cæcitatis ſuffragium. *Labor optimos citat*, inquit Stoïcus de prouidentia capite 5. Addere poſſet, inertiâ peſſimos. Illa tranquillitas cui ſomnus laxæ domus ſilentio quæritur, quam ne leuis etiam interrumpat ſtrepitus. ſeruorum veſtigium non tam ponitur, quàm ſuſpenditur, quantumuis honeſto nomine coloretur, inertia, & quidem ſui impatiens eſt. Summi Imperatores, ſi militem otio indulgentem viderint, labore compeſcunt, expeditionibúſque occupatum componunt: non enim vacat laſciuire deſtrictis. Audi Senecam epiſt. 56. *Nihil tam certum eſt, quàm otij vitia negotio diſcuti. Sæpè videmur tædio verum ciuilium, & infelicis, atque ingratæ ſtationis pœnitentia feceſſiſſe; tamen in illa latebra, in quam nos timor, & laſſitudo coniecit, interdum recrudeſcit ambitio. Idem de luxuria dico.* Luxuriæ negotia, & noxia libidinis oblectamenta curis exambiunt ſolutum; & otioſitati dicatum. Certè Diana voluptati non vacat, dum feras agit, & cœlo nitet. Hanc noſtram theſim textus comprobat, dum referentes Gedeonem poſt bellicas expeditiones ſeceſſiſſe, addit vxores plurimas in matrimonium ſibi copulaſſe. *Abiit itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo ſua, habuitque ſeptuaginta filios, qui egreſſi ſunt de femore eius, eo quod plures haberet vxores.* Plures vxores ducens legi non aduerſatur; tot tamen ſolùm otio habuiſſe refertur: *Quanquam aliquot ante bellum habuiſſet, quorum primogenitus Iether fuerat, magnam tamen partem in illo quadraginta annorum otio ex variis vxoribus ſuſcepit.* Otium, etſi legitimo ritu, ſuaſit vxores plurimas ducere, & voluptati indulgere. Vt ſtatum firmúmque ſit voluptatem otij eſſe filiam ex ignauia procreatam:

Stephan.

Cùm à Chriſto Domino plures dæmones expulſi fuerint, eos ſolùm audio cœnoſa porcorum volutabra exambiiſſe, qui ſepulchra inhabitabant: *Mitte nos in porcos.* Profectò Lucæ 11. cum Domino belligerans improbus refertur dæmon: *Cum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum;* ſed nec porcos ambiit, nec ad illos tranſmigrare rogauit. Ecqua huius diſcriminis cauſa eſt? Fortaſſis ea ad noſtram eruditionem reddi poſſet, alium videlicet ſepulchro inſtar demortui ſedile otioſum, & alium militis adinſtar prodiiſſe belligeraturum in campum. Profectò omnes dæmones impuratiſſimi ſunt ſpiritus; verùm qui armatus atrium ſuum ſolicitè ſatagit cuſtodire, non ſuſpirat cœnoſum gregem; ſed propulſare diſcupit hoſtem; aſt qui aſt inſtar mortui ſepelitur viuus, qui ſepulchro degit otioſus, ambit cœnum, & tranſire cupit ad porcum. Chryſologum audi ſerm. 16. *Digna petit indigna ſeruitus: Mitte nos in gregem porcorum: de monumentis mitti ſe precatur in porcos nequitia: quia fœtores amittere neſcit.* Sepulchrum eſt otij domicilium. Ergo in otij domiciho fœtoris gignitur deſiderium: vt noueris vel ipſum dæmonem, dum ſub armati militis ſpecie inducitur, non ambire cœnum; aſt ſi ſepulchro otioſus degit, ſuſpirare porcum fœtidum volutabrum.

317

Matth. 5. v. 3

Luc. 11. v. 24.

Chryſol.

Ruth in campum pergit ſpicas collectura: *Colligebat ſpicas poſt tergа metentium*; quin meſſoribus, aut Booz ſuſpicionem puritati aduerſam generauerit, cùm Thamar Iudæ ad tundendas oues pergenti ingeſſerat: *Depoſitis viduitatis veſtibus aſſumpſit theriſtrum, & mutato habitu, ſedit in biuio itineris*, inquit Sacer textus. *Quam cum vidiſſet Iudas ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.* Suſpicionis cauſam textus retulit: *Operuerat enim vultum ſuum, ne agnoſceretur.* O quàm vel in ipſo meretricio habitu elucebat modeſtia, dum laudabili verecundia recuſabat agnoſci; imò pallio faciem curabat tegi, cùm aliquando honeſto habitu inueniatur, quæ pudorem exuat, celebrarique exambiat. Verùm inquiramus, ſi placet, cur Iudas ſuſpicatus fuerit negotia tractare luxuriæ, cùm ipſe habitus ad ſpeciem patrocinaretur modeſtiæ? aut cur Boozius in campo Rutham aſpiciens nil huiuſmodi cogitarit? Forſan quia alia indulgebat otio ad ſpeciem inerti, alia ſtudebat labori: dum Rutha manus aptat ad ſpicas colligendas, dum faſciculum ligat, dum operi intenta laborat, omnem honori aduerſam ſuſpicionem exterminat; at Thamar, quantumuis honeſta, meretrix audit; dum otioſa ſedet, & ornata lucet: quaſi otium nequeat à luxuria diuidi, & à libidine ſeparari. Adeſt Stephanus in allegoriis Tilmani: *Sedit in biuio. Biuium eſt facere non facienda, & omittere*

318

Ruth. 2. v. 3.

Geneſ. 38. v. 14.

facienda, & hæc via ducit ad defectum totius boni. Dum in biuio otiosa & exculta sedet, totius boni opinionem excludit, & totius impuritatis creat aspicientibus opinionem: vt discant fœminæ inerti otio nunquam indulgere, si dignè velint opinioni consulere: est namque ignauia intemperātiæ officina: quia cùm ab honestis curis mens soluitur, impuris sæpissimè impetitur.

319 Duos in Euangelio fratres inuenio nobili progenie satos, etsi moribus illegitimis satis obscuros: alter etsi liuori indulserit, non legitur studuisse libidini, alter meretricibus copulatus originis gloriam dehonestauit infamia, indigna seruitute commutauit nobilem libertatem, actionis obscuritate natalium obscurauit splendorem: *Dissipauit* Luc. 15. v. 13. *substantiam suam viuendo luxuriosè.* Iam si inquiras cur alterum vel fumo non obscuratit hæc flamma, cùm adusserit alterum ardentissima. Ea se mihi offert ratio, alterum videlicet rutis laboribus occupatum, otio alterum debitum: nullam prodigi inuenies actionem, operationem nullam quousque alendis porcis deputatus est; imò ibi laboribus fatigatus resipuit, & ad patrem rediit; cùm tamen claritatem generis macularit otiosus, & Venerem coluerit ignauus: maioris fratris non proditur vlla voluptas, minoris denotatur salacitas: quia ille duris operibus inuenitur addictus, & hic inuenitur semper otiosus: *Erat*, inquit, *frater* Chrysolog. *eius in agro.* Ad quæ Chrysologus serm. 4. *Erat in agro terram percolens.* Dum duritiam cæpitis soluit, dum terram defatigatus vtiliter vertit, carnis illecebris non studet; at alter dum nullis laboribus frangitur, dum nullis occupationibus teritur, Veneris negotia tractat, & insaniam voluptatum suspirat. Et quid faceret iuuenis opipara mensa innutritus, ardore sanguinis stimulatus, seruorum pompa circumfusus & pulchritudine allectus? vtque noueris quantum ad concinnandos mores interfit labor, dum gregis inquietissimi excursu teritur dum pascendis porcis non sine solicitudine addicitur, iam paternam domum suspirat, & virtutem amat: *Misit illum in villam suam, vt pasceret porcos in se autem reuersus dixit*, &c. Negotia non curat carnis, dum atteritur labore. Redeat iterum Chrysologus serm. 1. *Affectionis desertor, pietatis refuga deputatur porcis, porcis additur, porcorum traditur seruituti, porcorum pascua luculenta percurrit, inquieti gregis teritur, & maculatur excursu: vt sentiat quàm miserum sit, amarum quàm sit quietis paterna beatitudinem perdidisse.* Labore resipuit, attritus ingemuit, operibus occupatos luxuriæ stimulos si non extinxit, sopiuit: ob idque sapientissimus pater, vt quàm lubrica iaceret luxuria, sibi redditus agnouerit, laboribus vtilissimis deputauit. Permisit filium natalibus clarissimis splendentem nuditate angi, fame aduri, cœnoso luto sordidari, excursibus solicitis premi; & hoc totum: *vt sentiat quàm miserum sit, amarum quàm sit quietis paternæ beatitudinem perdidisse.* Quid verius? Quid vsitatius?

320 In Esaü pilosо, rubeoque carnis negotia depingi, tradunt Patres: *Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatumque est nomen eius Esaü* Gen. 25. v. 25. Accipe Gregorium apud Glossam: *Eorum vitam significat, qui exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur.* Gregor. Parentum animos exulcerauit intemperantia: quia otiosa detinebatur inertia. Audi Ambrosium lib. 3. epistolar. epist. 25. non longè à fine: *Non* Ambros. *otio, non somno merces paratur, nullum opus dormientis est, nullus fructus otij; imò magis dispendium: otiosus Esaü amisit primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere, quàm quærere: laboriosus Iacob apud virumque parentem inuenit gratiam.* Dum Esaü otiosus, & otiosis solum oblectamentis addictus refertur, & schema libidinis declaratur: quasi hæc duo non solùm sibi fuerint connexa; sed quodammodò concatenata, otiositas videlicèt, & voluptas. Ergo fuge otium, ni velis voluptatis incurrisse delirium.

§. LXXVII.

Sæpè quem variis adulationibus populus ad instar Numinis adorauit, demortuum. aut munere functum ingrata obliuione spreuit.

PLausus, & populi cultus non tam penditur homini, quàm muneri: dum munus viuit, & homo floret; at si iam munere functus, aut simul cum vita dignitate priuatus, cultus aufugit, plausus euanescit. Statuam illam satis proceram auro micantem omnes ad instar Numinis adorarunt; euersam verò, & in faullam quasi æstiuæ areæ redactam sic ignorauerunt, vt vento ad ludibrium circumferretur ab omnibus derelicta & spreta: alia fuit, cùm cecidit, alia dum floruit, & quam agnouerúntque floridam, ignorauerunt euersam: *Quemadmodum aues*, aiebat Seneca epist. 75. *etiam inanis fundæ sonus territat, ita nos non ad ictum tantùm exagitamur; sed ad crepitum.* Vt solent aues ad proceram virentemque arborem facto agmine celeriter inuolare, ibique per otium degere, dum fundæ strepitus non deterret, aut arbor ventis lacessita non ruit: ita accidere videas omnibus, dum aliqui ridendi fortuna florent, dum florida sorte proceri splendent, ad illos omnes ad instar auium concurrunt, & vana illos adulatione sustollunt; at si aërem feriens aures funda diuerberet, aut fortuna nutet, cuncti iam volucribus alis fugiunt, quem paulò antè magnificabant encomiis, ingratissimis tradūt obliuionis iniuriis. Refert Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 4. plures Solem adorasse rutilis luminibus refulgentem, & Lunam argenteo iubare oculos p olectantem; ast dum Luna iubare sopito decumbit, dum Sol ad occasum vergens splendoribus exuitur, iam à cunctis exauguratur. *Quidam* Cyrill. *Solem Deum fecerunt*, inquit, *vt occidente Sole nocturno tempore sine Deo permanerent; alij Lunam, vt de d e Deum non haberent.* Vides Lunam coli, Solem adorari Deum; sed dum lumine exundant, dum gubernationi vacāt, & interstincto splendore, aut finito munere, illos ingratis ignorationis tenebris sepeliri, vt noscas quàm thesis nostra sit vera. Hoc ipsum noster textus mirè confirmat: vicit hostes Gedeon, triumphis floruit ditissimus, & populum administrabat Prælatus. Quid tunc? Ierobaal deprædicatur, & quodammodò diuinus colitur: *Abiit itaque Ierobaal filius Ioas & habitauit in domo sua.* Mors de medio tulit lauri redimitum, & populi regimine clarum, & iam non Ierobaal; sed Gedeon appellatur, & nominis

Digitized by Google

nominis varietate myſterium aliquod latere edocetur: *Mortuus eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Ezri.* Qui Ierobaal in triumpho, vocatur Gedeon in exceſſu: quaſi fuerit alius florens, alius occumbens. Notauit ad hunc
Montan. locum opportunè Arias Montanus: *Quem viuentem, rerumque tenentem habenas Ierubaghal appellari ſolitum legimus, atque hoc nomine cultum, venerabilémque bonis omnibus, improbis verò & malè moratis, maléque animatis verendum intellexiſſemus, nunc iam munere pariter & vita defunctum priuato & familiari nomine dictitatum audimus.* Addit doctus Interpres: *Cuius rerum atque honorum mutatione & inconſtantiæ in vulgi animis perſapè ſpectata non rara, nec ſimplicia quotidie notantur exempla.* Quotidie obuia occurrunt huius veritatis exempla, nec tamen noſtra medicantur deliria: opinioni vaniſſimæ accedimus, & tam nos magnos eſſe credimus, quàm audimus, cùm adulatio propriæ commoditatis negotia curet fallendo, & cupiditas adulando. Quibus non donis Ierobaal populus coluit, quibus laudibus non plauſit, dum victoria floruit, dum regimine claruit? at vix mortuus legitur, & iam illuſtri illo nominis honore denudatus auditur: *Mortuus eſt Gedeon*: & ideò Gedeon, quia mortuus.

322 Huius rei notandum maximè apud Eſther occurrit exemplum: Aſſuerus Amanum extulit, ſummiſque honoribus adornauit: huic ad inſtar Numinis omne pendebant cultum, & religioſum irreligioſè genu flexo proteſtabantur obſequium:
Eſther. 7. v. 8 *Cuncti ſerui regis, qui in foribus palatij verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman.* Fortunâ intumuit elatus, & inſano ardore cõtra Iſraëlitas efferbuit tumidus, vtque iuſtitiæ oculus, etſi tantiſper diſſimulet, ad extremum tamen pœnas irrogat ipſa dilatione auctas, & ipſo augmento grauiſſimas, Amanum dignitate, qua in æquitatis perniciem abutebatur priuauit; fraude namque comperta Regis indignationem incurrit: coniecerunt Regis miniſtri ingratiam, nec expreſſum, vt velo ad ſupplicium tegerent, expectarunt mandatum; ſed anteuerterunt præceptum: ſatis fuit coniectura, vt vultum miſerabili velo ad mortem operirent, cùm opus fuerit expreſſo edicto, vt Amanum adorarent: *Cum reuerſus eſſet de horto nemoribus conſito* (Aſſuerus) *& intraſſet conuiuij locum reperit Aman ſuper lectulum corruiſſe, in quo iacebat Eſther, & ait: Etiam reginam vult opprimere me præſente in domo mea.* O quàm diuerſæ apparent actiones odij aut affectionis oculis ſpectatæ! O quàm ſi ſemel animum ſuſpicio intrarit, honeſta etiam facta condemnantur vti delicta! Regina, vt videatur, iacebat in lectulo, nec tamen de immodeſtia arguitur: corruit, vt precaretur Amanus, & de audacia imprudentiſſima ſugillatur. Quid tunc? *Necdum*, addit textus, *verbum de ore Regis exierat, & ſtatim operuerunt faciem eius.* Mira res, ex tot adoratoribus nullus fuit, qui Regis indignationem ſopiret, Amanúmque corruiſſe exanimem allegaret; imò omnes dum à Regis gratia officiique munere arbitrantur cecidiſſe, & vultum geſtiunt velaſſe: nullum pro ſe habuit defenſorem in caſu, qui tot ſortitus fuerat adoratores regia vſus gratia, & florenti dignitatis fortuna: alius fuit in aduerſitate, alius in culmine: genua flectebant omnes ambitioſè vt colerent celſum, manus afferebant modò, vt inferendæ pœnæ inſeruirent, & ruentem præcipitarent:
Deprecatio Aman oppreſſio dicitur, inquit Gloſſa. Gloſſa.
Ipſa infelicis deprecatio habetur delictum, cùm fortè felicis delictum deprædicaretur meritum.
Addit Lyra: *Statim operuerunt faciem eius tamquam condemnati ad mortem.* Lyra.
Vtque noueris quàm aliter ſe homines gerant erga fortunatos ac miſeros, Arbona vnus de eunuchis Regem inſtigat, & lignum Mardochæo paratũ ad Amani necem opportuniſſimum irato Regi declarat: *Dixit Arbona vnus de eunuchis, qui ſtabant in miniſterio Regis. En lignum, quod parauerat Mardochæo, qui locutus eſt pro rege, ſtat in domo Aman habens altitudinem quinquaginta cubitos.* Multa his verbis latent ad noſtram eruditionem myſteria! Lignum contra Mardochæum, qui Regis vitæ conſuluerat, inſidiaſque declarauerat, teſtatur erectum; vt Amani exaggerarit delictum; Mardochæum teſtatur vitæ Regis conſuluiſſe, vt eius celebret factum. Et quidem fortaſſis hic idem anteà Amani delictum deprædicauerat meritum, & Mardochæi meritum damnarat vti delictum. Addit Lyra hunc ipſum eunuchum feſtinè, vultúque hilari, vt Amanum ad Reginæ conuiuium vocaret, tetendiſſe, benéque ſecum, dum illi nuntium illud demandatum fuit, actum putaſſe. Lyram audi: *Iſte eunuchus fuerat de illis, qui inerant ad vocandum ipſum Aman ad Regine conuiuium.* Quam celeriter cucurrit, vt gratularetur felici! Quam non aſcitus lignum declarauit, vt cadentis accelerauerit mortem!

Moyſes Pharaoni Deus datus eſt, teſtante Numine: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Hic com- 323
prehenſa virga latum paſcebat Iſraëlem, elementiſque imperabat, cúmque aliquando pro condendis legibus cum Deo in montis cacumine moraretur, populus moræ impatiens virum appellauit, & vitulum ducem ſibi dari precibus importunis poposcit: *Surge fac nobis Deos, qui nos præcedant: Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.* Ecce vitulus, quia de Ægypto eduxerit, Deus colitur, cum Moyſes qui ipſo populo conſirente miris extraxit, Deus non habeatur: *Hi ſunt dij tui Iſrël*, inquiunt vitulum inaugurantes, *qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Inquires ſi vitulo & Moyſi eamdem libertatem adſcribunt, cur Moyſem non conſecrarunt in Deum, cùm in Deum conſecrauerint vitulum? Si vitulus Deus colitur, quia illos de Ægyptiaca ſeruitute liberauit; dum Moyſem illos liberaſſe fatentur, & Deus etiam habeatur. Cur non inueniat cultum liberatio vera, quem ficta? Fortè ob id ipſum: apud ſæculum namque valent mendacia, non merita; verùm Hugo Cardinalis huius diſcriminis cauſam exiſtimat, quòd Moyſem crediderint iam defunctum, & vitulum ducatus dignitate exornatum. Ipſum accipe ad
Exod. 32. *Putantes mortuum Moyſem redierunt ad Hur, & Aaron, qui loco Moyſi erant duces populi: Iudæi itaque putantes ſe deſtitutos duce, recolentes Idola Ægypti, & maximè Apim, tantum ſcilicet autem poſtulauerunt Hur & Aaron, vt fieret eis vitulus conflatilis, qui eos præcederet, & duceret, quem etiam adorarent.* Ecce etſi Moyſes Pharaonis Deus reſplenduerit, etſi populum liberarit, quia iam putabant munere & vita functum, Deus non colitur; ſed vir dicitur: è contra vitulus dum dignitatem adit, dum culmen inſcendit, Deus prædicatur, & oblatis victimis colitur. Adde Aaronem tot tantíſque beneficiis à
Exod. 32. v. 1. Hugo.

fratre

fratre obſtrictum poſt exiſtimatam mortem fratri titulum non erexiſſe, & idolo à populis conclamato aram conſtruere feſtinaſſe: *Dixerunt: Hi ſunt dij tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cùm vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo.* Illud preme: *Quod cùm vidiſſet Aaron.* Quaſi dicat textus: Calente Moyſis, vt putabant, morte Aaron illi iuſta non perſoluit gratus; ſed ad Idoli inaugurationem feſtinauit ambitioſus: fraterni oblitus ſanguinis publico attendit clamori, vtque ſequeretur auram, exuit naturam. Adeſt opportunè Caietanus: *Aaron primatum nolens perdere, ædificat altare coram vitulo, non expectans rogari.* Non debitus fratri luctus, non inopinus caſus, non abientia exulcerant dolorem exceſſus Aaronem à frequentia retraxit; ſed omnibus, quæ triſtitiam conſulebant omiſſis, erecti vituli feſtinauit lucrari gratiam, & promereri emicitiam. Imò notauit Tertullianus ſatis acutè, quàm aliter ſe habuerit Aaron, dum vituli exambiebatur ducatus, & dum iam culmine reſplendet euectus. Ibi neceſſarium fuit Aaronem adire, importuníque clamoribus adurgere, & repetitis precibus incitare; hìc ipſe non expectat rogari; ſed feſtinat aram extruere. Audi Tertullianum aduerſus Gnoſticos cap. 3. *Populus tam neceſſariæ abſentiæ impatiens Deos ſibi producere quærit, quos potiùs ipſe perdiderit: vrgetur Aaron.* Qui olim antequam dignitatem inſcenderet vitulus, vrgebatur; iam altare extruxiſſe immaturè perhibetur. Vt noueris quàm aliter ſe homines gerant erga dignitatem ambientem, & iam lucimbus dignitatis radiantem.

Caietanus.

Tertullian.

§. LXXVIII.

Virtus operoſa ſepulchrorum refugit monimenta, mauſolæa ſubſtruit vanitas ſuperbiſſima.

324 IVſtus, modeſtuſque quia ſuperſtes didicit corpori non indulgere magnique facere, in morte etiam eius amori non ſeruit; ſed honeſtè oblitos maiora exambit. Audi Senecam epiſt. 92. *Nemo liber eſt, qui corpori ſeruit: nam vt alios dominos, quos nimia pro illo ſolicitudo inuenit, tranſeas, ipſius moroſum imperium, delicatumque eſt. Ab hoc modo æquo animo exit, modò magno proſilit:* Diligentiùs quæ Stoicus ſubiecit, attende: *Nec quis deinde reliquiis eius futurus ſit exitus, quærit; ſed vt ex barba capillos detonſos negligimus, ita ille diuinus animus egreſſurus hominem, quo receptaculum ſuum conferatur, ingnis illud exurat, an fera diſtrahant, an terra contegat, non magis ad ſe iudicat pertinere, quàm ſecundas ad editum infantem.* Parùipendit animus excelſus, virtutibuſque conſecratus pompaticam funeris vanitatem, honeſta ſolùm corporis ſepultura contentus, & futuræ apud ſæculum memoriæ oblitus; cùm tamen inueniantur plures poſt mortem vanitati etiam addicti, & ambitioni ſacrati: corporis curam vltra mortem protendunt, cúmque ad futuros tranſmittere nomen de virtutum concinnitate debuiſſent honeſtè ambire, de inſaniſſima ſepulchrorum ſubſtructione, de materia cum arte certante imprudenter ambiunt æternare. Sæpè eodem mauſolæo noueris vanitatem viuere, vanum iacere. Non ſic meus Gedeon, qui morti proximus cauit, ne ſuperba ſepeliretur funeri maieſtate, neue eius corpus mandaretur vaniſſimæ ſubſtructioni; imò qui viuens inſeruierat modeſtiæ, & moriens ſtuduit humilitati: *Mortuus eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona, & ſepultus eſt in ſepulchro Ioas patris ſui in Ephra de familia Ezri.* Idem ſepulchrum, quod ante populi dominatum maiores contexit, Gedeonem etiam occuluit: nec enim ſingulare ſibi ſtruxerat mauſolæum, aut viuens erexerat cœnotaphium: virtutibus pro litteris epitaphium inſcriptum eſt, & epitaphij contemptus fuit immortale ſæculis futuris elogium. Adeſt opportunè Arias Montanus: *Exiſtimo ſepulchri, atque ſepulturæ, & familiæ mentionem in hunc locum inductam eodem pertinere, vt nihil publicè illuſtrius aut magnificentius in viri funus decretum, collatumue fuiſſe indicetur, quàm quod per ipſum priuato teſtamento potuerit eſſe mandatum, videlicet vt paterno ſepulchro in Gaphrath patriæ vrbis agro conditus Abigherezitarum familiæ tantùm adſcriberetur: iſque marmori inſcriberetur titulus, Gedeoni filio Ioas Abigbezerita.* Noluit inſculpere marmori tot reportatos triumphos ad euanidam gloriam, reportauit verò ad cæleſtem ſemper famam: fugit ſepulturæ operoſitatem, excoluit memor, ſemper ſepulturæ virtutem: quia nouerat conducibilius eſſe ſuperſtites ſepulchri non obliuiſci, quàm poſteros mauſolæi admiratione pulſari.

Montan.

Plalmiſta, vt inſipientium inſaniam circa ſepulchra deſcriberet, ſic aiebat, *Sepulchra eorum domus illorum in æternum.* Non me latet fugillare hìc Prophetam amplìſſimarum domum ſuperbiam, quandoquidem quos ſuperbiſſima non capiebant palatia laxa, erit anguſtiſſima ſepultura; at ſcio etiam prophetæ verba poſſe ſine violentia adaptari vanitulis ac ſuperbis, qui ad inſtar magnificæ domus ſibi ſepulchrum fabricant, quaſi putarint non putrido fœtentique cadaueri contegendo præparare ſepulchrum; ſed magnificum copioſa familia circumfuſo palatium. Innuit Euthymius: *Ipſi quidem magnificas ſibi domus extruxere, quas cùm alij poſſideant eis nimirum mortuis, reſtat, vt eorum ſepulchra domorum eis vicem præbeant.* Magnificas aſſueti domos incolere, ſibi demortuis ea ſepulchra fabricant, quæ antiquarum domorum amplitudinem retulerint, & ſuperbiam exhalatint. Itaque vanitatem, quam viuentes nutriunt palatiis, morientes conſeruare ſepulchris.

325 Pſal. 48. v. 12.

Euthym.

Conferamus Abſalonis & Dauidis erga ſepulturam ſtudium. Abſalon dum adhuc viueret, titulum ſibi regium erexit, & molem nubes ſupergredientem conſtruxit: *Abſalon erexerat ſibi, cùm adhuc viueret, titulum, qui eſt in valle regis.* Tranſi ad 3. Reg. 2. videbiſque Dauidem egregiis facinoribus clarum puluere ſua in ciuitate contectum: *Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid*: Dauid ad patres refertur appoſitus, non pyramide ſepultus: quia vti ſapientiſſimus non curauit operoſam ſepulchri molem; ſed æternum virentem facinorum pulchritudinem. Aſt Abſalomus non ſtuduit virtuti, ſed vanitati. *Non otiosè ſcripſum eſt* (Ambroſium audis lib. de Abel, & Cain cap. 2.) *ſed perpensè, atque examinatè; Appoſitus eſt ad patres ſuos: intelligi enim datur, quòd patrum ſimilia fuerit fide; vnde claret non ad ſepulturam corporis; ſed ad conſortium vitæ relatum.* Dauid curauit

326 2. Reg. 18. v. 18.

3. Reg. 2. v. 10.

Ambroſ.

curauit ad patres apponi vitæ merito, non ſibi nomen æternare ſepulchro; at Abſalon ſubſtructionem fecit vanitati, non morti. Redeat iterum Ambroſius epiſt. 12. *Parricida Abſalon in valle Regis titulum ſtatuit, & in foueam proiectus eſt.* Non curauit maioribus aſſimulari virtute; ſed ſingulari ſepeliri ſubſtructione. Imitare Dauidem, & tibi conſtrue ſaxeum monumentum, quod nequeat ſerpens venenoſo dente abrodere, non ſuperbam ſepulchri fabricam, quam poſſit ipſa operoſitas infamare.

Ambroſ.

317 Iob. 29. v. 18. *In nidulo meo moriar*, aiebat Iobus, *& ſicut palma multiplicabo dies.* Corporis contentus fuit nidulo, ſpiritum ad inſtar palmæ florere immetato curauit æuo: non ampla ſepulchra tegendo corpori ſtruxit, non mauſolæa æternando nomini præparauit; ſed palmæ ad inſtar ſpreuit ſolo conſtringi quia dilatari exhibuit cælo palmã, ſi diligenter aduertas inuenies telluri vicinam horridis veluti corticibus inuolui, anguſtarique; at dum tranſcendit auram, dum nubes ſuperat, dum cælo approximat, ramos extendit, quibus ad inſtar manuum ſydera prenſet, & florenti ſemper viriditate ac grato fructuum ſapore micet. Adeſt Gregorius

Gregor. lib. 19. moral. cap. 16. *Nec immeritò iuſtorum vita palmæ comparatur: quia ſcilicet palma inferius tactu aſpera eſt, & quaſi aridis corticibus obuoluta; ſuperius verò & viſu & fructibus pulchra: inferius corticum ſuarum inuolutionibus anguſtatur; ſed ſuperius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur.* Non curauit Iobus corpori feretrum ſericis ac pretioſis ornatibus veſtitum, non clauis lucentibus inauratum: quia ſatis illi putauit eſſe munda ſindone inuolui, & rudi cortice tegi; at ſpiritu æternitatis ſine fine multiplicandis diebus victuro immarceſcibile textui virtutũ ſertum. Vti victrix palma viridis ſemper ramos extendit, ac fructus ſaporatiſſimos protulit: ſuperis voluit florere, corticibus in ſæculo ſepeliri.

318 Occubuit Sara annis & virtutibus plena: Abraham iuſta conatur ſoluere, & morte amorem non extinctum oſtendere, eáque fuerat vtrique laudabilis corporis obliuio, vt ſepultura careret tius ſepulchri dari ſibi vti aduenæ ciues rogat Abrahamus: illi electa ſepulchra offerunt, vt ſuo quiſque ſepeliendam mortuam contendit: nouerant namque mauſolæum funere illo nobilitandum, & ob reliquias magni apud omnes habendum: *Princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum:* ille electa, & operoſa recuſauit ſepulchra, ſpelũcámque duplicem digno ſibi pretio dari rogauit, & facilè obtinuit: *Si placet anima veſtra, vt ſepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi ſpeluncam duplicem.* O quàm ſe prodebant ethnicos, qui ſuperbis pyramidibus, inſanis mauſolæis, & ad oſtentationem erectis gloriabantur ſepulchris! O quàm Dei ſe principem Abrahamus oſtendit, cùm ſepeluncam emit, ibique ſaxeam ſepulturam charæ coniugi procurauit. Sepulchrum amauit ſerpentis dente non corrodendum, ſpreuit operoſitate mirandum. Audi Do-

Geneſ. 23. v. 6.

D. Thom. ctorem Angelicum ad hunc locum: *ſpelunca dicitur: quia ſepulchrum illud erat in ſaxo, vel rupe, vel in cauerna ſaxi.* Dei Princeps & amicus ſepulturam ſerpentium dentibus liberam dilectæ ſpõſæ quæſiuit, ſepulchra ſuperba ſpreuit: quia nouerat pyramidum ambitioſum delirium ſonore vanitatem, non teſtificari virtutem: *Mauſolæum dicitur*

Abulenſ. *à Mauſolo*, ſcribit Abulenſis ad Geneſ. 23. *qui vir quidam fuit fuit in Ægypto multùm dilectus ab vxore ſua, cui mortuo vxor nobile ſepulchrum fecit, à quo conſuetudo inoleuit, vt diuitum & potentum glorioſa ſepulchra mauſolæi dicerentur.* Noluit glorioſis mauſolæis ſacram ſepeliri; ſed ſpelunca recondi: quia ſciebat ab inſano amore huiuſmodi ſepulchra fuiſſe elaborata, non à virtute ſubſtructa. Diſce ergo nomen æternare virtutibus, non ſepulchri vanitatibus.

§. LXXIX.

Ea eſt peccatorum cæcitas, vt vitiis renunciare ſibi credant calamitatem aſciſcere.

VT phrenetici morbo inſanientes ea ſibi vti profutura ſolicitant, quæ conſtat necem cõciliare, & ſalutem prorſus delere; ita peccatores vitiorum ardoribus obſcurati ſalutem ſibi venenis procuratis exambiunt, & illis fulciendam credunt 319 *Eſt & hæc*, aiebat Tertullianus aduersùs Gnoſticos cap. 5. *peruerſitas hominum, ſalutaria excutere,* Tertullian. *exitioſa ſuſcipere.* Omnia peruertunt vitia, vtque lippientibus oculis diſtantiſſimi à veritate coloris apparere ſolent obiecta; ſic nobis non ſolum lippientibus; ſed cæcis venena cenſentur antidota, & antidota repudiantur vti venena. *Quid grauatur*, ſubiecit Tertullianus, *pati nunc homo ex remedio, quod non eſt tunc grauatus pati ex vitio? Diſplicet occidi in ſalutem, cui non diſplicuit occidi in perditionem. Nauſeabit ad antidotum, qui hiauit ad venenum.* Sic obſidetur vitiis prudentia, ſic præcipitatur de mentis arce detruſa, vt firmè credat antidoto conciliandam ſibi mortem, & veneno ſtabiliendam ſalutem. Hinc totum ſtudium eſt ſalutaria excutere, & exitioſa anhelare. Lucet manifeſtè hæc veritas noſtro in teſtu. Iſraelitæ Dei & Gedeonis gladio Madianitas percutiente in libertatem aſſerti ſunt, & quamuis longa tranquilitatis experientia, & felicitatum copia illos edocuerit ſolam virtutem eſſe proſperitatis originem ac ſalutis fontem, nihilominus defuncto iam Gedeone Baal Deum ſibi aſciſcere exambierunt, & percuſſo fœdere confirmarunt, ſi aliter fecerint, calamitatem ſibi, infortuniúmque appetere credentes, & formidantes: *Poſtquam mortuus eſt Gedeon auerſi ſunt filij Iſrael, & fornicati ſunt cum Baalim percuſſerúntque cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum.* Putares hanc Baalis in Deum inaugurationem fuiſſe exortam ex idololatrandi libidine, & deteſtabili ad anntiquum cultum procliuitate; verùm Abulenſis quæſt. 29. natam fuiſſe teſtatur ex cæciſſimo errore, quo exiſtimabant ſibi felicitatem obuenturam, ſi Baal colerent, graniſſimiſque premendos calamitatibus, ſi ab eius cultu diſcederent. Ipſum audi: *Putabant Iſraelitæ quòd Baal poſſet* Abulenſ. *eis facere benè; imò quòd quando recedebant à cultu eius, malè erat eis: vt ergo conſequerentur ab eo bona, quæ putabant ſe poſſe conſequi, fecerunt fœdus.* O res opinione execrabilior, & niſi aſſereret Sacer textus, fide maior! Non ruunt ad idololatriam pungente conſcientia morſi; ſed ſummo delirio cæci: experti per quadraginta annorum ſpatia tranquilitatem vero Dei cultu floruiſſe, viguiſſe virtutibus pacem, credere inducunt animum ipſa reclamante experientia, ſe non poſſe bona conſequi, niſi Baal ambiuerint ſacrilegis ritibus venerari.

rari. Sic praua voluntas mentem obcæcauit, sic vitiorum amor omnia ingenti errore peruertit, vt lux caligo, & caligo lux fuerit habita. Quàm miserandus fuit ille populi status, quo rationis habenas, quibus voluptatem contineret, non tantum mens laxauerat, sed prorsus perdiderat, disruperat: alienauerat: *Putabant Israëlitæ quòd Baal posset eis facere benè; imò quòd quando recedebant à cultu eius, malè erat eis.*

330 Israëlitæ recessisse à Domino miris calamitatum fluctibus persoluerunt, & ne ipsas, quas patiebantur, calamitates aut affectatè obliuiosi dissimularent aut insensibiles præterirent, his illos Iemias Dei nomine verbis percellit: *Cadent in gladio, & in fame, & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio, & in fame morientur, & erunt in iusiurandum, & in miraculum.* Quid tunc? *Sermonem*, inquiunt, *quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te; sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus regina cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, Reges nostri, & Principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem, & saturati sumus panibus, & benè nobis erat, malúmque non vidimus.* Addunt non solum dum reginam cæli colunt, commodis exundasse; sed ab eius cultu recedentes calamitatum fluctus sustinuisse. Illos audi: *Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare regina cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus.* O quàm benè dixit Propheta huiusmodi homines miraculi ad instar futuros quandoquidem vti miraculum naturæ leges transgreditur, sic id insanum mentis delirium omnem cæcitatem superabat, fidem ad speciem excedebat. Quis enim credat in ipso ob idololatriam supplicio idololatriam vti supplicij suspirauisse remedium, & respiscentiam, quæ reuera erat remedium, respuisse animitus vti felicitatis naufragium. *Malum non vidimus. Quasi dæmones*, scribit Hugo Cardinalis ad hunc locum, *& non Deus, eis hæc bona fecisset: omnes enim dij gentium dæmonia.* Subiicit doctus Interpres: *Ecce quomodo isti obliti sunt benefactorum Dei, & mirabilium eius, quæ ostendit eis, scilicet quando manna de cælo dedit eis, & panem Angelorum dedit eis, & cibaria misit eis in abundantia, & eiecit à facie eorum gentes, & sorte diuisit eis terram.* Dei beneficia affluebant, dum ei cultum penderent; mortem durissimam patiebantur, dum pendere detrectarent; & tamen sic amentiâ furunt, sic furore delirant, sic delirio insaniunt, vt horruerint ad virtutis nomen, & studiosè ambiuerint crimen. Adde eo aliquando homines ad sectandum vitium adigi, quod debuissent auerti, & ad virtutem transire.

Ierem. 44. v. 12.

Hugo.

331 Populus moræ impatiens (degebat namque Moyses in montis cacumine cum Deo, legem accepturos) deos sibi producere quærit, vrgetur Aaron, postulat de vxorum, & filiarum auribus pretiosiora, aureum conflat vitulum, & sacrilegis proponit ritibus adorandum: tunc populus faustis repetitisque acclamationibus celebrat, eorúmque de Ægypto liberatorem ingratissimo ore proclamat: *Hi sunt dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Vitulum vti ab Ægyptiis cultum expetiisse testantur Patres. Accipe Tertullianum aduersus Gnosticos cap. 3. *Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, fugillans illic cor habentes, vbi & thesaurum, apud Ægyptum scilicet inter cætera animalia bouis etiam cuiusdam consecratricem.* Sapiens ignis vitulum defundit Ægyptiorum Deum, vt in ipsa amentia erroris, si velint, inuenerint medicamina. Et quidem cùm Hebræorum libertas miserum Ægyptis fuerit naufragium, dum asserunt vitulum inquilinos liberasse, cõsequenter testantur Ægypti incolas adoratores suos confusis insanientium vorticum volumimbus tradidisse, & cùm illatum seruientibus idolo supplicium suaderet fugere, gestiunt cæcissimi conclamare: ab illo ipso, quem suos naufragio confitentur tradidisse, sperant sibi hæreditatem amplissimam, & summam felicitatem. O quàm sapienter, dum vitulum defundit, fugillat ignis cor illic habentes, quandoquidem sine corde cor possidebant, & experti adorantium fuisse venenum, adorant sperantes fore sibi antidotum præsentissimum. Adiice sic homines desipere, sic obbrutescere, vt crimen ingeminent, ob quod non ignorant alios ingentem cladem perpessos, & miserè fuisse extinctos.

Tertullian.

Exod. 32. v. 4.

Cultum vitulum Moyses indignatione pietatis auxiliatrice confregit, redactúmque in fauillas adoratoribus propinauit. Adoratus vitulus, qui fortasse, vt faciliùs committerent, sceleris promittebant ante secretum, publicis notis fugillato supplicio tradidit reos: *ceciderunt in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Vides vnicum vitulum luctuosam attulisse miseriam sperantibus eius ope summam fortunam. Attende modò Ieroboamum huius stragis non inscium vitulos duos effinxisse, eorumque cultu sibi regnum procurasse: *Excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltra ascendere in Ierusalem Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Adscripta olim vitulo commenta profert, & cùm nouerint vnicum attulisse ingens malum adoratoribus cladem, geminum constituit felicitatem sperans & ni multiplicet, imminere sibi infortunium existimans. Adest Theodoretus quæst. 41. *Miser & ter infelix iste accepta potestate aggressus est eam habere humanis & impiis artibus.* Eis multiplicatis artibus gestit sibi fortunam stabilire, quibus dubium non erat felicitatem deperdi, tantumque abest experientia edoctus à cultus detestatione, vt multiplicatas aras vitulis conetur extruere, sibique regnum multiplicatione firmare: adeò mens humana delictorum tenebris obcæcatur, adeò ratio tenebris profundissimis mergitur.

332

3 Reg. 12. v. 28.

Theodoret.

§. LXXX.

Malè politici dum ab vna ad aliam transeunt, relicta parti inueniuntur inimici, & alii semper suspecti.

333 Cassiodor. *Firmum est iudicium, cuius tenetur exemplum,* aiebat Theodoricus 3. var. 16. *nec locus ambiguitati relinquitur, vbi experimenta probabilia suffragantur.* Ambiguitatem exterminat firmus animus, & rationi semper attentus; verùm vt non relinquitur ambiguitati locus, vbi probabilia suffragantur experimenta, ita nec securitati, aut confidentiæ locus est, vbi experientia contradicit, & facta fides suspicionem semper suadet. Nonnulli se

ſe tempori attemperant, eamque ſequuntur partem; quam non ſibi honeſtiorem; ſed vtiliorem exiſtimarunt; at malè politici nullibi fidem inueniunt: quia relictis inueniuntur ſemper odioſi,& illis, ad quos tranſierunt, ſuſpecti. Pro virtute ſtãdum eſt,& vultus contemnendi fortunæ; ſi tamen quam ſecutus eſt, partem quis deſerat, eis ad quos tranſit, ſemper inuenitur ſuſpectus, vt defertis inimicus. Hebræi veræ religionis partes deſeruerũt, & Baalis deteſtabilem cultum amplexi ſunt; idoli verò Sacerdotes eos noluerunt admittere, niſi fœdus percuterent, & fidem ſacramentis confirmarent: *Percuſſerunt cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum.* Ac ſi dicat textus: Baal noluit eis in Deum eſſe, niſi fœdus percuterent, & ſe ſacramento ad ſeruiendum illi adigerent. Adeſt Toſtatus q. 29. *Maxima cautio experenda eſt ab illis, qui minùs certi eſſe putantur: & quia Iſraëlitæ conſueuerãt colere Deum verum, & nunc redibant ad cultum Baal, vt ſciretur quòd non fictè accederent, faciebant fœdus.* Toſtat. Sulpicio fœdus exegit, dumque Iſraëlitæ ab vna ad aliam partem transfugæ excurrunt, vtrique parti improbantur: alteri, quia inueniuntur inimici, & quia timentur inimici futuri, alteri.

334 Abimelechus à Sichimitis Princeps conſalutatus tyrannidem violenter extendit,& Iſraëlitarum regnum inuaſit: illi parebant omnes, teſtante Scriptura: *Regnauit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis*; verùm vt inſtabilis eſt impietatis cauſa, Abimelechum, Sichimitaſque odio inflammauit diſcordia: hac tempeſtate Gaal cum fratribus ſuis à rege ad Sichimitas tranſiuit: *Venit Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſiuit in Sichimiam.* Iudic. 9. v. 26. Sichimitæ Gaal grato animo receperunt, cúmque poſteà pugnandum eſſet contra Abimelech, Gaal non tam adiuuerunt, quàm ſpectarunt: *Abiit Gaal ſpectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech, qui perſecutus eſt eum fugientem.* Quæres cur Sichimitæ comitati non fuerint Gaal in campum prodeuntem,& pro ipſis decertantem, quandoquidem illorum agebat cauſam, ſuſtinebatque regi iram. Abulenſis exiſtimat ſuſpectum fuiſſe ipſis Sichimitis, ob idque ciuitatis mœnia nõ egreſſos, vt qui proditionẽ vererentur ſemper ancipites, & ambiguitate nutantes. Ipſum audi q. 41. *Egreſſus eſt de vrbe contra Abimelech, & pugnabat; ſed populus Sichem non pugnabat, ſolum reſpiciens quomodo pugnaret Gaal contra Abimelech.* Abulenſ. Rationem ſubiungit: *Fortè hoc factum eſt, quia Sichimitæ timuerunt, quòd ſi egrederentur cum Gaal in campum, quòd ipſe colluderet cum Abimelech, & efficeretur de parte illius, traderetque Sichimitas in manu eius. Ideò tutius fuit quòd per ſe cum viris ſuis pugnaret Gaal contra ipſum Abimelech.* Nouerant in Sichem tranſiſſe, dubitabant verò, an transfuga eſſet, an explorator, ob idque eius congreſſum non adiuuerunt amici; ſed euentum ſpectarunt incerti: quo factum eſt, vt Gaal & Abimelecho inimicus, & Sichimitis manſerit ſemper ſuſpectus: & quidem tam malè politicus, quàm ardenter fuit ambitioſus: debuiſſet namque prænoſcere tranſitum ſuſpicionem ſecum afferre: ſi ab exordio vni aut alteri parti affuiſſet, alterius tantùm ſuſtineret odium, & ſibi conciliaret alterius animum; at dum ab vna ad aliam tranſiit, vtramque amiſit: nam Abimelechus inſectatur vti inimicum, & Sichimita non adiuuat vt qui habuerit ſemper ſuſpectum

335 Iaſon deteſtabili ambitione obcæcatus in ciues & cognatos ſuos ferarum truculentiam eſt ſupergreſſus, aſſerente Scriptura: *Non parcebat incolis ciuibus ſuis.* 1. Mathab. 5 v. 6. Infelix triumphus, qui triumphatorẽ miſerabili deuouebat exitio, & æterno obicurabat probro: ad aduerſarios tandem malè ſecurus tranſiuit: *Profugus iterum fugit in Almanithem:* ibi anteà degerat benignè exceptus; modò verò ab Areta vinculis illigatus ipſius vitæ pallus eſt tædium, & omnium incurrit odium: *Ad vltimum in exitium ſui concluſus ab Areta.* Quærunt interpretes, cur modò aliter ac anteà fuerit exceptus? Reſpondẽtque fuiſſe Aretæ ipſo tranſitu ſuſpectum. Itaque à ſuis defecit, & apud exteros fidem non habuit. Adeſt N. Sanctius: *Tutum ſe fore in Almanithide prouincia arbitrabatur Iaſon, in qua nondum anteà natus erat hoſpitium; ſed obſtitit Aretas Arabum Princeps, & ſic exegit, atque concluſit, vt nullum haberet locum.* Sanctius. Vt ſuſpectum transfugam vinculis illigauit Aretas prudenter arbitratus fas non eſſe fidelem exteris credere, quem ſuis infidelem non poterat non agnoſcere. Profectò quod Iaſoni accidit, plurimis male politicis contingere ſolet: ambitionis deluſi præſtigiis ampliores ſibi honores,& commoditates promittunt, ſi quam ſequebantur, partẽ relinquãt, & ad contrariam ſe conferant: falluntur tamen: nam prudentia illos edocet ſemper habere ſuſpectos,& violata fide ſemper deſpicere fugillatos.

336 Dubium non erat Dauidem, qui ſub Saule militauerat, neceſſitate compulſum ad Achis trãſiſſe, vt vitæ ſalutique prouideret; verùm etſi Satrapæ non ignorarent officioſa Dauidis in Saülẽ ſemper obſequia,& ardentiſſima Saülis odia, caſtris manere paſſi non ſunt: vnde eodem tempore Dauid à ſuis, quia transfuga, habebatur vti aduerſarius, & erat Philiſthinis etiam ſuſpectus: *Reuertatur vir iſte, & ſedeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum, & non deſcendat nobiſcum in prælium, ne fiat nobis aduerſarius, cum præliari cœperimus.* 1. Reg. 29 v. 4. Princeps argumentum non infirmum pro Dauide protulit ad ſuſpicionem depellendam, quandoquidem multis ibi diebus degentem nullam doloſæ fraudis ſuſpicioni anſam præbuiſſe teſtatus eſt: *Num ignoratis Dauid, qui fuit ſeruus Saül Regis Iſrael, & eſt apud me multis diebus vel annis & non inueni in eo quidquam ex die qua transfugit ad me, vſque ad diem hanc?* Verùm nec tam diuturnis experientiis, argumentiſque fidei Satrapæ crediderunt, ſed de caſtris expellendum protinus non ſine grauis iræ ſignificatione clamarunt: *Irati ſunt.* Caietanus aduertit grande argumentum de Dauidis fide regem protuliſſe: ipſum audi ad hunc locum: *Argumentum non indignum de fide Dauidis protulit.* Caietanus. Pro Dauidis fide militabat efficax argumentum, contra fidem non bene fundatum ſuſpicionis iudiciũ; ſed, vt aſſolet, ceſſit indicio argumentũ: quia homines ad minus de aliis rectè ſentiendum, meliùs obſcuris perſuadentur indiciis, quàm ad benè opinandum clariſſimis argumentis: hic verò Satrapis ipſe ex vnius ad alterius caſtra tranſitus ſemper habebatur ſuſpectus, & ſibi periculoſus. Innuit Rupertus apud Gloſſam: *Si bello admiſſus contra ſuos præliaretur, hoſtis patriæ; ſi ad ſuos cõuerteretur, deſerto rege, ad quem confugerat, quique illum quaſi fidelem cuſtodem capiti ſuo poſuerat, infamis exiſteret, perfidi proditoris crimine.* Rupert. Satrapæ vtpote politici & prudentes hoc de transfuga formarunt iudicium: vel pro nobis, inquiunt, pugnabit aduerſus

ſuos, ſicque deteſtandus erit vt hoſtis patriæ: vel nos prodet ſuis, eritque infamis: ergo in quocumque euentu expedit eius fugiſſe conſortium ad imprudentis declinandum periculum. Si ergo Dauid legitima cauſa ad exteros confugiens ſuſpectus eſt habitus: videant quàm malè politici ſint, qui non cauſa legitima; ſed infideli ſemper ambitione ad alios tranſeunt, & ſuos deſerunt, quandoquidem non cenſent non poſſunt vt ſuis ingrati, & cæteris infideles.

337 Theodagadus 2. var. 16. Liberium ad dignitem ſubuexit, etſi expertus fuerit aduerſum, quia nouerat ſuæ ſemper obligationi deuotum. Ipſum audi: *Retinetis Patres Conſcripti, Patricium Liberium, & in aduerſitate noſtra fuiſſe laudabilem, qui ſic Odouacris integerrimis parebat obſequiis, vt noſtra pòſt fuerit electione digniſſimus, contra quos multa feciſſe videbatur inimicus: non enim ad nos vtiliſſima transfuga conditione migrauit, nec proprij domini finxit odium, vt alterius ſibi procuraret affectum: expectauit integer diuina iudicia, nec paſſus eſt ſibi regem quærere, niſi primitus perdidiſſet.* Vt viliſſimum deteſtaretur transfugam, ſi quas priùs acceperat, partes reliquiſſet, & nouam gratiam delinquendo captaſſet, magnique fuit habitus, dum fidelis eſt cognitus; imò ipſis inimicis reddebatur acceptus, quando, vt obligationi reſponderet, illis erat indeuotus. *Vnde ſic factum eſt*, annectit Theodagadus, *vt ei libenter daremus præmium, quia noſtrum fideliter iuuit inimicum, qui caſu patrocinante contrario tantùm nobis reddebatur acceptus, quantò tunc cognoſci poterat indenotus* Fideli indeuotione placuit, qui deuotione infideli diſpliceret. Magni conſtabat habendum, quem & rationi liquebat ſemper addictum.

Caſſiodor.

§. LXXXI.

Vitio nunquam deſunt patroni, quique eius cauſas peragere cupiant Soliciti.

338 VT mala cauſa ſibi ſolicitat impendioſè patronos, vt defenſores quærit ambitioſè ſolicitos, ſi poſſit patrocinio ſupplere, quod conſtat ius improbare; ſic vitium ſuæ turpitudinis gnarum aſciſcit defenſores, quique auctoritate exterminent leges: nec vota quidem inueniuntur caſſa, quando plures ſunt, qui vitio promiſerint patrocinia. Sunt qui quos credebant deos, affecerint nota, vt voluptatis ſeruulos tanta tueantur exempla. Audi Senecam de brenitate vitæ cap. 56. *Inde etiam poëtarum furor fabulis humanos errores alentium, quibus virtus eſt Iupiter voluptate concubitus delinitus duplicaſſe noctem. Quid aliud eſt vitia incendere, quam auctores illis inſcribere deos, & dare morbo exemplo diuinitatis excuſatam licentiam?* Numquam defuerunt vitiis poëtæ, qui fabulis nutriant, & ignominia diuinitatis defendant. Ad hæc: ſunt etiam qui vitiorum partes agant, plures ad hanc inſaniam trahere ſatis ambitioſè diſcupiant: timores abigunt, cupiditates irritant, promiſſis accendunt, & quàm benè eorum cultoribus ſit, pudore depoſito extollunt. Numquam deeſt patronus peioribus, nunquam defuit vitiis cauſidicus nunquam deſiderantur criminis proxenetæ: quia ſe ingerentium grandis eſt copia. Ecce inter Baal & Iſraëlitas percutitur fœdus, initur pactum: *Percuſſerunt cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum.* Cùm ambæ partes debeant ad celebrandum fœdus concurrere, videbitur cui, inter Baal & Hebræos nec potuiſſe fœdus iniri, nec ceremonias fœderis obſeruari, quandoquidem Baal ſenſus expers nequibat intereſſe, nec fœdus ſancire: quomodo ergo refertur pactum initum, fœduſque celebratum. Quia non defuerunt, inquit Abulenſis, qui eius partes agerent; & quaſi tranſlata, & accepta poteſtate eius nomine fœdus ſancirent: nam vt aſſolet abſentem ſuam delegare poteſtatem, quo eius nomine alter contractum perficiat; ita Baal plures habuit, qui quaſi accepta poteſtate pepigerunt fœdus, & ſanxerunt contractum. Audi Abulenſem quæſt. 27. *Quæreretur quomodo potuerunt Iſraëlitæ facere fœdus cum Baal: quia ad hoc requirebatur quòd eſſet præſens Baal, vt mutuò ipſe & Iſraëlitæ componerent aliquid; ipſe tamen non poterat apparare.* Audiſti dubium; cape reſponſum: *Hic Sacerdotes Baal credendum eſt adſtitiſſe ad confirmationem & factionem fœderis huius.* Addit: *Præſentia procuratorum ſuorum, ſcilicet Sacerdotum ſufficiebat ad contrahendum fœdus.* Ecce opus non fuit Baal adeſſe quia procuratores plures fœderis habuit. O quot vitij procuratores Iſraëlitas peruertere, & ad Baal obſequium adducere procurabant! Baal, vt teſtatur Hieronymus ad Oſee 2. caput, idem eſt quod habens: *Lingua Hebræa & Syra Baal interpretatur habens.* Ergo non defuerunt, qui fœminis perſuaſerint habenti inſeruire, eiuſque obſequio dicari: procuratores habent diuites illorum cupiditatibus inſeruientes, & turpiſſimis deſideriis occaſiones ſolicitantes.

Abulenſ.

Hieronym.

Serpens ad populi ſalutem conſtruitur, dicente Domino Moyſi: *Fac ſerpentem æneum, & pone eum proſigno, qui percuſſus aſpexerit eum, viuet:* Vitulus ad perniciem impiè conflatur, & tamen non audies Moyſem ad ſtructuram vrgeri, cùm audias Aaronem ad conflationem tumultuoſis clamoribus incitari: *Surge fac nobis deos.* Vitulus ille, qui ludos impudicos ſatis, & ingluuiem diſſimulabat; ſolicitos habuit procuratores; ſerpens mortem abigens procuratoribus caruit. Notauit Tertullianus aduerſus Gnoſticos capite 3. *vrgetur Aaron*: non Moyſes; ſed Aaron vrgetur: virtutis namque negotia curabat nullus aut rarus, cùm plures vituli patrocinium ſuſceperint, & ad exectandam eius perfectionem aduerſerint. Imò licèt ipſe Aaron differre ſtructuram deſiderarit, & perficere diſtulerit, non defuit qui ad acceleranda rem ſuam afferret operam, & commodaret induſtriam: *Tulerunt, & dederunt mihi* (aurum) *& proieci illud in ignem* (inquit Aaron) *egreſſusque eſt hic vitulus.* Noluit celeriter fabricari, etſi non recuſarit proiicere: fabricæ ſe ſtudere, auro flammis commiſſo teſtatur; dumque ſolùm proiicit, idololatriæ aduerſari adnititur: verùm quantumuis præcidere occaſionem intenderit, vitulus prodiit, & populus ſacrilegis ſuffitibus adorauit: non defuerunt dæmones, qui inſeruirent fabricæ, & famularentur ruinæ: *Tradunt quidam*, ſcribit Hugo Cardinalis, *Aaron proiecisse ea in ignem, & inde opere dæmonis conflatum caput vituli.* Nunquam deeſt dæmon, aut

339 Numer. 21. v. 9.

Exod. 32. v. 1

Tertullian.

Hugo.

Digitized by Google

aut homo eius vices gerens, qui flammas ſuccendat, qui induſtriam afferat, quique omnia ad delictum perpetrandum perficiat.

340 Inſanam illam à Nabuchodonoſor conſtructam ſtatuam omnes ritibus ſacrilegis adorabant: non fuit qui pia audacia, qui exerta voce delinquentes reprehenderet, & virtutis patrocinium ſuſciperet: vel tres illi decantatiſſimi pueri, etſi renuerint deteſtabili cultu adorare, auſi non ſunt in campum pro virtute prodeuntes idololatris contraire: idololatræ verò, vt notarunt lynceis oculis iuuenes genu non flectere, aſſumptis volucribus Zeli pennis inuolarunt, regique detulerunt: Daniel. 3. v. 12. *Viri iſti contempſerunt rex decretum tuum: deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adorant.* Pro ſtatua ſtant plures eius cultum ſolicitantes, & impensè omnes trahere ad obſequium irreligioſum cupientes. Adeſt Theodoretus orat. 3. *Regis accendunt iram.* Subdit: *Quos tu Deos exiſtimas, non exiſtimant illi neque conuenienti cultu diis, qui à te adorantur, eos ipſi colunt, & ſtatuam, ad quam adorandam omnes conuenere, ipſi adorare apertè recuſarunt.* Vt ſtatuæ cultum extenderint; iram regis accendunt, & ne deferueſcat irritamenta ſubiiciunt. Quis non curauit pulchritudini adorationem, auro cultum, ſuperbiæ obſequium, quando nullus in tota illa frequentia inuentus eſt, qui idololatras carperet, & virtutis patrocinium ſuſciperet?

341 Exoptabat dæmon ab homine depellendus in porcos tranſmigrare, & volutabris cænoſiſſimis degere: nequibat elinguis preces fundere, aut licentiam exerta voce ſolicitare Quid tunc? Ipſe homo à dæmone diuexatus vocem commodat, & furiarum nomine ſupplicat: Marci 5. v. 10. *De precabatur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens, & deprecabantur eum ſpiritus dicentes: Mitte nos in porcos.* Et qua voce deprecabatur lingua deſtitutus, & vocis inſtrumentis priuatus? Commodata ſanè hominis lingua, & voce, vt ingeniosè Chryſologus ſerm. 17. notauit. Chryſol. *Quid agis? Quid patitur fragilitas humana talibus, & tantis ſubiecta miſeriis. Ecce diabolus patrona voce hominis hominem petiturus inclamat.* Quàm fuit opus amici oſtium ictibus repetitis pulſare, importunis clamoribus commodarum panem miſero expoſcere; cùm tamen hic homo immundo ſpiritui ad indignum votum explendum linguam obtulerit vocemque mutuarit. Immunditiæ ſponte patrocinatur exagitatus, panem ad pauperis ſubleuandam miſeriam petenti aduerſatur amicus. Et quidem quotidiano experimento comprobabis pecuniam cognatis mutuò exigentibus denegari; ad ludum verò extraneis lubenter offerri: geſtiunt homines offerre amico nunquam ſoluendam pecuniam ad libidinis nundinas, nunquam habent quod mutuent ad virtutum operas, & ad pauperum miſerias. Nonne hoc certiſſimum.

342 Aduentauit ſponſus rore madidus, glacie gelidus, receptaculum quæſiturus, Sponſæ pulſauit oſtium; verùm illa egeno aperire diſtulit excuſationis cauſas prætexens, ſomnumque interrumpi non patiens: Cantic. 5. v. 3. *Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodò inquinabo illos?* Tranſi ad Geneſ. 3. vbi cùm immundus quidam ſpiritus alloqui Euam tentarit, & fallaciis oblaqueare contenderit, facilè adeò inuenit hoſpitium, & ad celandam fraudem integumentum, vt ſerpens etiam reputationis periculo introduxerit, & alloquendi Euam occaſionem callidiſſimè concinnauerit: *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem.* Geneſ. 3. v. 1. Nonne videsquanta facilitate ad miſcendum cum Eua colloquium fraus inuenerit patrocinium, cùm Sponſus non inuenerit receptaculum? *Serpentis facie perſonatus*, ſcribit Seleucienſis Baſilius orat. 3. Seleucienſ. *inſidiosè meditata aggreditur.* Perſonam illi ſerpens commodauit, vt inſidiosè meditata compleret, & ad tranſgreſſionem mandati mulierem traheret: inuenit fraus, qui ſuas illi operas commodaret, cùm virtus non inuenerit, qui reciperet.

---

§. LXXXII.

Virtuti aliquando adhæremus, ſed vitiis adglutinamur.

VItium, virtuſque ſuos amatores ſortiuntur, vocat gratioſa ſemper virtutis venuſtas oculos lippitudine non cæcatos, allectat vitium fumo improbæ appetitionis obſcuros; id tamen inuenitur diſcrimen inter virtutis vitiique aſſeclas virtutis ſequaces illi adhærent, non agglutinantur, non concarnantur; vitiorum tamen ſectatores vinculo quodāmodò indiſſolubili vniuntur, & ſi fas eſt dicere pernerſa hypoſtaſi incorporantur: à virtute facilè diuidimur, à voluptatibus difficillimè ſeparamur: niſi vitij hominiſque rumpas vinculum, nequibis ſeiunxiſſe conſortium: virtutis nexum opus non eſt rumpere, quia facilè eſt ſoluere. Audi Tertullianum de Chriſti manſuetudine agentem lib. de patientia cap. 3. *Nullum volentem ſibi adhærere non ſuſcepit.* Tertullian. Profectò patientia opus erat ad ſuſcipiendum volentem adhærere, cùm velle debuiſſet agglutinari. Et quidem aliter vitio contingit, teſtatur idem Septimius de Scorpione agens lib. aduerſus Gnoſticos cap. 1. *Si plagam ſatiauerit, inimat virus, & properat in viſcera, ſtatim omnes priſtini ſenſus retorpeſcunt: ſenſim animi gelaſcit, carne ſpiritus exoleſcit.* Quàm inuiſceratur ſcorpionis virus! quàm ſolùm Chriſto adhæret veritatis proſelytus: adhærētē aut difficulter ſeparabis, inuiſceratum aliquando nec violenter auelles: hoc ergo eſt virtutis infortunium, & vitij fatum. Vtque hanc veritatem ſacris comprobatum litteris noueris, animaduerte poſt Gedeonis interitum Hebræos idololatrandi furore percitos contentos non fuiſſe Baal in Deum ſibi deligere; ſed conatos inuiolabili pacto firmare: *Auerſi ſunt filij Iſraël, & fornicati ſunt cum Baalim: percuſſerunque cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum: nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manu inimicorum ſuorum omnium per circuitum.* Fœdus ita apud antiquos ſanctum, inuiolandumque fuit, vt vitam expoſuerint diſcrimini, ne defecerint ſancto fœderi. Ergo Hebræi virtutem colentes facilè auertuntur; at Baal ſibi in Deum conſecrato, ne diuelli poſſint, inito fœdere agglutinantur Notauit Abulenſis quæſt. 29.

Digitized by Google

Abulenſ. *Si ſolùm accepiſſent in Deum, cum ſponaneè poſſent, quacunque vellent, abijcere: vt ergo appareret quòd vero animo adhærebant Baal tamquam nunquã recederent ab eo, faciebant fœdus: nam in fœdere interueniebat promiſſio de ſemper tenendo eum in Deũ, & illa confirmabatur per cæremonias fœderis.* Ecce quàm firmiter, quam obſtinato animo ſequantur Baal; cùm tamen virtutem coluerint Gedeone ſuperſtite, timore potiùs impulſi, quàm virtutis pulchritudine allecti.

344 Tendebat Balaam aſinæ inſidens Dei populi fortitudinem, ſi poſſet, augurijs eneruaturus, cúmque Angelus in via occurriſſet, & euaginato gladio brutum retardaſſet, Propheta fuſte adigebat: quia ipſum ambitioſa cupiditas calcaribus adactis ſtimulabat: *Cernens aſina Angelum ſtantẽ in via, euaginato gladio, auertit ſe de itinere.* D. Gregorius locum moraliſſimè interpretatus ait adumbrari hinc animam corpori præſidentem. Ipſum audi 3 parte paſtoral. admonit 3. *Mens ipſa carni præſidens non videbat.* Profunda ſanè meditatio, & niſi Gregorij auctoritate ſuffulta, videri poſſet ſatis propoſito inepta: mens namque carni præſidens eo vnionis vinculo adſtringitur, vt ſolùm interueniente morte rumpatur; at Balaamus non inhæret aſinæ illatus; ſed vinculis inſidet expeditus. Ergo nequit eſſe vnionis ſymbolũ, quod diuiſionis opportunum eſt argumẽtum. Imò hoc ipſo Gregorij profunditas innoteſcit: dum tendit maledictis populum execraturus ſic vnitur brutalitati deſiderium vinculis, ſic alligatur inſanis votis, vt facilius fuerit pedem atteri, quàm retiliire: *Mens ipſa carni præſidens non videbat.* Mens carebat ad videndum periculum imminens oculis: quia obcæcabatur tenebroſis cupidinis deſideriis. Sic aſinæ inſidebat ad iter ambitionis peragendum, vt nec tardari ſuſtinerit, nec diu Angelum retardantem adſpexerit. Sic peccatores eis rebus ad inſana explendum vota neceſſarijs illigantur, vt videri poſſint potius quàm illigati, ad inſtar animæ & corporis arctiſſimæ vniti. O nimis verum experientiáque comprobatum!

Numer. 22. v. 23.

Gregor.

345 Dum apud Ieremiam ſermonem inſtitueret Dominus de Iſraelitis, ſic aiebat: *Sicut adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum Iuda, dicit Dominus, vt eſſent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt.* Profectò alicui verba diſcordare videantur: nam ſi agglutinauit populum, non erit inſtar lumbaris: lumbare namque adhæret corpori, non adglutinatur carni: ergo aut adglutinatum lumbari non exæquet, aut ſi exæquat, dicat adhærere; non tamen adglutinari. O profundam nobis eruditionem! Deus charitatis glutino ſic vnire populum ſibi exambiebat, vt inſeparabilem quodammodò inhæſionem deſiderarit; at ea populi malitia fuit, vt reſpuerit inhærere; imò & lumbaris ad inſtar approximare: conſtringebat lumbare charitas; ſed ſeparabat improbitas: aliquando lumbaris in modum adhæſit; ſed ne agglutinatus viueret, imprudenter reſiluit. Adeſt Theodor. apud Gloſſam: *Per predicta mirificam Dei bonitatem declarat, & copulationis modum edocet, & quòd decreuerat eos claros, & illuſtres reddere; at illi per iniquitatem probra ſibi contexerunt.* Expende illud: *Copulationis modum edocet.* Quaſi dicat: Ex parte Dei non extrinſeca ſolùm adhæſio; ſed intrinſeca deſiderabatur, ſi fas eſt dicere, concarnatio; at illi exhorruerunt agglutinari; imò & adhærere. Vides erga virtutem animum; expende modo erga prauitatem ſtudium: *Si mutare poteſt*, aiebat idem Propheta capite eodem, *Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere, cùm didiſceritis malum.* Mira res: Æthiops ſine miraculo nequit pellẽ mutare: quia à natura conſtat habere: pardus varietate non maculatur aſcita ſed innata, & originis lege inſerta; at vitium homini non prouenit à naturâ; ſed à degeneri voluntate quomodo ergo qui virtuti ad inſtar lumbaris adhæſiſſe dixerat, vitio non ſolùm ait fuiſſe aglutinatos; ſed veluti legibus naturæ inſertos? Quia ea fuit, reſpondet Theodoretus, peccandi conſuetudo, ea ad peccandum affectio, vt videri potuerit vitium innatum, non aduentitium. Audi Theodoretum apud Gloſſam: *Vetus profectò ſermo, conſuetudinem ſcilicet eſſe alteram naturam omnia enim, quæ longa conſuetudine comparauit animus paria ceſſentur cum naturalibus.* Sic ebiberunt iniquitatem, vt alimenti ad inſtar in naturam tranſierint: vtque varietas pardo non eſt aſcita, ſic malitia videtur in aliquibus nullatenus mutuata: illi fortiter inhærẽt, illi veluti indiſſolubili vinculo coniunguntur & maritantur.

Ieremi. 13. v. 11.

Theodoret.

Ieremi. ibid. v. 23.

Theodoret.

346 Hinc aliquando cogitabam laudabili Deum æmulatione, vt ſe homini inuiſceraret, Euchariſticum epulum exhibuiſſe: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet & ego in illo.* Quia alimenta dum nutriunt, in naturam aliti tranſeunt, voluit hominibus vti alimentum inuiſceari, & gratiæ vnione conſtringi: quia ſæpè ſæpiùs homo vt qui internè inueniebatur à dæmone poſſeſſus, apparebat diabolicus; voluit, vt à Deo innutritus diceretur aliquando Deificatus: dæmon contentus ſæpè non fuit hominem inuadere, ſibique ſubiicere; ſed inſeparabili quodammodo inhærere, & homini incorporari: ille namque qui in Geraſenorum regione exulabat furiis poſſeſſus, ſic videbatur peſſimo improbitatis vinculo vnitus, vt vox eadem videretur vtriuſque: *Adiuro te per Deum*, conclamabat, *ne me torqueas.* Iam ſi quæras cuius vox ſit, dæmonis, aut hominis? Reſpondebit Chryſologus ſermone 17. hominem linguam, vocémque commodaſſe, imò & dæmonis tormentum ſibi proprium reputauiſſe. Homo exclamat: *Ne me torqueas*; cùm tamen Chriſtus Dominus non aduentarit ad hominis tormentum, ſed ad tortorum exilium. Verùm ſic homini, reſpondet Chryſologus, erat dæmon inuiſceratus, vt non putaueris geminum; ſed vniſſimum. *Quid agit?* Chryſologum audis: *quid patitur fragilitas humana talibus & tantis ſubiecta miſeriis? Ecce Diabolus patronâ voce hominis hominem petiturus inclamat.* Voce inclamat hominis: quia vtrique communis, aut, vt meliùs dixerim, eadem vni. Ergo Dominus, ne plus licuerit malitiæ, ſe cibum obtulit: vt quia homines dicuntur energumeni, vtpote à dæmone poſſeſſi, dicerentur Deiferi à Chriſto Domino inhabitati. *Signum*, inquit Auguſtinus tract. 27. in Ioan. *quia manducauit & bibit, hoc eſt, ſi manet, & manetur, ſi habitat, & inhabitatur: ſi hæret, vt non deſeratur.* Quid pro Chriſti charitate exaggeratius? Quid verius?

Marci 5. v. 7.

Chryſol.

§. LXXXIII.

Qui Numini aduerſus, homini difficulter exiſtit gratus.

347 INgratitudo generaliſſima lues, & vniuerſalis peſtis fere omnes ferit, aut tangit: eò res deuenit, vt periculoſiſſimum ſit beneficia magna in aliquos conferre: argumentum nihil debentium odio quærunt, & inde armantur in benefactorem hoſtes, vnde pro benefactore militare debuiſſent liberalitatis teſtes. *Multos*, aiebat Seneca lib. 1. de benef. cap. 1. *experimur ingratos*; verùm etſi ingratitudo poſſederit plurimos, illi præ cæteris hoc laborare ſolent errore, qui à diuina exorbitant lege. Religionis cultor, virtutiſque amator, æquitatis in ſchola didicit vicé benefactori rependere, aut ſaltem laudabili confeſſione perſoluere; at virtutis transfuga, qui eius caſtra ignominioſè deſeruit, & ad latiſſimum vitiorum campum excurrit, humana quodammodò natura exutus, inuenitur ſemper ingratus. Hanc veritatem cõfirmat textus, dum poſtquam retulit Hebræos verã religionem cum nefando Baalis cultu commutaſſe, ſtatim ſubiecit, Gedeoni illorum de tot calamitatibus liberatori nullatenus miſericordiã feciſſe: *Nec recordati ſunt Domini Dei ſui, qui eruit eos de manu inimicorum ſuorum omnium per circuitũ, nec fecerunt miſericordiam cum domo Ierobaal Gedeon iuxta omnia bona, quæ fecerat Iſraeli:* Ingentiſſima Gedeon in Iſraelitas contulerat beneficia, hoſtes infenſiſſimos quam longiſſimè exterminarat, pacem adduxerat, tranquillitatem curis ſolicitiſſimis innutriuerat, cõmodis, diuitiſque omnes exundare fecerat; verùm dum à vera Religione deſciſcẽt populus inſaniuit, ingratitudinis etiam metas tranſgreſſus in Gedeonis filios manus armauit, familiam omnem impiiſſimo ferro deleuit, Gedeonis nomẽ ſanguine effuſo deleuit, & ferali truculentia partam tot laboribus gloriam ſepeliuit. Adeſt Arias Montanus ad hunc locum: *Dei veri, & vnici, ſibi ipſe ſingulariter proprij nec mentionem quidem fecerunt; ſed nec vllam grati animi, & humani erga virum optimum, de ſeque recenti victoriæ exemplo, ac diuturnæ gubernationis munere benemerentem, rationem habuerunt; imò, quod omne ſceleris exemplum vincit, acceptum à viro beneficium crudeliſſimo in domum illius maleficio compenſauere.* Quid aliud foret expectandum à Religionem deſerentibus, à fœdifragis, & idololatriæ ſeruientibus? Dum ſe putant aliquid acceпturos, acceptorum videbis prorſus oblitos: vt omnibus compertum ſit, diuinis legibus aduerſos ferè ſemper erga benefactores ſumma ingratitudine denigratos.

Seneca.

Montan.

348 Athalia humanâ facie truculentiſſima fera in omnem regiam progeniem ſic deſæuiit, vt prorſus extinxerit: Ioiadas Sacerdos quem furoris tempeſtati ſubtraxerat Ioſaba, partes Ioas adiuuit, illumque throno, & thronum illi reſtituit; verùm cùm mors ſenem grãdæuum virtutibus ac diebus plenũ abſtuliſſet, Ioas abiecta diſciplinâ ad impietatem tranſiuit, & impietatis cultum Zachariæ Ioiadæ filij morte impiiſſima cumulauit: *Poſtquam obiit Ioiada, ingreſſi ſunt Principes Iuda, & adorauerunt regem, qui delinitus obſequiis eorum acquieuit eis, & dereliquerunt templum Domini Dei patrum ſuorum, ſeruieruntque lucis, & ſculptilibus.* Zacharias Ioiadæ

2. Paralip. 24. v. 17.

logitima proles, ac Zeli hæres religionis ſuſcepit patrocinium Deiſque ſpiritu afflatus impietati reſtitit, & ſe periculis pro virtute tuenda intrepida fronte appoſuit. Quid tunc? Rex dura lapidum grandine iuſſit percuti, repetitiſque ictibus vitâ mulctari: *Congregati aduersùs eum miſerunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini. Et non eſt recordatus Ioas rex miſericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius ſecum; ſed interfecit filium eius.* Crudelis mors collati beneficij fuit merces, & vt diceſſit à Religione, obcuratus eſt Ioas impiiſſima ingratitudine: Deo ingratus eximij in ſe collati beneficij inuenitur etiam oblitus: quia impietatis erga Deum ſoror fuit benefactoris oblitio? & qui diuinas nõ horruit leges ſacrilege temerare, non abhorruit benefactoris filiũ de medio tollere: *Oſtẽditur*, inquit Lyra, *conditio aggrauans peccatũ: quia Ioiada fecerat bona erga regem.* Addit Gloſſa moralis: *Per Principes Iuda, qui diuinos honores regi Ioas exhibuerunt, ſignificantur adulatores regum, & potentum, & ſic faciunt eos vitiis inſanire & relinquere timorem diuinum, ſicut iſte Ioas dereliquit adulationibus Principum delinitus, & prædicatores veritatis contemni, & vſque ad mortem aliquando perſequi.* Veritus nõ eſt beneficiũ ſumma ingratitudine ſoluere: quia nõ timuit a Religione deſciſcere: & quãdo Numini iniurius, extitit hominibus gratus?

Lyra. Gloſſa. Adulatio mentem Principibus eruit.

349 De conſulando ſibi rege ſyluæ arbores cogitarunt, nec adeò exularunt, à luce, vt oliuam lucis matrem non adierint, thronumque obtulerint: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem: dixerúntque oliuæ: Impera nobis:* oliua opus eſſe pinguedinem Numinibus denegare, ſi reipublicæ clauum malit tenere, reſpondit: *Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur, & homine, & venire, vt inter ligna promouear?* Mira res: his auditis non inſtiterunt; ſed ad ficum conſalutandam celeriter feſtinarunt: *Dixerunt ligna ad arborem ficum: veni & ſuper nos regnum accipe.* Expendamus, ſi placet, cur arbores non inſtiterint, quandoquidem excuſatio ab oliua adducta arborũ votis non videbatur aduerſa? Si pinguedine non vtuntur arbores; ſed dij & homines, quid arborum intererit, pinguedine careat, exſucca, dum adminiſtret regimen ſedula? O profundam nobis eruditionem! Si pinguedine viduetur oliua, coram Deo non lucebit, nec tributum debitum ſoluet: ergo dũ Deo probatur ingrata, arboribus eſſe nequibit proficua, quandoquidem Deum contemnens omnes rationis leges violabit, & terminos æquitatis tranſiliet. Et quid acerbius plantis accidere potuiſſet, quàm Principem Dei oblitum conſalutare? Prudentiſſimè ergo dum pinguedine audiunt deſtituendam, deſiſtunt: nec enim poterat illi reſpõdere grata, quæ Numini probabatur infenſa. Adeſt Abulenſis q. 29. *Ego deſeram pinguedinem meam, propter promotionem ſcilicet: quia neceſſe erat dimittere illam, ſi regnaret.* Dum audiuit diuini obſequij oblitam, nullatenus replicant; ſed ad aliam plantam, quærendam properant. Itaque qui Dei charitate nudatur, qui pietate exuitur, qui conſcientiæ hilaritate ob culpas perpetratas fraudatur, non ſolùm eſt declinandus; ſed prorſus fugiẽdus. Quid ſperes à Iudice, Profecto, cui conſcientia nulla, cui pro iure iniuſtitia, cui pro legibus eſt audacia? Sanè qui à Deo oculos auertit ad omne flagitium inuenitur expromptus, & ad omne erratum aptiſſimus.

Iudic. 9. v.

Abulenſ.

350 Iacob ſoceri ſui oues ea agebat ſolicitudine, vt cadẽtes oculos detineret, sõnoq; debitos furaretur,

Digitized by Google

ne carnium̃ alicuius feræ truculentia ſimplices agnos dilacerarit; verùm poſt tot officia, poſt tanta bona fide gregis incrementa merces fuit durum ſoceri ſupercilium, factioſa leuitorum querela, & violatæ ſæpè fidei iniuria. Iam ſi quæras cur fœda adeò ſe ingratitudine macularit Labanus reſpondebit ſacer textus, idola coluiſſe, quæ Rachel abſtulit pio Religionis Zelo, aut digno compenſationis ſtudio: *Furata eſt*, inquit, *idola patris ſui*. Idololatra veri Dei cultum ignorabat, dumque obſequium Numini debitum ad idola retorquebat, erga Iacobum gratus eſſe nequibat. Profectò ſi Laban erga Numen fuiſſet deuotus, Iacob diuitias non abſtuliſſet iniurius; verùm nil niſi rationi æquitatiſque aduerſum ſperandum fuit ab homine vitiis dicato, & idolorum cultui addicto. *Exemplo gentium*, inquit Caietanus ad Geneſis 31. *inter quas viuebat, colebat idola*. Vitiorum cultor ingratitudine denigratur, & æquitatis legem tranſgreditur.

Geneſ. 31. v. 19.

Caietan.

CAPVT NONVM.

VERS. 1. ABIIT autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos & ad omnem cognationem domus patris matris que ſuæ, dicés 2. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis eſt melius, vt dominentur veſtri Septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vobis vnus vir? ſimulque conſiderate quòd os veſtrũ & caro veſtra ſum. 3. Locutiq; ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauernnt cor eorum poſt Abimelech, dicentes: Frater noſter eſt. 4. Dederúntque illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith. Qui conduxit ſibi viros inopes & vagos, ſecutique ſunt eum 5. Et venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal, ſeptuaginta viros ſuper lapidẽ vnum: remanſitque Ioathan filius Ierobaal minimus, & abſconditus eſt. 6. Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello: abieruntque, & conſtituerunt regem Abimelech, iuxta quercum quæ ſtabat in Sichem. 7. Quod cùm nuntiatum eſſet Ioathan, iuit, & ſtetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce clamauit, & dixit: Audite me viri, Sichem, ita audiat vos Deus. 8. Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem: dixeruntque oliuæ: Impera nobis. 9. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur, & homines & venire, vt inter ligna promouear? 10. Dixerúntque ligna ad arborem ficum: veni, & ſuper nos regnum accipe. 11. Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear? 12. Locutaqne ſunt in ligna ad vitem: veni, & impera nobis. 13. Quæ reſpondit eis: Nnmquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera ptomoueri. 14 Dixerúntque omnia ligna ad rhamnum: veni & impera ſuper nos. 15. Qui reſpondit eis: ſi verè me regem vobis conſtituitis, venite, & ſub vmbra mea requieſcite: ſi autẽ nõ vultis egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani. 16. Nunc igitur, ſi rectè, & abſque peccato conſtituiſtis ſuper vos regem Abimelech, & benè egiſtis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidiſtis vicem beneficiis eius, qui pugnauit pro vobis, 17. & animam ſuam dedit periculis. vt erueret vos de manu Madian, 18. qui nunc ſurrexiſtis contra domum patris mei, & interfeciſtis filios eius ſeptuaginta viros ſuper vnum lapidem, & conſtituiſtis regem Abimelech filium ancillæ eius ſuper habitatores Sichem eò quòd frater veſter ſit: 19. Si ergo rectè & abſque vitio egiſtis cum Ierobaal, & domo eius, hodie lætamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis. 20. Sin autem peruersè, egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech. 21. Quæ cùm dixiſſet, fugit, & abiit in Bera: habitauitque ibi ob metum Abimelech fratris ſui. 22. Regnauit itaque Abimelech ſuper Iſraël tribus annis. 23. Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichem; qui cœperunt eum deteſtari, 24. & ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobaal, & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum principes, qui eum adiuuerant. 25. Poſuerúntque inſidias aduerſus eum in ſummitate montium, & dum illius præſtolabantur aduentum exercebant latrocinia agentes prædas de prætereuntibus. nuntiatúmque eſt Abimeleth. 26. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus

Digitized by Google

tribus ſuis, & tranſiuit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem. 27. Egreſſi ſunt in agros vaſtantes vineas, vuaſque calcantes: & factis cantantium choris ingreſſi ſunt fanum Dei ſui, & inter epulas, & pocula maledicebant Abimelech. 28. Clamante Gaal filio Obed: Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? numquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Emor patris Sichem? Cur ergo ſeruiemus ei? 29. Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Dictumque eſt Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & veni. 30. Zebul enim Princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde. 31. Et miſit clam ad Abimelech nuntios, dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ciuitatem. 31. Surge itaque nocte cum populo, qui tecum eſt, & latita in agro. 32. Et primo mane Oriente ſole, irrue ſuper ciuitatem. Illo autem egrediente aduerſum te cum populo ſuo, fac ei quod potueris. 33. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor locis. 34. Surrexit Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor locis. 35. Egreſſuſque eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de inſidiarum loco. 36. Cúmque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpondit: Vmbras montium vides quaſi capita hominum, & hoc errore decipieris. 37. Rurſumque Gaal ait: Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cuneus venit per viam, quæ reſpicit quercum. 38. Cui dixit Zebul: Vbi eſt nunc os tuum, quo loquebaris: quis eſt Abimelech, vt ſeruiamus ei? Nonne hic eſt populus, quem deſpiciebas? Egredere, & pugna contra eum. 39. Abiit ergo Gaal, ſpectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech. 40. Qui perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit: ceciderunteque ex parte eius plurimi, vſque ad portam ciuitatis: 41. Et Abimelech ſedit in Ruma; Zebul autem Gaal & ſocios eius expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt commorari. 42. Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum. Quod cùm nuntiatum eſſet Abimelech. 43. Tulit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas tendens inſidias in agris. Videnſque quòd egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit, & irruit in eos. 44. Cum cuneo ſuo oppugnans, & obſidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum aduerſarios perſequebantur. 45. Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret. 46. Quod cùm audiſſent, qui habitabant in turre Sichimorum, ingreſſi ſunt fanum dei ſui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. 47. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos. 48. Aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo: & arrepta ſecuri, præcidit arboris ramum, impoſitúmque ferens humero dixit ad ſocios: Quod me videritis facere, citò facite: 49. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur Ducem. Qui circumdantes præſidium, ſuccenderunt: atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille homines necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem. 50. Abimelech autem inde proficiſcens venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obſidebat exercitu. 51. Erat autem turris excelſa in media ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula. 52. Accedénſque Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur: 53. Et ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iacens, illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius. 54. Qui vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus ſim. Qui iuſſa perficiens interfecit eum. 55. Illoque mortuo, omnes, qui cum eo erant de Iſraël, reuerſi ſunt in ſedes ſuas: 56. Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. 57. Sichimitis quoque, quod operati ſunt, retributum eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioathan filij Ierobaal.

§. I.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 1. Abiit autem Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matriſque ſuæ, dicens:

Verſ. 2. Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis eſt melius, vt dominentur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir? Simulque conſiderate quod os veſtrum, & caro veſtra ſum.

Verſ. 3. Locuti ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos. Et inclinauerunt cor eorum poſt Abimelech, dicentes: Frater noſter eſt.

Verſ. 4. Dederuntque illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith. Qui conduxit ſibi ex eo viros inopes, & vagos, ſecutique ſunt eum.

Verſ. 5. Et venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum. Remanſitque Ioathan filius Ierobaal minimus, & abſconditus eſt.

1 ETſi compertum non eſſet, totque ſæculis comprobatum ambitionem exoculatam, amentem, & truculentiſſimam eſſe, ſatis erat Abimelechus, vt ſuis factis oſtenderet, & probaret peſtilentiores non eſſe generi humano, quas antiqui gehennales confinxere furias, quàm ambitioſas, ac truces cupiditates. Ergo demortuo iam patre ambitione flagrans incredibili animoſitate conatus eſt Abimelech regnum ſibi præripere, ad idque conſequendum omnem, vt dicunt, lapidem mouit: ab ipſo officio paterni funeris, vt placet Abulenſi q. 1. iter arripuit ad Sichem, vt Sichimitarum auxilio quod impiè cogitaret, expleret. Primum vbi illuc peruenit, ſtudium fuit omnem cognationem ſuam in concilium vocare, & quid ipſe animo gereret, aperire: fingebat, ni ipſe inauguraretur, omnes Gedeonis filios dominatum fore ſortituros, nec quid grauius poſſe Reipublicæ contingere, quàm multis dominis ſubiacere. Addebat ab aliis, cùm extranei eſſent, nil poſſe Sichimitas ſperare; ſi tamen ipſe faſtigium dignitatis inſcenderet, præter honorem, qui omnibus regis cognatis reſultabat, magnam illis fore ſpem lucri, quandoquidem tum conſanguinitatis lex illis ſuadebat benefacere: tum etiam gratitudinis ius cogebat promouere, quos ſibi fauentes partialeſque expertus fuerat. Adiiciebat Gedeonem eorum Numini fuiſſe aduerſum, eius euertiſſe aras, lucos præciditſſe ea ſuperbia, eáque animoſitate, vt ex factis adeò ſceleſtis nomen ſibi Ierobaal procuderit, & oſtentarit, modoque opportunitatem adeſſe ad antiquæ religionis iniurias vindicandas, præcipuè ſi cognatus Princeps inauguraretur, cuius ope dubitari non poterat antiquas ceremonias reſtaurandas, & exinceps ſtabiliendas. Hanc orationis vim eſſe teſtatur Arias Montanus. Cognati oratione perſuaſi primores Sichem alloqui inceperunt: loco illius, *Ad omnes viros Sichem*, ex Hebræo vertit Pagninus: *In auribus dominorum Sichem*. Caiet. *Ad omnes heros Sichem*. Abulenſis q. 7. exiſtimat Abimelech patruos magnæ fuiſſe auctoritatis, ſiquidem illis non erat difficile primores in concilium vocare, & ſtudium ſuum perſuadere: *Mater Abimelech*, inquit, *habebat viros aliquos potentes in Sichem, qui erant fratres ſui, quod patet, quia illi potuerunt congregare totum populum Sichem, & perſuadere quòd acciperent Abimelech in regem.*

Montan. Pagnin. Caiet. Abulenſ.

2 Cognati reliquos ſpe vtilitatis, & honoris ambitione inflammarunt, & iam totus populus Sichimitarum regem conciuem ſuum ſuſpirabat, & quomodo id conſequi poſſet, ſecum conferebat. Ergo ſummam efficaciam, diligentiam; ſolertiamque in re tanti ponderis adhibendam fore non dubitantes, regem ſibi conſalutare ſtatuerunt, & acie contra plures, quæ exorituræ videbantur difficultates, datâ pecunia obarmarunt.

3 Cognati, ne fortè, ſi quis ex proprio penu ſummam aliquam dilargiri cogeretur, à conſilio reſiliret, ſtatuerunt à fano Dei recens inaugurati, & ad cuius dedicationem fortè argentum illud populus obtulerat, accipiendam eſſe eam ſummam, quæ formando exercitui ſatis videbatur: ſic enim nullo ciuium diſpendio; imò emolumento maximo res felicem exitum ſortiretur. Addebant fortè ipſius Numinis intereſſe eam pecuniam ad conducendos milites erogari, quandoquidem non tam erat Abimelechi animus poteſtatem ſuam ampliare, quàm Numinis cultum, & religionem defendere. Septuaginta tranſtulerunt: *Dederunt ſeptuaginta argenti*: vnde nonnulli putant ſeptuaginta argenti libras à fano acceptas. Hebræus habet *ſeptuaginta argenteos*: Chaldæus idem. Verùm cùm exigua adeò ſumma principi à populo decenter non videatur exhibita, præcipuè ad comparandum exercitum, exiſtimant Interpretes ſiclos aut talenta ſupplendum. Arias Montanus putat eos nummos ab ærario numinis depromptos non tam ad militum commeatum, & ſtipendium, quàm ad felix futuræ victoriæ auſpicium, quandoquidem nummo veluti teſſerâ eos Baal ſibi adlegebat in milites, & curaturum ſe quodammodò promittebat remouere illis pericula, & aſciſcere ſemper commoda. Ex pecunia conduxit quàm citò ſibi Abimelech viros, vt placet Caietano, præcipites, & ad arma proclives.

Septuag. Hebraica.

4 Primùm tyranni ſtudium fuit omnia regni ſui impedimenta remouere, & feralem ſuam ſæuitiam religionis fuco colorare. Quàm benè repetere poſſet Ouidius, quod Metamorphoſ. 8.

Mitius inueni, quàm te, genus omne ferarum.

Affectauit impiiſſimus in religionis obſequium ſe naturâ exuere, nec fraternitatis legibus teneri, dum oportebat Baal ſatisfieri de euerſis aris, luciſque ſuccisis: & quia iam ſceleris auctor obierat, in eius filiis vindicandum à parente perpetratum, & in Baal iniuriosè commiſſum, teſtabatur ſubdolus

ſubdolus religionis vindex, ſéque fatebatur eadem pœna dignum, nec minus obnoxium quàm fratres ſupplicio, ni religionis zelo, & pietatis ſtudio Numinis gratiam ſibi conciliaſſet. Iam occidiſſe fratres lata ſententiâ, & acta apud tribunalia cauſa indicat textus, dum ſuper lapidem vnum eos omnes decapitaſſe teſtatur. *Omnes iſti*, inquit Abulenſis q. 21. *manebant adhuc in domo paterna: quia modicum tempus tranſierat ex morte patris. Et occidit omnes Abimelech non tamquam hoſtis trucidans eos; ſed tamquam index, cùm ſuper vnum lapidem fecerit omnes decapitari.* Itaque, ne inauditâ truculentiâ odium ſibi conciliaret, religionem affectauit, & de ipſa impietate elogium ſibi procudit. Abulenſ.

Verſ. 6. Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & vniuerſæ familiæ vrbis Mello. Abierunt, & conſtituerunt regem Abimelech, iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem.

5 Stragis, quam pro religione putarant peregiſſe, illatæ fratribus necis merces fuit ad regalem thronum euectio & conclamatio. Ergo non ſolùm Sichimitæ; ſed & ciues Mello, quod oppidum cenſeo vti non diſtans à Sichimis, ſic familiaritate coniunctum, conuenerunt iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem, vt regem conſalutarent. Nonnulli Rabbini pro quercu *in locum planum* vertunt. Hebræus ſic habet: *Iuxta quercum ſtatuæ quæ erat in Sichem.* Septuaginta paulò aliter: *Iuxta quercum inuentam ſtationis, quæ in Sichimis.* Chaldæus planitiem vertit: vnde plures exiſtimant aliqua in platea ex erectione alicuius ſtatuæ celebri conſalutationem peractam, cúmque antiqui de more haberent iuxta fontes aut arbores reges ſuos inaugurare; hanc Sichimitæ ceremoniam noluerunt omittere; ſed circa quercum Abimelechum regem conclamarunt. Rabbini. Heb. Septuag. Chald.

Verſ. 7. Quod cùm nuntiatum eſſet Ioathan, iuit & ſteţit in vertice montis Garizim, eleuatáque voce clamauit & dixit: Audite me viri Sichem, ita audiat vos Deus.

6 Sichem ad radices montis Garizim, vt placet Abulenſi q. 24. iacet: ideò arduum non erat, ſiue conuentus in aliqua ciuitatis platea, ſiue extrà fieret, quod textui conformius, elata voce electores carpere, & futuram ſtragem conijcere, & denuntiare. Ergo Ioathan verticem inſcendit, vt ex editiori loco vox melius audiretur, vtque proſpectare poſſet, an ad ipſum capiendum quis tenderet, quo ſe facilè fugæ poſſet committere. Hanc proclamationem exiſtimat Abulenſis fuiſſe ortam à ſtudio conciliandi ſibi Sichimitarum fauorem, ſi præmoniti erraſſe nouerint. Mihi videtur clamaſſe, vt nefandum adeò ſcelus imprecatis maledictionibus argueret, & caſtigaret. Parabolam intulit: quia parabolæ tenaciùs memoriæ hærent, & dum aliquid latere arcanum demonſtrant, humanam ad inueſtigandam viuidiùs curioſitatem ſolicitant.

§. II.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 8. Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixeruntque oliuæ: Impera nobis.

Verſ. 9. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur, & homines, & venire, vt inter ligna promouear?

SEptuaginta vertunt: *Numquid derelinquens pinguedinem meam, in qua glorificabunt Deum viri?* Hebræus ita: *Numquid relinquam pinguedinem meam, quæ per me honorificant deos, & homines?* Paulò aliter Chaldæus: *Num deſeram vnctionem meam, quod ex ea honorantes ante Dominum, & in ea deliciantur filij hominis?* Quærunt Interpretes quomodo hæc parabola hiſtoriæ, & Ioathan intentioni conueniat: nam cum Sichimitæ nullum alium ex Gedeonis filiis præter Abimelechum deſiderarint, & modò ad inaugurandum conuenerint, non videbatur apta ſimilitudo oliuam, ficum, & vitem adeuntium. Toſtatus q. 28. refert ex aliquorum opinione Sichimitas deliberaſſe inter ſe, an aliquem ex Gedeonis filiis eligerent, timuiſſeque, ne accepta poteſtate ſuperbirent, & ob id Abimelech elegiſſe, quem ob natalium defectum ſperabant non ſuperbire; ſed illorum curam agere. Quod quàm è contra futurum, rhamni vento agitati ſimilitudine Ioathamus oſtendit. Hanc ſententiam reprobat ipſe Abulenſis, & iure: tum quia nec Sichimitæ in hanc cogitationem inciderant, nec Gedeonis filios ſuſpectos habere poterant. Hebræi, & Nicolaus putant oliuam, ficum, & vitem hîc adduci ad ſignificandum Othoniel, Debboram, & Gedeon recuſaſſe principatum, quo rhamni, id eſt Abimelech & præceps audacia, & tumida fugillaretur ſuperbia. Alij exiſtimant hanc fabulam prouerbialem fuiſſe apud Hebræos, voluiſſeque Ioathan eâ vti, non quod omnino propoſito ſuo congrueret; ſed quia eius quædam pars adaptabatur intento; nempe electum rhamnum eiaculatum ſtammas, quibus electores in cedris ſignificatos adureret, & in nigros cineres verteret, quò ab ipſo iniuſtè electo ſubirent pœnam, qui, vt eligerent, ambitioſam perpetrauerant culpam. Non fero de his opinionibus ſententiam; exiſtimatem tamen parabolam ad electionem carpendam apprimè adaptari, quandoquidem ad carpendam fugillandamque hanc deteſtabilem electionem inducebatur electio à truncis peracta, in qua, ni oliua, vitis, ficuſque imperium repudiaſſent, rhamnus nullatenus eluceret electus; cùm tamen hic contrarium prorſus euenerit, & abiecta oliua, vite, ficuque rhamnus, id eſt Abimelech conſalutatus thronum inſcenderit, à quo non erat dubium promanaturum ipſis electoribus ſupplicium. Oliua pinguedinem ſuam, qua dij hominesque vtebantur, non poſſe deſerere obiecit: *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam*, &c. verùm cùm his commodis ob promotionem non videretur ſpolianda, ſcrutantur Interpretes excuſationis arcanum. Abulenſis q. 29. allatam ſic excuſationem 7 Septuag. Chald.

nem explicuit : *Cùm homo manet vt persona priuata, potest conari ad proficiendum in bonis suis, & potest exornare mores suos considerando quantum quotidie proficiat, & quantum deficiat ; cùm verò ad statum regiminis extollitur, tanta alienarum curarum mole premitur, quod ad se ipsum vix redire possit, cùm tota solitudo, qua iam pridem erga se impendebatur, nunc ad exteros adhibenda sit.* Itaque inuitatæ ad regnum plantæ, nouerunt sibi aut regimini solicitudini defecturas : ergo maluerunt profectum, quàm splendorem euanidum. Abulens.

Vers. 10. Dixeruntque ligna ad arborem ficum : Veni, & super nos regnum accipe.

Vers. 11. Quæ respondit eis : Numquid possum deserere dulcedinem meam, fructusque suauissimos, & ire, vt inter cætera ligna promouear?

8 Septuag. Chald. Septuaginta Interpretes habent : *Numquid derelinquens ego dulcedinem meam, & genimina mea bona?* Chaldæus : *Numquid deseram dulcedinem meam, & caricam meam pulchram?* Ficus oliuæ exemplo, & dulcedinis incommodo persuasa regnum etiam repudiauit, malens iteratis fructibus exundare, quàm eis elatam ad fastigium carere. In Hebræo habetur loco dulcedinis, *renouationem bonam meam* ; ac si dicat : malo duplicatis fructibus exornari, quàm in regendis aliis curam impendere.

Vers. 12. Locutaque sunt ligna ad vitem : Veni, & impera nobis.

Vers. 13. Quæ respondit eis : Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines, & inter ligna cætera promoueri?

9 Hebr. Chald. Hebræus legit : *Numquid derelinquam mustum meum?* Sic Chaldæus : *Numquid deseram vinum meum, quod ex eo libantes ante Dominum, & in eo gaudentes Principes?* Similem ac à cæteris, à vite arbores tulere repulsam. Vinum deos lætificare dixit, quia apponebatur in sacrificiis : nam vnum ex libaminibus vinum erat ; aut fortè, cùm ista fabula exordium à gentilibus habuerit, existimabatur Deos suis in nuptiis lautioribus poculis vti ; imò & annoso vino inebriari. Itaque expendit vitis, quanta erga deos, hominésque amitteret officia, quantaque illi ex dignitatibus manarent commoda : cúmque maiora essent amittenda lucra, quàm accipienda incrementa, noluit vt imprudenter adularetur vanitati, refragari saluti. Ergo repulsæ arbores ad rhamnum conuenerunt.

Vers. 14. Dixerúntque omnia ligna ad rhamnum : Veni, & impera super nos.

Vers. 15. Quæ respondit eis : Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite : Si autem non vultis, egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.

10 Inuitatus rhamnus ad imperium, in ipso etiam exordio manifestauit superbiam : nam dicentibus arboribus ; veni ; noluit obedire ; sed dicendo, venite, & requiescite, exorsus est imperare ; imò minatus est flammas, si serio animo non obtulerint ; sed nugando vocarint : nec enim ex his arboribus erat, quæ illatam sibi tulerint patienter iniuriam ; sed ex his, quæ ab illusoribus & iniuriis dignam expetiuerint pœnam : Septuaginta habent : *Subsiste in vmbra mea.* Hebræus : *Speravate in vmbra mea.* Vt efficaciùs electores alliceret, omnem commoditatem sub eius tutela vmbraque degentibus fore asserit ; sed qui promiserat, vt eligeretur, placidam vmbram, eiaculatus est iam electus ardentissimam flammam, nec iam in exiguos, ac debiles frutices, vt fieri solet ; sed in cedros etiam montium cacumine elatas, floriditate eximias, altitudinéque proceras. Oblatis commodis, intentatis minis regnum sibi rapuit, & qui heri rhamnus despectus, iam hodie pompâ lucet inauguratus. Septuag. Hebr.

Vers. 16. Nunc igitur, si rectè & absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, & benè egistis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius, qui pugnauit pro vobis.

Vers. 17. Et animam suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian.

11 Vt Abimelechus Gedeonem Ierobaalis nomine protulerat ad inuidiam conciliandam ; sic Ioathan eo nomine vsurpauit ad amplificandam gloriam : hic namque vti veræ religionis studiosus euersas idolorum aras dilaudauit ; alter verò vti idololatra, & idololatris morem gerens, eo nomine notam inussit : ergo Ioathan quanta Gedeon tulerit pro Sichimitarum libertate ac salute, retulit, vt eorum non solùm ingratitudinem ; sed feralem sæuitiam carperet, & sæculis futuris ostenderet. Dum sperant vmbram, beneficiorum obliterauere memoriam, vt repetat Seneca, quod lib. 3. de Benef. cap. 3. *Præter hanc causam alia quoque sunt, qua nobis merita nonnunquam maxima velant. Prima omnium ac potissima, quòd nouis semper cupiditatibus occupati non quid habeamus ; sed quid petamus, inspicimus : non in id, quod est ; sed quod appetitur, intenti.* Non attenderunt accepta, dum sperauere futura. Seneca.

Vers. 18. Qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituistis regem Abimelech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eo quòd frater vester sit.

Vers. 19. Si ergo rectè, & absque vitio egistis cum Ierobaal, & domo eius, hodie lætamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis.

Vers. 20. Sin autem peruersè, egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello : egrediaturque ignis de viris Siehem, & de oppido Mello, & deuoret Abimelech.

12 Parabola solùm minabatur ex rhamno ignem eiaculandum, quo vstulatæ cedri cinerescerent ; modo

modò verò imprecatur è Sichimitis etiam flammas prodire, quibus Abimelechus vſtulatus pereat, & deteſtandum adeò piaculum ſoluat. Adiunxit virtuti lætitiam, vt vitio flammam, quò noſceremus, quantumuis ſe potentia protegat ab humanis, è cœlo, vnde ignis, acribus inflictis ſcelus luituram pœnis: vt è contra, etſi virtus externum non ſortiatur præmium, ab ipſa conſcientia perpetuum reſultare gaudium. *Gaudium hoc*, aiebat Seneca epiſt.59. *non naſcitur niſi ex virtutum conſcientia, non poteſt gaudere, niſi fortis, niſi iuſtus, niſi temperans: quid ergo, inquis: Stulti ac mali non gaudent? Non magis quàm prædam naſti leones.* Gaudent peruerſi in malefactis, gaudent, cùm ſe vino, & eius prole libidine ingurgitarunt; verùm vt noueris hoc gaudium non ſolidum; ſed cruſtatum, Virgilium audi:

Seneca.

Namque vt ſupremam falſa inter gaudia noctem
Egerimus, noſti.

Virgil.

Exprobrat Septuaginta viros occidiſſe, & ſi ipſe ab illo numero fuerit ſubtractus: quia Sichimitarum furor eius ſimiliter ſitiebat ſanguinem, ſuſpiraueratque necem: & licèt per ſe Gedeonis filios Sichimitæ non occiderint, interfectores dicuntur, quia pecuniam exhibuerunt, qua occiſores conducti, & milites inflammati.

---

§. III.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 21. Quæ cùm dixiſſet, fugit, & abiit in Bera: habitauitque ibi ob metum Abimelech fratris ſui.

Verſ. 22. Regnauit itaque Abimelech ſuper Iſraël tribus annis.

13 HAnc fugam omni pernicitate arreptam, & anxia celeritate procuratam indicant Septuaginta ſic: *Et fugit Ioathan, & ſeceſſit, & iuit vſque Beer.* Idem Hebræus: *Et fugit Ioathan, & fugit, & abiit in Beer.* Cùm Ioathan aliam ſortem, ac fratres ſui ſubierant, ſibi promittere nequiret, & ex alio capite Abimelechi truculentiam ac ſæuitiam dura hac obiurgatione concitaſſet, prudenter conſulendum ſibi fugâ decreuit, & alas metu addente, ſe quàm citò Sichimitarum oculis ſubtraxit, & in Bera recepit. *Bera*, vt placet Abulenſi q.31. multum diſtabat ab vrbe Sichem, eratque in ſorte Ephraïm, qui non ſolùm tunc Abimelechum non ſalutarant; ſed ægrè ſalutatum fuiſſe ferebant: nam cùm Ephraïtæ Manaſſæis fuerint antelati, Abimelecho ex patre Manaſſitæ dedignabantur poſtponi. Ergo illum in regem non adorarant: & quamuis dicatur regnaſſe ſuper Iſraël tribus annis, intelligendum eſt maiori dominatum parti, non omni: alioquin Ioathan, ſi Bera ciues Abimelechi imperio ſubiecti, tutum non ſortiretur aſylum; ſed effugium periculoſum. Quàm breuiſſimum imperij tempus Abimelecho Imperatori fuiſſe tradit Scriptura: nec enim imperium dolo, vi, ac tyrannide inuaſum diu potuit ſtabiliri; imò mirum fuit citiùs non labi. Nec ſolum ſpatium dominationis fuit anguſtum; ſed quàm maximis diſſidiis, inteſtinisque certaminum procellis obturbatum: magnis etiam angoribus, ſuſpicionibus, timoribuſque pacem infeſtantibus nubilum: nec enim iuſtitiæ oculus ſæuæ adeò immanitatis, & feralis ambitionis vltionem diu diſtulit; ſed eos ipſos, qui dignitatis fautores, paciſque tutelares videbantur, in inimicitiarum ac diſcordiæ inſtrumenta verti permiſit, vt ſequens verſus declarat.

Septuag. Hebraica.

Abulenſ.

Verſ. 23. Miſitque Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichem: qui cœperunt eum deteſtari.

Verſ. 24. Et ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobaal, & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum Principes, qui eum adiuuerant.

Septuaginta habent: *Spiritum malignum.* Idem Hebræus, & Chaldæus. Per ſpiritum peſſimum cacodæmonem intelligit Caietanus, quo mediante & odium exarſit, & diſcordia viguit. Ergo miſſus dicitur à Deo: quia permiſſus odia diſſeminare, & vtramque contra ſe ipſam partem acuere. Longam hic aliqui diſputationem texunt, videlicet an Deus concurrere poſſit, & quomodò ad peccatum: nam cùm hîc odium ſpiritus peſſimi nomine ſignificatum à Deo dicatur immiſſum, videtur Deus eius odij auctor: cumque Deus iniquitatem reſpicere non valeat, diſputant, quomodo peſſimus à Deo dicatur ſpiritus miſſus. Auguſtinus q.45. ſic rem diffinit, videlicet; *Si dæmon odia diſſeminaturus adfuit, non eſt dicendus miſſus; ſed permiſſus; ſi autem exagitabat, excruciabatque Sichimitas in ſceleris admiſſi mulctam, miſſus dici poterat.* Caietanus ſic ait: *Deus iuſtus iudex miſit vel dæmonem, qui eſt ſpiritus malus ad efficiendam diſcordiam inter Abimelech, & Sichimitas, vel per ſpiritum malum ſignificatur malus affectus mutuus inter Abimelech, & Sichimitas: virtute autem modo intelligas, verificatur quòd Deus miſit tamquam auctor, efficiendo quidquid poſitiui entis fuit in hoc malo; permittendo autem malum culpæ.* Videtur Caietanus ſentire Deum ex ſe decreuiſſe materiale peccati; formale verò à creatura reſultaſſe. Caietani ſententiam multis improbat Pater Vaſquez diſp.95. cap.2. Abulenſis q.37. ſic ait: *Deus non miſit aliquid malum inter Sichimitas & Abimelech; ſed ſolùm dedit quemdam ſcrupulum in conſcientia Sichimitarum, per quem inciperent deteſtari malum, quod fecerat Abimelech.* Itaque ex Abulenſis ſententia deterſit iam exoculatæ affectionis caliginibus, quæ commiſerant ſcelera expenderunt; ſed qui conſcientiæ morſu vti debuiſſent ad commiſſam culpam deteſtandam, abuſi ſunt ad Abimelechi perſonam odio ardentiſſimo habendam. Itaque hic conſcientiæ vermis à Deo miſſus dici poteſt in ipſius peccati pœnam, & ad illud deteſtandum occaſionem opportunam.

13 Septuag. Caietan.

Auguſt.

Caiet.

Vaſquez. Abulenſ.

Verſ. 25. Poſueruntque inſidias aduerſus eum in ſummitate montium, & dum illius præſtolabantur aduentum exercebant latrocinia agentes prædas de prætereuntibus. Nuntiatumque eſt Abimelech.

Quod Sichimitæ conceperant odium, rupta iam fide manifeſtarunt, diſpoſitiſque latentes inſidiis, 15

Digitized by Google

ſidiis, quem ciuitatem repetiturum exiſtimabant, comprehendere, ac vinculis illigare moliti ſunt. Milites ad inſidias poſitos prætereuntes diſpoliaſſe apparet; vnde non tam erant excubiæ, quam graſſatores. Ita Septuaginta interpretes: *Et poſuerunt ei viri Sicimorum inſidiantes ſuper capita montium, & diripiebant omnem, qui prætereibat ſuper eos in via.* Septuag. Ferè idem habet Hebræus, & Chaldæus textus. Inſidiæ aduerſus Abimelechum ſtructæ, cùm iter agentes diſpoliarent, Sichimorum ſtudia detexerunt: vnde cùm notitia ad Abimelechum delata eſſet, ſe continuit, & inſidiantes fruſtrauit.

Verſ. 26. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſiuit in Sichimam: ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem.

Verſ. 27. Egreſſi ſunt in agros vaſtantes vineas vuaſque calcantes, & factis cantantium choris ingreſſi ſunt, & inter epulas & pocula maladicebant Abimelech.

Verſ. 28. Clamante Gaal filio Obed: Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Numquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Emor patris Sichem? Cur ergo ſeruiemus ei?

16 Rupta iam fide, belloque indicto videntur Sichimitæ auxilium à Gaal petiuiſſe, qui non modica turbâ ſtipatus ſe in ciuitatem recepit rapiendi ſibi reuera principatum, vt poſteà declarauit, deſiderio; ſed mentito tutandi Sichimitas ſtudio. Septuaginta ſic habent: *Et venit Gaal filius Iobed, & fratres eius, & tranſierunt in Sichima, & ſperauerunt in eo viri Sichimorum.* Septuag. Quis fuerit Baal, ſcriptura non refert; ex ipſo verò textu colligitur fuiſſe magnum & potentem virum, quem ſortiti Sichimitæ non dubitarunt eius auxilio, opeque poſſe in Abimelechum inſurgere, & principatu priuare. Cùm Gaal aduentauit, adfuiſſe videtur tempus vindemiæ: vnde eius patrocinio fiſſi videntur Sichimitæ vindemiam curaſſe, & ob feliciter peractam grates in templo numini retuliſſe, & variis ferculis, poculiſque indulgentes Abimelechum deieraſſe, & maledictionibus ac diris imprecationibus repleuiſſe. Hanc textus eſſe ſententiam videntur indicare Septuaginta: ſic enim habent: *Et egreſſi ſunt in agrum, & vindemiauerunt vineas ſuas, & calcauerunt, & fecerunt ellulum, & intulerunt in domum Dei ſui, & comederunt, & biberunt, & maledixerunt Abimelech.* Septuag. Verùm cùm noſtra vulgata vineas vaſtatas referat, putant nonnulli egreſſos fuiſſe plures, vt ardenti in Abimelechum eiuſque fautores adulantur odio, ad diripiendas, perdendaſque Abimelechi cognatorum, Principumque, qui eius adiuuerant partes, vineas iam vindemiæ maturas: nam cùm ipſe præmonitus eluſiſſet inſidias, ne prorſus fruſtrarentur ſtudio, veluti manu facta plebs vineas inuaſit, & ne quis putaret rapiendi adductam deſiderio, vuas ibi calcarunt, & eradicatis vitibus diruerunt. Ita innuere videtur Hebræus textus: *Inciderunt vineas eorum, & calcauerunt.* Heb. Quorum eorum? Cognatorum ſcilicet, fautorumque. Ita Abulenſis q. 38. Gaal opportunitatem nactus, intuituſque Sichimitas in Abimelechum inflammatos, eorum cœpit nobilitatem exaggerare, & quò igniculos maleuolentiæ iniiceret, foueretque, Abimelechum deiecit, vtpote qui Manaſſæo patre oriundus dominari voluerit Ephraïtis, quibus debeat poſtponi: nec tantùm per ſe exercuerit dominium; ſed Zebul quemdam è ſeruorum cenſu extulerit, eique Sichimitas ſubiecerit. Super viros Emor patris Sichem Zebulem dixit conſtitutum, quo non ſolùm Sichimitarum miſeriam; ſed ipſius oppidi quodammodo dolebat calamitatem, quandoquidem vrbs adeò celebris, nobilitateque conſpicua, & quæ ab exordio regis Emor patris Sichem fuerat curia, & aſſueta regibus exornari, non ſeruis ſubiici; modò ſeruulo lugeat ſubiecta, & tyrannicè ſubiugata. Iam quò omnia ita tenderent, ipſe explicuit:

Verſ. 29. Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech. Dictumque eſt Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & veni.

Verſ. 30. Zebul enim Princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde.

Verſ. 31. Et miſit clam ad Abimelech nuntios dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſus te ciuitatem.

Septuaginta Interpretes loco illius: *Auferrem de medio Abimelech*, legunt *& amouebo Abimelech.* 17 Septuag. Hebræus ſic: *Remouebo Abimelech.* Heb. Chaldæus: *Abiiciam Abimelech.* Chald. Satis ignarus, quàm eſſet Abimelech Sichimitis odioſus, vt faciliùs ipſe principatum iniret, promiſit principatu, aut vitâ, quod in idem recidit, mulctaturum: & licèt Zebulem iſta non laterent, ceſſit tempori, iramque continuit; Abimelechum tamen admonuit, vt quantocyùs copioſa manu ciuitatem oppugnaturus adeſſet, ne ſi moras traxerit, Gaal in Principem conſtitueretur, & qui nondum ab Abimelecho defecerant, nouo conſtituto Principe deficerent: & vt ſæpe accidere ſolet, ſtylum verterent.

§. IV.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 32. Surge itaque nocte cum populo, qui tecum eſt, & latita in agro.

Verſ. 33. Et primo mane oriente ſole irrue ſuper ciuitatem: illo autem egrediente aduerſum te cum populo ſuo, fac ei quod potueris.

ZEbul non ſolùm maturandum monuit; ſed vt 18
ſerum Sichimitarum gnarus ſitum & tempus præſcripſit, videlicet ſummè oportere altâ nocte, cum omnes grauior ſopor occupat, ciuitati proximare: quia tunc exercitus rumor patrocinante ſomno faciliùs notitiam eludet, vt etiamſi exoriente aurora improuiſis repentiniſque irruptionibus

ptionibus ciuitatem adoriatur, commodiùs aget triumphum, quandoquidem fere omnes dulciori ſomno illigati erunt hoſtium victima; imò ſiqui certamen adoriantur, perturbatione ipſa deficient ſtupefacti, & ab aduerſariis percuſſi: Chaldæus ſic habet: *Et erit in aurora in oriri ſolem anticipabis, & extraheris ſuper vrbem.* Arias Montanus exiſtimat Solis ortum ad certamen deſignaſſe: quia Abimelech cum ſuis verſus ciuitatem tendentes à tergo Solem habebant; qui verò ex vrbe egreſſi, ſolaribus radiis feriebantur: cumque plurimum iuuerit ad triumphum ſitus, & conflictus tempus, illud præcripſit, quod inuaſioni aptius videbatur, & opportunius. *Ea prima inuaſio*, inquit Arias Montanus, *ab Oriente inchoetur, quod illius temporis lux aggreſſos à tergo imbuens plurimum iuuet; occurrentes verò perſtringens fallat.* Non dubitabat Zebul cum qua poſſet manu Gaal Abimelecho reſtiturum, vt qui paulò ante bellum ad ſpeciem ſuſpiraret, & triumphum ſibi promitteret.

Chald. Montan.

Verſ. 34. Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor locis.

Verſ. 35. Egreſſúſque eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de inſidiarum loco.

19 Abimelech non ſolùm Zebulis conſilia eſt amplexus; ſed ſic exercitum diſpoſuit, vt quatuor manibus conſtaret, vt dum alia ab aduerſariis impetitur, alia impetentes impeteret, & hoſtes medios, & quodammodò concluſos occideret: In Hebræo habetur: *Diuiſit exercitum per quatuor duces*: ſed in idem recidit. Gaal primo mane ciuitatis præſidia, aditúmque perluſtrabat, & quanta erga ciuitatis tutelam ſolicitudine teneretur, non ſine affectatione oſtendebat. Ergo cùm in ciuitatis porta iudices, principéſque cauſas agerent, iam ſibi perſonam aſſumebat principis, & manicabat: igitur cum Gaal in ciuitatis eſſet porta, Abimelech compoſitis aciebus moueri cœpit.

Hebræus.

Verſ. 36. Cúmque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul: Ecce de montibus multitudo deſcendit. Cui ille reſpondit: Vmbras montium vides quaſi capita hominum, & hoc errore deciperis.

Verſ. 37. Rurſumque Gaal ait: Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cuneus per viam, quæ reſpicit quercum.

Verſ. 38. Cui dixit Zebul: Vbi eſt nunc os tuum, quo loquebaris: Quis eſt Abimelech, vt ſeruiamus ei? Nonne hic populus eſt, quem deſpiciebas? Egredere & pugna contra eum.

10 Zebul vti politicus dolosè, vt videtur, Gaal fauere mentiebatur, ne ſic animum prodiderit, vinculis prematur, aut vitâ mulctetur. Ergo cum Gaal aſſociaret, & è ciuitatis porta exercitum deſcendentem ſe conſpicere diceret, ne tempus colligendi copias haberet, illuſit, & vmbras exoriente ſole à montibus proiectas homines videri ſuaſit: *Vmbram montium tu vides*, Hebræus habet, *quaſi homines.* Verùm cùm iam exercitus propiùs accederet, & vnus cuneus per viam, quæ reſpicit quercum, illam videlicet, circa quam Abimelechus fuerat conſalutatus, clariùs appareret, nec poſſet Zebul videntem amplius eludere, animum prodidit, & Gaal arrogantiæ iactantiæque ſuæ pœnas citiſſimè ſubiturum aſſeruit. Hanc mihi vim videntur habere verba illa: *Vbi eſt nunc os tuum, quo loquebaris?* Itaque Zebul iam detracta ſimulationis perſona infenſum ſe declarauit, & quo acriorem Gaal metum incuteret, Abimelechi, eiuſque exercitus fortitudinem ac militarem audaciam extulit. Illud *Egredere, & pugna contra eum*, erat & irriſio, & perſuaſio; irridebat hominis iactantiam, & ipſa irriſione exacuebat ad pugnam: quia non dubitabat victoriam in Abimelechi partem ceſſuram.

Hebræus.

Verſ. 39. Abiit ergo Gaal ſpectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech.

Verſ. 40. Qui perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit. Cecidérúntque ex parte eius plurimi vſque ad portam ciuitatis.

Cùm Gaal vrgente aduerſario, vt potuit, manum collegiſſet, certamen initum eſt; verùm qui ex parte Gaal ipſa celeritate obturbati facilè aciebus diſpoſitis cellerunt, præcipuè cùm ipſe Dux indecorè terga vertiſſet, & ad ciuitatis aſylum properaſſet. Arias Montanus putat eâ ſententiâ, *ſpectante Sichimorum populo*, ſic accipiendam eſſe, vt Sichimorum videlicet Principes Gaal fuerint ſecuti, & ad eius imperia exprompti. Septuaginta huic opinioni fauent: ſic enim reddunt: *Exiuit Gaal in conſpectu virorum.* Adhuc clariùs Chaldæus: *Ante poſſeſſores Sichem*, id eſt, ducebat exercitum ex principibus, primoribuſque conſtantem. Itaque, vt placet Ariæ Montano, Sichimitæ non ſpectabant otioſis manibus; verùm Abimelech primo congreſſu eos fudit, & Ducem in vrbem compulit, plurimis, dum à tergo inſiſtit, occiſis. 21 Montan. Septuag.

Verſ. 41. Et Abimelech ſedit in Ruma; Zebul autem Gaal, & ſocios eius expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt commorari.

Cùm iam alios vultus induiſſet fortuna, Zebul Gaal ſocioſque ex ciuitate pulſos non ſine ignominia abiecit, quin Sichimitæ, qui illum obnixis precibus aſciuerant ad tutelam, moliti fuerint eius tueri cauſam, aut impedire repulſam; imò, ne Abimelechi, qui tantiſper ad militum animos recreandos, bello abſtinuerat, indignationem inflammarent, ora ſilentio ſignarunt, nec Zebuli reſtiterunt. 22

Verſ. 42. Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum: quod cùm nuntiatum eſſet Abimelech.

Verſ. 43. Tulit exercitum ſuum,& diuiſit in tres turmas tendens inſidias in agris. Videnſque quod egrederetur populus de ciuitate ſurrexit, & irruit in eos.

Verſ. 44. Cum cuneo ſuo oppugnans, & obſidens ciuitatem : duæ autem turmæ palantes per campum aduerſarios perſequebantur.

23 Expulſo Gaal, vt placet Caietano, crediderunt Sichimitæ Abimelechi iram defetbuiſſe, & iam Zebuli parentes poſſe quietè degere, nec aliquod ſibi periculum à ciuitatis domino procreari ; imò licere illis ad ruris operas tendere, & extra ciuitatem liberè prodire. Ioſephus iam datus putat ad proſequendas vindemias exiuiſſe, ad ruralia opera Caietanus. Abulenſis q. 42. non adeò hebetes putat, vt expulſo Gaal omnia crediderint fore pacata, cùm inter pocula Abimelechum maledixiſſent, & inſidias aduerſus illum in montibus collocaſſent. Ergo egreſſos putat in campum Sichimitas ordinatis aciebus, vt cum hoſte confligerent, & acceptam cladem vindicarent. Abulenſis ſententia videtur rationi conformior, ſi iam eos non adeò ſua culpa obcæcauit, vt hoſti exoculatos tradiderit. Ergo dum Sichimitæ armatâ manu procedunt, Abimelech milites tantiſper iam viribus recreatos, reportato triumpho inſolentes, & prædarum, quas ardenter ſuſpirabant, auidiſſimos in tria capita diuiſit, iubens cuneum vnum in ciuitatem habitatoribus deſertam irruere ; duos verò in Sichimitas animosè audenterque militare. Hinc inde commiſſum eſt prælium : cúmque oppidani quàm citò effuſi profligatique ad fugæ patrocinium ſe conferrent, Abimelechi milites per campos ſine præſidio, ordinéque palantes nullo negotio interficiebant, & detruncabant. Interim non exigua exercitus pars oppugnabat ciuitatem ciuibus nudam & timore plenam.

Ioſeph. Caiet. Abulenſ.

Verſ. 45. Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipſáque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret.

Verſ. 46. Quod cùm audiſſent,qui habitabant in turri Sichimorum, ingreſſi ſunt fanum Dei ſui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde.

24 Vt videtur, ipſe Abimelech vna ex tribus cohortibus ciuitati bellum inferebat,quæ etſi tantiſper muris protecta,& aliis munitionibus obarmata reſtiterit, tandem ceſſit, præcipuè cùm non pauci ex habitatoribus ad arcem contenderint, & ipsâ fugâ reliquorum manus diſſoluerint. Ergo eo ipſo die, quo ciuitatem obſedit Abimelechus cepit, adeóque ferali odio flagrauit, vt non ſolùm habitatores interfecerit ; ſed ipſos muros diruerit, ac terræ funditus coæquarit, & ne ſpes aliqua miſerorum reliquias ſolaretur, ſed in ciuitate diſperſit, ne iterum poſſet pullulare,aut aſſurgere. Sparſum ſal læſæ maieſtatis denotare ſupplicium tradunt Interpretes. Vide Serarium q. 30. Notat textus ad Dei ſui, cum quo fœdus pepigerant, fanum confugiſſe, tum quia præſidium erat fortiſſimum, tum quia putabant Abimelechum Deo ex cuius fano pecuniam acceperat ad regnum ſibi comparandum, non illaturum iniuriam ; ſed exhibiturum debitam reuerentiam. Verùm mundi conditor ibi diſpoſuit idololatras perire, vbi ſperabant aliquod ſolatium habere, quo omnibus conſtaret non ſolùm eſſe à vera religione deficere animæ periculum ; ſed temporalis etiam vitæ quàm maximum detrimentum.

§. V.

Commentarius Litteræ.

Ver 47. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter cõglobatos.

Verſ. 48. Aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo, & arrepta ſecuri præcidit arboris ramum, impoſitúmque ferens humero dixit ad ſocios : Quod me videritis facere, citò facite.

Verſ. 49. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem: qui circumdantes præſidium ſuccenderunt : atque ita factum eſt,vt fumo & igne mille homines necarentur viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem.

HÆbræus textus non aſcendiſſe, ſed deſcendiſſe Salmonem ait: *Et deſcendit Abimelech in monte Salmon.* Cùm Abimelech fureret,& tot viros fœminaſque iræ ſuæ ſubductos vehemẽter doleret, nec facile eſſet præſidiũ illud armis ſubruere,decreuit,quantumuis Dei eſſet fanum, flammis anhelantibus adurere, & in cineres nigros redigere : ſtudio eius peſſimo opportunitatem præbebat mons Selmon,de quo in ſcriptura mentio celebris Pſal. 67. *Niue dealbabuntur in Selmon* : nam cùm mons hic niuibus copiosis diteſcat, etiam denſiſſima arborum copia exundabat, vnde facile fuit innumeros ramos præcidere,quibus exuſtum fanum cinereſceret, & omnes, qui ad illud confugerant, flamma adureret : quod è ſententia ceſſiſſe textus expreſſit. Itaque plures dignum ibi tulere exuſtulationis tormentum, vbi indignum procurauere profugium. 25 Hebræus.

Verſ. 50. Abimelech autem inde proficiſcens venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obſidebat exercitu.

Verſ. 51. Erat autem turris excelſa in media ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes Principes ciuitatis clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula.

Abimelechus nondum tanto Sichimitarum ſanguine ſiti expleta,rabido animo ſæuitiã, truculentiamque ſpiranti proximam vrbem Thebes inuaſit ; quam non firmis muris tectam facilè ciues deſertarunt, & ad turrim excelſam, & firmiſſimam confugerunt. Quærunt Interpretes cur Abimelechus Thebes oppidum conatus ſit expugnare. Abulenſis quæſt. 51. putat eodem modo ac Sichimitæ, à fide præſtita reſiluiſſe, aut ſaltem 26

in

in regem illum admittere detrectaſſe. Abimelechus igitur hac aut illa cauſa motus decreuit à Thebæis vindictam ſumere, aut imperio ſuo ſubiugare: eumque indefenſam deſertámque ciuitatem facilè cepiſſet in turrim tetendit, quam obſidens cingebat exercitu. Abulenſis data quæſtione ſic habet: *Iſta arx erat ciuitatis.* Et quidem dubium non eſt latis fuiſſe amplam, firmiſſimamque quandoquidem totus populus ad illam potuit confugere, & audaciam hoſtis frænare. Clauſa firmiſſimè refertur ianua: quia fortè ſic diſpoſita erat, vt integro ferrato quæ oſtio è ſuperiore parte, quod Hiſpani vocant *Raſtrillo*, clauderetur. Qui ad turrim confugerant, otioſis manibus fortunam non implorabant; ſed fortiores, animoſioréſque propugnacula occuparunt: vnde contortis ſagittis iactiſque miſſilibus inimicum prope accedere impediebant, & retardabant.

Verſ. 52. Accedenſque Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur.

Verſ. 53. Et ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.

27 Cùm Abimelecho benè ceſſiſſet induſtria illa ignis contra Sichimorum arcem, eam hîc repetere molitus eſt, & quamuis ingens eſſet periculum portæ propinquare ſagittis deſuper grandinantibus, lapidibúſque mentibus, cæca adeò audacia, & præcipiti cæcitate mortem contempſit, vt ſuis audaciam indens arcem primus combuſturus acceſſerit. Verùm dum ipſe gliſcit, ac furit, mulier quædam dextera adeò manu fragmen molæ iecit, vt appropinquantis cerebrum contuderit, & illiſerit. Septuaginta habent? *Fragmentum ſupermolare ſuper caput Abimelech, & fregit cranium eius.* Septuag. Hebræus: *Confregit cervicem eius.* Hebræus. Chaldæus ita vertit: *Et iecit vna mulier fruſtum currus molæ ſuper caput Abimelech, & fregit calvariam eius.* Chald. Inermi fœmineaque manu lethaliter ſaucius fuit, qui tot neci tradiderat, vt de eo Ouidius repetat, quod in Ibim de Pyrrho Epirota:

Ouid. *Aut, vt Achillidem cognato nomine clarum,*
Opprimat hoſtili tegula iacta manu.

Noſter Serarius loco iam dato plures affert mirâ eruditione fœminea manu interemptos. Equidem Deus ſic diſpoſuit ad durius ſuperbiæ ſupplicium, & arrogantiæ grauius tormentum. Siſara fœminea manu occubuit transfixus: Attila etiam fertur muliebri manu interemptus.

Verſ. 54. Qui vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me; ne fortè dicatur quod à fœmina interfectus ſum. Qui iuſſa perficiens interfecit eum.

Verſ. 55. Illoque mortuo omnes, qui cum eo erant de Iſrael, reuerſi ſunt in ſedes ſuas.

Verſ. 56. Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem ſuum interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis.

Verſ. 57. Sichimitis quoque, quod operati erant, retributum eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioathan filij Ierobaal.

R. P. Nauarra in Iudices Tom. II.

Abimelech vt lethale cognouit vulnus, non attendit animæ, nec vacauit pœnitentiæ; ſed in ipſo 28
vitæ exitu, ſupremoque ſpiritu quam ſemper pectore fouerat arrogantiam, ſuperbiamque proſecutus eſt; ſed irrito ſtudio, quandoquidem nouam addere potuit plagam; ſed occultare nequiuit muliebrem dexteram; *Non excuſabatur per hoc*, inquit Abulenſis q. 55. *quin cognoſceretur eum fuiſſe occiſum à fœmina.* Abulenſis. Iam ſi quæras quomodò tot viris exiſtentibus in turri lapidem illum à fœmina iactum nouerit? Reſpondeo fortè editori in loco extitiſſe, vnde viſa eſt à non longè ſtantibus fragmen iacere, aut certè, ſi inter alios erat, deſiderio ſortita, ſibi plauſit, inſultauitque Abimelecho, qui audita mulieris voce, agnouit ſe ab illa fuiſſe percuſſum, & cæco furore actus vrſit armigerum, vt inflicto nouo vulnere ingloriam ab eo mortē propulſaret, famæque conſuleret. Chaldæus habet: *Clamauit in feſtinatione ad puerum ferentem arma eius* Chald. Ferè idem Septuaginta & Hebræus. Extincto duce exercitus citiſſimè dilapſus eſt, & quiſque ſibi conſulens proprias repetiuit ſedes. Concludit textus huius tragœdiæ eum fuiſſe exitum, qui hominibus manifeſtè oſtenderit Deum, etſi tantillum patientiâ ſuâ ſuadente ſcelerum diſtulerit mulctâ, tandem iuſtitiæ æquitatique ſatisfacere, & grauiſſimam afferre pœnam; Sichimitæ quoque dignam mercedem tulerunt culpa Deum inſtigante, & iuſta Ioathami imprecatione impellente.

§. VI.

Si Magnatum adſit fauor, vel indigni præmuentur: ſi non adſit, vel digniſſimi repelluntur.

INfortunati raro ad lumina dignitatis perueniunt, fortunati aliquando attingunt; verùm 29
dubium non eſt alia fortuna ad fortunam tuendam opus eſſe, & nunquam, aut rarò ſine Magnatum auxilio aliquem ad dignitatis celſitudinem peruenire. *Fragiles ſunt*, aiebat de arboribus Seneca Seneca
lib. de Prouident. cap. 4. *quæ in aprica valle creuerunt.* Arbores, quas ſol ſuo patrocinio non fouit, fragiles deliteſcunt, & exiguæ ſemper vallibus commorantur; aſt quas mons extulit, cedri, quibus ſol priùs ac præ aliis nitidiori ſui luminis claritate refouit, tolluntur ad ſydera, & ad regalia tranſeunt palatia, aſſerente ſponſa: *Tigna domorum noſtrarum cedrina.* Cant. 1. v. 16 Aliæ ſunt plantæ fructibus ſaporatiſſimis quam longè cedros vincentes; at dum Libanum pro ſe habet cedrus, ſole citiùs, quam aliæ, vtitur, & præ aliis etiam ad regum aulas promouetur electa, & cæteris antelata. Vtque noueris quàm antiqua experientia hæc veritas comprobetur, perpende Abimelechum ſpinoſiſſimo rhamno adumbrari, einſque fratres vitis frugiferæ, dulciſſimæ ficus, & oliuæ copioſæ ſymbolis deſcribi, & nihilominus ſpretis dignioribus Abimelechum electum, & ad regni thronum inauguratum. Iam ſi quibus artibus id factum fuerit, inquiras, ſcito heroum fauore abſolutum, & ſuffragiis impetratum: *Loquimini*, monet cognatos ſuos, *ad omnes viros Sichem*: Textus Hebræus habet: *Ad omnes heros Sichem.* Quod primum conciliare ſibi curauit, fuit magnatum fauor, quem ſi rhamnus fuerit adeptus, non dubitat ſe cæteris, quantumuis digniſſimis arboribus

Digitized by Google

boribus præponendum, dignitatéque collocandum. Nec illum sua fefellit opinio, quandoquidem intrusus effloruit, & tyrannica potestate resplenduit. Audi Abulensem q. 3. *Primum fuit sibi visum conueniens procurare fauores in partem suam, & ob hoc iuit in Sichem, vt semel efficeretur rex illius vrbis, & non curauit aggregare populum in concilium.* Nouerat Abimelechus potentes adeò superbire, vt putent ad tuendos ad se confugientes legibus dignitatis teneri, & per quascumque artes illos promouendos moliri. Ergo licèt se rhamni ad instar fructibus carere cognoscat, magnatum fauorem exambit, & fauore dignitatis culmen inscendit.

Abulens.

50 Dauid, statim ac accepit Achitophelem Absalonis partes fouere, totus fuit in exorando Deum, vt eius consilium infatuaret: *Infatua, quæso, Domine, consilium Achitophel:* oratio effectu non caruit: consilium namque vti fatuum reiectum est, dum magnatibus displicet: proferamus historiam. Achitophel, vt vidit Dauidem paucis militibus associatum fugisse, ne, si aliquod ei spatium concederetur, tempus haberet ad colligendas vires instruendásque acies, maturandum censuit, facillimúmque esse asseruit regem lassum, ad depugnandúmque inermem antequam se opportuno communiret loco, & confluentibes militum copiis circumuallaretur exercitu, premere, imò & capere, si præpropere vel exigua manu impeteretur. Consilium erat tempori satis opportunum; Absaloni tamen visum est ad illam consultationé Chusaï etiam vocare, & quid ipse censeat, audire: ille moras de industria trahens, & rhetoricis coloribus concionem suam expoliens, potiusquam neruosis rationibus fulciens, expectandum dixit, ne si tunc rex, qui furoris flammis inardescebat, impeteretur, ipso periculo, ac morte ipsa proculcatis acriùs desæuiret, & Absalonis copias profligaret: coloratum huiusmodi consilium vti diuinum est celebratum, & Achitophelis placitum vti stultissimum est reiectum: *Dixit Absalon & omnes viri Israël: Melius est consilium Chusai Arachite consilio Achitophel: Domini autem nutu dissipatum est consilium, Achitophel vtile.* Ecce consilium vtile reiectum est, dum magnatum non sortitur fauorem, & Chusai placitum tempori certè non congruum, dum fauorem sortitur, vti diuinum præfertur. Quod Dauid orauit, Deus adimpleuit: nam licèt optimum fuerit consilium, & tempori opportunissimum, dum magnatibus non placuit, quod reiiceretur visum est dignum. Itaque Chusai consiliarius fucatus celebris habetur, & reiicitur Achitophel prudentissimus, dum alter magnatum pro se sortitur benenolentiam, & alter non adipiscitur gratiam. Hinc disces in officina fauoris procudi meritum, &, ni fauor adsit, meritum haberi delictum: *Omnes applauserunt consilio Chusai*, scribit Abulensis q 10. *tamquam aliquid dixisset; & ipse nihil dixerat, nisi insaniam; laudauerunt tamen insaniam illam, quia Deus infatuauit eos.* Insania, dum à Magnatibus plauditur, prudentiæ præfertur, & prudentia, si non plauditur, fatuitas dicitur.

2. Reg. 15. v. 31.

2. Reg. 17. v. 14.

Abulens.

31 Elias religioso zelo inflammatus pro veritate cum Baalis prophetis in arenam descendit, Baalis sacrificuli impotentiam experti confusi sunt, ad inanis simulacri vigilauerunt cultum, & somno Elias exprobrat iacere immersum: desidiosum illorum Deum somnum capere, aut aliis negotiis irretitum irridebat detineri: inimicorũ pudorem auxit ingens miraculum, ignis videlicet è cœlo allatus non solùm lapides emolliens; sed etiam aquã deglutiens. Itaque pro vero Deo stetit miraculum, & punitum & sacrificulorum delirium: at eâ Iezabel furebat insania, vt deos obtestetur, & de Elia vindictam expetere pertinaciter aggrediatur: *Misit Iezabel nuntium ad Eliam dicens: Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac hora cras ponuero animam tuam, sicut animam vnius ex illis.* Non me latet animam hîc pro vita accipi; verùm dum vita anima appellatur, aliquod mysterium innuitur: corpus sicut corpus vnius ex illis poterat insana regina neci tradere; sed ad animam potentiam furens extendit, non solùm cæco delirio; sed ambitiosissimo desiderio: parum illi visum est corpus perdere, ni animam aggrediatur labefactare: vtque noueris quantum Dei serui vmbratile etiam animæ discrimen expauerant, Elias, qui non metuit ignescentem currum inscendere, minantem animæ periculum fugit. Sed nos nostræ thesi restituamus, inquiramusque quomodo post adeò stupenda miracula verus Deus non inuocetur, & post tot falsorum deorum probra illorum religio non expungatur. *Hæc faciant mihi dij*, inquit: adhuc deorum colitur numerus, nec vnicus post tot mira deprædicatus est Deus. Ecqua huius delirij occasio? Regina idolis fauens, & religioni veræ contradicens. Religio incedit meritis & miraculis obarmata: idololatria falsitasque Achabi & Iezabelis fauore semper protecta. Ergo vera religio postponitur, & impietas ac mendacium ob fauorem præfertur. Opportunè Abulensis q. 1. Ideo dixit: *Hæc mihi faciant dij: quia multos deos illa colebat, & profitebatur esse.* Post miraculum quæritur Elias ad necem inuestigari, & altaria Domini subrui, post ignis allati splendorem adhuc idololatria viget: quia illi sæcularis potentia fauet. Et quidẽ quod tunc accidit religioni, sæpissimè aliis in rebus contingit: si in campum procedant, decertentque meritum & mendacium, meritum patrocinio destitutum exulabit, & mendacium patronis fultum, quidquid desiderat, obtinebit: inane simulacrum, quod oculos habens non videt, & quod aures habens non audit, quia sortitur Achabum Iezabelemque patronos, sumptuosis aris colitur; Elias, verò, quia pro se magnates non habet, exilio premitur: *Altaria tua*, inquit, *destruxerunt, prophetas tuos occiderunt gladio, derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam, vt auferant eam.* Elias quæritur, quia licet vera eius miracula existimabantur commenta, & vanissima sacrificulorum commenta celebrata sunt vt miracula. Vbi constitit Iezabelem Achabumque pro inanibus diis stare, altaria Domini iacuerunt euersa, & idolorum sumptuosior ara resplenduit affabrè elaborata, & sacrificiis onusta. Sic apud sæculum despicitur miraculosum meritum, nisi sortiatur patrocinium, sic si sortiatur patrocinium, pluris habetur idolum.

1. Reg. 19. v. 2.

Abulens.

§. VII.

Sæpè Magnatum morte cæcus inflammatur ambitus, cùm debuisset inoculatus sæculi oriri contemptus.

MAle' cum hominibus ageretur, si inter tot caras voluptatum fallacias, & periculosas fallaciarum delicias monitorem mortem 32

Digitized by Google

mortem non ſortitentur, cuius vocibus clamoribuſque interpellati oculos profundiſſimo ſomno immerſos aperirent, & quàm ſint omnia caduca non ſine vtilitate viderent. *Patent vndique ad libertatem vie multæ, breues, faciles,* ſcribit Seneca epiſt. 12. *agamus Deo gratias, quod nemo in vita teneri poteſt: calcare ipſas neceſſitates licet. Epicurus, inquis, dixit: Quid tibi cum alieno?* Docuit mors neceſſitatum vinculis expediri, ambitionis faſcinationibus non ligari, oſtendens proceras aureaſque ſtatuas in eaſdem fauillas, ac pedes lutei, conuerti, & eodem modo ventorum ludo diſſipari; verùm ſic ad exortos validóſque clamores noſtræ aures obſurduerunt, ſic cupiditatum tenebris obſcurati oculi caligarunt, vt eis rebus, quibus extingni debuiſſet ambitus, inardeſcat appetitus. Aues ad fundæ ſtrepitum fugiunt, & quam inhabitabant arborem, derelinquunt: proceræ illius plantæ ictibus repercuſſæ caſu volucres deterritæ alis ocyſſimis auolarunt, beſtiæque celerrimo curſu fugerunt: nos magis obbruteſcimus, & furentium in modum inſanimus: nam ſi mors è medio tulerit Heroëm, aut dignitatis faſtigio elatum, non contemnimus derelinquenda; ſed inhiamus ad derelicta: ab ipſo funere tendimus ad Magnatum domus, à quibus amiſſam poſſumus dignitatem impetrare, & ſolicitis curis diſcupimus obtinere. Vix Gedeonis decantatiſſimi illius ducis refertur interitus, & iam Abimelechi pro dignitate obtinenda ambitioſus inquietat omnia conatus. *Abiit Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad filios matris ſuæ, & locutus eſt ad eos.* Vnde pertexit, quærunt Interpretes. Abulenſis q. 1. exiſtimat ab ipſo loco, vbi paternum funus celebratum eſt, iuſtaque perſoluta tetendiſſe ipſum audi: *Abimelech erat filius Ierobaal, ideſt Gedeonis, & iuit in Sichem, ſcilicet quia ipſe manebat in Ephra cum patre ſuo: nam habitabat Gedeon in Ephra, & ibi mortuus ac ſepultus eſt, vt patet precedenti capitulo.* Attende ſubiicienda: *Abimelech autem fortè interfuit ſepulturæ eius, & inde iuit in Sichem prouiſurus ſibi de Principatu.* Teſtabatur ſepultura omnia breuiſſimè finienda: paternum cadauer modica Sindone tectum, qualem finem haberent dignitates, edocebat; verùm Abimelechus obſurduit mortis conſiliis, & exarſit obtinendæ ſibi dignitatis inſaniſſimis deſideriis.

Seneca.

Abulenſ.

33 Peſſimus Eſau quam dignitatem meritis faſtidierat, improbis adipiſci artibus ſuſpirabat: vtque delirare non dubites, audi quid dicat: *Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* Calente patris funere Principatum geſtit adire, & quibuſcumque flagitiis deſiderat obtinere. Non illum edocuit funus primatum ſpernere, quem à patre experiebatur relinqui: ipſa mors nitet ad cupiditatem temperandam opponebat; ſed ardentior incanduit morte cupiditas, dum per abrupta & fratris cædem inſcendere contendit audax rapacitas. *Ad homicidium armabat ſe*, ſcribit Oleaſter hic ad mores: ab ipſo funere mutuabatur arma, vt inſcenderit ambitioſè faſtigia.

Genes. 27. v. 41.

Oleaſt.

34 Moabitæ dum aduerſo ſolis ſplendore repercuſſi miraculoſam aquam cruorem morte violenta Regum effuſum ſunt arbitrati, ad prædam feſtinarunt cæciſſimi: *Primo mane ſurgentes, & orto iam ſole ex aduerſo aquarum, viderunt Moabitæ è contra aquas rubras quaſi ſanguinem, dixerumque: ſanguis gladij eſt: pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò. Nunc perge ad prædam Moab.*

4. Reg. 3. v. 22.

Audi quando pergant: cum decurrens, vt opinabantur, regius ſanguis oſtendebat, quam nitamur caducis, quam regius cruor gregariorum militum ſanguini immixtus appareat ſimilis, quàm dum Magnates tibi regna, & diuitias laborioſè adnituntur incrementa, ſoleant poſſeſſa deperdiſſe: *Nunc*, inquiunt, *perge ad prædam*, id eſt ad ſpolia derelicta, ad exutas purpuras, ad abiectas in campo coronas: *Nunc perge ad prædam:* Et quando *nunc*? Cùm mors deterrebat, & inſana deſideria frænabat: *Perrexerunt*, inquit Caietanus, *in caſtra Iſrael ad prædam, vt dixerant.* Anhelo greſſu videas in campis excurrere, ardenti conatu celeriter inuolare, ſi quis peruenerit citiùs, & mortuorum diuitias acquiſierit cumulatius: cùm morte debuiſſent detineri, ad ſpolia mortis conſtat ardentiùs, & inſaniùs inhiare.

Caiet.

In mandatis accepit Saul omnes Amalech reliquias demoliri: ille dictioni obtemperans delectum cogit, & contra Amalecitas bellum inſtruit: vtque facile eſt Deo adiuuante copioſam hoſtium manum, quantumuis armis inſtructam ſubigere ac debellare, nulla difficultate obtinuit Saul triumphum, & viuum cepit inimicum: *Apprehendit Agag regem Amalech viuum; omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & veſtibus, & arietibus, & vniuerſis, quæ pulchra erant, nec voluerunt diſperdere ea.* Non miror flammæ cupiditatis fumo Saulis militumque oculos fuiſſe adeò obſcuratos, vt æſtimauerint pulchra, quæ Domini edicto abiiciebantur vti maculis deturpata; verùm cur Agag vita donauerint, hæreo, quandoquidem non magis ad triumphi conducebat plauſum vitâ donatus, quàm interemptus. Eſto ambiat cupiditas greges, quibus diteſcat; regem verò, cui opus alimentum, & ornamentum præbere, viuere cur permittat? Fallar ni ipſo in cupiditatis delirio aliquod ad noſtram eruditionem arcanum latuerit myſterium: inhiabat diuitiis animus, cúmque rege interempto ipſe caſus cupiditatis flammas ſopiret, & quàm omnia volatica, paruique habenda monſtraret, regis abſtinuerunt morte, ne abſtinerent cupiditate: regem inſpicere throno deturbatum, gladio diſcinctum, purpura exutum, violenta morte interemptum, quàm omnia nihili habenda efficaci ſilentio monebat, dum potiora miſerabili adeo interitu periiſſe monſtrabat. Ergo regis noluerunt morte eruditi quo poſſent cætera deprædari. Huc voco quod aiebat Gregorius ad hunc locum. *Rex Amalech vigor eſt ſenſus carnalis, qui motibus turpibus imperat, vt captiuam rationem ad illecebras obſcœnitatis trahat.* Deſiderabant Saul, populuſque cupiditatis illecebris irretiri, earumque dulci ſibi iugo collum ſubiicere: quod vt valerent exequi, regem vita donarunt, agnoſcentes, idem eſſe carnalem ſenſum omni vigore & cupiditate deſtitui, & regem gladio vindice trucidari: *Rex Amalech vigor eſt ſenſus carnalis.* Viget ſenſus carnalis alieno ſplendore deluſus & obcæcatus; at ſi intueatur fortunatum mortem oppetere, regem ab omnibus cultum adoratumque interire, iam de ipſis mortis tenebris promanat cæcitati collyrium, & cupiditatis incipit langueſcere deſiderium: viuente Agag cupiditas viguit, & mortuo prorſus marceret. Ergo ne cupiditas elangueat, Agag vel captiuus viuat.

Gregor.

1. Reg. 15. v. 8.

Hanc veritatem videtur Samuel confirmare hoc ipſo in caſu. Exprobrauit Sauli vitâ Agag donaſſe,

35

& armenta concupiſſe : *Quæ eſt hec vox gregum, quæ reſonat in auribus meis, & armentorum, quam ego audio?* *Et ait Saul* : De *Amalec adduxerunt ea.* Quid tunc? Dei prophetam Agag in fruſta concidiſſe textus expreſſit : quid verò gregibus allatis fecerit, arcano ſilentio tacuit : *In fruſta concidit eum Samuel coram Domino in Galgalis.* Si Ioſue quæ Achan contra Domini præceptum ſeruarat, flammis aduſſit : *Cuncta, quæ illius erant, igne* Ioſue 7.v.25 *conſumpta ſunt* : cur Samuel greges non trucidet, aut ardentibus flammis donet? Diſcamus ſcripturam, dum tacet, audire, & dum loquitur, erudiri : fortè maluit propheta, gregum raptores meliora ſapientes abiicere, quàm auferre : ob idque in eorum præſentia regem deliciis innutritum, purpuræ fulgoribus clarum interemit, ratus ſatis eſſe, vt omnia contempſerint, Magnatum videre mortem, & potentiorum ſtragem. Redeat iterum Gregorius : Gregor. *Agag interficitur, quando carnis vigor abſtinentiis, vigiliis, ac ſpiritualibus meditationibus ſic eliditur, vt nihil laſcivum, nihil libidinoſum movere ſentiatur.* Cum Agag omnis cupiditatis motus abſcinditur : quia Magnatum mors oculis non lippientibus inſpecta eſt veritatis documentum, & erroris ac cupiditatis exilium. *Vt nihil laſcivum, nil libidinoſum movere ſentiatur, Agag interficitur.* Nil caducum cupiditatem inflammabit, ſi limpidus oculus veritatem velit attendere; verum exécutimus, & volaticis inhiamus.

---

§. VIII.

Vitant rationis trutina examinari, qui ad dignitatem ſine meritorum ſuffragiis cupiunt efferri.

37 Cassiodor. *Electio noſtra*, aiebat Athalaricus 9.var.22. Paulinum alloquens, *de meritis venit, & tantò quis regali animo proximatur, quantò bonis ſtudiis ſocietate coniungitur.* Quapropter te longiſſimè conſtitutum mentis noſtræ oculus ſeruus inſpexit, & vidit *meritum.* Non recuſabat meritis exornatus lynceis oculis diſcuti; imò gaudebat ſtudiosè examinari, quandoquidem ipſa accurata diſcuſſio meritorum fuit approbatio: lucem amant pulchra, caliginem fœda : *Confundi ſine dubio deſiderauerunt omnia,* inquit Caſſiodorus 5.var.42 *qui tentauerunt legibus inimica.* Ad confuſæ ignorantiæ ſe contulerunt ſubſidium, qui meritis nudi æquitatis deſperauere ſuffragium : explorari anhelant virtutibus exornati, quia rigido examine nitidiùs reſplendent diſcuſſi. Secura conſcientia non didicit formidare : quia laudem nouit ſuis ſemper facinoribus inuenire : clanculum fit electio, quæ trutinam rationis veretur : quia repulſam timet, ſi prodatur. Dum Abimelechus Spurius eligi exambit, recuſat Procerum concilium, & recurrit ad cognationis ſuffragium : *Abiit Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ.* Rogat Abulenſis q.3. cur totum populum non congregauerit, vt cum elegerint; ſed conſanguineos ſolùm aſciuerit, quando celebrior eſſet electio omnium calculis confirmata, quam ſuffragiis ſolùm amicorum fulta : reſpondetque veritum fuiſſe electionem è voto non ceſſuram, ſi tempus concederetur examini, aut plures conuenerint electioni. Toſtatum audi : *Quæretur quare Abimelech non congreganit totum Iſrael ad hoc quòd eligerent eum* Abulenſ. *in Principem.* Quæſtioni reſpondet : *Si congregaretur totus Iſrael, credebat certiſſimè quod Principatus traderetur alicui de fratribus ſuis, & non ſibi propter duo. Primò quia alij erant legitimi, ipſe verò illegitimus... ſecundò quia Abimelech, dato quòd eſſet de filiis legitimis Gedeonis, non pertinebat ad eũ Principatus: quia ad primogenitos pertinet Principatus, & hoc maximè ſecundùm obſeruationem Hebræorum.* Si ratione, iuréque electio fieret, ſpes Abimelecho eſſet nulla, quandoquidem nec legitimus, nec primogenitus. Ergo impedimenti conſcius paucos eóſque conſanguineos ad eligendum conuenire curauit : aliter namque repulſam timuit : *Si congregaretur totus Iſrael, credebat certiſſimè quòd Principatus traderetur alicui de fratribus ſuis.* Vt poſſet dignitatem piſcari, cognatos tantùm voluit conuenire. Sæpe ſæpiùs videbis obſeruari à candidatis tempus, quo intereſſe electioni nequeant æquitatis amatores, quò non vacet merita diſcuti ſed à partialibus inopina celeritate, quod ſuſpiratur, decerni.

38 Adonias, vt imperium adeat, concilium cogit, & quo abſint Nathan, & Banaias, tempus obſeruat : *Vocauit vniuerſos fratres ſuos filios regis, &* 3.Reg.1.v.9. *omnes viros Iuda ſeruos regis; Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robuſtos quóſque, & Salomonem fratrem ſuum non vocauit.* Cur prophetam adeo celebrem non vocarit, quærunt Interpretes, cum eius magni haberetur iudicium, & intereſſet ad electi commendationem ſuffragium. Reſpondéntque timuiſſe pro illo calculum non laturum, vt qui eius ingenium noſceret, moréſque calleret. Itaque illi in primis curæ fuit prophetam fugere, & partialium ſibi concilium cogere, vt fucatis rationibus dignitatem quiuerit obtinere, aut coloratis titulis violenter inuadere. *Propheta diuini decreti, & conſilij gnarus,* ſcribit apud gloſſam Procopius, *cùm vidiſſet Adoniam contra* Procop. *voluntatem, & conſilium Dei regnum occupare, Regi per Bethſabeam Dei vaticinium in memoriam reuocauit.* Nouerat Adonias prophetam pro æquitate ſtare Deíque vaticinium noſſe : ergo expectauit quo abeſſet tempus, vt ſic à partialibus poſſet inaugurari, & ſine meritis eligi.

39 Siba Miphiboſeth fraudulentus ſeruulus contentus non eſt diuitiis Dominum ſpoliare, ſed raptis bellum aduersùs honorem reliquáſque diuitias eſt aggreſſus inferre : fugienti Dauid de alieno liberalis occurrit gratiam mendaciis captans, & Domini ſui innocentiam ſugillans : *Apparuit* 2.Reg.16. *Siba puer Miphiboſeth in occurſum eius cum duobus* v.1. *aſinis, qui onerati erant ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ, & centum maſſis palatharum, & vire vini.* Dum regi offert munera, contra Miphiboſeth confingit ſcelera, valuitque apud Dauidem mendaciis, vt de more eſt adulatoribus gratiam Principum conciliare ſibi commentis : omnia, quæ Domini fuerunt, accepit in præmium, & quàm citò remuneratum eſt artificium : *Tua ſint omnia, quæ fuerunt Miphiboſeth.* Diuitiis iam opulentus totus fuit in vitando fraudis examine, ob idque regredienti trans Iordanem Dauidi filiis ac ſeruis ſtipatus occurrit : *Siba puer de domo Dauid, & quindecim filij eius,* 2.Reg.19. *ac viginti ſerui erant cum eo.* Quærit Abulenſis, v.16. cur adeò ſolicitè Dauidi regredienti obuiarit, cùm iam quod deſiderabat, acceperit? Reſpondétque quæſt. 4. inuolaſſe adeò ſolicitè, vt Miphiboſeth

ſeth eius præſentia retardatus cauſam diſcuti non
Abulenſ. expoſceret: *Ob hoc*, inquit Abulenſis, *quando Dauid redibat in Ieruſalem, Siba & quindecim filij eius, & viginti ſerui venerunt ad eum trans Iordanem, vt non poſſet aliquis accuſare eum; ſed in præſentia eius timeret Miphiboſeth, vel erubeſceret accuſare.* Anxia ſolicitudine vitare curat examen: veretur namque ſi rationis trutina ad dignitatem diuitiáſque eius exploretur electio, non ſolùm fore excludendum; ſed & rigidè mulctandum.

40 Chriſtus Dominus, qui ſe pro noſtris delictis morti obtulit, morte iam detriumphata dignis exuuiis reſurrexit onuſtus, & radiorum fulgoribus redimitus: diſcipuli ſe humanos produnt periclitantem derelinquentes, & clauſis munitiſque oſtiis præ timore latitantes; verùm vt morte deuicta prodidit diuinitatis virtutem ſic Chriſtus clauſis oſtiis ſuos inuiſens miram oſtendit humanitatem: diſcipuli ſpectaculo correpti, & admiratione dulciſſima delibuti ipſis adhuc oculis non credebant,
Luc. 24. v. 37. & ſe ſomniare vigilantes exiſtimabant: *Conturbati verò, & conterriti exiſtimabant ſe ſpiritum videre.* Quid tunc Dominus? Manus pedeſque oſtendit, & ſe palpandum exhibuit: Videte manus meas, & pedes: quia ego ipſe ſum: palpate, & videte: quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. *Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & pedes.* Non timuit diſcuti ſenero examine veritas; imò oculos deſiderabat ſecuritas. Apoſtoli eo tenebantur pauóre, ſic erant, vt videtur à fide reſurrectionis alieni, vt licèt oblectarentur ſpectaculo fidem non redderent teſtimonio: *Adhuc illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur?* Iterum ſollicitat explorationis examina, nec timet diſcuti, quia Apoſtoli non poterant non fateri, quod conſtabat tot diſcuſſionibus approbari: *Comprobans Dominus*, aiebat
Cyrill. Cyrillus apud D. Thomam, *deuictam eſſe mortem, & humanam naturam iam in Chriſto corruptionem exuiſſe: primò oſtendit eis manus & pedes, & clamorum foramina, vnde ſubdit: Videte manus meas & pedes: quia ego ipſe ſum.* Adſtipula-
Theophyl. tur ibi Theophylactus: *Sed & aliud ſubiungit, palpationem ſcilicet, & manuum atque pedum, cùm dicit: Palpate & videte.* Surrexerat ad immortalitatis gloriam: euectus fuerat digniſſimè ad gloriæ palmam, ſupremæque dignitatis excellentiam cúmque illam illatis plagis, infinitiſque obtineat meritis, non recuſat dignitatis titulos rigido examini exponere: quia nouit ipſa clariùs perſcrutatione lucere: non timet diſcuti veritas: quia dum rigidiùs diſcutitur, & ſumptuoſiùs commendatur: qui iniquis artibus fictiſque virtutibus dignitatem ſibi geſtiunt præripere, & ſubdolis artificiis culmen faſtigiorum inſcendere, nolunt ſeuerè diſcuti: quia verentur reprobari: fucata, & exterioribus coloribus oblita examinis recuſabunt ſtudium: quia diſcuſſa nequibunt oculis imponere, nec fidem ſibi mendaciis facere. Benè Se-
Seneca. neca lib. 7. de beneficiis cap. 1. de virtutibus exornato: *Conſcientiam ſuam diis aperit, ſemper tamquam in publico viuit*: non exambit meritum celebrari; ſed nec recuſabit diſcuti: in aperto viuit: tenebrarum namque patrocinia ſolum diſcupit: qui ſi in lucem prodeat, timet dignoſci. Ergo Abimelechus ſui conſcius fraudulenta exambit comitia, ne ſi legitimam aduocauerit concionem ferat repulſam, & repulſæ ſuſtineat notam.

§. IX.

Adſummum non ſubitò aſcenditur; ſed per gradus peruenitur.

PAulatim augmenta proueniunt, & paruus fons 41
nouis adiectionibus tranſit in flumen, vt etiã flumen ſucceſſibus nomen obtinet maris. Vitis paulatim creſcens fauſtum fuit pincernæ auſpicium, vt caniſtrum ſimul plenum infauſtum pictori præſagium. *Solent initia protendere meliora,* Caſſiodor.
aiebat Theodoricus 2. var. 3. *dum à paruis inchoant, qua in ſequentibus magna ſe admiratione ſublimant.* Hinc omnis bona Politice non volatibus; ſed gradibus molliter aſcendere, & per partes ad culmina peruenire. Benè hanc calluerat Politicem Abimelechus, qui cùm ſe regem totius populi conſalutari ardentiſſimè ambiret, non coëgit concilium; ſed cognatorum, ſolùm conuentum: *Abiit Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ.* Rogat abulenſis quæſt. 2. cur vnius ſolùm oppidi Princeps conſalutari voluerit, cùm ſuper reliqua omnia accipere regnum eodem modo poſſet tentare. Et reſpondet, quod licèt intenderit toti populo dominari, per partes voluit regnum obtinere, ne ſi ſimul ambiat, & ſimul perdat. Audi eius verba: *Ipſe Abimelech* Abulenſ.
intendebat toti populo dominari; volebat tamen priùs dominari Sichimitis, & tunc poſſet accipere reliquum Iſraël. Facilius erat à paucis adorari, quam ab omnibus coli: ergo vt ſuper omnes acciperet facilius regnum, per partes adeptus eſt Principatum. Et quidem ſibi ipſi ſolet aduerſari cupiditas, ambitioque dum ſuprema tentat, ad eáque ſine gradibus peruenire feſtinat, Sichimitarũ ciuitate poſſeſſa arduum non fuit alias ſuo dominatui ciuitates ſubiicere, & ad vniuerſum populum dominationem extendere.

Zachæus deuotionis ardore arboris cacumen 42
inſcendit; verùm Chriſtus deſcenſum monet, vt ſecuriùs poſtea poſſit aſcendere: *Præcurrens aſ-* Luc. 19. v. 4
cendit in arborem Sycomorum, vt videret eum. Rapido curſu, volatu celerrimo, compendioſo aſcenſu voluit ad perfectionis culmen peruenire. Hinc eſt quod Dominus iuſſit deſcenſum, ne fortè pateretur miſerum caſum: *Zachæe feſtinans deſcende*: non vetuit tenere cacumen; ſed rationabilem docuit ordinem: nam ſubita probantur incauta & incauta ſæpè ſæpiùs diſcrimini inueniuntur obnoxia. Adeſt oppportunè Chryſologus ſermone 54. *Deſcende, vt deponas tantæ fraudis onera,* Chryſol.
pondera cupiditatis, vſurarum molem, magiſterium publicani, exactionis crudeliſſimæ principatum, expeditus intres paupertatis ſcolam, diſcipulatum miſericordiæ, pietatis vſum, patientiæ diſciplinam, ſtudia virtutum, ſcientiam diuinitatis, tolerantiam paſſionum, philoſophiam mortis, atque inter vitalis ligni ardua iam perfectus aſcendat. Oportebat aſcendere, ſed vt poſſet permanere: ergo perfectionem per partes obeat: nam rapidus curſus, celerrimuſque volatus ſolent militare caſui, non virtuti. Quæ obtinentur ſumma compendio, adeuntur etiam periculo, & dum effrænis præci-

Digitized by Google

pitatur cupiditas, maturatur etiam calamitas. Non imprudens ergo Abimelechus dominari vni ciuitati voluit, cuius si perfectè obtinuerit dominium, procliue erit extendere ad vicinas etiam imperiũ. Adde ſumma poſſidere compendio ambientem omnes offendere, & inſtigare: nam qui ſucceſſu temporis creuerunt, aliorum impatienter compendioſa ferunt augmenta, & inopinata culmina.

43 Iſaias capite 14. Luciferi refert caſum, dum celerrimum procurauit aſcenſum: *Cecidiſti de cœlo Lucifer.* Addítque abietes, & cedros plauſiſſe caſui. *Abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani.* Cedrus cacumine alta eminet; ſed prolixo annorum excurſu, temporúmque ſucceſſu: ergo dum videt nullo temporis interuallo tentaſſe Luciferum ſumma tenere, vanitate, ſuperbiaque inſtigante, lætatur cadere. *Siquidem*, aiebat Tertullianus libro de Anima capite 19. *& illis necdum arbuſculis; ſed ſtipitibus adhuc, & ſurculis, etiam nunc ſimul de ſcrobibus oriuntur, ineſt propria vis animæ; verùm pro temporis ratione remoratur coaleſcens, & coadoleſcens robori ſuo, donec ætas adimpleat habitum, quo natura fungatur, aut vnde mox illis & fructices inoculantur, & folia formantur, & germina inſtantur, & floſculi inornantur, & ſucci condiuntur.* Quæ ad proceram celſitudinem arbores peruenerunt, ætis ſtabra ſuſtinentes, ſolis æſtum tolerantes, hyemíſque ſupercilia perpeſſæ non ſuſtinent immatura velocitate culmen prenſari, & auſibus temeritatis adiri: *Abietes lætatæ ſunt ſuper te, id eſt, ſuper pœna tua*, ſcribit Hugo Cardinalis ad hunc locum, *& cedri Libani, id eſt Principes ſæculi.* De Principis ruina Principes collætantur, quaſi obſtaculo, iam remoto ambitus ſit expeditior, & anguſtiori ambientium numero fortunatior. *Lætatæ ſunt cedri, id eſt, ſæculi Principes*, dum arbitrantur in ipſorum verti iniuriam, ſi alius ſine temporis ſuffragio culmen inſcenderit, & cacumen compendio cæteris ad ſpeciem iniuriioſo prænſauerit.

Iſai. 14. v. 12.

Tertullian.

Hugo.

44 Samuel, dum Regem poſtulantibus, Regis ingenium declararet, ſic aiebat: *Conſtituet ſibi Tribunos, & Centuriones.* Non ait Centuriones, & Tribunos, vt conſtet per gradus aſcendendum, ex Tribuni ſcilicet dignitate ad ampliorem Centurionis celſitudinem. Adeſt Gregorius Magnus ad hunc locum: *Tribuni ſunt cùm incipiunt, Centuriones cùm in ſpirituali Magiſterio perficiuntur* ſubdit poſt aliqua: *Electos quidem per virtutum gradus proficiſcentes oſtendimus*: Dum regis inaugurandi populo declaratur ingenium, ipſa lege rex edocetur ſtylum, ne antè Centuriones elegerit, quàm Tribunos. Creſcant eligendi, dignitatúmque luminibus exornandi meritorum gradibus, experientiæ calculis, ſuffragiis temporis: ſic namque obuiantur pericula; & armatur aduerſus varios fortunæ caſus prudentia.

1. Reg. 8. v. 12.

Gregor.

45 Petro poſtquam rete magnis piſcibus plenum è lutoſis maris ſinibus ad terram traxerat, dignitas iniungitur, biſque agnos illi, & ſemel oues paſcere commendatur: *Paſce agnos meos. Paſce agnos meos*: & ad vltimum: *Paſce oues meas.* Apoſtolorum nullus ægrè tuliſſe refertur Petrum euehi, & dignitate nunc exornari; cùm tamen vbi duo illi fratres thronos expetiuerint, referantur reliqui indignatione feruentes, & in fratres ſtomachati: *Audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.* Quæres cur in fratres indignatione feruerſcant, qui Petrum ad faſtigium dignitatis euectum tranquillis animis audiant? An quia viderant præ cæteris ſuccinctum, & celeri gradu ad Dominum contendentem? An quia iniunctum omnibus laborem ſibi arripuerat, reteque extraxerat? Non renuam potuiſſe his ad patientiam allectari cauſis; verùm non erit abs re coniicere ipſum obtinendi dignitatem modum reliquos aut temperaſſe, aut indignationis igniculos imieciſſe: dum vident Petrum agnorum priùs curam ſuſcipere, & poſt exantlatos in agnellis curandis labores oues regere, non indignantur; ſed aſcendendi optima forma eruduntur. Adeſt Euthymius ad Ioan. 21. *Agni quidem dicuntur imperfectiores.* Ab imperfectioribus ad perfectiora euehi ratio exigit, imò ipſa æmulatio patienter ſuffert; at ad gradum vltimum inuolare fautoris volucribus pennis, aut auri præſtigiis omnes exaſperat, & ad indignationem inſtigat. Dum Petrus ex agnellorum regimine ad ouium aſcendit regimen, indignatur nullus; at dum frattes ſine tyrocinio thronos occupare anhelant, reliquos omnes ad iracundiam inflammant. Innuit Hieronymus ad Matthæi 20. in catena: *Non ad mulieris audaciam referunt poſtulantes; ſed ad filios, qui ignorantes menſuram ſuam non modica cupiditate exarſerunt.* Dum Petrus ab imperfectioribus ad perfectiora conſcendit, naturæ ordo optimique regiminis forma ſeruatur, & ſeruata, indignatione nullus aduritur; vbi verò ſanguinis merito, aut auctoritatis ſuffragio inſcendere geſtiunt thronos, ſocios exaſperant, & ſe ipſos frattes impugnant. Ergo Abimelechus vti ſagax, aſtutuſque noluit tentare ſummum, ne ſibi omnium conflarit odium.

Euthym.

Ioan. 21. v. 16.

Matth. 20. v. 24.

Hieronym.

§. X.

Ambitio tranquillitatis eſt peſtis, & omnium ſalutis truculentiſsimus hoſtis.

ERrauit antiquitas, dum inter gehennales furias ambitionem non retulit, quando tam ſacris litteris, quàm profanis hiſtoriis conſtat ab inferis emerſiſſe, ad tranquillitatem omnium exterminandam, & ad diſcordiam nutriendam: ignorat naturæ leges ambitionis vernula, & eos ſolùm agnoſcit cognatos, quos incrementis exiſtimat profuturos; at ſi arbitretur vel ipſos ſibi parentes futuros impedimento, exuet naturam, & tranſibit in truculentiſſimam feram. Alia vitia habenti inueniuntur aduerſa; ſed ambitionis deliria probantur cunctorum ſaluti oppoſita. *Ambitio*, aiebat de præcept. polit. Plutarchus, *quantumuis elatior rapacitate ſit, non minoribus vitiis, tamen in Republica eſt cooperta. Etenim eſt illa audacior. Quippe occupat non languida, aut remiſſa; ſed in primis valida ingenia, & furenua: auráque popularis extollens eam & impellens laudibus effranem, atque intractabilem reddit.* Vt fures ſunt totius Reipublicæ diſſimulati hoſtes, vt ſunt tinea ſecuritatis, ſic ambitio, etſi quia excelſis ingeniis innutrita, non dicteriis ſugilletur, ſed adulationibus extollatur, omnium paci inuenitur aduerſa, & omnium ſecuritati inimica. Teſtis eſt Abimelech ancillæ filius, qui demortuo patre eos ambitionis fouit ſpiritus, vt ſibi regnum deteſtandis artibus procurarit, & obtinuerit: *Abiit Abimelech filius*

46

Plutarch.

Digitized by Google

filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnem cognationem domus matris ſuæ dicens: Loquimini ad omnes viros Sichem: Quid vobis eſt melius, vt dominentur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir? Ambitioſum audis cognatorum animos peruertiſſe, & præſtigiis conſanguinitatis animos illorum ligaſſe. Quid tunc? Exiſtimati, etſi errore, Numinis fana profanantur, pecuniæ diuinitati ſacratæ diſtrahuntur; terra exundat fraterno ſanguine tincta, & Sichem in campũ contra alios prodit armata: *Dederunt illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith, qui conduxit ſibi ex eo viros inopes & vagos, ſecutique ſunt eum. Et venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum.* Etſi nulla peſtiferæ ambitionis præceſſiſſent exempla perpetrata ab Abimelecho ſuperſunt deteſtanda ſemper facinora: vt noſcamus ambitionem, ſi ſemel audacis animum tyranna poſſederit, omnia concutere, & vel ipſa terræ fundamenta quaſſare. Adeſt Arias Montanus: Montan. *ad tumultus atque turbas præcipiti impetu arripit, & compoſita Reipublicæ ruinam, in qua ſeſe etiam inuoluat, molitur.* Si Abimelechus maturauit ſtragem, fratribus necem, Reipublicæ periculoſiſſimam turbationem. Et quid aliud ſperandum foret ab ambitioſo, & præcipiti impudentia audaciſſimo?

47 Pſaltes, vt hanc veritatem miris coloribus ante
Pſal. 81. v. 5. oculos noſtros proponerent, ſic aiebat *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, mouebuntur omnia fundamenta terræ*: cùm præuiderit feralem Sacerdotum Pontificúmque ambitionem, quando truculentis liuoris tenebris obcæcati Chriſtum Dominum in crucem erant acturi, teſtatur Solem tenebris deturpandum, elocandos montes, ſaxa horrendis concuſſionibus conterenda, omniáque horriſona confuſione turbanda: *Mouebuntur omnia fundamenta terræ, quod im-*
Incognit. *pletum fuit*, ſcribit Incognitus, *quando terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt.* Dum Hebræorum Pontifices ſumma ambitione cæci poſſidere adnituntur dominum, creatoris omnibus inferũt bellum. Adde ambitioſos vel cùm videntur ſubuenire neceſſitati, bellum inferre ſaluti.

48 Suos erudiens Chriſtus ſic aiebat: *Cùm facis*
Matth 6. v. 2 *eleemoſynam, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciunt in ſynagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus.* Ecce ipſa veritate teſtante honorem euanidum, laudiſque gloriolam exambientes tuba canunt bellica: & quidem nihil ſic videbatur diſtare ab eleemoſyna, quam bellica tuba: hæc namque claſſicum reſonans vocat periculoſam ad pugnam; eleemoſyna verò ignobilem depellit miſeriam: ergo malè conueniunt tuba & miſericordia: imò vt noueris, inquit Chryſologus ſerm. 9. quàm ſint ambitione tincti verendi, ipſa miſericordia tranſit in bellum, & periculo ſeruit ipſum ſubſidium: benefaciendo deſtruunt, opitulando citant ad campum, eleemoſynis inſtruunt bellum: quod ſi ambitio ipſa pacis inſtrumenta vertit in perturbationis auxilia, quid ſperandum erit ab eleemoſynam non dante; ſed criminationes nutriente?
Chryſol. Audi Chryſologum: *Benè tuba: quia talis eleemoſyna hoſtilis eſt, non ciuilis: non miſericordiæ dedita; ſed clamori: ſeditionis vernula, non alumna pietatis: oſtentationis nundinatio; non commercium charitatis.* Illud preme: *Seditionis vernula:* quaſi dicat: Seditio ſemper eſt ambitionis progenies, & ſemper ambitio procreat infeliciſſima fœcunditate inquietiſſimam ſeditionem.

Iſaias, vt requiem terræ continuis concuſſionibus attritæ, ac perturbationibus moleſtis laſſatæ promittat, teſtatur ambitioſum exterminandum, & ad inferos detrudendum: *Et erit in die illa, cùm* Iſai. 14. v. 3. *requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura, qua ante ſeruiiſti, ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis.* Dum Babylonis rex ille qui Numinis ad inſtar adorari voluit, qui ſe audaci temeritate in deorum numerum retulit, corruit percuſſus, dum vincitur exterminatus, omnia quieſcunt; cùm eo viuẽte pacem ignorauerint, & tranquillitatem non viderint. Adeſt Hieronymus apud Gloſſam: *Immortalis & Deus videbaris: nos pro imbecillitate ſenſuum non poſſe reſiſtere.* Non poterant pro virium imbecillitate ambitioſo reſiſtere, ille verò, vt ſi Deus eſſet, alieno prorſus à diuinitate ingenio omnia ſubuertebat, & pedibus conculcabat. Itaque erat opinione Deus; ſed ſolùm ad extrahenda è cælo ſydera, ad olympo inferenda bella, ad diſpoliandos cælos, ad omnia exacutis vnguibus. Laceranda: ergo vt Deus pacem terris reddiderit, ambitioſum prorſus extinguendum aſſeruit: quaſi aliter nec tranquillitas queat florere, nec inter homines pax regnare. Hieronym. 49

Peccatiſſima fruebatur Hebræorum populus tranquillitate, dum Abſalon naturæ probrum, patris tormentum, felicitatis exilium delirio ambitionis non exarſit, pacémque confudit; at dum peſtiferis ambitus flammis inardeſcit, deſudant bella, inflammantur odia, exundant pericula. *Itaque egreſſus eſt populus in campum contra Iſraël,* 2. Reg. 18. *& factum eſt prælium in ſaltu Ephraim, & cæſus* v. 6. *eſt ibi populus Iſraël ab exercitu Dauid, factáque eſt plaga magna in die illa viginti millium.* En cuiúſque in alterum arma verſa, en campos arboribus fructibúſque nudatos, en herbas humano ſanguine irrigatas, purpuraſcentéſque, & totum hoc vnius hominis ambitione, inueniſque vnius delirantis temeritate. O quot longiſſima tempora victuri aliter, perierunt! O quot luxerunt priuatæ maritis viduæ! Quàm nulli quies, ſecuritas nulli! Adeſt Chryſoſtomus homilia de Abſalom perſequente patrem tomo 1. & apud Gloſſam ad cap. 18. *Diſponitur properè bellum, acies dirigi-* Chryſoſt. *tur, pugna paratur, cognata claſſes in ſemet ardeſcunt, inde parricida exercitum contra patrem inflammat.* Nec cognationis iura militum ardorem frænabant, aut inſultus cohibebant; imò dum gliſcit ambitio, omnia luctuoſiſſima clades deterit, gladiúſque abſumit. Dum Abſaloni immatura ambitio ſibi accelerat coronam, dum eius partes cæcam ſequuntur ambitioſi temeritatem: vt iniuerint gratiam, dediſcunt prorſus naturam ac truculentam tranſeunt in feram: bella vndique circumſonant, pax exulat, tranquillitas perturbatur, honor interimitur: quia effrænis diſcupit thronum, quia ſequaces exhibere geſtiunt officium, vt conſequantur poſteà indigniſſimum præmium, omnia perturbantur, & procellis horrendiſſimis concutiuntur; aſt dum transfoſſo pectore ambitio exhalata eſt, pax rediit, & tranquillitas reſloruit. 50

Digitized by Google

§. XI.

Vanitati vertunt Magnates, vel indignis auxiliari, & petentibus opem offerre.

51 FAteor nobile diuinitatis esse tributum inualidis auxiliari, & fauorem exorantibus impertiri. Aquila illa sæculis decantanda pullos aëre trepidantes, & volatus adhuc ignaros fouit, & humeris tulit: nam cùm rex auium imperio fulgeat, nouit auxilium periclitantibus exhibendum. & labore proprio imminens periculum solicitè exterminandum. *Cordi nobis est*, aiebat Theodoricus 1. var. 8. *cunctos in commune protegere; sed eos maximè quos sibi nouimus defuisse: sic enim æquitatis libra seruabitur, si auxilium largiamur imparibus, & metum nostri pro paruulis insolentibus opponamus. Fortuna minor Principem quærit: quia in vituperationem nostram corruunt.* In Magnatum vituperationem corruit paruulus ab insolentibus diuexatus, & contra æquitatem attritus: fortuna minor Principem quærit, & Princeps dum supplicanti manum porrigit, lucet, verùm sic debitus ordo solet inuerti, vt non præbeant paruulis contra insolentes auxilium; sed insolentibus ferant confusa æquitate suffragium. Sibi debet magnitudo paruulis indigentibus auxiliari? non tamen ad fouendos procaces suppetias ferre; verùm peruersa sic inoleuit consuetudo, vt qualitcúmque sit, qui eorum deprecetur fauorem, existiment proceres exhibendum, nec ius extimeant violandum.

Theodor. Fortuna minor Principē quærit.

Seneca. *Nulla Deo dandi beneficij causa est*, aiebat Seneca lib. 4. de benef. cap. 3. Deo, quia quidquid agit, honestè agit, impertiendi fauoris nulla alia causa, quàm propria magnitudo quærenda est: hominibus autem quantumuis magnis videndum est, ne imperito fauore leges violarint, iuraque æquitatis peruerterint; verùm dum plures se deos tamidissimè existimant pro libito ad se confugientes auxilium præstant, & satis esse petiuisse ad honestandum fauorem existimant. Ecce Abimelechus genere nothus, ingenio rubus ad proceres Sichimitas confugit, eorum contra legitimos fratres auxilium quærens; quod illi minimè denegarunt, rati magnitudini suæ iniuriâ inferre, ni clientulũ constituerit honoribus onerare: *Loquimini ad omnes viros Sichem*, monet cognatos: *In auribus omnium procerum Sichem*, legit Arias Montanus. Addítque textus: *Inclinauerunt cor eorum post Abimelech.* A proceribus auxilium quærit: quia proceres petentibus subuenire, ducere magnitudini nouit: *Indicat*, scribit Arias Montanus, *quam primum in sua ipsorum causa contemplationem deflexisse; atque in Abimelechi iuuandas & promouendas partes inclinatos concessisse.* Expende illud: *In sua ipsorum causa contemplationem.* Quasi Abimelechi causam propriam effecerint: quia si aliter facerent, magnitudini suæ detraxisse, gloriámque obscurasse crederent.

Montan.

52 Ardentissimis flammis adustus, quos clauserat pauperi, sero diues oculos eleuauit: vidit Abrahamum, & ad se Lazarum mitti fusis precibus postulauit: *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Profectò cùm diues se inferni vernulam ignorare nequiuerit, cùm micam pauperi se denegasse cognouerit, quid esse potuit in causa, vt ab Abrahamo auxilium peteret, & ambiret: si scelera damnant, si flamma possidet cur delirat? Quia nouerat, inquit Chrysologus serm. 122. diuites, mundique Magnates honori ducere à se petentibus auxilium præstare, & vel improbis fauere. Ergo de more sæculi petiuit, plus sperans de potentia, quam desperauerit de malitia: *Adhuc diuitem malitia non deserit, quem iam possidet pœna ... Qui non se ad Lazarum duci postulat; sed ad se Lazarum vult deduci.* Non poterat Abrahamus mittere Lazarum vtpote pius, nec diues consequi quibat damnatus; at vt noueris quam magnates affectent opem à se petentibus auxiliari non rogat Lazarum mendicum; sed Abrahamum potentia maiestatéque excelsum: quia de sæculi more credidit votum suum quantumuis malitia refragaretur, implendum, ne Abrahamus suæ magnitudini detrahat, si opem supplici non exhibeat. Diuitem Abrahamo aliquam impegisse iniuriam, dum suspicatus est more Magnatum sibi quantumuis iniquissimo suppetias allaturum, testatur Chrysologus, dum ait: *Adhuc diuitem malitia non deserit, ad se Lazarum vult deduci.* Quo merito? Qua spe? Qua fiducia? Abrahami solùm magnitudinis titulo quia credidit non tam consulturum virtuti, quàm vanitati. *Voco filium*, addit Chrysostomus nomine Abrahami, *vt in me mea patientia, & in te tua maneat pœna.* Patientia, si fas est dicere, opus fuit Abrahamo, dum inferni vernula non denegaturum præsumpsit: destitutus merito obtinere nequibat votum; suspicatus tamẽ est Abrahamum, vt suæ magnitudini adularetur, non denegaturum quod rogabatur auxilium. Discant Magnates ab Abrahamo iniuriæ suæ ducere indignis auxiliari, & opem Reipublicæ pestibus, quantumuis importunis precibus postulauerint, dilargiri: abest namque tantum annuere à magnitudinis gloria, vt ipsum petere sit iniuria.

Lucæ 16. v. 24.

Chrysol.

Chrysost.

53 Achab bellum instruit, vt Ramoth Galaad suo iterum subiiciat imperio; & quia vidit ingentibus aduersarium copiis muniti, opem à Iosaphat piissimo ac religiosissimo Principe postulauit: *Ait ad Iosaphat: venies ne mecum ad præliandum in Ramoth Galaad?* Iosaphat oratione inuitatus auxilium offert adhuc de Domini voluntate dubius: *Dixitque Iosaphat ad regem Israël: Sicut ego sum ita & tu: populus meus, & populus tuus vnum sunt, & equites mei equites tui.* Iam votis annuerat, cùm suasit adduci Michæam, quo illius pugnæ prædicat euẽtum, & diuinum illos edoceat placitum: *Quære, oro te, hodie sermonem Domini.* Ecce sermo Domini adhuc regibus ignotus, & tamen Iosaphat tendere in bellum paratus: Prophetæ consuluntur, & fallunt: nec mirum: erant enim concinnandis fraudibus apti, vt pote cultui idolorum addicti. Quàm misera est Magnatum conditio! dum etiam qui Prophetiæ titulis honorantur gestiunt gratis adulationibus blandiri, non vtilem veritatem fateri: aduenit tandem Michæas, qui maluit duram vincula subire, quàm veritatis iniuria morem Principibus gerere: bellum illud vtpote à Deo non institutum, prænunciauit infaustum: *Ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium Prophetarum tuorum, qui hîc sunt & Dominus locutus est contra te malum.* Expectares Iosaphat sententiam retractaturum, quandoquidem

3. Reg. 22. v. 4.

quod

Digitized by Google

quod promiſit dubius, nonit non congruere à Dei Propheta præmonitus: tetendit tamen: ne quod à ſe poſtulabatur, denegaret auxilium: *Aſcendit itaque rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth Galaad.* Ecce & leuiter ad ſpeciem promiſit, & poſt Michææ denuntiationem: quod promiſerat, adimpleuit. Quod ſi quæras quomodò religioſus ac prudens Princeps, dum ignarus annuit, innubilarit prudentiam, & dum gnarus perſecutus eſt, pietati intulerit notam: reſpondebit Lyra auxilium conceſſiſſe, ne rogatus diceretur denegaſſe:

Lyra. *Et ait Ioſaphat: Venieſne mecum? requirendo eius auxilium, qui ei conceſſit dicens: Sicut ego ſum ita & tu, id eſt, vnum ſumus ad hoc quòd vnus proſequatur negotia alterius.* Honori duxit petenti annuere, ne videretur aliquod celſitudini ſuæ inferre probrum, ſi flagitanti denegaſſet auxilium: *Ait Ioſaphat: venieſne mecum ad præliandum? requirendo eius auxilium; qui ei conceſſit.* O quoties Magnates opem ferunt petentibus, an liceat quod petitur, ignorantes; imò non licere ſcientes! Tantiſper hìc Ioſaphat detraxit ad ſpeciem pietati, ne detraheret celſitudini. Certè honori ducere debuiſſent Magnates æquitatis cauſam tueri, legibus auxiliari, non Reipublicæ peſtes defendere, & quia ad eorum vmbram confugerint, contra ius fasque iuuare.

§. XII.

Duriſſimum eſt multis dominis ſubiacere, multiſque obedire.

54 HVmanum ingenium à primordio iugum excutere feſtinauit, & obedientiam diſrupit. Detrectauit Eua vel Adamo morigeram pendere ſubiectionem, mortiſque deglutiuit periculum, ne alteri exhiberet obſequium: acerbum illi fuit libertate carere, & ſe alterius placito attemperare: filij matris imitantur ingenium, impatientiæque hæredes ſuum animitus ſeruare ſibi geſtiunt arbitrium. Quod ſi vel vnius recuſarunt imperium, dubium non eſt illis duriſſimum fore pati multorum dominium. Aliquando eo hominem peruenit delirium, vt Solem crediderint Deum, vt Lunam putarint argenteo ſplendore deluſi Numen; verùm qui colebant Solem, Lunam exaugurabāt, vt qui Lunam, Solem Deum nullatenus eſſe credebant: *Quidam Solem Deum fecerunt*, ſcribit

Cyrill. Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 4. de Deo, *alij Lunam.* Præmiſerat: *Quomodò enim duorum dominio vnus obnoxius ſit homo, cùm Dominus in Euangeliis dicat: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire?* Intoletandum illis viſum fuit multiplicatis dominis famulari, & ad obſequium mūltis principibus exhibendum teneri. Huius rationis vim optimè calluerat Abimelechus, dum facilius cenſuit improbrum in vnicum ſibi Principem delegiſſe, quàm multos, quantumuis probos toleraſſe: Ipſum audi Sichimitas allocutum: *Quid vobis eſt melius; vt dominentur veſtri ſeptuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir?* Sic dominorum multipliciras Sichimitas deterruit, vt maluerint rhamnum ſenticoſum pati, quàm multi dominis

Montan. ſubiici. Adeſt Arias Montanus: *Plures ſimul dominos, plures rectores; eoſdémque ad imperandum pari ſine lege, ſine potentia inſtructos, nec viliſſima quidem ſeruitiorum capita pati poſſunt, in vna quidem domo vel patris ac filij, vel duorum eiuſdem fratrum par imperium non famulis modo, verùm & mancipiis graviſſimum intolerabiléque cenſetur. Quamobrem cum proceribus ac primis totius ciuitatis viris conſilium ſermonémque communicandum mandat.* Ad eas ſe anguſtias exiſtimauere Sichimitæ redactos, vt opus illis fuerit rhamnum ſuſtinere; aut plurimis dominis obedire. Ex his ergo commodiorem ſua opinione partem delegerunt, & quàm ſit arduum obedire multis, cara ſibi electione ſequentibus declararunt.

Petro oues paſcendi cura ſolicita demandatur: 55
Paſce oues meas. Et quidem iure optimo agnorum, Ioan. 21.
ouiúmque meruerunt elogium, qui manſuetiſſimi v. 17.
piſcatoris hominiſque de media plebe nullatenus recuſarunt imperium. Tranſi modò ad Matthæi 20. vbi cùm Chriſtus Dominus de appetenti iam paſſione ageret, ſéque tradendum cruci prædiceret, duo fratres materno patrocinio fidentes, cæteris præferri exambiunt, thronóſque diſcupiunt:
Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram Matth. 20.
tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Quid v. 21.
tunc? Apoſtoli indignatione ferueſcunt & contra fratres non ſine irarum ſignificatione obmurmurant: *Audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.* Iam ſe ingerit difficultas: Si cùm Petri ſubiiciuntur dignitati agnorum imitantur ingenium, cur modò manſuetudinem exuant, & placiditatem deponant? Textus explicit: *De duobus fratribus*, inquit. Exambiebant ambo thronis fulgere: quod ſi obtinuiſſent, opus erat duobus fratribus obedire; adeóque durū eſt pares dominio multos ſuſtinere dominos aut prælatos, vt qui agnorū more ab vno non recuſauerint regi, duos indignè tulerint dominari. Ita Chryſoſtomus in catena: *Sicut duo carnaliter peccarunt, ita* Chryſoſt.
& decem carnaliter contriſtati ſunt, nam velle quidem eſſe ſuper omnes, vituperabile eſt, ſuſtinere autem alium ſuper ſe, minus eſt glorioſum. Non eſt iucundum alium ſupra ſe habere: & quidem niſi laborem temperarit humilitas, inniſcerata ab exordio hominibus ſubiectum opprimet vanitas: quod ſi ſupra ſe vnum habere, non eſt, Chryſoſtomo teſte, glorioſum; duobus ſubiici erit ſine dubio acerbum. Curent Superiores ſubiectis omnem offenſionis occaſionem auferre: ſunt namque qui delegata quodammodò ad alium, & ſibi retenta poteſtate, per ſe, & per alium imperant, & dum alium ſe Superior conſtituit, eiuſque placitum ſemper attendit, ſubiectus duobus obedire cogitur, & patientia diſtorquetur.

Deus in Pharaonem refractarium virgā armat 56
elementis imperātem, & aſſumpta ſerpentis facie flammas euomentem; verùm qui virga ferit, Superiorem geminum non imponit; imò Moyſem vnicum delegat, vtque vnicum eſſe conſtet, Dei titulo nobilitatum mittit: *Ecce conſtituit te Deum* Exod. 7. v. 1.
Pharaonis, & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. Non ait: *Ecce conſtituit vos deos*: nam etſi Pharao duriſſimas mereretur pœnas, etſi Numinis prouocauerit iras, non ita Dominus illum punire decreuit, vt duobus ſubiecerit adæquè dominantibus, ac virga vtentibus. Aaron adiungitur fratri non tanquam importunus inſpirator; ſed tanquā mandatorum executor: *Erit* inquit, *Propheta tuus*: id eſt, à te accepta referet, & quæ iuſſeris, operi mandabit. Caue, ne ſic inuertantur munera, vt tu qui, Numinis vice fungeris, fratris voluntati obedias, & ille in Prophetā datus Dei munus arripiat,

&

& confuſo ordine imperare omnibus ambiat. *Pharaoni dicitur Moyſes datus Deus*, ſcribit Auguſtinus q. 17. in Exodum, *& ſecundùm analogiam Propheta Moyſi eſt datus Aaron.* Moyſi Propheta datus eſt, vt per illum multa denuntiaret; non vt Propheta facienda præciperet. Dum Pharaoni Moyſes Deus conſtituitur, ipſo nomine ſingularis deſignatur, quâdoquidem Deus ſingularitate gaudet, & ſimplicitatis elogio lucet. Adde fortaſſis populum impatiẽter tuliſſe Moyſis cum Domino in montis cacumine moram: quia vnico parebat; ſed ſuperiorem multiplicem tolerabat. Aſcenſurus montis cacumen ait Moyſes ad populum. *Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit queſtionis, referetis ad eos.* Ecce populus duobus ſubiicitur: quid tunc? *Videns*, inquit textus, *populus quòd moram faceret deſcendit de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron dixit: Surge fac nobis deos.* Aſſuetus erat populus vnico Moyſi obedire: fortè ergo detrectauit multiplicatis Superioribus ſubiacere: ipſa petitione petitionis occaſionem declararunt, dum vnicum etſi vitulum imperare ſibi petierunt. Innuit Tertullianus aduerſùs Gnoſticos c. 3. *Sapiens ignis vitulum defundit illis.* Malunt ab vnico vitulo duci, quàm pluribus hominibus ſubiacere. Adde ſi dominis pluribus inſeruiatur, nullius concilari gratiam, aut acquiri beneuolentiam. Sudat iudustria, vt ſine alterius offenſione alteri exhibuerit obſequium; verùm labore irrito, ſtudio caſſo quandoquidem quiſque exhibita alteri officia illatam ſibi putat offenſam, factámque iniuriam: vnde ſtultiſſimus eſt, quiſquis improbo labore duplicem ſibi acquirit inimicum, dum geminum lucrari geſtit patronum.

Auguſtin. Exod. 24. v. 14. Tertullian.

57 Populus Baali Numiníque obſequebatur adeò cæcus, vt vtrumque offenderit, dum vtrumque promereri geſtiuerit: figmentum erat Baal; ſed dum claudicat populus in vtramque partem diuiſus, nulli peſſimè politicus inueniri poterat gratus. Ob id Elias vni aut alteri inſeruiendum propoſuit, & claudicationem damnauit, cui & populus arriſit: *Accedens autem Elias ad omnem populum ait: vſque quo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus ſequimini eum: ſi autem Baal, ſequimini illum. Et non reſpondit ei populus verbum.* Dum populus delirãs adæquè credit Baal diuinitate potiri, Hebræorúmque Deum diuinitatis inſulis exornari, tacet, cui debeat plaudere, ignarus; at dum Propheta ſignum proponit, quo alterius declaretur vanitas, & alterius diuinitas, ſententiam approbat multitudo: *R. ſpondens omnis populus ait: optima propoſitio.* Elias non ſolùm religionem eſt Zelatus; ſed popularis calamitatis miſertus, quando duobus vt ipſi putabant, Numinibus inſeruientes cogebãtur multiplices hoſtias litare, exhiberéque officia, cùm tamen nullius gauderent beneuolentia. *Deum adorabant*, inquit Theodoricus q. 55. *& idola colebant. Subinnxit itaque: ſi Dominus eſt Deus, adeſte, & ambulemus poſt eum: ſi autem Baal, ambulate poſt ipſum: neque Deus, inquit, vult deos, qui falsò nominantur, coli, neque ipſi Deum verum adorari.* Addit opportunè. *Vos autem & hæc & illa facientes neutri conſeruatis beneuolentiam.* Digna cæcitatis pœna erat plurimis Dominis ſubiacere, nulliúſque magnis impenſis, laborioſis officiis gratiam elucrari. Multis inſeruit, qui virtutem non colit: vnde graue cogitur ſuſtinere tormentum, & dignum errore pati ſupplicium.

3. Reg. 18. v. 21. Theodor.

§. XIII.

Sæpè procerum tutela freti qui circumſtant, deteſtanda perpetrauêre facinora, & ſæpè circumſtantium freti temeritate omnia potentes tentant effrani audacia.

58 POtentia nutrix ſæpè ſæpiùs inuenitur audaciæ, cuius viribus dum creſcit fota, cuiuſque auxilio innutrita vicem reddit deteſtabili gratitudine: potentiæ manus commodat, ad deſideriáque pernicioſiſſima inſtigat: *Cùm bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumentem, oblitúmque, quàm caducis confideret, nemo non impulit*, ſcribit Seneca 6. de Benef. cap. 31. *alius aiebat non laturos nuntium belli, & ad primam aduentus famam terga verſuros, alius nihil eſſe dubij, quin illa mole non vinci ſolum Græcia; ſed obrui poſſet.* Dum Xerxem nimia æſtimatione ſui furentem circumſtantes eius viribus fiſſi adulationibus incitarunt, periculo tradiderunt: ille tot blaterantium, audentiúmque temeritate fretus nihil non tentauit & poſſe confici facillimè credidit. Itaque adulationibus impulſa potentia periculum adit, & potentiæ robore freta audacia temeritatis metas exceſſit: dúmque vtraque, potentia videlicet Magnatum ſequacibus miniſtrat opem, & circumſtantium adulatio potenti ſubiicit ignem, bella deiudãt, & pericula non ceſſant. Adeſt huius veritatis teſtis Abimelechus, qui in Principem contra ius faſque electus audaci circumſtantium pompa ſtipatur, & feritatis metas ſuffragio ſtipantium tranſgreditur. Rem tentabat ad ſpeciem vltra fidem, nothum videlicet regale ſolium inſcendere, & tot innocuorum fratrum ſanguinem fundere; at quod diſſuadebat cordatus timor, furor conſuluit ſociorum. Omnia peregit audaciæ improbando auxilio, & audacia tentauit omnia fiſſa potentis ſuffragio: *Dederunt illi*, inquit textus, *ſeptuaginta pondo argenti de fano Baal-berith, qui conduxit ſibi ex eo viros inopes, & vagos, ſecutíque ſunt eum.* Textus Hebræus habet: *Conduxit viros vacuos & feſtinos*, id eſt, præcipites & audaces: dum enim Abimelechi defendebantur potentia, nulla perpetrare horrebant flagitia: *Secuti ſunt eum*, addit textus, ad fraternum quidem fundendum ſanguinem, ad violandam religionem, ad tam ſacra, quàm humana temerandum prorſus iura. Ille patrocinatus eſt eis, vt truculentiſſimæ ad inſtar feræ nihil non auderent, nullum non ſcelus audaciſſimè perpetrarent: illi ſecuti Abimelechum animos iniecerunt, & ad ſumma perpetrãda ſcelera manus audaciſſimas commodarunt. Itaque ſibi ſuppetias ferebant clientum audacia, & protegentis potentia: hæc namque mutuata temeritate omnia corrupit, illa viribus potentiæ freta cuncta violauit: *Hebraicè habetur*, ſcribit Caietanus, *viros vacuos & feſtinos: otioſos enim & veloces ad arma conduxit. Nec alienum eſt, feſtinatio referatur ad animum, & ſignificentur viri præcipites, quales ſunt iuuenes.* Antequam Abimelechus patrocinium ſuũ iuuenibus exhiberet, otioſa illorum degebat audacia: *Otioſos*, inquit, *& præcipites*; at dum electi ad dignitatem

Hebræus. Caietan.

Digitized by Google

dignitatem ſibi promittunt impiã tutelam, otioſitas tranſit in actiuitatem ſceleſtam, & operoſitatem omnibus nocentiſſimam.

59 Pſaltes audaciam, qua populus in Chriſtum dæſæuiit, dentium leonis ænigmate declarauit, inſaniámque Pontificum, qui vti dentibus ad diſcerpendum validiſſimis, obtemperantium ſibi procacitate freti violentas in Chriſtũ manus iniecerũt, Pſal.57.v.7. leonis ſymbolo expreſſit: *Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum, molas leonum confregit Dominus.* Vt hos dentes protegit, vtque dentes ori deteruiunt, mutnóque auxilio iuuantur, ſic ait Pſaltes Pontifices & eorum clientes impio commercio in Chriſtum Dominum exarſerunt, mortíque damnarunt. Non auderent populares ad crucem efflagitare, ni Pontificum potentia fili, nec Pontifices impia deſideria perfecciſſent niſi populariũ audacia freti; at dum plebeij dentium ad inſtar diſcerpunt, dum Pontifices leonini ad inſtar oris dentibus patrocinantur, innocentia perit, & fœdus deteſtabile vicit. Et quidem quantumuis recuſarit Pilatus innocentiam condemnare, plures Principum conſilio auxilióque ſanguinem poſtularunt, & Principes dum clamantium illis voces ſuffragantur Matth. 27. v. 20. vota inquiſſima perfecerunt: *Principes Sacerdotum & Seniores perſuaſerunt populis, vt peterent Barabbam, Ieſum verò perderent.* Dum iniquo fœdore copulantur Magnatũ tutela, & obſequentium audacia, alij impunè furunt, & alij impudenter etiã inſaniunt: innuit Incognitus Pſalmum interpre- Incognit. tatus: *Conſequenter eos comparat leonibus ratione perſecutionis apertæ dicens: Et molas leonum confringet Dominus. Id eſt, apertas clamationes ipſorum mortis Chriſti, quas Iudæi fecerunt.* Contra innocentiam non erubuerunt homines nullius momẽti clamare: quia Magnates promiſerant eos defendere, Magnateſque Chriſto intentarunt crucem, quia ſciebant ſibi aſſiſtentium audaciam contra veritatem militare.

60 In cælo prælium committitur, eaque fuit audax ſerpentis temeritas, ea temeraria procacitas, vt recens natum puerum peſtiferis dentibus conatus ſit deuorare, vt mulieri ſoli immerſæ tetras inuidentiæ tenebras procurarit offundere; vt impio obſequeretur ſtudio, in Michaelem, einſque cæle- Apoc.12.v.3 ſtes feralis acies arma prælauit: *Ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem, & cornua decem, & in capitibus eius diademata ſeptem, & cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cæli, & miſit eas in terram.* Sydera detrudere ſerpens aggreſſus infeliciſſima victoriã coronatur: nil non audet, nil non tentat: quod ſi inquiras, quomodo tanta moliatur ſerpens viribus non præualens: reſpondebit Hugo Cardinalis in decẽ cornibus copioſum peſſimorũ deſignati ſatellitium, quo cinctus vel in ipſum Hugo. cælum audet: *Decem cornua vniuerſitas malorum Principum, quibus impugnat exterius.* Dum adhærent draconi homines omni nequitia pleni, eorum auxilio innoxium ſanguinem fundit, & è cælo ſtellas proculcandas detrudit: cum Michaële, eiúſque Angelis audacter belligerare non timet, quia ſibi adeſſe copioſam perduellium manum agnouit. Profectò draconis Angeli arma non caperent, niſi fiderent eius auxilio, nec draco fureret, ni ſatellitij muniretur ſuffragio; at vbi deteſtabili fœdere peſtiferaque amicitia conueniunt draco & ſatellites, ipſe nihil non tentat audacter, & ipſi auxilia exhibent inſolenter.

61 Pſalmiſta extremam iniquorum temeritatem, & audaciſſimam ſic depingit ſolicitudinem: *Ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput: ſuper populum tuum malignauerunt conſilium, & cogitauerunt aduerſùs ſanctos tuos. Dixerunt: Venite & diſperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Iſrael vltra.* Furebant plures virtutis odio, deterendique Iſraëliticum populum deſiderio; illos tamen caſſum torquebat votum, adugebatque deſiderium. Ergo extulerunt caput, id eſt, ad magni poteutiſque tutelam ſe receperunt, vt eius ope protecti inſolentiùs auderent, & liberiùs delinquerent: caput ab eis modo elatum, quamuis animum foueret antea ad inferendum virtutibus bellum expromptum, nondum in campum proceſſerat vtpote ſatellitio deſtitutũ, & improbis commilitonibus orbum; at dum potentia præditum improbos aſſequitur aſſeclas, dum aſſeclæ capitis proteguntur potentia, duriſſimum certamen virtus cogitur ſuſtinere: nam caput audet ſatellitio cinctum, & ſatellitium furit capitis auxilio protectum: *Iſti inimici ſonuerunt*, inquit Incognitus ad hunc locum, *ea eſt ſonabunt contradicendo Chriſto: & qui oderunt te, extulerunt caput, id eſt, extollent. Et nota quòd non dicit capita, ſed caput: quia omnes iniqui habebunt vnum caput, quod erit Antichriſtus.* Certè ni Chriſtus Dominus infinita obarmatus potentia ſuos defenderet, hoſtéſque frangeret, virtus penitus periret deleta dum ſub impio Mecænate in illos belligerat impiorũ turba. Certè quos fortè Antichriſtus nequiret exterminare potentia, & verſutia præditus, iam abolere præſumit peruerſorum copia ſtipatus. Collaterales improbi, commenſales teterrimi nil proficeret, etſi ſtimulati procacia auderent; at dum vtraq; pars vires ſibi mutuat, dum ſe adiuuat, nihil non temerat. Quotidiana certè experientia videmus procerum tutela fretos, qui circumſtant, deteſtanda facinora perpetrare, proceréſque ſatellitio fiſſos in virtutem ſæpiùs audere. Pſal.82.v.3. Incognit.

§. XIV.

Nonnulli, vt quam ambiunt, dignitatem præripiant, religionem ſe ſtudioſè curare affectant.

61 NOnnulli in peſtiferæ ambitionis tutelam religionis aduocant cauſam: pietatíſque pectore fouere ſtudia mentiuntur, quo faciliùs poſſint, dum habentur religioſi, tectæ cõſuluiſſe ambitioni; imò aliquando in proprium genus ob religionem flãmeſcunt, vt dum tranſgredi honeſtè leges exiſtimãtur naturæ, habeantur aptiores ad dignitatem. Proh quantùm ſe extendit delirans ambitionis pruritus! ad delubra religionis ſe cõtulit, vt ſecuriùs ibi delinqueret. Syracuſis Dionyſius vmbratili religione religioni illuſit, & dũ affectat mentitũ cultũ, verum ſubripere geſtit aurum. Teſtatur Valerius lib. 1. de Religione. *Detracto Ioui Olympio magni ponderis* Valer. Max. *aureo amiculo, quo eum tyrannus Geto è manubiis Carthaginenſiũ ornauerat, iniectóque ei laneo pallio dixit, eſtate graue amiculũ aureum eſſe, hyeme frigidum, laneum autem ad vtrumque tempus anni aptius. Idem Epidauri Æſculapio barbam auream demi iuſſit, quòd affirmaret non conuenire patrem Apollinem imberbem, ipſum barbatum conſpici.* Eo dum affectat Iouis obſequium, ſuffurandi auri perfecit ſtudium, & mentitis religionis officiis in

religionem pugnauit. Nec dissimile est quod Abimelecho contigit: ardebat Imperatorem contalutari, cúmque nequiret eximias naturæ dotes, vtpote nothus, in auxilium ambitionis asciscere, decreuit ad religionem confugere, cúmque eius pater Gedeon Baalis aram euertisset, le Baal Deum tunc ab omnibus adoratum teneri desiderio vincendi confinxit, parentisque facinus vt sacrilegum detestatus omnes Gedeonis filios in paterni vindictam piaculi iugulauit: *Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobaal, an vt dominetur vnus vir?* Huius orationis argumentum à religione violata peti, & in fratres omnes religionis Zelo obarmari, testatur Arias Montanus: *Primum argumentum ex nominis commemoratione ad inuidiam petitur: namque offensionem illam veterem, quam Gedeon Bagalis aram demolitus, luctúmque populatus ante annos quadraginta subierat, in superstitum adhuc animis residere, & frequenti Ierubbaalis appellatione identidem refricari, & ipse notauerat, & ille iam excitatus de Baalis instaurando cultu rumor arguebat: monet itaque principio nominis inuidiam, qua viri liberos omnes non solum suspectione; verùm odio etiam inuoluat.* Vides ad religionis depellendam offensam confugisse non Baal vindicandi animo; sed imperandi detestabili desiderio. Et quidem quod tunc Abimelecho accidit, nonnullis solet etiam contingere: ostentant religionis Zelum, vel in suum genus armantur, si à Religione vel ad speciē deficiscant, cùm tamen totum hoc famuletur non pietati, sed ambitioni.

Montan.

63 In mandatis acceperat Saül omnia ad Amalec pertinentia demoliri, eúmque memoriam prorsus abradere; verum cupiditate obcæcatus, vanitatéque impulsus regem ad triumphi pompam reseruauit, & quidquid pretiosum erat subripuit: *Pepercit Saül, & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea.* Itaque, vt vides, omnibus his peperciſſe, mera erat rapina, obscura ambitionis flamma. Quid tunc? Religionis colore gestit rapta possidere; imò & gratias ob delictum elucrari: *De Amalec adduxerunt ea,* respondit Samuëli: *peperit enim populus meliorbus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo.* Si verborum attendas corticem, religio est; si medullam inspexeris, religionis iniuria & fœda cupiditatis rapina; sic tamen desipuit Saül, vt ab ipsa Religione mutuari voluerit arma ad inferenda Religioni bella. Fallebat pietatis color, cùm cupiditatis ambitionisque obtectus arderet furor. *Fallacium per hoc consuetudo ostenditur,* inquit Gregorius ad hunc locum, subiungitque post aliqua. *Dum addulta ab Amalec asserit, qua Domino immolentur, tacitè profert, non vt de reprehendi debeat; sed laudari.* Contentus non fuit Saül armentorum, supellectilium que rapinam exercere; sed ambiuit etiam diuini cultus Zelotypi & honorem suffurari: voluit suspici vti religiosus, quando puniendus erat vti religionis ac pietatis inimicus.

1. Reg. 15. v. 9.

Gregor.

64 Pontifices & Pharisæi Christi Domini plausibus repercussi, dignisque ab eo acceptis castigationibus inflammati illum aggrediuntur de medio tollere: ad hoc concilium cogunt, & acribus amittendi regni timoribus puncti dicunt: *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.* Etsi exteriùs patratis à Christo Domino miraculis coronarentur refragari; interiùs tamen ipsa cogente conscientia nequiuerunt non conficeri. Omne illorum erat studium dignitatem conseruare, cæterisque præire, dúmque verentur, turbas vtpote tot beneficiis obstrictas facilè non fore in Christum Dominum concitandas, ad religionem confugiunt, Numinique iniuriā irrogasse exerti vocibus clamāt: *Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam.* Diuini honoris defendendi colore in Deū ipsum insurgunt, & criminantur religioni illatam offensam, vt quam discupiebant, dignitatem volaticam conseruauerint gloriam. Adest Hieronymus in catena: *Pontificem, quem de solio Sacerdotali furor excusserat, eadem rabies ad scindendum vestes prouocat: vnde sequitur: Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua dicens: Blasphemauit: consuetudinis enim Iudaica est, quod cùm aliquid Blasphemum, & quasi contra Deum audierint, scindant vestimenta sua.* Religionis mentitur studium ad verum religonis probrum, vtque ambitioni seruierit, læsæ religionis iniuriam ad speciem vindicauit. Adest Chrysostomus in catena ad illa verba, *Principes Sacerdotum, & omne consilium.* Ipsum audi, *Congregatis Principibus Sacerdotum, & tota pestilētie conuenticula volebant suis insidiis iudicij formam imponere.* Vt quo furebant, odium explerent, confingebant in religionem delictum, nec solum vitare insidiarum satagebant inuidiam, sed omnium conciliare sibi fauorem ob religionis tutelam. Adde aliquando nonnullos religione vti hamo ad expiscandum aurum, suffurandumque argentum.

Matth. 26. v. 65.

Hieronym.

Chrysost.

Rachel paternam domum relinquens aurea suffurata est idola: *Furata est idola patris sui:* secum deferebat quæ Iacob sub therebintho sepeliuit: *Infodit ea subter therebinthum.* Moyses Iacob exēplum secutus vitulum aureum contriuit, in aquāque profluentem proiecit: *Cōtrinit vsque ad puluerem.* Quæramus, si placet, cui Rachel non contriuerit, cùm Moyses in puluere minutissimos redegerit, & Iacob infoderit. Ad hæc cur alia è paterna domo nō abstulit: sed idola? Putauerim inhiasse auro, religionisque prætexuisse delicto; idola abstulit, quasi veræ religionis curam agens; non tamen comminuit, cupiditati deseruiens: Iacob Zelo inflammatus idola obliuioni tradidit, Moysesfluentis commisit; at Rachel contecta dissimulauit, & fortassis ob id sacer textus furatam prodidit. *Furata est idola patris sui.* innues & furti studiū, & religionis mentitum Zelum. Adest Hugo Cardinalis. *Per hoc significantur quidam, qui secum in claustrum deferunt de anathemate Iericho habentes in corde cupiditatem, ambitionem, & huiusmodi, idola.* Videbatur Rachel abstulisse idolum; sed suffurata fuit aurum; imò vt suffuraretur aurum, religionis ad speciem ostendit Zelum. Et quidem si alia secum detulisset, meri argueretur furti, dum tamen idola subripuit, cupiditatem ad speciem honestauit, quia videbatur religionis Zelo inflammata, cùm fuerit cupiditate irretita. Videbatur ab impietate reuocandi parentis Zelo abstulisse idola, sed cupiditatis vrebat præcordia flamma. Itaque cor ardebat auri cupiditate, & mentita manus armabatur religione. Ad speciem videbatur bellum intulisse idolo, cum reuera inhianerit auro. *Deserunt habentes in corde cupiditatem, ambitionem, & huiusmodi, idola.*

65 Genes. 31. v. 19.

Genes. 35. v. 4. Exod. 32. v. 20.

Hugo.

Ioan. 11. v. 48.

Digitized by Google

§. XV.

Non ſemel dum ambitio per ſe negotia ambitionis non curat, ardentiùs, & ſtudioſiùs anhelat.

66 Mirę ſunt ambitionis artes: ſe ſubtrahit, vt prodeat: modeſtię opinionem exambit contempta, ad ſpeciem dignitate, & de ipſo ad ſpeciem contemptu ad dignitatem obtinendam ſibi facere gradum contendit: omnem ambitionis ſpeciem affectat fugere, vt melius quiuerit cõlequi. Acutiſſimè expendebat Tertullianus lib. de pœnitentia c. 11. aliquos ſeceſſibus dilete ſcere, aliorum conuentus fugere, frugalitatem, modeſtiámque ſectari; totum hoc quia euanidam gloriolam, aut volaticam dignitatem anhelabant adipiſci: *Nullis conuiuiis celebres, nullis comeſſationibus congreges; ſed exules à libertatis & latitię felicitate: idque totum propter vnius anni volaticum gaudium.* Plures ſunt, inquit Septimius, qui prætextati atria non terunt, qui ſe receſſui ad ſpeciem conſecrarunt; verùm non ſe abdunt humilitatis conſiliis; ſed peruerſitatis ambitioſiſſimæ monitis. Per ſe non ambiunt, vt habeantur modeſti, aliis mediantibus nullum non mouent lapidem, vt dignitatem piſcentur ambitioſiſſimi. Ecce exulant ambitores à lætitiæ, & felicitatis gaudiis; ſed vt volaticã annalcémque obtinuerint dignitatem, dignitatiſque ſortiantur via peruerſa ſplendorem. Ecquis non putaret Abimelechum à faſtigiis votis longiſſimè abeſſe, quando nec Sichimitarum procerũ domos adibat, nec ad eorum occurſum, vt ſalutauerit, deceſcebat? Aſt licèt per ſe ipſum dignitatẽ non exãbiuerit, per cognatos nullum non lapidem mouit: *Abiit Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ.* Abiit profectò, vt eorum ſolicitaret fauorem, vt eorum ope ſibi procerum animos inclinaret, vt diſſimulata ambitione dignitatem ambiret: *Locuti ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorum poſt Abimelech.* Curauit, ne dum eius ambitus noſcitur, Principatu priuaretur, alieniſque commodatis ſibi linguis rem tentauit, & diſſimulata tãtiſper ambitione facilè obtinuit: *Quæretur quare Abimelech non congregauit totum Iſraël ad hoc quòd eligerent eum in Principem*, ſcribit Abulenſis q. 3. additque: *Reſpondendum, quòd Abimelech hoc libenter egiſſet, ſi putaſſet ſic ſe poſſe intentionis ſuæ habere ſucceſſum.* Cognouit Abimelechus ſe omnium offenſurum animos, ſi apertè cæteris Gedeonis filiis ambiret præferri, illegitimumque legitimis anteponi. Ergo latenter aliorum fauore vſus appetens declinauit periculum, dum ardenter ſuſpirat regnum.

Tertullian.

Abulenſ.

67 Hoc ipſo capite Gaal ambitionis flammam Zeli prætextu occultabat, & ipſa plus occultatione exãbiebat: *Vtinam daret aliquis populum iſtum*, clamabat, *ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech.* Abimelechi interitus generalis reputabatur vtilitas: ergo Gaal generalis colore ſalutis, propriæ deſeruiebat ambitioni, & ipſa non imperandi affectatione ardentius procurabat imperium, & per ambagum doloſitatem faſtigium. *Cautè loquitur*, aiebat Caietanus: *non dicit: Quis faciet me regem, aut dominum; ſed, quis faciet me ducem populi ad bellum?* Deſiderabat imperium; verùm ea arte, eaque cautela, vt ciuitatis videretur ſuſpicate commoda, non ſua deſideraſſe incrementa; cùm tamen eam ipſam cautelam in ambitionis vocarit auxilium, & detorſerit incremẽtum: *Paret* ſcribit Lyra, *quod volebat dominari.* Deſiderium erat dominandi, color defendendi, & ipſo fuco auxiliatus eſt deſiderio.

Iudic. 9. v. 29.

Caietan.

68 Iobus ſimulatores, callidóſque diuinam pronocare iram teſtatur: *Simulatores & callidi prouocant iram Dei.* Eos ait diuinam iram prouocare, qui calloditatem ſimulatione conueſtiunt, qui gloriolam ad ſpeciem fugiunt; vt ſecuriùs piſcentur: nam vt ſunt qui accedendo fugiunt, ita & qui fugiendo accedũt: Notauit ſolito acumine Gregorius lib. 26. moralium cap. 23. *Quiſquis talis eſt, ad cuſtodienda duo videlicèt continua obſeruatione diuiditur, vt callidè nouerit & occultare quod eſt, & oſtentare quod non eſt: & vera mala premere, & falſa bona miniſtrare, nec ſe apertè in hoc, quod videtur, extollere, atque vt maiorem gloriam teneat, ſæpè ſe ſimulat gloriam declinare: qui enim ante oculos hominum ſequendo eam apprehendere non poteſt, ſtudet plerumque gloriam tenere fugiendo.* Fugiunt mendaciter gloriam, vt conſequantur verè, & coniungunt humilitatis plaulum cum ambitionis ſtudio: vt enim qui eo ludo, quem Hiſpani *Trucos* vocant, indulgent, globum aliquando aliorum collimant, cum alterum obliquo ictu collidere tagant, ita nonnulli ſic ambitione illudunt, vt videantur aliò collimare propoſitum, cùm tamen contrarium eorum fallax procurarit ſtudium.

Iob. 36. v. 13.

Gregor.

69 Chriſtus Dominus hanc Phariſæorum calliditatem, meramque hypocriſim mirè declarauit ſepulchris dealbatis comparans: *Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ à foris apparent hominibus ſpecioſa, intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia.* Dealbata ſepulchra ſic ſibi aduerſantur, vt ſpecie externa non ſine voluptate detineant oculos; cùm tamen intus vermes nutriuerint fœtidiſſimos. Qui extrinſeca ſpecie deluſus iudicium ferat, cenſebit nil ibi graue ſenſibus latitare, nil non vitale ſubeſſe, at ſi internè inſpexerit, externis contraria prorſus inueniet, & impoſuiſſe oculis noſcet. Adeſt citatus Gregorius: *Foris oſtendendo ſeruant, qua viuendo intus impugnant, intus verò mala cogitantes exaggerant, qua foris alia ſuperducentes occultant.* Non conſonat animus, & fucus: videntur gloriæ mortui, cùm interiùs ardentiſſimè ſtuduerint vanitati: ab omni tumultu vti ſepulchris reconditos putabis ſemotos ſolitudinémque affectantes, & teſte Domino, amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis. E ſepulchris, vbi ſe cupiditati, ambitionique fingunt mortuos, ſpeculantur ambitionis prædam, & receſſus ipſe cupiditatis eſt hamus. Huc voco quod aiebat Ennodius epiſtola 1. ſuum Ioannem alloquens, *Timere te ſcriptionem, quaſi fronte tener inſinuas, dum declamationum pompam refuga laudis depoſcit aſſertio, & ſit auara gloriæ, dum pudori parcere ſe oſtendit peregrinam mentita formidinem.* Refugiebat declamationum pompam, inſcitiam elocutionis affectans; verùm de ipſo timore adaggerabat laudes, vt videretur miraculum, quod prodibat ab inexperto, eratque auaritia laudis vera, & laudis fuga conficta. Cornelius Tacitus libro 1. annalium de Auguſto ſic ſcribit: *Genitos Aggrippa Caium*

Matth. 23. v. 27.

Gregor.

Ennodius.

Cornel Tac.

Digitized by Google

ac Lucium in familiam Cæsarum induxerat, necdum posita puerili prætexta, Principes iuuentutis appellari, destinare Consules specie recusantis flagrantissimè cupiuerat. Vt feliciùs exequeretur votum, quàm ardebat, specie tenus recusare dignitatem simulabat. Nouit namque dolus habitum modestiæ assumere, & despectus generosissimi faciem ostendere; cùm tamen omnia vota ad rapinam dignitatis tendant, & omnia desideria tàm impotenter, quàm tectè lucere exambiant. O quot inuenias ambitionis ad speciem refugas, internè affectas! Fingunt se nosse, confitentur meritis suis dignitatem imparem, timent mentita formidine casum, cùm ardentissimè ipsa simulatione inuolare celerius discupiuerint ad fastigium.

§. XVI.

In affectionis officina confinguntur facilè merita, & inauratur delicta.

70

Affectio eis veneficiis solet fascinare intellectum, eis illigare carminibus animum, eis oculis præstigiis illudere, vt aliquando delicta videantur miracula, & miracula delicta: mentis lux affectionis nebulis obtenebratur, & vt maligno splendore diuersa apparent obiecta, ita & intellectus luce affectionis nebulis obtenebrescēte rebus color sæpè sæpius auferitur, aut fallo imponitur. Zachariæ quatuor ostenduntur cornua, fabríque dicuntur: *Leuani oculos meos, & vidi, & ecce quatuor cornua, & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me,* &c. *Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros,, & dixi: Quid isti veniunt facere? Qui ait dicens: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam,* &c. Zachar. 1. v. 18. Stephanus in allegor. Tilmani in quatuor cornibus quatuor affectiones agnoscit. Ipsum audi: *Quatuor hæc cornua quatuor sunt affectiones.* Vides affectiones vocari fabros: & quidem iure optimo: nam vt faber artis aliquando industria lignum in Iouis statuam dolat, aliquando Iouis effigiem obliterat, sic affectio industrius faber è rudi stipite Numen effingit, & Numinis simulacrum informe reddit. Affectio sui iuris est: iugum excutit, & rationis fræna disrumpit: non sequitur affectio iudicium: quia aut corrumpit aut trahit: *Si esset,* aiebat Plutarchus lib. de virtute morali, *affectus vel perturbatio iudicium, oportebat vbi amare vel odisse te indicaris debere, sequi vt amares vel odisses: nunc è contra euenit.* Affectio iudicij ductu regenda erat; at è contra euenit, iudicium se affectioni accommodat, imò aliquando elaborat affectus ipsum iudicium. Opportunè Cornelius Tacitus lib. 1. annalium: *Augustus subsidia dominationi Claudium Marcellum sororis filium admodum adolescentem Pontificatu &, curuli edilitate; Marcum Aggripam ignobilem loco, bonum militiâ, & victoriæ socium geminatis Consulatibus extulit. Mox defuncto Marcello generum sumpsit: Tiberium Neronem, & Claudium Drusum priuignos Imperatoriis nominibus auxit.* Militem extulit in Consulem, puerum in Ædilem: quia alter nepos, & alter socius. Hinc Abimelechi cognati nihil aliud adeò curarunt, quàm erga ipsum Sichimitarum omnium affectū conciliare rati, si perfecerint, quantumvis moribus & ingenio rhamnum referat, viti, oliuæ, ficuíque præponendum, & in regem augurandum: nouerat namque affectionis præstigiis, frugiferas, fœcundasque plantas vti steriles reiiciendas, rhamnumque vti fructibus copiosum, & fœcundissimum augurandum: *Inclinauerunt cor eorum post Abimelech dicentes: Frater noster est.* Non laborant rationibus persuadere intellectum; sed inclinare erga Abimelechum animum: quia nouerant parum prodesse iudicium, si refragetur affectus: vt è cōtra, obesse parum si affectus suffragetur, iudicium cōtradicere, & prudentiam reclamare. Et quidem ipse probauit euentus, quandoquidem corde inclinato rhamnus fuit viti antelatus, & oliuæ præpositus: *Rhamnum regem sibi asciuisse dicuntur,* scribit Arias Montanus, *cuius nullus nec fructus nec flos, nec ramorum ac foliorum ornatus; sed nec arboris ac stipitis aspectus, in omnique arbustorum genere nullus eo deterior stirpis.* Montan. Nullus in omnibus arbustis inueniri potuit deterior, vt nullus vitæ dulcior, & vtilior; verùm affectionis incantamentis fructiferæ, fœcundæque plantæ transierunt in rhamnum, & rhamnus migrauit in oliuam, vitem, & ficum.

Psaltes stuporem, stoliditatémque Hebraici populi referens sic aiebat: *Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum: obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Ægypto.* Psal. 105. v. 20. Petram, è qua dulcissimi latices emanarunt, reiciunt: aquilam illam, quæ humeris assumpsit populum, vt illæsum transueheret, & periculi liberaret, in ducē nullatenus elegerunt: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos:* aiebat Moyses, *& super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis: Dominus solus dux eius fuit.* Deuteron. 32. v. 11. Mira res: cùm se teneri desiderio celeriter ad optatum terminum perueniendi testentur, nec moras patiantur, tardigradum bouem eligunt, & aquilam, quæ celeri volatu non pedites traheret, sed humeris ad instar quadrigæ veheret, ad ducatum omittunt? Profectò votis perficiendis opportunior erat aquila ocyssimis aërem pennis tranans, quàm ferendus humeris vitulus tardigradus, ac vestigia potiùs suspendens, quam explicans. Quomodò ergo sic desipiunt, vt suis conatibus refragentur, dum gradum accelerare nitantur? Quia, licèt ratio, respondit Tertullianus lib. aduers. gnost. c. 3. aquilam prætulerit, affectio erga bouem inclinabat: cor igitur nescio quibus veneficiis, carminibúsque sic mentem ligauit, sic sopiuit rationem: sic prudentiam euertit, vt visus fuerit vitulus aquilæ præponendus, & in ducem celerrimum, & fortissimum augurandus: *Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis,* inquit Septimus, *fugillans illic cor habere,* Stetit pro vitulo affectio, pro aquila ratio; verùm ea in vitulo merita fabricauit affectus, eas dotes confinxit, vt in ducis electione fuerit aquila reiecta, & ignauia velocitati præposita. Tertullian.

71

72

Prodigus rediit, & quidem vt nuditate fœdatus, honore nudus: patet primam illi stolam præcepit exhiberi, & spendidis ornamentis vestiri: *Cito proferte stolam primam, & induite illum.* Luc. 15. v. 22. Frater præteritis criminibus ferit, & fratris delicta prodit: *Deuorauit substantiā suam cum meretricibus.* Inspiciamus, si placet, cur frater indignū, qui reciperetur, censuit; cùm pater, qui primâ stola ornaretur, dignum protulerit? Si tot erratis degener, cur pater nuncupat filium? Et si filius, cur maior recusat appellare germanum: *Postquam filius tuus hic venit.* Non inquit, postquam frater meus; sed filius tuus. Ecqua huius discriminis causa est? Sanè affectionis

diuersitas:

diuerſitas : pater amore laudabiliter flammeſcens commiſſa non videt errata ; imò prima cenſet dignum ſtola: frater maleuolentia adductus, & terrimo liuore inflammatus ipſam naturam ignorauit, & ſolùm culpam aſpexit : Notauit Chryſologus

Chryſol. ſerm. 3. *Non dixit vnde venis ? Fuiſti vbi ? Vbi ſunt quæ tuliſti ? Quare tantam gloriam tantæ turpitudine commutaſti ? Sed : Citò proferte ſtolam primam, & induite illum. Videtis quia delicta non videt vis amoris.* Non vidit honeſtè cæcus amor delicta ; ſed pœnitudinis attendit perſpicax merita ; at frater malè erga fratrem animatus ignorauit pœnitudinis lachrymas, & vidit turpitudinis culpas. Ob id pater, vt qui quàm interſit ad oculorum obſcurandam, acuendamne aciem cordis affectio nouerat, totus fuit in affectum de fratris nomine pulſando: quod ſi aſſequatur, iam maior fratrem non atroſerit; ſed laudarit : *Frater tuus hic mortuus erat, & reuixit.* Fratrem appellat, vt affectum ſuadeat, ſciens, ſi mutetur affectus, fratrem aliis oculis ſpectandum. Adeſt Chryſologus ſerm. 4. *Videt filium degenerasſe animo, videt paterna pietatis, paterni generis nihil habere, & tamen nuncupat filium, ſuadet affectum.* Non refert fratris virtutes, non prodit pœnitudinis merita, non anxietatis ſuſpiria, non humilitatis vota ; laborat tamen in affectu ſubmouendo, quia noſcit merita à maleuolo non videri, nec à beneuolo crimina fugillari. Vti prudentiſſimus ad fraternam nititur dilectionem allicere, quaſi aliter nequeat rationibus perſuadere.

73 Diuus Paulus quales Chriſtiani nominis cultores haberentur, 1. ad Corinthios expreſſit : *Maledicimur, & benedicimus : perſecutionem patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus : tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc.* Profectò in ſuſtinenda perſecutione æquanimitas, in remunerando probra benedictionibus claritas, in pro blaſphemiis obſecrationes reddendo mira radiabat modeſtia, & omnium virtutum lucebat pompa : & nihilominus experti tolerantiam, patientiam intuiti, quia illos oderant, veluti purgamenta mundi deſpiciebant, & peripſema vocabant. Adeſt Anſelmus ad hunc locum *Reputati ſumus omnium peripſema, id eſt, adeò ſuperflui & immundi, atque inutiles vſibus hominum, ſicut purgamentum ferri vel corium pomi, quod vndique auferetur.* Et quare ? Quia, vt inquit Ambroſius lib. 1. de offic. cap. 30. etſi aliorſum : *Affectus tuus nomen imponit operi.* Affectus contraria nomina ſæpè cudit, & meritorum qualitates confundit. Hinc Adam vxorem ſuam, cùm mortis eſſet auctor, vocauit vitam : *Vocauit nomen vxoris ſuæ Eue, eò quòd mater eſſet cunctorum viuentium:* morientium tunc erat mater : imò mortuorum ; & nihilominus dum amoris philtro vincitur, filios viuentes vulgat, & vitæ artificem Euam credit. Audi Baſilium Seleucienſem orat. 2. *A membro abiunctus philtro vincior : loco ſeiunctum eſt, & deſiderio coniunctum: qui diſtulit corpora, animas noſtras in vnum contulit.* Dum plus adglutinatur affectionis vinculo, quàm ipſius naturæ conſortio mortis matrem appellat vitam : quia nomen non tam excudit ratio, quàm affectio. Quàm aptè Caſſiodorus 3. var. 5. *Sicut omnia ingrata videntur obſcura, ſic generaliter dilecta præclara ſunt.*

74 Deo ad Sinai deſcendente notat textus micuiſſe fulgura, totúmque montem fumum exhalaſſe: *Totus mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace.* Lyra in 3. additione notat eamdem nubem Moyſi aliter ac populo apparuiſſe : Moyſes videbat lucidam, populus caliginoſam: populus videbat fumum, Moyſes ignis ſplendorem : *Non attingebat ad tam claram notitiam ſicut Moyſes.* Lyra. Populus vtpotè ad Ægyptium inclinatus vidit fumum ; Moyſes vtpote bene affectus, aſpexit lucem : vt repetat Caſſiodorus : *Sicut omnia ingrata, &c.*

Tertullianus in Apologetico cap. 1. expendit 75
eâ cæcitate odium teneri, vt nolit veritatem inquirere, quo liberiùs poſſit iniquis ſuſpicionibus infamare : *Non licet rectiùs ſuſpicari, non libet propiùs experiri : hic tantum curioſitas humana torpeſcit : amant ignorare, cùm alij gaudeant cognouiſſe.* Tertullian. Sic odium refragatur notitiæ, vt auxiliarem, affectatamque aduocet ignorantiam, nec virtutes velit agnoſcere, quò poſſit liberiori lingua infamare.

§. XVII.

Otioſitas homines reddit venalitati obnoxios, & ad quoduis crimen paratos.

OTioſitas & ignauia morum ſunt peſtes, vt 76
flagitiorum artifices : quiſquis ſe inertiæ dicauit, O erroribus etiam expoſuit : nam dum inactuoſitas parit incommoda, adducit etiam delicta. Quiſquis otioſus, venalis eſt vernula, ſub haſta licèt, vt illicita audacter perpetret. Non potuit non qui deos finxit otioſos, non fateri venales, quaſi eadem origine ſatæ ſint, prodeántque venalitas & otioſitas : *Epicurei*, aiebat Tertullianus Tertullian. in Apolog. cap. 47. *Otioſum, & inexercitum* (Deum) *ponebant, & vt ita dixerim, neminẽ humanis rebus.* Dum Epicureis Deus confingitur inactuoſus : inérſque haſtam non potuit effugere, nec licitationem vitare. Audi ipſum Tertullianum cap. 13. *Publicos, atque publico iure fœdatis, quos in haſtario vectigales habetis : ſi Capitolium, ſi olitorium forum petitur ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem annotatione quæſtoris diuinitas addicta conducitur.* Conducebatur ad quoduis diuinitas: quia diuinitati adſcribebatur otioſitas adeóque præſentiſſimum eſt inertiæ venenum, vt adorata ab antiquis inactuoſa diuinitas venalitatis non effugerit probrum. Bene hanc otij qualitatem Abimelechus calluerat, dum homines ad omne flagitium promptos deſiderans conduxit otioſos, ac ignauiæ prorſus deditos : *Dederunt illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith, qui conduxit ſibi ex eo viros inopes, & vagos, ſecutíque ſunt eum, & venit in Domum patris ſui in Ephra & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum.* Caietanus legit ex Hebræo : *Otioſos, & veloces*, additque : *Otioſos enim & veloces ad arma conduxit.* Videbatur lateri eius nullus adhæſurus ad tam execrandũ facinus, quandoquidem horrent oculi copioſum adeò ſanguinem effuſum videre, manúſque fundere ; verùm dum inueniuntur otioſi, ſe miſerè venditant, & ad arbitrium mentis aptant. Et quid perpetrare renuat otioſus, dum lurida fama premitur, dum veſte pompatica exornari cupiens non ſortitur veſtem, ad quoduis certè crimen perpetrãdum exponitur

ponitur, dum nuditate famèque aduritur. Hinc discès cur tot mulierculæ sub hastario liceant: quia inhonestæ vacant otiosi tati, & venales exponuntur libidini: abstinerent sanè delictis, si studuissent honestis operis; at dum vacant, & peccant.

77 Prodigus ille qui nunquam legitur honesto labori addictus; sed ventri, & otiositati deditus, dum famis stimulis adurgetur, sed vendidit, & Lucæ 15. v. 15. ementis arbitrio exposuit: *Adhæsit uni civium regionis illius.* Et cui ministerio seruiturus adhæsit? Dum nullum speciale refertur, omne flagitium innuitur: conductus ad saginandos porcos delegatur, ibique nullũ idololatriæ genus respuit: quia otiosus omni se crimini venditauit: *Misit illum*, addit textus, *in villam suam, vt pasceret porcos.* Quod exponens ad mores ingeniose satis Chry- Chrysol. sologus sic aiebat serm. 5. *Adhærebat primario regionis illius, à quò mittebatur in istud sæculum, hoc est in vnam multarum superstitionum villam, vt pasceret porcos, id est, dæmones.* Dæmones criminibus laginauit venditus, & venditur, dum otiosus. Quod crimen respuerit fame validissima stimulatus? Quod flagitium detrectauerit nudus? Quod abhorreret ministerium inedia tabidus? Oblitus est generis claritatem, honestatem exuit, porcis seruiuit, primatiique improbis se desideriis exposuit. Itaque tantum se possedit, vt se venderet, & vt venditus placito alieno inseruiret. Adde aliquando esse ad speciem conducibilius à dæmone possideri, quàm inerti otio dicari: nec enim adeò grauia incommoda à pessimo spiritu videntur oriri, & grauiora ab otio nasci.

78 Miseri hominis pectus intrauerat versutus dæmon, & ne tyrannide priuaretur, linguam silentio improbo sigillauit; imò & reliquos sensus occlusit; verùm Christus Dominus miserandi adeò hominis vicem dolens, captiuitate depulsa restituit luci, donauit menti: *Cùm eiecisset dæmonium* Lucæ 11. v. 14. *locutus est mutus.* Insultantibus æmulis, ipsóque miraculi lumine cæcis miraculum pestifero dente arrodentibus fortem à fortiori testatur abactum exilióque pulsum: *Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt vniuersa, quæ possidet.* &c. Addit extorrem antiquæ habitationis dulcedine illectum aduentasse, vtque vacantem vidit, non solùm sedem antiquam repetiisse; sed etiam assumptis septem aliis spiritibus se nequioribus ferali pompa stipatum ibi iucundissimè inhabitasse: Matth. 12. v. 44. *Cùm immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui, & cùm venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Apud Matthæum ita habetur: *Inuenit eam vacantem.* Ecce à dæmone possessus non adeò fuit criminosus, ac otio turpissimo sordidatus in misero nequam habitauit spiritus, multiplex diuersatus est in otioso: grauius detrimentum, vt videtur, fuit otio vocare, quàm ab vnico dæmone distorqueri: dum non refertur otiositas vnico polluitur vitio; dum refertur, multiplici dæmone Euthym. sordidatur. Adest Euthymius ad Matth. 12. *De liberatis à dæmone hoc dixit, qui ob segnitiem ac negligentiam facilè rursus à dæmone inuaduntur & capiuntur: Inuenit, inquit priorem dominum suam vacantem.* Ecce otiositas omnis spiritus est iucundissimum diuersorium, & omnis sceleris receptaculum. Adde grauissimum paci, Reipublicæque ab otiosis imminere periculum: vt è contra ab actuosissimis promanauit sæpè incrementum.

Huius veritatis perpulchrum exemplum est 79 somnium illud Pharaoni obiectum, fertilitatis videlicet & inopiæ vaccis pulchris, & lutidis delineatæ. Ipsum audi somnia referentem: *Putabam me stare super ripam fluminis, & septem* Genes. 41. *boues de amne conscendere pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in pastu paludis vireta carpebant: & ecce has sequebantur aliæ septem boues in tantum deformes, & macilentæ, vt nunquam tales in terra Ægypti viderim, quæ deuoratis, & consumptis prioribus nullum saturitatis dedere vestigium; sed simili macie & squalore torpebant.* Mira res: fertilitas obesis vaccis prædicitur, inopia torpentibus designatur, & quod extra possibilitatis terminos videbatur, torpentes deuorauerunt obesas, & fame instigante attriuere morsibus pulchras. Iam si quæras, cur ad tantam famis designandam ærumnam torpentes vaccæ symbola fuerint adsumptæ: respondebit ipse Iosephus somnij interpres ignorasse tunc aratrum, nec vertisse solum: *Biennium est enim, quod* Genes. 45. *cæpit fames esse in terra* (fratres suos alloquitur) v. 6. *& adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.* Boues, quia terra aratrum non permittebat, otio vacarunt: ergo dum referuntur otiosæ, famèque stimulatæ, nihil non tentant, pulcherrimas vaccas vorant. Non potuit elegãtiori penicillo depingi sterilitas & vbertas, quàm otiositatis, & operis: nam actuosi boues horrea impleuerunt, non arantes omnia deuorarunt: quid enim sperandum erat ab inertibus, otiosisque nisi optimorum excidium, & felicitati naufragium. Innuit Lyra ad Genes. 41. Lyra. *Fertilitas contingit, & impeditur ex duobus, scilicet ex bona cultura ipsius terræ, & defectu culturæ.* Addit moralissimè: *Et ideò conuenienter per boues crassas & macras: quarum labore terra colitur, designantur septem anni fertilitatis, & septem anni sterilitatis.* A torpentibus bobus aratri ignaris, & à cultura remotis quid aliud prouenire quibat, nisi optimorum interitus? Dum septem otiosis vaccis Ægyptus oneratur, & fame durissima premitur. Expende ergo apud te, quantas subibit calamitates regnum, vbi non solùm inueniantur septem otio dediti; sed ignauiæ torporíque ferè innumeri homines consecrati.

§. XVIII.

Plures Deo dicatis sumptibus suorum gestiunt felicitatem promouere, & ad culmina dignitatis extollere.

80 Ecclesiastica bona Deo à fidelibus consecrata ad miserorum deputantur subsidia Audi Damianum lib. 4. epist. 12. *Ecclesiæ nascentis initio* Damian. *hic mos inoleuit, vt quilibet venientes ad fidem possessionum suarum iura distraherent, atque ad pedes Apostolorum pretiũ, quod ex iis sumebatur, offerrent.* Addit post pauca. *Vnde scilicet nõ modò clericos sacris excubantes officiis Ecclesia pasceret; sed & refrigerij*

Digitized by Google

frigerij ſtipem diuerſis indigentibus, & inopia laborantibus miniſtrarent. Perpende igitur, venerabilis frater quantorum homicidiorum in die iudicij reus erit, qui modo tot viduis, tot orphanis, diuerſiſque pauperibus, vnde viuere debeant, ſubtrahit. Quod ſi homicida cenſendus eſt, quem vnde egentium vita debuiſſet ſuſtentari, tenacitate conſtat auariſſimâ retinere; quid de illo exiſtimas iudicandum, qui non ſolum cupidus accumulat; ſed ad profanam ſuorum dignitatem, & promotionem bona Numini conſecrata dilapidat? Profectò dubium non eſt his duriſſimam imminere ruinam, & manere voraciſſimam poſteà flammam. Ecce Ioathan, vt irrogandas Sichimitis pœnas prædiceret, electores arboribus, electúmque rhamno, ex quo ventis agitato ſolet prodire flamma, moraliſſimè comparauit: *Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.* Qui olim ſyluæ ligna, iam editiſſimi montis cacumine fulgebant cedri, rhamni fauore, & contrariâ legibus impietate; at vt rhamnus tribulis accedentes dilacerat, & euomitis flammis deuorat, ita his, inquit Ioathan, ambitioſiſſimis, & ſua opinione cedris abſque dubio continget: prædictionis veritatem comprobauit euentus, nec pœnæ cauſam textus tacuit, pecuniam videlicet exiſtimato numini dicatam de eius fano extraxiſſe, & promouendo ad dignitatem cognato impiis auſibus applicaſſe: *Frater noſter eſt. Dederúntque illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith.* Non timent numinis fanum depauperare, ſi fratrem poſſint Eccleſiaſticis prouentibus ad dignitatem euehere. Ergo dum in ambitionis auxilium expendunt aurum Numini conſecratum, acerbiſſimum ſibi tribulorum maturauere ſupplicium, & in poſterum nutriuerunt ardentiſſimum ſibi incendium: *Iurauerunt omnes ei fidelitatem in fano Baal*, ſcribit Hugo: *vnde poſteà dictum eſt Baalberith, id eſt, idolum coniurationis:* **Hugo.** *Baal enim nomen eſt idoli, & berith interpretatur coniuratio: priùs ergo facta fuit coniuratio, & poſteà dederunt ei ſeptuaginta pondo argenti, vnde conduceret viros inopes, & profugos, vt iuuarent eum contra fratres ſuos.* Itaque ad dignitatem conſanguineo procurandam argentum Numini oblatum prodegerunt: ergo electus eos rhamni ad inſtar tribulis pupugit, & flammis ardentiſſimis deuorauit. Subdit Hugo Cardinalis: *Infructuoſi præficiunt ſibi rhamnum, id eſt, prælatum, qui in principio mollis eſt, & poſteà indurеſcit, & aculeatur, & ſpinoſus efficitur, ſpolians ſubditos ſicut ſpina, qua expoliat oues, qua tangunt eam, & tandem de ſe emittit ignem peruerſæ conuerſationis, & ſe & ſubditos comburit incendio infernali.* Dum ſacrata pecunia promouetur conſanguineus, eligitur etiam rhamnus, cuius duriſſimis ſentibus promotores diſpereant, & cuius flammis poſt duros tribulos ardeant.

Superior ſubditos diſpoliare ſolet.

81 Athalia impietatis terminos ſupergreſſa, dum filios ſuos ad Sacerdotalem dolorum dignitatem euehere exambit, ſacra pecunia, ne ſacrificuli reſpuerint, corrumpit, veri Dei templum tentat deſtruere, ſi poſſit filios ad dignitatem euehere. Ecquis hoc ait? Profectò ipſe Sacer textus: *Athalia impiiſſima, & filij eius deſtruxerunt domum Dei, & de vniuerſis, quæ ſanctificata fuerant in templo Domini, ornauerunt fanum Baalim.* Quo ſtudio templum depauperarint, & munera idolis obtulerint, explicat gloſſa, vt ſcilicet Sacerdotio fungerentur impiæ dignitatis honore clari, & ſceleſtâ auctoritate conſpicui: *Filios eius Sacerdotes idolorum nominat, qui templum ſpoliauerant, & ex ornamentis eius idola ſua exornauerant.* Qui facti ſunt Sacerdotes, Athaliæ nominat filios: nam licèt reuera legitimi filij non eſſent, aliqua fortaſſis erant conſanguinitate coniuncti. Ergo vt Sacerdotes idolorum dignitate conſeruet, aut dignitatem acquirat, impijs auſibus templum diſpoliat, & vertit ad ambitionis fomentum, quod applicari debuit ad templi ornatum.

2. Paralip 24 v. 7.

Gloſſa.

Plutarchus in præceptis politicis Argonautas illos, qui relicto Hercule aureum vellus ad ſe ducendos furati ſunt, tradit veneficiis deluſos, & fœminarum faſcinationibus fuiſſe adactos: *Relicto Hercule compulſi fuerunt fœminarum faſcinationibus, & veneficiis ſe ſeruare, & furari vellus illud aureum* Niſi deluſi nequibant exiſtimare ſalutem ſibi promouere ſacro auro ſubrepto, & fors mulieribus faſcinantibus dilargito. 82 **Plutarch.**

Chriſtus Dominus Sacerdotum optima norma, & idea vellus fuit, quod cœleſtibus irroratum fluentis inſtillauit ad terræ fœcunditatem fouendam; non tamen à terra ſuxit humorem ad pompam nutriendam aut ampliandam: *Deſcendit ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Videtur attingere Pſaltes quod Iudicum 6. refertur: pro indubio victoriæ ſigno petiuit Gedeon vellus cœleſti rore madidum: *Si ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra ſiccitas, ſciam quòd per manum meam, ſicut locutus es, liberabis Iſrael.* Factum eſt, vt poſtularat, & vellus comprimens concham impleuit: *Expreſſo vellere concham rore impleuit.* Itaque vellus concham rore exundantem ſpongiæ ad inſtar non euacuauit; ſed de cœleſti ſibi communicato rore adimpleuit. Quod à cœlo accepit, diuiſit aliis, nil ſibi ſuxit à terra. Ergo cæteros docuit cœleſtis ac verus Sacerdos cœleſti rore omnes perfundere non cœleſtem ſibi rorem auarè theſaurizare, aut ſuis ad augendum faſtum impertire. Diuus Chryſoſtomus loco illius hemiſtichij: *Sicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram*, legit: *Sicut gutta ſtillantes ſuper terram.* Quod ad mores aptans ſic ibi ait: *Gutta iſta virtutes ſunt, quibus idem Dominus noſter Ieſus dignatus eſt terram vehementer implere: gutta fuit, quando leproſum mundauit, puerum Centurionis à mortis periculo ſanauit, paralyticum curauit, cæcum illuminauit, mortuos ſuſcitauit.* Ecce Sacerdotis officium paralyticos, & membrorum diſſolutione ignauos ſalubri admonitione conſtringere, & virtutum operibus idoneos reddere, expellere cæcitatem, expungere mortem, & hoc totum rore cœlitus immiſſo. & Sacerdotali prouentu: vacuam implet vellus concham proprio rore, non fugit, nec adimpletur alieno. Sed proh dolor! Plures, qui ſacrum vellus debuiſſent imitari, contrarios conſtat mores referre: fugunt à miſeris, non impertiunt. Audi Iſaiam. 83 **Pſal.71. v.6.** **Iudic.6. v.37** **Chryſoſt.**

Vinum tuum miſtum eſt aquâ, Principes tui infideles, ſocij furum. Ambroſius in cap.1. Iſaiæ de Sacerdotibus intelligit, qui ſacrum munus verterant in commercium, & Deo dicanda ſibi præripiebant, & vti aqua miſcetur vino, ſic cupiditatem colorabant religionis prætextu: *Mercimonium igitur eſt adminiſtratio Sacerdotum: vnde & prophera hodie dicit ad filios Iſrael: Caupones veſtri miſcent vinum aquæ: non enim de his cauponibus Iſaias ſanctus loquitur, qui publicis miniſteriis ſeruientes meram vini ſpeciem fraudulenta aqua colluuione permiſcent: nec enim hoc ad beatum virum more iudicis ſeculi pertinere poterat, cùm corruptis tabernarum vaſculis minus ebrioſo potu populus vte-* 84 **Iſai.1. v.22** **Ambroſ.**

retur ; ſed de illis vtique canonibus loquitur , qui præſunt Eccleſiis. Itaque ſibi diripiebant , quod Numini offerendum, aut populis erat præſtandum. Quod adhuc expreſſiùs deplorabat Aggæus.

85 Aggæi 1. v. 9. Ambroſ. *Dicit Dominus exercituum, quia domus mea deſerta eſt , & vos feſtinaſtis vnuſquiſque in domum ſuam.* Datus Ambroſius ſic legit : *Sectamini vnuſquiſque domum ſuam.* Itaque qui Chriſti domum debuiſſent adaugere , & impenſis erga pauperes miſericordiis ornare , domuum ſuarum gloriam ambitioſa ſtudioſitate curabant , & indefeſſa ſolicitudine promouebant : Dei domus collabebatur eius membris inedia expreſſis , & fame luridis, ac labefactatis , cùm Sacerdotum domus in regalia adſurrexiſſent palatia , & illorum cognati , nepotéſque de Chriſti ſanguinis pretio luculentiſſima poſſiderent prædia : *Cùm functionum diuinarum eſſent Præſules* (verba ſunt Ambroſij) *ſectatores rerum facti ſunt humanarum , ſicut ipſe ait propheta : ſectamini vnuſquiſque domum ſuam.* Domum conſtruunt , familiam amplificant , cenſum ampliſſimum aggerant , & quæ pauperibus reddenda , inueniuntur affinibus applicata.

86 Nahum. 2. v. 12. Hugo. *Leo cepit ſufficienter* , aiebat Nahum , *catulis ſuis , & necauit leænis ſuis , & impleuit predâ ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum raſinâ.* Hugo ſic interpretatur , *Leo cepit ſufficienter catulis ſuis , id eſt, nepotibus ſuis , vel filiis , & necauit leænis ſuis , id eſt, neptibus ſuis , & impleuit preda ſpeluncas ſuas, & cubile ſuum rapinâ ſuâ. Audite Principes domus Iacob , id eſt Eccleſiæ.* Eccleſiæ aliquando Principes neptibus , & nepotibus ſuis de Eccleſiaſticis bonis ſtabiliunt maioratus , vtque illi exundarint copioſiſſimis facultatibus , quidquid poſſunt , rapiunt auidiſſimis vnguibus.

§. XIX.

Infauſtiſsima eſt dignitas æquitatis iniuriâ obtenta , aut Eccleſiaſtica facultatis diminutione innutrita.

87 VTi naues contra irruentes procellarum adſultus tenaci firmantur anchora , ſic religionis cultu ſtabiliuntur imperia: quiſquis ad Eccleſiaſticam facultatem audacter manum extendit, ſibi calamitatem aſciuit. Salomon coniunctum templo extruxit ſibi palatium : quia oportet , ne turbinibus nutauerint impetita , ſuffulciri pietate imperia. Quiſquis ad Deo ſacrata manum extendit , potentiæ ſuæ vires ipſa extenſione eneruauit. Qui in religionem piaculis temerati ſunt , cœleſtem meruerunt iram , & humanam etiam ſunt paſſi ſententiam. Audi quomodò ſenatus impios puniuerit apud Valerium maximum lib. 1. de Relig.

Valer. Max. *Iam mehercule , quàm Q. Pleminij, legati Scipionis in theſauro Proſerpinæ ſpoliando ſceleratam auaritiam iuſta animaduerſione vindicauit : cùm enim vinctum Romam protrahi iuſſiſſet , is ante cauſæ dictionem in carcere , terrimo genere morbi conſumptus eſt. Pecuniam dea eiuſdem Senatus imperio , & quidem ſummam duplicando recuperauit.* Proſerpina diuinitate carebat ; quia tamen, licet falsò, dea exiſtimabatur , eius theſauri raptor deceſſit peſtilenti morbo correptus , & à Senatu damnatus , qui infligendam duriſſimam raptori pœnam , & reſtituendam Proſerpinæ duplicatam decreuit pecuniam , timens bona Numinibus conſecrata , ſi auara diſtraherentur manu, præſentiſſima fore felicitatis venena,& miſera ſemper naufragia. Audi citatum Valerium : *Quod quidem ad Pleminij facinus pertinuit , benè à Patribus conſcriptis vindicatum eſt ; quod ad violentas regis Pyrrhi ſordes attinuerat , ſe ipſam potenter , atque efficaciter dea defendit : coactis enim Locrenſibus ex theſauro eius magnam illi pecuniam dare , cùm onuſtus nefaria præda nauigaret , vt ſubitæ tempeſtatis tota cum claſſe vicinis dea littoribus illiſus eſt.* Illiſus amiſit & pecuniam , & claſſem , & vitam. Et quamuis illa dea figmentum fuerit : quia tamen furtum in religionis contemptum perpetratum eſt, naufragio tradidit raptorem Deus , non falſæ diuinitatis aſſertor ; ſed religionis æquiſſimus propugnator. Ob id Ioathan regnum Abimelechi fani diſpendio exortum : *Dederunt illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith* ; rhamno frondibus , ac fructibus nudo comparauit : *Dixerunt omnia ligna ad rhammum : Veni,& impera ſuper nos* : nec enim quibat floribus , aut fructibus exundare , qui ad ſacra auſus fuerat manum extendere. Philo Iudæus lib. de vita Moſis ait rhamnum eſſe fruticem pauciſſimis foliis veſtitum , fructibus carentem , inualidum , & nullo temporis tractu procerum : *Rubus erat frutex ſpinoſus , & imalidus.* Ecce Ioathan , vt vidit diſpoliatum fanum. inualidum rhamni ad inſtar fore pronuntiauit imperium : nec enim poterat creſcere ad amplitudinem , aut florere ad venuſtatem ſacro auro imminuto , & theſauro Numinis diſpoliato. Philo.

Ioſue exercitus, cui præclariora cœli luminaria morem geſſerant ; imò officium exhibere geſtinerant , à pauciſſimis hoſtibus luget profligatus & victus : *Statim terga vertentes percuſſi ſunt à viris vrbis Hai.* Ioſue dolore perculſus regales veſtes ſcindit , & dignitate quodammodò exauctoratus ſordeſcit. Quid autem fuerit ſtragis cauſa, textus non tacuit , dum Achamum in Deo ſacrata manum extendiſſe retulit : *Tulit aliquid de anathemate.* Aurum illud voraciſſimæ flammæ ad inſtar omnem exercitus gloriam deuorauit , & Imperatorem chlamyde exuit : vtque Hebræorum Pontifex veſtes diſrupit,cùm morti Chriſtum damnauit, ſic Ioſue chlamydem ſcidit,cùm audax manus ſacrata Numini polluit : *Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua dicens : Blaſphemauit : quid adhuc egemus teſtibus ? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam : quid vobis videtur ? At illi reſpondentes dixerunt : Reus eſt mortis.* Cùm Chriſtum neci tradidit, dignitatis ornamenta exuit, vt conſtaret iam dignitate mulctatum , & auctoritate nudum. Ita Hieronymus in catena D. Thomæ : *Per hoc quod ſcidit veſtimenta ſua oſtendit Sacerdotalem gloriam perdidiſſe, & vacuam ſedem habere Pontifices.* Dignum fuit ſede priuare Pontificem , dum Chriſtum morti indigniſſimæ tradit ; at cùm Ioſue ſimili non maculetur piaculo , cum diſpoliationis non diſſimile obſcurauerit teſtimonium ? Fallar, ni ſimilis veſtium ſciſſio noſtræ eruditioni inſeruierit. Ecce cùm Deo ſacratum diripitur , regia veſte Princeps denudatur , & de alieno ſcelere ſordeſcit exauguratus quodammodò dignitate : exauctorationis ſigna non diſſimilia produntur , dum Chriſtus cruci traditur , & conſecratum aurum ſubripitur : vt hinc diſcamus quanta debeant Deo ſacrata veneratione tractari.& quàm horrendum ſit auaris manibus pollui : *Vſurpauit* , ſcribit Lyra, *id eſt de conſecratis Domino , ſcilicet aurum,* Lyra. 88

Digitized by Google

& argentum. Poſſeſſo ſacrato auro chlamys Imperialis diſtrumpitur, & damnato Chriſto Pontificalis ornatus dilaceratur; quaſi idem fuerit Deum damnare, & Deo ſacrata lubripere.

89 Quod Dauidi fuit felix regni præſagium, Saüli extitit infauſtiſſimum teſtimonium: præcidit Dauid regiæ chlamydis oram: *Cognoſce oram chlamydis tuæ in manu mea.* 1.Reg.24. v.12. Viſo chlamydis fruſto iam Saul regem futurum agnoſcit: *Scio quòd certiſſimè regnaturus ſis*: exigua oræ pars fuit non indubium regni præſagium, cùm tamen Samuelis pallij ſummitas fuerit in manu Saulis certiſſimum exaugurationis indicium: *Apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt: & ait ad eum Samuel. Scidit Dominus regnum Iſrael à te hodie.* 1 Reg.15. v.28. Si inquiras cur ſcilla pallij ſummitas infauſtum fuerit præſagium, cùm ſciſſa ora fauſtum futuri regni fuerit auſpicium: ea ſe mihi offert ratio, Saulem videlicet Sacerdotem diſpoliaſſe, Dauidem verò oram ab aduerſario, Deique inimico tuliſſe: ergo rex eſt, qui à Deo protectum diſpoliat, & rex non eſt, qui Sacerdotem denudat. Huc voco Caſſiodorum Caſſiodor. 12.var.13. *Quemadmodum præſumat ſubiectus contingere, quod Deo reſpicit humilitatem dominantis offerre?* Præmiſerat: *Pietas Principum totum cuſtodit imperium, & dum iſtis viciſſitudo digna redditur, incolumia Reipublicæ membra ſeruantur. Dudum ſiquidem Imperialia conſtituta per Bruttos, atque Lucaniam Sacroſanctas Eccleſias aliqua funerum deuotione ditarunt; ſed & vt ſacrilegis mentibus familiare, & in ipſa quoque reuerentia diuina peccare, nonnullam exinde partem numerariorum nomine Canonicarij ſubtrahebant: facientes laicum commodum ſubtilitatem clericorum.* Subnectit: *Amentur honeſta lucra, horreantur damnoſa compendia: nullus audeat inde tollere, quod poſſit collecta diſpergere. Addendoperdidit, qui retinendo collegerit.* Ecce Saul addendo perdidit, quia vt colligeret, retinuit. Dum Samuelis ornatum anguſtat, vt ſibi quærat augmentum, infelicitatis extitit fruſtulum indubium auſpicium: nec poterat non eſſe poteſtatis tinea Sacerdotis ſublata ora: vnde Saul videbatur auctior, inuentus eſt infelicior; & quod à Sacerdote violenter abſtulit, omnia, quæ poſſederat, ignis ad inſtar aduſſit.

90 Chriſto recens nato Magi Ieroſolymam inuolant, & inquiſitione non interrogant; ſed inſultant. Herodes nuntio perculſus obturbatur, nec minùs Scribæ & Sacerdotes feriuntur: *Audiens Herodes rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo:* Scribæ Phariſæique ducem prænuntiant, & bellum pauitant: *Exiet*, inquiunt, *dux.* Et quæ perturbationis ſunt cauſæ? Eſto Herodes ſui regni timeat ſucceſſorem, cur Sacerdotes, Scribæque aduentaſſe vereantur Meſſiam tot ſuſpiriis expetitum, & à prophetis tot denuntiatum? Quia Sacerdotes, Scribæque, reſpondet Chryſologus ſerm.158. ſe dignitate denudandos iam videbant, vt qui dicatis Deo ſumptibus nutrierint pompã, & æquitatis iniuriã acquiſierint pecuniam. Non poterant non citò perire, quos conſtabat Eccleſiaſticis redditibus ſplendere. Chryſologum audi: Chryſol. *Eſto quòd Herodes rex amore regni, ſucceſſoris timore coactus ſit talia moliri: quare Ieroſolyma? quare Principes? quare Scribæ?* Iam reſpondet: *Sacerdotes profanauerant ſancta, & peccata vendentes in quæſtum veniam, pietatémque conuerterant.* Non adeò rationis lucem amiſerant, vt putauerint dignitatem Eccleſiaſticorum reditumq; vſurpatione ampliatam, faſtigiumque Numinis iniuriã acquiſitum poſſe perſiſtere: ergo iure inceperunt timore acerrimo formidare: timet Herodes detrudendum regali throno: quia thronum inſcenderat tyrannidis, & impietatis auxilio: timent Sacerdotes, quia ad profanum quæſtum deflexerant ambitioſi pietatem auaritiſſimo deſiderio: cùm igitur dignitatum non ignorauerint fundamenta, prudenter imminenti iam pauitauere ruinã: eſt namque indubium, quantumuis ſuffulſeris, nutare, ſubrui, labeſcere dignitatem Numinis iniuriã exortam, aut Eccleſiaſticis prouentibus ampliatam.

§. XX.

Religionis ſtudium ſemper fuit regni firmiſſimum ſuſtentaculum.

REligio, dicatúſque Numini cultus ad inſtar firmiſſimæ contra ventorum adſultus anchoræ habitus fuit ſemper ab antiquis ad regna firmanda, & imperia ſtabilienda: *Omnia poſt religionem ponenda ſemper noſtra ciuitas duxit*, ſcribit Valerius Maximus lib. de Relig. cap. 1. *etiam in quibus ſummæ maieſtatis conſpici decus voluit. quapropter non dubitauerunt ſacris imperia ſeruire; ita ſi humanarum rerum futura regimen exiſtimantia, ſi diuinæ potentiæ benè atque conſtanter fuiſſent famulata.* Conſtanter imperant, qui religioni deſeruiunt, & inde fauſtum maieſtas ſumit auſpicium, vnde ſtabile religionis perſeuerat fundamentum. Hinc etſi deluſi erga Numen, nam præcipuè Sichimitæ curarunt, quàm inaugurandum in Regem à Religione auſpicari imperium: quia ſic credebant fortunatiſſimum. Fœdus inter Baal & Abimelech celebratum fuit, & inaugurandus ſe Sacramento obſtrinxit, & religionem promouere ſemper ſe curaturum animitùs ſanxit. *Dederunt illi ſeptuginta pondo argenti de fano Baalberith.* Baal cognomen Berith indiderunt ob fœdus cum ipſo inaugurando rege initum, & ſolemniter celebratum: nam cum commune, ſolemnéque ſit hominibus, quam ſibi deſiderant felicitiſſimam, à Religione fortunam auſpicari, fauſtúmque ſibi euentum promittere, ſtuduerunt Sichimitæ vno eodémque actu Deum officiis deuincere, & Abimelechum fauſtè & feliciter promouere. Adeſt Arias Montanus: *Certè Abimelechi facinus Sichimitarum procerum arbitrio probatum, non ſine auſpicio inchoari oportere viſum eſt, id verò ex noua religionis ratione, & auctoritate peti placuit, vt eadem & negotij illius felicitas expectaretur, quæ inducta religionis futura eſſe credebatur: namque hoc pacto ſocietate cum Numine inita Abimelecho Principatum pariter factum & perfectum fore ſperabatur.* Montan. Itaque fortunatiſſimum credebant imperium à Numinis cultu exortum, & religionis, quam etſi deluſi credebant, tutelæ deuotione dicatum. Addit Arias Montanus fœdus ita initum fuiſſe: *Vt quiſquis Baghal Berithi religionem quoquo pacto violauerit. Principis potentiæ offenſionem, animaduerſionem, & mulctam ſubeat. Rurſus qui Principis auctoritatem detractarit, Baghal-Berithum vindicem, vltorémque experiatur.* Itaque à fœdere inito idolo nomen impoſitum fuit, & fœdus cum exiſtimato Deo celebratum, vt nouerit electus Princeps firmum ſtabiléque contra varios fortunæ

vultus

vultus futurum ſibi ſemper imperium, ſi cauſas religionis ſolicitè egerit: hoc namque pacto ipſum Deum ſibi obſtringet, & totius calamitatis expugnatorem habebit.

92 Pſaltes vt impiorum inſtabilem felicitatẽ oſtenderet, ſic aiebat: *Vidi impium ſuper exaltatum & elevatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat: & quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius.* Aliquando impius cæca adſpirante fortuna mentis cacumine cedri ad inſtar eminet ipſa montis ſoliditate, & grauitate ad ſpeciem contra procellas fundatus, & contra fortunæ vultus munitus; verùm quam mons firmitatem præbuit, impietas labefactauit, & dum religioni inuenitur aduerſus, non ſolùm ipſe; ſed & locus eius apparet prorſus eraſus. Iam impium vocari, qui religioni aduerſatur, tradit Gregorius Magnus libro 25. Moral. cap. 10. *Impius propriè dicitur, qui à religionis pietate ſeparatur.* En dum pietas deficit, firmitas etiam fatiſcit: nec enim quid ſtetit firmum, ni religione probetur fundatum: ergo qui eminebat vt cedrus, diſparet vt fumus; imò locus ipſe confunditur, dum pietas eius firmiſſimis ad ſpeciem proſperitatibus aduerſatur.

Pſal. 36. v. 35. Gregor.

93 Vt Dauidicum regnum æternaturum, prænuntiaret oraculum, à religione voluit auſpicari, & à diuini honoris propugnatione exoriri. Adſtabat turris illa carnea Dei populum maledictis inceſſens, iſque erat temeritatis auſus, vt in Deum ipſum maledicam & caninam linguam obarmaret: per id temporis fratribus ſubuenturus aduentant Dauid in campum, adeóque inſolentis monſtri audicis probris exarſit, religionſique zelo inflammatus eſt, vt conducibilius duxerit vitam glorioſo diſcrimini exponere, quàm iactata in Deum probra auribus repercuſſis audire: *Nunc vadam, & auferam opprobrium populi: quoniam quis eſt iſte Philiſthæus incircumciſus, qui auſus eſt maledicere exercitui Dei viuentis?* Saul in tumultu erat, nec fidei religioniſque propugnator proſiliebat in campum; ſed quod Saul timore victus recuſabat, religionis amore inflãmatus Dauid ardebat: vtriuſque ergo actio declarauit regnum alterius imbecillum, & alterius æternandum. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 15. *Militem ſuum producit in medium gratia, verè Regem factis declarans, dum pugnæ prouocationem Dauid ad ſe rapit.* Addit poſt aliqua: *O qui palàm feciſti fidem ad pugnam nullis egere armis! O qui in re ipſo palàm feciſti fidei vim! O qui palàm feciſti hominibus pro Deo pugnam eſſe capeſſendam!* Sedes Dauid in æternum permanebit, ſicut ſol in conſpectu Dei, & ſicut Luna ſemper perfecta nec vllis menſtruis modulationibus varia, nam dum manus fundam parat in vſum pro religione certaminis, & ſplendorem fundat regiminis: non potuit non Dauidicus thronus ſtabilis contra temporum adſultus manere, quando conſtabat contra hoſtes religionis ſtare.

1. Reg. 17. v. 36. Seleucienſ.

94 Notabam aliquando, etſi Moyſes fuerit ſæpè cum Domino diſſerens, tunc in petra ſtetiſſe, cùm notum fuit omnibus vitulum illum ſacrilegum expugnaſſe: enixè perierat à Domino eius ſpectare gloriam ob religionem defenſam: votum diſtulit Dominus, vtpote mortali carne induto non opportunum: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo & viuet*; verùm etſi diſtulerit votum, firmiſſimo voluit eminere fundamento: *Ecce*, inquit, *eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petram.* Et cur modò ſupra petram Deo proximam, qui anteà inductus fuerat in nubem? Quia non poterat firmitet non conſiſtere, quia pia audacia vitulum contendit atterere Religionis aſſertor petræ firmiſſimæ ſoliditate eminebat fundatus, nec ventorum timebat adſultus: vt notum omnibus fuerit religionem felicitatis eſſe ſecuram anchoram. Adeſt Ambroſius epiſt. 56. *Idololatria indignitate percitus fregit tabulas Moyſes, & comminuit vituli caput, atque in pulueren redegit, vt omnia impietatis aboleret veſtigia.* Subnectit Auguſtinus q. 154. *Quis locus eſt, qui non penes Deum eſt, qui nuſquam abeſt? Sed Eccleſiam ſignificat, tamquam templum ſuum commendans: Et ſtabis, inquit, ſupra petram.* Dum Moyſes petram, hoc eſt, religionem tuetur, ipſa petra ſuffulcitur.

Exod. 33. v. 20. Ambroſ. Auguſtin.

95 Hoc religionis fundamentum ardenter maligni ſpiritus tentant demoliri: quia dum conſiſtat, nonerunt non poſſe ædificium penitus cadere: *Exinanite, exinanite*, vociferantur, *vſque ad fundamentum in ea.* Fundamentum Chriſtus eſt, teſtante Paulo: *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.* Ergo dum Ieruſalem, dum regum curiam, dum Imperatorum aulam conatibus anhelant anxiis deſtruere, fundamentum adnituntur ſolicitè diſſipare. Adeſt citatus Gregorius: *Inimici deſtruentes, vſque ad fundamentum Ieruſalem exinaniunt, quando pernerſi Spiritus à corde fidelium deſtructo priùs ædificio boni operis ſoliditatem quoque exhauriunt religionis: ſicut enim ſupra fundamentum fabrica, ſic ſupra fidem opera conſtruuntur.* Religionem ſatagunt ſollicitè euertere, ne quid poſſit fabricæ ſtare: & quidem dum religionem fidemque fabricæ fundamentum eſſe teſtantur, ſine hoc fundamento nihil ſtabile poſſe conſurgere cuncti edocentur: adhuc deſtructa fabrica boni operis fundamentum perſiſtit; ſine fundamento verò nihil eſt firmum; ſed ruinæ ſemper expoſitum.

Pſal. 136. v. 7. 1. Cor. 3. v. 11. Gregor.

96 Fortaſſis ob hanc cauſam Chriſti Domini regnum in ipſo ortu ſpoliis diteſcebat, & pede ſæuos hoſtes conculcabat: *Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Recens natus Chriſtus cæcum illum Magorum errorem depulit, religionemque vindicauit: *Vbi eſt*, aiebant, *qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius.* Iam Deum Sydus non credunt, iam ineluctabilia non eſſe fata cognoſcunt, iam Herodes regnum ſuum veretur labaſcere: quia Chriſti regnum neſcit pro religione ſemper exiſtere: Sine armis Damaſci fortitudinem enerauit, vt nos erudiat præ militaribus armis ad ſubigendos hoſtes valere veræ fidei patrocinium, quandoquidem puer nondum verba promens, religionis tamen cauſas ſolicitè agens inimicos deuicit, & regnum ſibi fundauit. *Vbi vidit Magus*, ſcribit Chryſologus ſerm. 156. *humanas periiſſe curas, ſuas defeciſſe artes, mundanæ ſapientiæ exinanitos labores, omnium ſudores obriguiſſe ſectarum, totius philoſophiæ theſauros eſſe vacuatos, fugiſſe paganam noctem, opinionum nebulas concidiſſe, ipſas dæmonum delituiſſe vmbras, ſtellam non vt cometem incircumfuſo crine occultare, quod nuntiat, obſcurare quod lucet, ſic dicit.* Regem dicit Chriſtum, & quidem qui Herodis technas deſpiciat: quia nouit veram religionem illuſtrare, & varios ſectarum errores eodem lumine depuliſſe: adeo namque coniuncta ſunt religionis integritas, regnique ſtabilitas, vt Chriſtus Dominus ipſo, quo ſectarum tenebras diſſipabat, aſtro

Iſai. 8. v. 4. Chryſol.

regni

regni ſui æternùm duraturi fidem fecerit vti indubio teſtimonio.

§. XXI.

Adeò cæcus ambitionis eſt ardor, vt exuat naturam, & generi proprio irrogare moliatur notam.

VT virtuti perfectè ſacratus patrem neſcit, ignorat proſapiam, exuit honeſtè naturam; ſic nonnulli peruerſa Melchiſedechi æmulatione, ſine patre, ſine matre, & ſine genèalogia inueniuntur; imò ſi ad euanidum honorem expiſcandum conducat, ſuis conficta delicta applicant, & ſi quæ perpetrauerint, audaci impudentia euulgant. Vt ab ambitioſo nil eſt ſperandum, ſic nihil non eſt timendum: parentibus non parcit; amori fraterno non obedit; imò ad inſtar truculentiſſimæ feræ ſuorum delectatur ſtragibus, ſi per ſtrages ad ambitum dignitatis faſtigium aſcendat, & dignitatem ſibi præripiat: *Relinque ambitum,* aiebat Seneca epiſt. 84. *tumida res eſt, vana, ventoſa, nullum habet terminum, tam ſolicita eſt, ne quem ante ſe videat, quàm ne poſt ſe alium.* Nullum ante ſe ſuſtinet patienter ambitus, nullum ſuſpicit, omnes contemnit. Adeſt in huius veritatis comprobationem Abimelechus, qui vt ſibi Sichimitarum fauorem conciliarit, patenti ſacrilegij crimen impegit, & tot innocentium fratrum ſanguinem audacter fudit: *Venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum.* Ierobaal cognomen adeptus eſt Gedeon ob Baalis aram euerſam, & eius ſacrilegam religionem expunctam. Ergo Abimelechus, quia vidit Sichimitas erga antiquam Baalis religionem benè affectos, patris facinus vti ſacrilegium deteſtatus eſt: vtque quàm animitus eam religionem coleret, defenderétque conſtaret, nil, quod memoriam patris conſeruaret, reliquit intactum, ſed religioſo, vt putabatur, ferro aboleuit præciſum. Vti violatores religionis, vti impietatis hæredes fratres occidit, vtque occiſis deteſtandum dignitatis faſtigium inſcenderet, innocuis temeratæ religionis crimen adſcripſit. Ierobaal vocat filios, id eſt, illius diuinitatis deſtructoris hæredes, quaſi hoc titulo debuerint prorſus abradi, & de hominum memoria expungi: *Nunc hominum peruerſo ingratoque iudicio*, inquit Arias Montanus, *hoc ipſo cognomento in crimen vocato in Baghalberith gratiam (nam huiuſmodi cauſa prætextu fucus vulgo fiebat) ſeptuaginta filij viri omnes, & ad publicam vtilitatem procreati, & inſtituti, ad vrbis etiam, & generis gloriam tam numeroſa floreníque prole conſeruatu digniſſimi; tamen omnes capitis damnati perinde quaſi publica aliqua peſtis omni populo perniciosiſſima eſſet, ſuper lapidem vnum vno fratre cædis auctore, & ſpectatore occiduntur.* Addit Arias Montanus: *Quod verò locus ipſe occiſionis ſingulariter notatur, eò pertinet, vt cædam illam tamquam victimam vltori Baghal religioſo nomine factam populus intelligeret.* Ecce vbi Abimelechus ambitioſis flammis exarſit, parenti ipſi inuidiam conciliauit, & fratribus crimen temeratæ religionis impegit.

Seneca.

Ambitio & ventoſa & ſollicita.

Montan.

Abſalon naturæ peſtis, ſanguinis dedecus, gehennalis furor, dum proditionem molitur, patri adſcribit ignauiam in negotiis expediendis, ſuámque, ſi regimine potiatur, laudat ſolertiam: *Manè conſurgens Abſalon ſtabat iuxta introitum portæ, & omnem virum, qui habebat negotiũ, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Abſalon ad ſe, & dicebat: de qua ciuitate es tu? Qui reſpondens aiebat: Ex vna tribu Iſrael ego ſum ſeruus tuus. Reſpõdebatque ei Abſalon: Videntur mihi ſermones tui boni & iuſti; ſed non eſt qui te audiat conſtitutus à rege.* Ipſa origo ſuadebat, ſi quem patrem in expediendis negotiis habuiſſet, occultare defectum, & exulceratum negõtia gerentium delinire blandis ſermonibus animum; ea tamen erat ambitionis cæcitas, vt condemnarit vt ignauum regem, nec appellauerit patrem: *Non eſt*, inquit, *qui te audiat, conſtitutus à rege.* Adeſt Lyra: *Quaſi dicat: rex iam eſt antiquus, nec poteſt competenter intendere talibus: & ideò magnum damnum eſt, quòd alius habens zelum communitatis non eſt ad hoc conſtitutus.* Regem ineptum iam muneri vtpote ſenio confectum clamat, improuidúmque condemnat; nec timet adſcribere parenti culpam, ſi quiuerit rapuiſſe coronam. Audi Chryſoſtomum homil. de Abſalon perſequente, &c. *Per exitium patris conſequi deſiderat regnum:* exuit pietatem, ignorauit naturæ legem, vtque adularetur ambitioni, patrem obiecit diſcrimini.

2. Reg. 15. v. 2.

Lyra.

Chryſoſt.

98

Diuus Ioannes Phariſæorum ambitionem ſugillans viperarum genitis comparauit: *Videns multos Phariſæorum, & Sadducæorum venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtrauit vobis fugere à ventura irâ?* Vt comparationis energiam melius calleamus, aduertendum eſt Phariſæos teſtante Domino exambiſſe ſemper primatum. *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.* Dum ambitionis pectore fouent toxicum, viperarum imitantur ingenium: ingrata ſoboles, vt fruatur luce, parentem tradere non refugit morti: mater filium non edit; ſed filius immaturæ lucis cupiditate viſcera materna diſrumpit. Ita Chryſologus ſermone 137. *Progenies viperarum, ſoboles ingrata naturæ, cuius ortus eſt genitoris exitium, cuius vita eſt mors parentis.* Subnectit: *Matris vterum viperæ dicuntur excindere.* Cæteri homines vitiis laborantes naturæ ſeruant affectum, pietatem colunt, pluſque periculi frequenter eſt in nimio erga ſuos amore, quam in impia ingratitudine; at ambitioſus naturæ reuerentiam non ſeruat, neſcit pietatem, per cognatorum ſtragem, per parentum iniuriam ad volaticam tendit, ſi poſſit conſequi, gloriam: vt matris vterum viperæ agnoſcuntur excindere, ſic compertum eſt ambitioſos non ſolùm ad dignitatis conſecutionem ſuos ignorare; ſed iniuriam etiam inferre. Addit Chryſologus: *Synagogam fratres, eiúſque filios tales fuiſſe demonſtrat: ad quam Chriſtus affectu coniugis cum veniſſet, dicente Ioanne: Qui ſponſam habet, ſponſus eſt, inter amplexus, & oſcula cruenta Iudæ Chriſti caput eſt expetitum, & ore petitum cùm dicitur: Crucifige, Crucifige.* Per conſanguinei mortem, per procuratam illi infamiam, ne Romani illos diſpoliarint ſibi ſtabilire curarunt dignitatum lumina, & populi magiſteria.

Matth. 5. v. 7

Matth. 23. v. 6.

Chryſol.

99

Zara cum Phares de Principatu decertans manum protulit, in qua obſtetrix coccinum ligauit ſanguineum, vt primatum denotaret, & myſterium ſigno exprimeret: *In ipſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum dicens: Iſte egredietur prior*: qui conatus eſt

Geneſ. 38. v. 27.

100

primatum

primatum præripere, inuentus est etiam dexteram sanguineis maculis obscurare. Iam si cuius hic fuerit rubor, quæras, testatur Isidorus Christi Domini fuisse, & in Zara Hebræorum populum Christi Domini sanguine pollutum signari. Ipsum audi in quæst. in Genes. cap. 28. *Quod scriptura inducit parientem Thamar, & duos in vtero geminos habentem, quorum scilicet primus, qui dicitur Zara, misit manum suam, & obstetrix liganit coccinum, &c. Figuraliter congruit, quod extenderit Israel in legis opera manum suam, & eam prophetarum, & ipsius Saluatoris pollutam cruore contraxerit.* Isidor. Primus haberi non poterat, ni coccinum manu præferret: ergo manu prætulit sanguinem, vt acciperet splendorem: muricis obscurus splendor de prophetarum sanguine tingendus erat, isque fuit Zara Hebræorum ænigma, vt nullatenus recusarit suorum sanguine pollui, si primus posset haberi. Proh carum primatum! proh cæcissimum affectum! Coprolo suorum sanguine primatum emit, & luce detestabili fulget. *Zara*, teste Diuo Thoma ad hunc locum, *oriens interpretatur*: vt ergo oriatur ad instar solis lumine circumfusus, apparebit sanguine defœdatus, nec recusabit manum mittere ad suorum necem, si possit ita sibi acquirere dignitatem. Vt pestiferam fugimus luem, vt à cognatis contagio laborantibus declinamus, sic fugiendum erit à consanguineis, si ambitionis peste flagrauerint: est enim nocentissimum propinquis etiam contagium, & nullius salutis parcens incendium. D. Thom.

§. XXII.

Filius improbus est grauissima parentum pœna, & durior ac seuerior multa.

101 Fllius optimus moribus excultus parentum est dignior laus, sumptuosior gloria, & iugis semper lætitia: vt è contra nil acerbius, quàm si pietatis nomen in credulitatem degeneret, negligitur quinis aliorum reatus, si intonuerit degeneris prolis adsultus: trucem inimicum ipsa inimicitiæ causa edocet effugere, aut tolerare: amicum aliquando contigit sortiri iracundum, & fraudulentum; verùm nulla calamitas adeo est acerba, vt indomiti filij procacia: filius improbus est obscura parentum nebula, infamis atauorum quantumuis fumosis stemmatibus nobilium nota, diuitiarum iactura, perpetuæ anxietudinis causa, & omnis felicitatis tragœdia. Vnde vt quam diuinitati gloriam delirans appetierat mulier stultissimo desiderio, digno solueret supplicio, non solùm partus doloribus, & quidem acerrimis fuit addicta; sed Caïno suscepto mirè discruciata: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios.* Genes. 3. v. 16. Magna non esset huius supplicij seueritas, si post tot dolorum cruciatus dignus dolore ederetur filius; verùm dum ad ærumnam Caïnus nascitur, dum ad lachrymas editur, non potuit non esse dignum flagitij tormentum, tormentorumque cumulus. *Illa*, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 5. de impatientia Euæ loquens, *semine diaboli concepta malitiæ fœcunditatem iram filium procreauit, editum suis artibus erudiit: quod enim ipsum Adam & Euam morti immerserat, docuit & filium ab homicidio incipere.* Tertullian. Dum Eua enititur diabolum fratricidam, luit acerbissimam pœnam, quandoquidem inuisceratum venenum nec poterat expelli, nec pati. Quàm acerbum erat parentibus filium sortiri fraterno sanguine defœdatum, omnibus inuisum, exilio perpetuo traditum, Deo aduersum! Certè multiplicabantur partus ærumna, lachrymarum copia, calamitatum miseria. Diabolus cui studio erat hominem perdere, postquam paradiso exturbarat, inuenit quo exulceraret dolorem, & Caïnum docuit insurgere in fratrem: *Quod ipsum Adam & Euam morti immerserat, docuit filium ab homicidio incipere.* Non dissimili pœna punitus est Gedeon, qui cùm parta celebri de inimicis victoria debuisset Deo obstrictius obsequi, mortémque gerere, Ephod constituit, quod omni domui extitit criminis causa, & felicitatis ruina: *Factum est Gedeoni, & omni domui eius in ruinam.* Domui, splendorique ob scelus decreta mulcta fuit Abimelechus improbus Gedeonis filius qui voracissimæ flammæ adinstar quidquid erat famæ, ac gloriæ consumpsit: *Venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobaal septuaginta viros super lapidem vnum.* Pharao hominis facie bellua, & quidem truculentissima, filias reseruauit, vastator ille Angelus, qui, vt plurimis placet, fuit dæmon, primogenitos solùm occidit; at Abimelechus paternam penitus domum, euertit, & flagitiis horrendissimis defœdauit. Adest Hugo Cardinalis: *Dictum est in capitulo precedenti, quomodò Gedeon periit inaures, ex quibus fecit Ephod, cum quo populus fornicatus est, quod ei factum est in ruinam, & domui eius. In hoc capitulo ostenditur, quomodo, & à quo facta sit illa ruina, scilicet ab Abimelech.* Hugo. Vt dignè illud puniretur flagitium, Gedeoni natus est filius naturæ ignominia, proauorum infamia, omnis felicitatis ruina, & calamitatis omnis fœcundissima vena.

Ioannes Pharisæorum Sadducæorúmque greges aspiciens progeniem viperarum appellauit: *Videns multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?* 102 Math. 3. v. 7. Dum filiorum sugillat ingenium, quàm grane fuerit parentum denuntiauit peccatum, quando durum adeo cœlitus illis decernebatur supplicium. Vipera parit ad mortem, & quem pectore fouet filium, nocentissimum sibi experitur venenum: improba namque & ingrata progenies materna disrumpit viscera, quot parit genimina, tot experitur tormenta. Ergo Ioannes, vt quam graue Pharisæos maneat supplicium euulget, viperarum vocat filios, quo & parentum culpam, & filiorum declarat pœnam, quandoquidem filij impij sibi miseram maturant stragem, & parentes peruersi viuam sustinere coguntur mortem. Audi Chrysologum serm. 137. *Hos impietas amara fecit lethales vomitus, serpentium virus effundere, & infando crudelitatis auspicio de morte patris concipi, matris de morte generari; progenies viperarum, soboles ingrata naturæ, cuius ortus est genitoris exitium, cuius vita est mors parentis.* Chrysol. Vipera conceptus tempore caput coniugis cruento osculo refertur abscindere, vt non tam fœtum, quàm crimen concipiat; vtque detestandæ fraudis, & cruentæ cædis pœnas dignas persoluerit, filios parit, quorum vita vindictæ ordine incipit, non naturæ: ad matris mortem nascitur vipera vltionem expetēs, vterúmque maternum discindens: sceleſtorum geniminum domicilium immaturo furore disrumpitur, & ab ipsis filiis dissecatur: nec solùm vipera

ad

gitized by Google

ad matris viuit miſeriam ; ſed à Paulo excuſſa ardentem ſiſtinet flammam , vt mater pœnas dederit morte, & filius maternam cædem ſoluerit igne. Et quæ maior decerni potuit pœna viperæ fraudulentiæ , quàm talia habere genimina , quando ſunt duriora tormenta ? O quot filij à parentibus exegerunt pœnas duri carnifices ! Naſcuntur plures ad parentum gemitus, & ad cognatorum cruciatus : vnde Sadducæorum parentes eis ipſis delictorum tulerunt pœnam , & ardentiſſimam aduerentem viſcera anguſtiam.

103 Diabolus æquitatis æmulus in Iobum , quem eximiis ornari virtutibus nouerat , obarmatur , & iniquis ſuſpicionibus mentitiſque calumniis liuori ſuo adulatus facultatem à Domino impetrat ad exagitandam eius conſtantiam,& impetendam patientiam : illius Deus votis annuit , vt ipſa vota ſui ipſorum fuerint ſupplicia : accepta ergo licentia ſic furoris exarſit flamma , ſic debachata eſt inuidia , vt è regio throno ad Sterquilinium tranſtulerit, ingentéſque opes in extremam paupertatem mutarit : allata cœlitus gregum partem deuorat flamma , partem diripit rapax aduerſariorum violentia, ſeruos impetit hoſtilis audacia, & filios ipſa ſepelit ædificiorum ruina : *Repentè ventus vehemens irruit à regione deſerti, & concuſſit quatuor angulos domus , quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* Origenes lib.1. in Iob quo ſolet ingenij acumine , hinc probat Iobi filios floruiſſe virtutibus, & miris virtutum dotibus : *Non erat inter eos ſuperbia, neque arrogantia , neque inflatio, neque elatio : non contemnebat primus nouiſſimum, non ſe extollebat, non exultabat maior ſuper minorẽ ; ſed germanorum circa inuicem conſeruantes vnanimitatem : conueniebant ad inuicem, conueniebant purè atque ſincerè , conueniebant concorditer , atque vnanimiter.* Et vnde conſtat Iobi filios virtutibus exornatos , & pietate floruiſſe excultos ? Ex ipſa, inquit Origenes , morte ab aduerſario procurata : nam ni tales eſſent filij,dæmon in Iobi patientiam nil adeò acerbum quiret armare , aut in campum contra eius tolerantiam producere. Profectò ni filij virtutis eſſent cultores , eorum morte non intenderet patrem exulcerare ; ſed vita affligere , quandoquidem grauius in Iobi patientiam nequiſſimus æmulator torquere nequiret telum , quàm improbum filium : ſi quis eorum improbis moribus fuiſſet denigratus , degenerique conuerſatione paternæ pietati aduerſus , iam haberet dæmon qua præ cæteris graniori Iobum calamitate pulſaret , eiúſque conſtantiam impeteret : quid enim durius , aut acerbius excogitari potuiſſet parenti, quàm degener , & malè moratus filius,cùm eiuſmodi ſit parenti fœcunda laborum vena, exaggeratior, & cumulatior anguſtia.

Iob.1.v.19.

Origen.

104 Deus Hebræorum populum liberaturus in rubo flammis apparuit cincto, & acutiſſimis ſpiculis obarmato : *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* In rubo deſignari populum tradit Philo Hebræus lib.1. de vita Moſis : *Significabat ardens rubus oppreſſos iniuria.* Ecce Deus aculeis proceribus terebratur , & recapitulata ſpinea corona teritur : iam ſi quæras cur doloroſo adeò habitu apparuerit , reſpondebit textus Deum Hebræorum populum ingratiſſimum , & idololatriæ piaculis obſcurandum in filium ſibi adoptaſſe : *Hæc dicit Dominus : filius meus primogenitus Iſrael.* Ergo dum ingratum, dum ſceleribus inhiantem ſortitur filium , non potuit duriſſimis ſentibus non lancinari , & à capite vſque ad verticem fœdis plagis veſtiri. O quàm proprium mali filij ænigma tubus extitit , quando aculeis malitiæ plenus omnia patris membra acutiſſimis doloribus terebrat ; imò non ſolùm vitam ; ſed famam gloriam,ac ſubſtantiam omnem dilacerat.

Exod.3.v.2.

Philo.

Exod.4. v.22.

Chriſti Domini paſſionem vmbris pro coloribus ſcriptura depingens retulit Noë vini,hoc eſt, amoris ebrietate nudatum,& à filio Cham irriſum: *Bibens vinum inebriatus eſt , & nudatus in tabernaculo ſuo; quod cùm vidiſſet Cham pater Chanaan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata,nuntiauit duobus fratribus ſuis foras.* In Noë omnem Chriſti paſſionem delineatam teſtatur Hugo Cardinalis : *Eſt aliud vinum , quo Chriſtus inebriatus eſt , ſcilicet vinum charitatis,qua in tantum dilexit nos,vt & mori propter nos voluerit.* Sanè meo videri prototypo non reſpondet imago, quandoquidem Chriſtus Dominus amoris vino laudabiliter ebrius non iacuit ſolùm nudus ; ſed duro ſtipiti affixus , clauis perforatur , transfixus lancea, opprobriis ac contumeliis ſaturatus , quorum nihil expertus fuerat Noëmus : quomodò ergo copioſa adeò calamitatum illuuies potuit in Noëmo & prædici & adumbrari ? Quia filium habuit maledictum, vitiorum vernulam, patri ingratum, originis inſcium : ergo in malo filio vt compendiaria epitome tota Chriſti Domini paſſio adumbratur. Noë filium improbum paſſus, totius paſſionis eſt typus.

Genes.9. v.21.

Hugo.

§. XXIII.

Miraculum eſt, ſi inualidus aſſequatur virtutis præmium , aut potentioris fruſtretur odium.

106 SAtis videbatur , vi tutior quis viueret , ſpem improborum vitare , nihilque, quod cupiditatem alienam irritauerit , poſſidere : concupiſcuntur enim decora , & cupiditate ineſcati periculoſa aſciſcere ſolent bella ; verùm iam non prodeſt ad tutelam fortunæ mediocritas, nec ingenij lenitas ; imò ſi quem abſque periculo arbitretur potentia offendere , dum nullo timore cohibetur, & indignatione agitatur , truculentiſſimè ſæuit, & ſæuè furit; *Illud ne timearis , præſtabit tibi* , aiebat Seneca epiſt. 105. etſi aliorſum, *& fortuna mediocritas,& ingenij lenitas,cùm te eſſe homines ſcient,quem offendere ſine periculo poſſint.* Cùm manus potentis non arceat timor,& illas aliquãdo exacuat odium, miraculi ad inſtar erit , ſi inualidus fruſtrarit periculum. Noſcunt potentiores inualidum, paupertatemque ſine periculo poſſe offendi , & improbitate ſtimulati captioſos obtendunt laqueos , & iam non in abſcondito , vt olim ; ſed palam laceranere pauperculos. Multa ſunt, quæ hominem in hominis inſtigent perniciem,ſpes, inuidia,metus, contemptus,& odium : ex his omnibus olim contemptæ eſſe fortunæ habebatur remedium : nam quem quis contemnebat , etſi calcaret , tranſibat. Iam potentior contemptum non tranſit ; ſed premit, & pertinaciter nocet , dum quòd obſiſtat, nil timet. Dum Abimelechus cæca regni ambitione fratres incantos perimeret , dum ardentiſſima odij graſſaretur flamma , Ioatham minimus delituit,& fratris odium fruſtrauit : *Occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum : remanſitque Ioathan filius Ierobaal minimus , & abſconditus eſt.* Hugo Cardinalis exiſtimat

Seneca.

Digitized by Google

adæquè mirum Ioatham fraternam iram fruſtraſſe, & Dauidem dignitatis culmen inſcendiſſe : *Minimus*, inquit, *& abſconditus, & Dauid minimus inter fratres ſuos inunctus eſt in regem.* Si hiſtoriam conſulas, inuenies Dauidem non ſine miraculo inauguratum, & prophetica manu electum : nam quamuis tota in eius animo virtutum florerent prata, dum ſub diuo oues ageret, diſtabat non minus à dignitate, quàm ab improbitate diſtiterit ; Deus verò virtutis remunerator thronum apparat & Samuelẽ prouidenter delegat : acceſſit Samuel, cumque numeroſus fratrum chorus circumſtaret, & pater reliquos omnes præter Dauidem applicuiſſet, fluxa olei natura detinebatur, & quamuis propheta vt vngeret, cornu inuergeret, fluere oleum recuſabat, à Deo electum expectans, & maiores fratres repudians : demiratus Samuel, an ſuperſit filius, rogat : cui pater Dauidem fatetur remanere ; ſed eſſe paruulum opponit : *Adhuc reliquus eſt paruulus, & paſcit oues.* Prophetæ præcepto adducitur, & iam oleum properantes verticem linit, & præ omnibus electum exponit : *Vnxit eum in medio fratrum eius.* Interceſſiſſe hic miraculum teſtatur Seleucienſis Baſilius orat. 14. *Cornu inuergens reiectaneum, vt vngeret, cogebat ; ſed oleum fluere recuſabat.* Itaque oleum dedidicit naturam, quouſque de Dauide eligendo Numinis confirmauit ſententiam : Hunc ergo electioni exæquat Hugo Cardinalis Ioathami fugam : nam vt miraculum fuit Dauid patrono carentem, etſi virtutibus exundantem dignitatis occupaſſe faſtigium, ita fuit miraculum inualidum minimúmque inſanientis eluſiſſe odium, vitaſſe ferrum : *Minimus & abſconditus, & Dauid minimus inter fratres ſuos vnctus eſt in Regem.* O quàm patent inualidi ac inopes potentiorum violentiæ, quando cenſet Hugo adæquè mirum fuiſſe, & minimum inſcendiſſe thronum, & tyranni fugiſſe cultrum.

Hugo.

1. Reg. 16. v. 11.

Seleucienſ.

107 Chriſtus Dominus in tuguriolo naſcitur, pannis pauperrimis tegitur, cùm Magi inuolant adoraturi : *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum?* Audit Magos Herodes, & iam parat laqueos ſpecie honoris : *Ite & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Chryſologus exhibitum à Magis obſequium, & Herodis odium fruſtratum diuinitatis aſſerit clariſſimũ teſtimonium : ipſum audi ſerm. 156. *Plus cœleſte de Magis, quàm de ſtella ſignum eſt, quod Iudæa Regem, quod legis auctorem Magus ſcit.* Inualidum ad ſpeciem, pauperculum, patrocinioque carentem obſequium ſibi debitum conſequi ingens adeò erat miraculum, vt plus cœleſte de Magis, quàm de ſtella ſignum fuerit : frequens eſt cœlum luminibus honorare virtute claros, probitate conſpicuos : Moyſes de monte deſcendens, quæ ſolares radios vincerent, fulgurabat luminibus ; at Magos debitis laudibus in præſepi iacentem celebraſſe, debitis officiis ac obſequiis religioſis coluiſſe, vt inſolitum, ita mirum. Diſertè ergo Chryſologus ait : *Plus cœleſte de Magis, quàm de ſtella ſignum eſt.* Adde Chriſti diuinitatem non ſolum commendaſſe Magorum obſequiũ ; ſed Herodis etiam flagrantiſſimũ odium : non ignauam inuenies arripuiſſe fugam ; ſed diuinitatem conteſtantem victoriam, dum potentis eludit odiũ, & ardentem regis, fruſtrat affectum : *Deus, quando fugit hominem,* ſcribit iterum Chryſol. ſer. 150. *Sacramenti eſt, non pauoris.* Rationem reddit : *Inſequentem non pauet ; ſed foris producis : vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoſte victoriam : occultum ſe non patitur inire conflictum, qui mandare ſuum ſæculis vult triumphum.* Dum fuga ſe potenti ſubducit, dum illæſus regis captioſos laqueos euadit, Deum ſe prodit : nec enim ſine ſacramento aut miraculo pauperculus meritorum aſſequeretur præmium, & potentis vitaret odium : eſt enim apud Iæculum ad inſtar Phœnicis rarum & prodigioſũ ab inualido diuitis potentiſque odij technas eludi, & præmium pro meritis obtineri.

Matth. 2. v. 2

Chryſol.

Mulier apparet Apocalypſis 12. puerulo gratiarum manibus formato grauida, partuique vicina : *In vtero habens clamabat parturiens* : draco diadematis coronatus puerum deuorare contendit : *Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperiſſet, filium eius deuoraret.* Draconis fraudulentas verſutias, verſutas technas puer recens natus euaſit, nec ſolum fruſtrauit ſerpentis odium ; ſed raptus eſt ad dignitatis faſtigium : *Raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronum eius* : Draco detruditur, & in throno puerulus collocatur. Quid tunc? Dei virtutem & poteſtatem reſplenduiſſe exertis vocibus, iteratiſque acclamationibus fatentur Angeli. Ecquis hoc ait? Ipſe profectò Ioannes : *Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem : Nunc facta eſt ſalus, & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius.* Vox illa *facta*, idem eſt ac manifeſtata. Quaſi dicant Angeli : Nunc apparuit quam magna fuerit Chriſti poteſtas : & cur modò præcipuè luceat? Quia qué merebatur, citiſſimè puer adeptus eſt thronum, & quia potentiſſimum, virulentiſſimumque fruſtratus eſt inimicum : & quidem ni puer diuinitate eſſet præditus, ſerpens non deijceretur fruſtratus. *Non valuit Diabolus*, inquit Ambroſius ad hunc locum, *neque miniſtri eius vincere Chriſtum* : dum armatus potentium furor Chriſtum inſequitur, & inſecutus fruſtratur, præter opinionem eius teſtatur diuinitatem, quando, ni tantus, taliſque eſſet, nec potentiæ vitaſſet laqueum, nec celeriter adeò pro meritis aſſecutus luceret thronum. Repetant ergo Angeli : *Nunc facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius* : nam clarè regnum agnoſcitur, vbi puſillitas aſſequitur citò præmium, & magnatum fruſtrat odium.

108 Apoc. 12. v. 2.

Ambroſ.

Exploratores Ioſue apud Rahab hoſpitio exceptos rex Iericho ſtudioſè inſectatur ; at mulier prouidentiſſima tegit, in ſolariúmque domus ducit : *Fecit aſcendere viros in ſolarium domus ſuæ* : quos in ſolario occuluit, per funem poſteà dimiſit, & regis odium fruſtrauit : *Dimiſit eos per funem de feneſtra.* In fune Chriſti Domini ſanguiné adumbratum putant Interpretes. Ita Adamantius homil. 3. *Pannum coccineum ponit in feneſtra domus ſuæ, per quod ſaluetur ab excidio ciuitatis ; coccineum ſcilicet, quod ſanguinis formam gerebat : ſciebat enim, quod nulli eſſet ſalus niſi in ſanguine Chriſti.* Chriſti Domini ſanguinis innotuit efficacia, vbi Ioſue exploratores meritis pleni tenuerunt ſuprema, & potentium toſerunt odia : & quomodò, niſi Chriſti ſanguis pro illis fuſus, illis patrocinaretur, tenerent alta, & vitarent aduerſa? Certè domus illa Chriſti rubebat ſanguine, quando virtutibus exornatis Ieſuque miniſtris, etſi paupereulis, & apud mundum inualidis celſa conceſſit, & furente potentia per funem illæſos prorſus dimiſit : aliter namque veritatis miniſtri nec odij vitaſſent tela, nec tenuiſſent domus culmina. Et nota hanc domum inter ciuitatis ſtetiſſe ruinas : nec enim vlla vis potuit deiicere

Ioſue 2. v. 6.

Origen.

domum,

Digitized by Google

domum, qua & virtus tenuit faſtigium, & inuenire aditum potentis non potuit odium. Diſcant ab Rahab Principes & thronos contra fortunæ adſultus fulcire, & ſibi regna æternare. Stabit inconcuſſum regnum, ſi virtus puſilli luceat excelſa, & violentia potentioris frænata.

§. XXIV.

Duriſſimum eſt, ſi munus exerceat iudicis, qui gerit animum hoſtis.

110 IVdicis munus ſub terroris cortice dulcem patris cuſtodire debet affectum: & quidem virga illa Aaronica flores in amygdalas deformauit, vt oſtenderet faſcibus externis obiectare duritiem; ſed interiùs cuſtodire dulcedinem; imò duritiem ipſam gratis foliis veſtire, & ſolùm ad ipſam dulcedinem exercendam opportunius oſtendere. Scrutanda ſunt diligenter delicta, inueſtigandi ſunt rei, non tam vt pœnarum doloribus deleantur, quàm vt ad virtutis ſemitam reuocentur. Quàm benè Seneca lib. 1. de ira cap. 14. *Non eſt prudentis errantes odiſſe, alioquin ipſe ſibi odio erit. Cogitet quàm multa contra bonum morem faciat, quàm multa ex iis, quæ egit, veniam deſiderent: iam iraſcetur etiam ſibi: neque enim æquus iudex aliam de ſua, aliam de aliena cauſa ſententiam fert. Nemo, inquam, inuenitur, qui ſe poſſit abſoluere, & innocentem quiſque ſe dicit reſpiciens teſtem, non conſcientiam. Quantò humanius mitem, & pacatum animum præſtare peccantibus, & illos non perſequi; ſed reuocare? Errantem per agros ignorantia vitæ, melius eſt ad rectum iter admouere, quàm expellere.* Subiicit moraliſſimè Stoïcus, & quidem digna Chriſtiano calamo: *Corrigendus eſt itaque qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & aſperè, melioreque tam ſibi, quàm aliis faciendus non ſine caſtigatione, ſed ſine ira: quis enim cui medetur, iraſcitur?* Itaque iudicis munus eſt, ſine ira mederi, & ſi poſſit blandis, non aſperis vulnus ad ſanitatem reducere. Vino quidem & oleo ſapientiſſimus ille Samaritanus ſaucio ſanitatem procurauit; verùm prius oleum infudit. Iam ſi oportet iudicem animum gerere parentis, quàm miſerum erit, ſi geſſerit odientis & hoſtis? Nulla innocentia proderit, nulla cauſa grauis non erit, & vbi configitur quid puniatur, nullus à punitione eximetur. Abimelech poteſtatem ſibi rapuit, vtque fratribus ſe acerbiorem ac duriorem exhibuerit, illos non vt inimicus inuaſit; ſed vt iudex condemnauit, & tyrannidem fuco æquitatis veſtiuit, quo dolorem viuidiùs accenderet, calamitatémque aſtutiùs incrementaret: *Venit in domum patris ſui in Ephra, & occidit fratres ſuos filios Ierobaal ſeptuaginta viros ſuper lapidem vnum.* Fuiſſe omnes ſuper eumdem lapidem decapitatos indicat non hoſtili impetu inuaſos; ſed ad tribunal productos. Iam ſi quæras quod illorum fuerit crimen ad tam duram ſuſtinendam mortis ſententiam: reſpondebit Abulenſis reuera fuiſſe nullum; ſed ad colorandam mortem quodcumque grauius exiſtimaris confictum: promanabat à productorum ad tribunalia morte iudici commodum, ſub iudicisque larua truculentiſſimi hoſtis gerebat animum: quid ergo mirum omnem Ierobaalis domum momento temporis cecidiſſe, terrámque pollutam ſanguine innoxi exundaſſe? Audi Abulenſem q. 21. *Omnes iſti manebant adhuc in domo paterna: quia modicum tempus tranſierat ex morte patris: & occidit omnes Abimelech non tamquam hoſtis, trucidans eos; ſed tamquam iudex, cùm ſuper vnum lapidem fecerit omnes decapitari, ſcilicet quia eos ſigillatim capi faciebat à viris ſuis, quia multos ſecum portabat; & ingulabat eos: & ex hoc maius facinus erat, ſcilicet quia vicem iudicis vſurpauerat, cùm tamen hoſtis eſſet.* Non potuit non luctuoſiſſima clades omnes Gedeonis filios delere, quando patiebantur hoſtem iudicem, & iudicem hoſtem. Delicta confingebat ambitio, accuſabat tyrannis, ſententiam ferebat odium, quò innocentia irremediabile ac miſerum ſubiret naufragium. Iam quàm graue ſit iudicem improbandis affectibus inflammatum ſuſtinere, ex delirantium fabellis facilè fuerit coniectare, quandoquidem vel apud inferos Rhadamantum æquiſſimum iudicem conſtituebant, quaſi hæc gehennalibus pœnis non fuerit addenda, ſcilicet iudicem pati prauis affectionibus motum, & propriis cupiditatibus inſtigatum. *Debet nudus index eſſe*, inquit Plutarch. de conſulat. ad Apollon. in fine, *defunctúſque ipſa anima ipſam animam ſpeculari, mox vt quiſque è vita exceſſerit, omnibus remotis propinquis, relictoque omni iſto cultu, quò ſit iudicium rectum.* Cautum eſt, etſi fabulosè, apud antiquos, ne ſuſtinerent homines iudicem paſſionibus obturbatum, od idque omnibus Rhadamantum conſtituerunt affectionibus nudum.

Seneca.

Æquus iudex diſſimili ſententia ſimilem cauſam non ferit.

Abulenſ.

Plutarch.

111 Cùm Chriſtus Dominus ad Geraſænorum regionem miſerum à truculentiſſima dæmonum tyrannide erepturus aduentaſſet, iam tota furiarum cohors contremiſcens pauitat, & pauitans ſe deplorat: *Videns autem Jeſum à longè cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Matthæus paulò aliter habet: *Ecce clamauerunt dicentes: Quid nobis & tibi? Veniſti huc ante tempus torquere nos.* Et quod denuò dæmonibus accreſcebat tormentum, qui tot voracis flammæ voluminibus poſſeſſi durum patiebantur ſupplicium? *Huc*, inquiunt, *veniſti torquere nos*, quaſi alibi non torqueantur. Cur ergo hanc præ aliis exaggerant pœnam, & dolenter contremiſcunt ad mulctam? Quia dæmon, inquit Chryſologus, Dei filio ab exordio ſapientiam præripere, eique diſcupiit aſſimilari: & licèt omnibus Beatiſſimæ Trinitatis perſonis bellum ambitioſus intulerit; præcipuè tamen contra increatam ſapientiam inſanus delirauerat. Ergo Dei Filium, quem habuit hoſtem, nunc ſeuerum ſuſtinet iudicem: incorrupta iuſtitia nequit ab æquitate deſciſcere; adeò tamen durum erat dæmoni pro iudice ſuſtinere aduerſarium, vt hic lachrymabili voce ſe pronuntiet diuexatum, qui alibi non adeò ſe lamentabatur punitum: *Quid nobis, & tibi fili Dei.* Chryſologum audi ſerm. 16. *Agnoſcunt Deum, iudicem confitentur, clamant iudicium ſe debere.* Non ignorant ſe debere iudicium; ſed contremiſcunt, dum hoc iudicium exercendum agnoſcunt per aduerſarium: quaſi acerbior ſit ab illo decreta pœna, illatáque mulcta.

Matthæi 5. v. 5

Matth. 8. v. 29.

Chryſol.

112 Mardochæus ſomnium videt vt myſteriis exundans, anxietatibus plenum. *Fuit dies illa*, inquit, *tenebrarũ, & diſcriminis, tribulationis, & angũſtiæ, & ingens formido ſuper terram.* Quid ſomniũ prænũtiaret, explicuit tertiũ caput eiuſdẽ libri: nã cùm Aman variis calumniarum machinis in Hebræorũ gentem inſurgeret, regiſque animũ mendaciis imbutum

Eſther. 11. v. 8.

Digitized by Google

butum ad ſe traheret; annulum ad ſententiam pro
Eſther. 3. v. 10. libito ſignandam accepit, & edictis publicis condemnauit: *Tulit ergo rex annulum, quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Iudæorum. Dixitque ad eum: Argentum, quod tu polliceris, tuum ſit, de populo age, quod tibi placet.* Non ſemel populus tyrannidem fuerat expertus, ſeque in Aſſueri regione libertatis honore ingemiſcebat priuatum, & licèt ingenuis præ morte ſit durior ſeruitus, non adeò tenebroſum, amarúmque diem captiuitatis exiſtimarunt; modò verò ad extremum calamitatis deueniſſe planxerunt. Et cur modò miſeriæ, calamitatíſque vocabula replicant, & hanc cæteras omnes clades longè ſupergreſſam inſinuant? Dilucidè explicuit textus, dum retulit Amano illorum virulentiſſimo hoſti conceſſam in Hebræos poteſtatem vt iudici: ille pro libito, non pro legum placito proferebat ſententiam, & cogebantur ſententiæ fuco coloratam ſuſtinere odij truculentiſſimi inſaniam: ergo dum ab eodem & odium ſuſtinent, & decretum, extrema calamitate aduruntur, & ſummis anxietatibus diſcruciantur. *Antiquitus*, ſcribit Lyra, *annulis potentum ſignabantur littera eorum, & ad hoc erat ibi ſignum expreſſum: ad hoc ergo tradidit ſibi, vt ſcriberet litteras, & ſigillaret, prout ſibi placeret, de interfectione Iudæorum.* Vel ſomniatus hoſtis iudiciaria poteſtate munitus, & cumulus miſeriarum, & exaggeratio dolorum; nec enim dura adeò eſt
113 mors decreta per iudicem, qui famulari etſi deluſus conatur legibus, quàm per hoſtem, qui noſcitur feralis odij adulari furoribus.

Tertullianus in Apologetico cap. 1. in eam calamitatem Chriſtianum nomen deuenìſſe teſtatur, vt quos oſores ſuſtinebat, pateretur & iudices: adurebantur odio, & vtebantur imperio: ordinem peruertentes iudicij, iudicium recuſabant, & ne diſcuſſis cauſis comperta innocentia pœnam, ſententiámque effugeret; quò maleuolentiam ſecuriùs poſſent explere, cauſarum merita nullatenus volebant diſcutere: vnde opus erat
Tertullian. Chriſtianis ſimul pati vitæ iacturam, & ſceleris ſubire notam. Audi elegantes Tertulliani querelas: *Si non licet vobis Romani Imperij Antiſtites, in aperto, & edito ipſo ferè vertice ciuitatis præſidentibus ad indicandum palam diſpicere, & coram examinare, quid ſit liquidò in cauſa Chriſtianorum: ſi ad hanc ſolùm ſpeciem auctoritas veſtra de iuſtitiæ diligentia in publico aut timet, aut erubeſcit inquirere: ſi denique quod proximè accidit: domeſticis indiciis nimis operata ſectæ huius infeſtatio obſtruit viam defenſioni, liceat veritati vel occulta via tacitarum litterarum ad aures veſtras peruenire.* Addit: Omne tormenti genus ſibi decernendum prænoſcere veritatis cultores, quandoquidem quos ſuſtinet hoſtes, & patitur etiam Chriſtianus iudices. *Nihil illa de cauſa ſua deprecatur: quia nec de conditione miratur: ſcit ſe peregrinam in terris agere, inter extraneas facilè inimicos inuenire.* Chriſtiani damnabantur ad beſtias, exquiſitis tormentorum ingeniis diſcruciabantur, & ne quid eorum patientiæ deeſſet, ipſi, qui in eos ferebant ſententiam fouebant pectore inimicitiam.

§. XXV.

Dedecus eſt ſordida ibi committere errata, vbi glorioſa proauorum contradicunt exempla.

C*Redimus*, aiebat Theodoricus rex 4. var. 37. 114
quia memor natalium tuorum à te abijcias omne vitioſum, & illa ſola diligere poſſis, quæ nos amare cognoſcis. Prauorum forſan obliniſcentur exempla, ſi longi generis minus facta recolantur: ſimiles autem filij patrum præconia mox ſequuntur. Caſſiod. Sequi debent generoſi maiorum præconia filij, quandoquidem dedecet à genere diſcrepare, quos nobilis conſtat originis gloria fulgere: radicis ingenium ſequuntur arbuſta, feræ proprietates reddunt parentum, & propago vitis propriæ, ſernit origini, quando ſine exculatione contradicit proſapiæ, quidquid innatæ quodammodo hæreditariæque cogitur reſpondere virtuti. Hinc Sichimitarum, Abimelechique grauius ſugillanda apparet iniquitas, quandoquidem & in Baalberith templo fœdus inierunt, & iuxta quercum fixam Abimelechum ad regnum inauguratunt: *Congregati ſunt autem omnes viri Sichem, & vniuerſa familia vrbis Mello, abierúntque, & conſtituerunt Regem Abimelech iuxta quercum, quæ ſtabat in Sichem.* In Hebræo habetur: *In Helon fixa, quæ in Sichem.* Hebraica. Caietanus putat ſæpius de hac arbore in ſacro textu mentionem factam, quia olim Iacob omnia idola infodit, & attrita ſub hac arbore ſepeliuit. Ipſum audi: *Hæc arbor perſeuerabat ſemper tamquam res immobilis & diuina, &* Caietan. *ipſa eſt, ſub qua Iacob ſuffodit idola, & Ioſua poſuit lapidem magnum in teſtem.* Vide vbi Sichimitæ Baalberith referantur adorare, & vbi ad eius ſacrilegam cultus tutelam Abimelechum geſtiant eligere, iuxta arborem videlicet, vbi illorum parens Iacob idolis bellum intulit, vbi Ioſue lapidem tot à Deo beneficiorum in Iſraëlitas collatorum teſtem indubium erexit. Et quidem vltra modum huius delirij aggrauari conſtat delictum, dum adeò clarè illud proauorum diſſuadebat exemplum.

Benè nouerat Ioathamus hanc philoſophiam, 115
dum vt Abimelechi ambitioſam audaciam, & audaciſſimam ambitionem duriùs ſugillarit, ſub parabolico arborum ænigmate regnum vltrò à populo oblatum generoſa magnanimitate Gedeonem pro ſe, & filiis repuliſſe depinxit: vitem, ficum, & oliuam oblato renuntiaſſe imperio retulit, cùm rhamnus & tyrannicè ambiuit, & induſtriè procuranit. His tribus generoſis plantis regnum reſpuentibus putat Caietanus adumbraſſe Gedeonem, eius primogenitum, & primogeniti filium, qui omnes oblatum recuſarunt imperium, ſolúmque non dominandi fouerunt pectore ſtudium: *Dominare* Iud. 8. v. 22.
noſtri tu & filius tuus, & filij tui: quia liberaſti nos de manu Madian, inſtabat populus Gedeoni; verùm ille modeſtiæ ſtudioſus reſpondit: *Non dominabor veſtri, neque dominabitur in vos filius meus; ſed dominabor veſtri, neque dominabitur vobis Dominus.* Quàm diſtabat Gedeon ab ambitu, quàm ab improbo deſiderio, quando non occupabat regnum tyrannus,

ſed

ſed nobiliori ambitione triumpho oblatum imperium recuſauit redimitus. Ergo Abimelechus ſe rhamnum flammis tradendum oſtendit, dum tyrannicè regnum à parente repudiatum inuaſit. Audi Caietanum: *Meminit oliuæ, ficus, & vitis reſpuentium regnum ad inſinuandum ternario numero vniuerſos viros probos, qui fuerunt iudices in Iſrael, non aſpiraſſe ad regnum; vel ad inſinuandum quòd requiſiti Gedeon, filius eius, & filius filij, reſpuerunt regnum, vt patet in capitulo precedente tamquam viri optimi; Abimelech autem tamquam ſenes non ſolùm pungens; ſed emittens ignem ambiuit tam crudeliter regnum.* Vbi gloriola patrum reuocabant exempla, ibi Abimelechus ſecutus eſt cæca ambitionis deliria, quo factum eſt, vt generoſa maiorum coronæ repulſa Abimelechi ambitionem grauiùs condemnarit, & rhamnum flammis tradendum oſtenderit, quandoquidem nouum erat peccandi augmentum commiſiſſe reclamante origine tale erratum. Caietan.

116 In Dauidis coronam video conſpiraſſe Saulem odio & ambitione inflammatum, & Abſalonem temeritate, ambitione, & audacia impulſum; non tamen æquali pœna interemptos, mortéque mulctatos: nam Saulem haſta transfixit aſſerente Amalecita: *Incumbebat ſuper haſtam ſuam:* Abſalonem triplex telum vita priuauit: *Tulit ergo tres lanceas* (Ioab) *in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalon.* Iam inquires, cur ſi vtrobique ambitio punita eſt, alibi vno telo transfigatur, ſi alibi triplici telo transfoditur. Verùm in promptu reſponſio eſt: quia videlicet Saul paterno non inſtruebatur exemplo, dum indigno exarſit odio; at Abſalon paternis moribus edocebatur non tantùm alienum regnum non inuadere; ſed oblatum generosè reſpuere: Saul odio furens Dauidem arctiſſimâ cinxit indagine; verùm dum iniuſtas tendit inſidias, mortis incurrit periculum, & ni talis, tantique Dauid eſſet, dignum pertuliſſet præmium: in Dauidis manus incidit, illum ſocij proritabant, manúſque ad dignam vltionem, & oblatam cœlitus coronam exacuebant; verùm qua decebat prophetam, lenitate vſus à cæde abſtinuit, & gratiam effuſo iuſtè etiam ſanguine cruentare noluit: *Confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, vt conſurgerent in Saul.* Ecce illatæ ſibi iniuriæ manum exacuebant, ſocij inſtigationibus proritabant, alliciebat coronæ opportunitas, regnique maieſtas, & tamen Dauid maluit coronari venia, quàm redimiri corona! Audi Baſilium Seleucienſem orat. 16. *Immiſit in me cantantem lanceam; ego verò carminis medicamentum non omiſi: mihi agritudinem leuanti ſuccenſebat; ego verò contentioſa quadam humanitate inhumanum ſeruabam.* Itaque Dauid laudabili contentione cum oſore decertabat, tantumque aberat ab ambiendo regno, vt reſpuerit animo generoſo. Ergo dum paternis inſtructus exemplis Abſalon ambitionis ſequitur delirta, dignus fuit qui maiori ſupplicio tranſuerberatus periret, & grauiores ſceleſtiſſimæ tyrannidis pœnas daret. Innuit Theodoretus quæſtione 24. *Dux exercitus ſciens patrem miſereri, in cor execrandiſſimum tria confixit tela.* Ipſa patris lenitas, ipſa miſericordia interficientis manus quodammodò impulit, vt triplici telo transfigeret, quem adeò à paternis moribus degeneraſſe cognouit. Vt noueris paterni exempli præuaricatorem durius puniri: quia ad virtutem glorioſis maiorum factis videbatur impelli. Vt è contra digniſſimus laude eſt; quia laudanda maiorum facta dignis incrementis ornauit, & laudandis factis excoluit. 2.Reg.1.v.6 1.Reg.18. v.14. 1.Reg.24. v.8. Seleucienſ. Theodor.

Dæmon, vt virulentiſſima gehennalis flãmæ ad inſtar inuidiâ adurtur, captiolas non tentat iuſtis prætendere inſidias, ſi trahere poſſit ad perpetrandas ſtaudibus Numinis cœleſtis offenſas: Iobum innocentiæ ſpeculum, patientiæ fulcrum aggreditur accuſare, & facultate accepta ſubruere; verùm Iobus ſeipſum viuum ſepelit, quo cinere tumulatus iacula hoſtilia fruſtraret: *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* Origenes lib.1. in Iob legit: *Aſperſit terram ſuper caput ſuum:* & poſtquam huius actionis cauſam inquiſierat, reſpondit Abrahami eius parentis exemplum fuiſſe ſectatum, quo inſtructus in campum contra gehennales phalanges & prodiit, & detriumphauit: nam cùm Deus Abrahamo Sodomorum ſtragem prænuntiaſſet, vt fortunatum ſortirentur effectum, humilitate preces exornauit: *Loquar ad Dominum meum,* aiebat, *cùm ſim puluis, & cinis.* Ergo Iobus Abrahami exemplum nobiliter ſupergreſſus cinere ſparſo, cinerem ſe proteſtatus eſt. Accipe Origenem: *Vnde hanc opinionem ſumpſiſti, ô beate Iob, vt terram capiti tuo aſpergeres? A tritauo, inquit, generis mei Abraham dicente: Ego ſum terra & cinis.* Tritanus ſe cinerem faſſus eſt verbo, & pronepos ſe cinerem proteſtatus eſt facto: generi ſuo adauxit gloriam imitatus Abrahami modeſtiam, & de virulentiſſimo hoſte reportauit victoriam. Et quidem durum diabolo erat tormentum hominem videre glorioſis maiorum facinoribus reſpondentem; imò nouis gratiarum acceſſionibus cumulantem. Parum viſum fuit Iobo clara originis imitari exempla, ni ſtuduerit heroïcis virtutibus laudabili ambitione vincere facta. 117 Iob 1.v.20. Origen. Genes.18. v.27. Origen.

Ioanni ſignum magnum apparet in cœlo, mulier ſola amicta, rutilis ſyderibus coronata: *Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim:* fulgurans lux ſic limbos obcæcatoſque tetro odij fumo oculos ſerpentis ferit, vt totis niſibus fructum diſcerpere procurauerit: *Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperiſſet, filium eius deuoraret.* O quoties odium, dum ſecum adducit tenebras, prudentiam obnubilat! Si ſerpens immortali ardeſcit odio, ſi ardentiſſima adurgetur inuidia, cur non moliatur de vertice ſtellas deiicere; ſed filium tantummodò deuorare? Eſto ferinos armet dentes in filium, cur non etiam caudam ſtellatum infeliciter triumphatricem contra ſtellas erigat, vt ſi poſſit, ad terram etiam detrudat? Non fuit, reſpondet Rupertus cœca imprudentia; ſed deteſtanda verſutia: ſtellæ duodecim, quæ caput ornant, Patriarchas illos duodecim glorioſiſſimos ſignant. Ergo non vult progenitorum ſubmouere exempla; ſed ipſis retrahentibus perpetrari delicta: vt ſic miris adaucta incrementis creſcat offenſa, quandoquidem damnabilius eſt à via ardente Sole deflectere, quàm noctium caliginibus deuiare: *In capite huius mulieris corona ſtellarum* (verba ſunt Ruperti apud gloſſam) *duodecim Patriarcha.* Exoptat verſutiſſimus ſerpens prognatam à Iuda illo decantando ſæculis Patriarcha peccatis obſcurari, piaculis infici: nam cùm Iudas catuli leonis ad inſtar nouis ſemper virtutis augmentis creuerit, cùm eodem tempore 118 Apocal.12. v.1. Rupert.

leo validiſſimus triumphis coronatus effulſerit, cùm viti Chriſto annexus floruerit, cùm valida manu hoſtium phalanges deuicerit, hoſti mulierem cedere, & in tanti exempli conſpectu degenerare, vt dicebam, anhelat ſerpens, vt ſic & culpa ſit grauior, & error cæcior. Adeſt Interlinearis: *Sterit, vt deuoraret filium eius, vt ad peccatum traheret.* Ad peccatum nititur trahere, dum conſtat patrem inimicos viciſſe, vt dum clarum adeò genus moribus obſcuris refutat, errorum culpam augeat.

Interlin.

§. XXVI.

Veridicus effugium ſibi prouideat: quia frequenter periculum ſibi creat.

119 VT mellita adulatio animos ſibi deuincit, ita veritas vtiliſſima exaſperat: commune prouerbium eſt: Veritas odium parit; cúmque ab odio quidquid naſcitur, ſit truculentum, veritatis præco ſibi prouidere debet effugium: quia cum ipſa veritatis prolatione con unctum vrget naufragium. Veritatem rore illo cœleſti, mannaque adumbrari tradit Tlmanus in allegoris, & fortaſſis ob id vociferantur: *Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſſimo.* Quaſi pilo tuſum deſcendiſſe manna notauit ſacer hiſtoriographus: quia veritas nequiuerit naſci tormentis non preſſa, & tunſioni multiplici non expoſita: *Apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum.* Ab exordio manna, vtpote veritatis Deique verbi ænigma apparuit cõminutum, & preſſuris ſemper obnoxium. Audi Tilmanum: *Manna quaſi pilo tuſum erat, non ſolum, quia Chriſtus tunſionibus perſequentium ſeſe expoſuit; ſed poſitus eſt in ſignum cui contradicitur, & verbum fidei in pila contradictionis tunditur: quia à multis impugnatur.* Veritas contradictionis eſt ſignum, quia ſibi conciliat odium. Ob id aiebat Tertull. lib. de Patientia cap. 3. Dum filium ſuum vtpote veritatem cum tota patientia delegaſſe: erat namque veridico magnus patientiæ cenſus neceſſarius, vtpote in quem forent conſpiraturi inimici, quemque totis viribus delere ſatagerent aduerſarij: *Nec mentitus fuerat propheta; imò ipſius Dei conteſtatio ſpiritum ſuum in filio cum tota patientia collocantis.* Totam cum ſpiritu Dei patientiam in filio collocauit: quia totam fore neceſſariam ad ſuſtinenda tormenta nouit. Dei verbum vt quod ipſa erat veritas, irridetur, verberatur, conſpuitur: Sacerdotes damnant, Pilatus condemnat: populus quàm citò extingui deſiderat. Hinc prudentiſſimè Ioathamus Sichimitis vera enuntiaturus montis faſtigium elegit, & effugium ſibi prouidit: *Stetit in vertice montis Gazirim, eleuataque voce clamauit,* &c. *Quæ cùm dixiſſet, fugit, & abiit in Bera.* Notauit Abulenſis quæſt. 26. locum fugæ opportunum elegiſſe, indeque clamaſſe: *Erat in loco eminenti,* inquit, *de quo videret, an ex aliqua parte ei inſidiæ paraventur, & aliquis iret ad tenendum eum, & ſi quis vellet eum perſequi, poterat fugere.* Dum vera prædicare decreuit, fugam cogitauit: quia nouerat veritati annexum eſſe odium, opuſque veridico eſſe ſibi prouidenter præcauere periculum.

Tilman.

Tertullian.

Abulenſ.

120 Iudæi odio inflammati, ardentique temeritate cæci Chriſtum Dominũ lapidibus tẽtant obruere: *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum:* Dominus vt periculum declinauerit, ſe abſcondit, & illorum audaciam fugit: *Abſcondit ſe, & exiuit è templo.* Inquiramus, ſi placet, cur modo adeo ſint debacchati, vt nec templi lapidibus pepercerint; ſed ad Chriſtum lapidandum euulſerint? Cúrque Dominus, qui toties illorum minas, inſidiaſque contemſerat, ſe modò abſcondat? Retulit ſanè Ioannes: *Si veritatem dico vobis,* aiebat Dominus, *quare non creditis mihi?* Vbi dixit vera, opus fuit quæſiuiſſe latibula: ſic namque furunt homines in veracem, vt niſi matura ſe fuga ſubtraxerit, dura lapidum grandinatione occubuerit. Adeſt Euthymius: *Per diuinitatis potentiam inuiſibilis eſt effectus.* Cùm veritatem protulit, vt fruſtrarit odia, vt eluſerit pericula, ad omnipotentiam recurrit, & miraculo oſtendit opus eſſe veridicis: omnipotentia neceſſum fuit obarmari ad fugiendam delirantium iracundiam, & exaſperatorum inſaniam: *Per diuinitatis potentiam inuiſibilis eſt effectus,* cum veritatem proferebat; aliter namque ſibi mortem maturaſſet, & dura lapidum grandine petitus occubuiſſet.

Ioan. 8. v. 59

Euthym.

Ieroboam à Salomone tributis præpoſitus, & perficiendis fabricis deſignatus, vt mortem vitaret, fugit celeri pede in Ægyptum: *Voluit Salomon interficere Ieroboam, qui ſurrexit, & aufugit in Ægyptum ad Seſac regem Ægypti, & fuit in Ægypto uſque ad mortem Salomonis.* Quàm inconſtans eſt gratia Principum! Ieroboam bonæ indolis adoleſcens, miniſter induſtrius, tributiſque Principi colligendis ſedulus alienam petit regionem, vt imminentem ſibi fruſtretur calamitatem. Fugæ occaſionem non tacuit textus: *Hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eum: quia Salomon ædificauit Melo, & coaquauit voraginem ciuitatis Dauid patris ſui. Erat autem Ieroboam vir fortis & potens, videnſque Salomon adoleſcentem bonæ indolis, & induſtrium, conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph.* Melo ædificium, voraginis coæquatio cauſam fugæ perſtiterunt; ſed quomodò, lis eſt Interpretibus. Lyra exiſtimat honori Salomonis Ieroboam attendiſſe, eúmque à ciuitatis fabrica retardare tentaſſe, erat enim ædificium illud ad Deum orandum venientibus impedimentum; imò regiæ libidinis teſtimonium. Audi Lyram: *Rabbi Salomon dicit, quod Ieroboam reprehendit Salomonem eo quòd claudebat locum illum, quem Dauid dimiſerat apertum propter deuotionem venientium ad feſta in Ieruſalem, ſicut dictum fuit ſuprà, nono capite: propter quod Salomon indignatus eiecit eum.* Lyræ conſonat Noſter Sanctius: *Cum eo in loco pro filia Pharaonis ædificata eſſet ambitioſa quædam domus, quæ mille populo commoditates, & vſus auferebat: quia area illa non procul erat à templo, in qua populus conuenire, & ibi commodè expectare poterat ſacrificij tempus, tulerunt omnes grauiter ædificatam eſſe aream, quæ effecta fuerat ex impleta voragine, & Ægyptæ fœminæ cum tanto ciuitatis incommodo datam eſſe ſine ambitioni, ſine libidini.* Subnectit doctus interpres: *Adde quòd cum conſtitutus eſſet ſuper tributa domus Ioſeph, nouas quotidie querimonias audiebat eorum, qui immodicis grauarentur vectigalibus, quæ exigebat rex nimis uxorius qui res curabat magis muliebres, quam publicas.* Ieroboamus amore Principis allectus, & ab eo honoribus etiam exornatus, ſatagebat ad eum querelas referre, quamque grauiter populus ad ædificium illud tributa penderet, denuntiare, ſi illum poſſet vrbana, veráque denuntiatione tantiſper

3. Reg. 11. v. 40.

Lyra.

Sanctius.

Digitized by Google

tiſper comprimere, & publicum odium ab eo arcere, verùm Salomon benevolis adeo monitis in tantum offenſus eſt, vt veridicum, ni matura ſe fuga ſubtraxiſſet, morte damnaſſet. Itaque ne ſubiret mortem: compulſus fuit fugam arripere, & ſe ad Ægypti regis tutelam conferre. Addit noſter Sanctius: *Quidam non putant Ieroboamum indignatum fuiſſe contra Salomonem; ſed Salomonem potiùs contra Ieroboamum quòd ab ipſo liberiùs reprehenderetur, quod ædificaſſet Melo: reprehenſiones autem licèt officioſas & iuſtas viri potentes eo maximè tempore, quo intemperanter ſuis cupiditatibus indulgent; iniuria loco ponunt.* Officioſa veritas habita eſt iniuriæ loco, & Ieroboamus, quia veridicus, ni ſibi effugium paraſſet, mortem ſine dubio incurriſſet. En extorris degit honoribus, commodiſque mulctatus: quia potentis animũ verax exulcerauit, & eius indignationem accendit. Vnde mirandum non eſt Principum miniſtros, collateraleſque veritatem celare, & licet ipſius potentis intereſſe eam noſſe, ambagibus, & artificiis occulere: docet namque eos longa experientia, veritate clarè prolata non conciliare ſibi benevolentiam; ſed ſupercilium & iram. Et quidem ſi Principes potenteſque gratis auribus veritatem exciperent, & officiosè veridicos honorarent, à ſe ſæpe & pericula repellerent; verùm dum ſolum habent patulas aures ad blandas adulationes, ſolùm audiunt nocentiſſimas falſitates.

121 Eliſæus quemdam de filiis Prophetarum, vt Iehu iuxta præceptum Domini in regem vngeret, delegauit, ſimulque fugere poſt vnctionem iuſſit: *Tenens leniculam olei fundes ſuper caput eius, & dices: Hæc dicit Dominus: Vnxi te regem ſuper Iſrael: aperieſque oſtium, & fugies, & non ibi ſubſiſtes.* Caietanus fugam præcepiſſe ait, vt miniſtri vitæ conſuleret, incolumitatique prouideret: *Conſulnit nuntio ſuo Eliſeus.* Reddit rationem: *Ne videlicet aliquid nocumenti inferretur illi.* Veritatem dixerat, diuinam prædicauerat voluntatem: ergo opus fuit celeriter arripuiſſe fugam; aliter namque ſubiret pœnam. Veritas apud Magnates non benè audit: vnde non ſolùm exulat expuncta; ſed veluti proſcripta, & pœnis grauiſſimis condemnata. Fugit veridicus, quia veritate potentium animos offendebat, & veluti iniuriis exulcerabat. Ergo Ioathamus vti prudentiſſimus eum delegit locum ad veritatem denuntiandam, ex quo facilè arripere poſſet fugam.

4. Reg 9. v 3.

Caietan.

§. XXVII.

Qui ſtudet vitia reprehendere, caret à reprehendendis diſtare.

123 GAudet populus vitiis ſuis conuitia fieri: nam quamuis deteriora ſequatur, meliora approbat, & intuetur. Affectus ipſos tangit admonitio, & natura vim ſuam exercente prodeſt: virtutum ſemina noſtris animis inſident, quæ vt ſcintilla ignem ſuum explicat, ſi leui adiuuetur flatu, ſic ſe explicant, erigunturque, ſi prudenti adhortatione foueantur. In multis, quantumuis improbis non eſt extincta naturalis indoles; ſed debilitata & oppreſſa, tentatque aliquando reſurgere, & contra praua belligerare, ſi adſit qui præceptis adhortationibuſque manum porrigat: tunc namque nacta præſidium conualeſcit, & illam, qua furebat, deponit inſaniam. Quàm benè Seneca epiſt. 94. *Per iſta (, id eſt, hortamenta) ad perfectum animi ſtatum peruenitur. Nulla res magis animis honeſta induit, dubioſque & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quàm bonorum virorum conuerſatio: paulatim enim deſcendit in pectora, & vim præceptorum obtinet frequenter audiri, adſpici frequenter. Occurſus mehercule ipſe ſapientium iuuat, & eſt aliquid quod ex magno viro vel tacente proficias.* Itaque vir ſapiens virtutibus excultus homines ab inſania reuocat, vitiaque coërcet: vt è contra ſi vitioſus vitio conuitium faciat, plus cenſetur irridere virtuti, quàm auxiliari æquitati. *Neceſſarium probatur eſſe Reipublicæ*, aiebat Caſſiodorus 9. var. 6. *perſonas dignitatibus aptas eligere, vt cui iuſtitia committitur, malis moribus non grauetur: alioquin ineffacax eſt ab homine exigere, quod cognoſcitur non habere: contrà confidentes quæritur, quod ineſſe ſentitur: & ideò primum nobis placuit tuos mores inſpicere, ſine quibus poſſunt qualibet optima diſplicere.* Ingenij viuacitas, proſapiæ nobilitas, corporis habilitas ſibi conciliant plauſum; at ſine virtute in vitia caſſum contorquent telum. Non fugiunt volatilia volatile; imò volatilia ad volatilia conueniunt: ergo alterius debet eſſe ingenij, qui corrector eſt criminis. Hinc diſces cur Ioathamus improbitatem obcœcatiſſimam Sichimitarum carpturus, locum delegit ab eis diſtantem, vnde clamore valido aures percuſſit: *Stetit in vertice montis Garizim, elevataque voce clamauit.* Ipſe clamor interuallum denotabat, prudenterque aſcendit verticem, contra vitia eiaculaturus clamorem: in imis namque abiectiſque conſtitutus pectus vexaret; ſed audientibus parum aut nihil prodeſſet. Adeſt Abulenſis q. 24. *Diſtabat aliquantulum loc han à Sichimitis: ideò vt perueniret vox eius ad illos.* Opus fuit diſtare, vt poſſet illos corrigere, aut nequitiam ſaltem oſtendere. Iam interualli diſtantia morum differentiam denotare in ſcriptura adeò eſt frequens, vt opus non ſit probare.

Seneca.

Prodeſt adcerſus vitia bonorum conuerſatio.

Caſſiodor.

Abulenſ.

124 Dominus ſuos inſtruens, & in vitiorum peſtes obarmans ſic aiebat: *Super montem excelſum aſcende tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ieruſalem.* Hugo Cardinalis putat verbo illo, *ſuper montem*, Chriſtum exprimi. Itaque fundati Chriſto vocem emittunt validam, qua peccatores refellant: *Super montem excelſum Chriſtum. Contra 1. Cor. 6. dicitur: Portate Deum in corpore veſtro: ergo ipſe eſt ſupra nos. Solutio: Nos debemus portare ipſum per imitationem; ſed ſuper eum debemus eſſe ſicut ſuper fundamentum, vt fundati ſimus in ipſo per fidem, ſpem, & charitatem.* Itaque, vt nuntiet, altis debet virtutibus eminere. Annuit Hieronymus ad hunc locum: *Præcipitur Apoſtolorum choro, vt ad prædicationem omnis carnis, quæ viſura ſit ſalutare Dei, excelſa conſcendat, de magniſque diſturſi in ſublimibus commorentur.* Itaque ſummè conducit ad prædicationis fructum, ſi concionator ſublimi virtutum vertice commoretur, indeque clamauerit: aliter namque euigoratur adhortatio, & caſſa redditur commonitio.

Iſai. 40. v 9

Hugo.

Hieronym.

125 Hinc videbis cur Ezech. cui optio erat, noluerit ad ſalutis ſignum ſolem eligere tetris occaſus tenebris laborantem; ſed nouis rutiliſque ortus hominibus ſplendentem: *Vis vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt retrocedat totidem gradibus?* Profectò vmbram creſcere, decreſcereve ſupra naturæ vires

4. Reg 20. v. 9.

Digitized by Google

erat, & mitè potentiam Domini declarabat: cur ergo Ezechias maluit ad ſalutis ſignum ortu ſplédenti micare, quàm occaſu lugubri occumbere? Quia licèt idem eſſet ad oſtendendam omnipotentiam ortus aut occaſus, inquit Auguſtinus apud Gloſſam, conducebat plus alterum ad doctrinam: nam ſi ſol tenebris defœdatus occumberet, ſplendor macularetur, ſi recens ortus fulgeret, nouis per momenta luminum acceſſionibus rutilaret: quia ergo ſalutis eligebat ſignum, noluit Rex prudentiſſimus caligimibus deturpatum; ſed fulgoribus venuſtum. Auguſtinum audi apud Gloſſam, & lib. 2. de mirab. Sac. Script. cap. 28.

Auguſtin. *Conuenienter tale ſignum euenit: quoniam ſicut Sol in procinctu occaſus ſui ſuperpoſitus in diei initium reducitur: ſic rex in montis expectatione conſtitutus quaſi ad incipientis vitæ gaudia reuocatur.* Sol clariſſimo iubare micans infirmitati depellendæ, ſalutique confirmandæ eligitur opportunus; tenebris maculatus reiicitur vt non aptus, & doctrinali electione innuitur conſtitutum ad animæ morbos depellendos facilius tunc, & celeriùs moles peſtiferos depulſurum, cùm ſplendore candidiori radiari, & tenebrarum immunis fulſerit.

126 Eliſæus vt quod Elias de vitio triumphos reportarat, dignis commendaret elogiis, ſic aiebat: 4 Reg 2. v. 12. *Currus Iſraël, & auriga eius.* In Hæbræo legitur: Hebraica. *Currus Iſraël, & militia eius.* Militabat contra vitia aurigæ munere functus, vt patientiâ etiam ad ſuſtinendum armatus: erat Elias glorioſus ille à Iobo deſcriptus equus ad patienter ſuſtinendum, erat auriga brutalitati præſidens ad prudenter gubernandum; En dum à vitiis peccatores defendere aggreditur, brutalitatem ſubegiſſe, omnémque indebitum motum diſcretionis fræno cohibuiſſe declaratur: & quidem dum expunctâ omni brutalitate, mutuatur ab equo ſuſtinétiam, dum aurigæ ad inſtar animalitati præſidés virtutem præ ſe fert, vitia debellat, & homines virtutibus ornat: *Currus ſupportat*, ſcribit Lyra, *& auriga dirigit: ſic* Lyra. *Elias populum Iſraël ſupportauerat.* Militauit ſtrenuiſſimè pro virtute Elias, coniunctis amico fœdere tolerantiâ & prudentiâ: & quidem ni aurigæ in modum quidquid in ſe vti humano brutalitatis erat, rationis fræno à præcipitio reprimeret, & calcaribus ad iter recto gradu carpendum adurgeret, nequirent debellaſſe Prophetas, deſtruxiſſe idola, inſeruiſſe pectoribus vera religionis ſtudia; ſibi tamen imperans, ad aliorum vitia exterminanda erat falcatus currus, & copioſus ſatis exercitus.

127 Eccleſiaſticus dum viros glorioſos, triumphiſque coronatos producit, potenter dominatos fuiſſe Eccli. 44. v. 3. ait: *Multam gloriam fecit Dominus magnificentia* Hugo. *ſua à ſeculo, dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſuâ præditi.* Hugo Cardinalis locum hunc explanans ait viciſſe Dei hoſtes non ferreis armis, ſed propriis virtutibus: *Dominantes*, inquit, *ſibi ipſis, & hoſtibus ſuis in virtutibus propriis*: dum reſplendent virtutem laude, & ſpoliorum etiam diuitantur multitudine: imperantes ſibi imperauere aduerſariis, nec potuerunt peccatores reſtitiſſe, dum tela virtute tincta inuenta ſunt corda ſalutari vulnere tranſuerberaſſe.

128 Salomon, vt lectum ſuum ab omni inimicorum timore tueretur, fortiſſimis militibus com- Cant. 3. v. 7. muniuit: *Sexaginta fortes*, inquit textus, *ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladio, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum.* Profectò dum audires fortiſſimos, expectabat gladios aſpicere hoſtili ſanguine tinctos, & cordibus aduerſariorum immerſos, & tamen vniuſcuiuſque enſis femur proprium vulnerat imprudenti ad ſpeciem odio, & phrenetico delirio; imò, inquit Gregorius Magnus ad hunc locum, ſapientiſſimo, laudabilique conatu. Norunt namque Salomonis fortiſſimi fortunatiſſimè ſucceſſurum militiam, ſi appetitus præciderint prouidenter inſaniam. Ergo à ſe quidquid virtuti aduerſum abſcindunt, vt florentes virtute, copioſa trophæa reportarint de hoſte. Gregorium audi ad hunc locum: *Quid per enſem niſi rigorem conuerſationis, & quid per* Gregor. *femur niſi carnis appetitum accipimus? Electi ergo quique, qui iam ad perfectionem vitæ profecti ſunt, ſemper enſem ſuper femur ſuum ferunt: quia rigore conuerſationis appetitum carnis aſſiduè frangunt.* Dum aſſiduè ſolicitéque in ebullientes carnis appetitus inueniuntur armati; ad gerenda cum peccatoribus bella dilaudantur ſtrenui: nec enim adeò fortunatè aliorum vitia detruncaſſent, ni ſeipſos continuis vigiliis & laboribus edomuiſſent; at doctiſſimi inueniuntur ad bella, quia à ſe ipſis nociua præciderunt ſemper ſtudia. Adde ipſum Dei verbum dum carnem induit, ad noſtram eruditionem edocuiſſe hanc laudabilem induſtriam, vt de peccatoribus feliciſſimam reportarit victoriam.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſ- 129
ſime, aiebat Pſaltes: iam accincto bella prænun- Pſal. 44.
tiat fortunatiſſima, ſed & ditiſſima prædicit ſpo- v. 6.
lia: *Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te cadent in corda inimicorum Regis.* Inquires quid gladio accingatur eiaculaturus ſagittas: ſi populi feliciter cadunt, ſalubri ſagittarum vulnere percuſſi, enſis non erit vtilitati; ſed oneri; imò tantam vtilitatem enſis attulit ad ſagittarum iactum, vt inde ebiberint efficaciam ad ferienda duriſſima corda, & ad ſalubria infligenda vulnera. Dum accinctus enſis propriam mortificationem deſignat, & victoriam parat. *Quid per enſem niſi rigorem conuerſa-* Gregor. *tionis accipimus?* Mortificationis rigore obarmatus ea dexteritate eiaculatur ſagittas, vt corda vel obſtinatorum feliciter transfixerit, & ſolùm vitia necarit. *Sagittæ*, inquit Incognitus hic, *penetran-* Incognit. *tes corda infidelium, & gentilium, qui Chriſto inimicabantur, quod ipſorum multi conuerſi ſunt ad Chriſti fidem, & de inimicis facti amici.* Chriſtus Dominus, vt ſuo nos doceret exemplo cum hoſte congreſſurus; vigiliis, ieiuniis, chamæniis prodiit in campum armatus, & ita lauris immortalibus luxit redimitus: vt quiſquis velit vincere, à vitiis, peccatoribúſque ſtudeat ſpatiis longiſſimis ſeparari.

---

§. XXVIII.

Nec ſemel dignitas benemeritos moroſiùs quæris, & non ita dignos celeriùs ambit.

DIgnitas benemeritis exornatur, & ſplendidiùs rutilat, ſi virtutibus approbato confertur; verùm neſcio qua infelici fortè tardius ad 130
digniores

Digitized by Google

digniores peruenire ſolet electio: quia etſi electores aliquando dignitatem curent conferre digno, nolintque iudicium eligendo improbum obſcurare; contemnunt tamen digniorem faſtigio quærere, vnde non ſemel contingit dignitatem moroſiùs, tardiúſque ad clariorem virtutibus prouenire, & celerius ad non ita exornatum meritis innolare. Iure Theodoricus rex ſibi plauſit, dum magnis exornatum dotibus ad culmen dignitatis citiſſimè euexit, & moroſiùs non ita dignos prouehendos agnouit, cùm mundialis ſtylus citiùs non ita dignos, digniores lentiùs luminibus exornarit, ad dignitatíſque faſtigium extulerit. Audi Theodoricum

Caſſiodor. 3. var. 5. *Non creſcendi vobis hic ordo, qui multis eſt: paulatim prouehi mediocrib probatur eſſe virtutis, dum moroſius agnoſcitur, quod ſub lenitate paratur. Saltu quodam ſe tendit veſtra proſperitas, ſolaque perfectio à vobis quæritur, cum vobiſcum multa naſcantur: elaborata ſunt enim longa ætate veſtri generis dignitates.* Generi nobilitate conſpicuo, eximiiſque virtutibus exornato longiſſimis temporis tractibus elaboratæ ſunt dignitates; at Theodoricus inuertit laudabiliter ordinem, & ſaltu extulit dignum, qui aliter moroſiſſimè dignitatis fuiſſet inſcenſurus thronum. Iam ſi quā hæc veritas certa ſit, ſacris Scripturæ teſtimoniis velis addiſcere, expende quem tenuerint ordinem ligna, dum de Principe ſibi conſalutando cogitarunt: priùs obtulerunt regimen oliuæ, poſteà ficui, viti tandem; ſed poſtremò: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixerúntque oliuæ: Impera nobis.* Cùm oliua magnanimè oblatam dignitatem ſprenerit, ficum adeunt: *Dixeruntque ligna ad arborem ficum: veni, & ſuper nos regnum accipe.* Reſpuit etiam dignitatem ficus, clarum oliuæ ſecuta exemplum. Ob id coactæ ſunt arbores vitem adire, illique Principatum offerre: *Locuta ſunt ligna ad vitem: Veni & impera nobis.* Vitis maluit proficere quàm lucere, ob idque ad ſe delatam dignitatem noluit admittere. Vides tres plantas nobiliſſimas inuitari: vtra illarum nobilior fuerit, inquirit Abulenſis quæſt. 19. teſtatúrque vitem cæteris excellentiorem: nam licèt oliua fructus proferat nobiliſſimos, non adeò vt vitis conſeruandæ vitæ neceſſarios: *Iſta eſt arbor excellens;*

Abulenſis. *imò nulla eſt tam humanæ naturæ conformis & ſalubris, ita vt non immeritò cæteras arbores datas ad benè eſſe humanum arbitremur; iſtam autem ad neceſſitatem vitæ: veni & impera nobis: quia regni digna erat pluſquam cætera.* Nonne vides digniorem tardiùs inuitari, cæteras celeriùs deligi. Profectò bonus electionis ordo depoſcebat electores priùs adire vitem, poſteà oliuam, & tandem ficum; verum ordo non ſine doctrina eſt inuerſus, vt hoc mirabili ænigmate conſtaret dignitatem tardiùs ad excellentiores peruenire, citiuſque non ita excellentes quærere.

131 Chriſtus Dominus, vt gloriæ aliquam etſi ſpeciem oculis diſcipulorum oſtendat, aliquos in editiſſimi montis verticem ducit, ibique aſcitis Moyſe & Elia indubiis teſtibus gloriæ ſuæ claritatem

Matth. 17. v. 1. manifeſtauit: *Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos.* Chryſoſtomus apud D. Thomam putat hos tres

Chryſoſt. diſcipulos cæteris excellentiores fuiſſe. *Ideò autem hos tres aſſumpſit*, inquit, *quoniam aliis potiores erant.* Itaque potiores inſcenderunt culmen, non ita excellentes ad montis remanſerunt radices: nec mirum quando hìc gloriæ edebatur ſpecies: nam ſi humanus ſolùm attenderetur ſtylus, potiores remanſiſſent, minuſque excellentes ſublimiores luminibus rutilaſſent. Opportunè Rhemigius apud D. Thomam: *Oſtenſurus Dominus gloriam ſuæ claritatis diſcipulis duxit eos in montem.* Potiores in montem duxit, vt conſtaret ibi cæleſtis gloriæ imaginem promi, diuinique regiminis formam oſtendi. Et quidem vbi excellentiores priùs cæteris inſcenderunt faſtigium, cæleſte fulgebat regnum, cùm apud ſæculum non ſemel excellentioribus præteritis non ita excellentes altitudinem obtinuerint, & altis dignitatum verticibus rutilarint. Rhemig.

132 Samuël Dei miniſter ad Iſai domum Principem inauguratus aduentat, Iſai filiorum circumſtat Prophetam chorus: ille cùm erraret oculis, nec quem eligeret, apertè noceret, cornu inuergebat, & eligere feſtinabat: *Vidit Eliab, &* 1. Reg. 16. v. 6. *ait: Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* A cuius capite reſiliebat gratia, etiam auolauit corona: poſt hunc Abinadab inaugurandus offertur; ſed quem repellebat oraculum, non valuit promouere patrocinium: ſimilem cæteri fratres iam pertulerunt repulſam, cùm Dauid adducitur, & omnium poſtremus inauguratur: *Tulit ergo Samuël cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius.* Si Dauid erat, vt qui meritis cæteros antecelleret, eligendus, cur ad illum adeò ſerò deuenit vnctio, & iam per omnium capita veluti defatigata currens electio? Eligatur citiùs, quando & virtute relucet clariùs. Imò ob id fortè poſtremus quæritur, quia primus meritis inuenitur: arcana erat electio, & hiſtoriæ penicillo quid ſoleat accidere, delineauit: ecce ad dignitatem hic quæritur natalium dotibus exornatus, & præficitur exornato virtutibus, quia dum in ſui commendationem trahit oculos eligentis potentia, aut diuitiarum copia, diues, & potens præfertur, & benemeritus poſthabetur; imò ſæpiùs repudiatur. *Ecce præſtò erat Samuël*, ſcribebat Baſilius Seleucienſis Baſil. orat. 14. *& filiorum Ieſſe chorus circumſtabat.* Addit poſt aliqua de Daulde: *Subitò primus fratrum comperiebatur, qui poſtremus.* Qui primus meritis, poſtremò fuit inauguratus, & quæſitus: iam fratres reliquos quæſierat dignitas; ac præelecti fuiſſent, ni Numinis impediſſet auctoritas: *Arcanum aliquod myſterium continet*, aiebat de hac electione datus Baſilius: vt adſcribatur Numini electio, Dauid eligitur dignus: vt humanæ electionis ſeruetur forma, inauguratur poſtremus: quaſi certum fuerit dignitatem tardius ad digniorem deuenire, & ad minùs dignos celeriter properare.

133 Baptiſta etſi ſanctitas fuerit ſpeculum, etſi pœnitentia miraculum, etſi virtutum omnium emporium, cum Chriſto Domino collatus, erat reſpectu veri ſolis vti exigua lucerna: teſtatur ipſe: *Non ſum dignus vt ſoluam corrigiam calceamenti:* Ioan. 1 v. 27 In hac tanta meritorum diuerſitate dignitas Ioanni, non Chriſto, offertur: nam Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas delegarunt, vt ei dignitatem offerrent, & quid de ipſo ſentiendum, eius arbitrio committerent: *Miſerunt Iudæi ab Ieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum: Tu qui es?* Ioannes ad dignitatem inuitatus, maluit veraciter ſubſiſtere, quàm arundinis ad inſtar extolli, & ne exinceps circa eligendum errarunt, inter ſe, & Chriſtum infinitum eſſe interuallum teſtatus eſt: *Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis: ipſe eſt qui poſt me*

venturus

Digitized by Google

venturus eſt, qui ante me factus eſt. Illos inſtruit, & ad verum Meſſiam remittit, non tamen inuenies Chriſtum quæſiuiſſe, nec ad illum legationem adornaſſe: quod notauit acutè Origenes apud D. Thomam: *Ioannem quærunt cum tanta veneratione: ergo Chriſtum autem nihil huiuſmodi factum legitur à Iudeis.* Origen. Citius dignitas Ioannem quæſiuit, quàm Chriſtum; cùm tamen tot tantiſque meritis Chriſtus ſupergreſſus ſit Ioannem. Quaſi ſolemne ſit dignitatem citiùs non adeò dignos ambire, tardiúſque aut numquam meritis excultos ſolicitare. Chriſtum non quærit dignitas; Ioannem non ſine labore ſitit, & præferre curat auctoritas. Mirum ergo non fuit vitem à truncis tardiùs inuitari, quando commune eſt digniorem aliis poſtponi: virtutis ſtuſtioſus adulari non didicit, quia veritatem ſolùm attendit: dum ergo non mercatur ſibi patronum adulationibus aut muneribus ab electorum exulat animo, & vti exul tardiſſimè dignitatis lucet faſtigio.

134 Agens Sidonius Apollinaris de duobus Conſulibus, Gennadio videlicet Auienó, & Cecinna Baſilio ſic aiebat lib. 1. epiſtolar. Epiſt. 9. *Auienus ad Conſulatum felicitate, Baſilius virtute perueneraat. Itaque dignitatum in Auieno iucunda velocitas, in Baſilio ſera numeroſitas prædicabatur.* Sidon. Apollinar. Serò dignitas ad Baſilium perueniebat, vtpote virtute conſpicuum, & meritis exornatum; ad Auienum inuolabat celeriùs, vt qui non euehereturmeritorum calculis; ſed fauoris adminiculis. Et vtinam his ſolùm accidiſſet; verùm frequenter experimur tardiùs benemeritos dignitatibus exornari, & celeriùs carentes meritis euehi.

---

§. XXIX.

Ambitioſis videtur imperium omnibus artibus procurandum, vt ſapientibus fugiendum.

135 AMbitio ſic magni æſtimat aliis præſidere, vt nulli parcat labori; imò nec anxietati aut dedecori: à gaudiis exulat, ſi poſſit obtinere faſtigium, & ſplendorem venari ſibi violaticum. Lucifer dum montis verticem anhelat ambitioſiſſimus proditur ſerpentis facie perſonatus, turpi nō veretur reptatione obſcurari nec belli tumultibus premi. Apoca 12. v. 7. *Factum eſt*, inquit Ioannes, *prælium magnum in cælo, Michaël & Angeli eius prælianſur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius.* Mira res Angelus originis nobilitate conſpicuus ſerpentis in modum proreptare non erubeſcit: prælium ſuſtinet, periculum contemnit, ſi quierit dignitatis verticem occupare: vt repetat Tertullianus quod aiebat lib. de pœnit. cap. 11. Tertullian. *Neque pudet contumeliis omnibus eniti in cauſa votorum ſuorum.* Vt aquilonis latere emineat, non recuſabit terram turpi reptatione verrere, nec verrendo ſordidari, continuiſque bellorum periculis adurgeri, verùm ſi totis niſibus ad dignitatem inardeſcit ambitioſus, laborioſis adæquè conatibus dignitatis infulas recuſat ſapientiæ ac virtuti deditus. En oliua Gedeonis emblema inuitatur ad regnum, nec tamen ſuaderi potuit; imò totis viribus recuſauit. E contra rhamnus Abimelechi ænigma totus magnus dignitatem geſtit præripere, totus ardor occupare: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixeruntque oliuæ: Impera nobis. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear?* Oliua reſpuit, rhamnus ambuit. Iam ſi diſcriminis inquiras cauſam, reſpondebit ſatis opportunè Arias Montanus oliuam vtpote ſapientiæ ſymbolum regimini renuntiaſſe, rhamnum vti indignum totis conatibus exambiſſe: *Cùm res hæc* (gubernatio) *vehementer ardua, laborum & periculorum cùm vitæ, tum aliarum rerum, quæ ad vitam pertinent, plena eſſe cognoſcatur, iis, qui à gloriæ cupiditate procul abſunt, non ſolùm deſpicienda, ſed detrectanda etiam atque fugienda cenſetur; maximè verò animi tranquillitatem, & ſapientiæ ſtudium expetentibus, quibus quæ alij & magna & pulchra putant, & animorum atque vitæ diſcrimine petenda cenſent, parua duci, eaque ratione ſtabili ac firma contemni ſolent,* Montan. Contempſit generosè oliua, quod ſine piaculo poſſideret imperium, ne ſapientiæ intermittat ſtudium, rhamnus verò flammis, vnguibus, iaculis, bellis præripere anhelat: quia laudabile ſapientiæ otium contemptuſque tranquillitatem ignorat. Adde ſapientem non tolùm patienter ferre; ſed ſtudiosè ob virtutem exambire laborem, cùm opus ſit ad dignitatis faſtigium rapi.

Apocalypſis 12. ſignum magnum apparuit in 136
cęlo mulier videlicet candidiſſimis Solis luminibus exornata, quæ & luminum erat gloria ipſi ſoli addebat ſplendorem, dum mutuabatur à ſole veſtem; verum lux, quæ conciliare debuiſſet beneuolentiam, repercuſſam luminum fulgoribus armauit inuidiam: verſutiſſimus draco captioſas prætendit; ſed fruſtra inſidias; nam cum pulcherrimum puerum peperiſſet, raptus ad thronum inſidiantis eluſit ſtudium, & mulier contendit celeri pede in deſertum; *Peperit filium maſculum, qui rectaturus* Apocal. 12. v. 5. *erat omnes gentes in virga ferrea, & raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Et mulier fugit in ſolitudinem.* Addit: *Data ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum.* Profectò cui videatur Ioannes inuertiſſe rerum ordinem bellorum tumultibus obturbatus, & periculo ad ſpeciem perculſus, dum refert mulierem deſertum verſus acceleraſſe volatum, & filium raptum regalem occupaſſe thronum quandoquidem contrarius ſtylus videbatur conſuetudini, & veritati conformior. Dicat ergo Ioannes alas filio inditas, vt inuolarit celerrimè ad thronum, quando celeri pede contendiſſe cenſeretur lentiſſimum teſteturque mulierem vi ad ſolitudinem ductam, deſertúmque habitare coactam: hoc enim de ſæculi more. Ita ſanè; ſed Ioannis agebat de muliere cæleſti contemplationi dedita, & veri luminis fulgoribus illuſtrata. Ergo fugit ſtudiosè tumultum, ambiens deſertum: nec matri diſſimilis filius, quandoquidem vt thronum adeat, vt gentes regat, proditur compulſus, & quodammodo raptus. Voluit ſanè miris huius hiſtoriæ coloribus depingere nobis Sacra Scriptura quàm ardenter lucis filij anhelent fugere dignitatē, quamque ſtudiosè amauerint ſolitudinem. Auidè adeò videtur mulier hæc expetiſſe locum ab omni rerum humanarum peſte tumultuque alienum, vt ipſam ſolitudinem reliquerit, ad deſertumque aquilinis pennis inuolārit. Iam ſi velis ſolitudinis deſertique differentiam noſſe, ab Hugone audi:

Prius

Digitized by Google

Hugo. *Priùs dixit ſolitudinem ; hîc dicit deſertum : quia ſolitudo excludit tumultum mundi, & non res ; deſertum, verò vtrumque.* Quia in deſerto auſteriori vita opus erat, auidiùs deſerto ſolitudinem commutauit, oſtendens viros perfectos aſperiora iucundiùs amplecti, & ſtudioſiùs ambire. Iam ſi obiicias fuiſſe mulieri conducibilius thronum, quàm ſolitudinem petiuiſſe, quandoquidem ſolio inſidentem inſtauratus iterum bellicus tumultus non anxit ; cùm ſolitudine degentem iterum diuexarit : *Perſecutus eſt mulierem.* Reſpondeo ſic auerſatam fuiſſe humilitate faſtigium ; vt maluerit certamen inire, quàm dignitatis luminibus reſplendere : quaſi durius illi fuerit eminere, quàm decertare, Innuit Hugo Cardinalis ad hunc locum : *Iſte rapitur, & mulier fugit.* Qui cæleſti illuſtrantur lumine, inuerſo ordine procedunt, ac qui tetris obſcuriſſimiſque ambitionis tenebris obcæcantur ; nam vti hi nulli labori parcunt, vt inuaſerint thronum, ita illi vt effugerint faſtigium. En Abimelech per inhumanam fratrum ſtragem, per tot iniuſtè occiſorum cadauera ad culmen infelicis dignitatis aſcendit, cùm eius pater oblatum regnum magnanimè repudiarit.

137 Salomon ob ſapientiam omnibus ſæculis decantandus thronum ſibi fecit de ebore grandem, auro veſtitum, & leunculis ac leonibus exornatum : *Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat ſex gradus, & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori, & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile, & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas, & duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde.* Thronum Salomonicum pluſquam auro, exundare myſteriis nullus ignorat. Prodamus quæ pro noſtri ingenioli tenuitate Deo adiuuante poterimus. Ecce manus thronum ſuffulciunt : quia Principis largitas dum dignis ſubiectos muneribus ornat, ditioni obedientes parat ; verùm non ſine myſterio duo leones exacutis vnguibus manum circumſtant : quia nonnunquam dum quis recepturus à Principe honorem accedit, inuenit qui gradum retardent coloratis cauſis, vt redimat copioſis pecuniis. Verùm inquiramus cur gradus leunculis repleuerit. Alia alij ingenioſius excogitabunt ; ego tamen arbitror verè ſapientem pauidè adeò inſcendiſſe thronum, vt ſi inter leones verſaretur impetendus aut deuorandus : quiuis gradus terrorem ingeminbat, & anxietatem augebat. Putares poſt gradus ſuperatos peruenire ad placidiſſimam quietem ; verùm qui aſcendens leunculos extimeſcebat, in faſtigio leones fortiores, ac ferociores inuenit : quaſi pro magnitudine dignitatis & periculi excreuerit magnitudo, thronum ſic conſtruens mirè ſapientiam ſuam commendauit Salomon docuitque ſapientiam tot tantiſque difficultatibus obnoxium, tot anxietatibus plenum, tantis curis ac vigiliis immixtum non lætè aſcendere thronum ; ſed trepidare periculum : ergo ſingulis gradibus aſſignauit leones, vt aſcenſus

Gloſſa. ſignaret difficultates : *Per leones*, ſcribit Gloſſa moralis, *deſignatur poteſtatis terror.* Salomonem vti ſapientiſſimum ipſa deterrebat poteſtas, & throni angebat ſublimitas, quando nonnullos videas ſapientia vacuos, vt ille de quo Iſaias : *Perdidiſti ſapientiam in decore tuo*, thronum ſuſpirare, & præcipitium dignitatis ambire : *In cælum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum*, aiebat ille, ſed ambitionis tenebris obcæcatus, quique non præuiderat Icari ad inſtar ipſo volatu ſibi ſolicitare ruinam, & æternam miſeriam.

Iſai. 14.

§. XXX.

Vel eo nomine fugienda eſt dignitas : quia hominem ſibi debitum abalienat variis occupationibus illigatum.

NEmo naſcitur aliis moriturus ſibi, Hinc quicumque ſapientiâ tincti vt ſibi conſulant, aliis præſidere renuntiant : à mundiali ſtrepitu recedunt cordati, vt ſerenis oculis, imperturbatoque aſpectu, quàm omnia euanidis nitantur, aſpiciant, & quàm æſtimanda parui, clariùs agnoſcant. Quod ſi contigerit ad apicem dignitatis inuitos euehi, dolenter ingemunt à ſe ipſis receſſiſſe variis moleſtiſque occupationibus mancipatos, & vrgentibus curis ac ſolicitudinibus ſemper obſtrictos. *Laërtes*, ſcribit Plutarchus de tranquil. animi, *qui annos viginti ruri ſolitarius egit, patriâ, domum, regnum effugit.* Expertus fuerat, quanta negotiorum ritè dignitatem obeuntes mole oppreſſi ingemant, quamque pretioſum tempus ſibi ipſis, moribuſque concinnàdis impendendum aliorum cauſis impendant, & ſe prudenter ſubtraxit, ſibique reddidit. *Regnum*, Addit Plutarchus lib. an ſeni ſit tractanda Reſpublica, *quod inter Reſpublicas eſt omnes conſummatiſſima & prima, quàm plurimis ſolicitudinibus, ſudoribus, & negotiis diſtringitur. Ac Seleucum ſemper dicere ſolitum perhibent ; ſi ſciret vulgus ſcribere ſolùm tam multas epiſtolas ac legere, quanti laboris ſit, nollet in terram abiectum tollere diadema.* Subnectit ibi Plutarchus : *Caſtra loco commodo Philippus metaturus, vt audiuit non eſſe ibi iumentis pabuli copiam : Quæ eſt, inquit, ô dij immortales, vita noſtra, ſi etiam ad ea aſinorum eſt tempora accommodanda ?* Doluit ſibi eſſe curandum de iumentorum pabulo, tempuſque, quod magnis impenſum poterat elucrari, ingemuit exiguis adeò rebus impendi. *Soli omnium otioſi ſunt*, aiebat Seneca de breuit. vitæ cap. 14. *qui ſapientiæ vacant, ſolit viuunt : nec enim ſuam tantùm ætatem benè tuentur, omne auum ſuo ſubiicium.* Qui cæleſtium meditationi incumbunt, qui ſapientiæ ſtudent, ſibi, non aliis viuunt, qui verò aliis præſunt negotiorum fluctibus, litiũ turbinibus obruti, & à ſe ipſis abalienati feruntur. Hinc lucem accipit oliuæ reſponſum, quod ad ſpeciem videbatur implexum. Ligna de conſalutando ſibi rege cogitarũt, oliuamque adierunt : *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixerúntque oliuæ : Impera nobis.* Ad regnum vocata reſpuit, reſponditque : *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear ?* Profectò reſponſio apta non videbatur intento, quandoquidem oliua in Principem augurata non cogebatur naturam deſueſcere, nec fructuum copiam amittere ; imò, vt de more eſt, ſi inſcenderit dignitatis faſtigium, non ſolùm propriis fructibus non denudabitur ; ſed & alienis veſtietur : cur ergo pinguedinis vereatur inopiam, vbi augere poterat affluentiam ? Quia nouit oliua, reſpondet

138

Plutarch.

Epiſtolas ſcribere laborioſum eſt.

Qui ſapientiæ vacat, & ſibi viuit.

Abulenſis

Abulenſis, non poſſe, ſi dignitatem admiſerit, ſubiectorum cauſis non conſulere, omnéque ferè tempus illorum commodis procurandis, aut dirimendis litibus non impendere. Ergo vt ſibi attendat ſolicita, Deóque vacet religioſa, regimen noluit admittere, ſed ſpernere, *Quæretur*, ſcribit Abulenſis. Abulenſis quæſt. 29. *quare ſic reſpondit oliua: quia non videtur quòd quāquam promouereturinter ligna, perderet pinguedinem ſuam.* Quæſito reſpondet: *Cùm homo manet in perſona priuata, poteſt conari ad proficiendum in bonis ſuis, & poteſt exornare mores ſuos, conſiderando quantum quotidie proficiat, & quantum deficiat; cùm verò adſtatum regiminis extollitur, tanta alienarum curarum mole premitur, quòd ad ſe ipſum vix redire poteſt, cùm tota ſolicitudo, quæ iampridem erga ſe impendebatur, nunc ad exteros adhibenda ſit.* Dum oliua iuſtorum ænigma regiminis ſolicitudinibus non diſtringitur, in oleo ad Numinis cultum producendo in adaugendis ſibi fructibus occupatur; aſt ſi aliarum arborum admiſerit regimen nequibit varijs non vrgeri curis, & mancipari negotiis: *Tota ſolicitudo, quæ iampridem erga ſe impendeba ur, nunc ad exteros adhibenda eſt.* O quàm diſertè reſpondit oliua! nam cùm ad proprios promendos fructus opus ſit tempore, omnéque tẽpus aliorum tuffiuretur cauſa, & fructuum deficiet copia. Hinc viri virtutibus exornati, ambitionéque prorſus nudi copioſis lachrymis deflent, ſi culmen inuiti inſcenderint: quaſi iam ſibi ipſis moriantur, cùm aliorum gubernationi addicuntur. Adde vrgentiſſimis plenum ſolicitudinibus eſſe inquietorum, maléque moratorum curam ſuſcipere, quandoquidem & honor aut exiguus eſt aut nullus, cùm ſit periculis, & anxietatibus plenus.

139 Dum prodigus ille inquietiſſimo curando gregi præficitur à ſe ipſo prorſus abalienatus refertur: In ſe reuerſus dixit *Quanti mercenarij in* Lucæ 15. v. 17. *domo patris mei abundant panibus; ego autem hîc fame pereo.* Qui in ſe reuerſus eſt, à ſe migrarat, longéque receſſerat. Quo ergo abiit? In ſolicitudinem ſanè prouinciam, in anxietatum plagam in moleſtiarum regionem: dùm totus eſt in arcendo feras, totus in quirendis paſcuis, totus in auertendis periculis, totus in curandis augmentis. Ergo vt ſe ſibi reſtituat, regimine ſe abdicare prudenter cogitat, quaſi nequeat ſibi viuere, dum cogitur gregi inquietiſſimo prouidere. Adeſt Chryſologus ſerm. 2. *In ſe reuerſus eſt, in ſe antè rediit, vt rediret ad patrem, qui à ſe antè receſſerat.* Dignum erroris ſupplicium fuit, inquietiſſimo lutulentóque gregi præficere, quandoquidem & exigua dignitas, & plurima anxietas: ſi morigeris præeſſet agnis, aliquod ſibi tempus haberet, aſt dum lutulentis præeſt brutis, ſolùm viuebat pecori ſui oblitus, & à ſui cura migrarat abalienatus: ergo vt ſe ſibi reſtituat, & munus regendi indignum gregem ablegat: *A ſe receſſerat.*

140 Hinc profectò ſugillata eſt fratrum petitio, dum coniungere ſtudet amico fœdere copulata, quæ non facilè inueniuntur coniuncta: Deo deſiderant adhærere, & aliis inſcendentes thronum Matth. 20. v. 21. præponi: *Dic vt ſedeant*, aiebat mater, *hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Chriſtus illorum carpit ignorantiam: *Neſcitis quid petatis*: nec enim poterant ſæculari throno fulgere, & cauſarum tumultibus quiete placidâ non interdici, & tranquilla ſerenitate priuari. *Putabant*, inquit Chryſoſtomus Chryſoſt. apud D. Thomam, *quòd regnum Dei eſſet in ianuis, id eſt aliquid ſenſibile, vnde manifeſtum eſt quòd nihil ſpirituale petebant, nec intelligentiam ſuperioris regni habebant.* Addit poſt aliqua: *Contulit ſe diabolus ad conſueta arma mulierum, vt ſicut Adam per mulierem ſpolianit, ita & iſtos ſepararet per matrem* Deo adhærere volunt; ſed votis ſuis refragantur, dum exambiunt perfecturam: nec enim liceret honeſtè otiari: quia opus eſſet mole curatum diſtringi, & quod debebant felicissimæ lateris adhæſioni, tempus ſoluerent inquietæ ſolicitudini. Quàm benè Gregorius initio dialogorum! *Infelix animus meus occupationis ſuæ pul-* Gregor. *ſatus vulnere meminit qualis aliquando in monaſterio fuit, quomodo ei labẽtia cuncta ſubtererant, quantum rebus omnibus, quæ volumntur, eminebat, quòd nulla niſi cæleſtia cogitare conſueuerat, quòd etiam retentus corpore, ipſa iam carnis clauſtra contemplatione tranſibat, quòd mortem quoque, quæ penè cunctis pœna eſt, videlicet vt ingreſſum vitæ, & laboris ſui præmium amabat.* Relata, qua homo priuatus religioſuſque frubeatur, quiete & placiditate ſubnectit: *At nunc ex occaſione curæ paſtoralis ſæcularium hominum negotia patitur, & poſt tam pulchram quietis ſuæ ſpeciem terreni actus puluere fœdatur, cúmque ſe pro condeſcenſione multorum ad exteriora ſparſerit, etiam cùm interiora appetit, ad hæc proculdubio minor redit.* Minor eſt ſibi, qui aliis maior: neceſſum namque eſt opportunum cæleſtium contemplationi tempus ſubripere, & euanidis componendis aliorum cauſis expendere, dúmque ad lites, negotiaque venientium puluis excitetur concurſu, regentis virtus ſæpè langueſcit laſſata, & ipſo excitato puluere aliquantulum ſordeſcit obſcura.

Dauid dum à tumultu ſeparatus oues deſerto 141 agit, cantu diuinas laudes perſonat; & cæleſtium contemplationi, quod exiguum ſemper videbatur, non ſine voluptate tempus bene diſpenſat. Tunc Deus magno Samuële miniſtro conſtituto regiis ornare ſceptris decernit, ad illumque vngendum mittit: fratrum chorus Prophetam circumdabat; verùm cùm fluxa olei natura fluere recuſaret, Propheta demiratus, an conſumpta iam ſit copia filiorum interrogat, & comperit Dauidem ſupereſſe ouium dicatum curæ, tunc patris mandato quàm citò monet adduci; imò & compelli: *Ait Samuel* 1. Reg. 16. *ad Iſai: Mitte, & adhuc eum.* Et cur Propheta v. 11. ad mapalia celeri curſu non pergat, cur qui Dauidem aduocet, ipſe non mittat? Fortè quia nouerat Dauidem, niſi patris iuſſione compulſum, regnum non aditurum, vt qui mallet ſibi placidè viuere, quàm aliorum regimini non ſine perturbatione, cutiſque dicari. Huc voco Abulenſem citata ſupra quæſtione: *Defluent viri verè contem-* Abulenſ. *platini, qui Deum toto pectore ſitiemes, vix hîc ab eius amplexibus diuagari quærunt, defixit in eum pernigli curâ oculis mentis.* Addit: *Nam ſi priùs viri boni fuerunt, ſibi ipſis vacantes, ſi ſuſcepti ad regiam celſitudinem rem non perfunctoriè; ſed qualiter oportet, agant, variis perurgentium quotidie cauſarum frequentationibus agitantur, quas tamen declinare fas non eſt.* Nouerat Dauid ſceptrum curas vrgentiſſimas comitari; nouerat purpuram negotiorum turbinibus impeti. Ergo ne dignitatem fugeret, opus fuit præcepto patris vrgeri.

§. XXXI.

Digitized by Google

§. XXXI.

Difficulter denudatur quis conſuetudine, quantumuis in contrarium adurgeatur ratione,

141 CONſuetudo eſt altera natura, quam dum quis anhelat vitare, veluti coactus videtur ſequi. De Ixione fabulantur poëtæ quòd vt vitarit pœnam, ſe ipſum ſtudeat fugere; verùm conatu irrito: nam ſequi ſe comprobatur, dum ſe fugere ſtudioſiùs molitur: *Volvitur Ixion*, aiebat Poëta, *ſe ſe ſequiturque fugitque.* Mirè depinxit hominem rotæ conſuetudinis illigatũ: conatur aliquãdo deſerere; verùm conſuetudine victus cogitur circumrotari.

Pſal.11.v.9. *In circuitu*, aiebat Pſaltes meliori ſtylo, *impij ambulant.* Aliquando impij ipſis deerrationibus fatigati deſiderant quieſcere; ſed infeliciter conſuetudine victi libera coactione eodem proſequuntur circulo circumagi: *Si mutare poteſt*, aiebat Ieremias, *Æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere.* Videatur cui Propheta ipſa exprobratione exprobrationis cauſam leuare: vt enim probro verti non debet Æthiopem offuſcari nigredine, nec maculari pardum varietate, ita vitio tribuendum non erit non benefacere, quandoquidem non maior illis ad beneficiendum potentia, quàm pardo ad denudandam varietatem induſtria. Quomodo ergo Prophota dum in naturam refert, & ſugillatione adurit? Vt oſtendat, inquit Theodoretus vitium naturæ aduerſum cõſuetudine quodãmodo conuerſum eſſe in naturam: ratio exigit benefacere; verùm ſic aliqui prauitate inueniũtur tincti, vt adæquè arduum fuerit nudari Æthiopem pelle, pardum varietate, eos cõſuetudine: *Vetus profectò ſermo eſt*, ſcribit Theodoretus apud Gloſſam, *conſuetudinem ſcilicet eſſe alterã naturam: omnia enim, quæ longa conſuetudine comparauit animus, paria cenſentur cum naturalibus.* Dubium non eſt peccatorem, quantumuis prauæ conſuetudinis vinculis irretitum, poſſe reſipiſcere, ad melioraque tranſire; verùm adeò eſt difficile, vt videatur idem eſſe conſuetudini contraire, ac natura denudari.

Ieremi.13. v.23.

Theodor.

143 Hinc lucem accepit oliuæ reſponſum: inuitabatur ad regiminis gloriam: *Ierunt ligna, vt ungerent ſuper ſe regem, dixerúntque oliuæ Impera nobis. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam qua dij vtuntur & homines?* Dum fatetur ſe non poſſe lenitatem amittere, regnum non vult acceptare: quaſi dicat: Qui inſcendit thronum, pro rerum varietate tenetur aliquando ſaucio lenitate medicari, & proteruos etiam ferire, cúmque aſſuefacta ſim lenitate fouere vulnera, nequibo punire rigore ſcelera. Ergo non ſum regno apta, vtpote lenitudine aſſueta: *Oliua*, ſcribit Iſidorus in Iudices c.6: *gratiam Spiritus Sancti, & vnctionem pacis ſignificat.* Didicit ſemper oliua vngere ad concordiam: neſciet igitur ferire ad pœnam cúmque vtrumque gubernatori opus ſit, ſuauitas videlicet, & aſperitas, Dum ſe agnoſcit ſuauitate ſemper vſam, aſperitate punire reducit ad impotentiam. *Numquid poſſum?* vt diſcant ab arboribus homines conſuetudinis efficaciam, & proprij ingenij naturam.

Iſidor.

144 Dum ſtella Chriſti Domini ortum eleganti ratione diorum lingua denuntiat, agnoſcit Magus humanas penitſſe curas, ſuas defecitſſe artes, mundanæ ſapientiæ caſſos labores, & qui totidem diis, quot ſyderibus inſeruiebat, verùm iam Deum recens ortum adoraturus proclamat: *Vbi eſt, qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.* Chryſologus, vt eſt profundo ingenio, confert lignum recens exorti ſyderis, cum ipſis Magis ſtellam iam non Deum venerantibus; ſed ad Dei obſequium miſſam fatentibus, aitque ſumptuoſius eſſe prodigium, Magum Deum recenter exortum confiteri, quàm ſtellam inſolito ſplendore radiare: *Plus cæleſte de Magis*, ſcribit ſerm. 156. quàm *de ſtella ſignum eſt, quod Iudæa regem, quòd legis auctorem Magus ſcit.* Diſcutiamus tantiſper, ſi placet, hanc Chryſologi ſententiam, quæramuſque cur grandius nouo ſydere miraculum fuerit Deum Magos ſcire, quando eſſet miraculum ignorare: ſi ſtella ignorantiæ depellit tenebras, ſi ſe vel cæcis oculis ingerit, ſi lumine pro clamoribus vel ſurdorum aures referit, quid mirum erit agnoſcat magus? Ita eſt ſanè; verùm cum longa conſuetudine adorandi ſydera teneretur, cùm per aſtra erraret, & cæli negotia in tenebris noctium perquireret mirum fuit vel clamante luce, vel vocante ratione conſuetudinis vinculis expediri, & inolitis erroris retinaculis liberari: *Syderum ſeruatores*, præmiſerat Chryſologus, *errantes per aſtra Magos, cæli negotia in tenebris noctium perquirentes, naſcendi, moriendi caſus ſtellarum curſibus ad cribentes, bona, malaue hominũ de arbitrio luminarium firmantes Euangeliſta hodie ortum Chriſti abſconditum ſæculis ſtella duce docuit inueniſſe.* Dum Chaldæus aſſuetus erat ſtellas prodius adorare, illiſque quidquid humanum, adſcribere, prodigioſum fuit ſtellam iam ſeruam dicere, & antiqua conſuetudine exui: nouo cæleſtique lumine illuſtratus errorem ſuadebatur abiurare; ſed mirum fuit errandi conſuetudine non teneri: *Vnde plus cæleſte de Magis, quàm de ſtella ſignum eſt.* Plures inuenies, qui meliora vident, probantque, ſed deteriora ſequuntur, conſuetudinis incantamento, & ſi fas eſt dicere, errandi fato.

Chryſol.

Matth 2. v.2.

145 Saül Domini mandatum tranſgreſſus eſt, eaque fuit cupiditatis vis, vt ignorantiam protelarit in occaſionem, aut conſcientiam corruperit in diſſimulationem, aut vtrumque: *Audiui*, aiebat poſt delictum, *Vocem Domini, & ambulaui in via, per quam miſit me Dominus.* Samuël errantem conuincit, & ignorantiæ affectationem depellit: conuictus Saül ſe deliquiſſe cognoſcit: *Peccaui quia prænaricatus ſum ſermonem Domini* verùm conuictus Prophetam non comitatur; ſed ad antiquas ſedes reuertitur. Putares peccati ſui conſcium peccatum abiuraturum; verùm plus valuit inolita conſuetudo, quàm breuis illa confeſſio: *Abiit autem Samuël in Ramatha: Saül verò aſcendit in domum ſuam in Gabaa.* Gregorius, vt erat moraliſſimus, ad hunc lõcum notauit Saülem ſeiunxiſſe ſe à Propheta, ad eamque domum rediſſe: vbi peccatis inſeruire conſueuerat. Ipſum audi: *Quæ eſt domus tranſgreſſionis? niſi conſuetudo prauioperis? quiſquis enim in peruerſa conſuetudine clauditur, quaſi in domo conuerſatur: in domum ergo ſuam Saül aſcendit, quando reprobus quiſque poſt increpationem Doctorum ad mali operis vſum redit.* Non ignorabat Saül ſe præuaricatũ fuiſſe mandatũ, Agag ſpectarat ſupplicũ; verũ nec ratione ad reſipiſcentiã vocãte, nec terrore ſupplicij

1. Reg 15. v.20.

Gregor.

Digitized by Google

ſupplicij ſuadente veram pœnitentiã arripuit;imò ad conſuetudinem ſe recepit antiquam, vt nouis erroribus adaugeret offenſam. Notauit Gregorius: *Quia in abſentia Doctoris ſimulator proficit, Saül in domum non abiit; ſed aſcendit: aſcendere quippe reprobis eſt de malo ad peius proficere.* Poſt increpationem, poſt erroris agnitionem, poſt culpæ in Agag ſpectatum ſupplicium ratio ceſſit conſuetudini, non conſuetudo rationi.

146 Dauid illum ait fore beatum, qui impiorum nõ interfuerit conſiliis, qui in peccatorũ via fixè non ſubſtiterit, quique per otiũ in peſtilentiæ cathedra
Pſal.1.v.1. non inſederit: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.* Non inficiabor beatum fore, qui ſe ab his ſordibus impollutum ſeruarit; verùm nec dubiũ eſt poſſe virtutis fulgere lumine, qui in peſtilentiæ ſederit cathedra: cur ergo Dauid, vt hominem beatificarit, in cathedra non ſedisſe requirit? Dum has ad beatitudinem conditiones expoſcit, videtur, ſi deſint, quem beatũ fore negare; cùm tamen & qui prauis adfuit conſiliis, & qui peccatorum comes, & qui erroris magiſter, poſſit culpas deierare, & deieratione gratia fauẽte delere. Ita ſanè eſt, inquit Ambroſius enarratione in 1. Pſalm. nec Dauid dum in cathedra peſtilẽtiæ aliquando ſedentem à beatitudine excluſit; ſed cõſuetudinis difficultatẽ oſtendit. Audi Ambroſium:
Ambroſ. *Inueterati in errore, & ſtudiosè flagitiis inhærentes ſedere dicuntur, qui nolunt aſſurgere, nec audire dicentem: Surgite poſtquam ſederitis.* Subnectit: *An ignoramus quòd tantam vim habeat inueterata conſuetudo peccandi, vt excludat naturam? Quæ cùm ſit medicabilis ad ſalutem, diuturnõ tamen tempore paſſionibus depranata immedicabilis inuenitur.* Vocem momentis audiunt, ſurgere oportere cognoſcunt; verùm inueteratæ conſuetudinis compedibus detinentur. Ergo vt quis beatus ſit cauenda eſt in peſtilentiæ cathedra diuturna ſeſſio: nam ſi ſederit, ad beatitudinem, virtutémque perueniet difficillimè: quia conſuetudo illum detinebit, & quantumuis valida vox excitet, à conſeſſu, conſortióque peſtilentiæ non ſeparabit.

147 Iob decimoquinto capite ſic aiebat: *Ecce inter*
Iob.15.v.15 *ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non ſunt mutandi in conſpectu eius.* Gregor. lib. 12. moral. c. 17. quos ſanctos immediatè vocarat, cælos vocare teſtatur. Ipſum audi. *Hoc cælorum nomine repetiit quod Sanctorum priùs appellatione ſignauit: nam de eiſdẽ ſanctis ſcriptum eſt: Cæli enarant gloriam Dei.* Vidit Gregorius interpretationi ſuæ textum ad ſpeciem refragari, quãdo de ſanctis refertur varietas, de cælis non mutabilitas: *Ecce*, inquit *inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cæli non ſunt mutandi*: quomodo ergo, qui diuerſa adeò diſcrepant proprietate, re poterunt conuenire? Iam Doctor ſubtilis
Gregor. reſpõdet: *Per naturam omnes in ſemetipſis propriam mutabilitatem habent; ſed dum immutabili veritati ſtudiosè ſemper inhærere deſiderant, inhærẽdo agunt, vt immutabiles fiant:* Illud preme: *ſemper inhærere deſiderant:* Quaſi dicat: Ita eos cõſuetudo inhærendi de mutabilitate ad conſtantiam tranſtulit, vt veluti antiquam iam exuti naturam, induerint conſuetudine immutabilitatis conſtantiam: tantum valet ad componendos, depranandoſue mores diuturna conuerſatio, & conſueta virtuti, aut improbitati inhæſio.

§. XXXII.

Vbi conſilio de Superiore eligendo agitur, cæteris ſapientior digniórque præfertur.

CVi aliorum cura commiſſa eſt, oportet exornari prudentia, nobilitari induſtria, ſapientiæ fulgere gloria. Conſummata felicitas eſt ſuperiorẽ ſortiri ſanctitate conſpicuum, & ſapientiæ luminibus exornatũ? verùm quantumuis polleat virtute, ni prudentiæ, ſapientiæque eminuerit etiam laude, nec regimini aptus, nec ſubiectis opportunus: nam ſi imprudenti Zeli ardore feratur, erit ad inſtar nauis adſpirãti vento impulſæ, gubernaculóque prudentiæ non aurigatæ, quæ dum rapidiùs fertur, ad ſcopulos infeliciùs illiditur: & qui naui à prudẽtia recta optatum appellerent portum, incurrent, ſi prudẽtia deſit, naufragium: Plures Sirenarum ſuauitate decepti ſcopulos incurrebãt: mallebant nãque petire, quàm noxia illa dulcedine, & volatica aurium adulatione carere: cúmque Vlyſſes appellere portum ſuos deſideraret, prudentia víus naufragio occurrit, & Sirenarum incantationibus obuiauit. *Nauis*, ſcribit Caſſiodor. 2. var. 40. *ſolicitatorem protinus obſtruxit auditum contra noxiã dulcedinem. Cogitauit vir prudentiſſimus felicíſſimam ſurditatem, & quam vincere intelligẽdo non poterat, meliùs auertendo ſuperabat.* Ni Vlyſſes vir eſſet prudens, cuncti nauigantes periiſſent; prudẽtia tamen vitauit ſcopulos, felicitérque in portum duxit ſubiectos. Hinc ligna cùm de inaugurando ſibi rege cogitauerit, oliuã in primis adierunt, & ad regimẽ inuitarunt: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixeruntque oliuæ: Impera nobis.* Quæ vngendis ad imperia conſueuit oliua oleum ſuauiſſimum miniſtrare, inuenit ad regnum illam vngere deſiderãtes & exambientes: quæ enim ritè ſeminantur, non ſemel & copiosè metuntur. Quærunt interpretes, cur in arborum comitiis primũ fuerit oliua electa, quando non deerant aliæ plantæ fructuum copia nobilitatæ, venuſtatéque pulchræ. Inter alios Arias Montanus exiſtimat, iure conſilioque exambiſſe oliuam, vt quæ fuerit ſemper prudentiæ ac ſapientiæ emblema: ergo licèt aliæ plantæ poceritate celſiores, originis nobilitate antelatæ, fructuũ diuitiis onuſtæ, oliua debuit præponi: quia prudentia, ſapientiaque non dubium erat fulgere: *Primam eorũ,*
Montan. *qui de eligendo ad Reip. adminiſtrationem viro conſultarent, ſapientia optionem eſſe oportere, illud lignorum conſilium, quod ſuperiùs modò legimus, & explicuimus, docet.* Cum Reip. cõmunitatiue deſignetur Superior, qui & cõmodis cõſulere, & incõmodis quiuerit obuiare, ille præ cæteris deligẽdus eſt, qui & experientia approbatus, & ſapientia inueniatur conſpicuus.

Iſaias, vt miſerrimam populi ſortem depingat, ait 149
eligendum ad regimen imperitũ: *Apprehendet vir* Iſai.3.v.6.
fratrem ſuum domeſticum patris ſui veſtimentũ tibi eſt, Princeps eſto noſter: ruina autẽ hæc ſub manu tua. O quàm ſapienter electioni annexuit ruinam, qui eligendi non examinauit ſcientiam! Iam quid ille reſponderit, audiamus: *Non ſum medicus.* Quid intereſt medicum non eſſe, vt rennat Principatũ acceptare? Plurimũ ſanè: nã medicus depellit ægritudines ſapiẽtia, periculo imminẽti medicamẽtis occurrit. & hominẽ ſanitati ſæpè reſtituit: quid ergo ſperãdũeſſet gẽti illi, ſi eligerẽt ad ægritudines depellẽdas nulla medicinæ peritia inſtructũ, nulla ſapiẽtia exornatũ? Certè dũ ignorat curãdi artẽ, non

contraria

contraria contrariis opponet;ſed amicis,ſimilibúſque fouebat: non ait: Non ſum virtutibus exornatus;ſed, nõ ſum medicus:nam ſi ſcientia deſtitutus laudabili intẽtione auxilium infirmitati applicarit, quantumuis virtute polleat, infirmũ irremediabili damno occidet: vt è contra ſi ſapientia fulgeat, quantumuis virtutibus non emineat,depellet morbum,dum applicuit aptum remediũ. Dubium non eſt conducibiliorem eſſe ſcientia,& virtute perpolitum;verùm ſi vtrũque non ẽoniungatur, depellẽdis morbis opportunior videtur medicina, quàm morũ(non ago de miraculis)probitas & elegantia.

Rupert. *Non ſum medicus*,ſcribit Rupertus in Iſaiam c.12. *qui mederi poſſim ruinæ,quæ corruiſtis exterius, quæ corruiſtis interius.* Vbi ſapientiæ agnouit defectum recuſauit Principatum,& qui ſcientia vacuum eligebant, fore ruinã iam prænuntiabant:*Ruina hæc ſub manu tua.* Dum eligitur aliquando frater,dum præfertur domeſticus,dum non attenditur an prudentia fulgeat excultus, pro medela vexat ruina. Ergo trunci,dum ſibi conſulere regem inaugurando decernunt, cæteris ſapientiam præponunt.

150 Samuël vocato ad conuiuium populo armũ vẽturo Sauli repoſuit, & ipſo ferculo ad regnum ſignauit:*Aſſumens itaque Samuël Saülẽ,& puerũ eius introduxit eos in triclinĩũ,& dedit eis locum in capite eorum,qui fuerant inuitati:erant enim quaſi triginta viri.* Seruulũ Domino aſſociat, vt quem habuerat comitem,dum anxietate amiſſum quæreret,& comitem haberet,dum opiparè mãducaret.In capitẽ poſuit:quia re cũ Domino cõmunicata, quis præferendus,accepit. Adeſt Gregorius:*Quia enim magna retractatione conſilij eligendi ſunt,qui in culmine ſublimentur,apte ſubinnectũeſt,quia de induſtria ſeruatum eſt tibi.* Armum,vt dicebã,ante Saülẽ poſuit coquus,teſtatuſque eſt Samuël nõ caſu,ſed cõſilio ſeruatum: *Ecce quod remanſit,pone ante te,& comede:quia de induſtria ſeruatum eſt tibi,quando populum vocaui.* Armus largiendus erat: plures aderant;ſed dum cui dandus,conſideratur,cæteris melior præfertur:non inferebãtur illa fercula caſu;ſed conſilio,& vbi conſilio de cuique dilargiẽdis agebat prudentia,cuique pro meritis ſunt fercula deſignata. Adeſt Gregorius ad hũc locum:*Quia de induſtria ſeruatum eſt tibi. Quaſi dicat:Pone ante te, quod anteq̃ apponeretur,ego poſui ante me. Cõſidera quod ego conſideraui: de induſtria quippe pars armi ſeruatur: quia fortiſſima prædicatoris actio illi benè cõmittitur,qui à ſummis viris magna conſideratione dignus tanto miniſterio iudicatur. Iſta verò pars tũc ſeruata eſt de induſtria,quãdo populus vocatur:quia cùm ad ſuſcipiendum prædicationis miniſterium ſubditi fideles veniunt,non infirmis infirma; ſed fortibus fortia iniunguntur.* Saül cæteris tunc fortior & melior:ergo ſublimitas illi cõceditur,& electus de induſtria cibus apponitur. Si affectu loca illa deſignarentur,ſi apponerentur fercula caſu,fors armus nõ Saülí fuiſſet appoſitus, vt nec primus locus deſignatus;at vbi cæleſti ſpiritu,nõ carnali affectione res tractabãtur,digniori nobilior locus ſeruatus eſt, nec illi ad dignitatem offuit abſentia,quãdo virtus erat præclara. Abſenti armus ſeruatus eſt:nec enim Propheta affectauit abſentis ignorare meritum,vt adſtanti exhiberet ſuffragium.

151 Hic ipſe Samuël,quàm alia ſit electio ab affectu, oculiſque exorta, & à rationis conſiliis producta, mirè ſignauit:illum Deus celato eligendo ad electionẽ accingit,& ad Iſai domũ contendere celeri veſtigio iubet:*Imple cornu tuũ oleo,& veni,vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem:prouidi enim in filiis eius mihi regem*:Samuël aduentat,Iſai filiorũ chorus circũſtat:cúmque Samuel nõ tam cõſilio, quã oculis metiretur eligendum,Eliabũ vultu elegãtẽ, natu maiorẽ,corporis habitudine pulchrũ deligere feſtinabat:*Cùm ingreſſi eſſent,vidit Eliab,& ait:Nũ coram Domino eſt Chriſtus eius? Et dixit Dominus ad Samuëlem:Ne reſpicias vultum eius,neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abiecì eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico.* Cum Eliab,alíque repulſam tuliſſent,abiens Dauid adducitur,eligiturque: *Vnxit eum in medio fratrum eius.* Baſilius Seleucienſis orat. 14. ruſpans ingenij; acumine latẽs hac in electione ernere conatur myſterũ, aſſeritque optimæ formam electionis Deũ depinxiſſe, dũ vetuit electionẽ ab affectus inclinatione ortã, dũ prohibuit ab originis prærogatiua, & magnitudine natam. Erraſſet Propheta, ſi affectu ob oris placiditatem moueretur,ſi magnitudinẽ aut originẽ attendiſſet;aſt dum Dei conſilũ expectat,dum quod eſt placitum, perfeciſſe omni affectione repudiata adlaborat, dignior præfertur,& talus omnũ eligitur. Vbi affectus oculuſque pro eligendo erat,poſtponebatur benemeritus; at vbi prudentia oraculũ conſuluit,electus eſt dignus: *Ignota erat de vnctione diiudicãdi ratio,& medius Samuël,quẽ eligere,dubius hærebat:errabat oculis, nec quibat diſcernere.* Subnectit: *Conſpectum hominem humanis menſus oculis miratur;ſed gratia quod videbatur, repudiebat,decreti diuini gnara.* Cæleſtis fuit Dauidis electio;quia nec tulit ſuffragiũ oculus, nec humanus aſcitus in ambitioſi auxiliũ affectus: Eliabus præſignabatur honorì, dum conſulebatur natura; Dauid electus eſt,dum prudentia. Baſil.

§. XXXIII.

Eximiæ charitatis eſt proprio renunciare ſplendori,vt alterius conſulueris ſaluti.

Quid enim tam egregium,aiebat Caſſiodorus 3. var. 11. *quàm feciſſe felicem,& eo vſque præſtare,quò ſe erectus ſtupeat attigiſſe? Beneficia ſiquidem ſunt quæ regna ſublimant,& libertatis dominus ingiter poteſt creſcere,ſi ſibi ſubiectos ſtudeat ampliare.* 152 Caſſiodor. Nouit aliquando generoſitas dilargitis beneficiis propriam ampliationem enutrire,& famam nominis æternate: egregium eſt alium fecille felicem;verùm dum nõ lucet propriæ vtilitatis diſpẽdio aliena felicitas,nec ardet cumulatiſſima charitas: *Charitas*,aiebat Paulus, *non eſt ambitioſa,non quærit quæ ſua ſunt.* Ad quæ Anſelmus,*Non quærit quæ ſua ſunt: quia propter aliorum commoda ſuas vtilitates deſerit, nec ſe, ſed alios exaltare ſtudet.* Vnde ambitio exulat, vnde exaltationis gloriola deſpicitur,charitatis indubiũ teſtimoniũ habetur: Quæ ſua ſunt,non quærit; imò vt aliena quærat, amittit. Ecce inuitatur oliua,vt ad dignitatis faſtigium ſine anxietatibus ambitionis inſcendat:*Ierũt ligna,vt vngerent ſuper ſe regem,dixerúntque oliuæ. Impera nobis.* Dignitas generoſam plantam exambiebat; illa tamen generoſiùs reſpuit, & repulſæ rationem ſatis honeſtam adduxit: *Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, quæ diis vtuntur & homines,& venire,vt inter ligna promouear?* Mira res: ſi pinguedinis iactura ſibi acquirit regnũ, quid intereret pinguedinẽ amittere, quando conſtat non tam ſibi,quàm homini habere: *Quæ & dijs*,inquit,*vtuntur,& homines.* Eſto regnum conſacrarit Numinis cultui,tẽplorũ ornatui; Creſcit Princeps, ſi ſubiectus amplificet. 1.Cor.13. v. 5. Anſelm.

Digitized by Google

quid intereſt non habere hominem pinguedinis commodum, quando amplum ſibi lucratur oliua regnum? In oliuæ pinguedine charitatis pinguedinem deſignari teſtatur Iſidorus quæſt. in Iudices
Iſidor. cap. 6. *Oliua gratiam Spiritus Sancti, & unctionem pacis ſignificat.* Ergo quia charitas, vt aliorum prouideat ſaluti, ſuo renuntiare ſolitat ſplendori; non vult oliua acceptare ſibi faſtigium, ſi miniſtrare nequeat opportunum ſanctis remedium.
Abulenſis. *Homines vtuntur pinguedine olei*, inquit Abulenſis q. 29. *in condimentis, & in vulneribus fomentandis.* Ni oliua olei miniſtraret pinguedinem, qui in latronum manus incidit, & alta vulnera accepit, ſine dubio iacuiſſet vita priuatus, vt vulneribus confoſſus; dum verò vulnera fouentur oleo, reſtituitur ſaluti efficaci ac blando remedio. Ergo renuntiaſſe ſplendori, quo hominis attenderit ſanitati, charitatis pinguedinem demonſtrabat, & æternam oliuæ famam procudebat. Adde non ſolùm attendiſſe, quod momenti magni videbatur, ſaluti ſcilicet; ſed & ſaporis vt ſaporatior ſit homini cibus, vt dulcior, propriæ oliua renuntiat vtilitati: videmus namque eximiæ charitatis homines lubenter propriis cómodis non ſine alacritate carere, ſi poſſint proximis aliquale commodum conciliare: nec exigua vtilitate, lætitiáque proximi defraudentur, ſuis & quidem aliquando magnis viri perfectiſſimi vtilitatibus viduantur.

153 Ochozias quinquagenarium militibus inſtructum mittit, qui Eliam montis vertice ſedentem comprehendat, cúmque eluctantibus flammarum ardoribus æther audaciam militum ſemel & iterum caſtigarit, tertius ſic hominem Dei alloquitur: 4. Reg. 1. v. 13. *Homo Dei noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum tuorum, qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de cælo, & deuorauit duos Principes quinquagenarios primos, & quinquagenos, qui cum eis erant; ſed nunc obſecro, vt miſereatis animæ meæ.* Quid tunc? *Locutus eſt autem Angelus Domini ad Eliam dicens: Deſcende cum eo.* Locus hic miſteriis ſcatere videtur: cur dum flammarum imbre conſumit Principis, Angelico non fruatur alloquio? Cur modò cæleſti vtatur conſilio? Ad hæc, miſereatur Principis animæ non afferens ignem; ſed non relinquat altitudinis verticem. Non dubito tertium quinquagenarium gemino periculo obnoxium: nam ſi Prophetam auſus fuerit impetere, ardenter ſuſtinebat flammas; ſi pepercerit, inſaniſſimas regis iras. Sed eſto, regis quinquagenarius ſuſtineat furorem, Elias verò ſublimitatis non reliquerit verticem. O charitatis vim! dum vertice eminens adutit quinquagenarium, Angelicum non refertur alloquium; ſed cum deſcenſus diſpendio conſulit quinquagenarij periculo; maluit namque Elias nobiliori charitatis flamma aductus altitudinē deponere, quàm quinquagenarium perire. Ne proprio periculo redimere alienum videri poſſet imprudentia, Angelus ſedat timorem, eximiæque charitatis eſſe docet, altitudinis, ac quietis diſpendio proximi ſaluti conſulere, & eius periculis obuiare: *Præcepit cum deſcendere* (Angelus) *& coram Rege comparare*, in-
Lyra. quit Lyra, *ne Abdiae rediens ſine ipſo à rege puniretur: & aſſecurauit eum.* Ni Elias altitudinis vertice careat, à rege quinquagenarius punietur: ſi cum eo deſcenderit, periculis obuiabitur. Ergo Angelus monet altitudinis iactura proximi ſaluti conſulere: quia vult charitatis exemplum futuris ſæculis cōmendare. Ad hæc: diuinitatis teſtimonium eſt proprij ſplendoris ad tempus diminutione alienæ conſuluiſſe ſaluti, indulſiſſeque vtilitati.

Chriſtus Dominus vt futuræ gloriæ electis diſ- 154
cipulis aliquem præberet guſtum, coram tribus in plano editiſſimi montis vertice transfiguratus eſt. O rem miram! diuina vi ex humano vultu ſplendidiſſimi radij promicabant, qui ſolares radios vincerent: vidit Sol quæ priùs non nouerat, & à Chriſti Domini fulgoribus didicit ſplendeſcere nitidiùs, & lucere hominibus clariùs: Chriſto aſtiterunt viuorum atque mortuorum primitiæ, vt viuorum atque mortuorum iudicem fore aſtantibus futuriſque promulgarit. Moyſes legum ſanctor vitam cum morte commutauit, Elias zelo incenſus aërem circumequitans viam morte ſuperiore molitus eſt, Diſcipulis ſuaui timore & terribili ſuauitate delibutis vox patris intonuit, & vt eius filium dubitare non poſſent, ipſius verba audire præcepit: *Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.* Chriſti Luc. 9. audiamus verba, vt patris exequamur & iuſſa: *Ecce duo viri loquebantur cum illo*, præmiſit Lucas: *erant autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate, & dicebāt exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* Iam ſi quæras, cur hîc candida vt in Iordane viſa non fuerit columba; ſed columbæ loco ſubſtituta fuerit loquela: ratio in promptu eſt: quia videlcet diuinitati Chriſti Domini teſtimonium reddebat loquella vt reddiderat anteà columba: ſi montis vertice tabernacula conſtruantur, luce fulgebit clariſſima; ſed homines obſcurabit peccati vmbra, ſi Heroſolymis patiatur, illis impertietur ſaluten tantiſper ſeponens fulgentiſſimam claritatem. Ergo dum ſplendorem morte commutat, vt miſeris benefaciat, ſe Dei filium clariſſimè probat. Audi Theophylactum ad hunc locum: *Chriſtus ſitiebat* Theophyl. *crucifigi: quoniam non aliter ſalus hominum cōſtabat.* Vt hominis conſtaret ſalus, ſplendorem ſuum tantiſper innubilauit, & paſſionis nube obtexit: quod adeò eximium eſt virturis teſtimonium, vt opus non fuerit perpetem columbam repetiſſe volatum.

Vt diſcipulis ſuccinctis, & ad redeuntem ſuſci- 155
piēdum Dominum expromptis præmiū redderet, ipſe ſe Dominus cinxit, & nuptialem ornatum ſeruili habitu commutauit: *Præcinget ſe, & faciet il-* Luc. 12. *los diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.* Serui v. 37. habitum non mutarunt, etſi cingulo conſtrinxerint. Dominus & cōſtrinxit, & mutauit: plus enim ille fecit, vt reddiderit præmia, quàm illi fecerant, vt exluberent officia Chryſologus ſerm. 24. ait hîc apparuiſſe diuinitatem, quamtumuis in ea celanda laborarit induſtria, & inſudauerit vigilantia: *Vt talionem redderet, diſſimulat ſe in ipſa diuinitate* Chryſol. *diuinitas. Diſcumbenti homini Deus adſtat in cæleſtibus, epulanti ſeruo ſeruit Dominus, & ſeruit accinctus: pueris ſuis, miniſtris ſuis miniſterium facit Chriſtus, & facit in Patris iam gloria conſtitutus.* Dum conſtitutus in gloria, vt ſeruis ſuis indulgeat, vt illorum ſalutem promoueat, habitum ſeruilem aſſumit, ipſo habitu, quo diuinitatem obtegit, prodit quandoquidem diuinitatis erat non dubium argumentum, ſplendorem ob alienam ſiluté vtilitatemque habitu ſeruili tegere & epulantibus miniſtrare: *Diſſimulat ſe in ipſa diuinitate diuinitas.* O mirum! Diuinitas ſe tegere ſtudet; ſed ipſo ſe integumento clariſſimè prodit, quandoquidem, ni Chriſtus Deus eſſet, gloriæ ſuæ non parceret, vt ſeruulorum commodis prouideret.

Digitized by Google

§. XXXIV.

Alios regenti opus eſt viandi laboribus ſæpè atteri, & prouidendi curis vrgeri.

156 HOneſtè vagari, ſubiectos itineris exantlatis moleſtiis inuiſere, regimini adnexum eſſe, mirè explicuit Ioannes, dum agnum throno maieſtate fulgentem deſcribens, illum intuitus eſt greſſum explicantem, non otio torpentem: *Venit*, Apocal. 5. v. 7. inquit, *& accepit de dextera ſedentis in throno librum.* Et cur non acceperit librum ſine itinere? Nonne poterat apparere ſtãs librúmque accipere, & aperire? Quid opus fuit venire, itineribúſque fatigari? Docere voluit non eſſe Superioribus otiũ ſectandum; ſed laborem itineris amplectendum. Montan. Huc voco Ariam Montanum ad c. 9. Iudicum: *Neque enim variarũ nationum formæ ſine cura gubernatoris & peregrinatione, aſſiduáque viſitatione adminiſtrari, regique rectè poſſunt.* Indigent ſæpè diſtantes gubernationis præſentia aut ad illatæ ſibi iniuriæ depromendam querelam, aut ad facultatem aliquam impetrandam, calumniamuè depellendã, gaudentque gubernatoris aſpectu, præſentiæque Caſſiodor. lætantur ſolatio. *Certè munus eſt*, aiebat Caſſiodor. 10. var. 13. *videre Principem.* Multa bona ſecum affert Superioris aſpectus, ad perfectæ deuotionis incendit ſtudium, maculam prauæ ſuſpicionis detergit, medetur erratis, & parcit prudenter non ſemel culpis. Quod ſi itineris vexationis reſpuat iniurium, ſæpè ignorabit quod expedit, ob abſentiã: vnde gubernatori opus eſt, vt poſſit ſubiectis commodè prouidere, itineris labores ſubire. Nouit hoc oliua ad culmen regiminis inuitata: *Numquid poſſum*, reſpondit, *deſerere pinguedinem meam, quæ & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear?* In Hebræo legitur: *Et ibo ad vagandum?* Profectò prima ratio ab oliua data prudentiæ congruit; ſecunda vero ad ſpeciem contradicit; quandoquidem ligna non inuitarunt ad vagationem; ſed ad dominium: *Impera nobis*, aiebant. Ergo benè poterit natiuo ſolo illigata accipere imperium, & exercere dominium. Imò, inquit citatus Arias prudentia fulgurans reſponſum edidit: Montan. quia muneris labores agnouit: *Si vel venientes ad ſe cæteras plantas excipere, atque ex proprio loco legibus ferendis, & moribus emendandis gubernare nec commodum oliuæ, nec opportunum eſſet; longè verò importuniſſimum, & ab inſtituto ac voto alienum foret relicto natali ſolo, atque mutandis aſſiduè locis ac regionibus, quæ vario plantarum generi diuerſa ſunt, imperandi cauſa vagari.* Agnouit oliua regimini itineris labores adnexos, & vt quæ natalis ſoli amore teneretur, regimen reſpuit, & otium Deo hominibuſque profuturum amauit. Qui præſunt, præcipuè religioſorum cœtibus, omnes debent charitate fouere, & præſentia exhilarare: cùmq; ad hoc opus ſit iter agere, & vel diſtantes inuiſere, non debent labores itineris recuſare; ſed difficultates muneri adnexas amplecti.

157 Dum cælo Deus ſolem inſereret, muneris labores explicuit, ſcilicet teneri ad excurrendam viam Pſal. 18. v. 6. gigantæis greſſibus, indefeſſiſque curſibus: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tanquam Sponſus procedens de thalamo ſuo exultauit vt gigas ad currendam viam. A ſummo cælo egreſſio eius, & occurſus eius vſque ad ſummum eius, nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* Solem præſidere diei ignorat nullus: *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei:* vtque noſcas viandi defatigationi eſſe dignitatem coniunctam, eodem tempore incepit ſol præſidere, & iter vel ad diſſitiſſimas regiones ſtudioſiſſimè arripere. Nullus ab eius luce inuenitur alienus, nullus eius calore non fotus: aliter namque muneri non ſatisfaceret, & tenebris omnia inuadendi, peruertendíque opportunitatem præberet. Adeſt Euthymius ad hunc locum: *Gaudet quippe ac lætatur ſol conſtitutum ſibi iter præcurrens, quaſi gigas propriis viribus freius.* Sol gigantis ad inſtar reliquis ſyderibus antecellit magnitudine: ergo quia gigas excelluit, gigantæis etiã greſſibus plagas omnes viſitauit. O quàm ingemiſcerent plantæ, quàm dolerent aues, quàm flerent homines, ſi ſol, vt excuſato itineris labore, placido ſibi frueretur otio, medio ſemper hæreret cælo! Genes. 1. v. 16. Euthym.

158 Chriſtus Dominus dum apud Lucam paſtorem illum paſtorum formam depingit, relictis nonaginta nouem ouibus in deſerto ait pede celeri cõtendiſſe, & omnia ſolicitis oculis perluſtraſſe: *Vadit ad illam, quæ perierat, donec inuenit eam, & cùm inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens* Profectò is erat paſtor, qui alium poſſet delegare, illíque erroneam quærendi ouem munus committere; maluit tamen non ſine defatigatione quærere, vt ſuperiores inſtrueret, doceretque vel prò vnius ouiculæ ſalute nullis itineribus parcendum; imò nullis non aſperitatibus deerrandum. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 26. *Montes & ſyluas obire non recuſat, obit præcipitia, cúmque deerrante venit in partem orationis, nec ob mores odio inflammatur, etſi morbidam compertat; ſed mali commiſeratione monetur, & ſubiiciens humeros proprio labore oniculã curat laborantẽ.* Ecce bonus paſtor inſcendit montiũ aſperrima, ſyluas expanſis oculis ac ſolicitè curioſis perluſtrat: non adulget otiis; ſed imponit morbidam humeris: non inflãmatur odio; ſed charitatis adurgetur ſtudio. Et quid aliud faceret, qui futurus erat probè regentium forma, & paſtorum perpulchra idea? Certè aliquandò paſtores inuenias reſupinos, otióque cubantes, qui malint æſtus, pluuiæue ærumnas laborioſas vitare, quàm placidæ quietis diſpendio ouibus prouidere. Luc. 15. v. 4. Seleucienſi.

159 Rex erat Dauid Prophetica manu vnctus, & à Domino prouiſus, cúmque eius fratres militiæ adſcripti in caſtris degerent, pater grandæuus, qui eius quodammodo oblitus, dum Propheta filium inauguraturus aduentauit, mapalibus parnulum dereliquerat, modò ad fratres dulci onere humero prægrauato remiſit: *Dixit Iſai ad Dauid filium ſuum: Accipe fratribus tuis ephi polentæ, & decem panes iſtos, & curre in caſtra ad fratres tuos, & decem formellas caſei has deferes ad tribunum, & fratres tuos viſitabis.* Profectò alienum à ratione cenſeri poſſet filium ad regnum iam vnctum inauguratúmque ad viſitandos fratres mittere, & onere attritis humeris prægrauare. Nonne aliquis ſuppetet ex tot ſeruis, qui poſſit ad caſtra excurrere, panéſque deferre? Ad baiuli onus ſubeundum rex vocatur, & in caſtra periculis plena mittitur? Imò ob id mittitur, ob quod non mittendus videbatur: rex erat Dauid, 1. Reg. 17. v. 17.

Digitized by Google

cúmque munetis lege ſuperioribus competat itineris labores exantlare, vt ſuorum queant laboribus ſubuenire, vt mores poſſint examinare, actúſque diſcutere, non potuit, vtpote in regnum conſalutatus iter non arripere, & ſubſidia non curare:
Chryſoſt. *Quoniam tempus expoſcebat*, inquit Chryſoſtomus homilia 46. in Genes. *vt clarior eius virtus fieret, admonitus à patre, vt fratres ſuos inuiſeret, miſſus*
Seleucienſ. *eſt ad eos.* Addit Seleucienſis Baſilius orat. 15. *Ne ſolius regis ſoſpitator eſſet Dauid; verùm etiam palàm de vniuerſo Iſraele bene mereretur, & ſubditis allata ſalute rex ſtabiliretur, atque promulgaretur, ſuum rurſus militem in bella mouebat gratia.* Non delegauit Iſai filium, vt à gremio auelleret, non vt periculo obiiceret; ſed vt vnitus cognoſceretur ad regimen, inuiſere voluit fratres: nam dum verſabatur domi, dum opaca requieſcebat in vmbra, eius virtus non adeò clarebat; imò nec regnum ſtabilitum plenè videbatur: ergo: vt dignitatem operibus comprobaret, opus fuit itineris moleſtias ſubire, ſubſidia non ſine labore præbere, morémque fratrum non alienatione: ſed ſuis oculis inſpicere, & indagare. Superior vt plurimum à degeneri affectione inuenitur immunis; internuntius aliquando de aliorum obſcuratione ſibi venari vtilitatem procurat, ſicque peccata aggrauare ſolet obcæcato odio, aut virtutes deteſtando ſepelire ſilentio. Adeat ergo Dauid caſtra, vt fratres viſitet: ſic namque dignitatem honorabit, & ad poſteros laudem, & regiminis formam mittet.

§. XXXV.

Qui plus virtuti dicati, & hominibus plus proficui.

160 Tertullian. QVod homini proficit, aiebat Tertullianus lib. de pœnit. cap. 2. *Deo ſeruis*; vt etiam quod Deo ſernit, & homini proficit. Quiſquis eximius virtutis cultor, miſerorum inuenitur auxilium, & afflictorum ſolatium: vt è contra vitiis addictus, eſt lachrymarum origo, calamitatum fomes, doloris magnes. *Sola virtus*, aiebat Seneca epiſt.
Seneca. Sola virtus eſt gaudij mater. 27. *præſtat gaudium perpetuum, ſecurum etiamſi quid obſtat, nubium modo interuenit: quæ infra feruntur, nec vnquam diem vincunt.* Et quibus gaudium præſtet virtus? Non ſolùm eius poſſeſſori; ſed anxietatibus laboranti: vt enim Sol ſi quæ terra nubes aërem affligat, luminum præſtantia fugat, illúmque ſerenat: ita iuſti, qui Solis ad inſtar fulgent, opem ferunt variis caligínibus impetito, & afflictionibus diuexato. Hinc claret cur arbores ad regnum inuitatæ diuerſimodè reſponderint. Oliua pinguedine ſua homines vti aſſeuerat, non ſolum ad condienda fercula; ſed ad delinienda vulnera: *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines?* Inuitata vitis non poſſe hominibus lætitiam non miniſtrare teſtatur: *Numquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat Deum & homines?* Ficus ad regnum ſimiliter inuitatur; verùm etſi generosè repudiauerit regnum, hominum vtilitate non nobilitanit reſponſum: *Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructúſque ſuauiſſimos?* Hominum vtilitati ſe vectigalem ficus non confitetur, cùm oliua tributaria fuerit ſaluti, & vitis hilaritati. Iam ſi diſcriminis cauſam quæras, inuenies ficum Numini nullum præſtitiſſe obſequium, cùm alias exhibere conſtet officium ergo illa planta, quæ Deo ad ſpeciem non ſeruit; imò maledictionem incurrit, nec homini profuit illæ verò quæ ſacrantur Numini, & hominum
Lyra. deſeruiunt vtilitati. Adeſt Lyra: *Dij vtuntur & homines id eſt Deus in lucernis ardentibus in tabernaculo, quæ implebantur oleo oliuarum puriſſimo.* Dum oliua puriſſimum honorando, Numini miniſtrat oleum, & humanæ etiam ſaluti opportunum præſtat auxilium; at dum ficus obſequium Numini exhibere non curat, nec hominis vtilitatem allegat.

Abrahamo apparet Deus cadente ſole: ille pe- 161
regrinis inſpectis tabernaculi oſtium non clauſit; ſed celeri volatu cucurrit: *Apparuerunt ei tres viri* Geneſ. 18. v. 2. *ſtantes prope eum: quos cùm vidiſſet, cucurrit in occurſum eorum de hoſtio tabernaculi.* Humili corporis inclinatione reuerétiá exhibet peregrinis, magnus ad ſpeciem pauperculos veneratur ſe ſubmittens, & tellure proſternens: nam vbi propria humilitas perſuadebat obſequium, opus non fuit dignitatem diſcutere peregrini: comiter inuitatos ſecum affert, & menſam opiparis ſaporatiſque ferculis differtam apponit: *Tulit butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis*: Prandio finito hoſpites retendêre Sodomam: quod cùm vidiſſet Lot aununculi pietatis hæres, obuiam eis
Geneſ. 19. v. 1. iuit, domique receptos azymis recreauit: *Cùm vidiſſet eos, ſurrexit, & iuit obuiam eis ... ingreſſíſque domum illius fecit conuiuium, & coxit azyma.* Ambroſ. Ambrosius non ſine acumine expendebat Abrahamũ ſenij oblitum cucurriſſe; Lotum vero létiori greſſu proximaſſe: *Iſte cucurrit*, ait apud Lippomanum, *ille ſurrexit.* Itaque ætatis impedimenta ignorauit deuotionis ardor, & vires iniecit feruor; cùm tamen iunior ætate non ita properarit, quia inferior etiam virtute. Lippomanus aduertit non adeò opiparum à Loto inſtructũ conuiuium, lautiúſque ab Abrahamo hoſpitibus præparatum. *Frugalius* Lippoman. *conuiuium inſtruxit, azyma coxit.* Vides Abrahamum pluribus lautiùs celeriúſque ſubueniſſe; Lotum verò paucioribus lentiùs, & anguſtiùs ſubminiſtraſſe: nec mirum, quandoquidem Abrahamus longè erat Loto virtute excultior, & ſanctitate exornatior. Vt hinc clareat homines, quo plus Deo conſtat dicatos, & plus indigentibus inueniti proficuos.

Cùm Ezechias, vt exiſtimant interpretes neſcio 162
qua gratitudinis obliuione in morbum incidiſſet, illique Iſaias Dei nomine mortem imminere denuntiaſſet, ſe ad lachrymarum contulit patrociniũ, nec fruſtra: nam Deo lachrymæ perſuaſerunt reſcindere mortis decretum; vtque dubietatis non diuexaret anxietas, dum differebatur tantiſper ſanitas, optionem illi facit Iſaias, an malit Solem immaturum occaſus ſepulchrum ſubire, an oriẽtis incunabula in ſalutis teſtimonium reperere: *Vis vt aſcendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus?* Duo nobis expendenda occurrunt: 4. Reg. 20. v. 9. primum, cur Iſaias non Lunam, ſed Solem in ſanitatis ſecuritatem adduxerit, quando Ioſuè tempore Luna equos frænauit, & cælo hæſit. Dubio reſpondebit Pſaltes, *In ſole*, inquiens, *poſuit tabernaculum* Pſal. 18. v. 6. *ſuum.* Dum Sol Chriſti tabernaculum aſſeritur, & ſaluti hominis præ Luna vectigalis inuenitur: ergo cùm exoptat Propheta anxietatẽ depellere, non dubitat ſolem in ſalutis auxiliũ adducere: *Tabernaculum*, ſcribit Incognitus, *ſignificat Chriſti corpus* Incognit. &

& humanitatem. Sol Chriſto Domino præſtat hoſpitium, & homini refrigerium, & quo ſtrictiùs refertur Deo coniunctus, magis ſaluti hominum proditur tributarius. Procedamus ad ſecundum, cur ſcilicet maluerit Solem Orientē iterare, quàm verſus occaſum vergere. Rabbanus apud gloſſam exiſtimat Solem retrogradū incarnati Verbi imaginem prætuliſſe: nam vt Verbum ſummo cœli vertice clarēs de Virgine Matre iterū probatur exortū; ita Sol è sūmo cœlo deſcendēs repetito Oriente fulſit renatus: *Quidam decem gradus linearum,* Rabban. inquit apud gloſſam, *ad myſterium Chriſti transferunt.* Dum Sol orientem repetit, & Chriſti imaginem induit. Ergo quia Sol Chriſto, quàm Luna, ſimilior, & ægro auxiliando expromptior.

163 Moyſes imitanda ſuperioribus norma, cùm vt Pharaonem refractarium perculſerit, manum extenderit: *Extendens manum percutiam te.* vt ſubueniat, manus ſe extenturum promittit: *Cùm egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad* Exod. 9. v. 33. *Dominum:* dum palmas extendit, ſuſpirare ſe ardenter remedium prodit, vt dum non geminam, ſed vnicam inuitum ſe infligere teſtatur pœnam: cùm nonnulli ſuperiores palmas extendant ad inferendum ſupplicium, detrectēntque manum porrigere ad leuamentum. Benè; ſed cur extra vrbem tantæ calamitatis opem quæſiuerit, cur ad impetrandam celeriùs veniam manus leuarit? Fallar niſi manuum extenſione crucis habitum induerit. Ergo vbi Chriſto ſimilior, & homini inuenitur commodior. Ad hæc extra vrbem egreditur, vt qui extra vrbem peculiarem locum haberet, vbi Deo contemplationique, ſolicitudinibus negotiorum exterminatis prorſus, vacaret: *Erat plena idololatria,* ſcribit Lyra: *ideò priùs egreſſus eſt* Lyra. *(vrbe) antequam oraret.* A vitiis ſeparatus vel ipſis peccatoribus probabatur beneficus: nam quamuis Moyſi diſplicuerit offenſa, ſuadebat commiſerationem natura. Non fuit idololatriæ dicatam ciuitatem egredi protelare remedium; imò maturauiſſe ſubſidium: nam quò Moyſes à vitiorum peſtibus erat diſtantior, calamitati medicandæ inueniebatur propinquior.

164 Ioanni Deus inſidens throno obiicitur, liber ibi eis ſigillis occultabatur ſignatus, vt nulla vi quiuerit reſerari, nullaque induſtria aperiri: Ioanni profuſis lachrymis dolenti adeſt ſenex, qui apertione libri promiſſa lachrymas abſterſit, gaudióque commutauit: oculos Ioannes expandit, & agnum quaſi occiſum throno inſidenti approximare cognoſcit: iam proximus ſigilla rupit, libúmque aperuit: *Venit, & accepit de dextera* Apoc. 5. v. 7. *ſedentis in throno librum.* Libri apertionem, culparum medelam, & calamitatum attuliſſe medicinam repetitæ fauſtæque acclamationes vulgarunt: *Redemiſti nos Deo in ſanguine tuo*; cùm eadem facilitate poſſet agnus aperire librum, etſi gradientis verſus thronum ſpeciem non oſtenderit, ac cùm celeriter proximauit, iuuat expendere cur ſpeciem approximantis retulerit? Sanè agnus ſemper inſidenti proximus, vt qui Vnigenitus filius; verùm vt nos edoceat, à Deo proximioribus citiùs triſtium depelli maiorem, & procurari ſalutem, acceſſit, & acceſſu triſtitiam ſoluit: *Agnus,* ſcribit Ambroſ. Ambroſius ad hunc locum, *hominem, quem Chriſtus aſſumpſit, deſignat.* Innocens agnus diuinitati coniunctus lamenta depulit, gaudia intulit, & totum hoc ſub approximantis ſpecie, non quia aliquando deſtiterit; ſed vt noſtræ theſis veritatem confirmarit.

§. XXXVI.

Ea regiminis ſolicitudo eſt annexa, vt corporis vires frangat, & animum intentis curis adurgeat.

165 QVas ſecum anxietates, & quàm anxias ſolicitudines aliorum regimen adnexas; imò inuiſceratas habeat, Pſaltes explicuit, dum placidam ſibi requiem, ſi à moleſtis regiminis curis expediatur, vel in ipſa cruce promittit: *Quis mihi dabit* Pſal. 54. v. 7. *pennas,* aiebat, *ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?* Hieronymus ad Marci 15. notauit aues volatu crucem exprimere. Ipſum audi: *Aues* Hieronym. *quando volant ad æthera, formam crucis aſſumunt.* Putares cruce adſumpta miris laboribus diuexandum, non requie placida fruiturum; & tamen Pſaltes æqua experientiæ lance crucem regimenque trutinans cenſet crucem requiem, & regimen crucem, vt doceat quàm intolerandum ſecum afferat aliorum cura & ſolicitudo laborem. Profectò qui dignitatis faſtigium aſcendit, & aliorum curam ſuſcipit, ſolùm vt emineat, vt expiſcatis hinc inde commodis perfruatur, gerit idoli vices, non gerit prout expedit, dignitates. Zachariam audi: *Ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra, qui de-* Zachar. 11. v. 16. *relicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritum non ſanabit, & id quod ſtat, non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum diſſolnet ô paſtor & idolum:* Idola de ſuggeſtu, de victimis, de apparatu ſibi auctoritatem extruere; cùm tamen nec greſſū laborent, nec operentur manibus, nec reſpiciant obtutibus docuit eleganti ſtylo Tertullianus, & miris depinxit coloribus ſcriptura. Solium inſcenderat ille vitulus; ſed vt comederet, non vt duceret, teſtante Propheta: *Mutauerunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli come-* Pſal 105. v. 20. *dentis fœnum.* Non explicabat greſſum ad ducatum; ſed ad ſe impinguandum copioſiſſimum deuorabat fœnum. Ergo his idolis ſimilis eſt, inquit Pſalmographus qui dignitate abutitur ad vtilitatem expiſcandam, non ad obligationem implendam. Audi Tertullianum lib. de baptiſmo cap. 2. Tertullian. *Idolorum ſolemnia, vel arcana de ſuggeſtu & apparatu, deque ſumptu fidem, & auctoritatem ſibi extruunt.* Idola apparatu ſibi fidem & auctoritatem extruunt, quandoquidem ita obſcurum eſt muneri ſatisfacere, vt fide opus ſit, refragante experientia, & reluctante notitia. Ergo huius idoli ad inſtar nonnulli faſtigium dignitatis inſcendunt, quos vt ritè exiſtimes ſuperiores, opus erit fide, quando ſolùm curant menſæ lautitias, ſaginam corpori, apparatum vanitati. *O paſtor & idolum.* Qui regimen ritè obeunt, curis ſolicitiſſimis adurgentur, ægrotantium infirmitatibus infirmantur, alienis defatigantur laboribus, diuexantur anxietatibus. Hinc noſces, quàm diſertè oliua reſponderit ad regimen inuitata: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe Regem, dixerúntque oliuæ: Impera nobis. Quæ reſpondit: Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam?* Arias Montanus legit: *Numquid ceſſare faciam pinguedinem meam?* Quaſi dicat: Ego regiminis curis libera pinguesco, & vſque ad delicias floreo; ſi tamen admiſero imperium, eis curis grauabor, vt exucca marceam, & orbata pinguedine non efflorcam. Ergo dum ſaluti prouideo, renuntiare cogor imperio, vt an-

xietatibus refertissimo. Adest Arias Montanus opportunè ad hunc locum: *Naturæ vim rationémque exprimit elegantissimè: nam si vt viuendi, crescendique facultas plantis omnibus tributa est, ita etiam sewiendi, cogitandique comigisset, fieri omnino nequiret, vt oliua ad aliarum plantarum suscipiendam curam sine propriæ habitudinis ac virtutis detrimento traduceretur.* Subnectit eruditus, doctúique Interpres rationem: *Cùm ea anima, quæ pluribus, iisque externis curis intenta est, sui curatione neglecta proprio corpori maciem, tabemque, interdum exitium afferat.* Qui vrgentissimis curis distringitur, quotidie videmus cibum obliuisci, ignorare corporis commoditatem, ignoratione, ab alienatione maciem contrahere, antiquamque corporis habitudinem amittere. Ergo oliua, vtpote lucis mater sapientiæque plena nouit regimen impinguationi contrarium, salutique oppositum, ob idque renuntiat regimini, vt consulat sanitati. Hinc coniicere poteris, an dignitatibus præditi accuratè, ritéque munus obeant, quandoquidem in ipsa facie, ac salute legitur, quod de munere dignitatis requiritur.

Montan.

166 Euangelista Ioannes arcanis symbolis videtur regiminis curas certaminis laboribus prætulisse, vrgentioréque pronuntiasse: regius illi thronus obiicitur, in quo liber arctè obsignatus videbatur, vt vi nulla, nulla industria referari potuerit: flebat copiosis lachrymis tot mysteria silétio occlusa, cùm senex decora corporis habitudine aspectuque grauissimo illum sic alloeutus, consolatúsque est: *Ne fleueris, ecce vicit leo de tribu Iuda.* Læto nuntio Ioannes fletu liberat oculos, & iam thronum versus dirigit auidè expansos, ibi adspicit agnum stantem tanquam occisum. *Ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tanquam occisum habentem cornua septem, & oculos septem.* Dum leonem audit pugnantem nec sanguine tinctum, nec certaminis intuetur laboribus extenuatum; cùm tamen agnus ob debilitatem ferè stare non valeat, & mortis imaginem referat: *Tamquam occisum*, inquit. Et cur throno appareat veluti occisus, qui leo cum aduersariis congressus non proditur diuexatus? Textus prodit: Leo belligerat campo, agnus septem oculis in omnẽ terram missis præsidet throno: ergo dum tot tantisque curis vrgetur, dum tot componendis litibus consecratur, dum tot releuandis ærumnis addicitur, non potuit non macilentus apparere, & fracta salute ad commiserationem vocare. Adest Ambrosius ad hunc locum: *Per cornua sapè regna designantur.* Regnis præsidens Argos oculis vincere opus est, dumque tot oculis impenditur, saluti corporis aduersatur, si regna supra caput non haberet, sed ipsa dignitate recumberet, fortè pinguior, florentiórque apparuisset; at dum regna sustinet ad portandum, dum ritè munus obit, dum, prout ratio exigit, dignitati satisfacit, flaccescit attritus, & curis vrgentissimis diuexatus.

Apoc. 5. v. 5.

Ambros.

167 Cùm Saul cara cupiditate; impendiosáque auaritia Amalecitarum regi, Agag videlicet pepercisset; Samuel Dei minister proferri iussit: *Dixit Samuel: Adducite Agag regem Amalec.* Pinguissimus describitur occidendus. *Oblatus est ei Agag pinguissimus & tremens.* Propheta pinguem occidi iussit: & quidem ipsa pinguedo illum morti condemnabat, quando si munus, vt fas erat, exercuisset, ita non pingueſceret: vigiliæ namque, anxiæ solicitudines, solicitæque anxietates, quibus superioris munus immixtum est, dum affligunt animum, debilitant corpus, vires frangunt, & procreant infirmitatem. Innuit Gregorius ad hunc locum: *Quid est ergo quòd pinguis offertur, nisi quia à subditis regis reprobi ducebatur?* Dignitas exigebat ducere; sed Agag ducere non curabat; sed à subditis duci, aut grauatis humeris euehi gestiebat: ergo non poterat non pingueſcere, quem munere solùm ad commoda sibi concilianda abuti constabat. Certè hac in historia sacer depinxit penicillus quàm se ignauè gerant, qui dignitate pingueſcunt, cùm vel oliua sensu carens agnoscat munere ritè peracto pinguedinem macie commutari, & robur in debilitatem transire.

1. Reg. 15. v. 32.

Gregor.

Moyses blandas Domino dans querelas iussum 168
se testatur populum illum, cui præsidebat, nutricis ad instar alere, sinuque fouere: *Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum?* Dum nutricis ad instar munus obire iubetur, superiores qualiter se debeant gerere, clarissimè innuitur. Profectò nutrix de more, vt infantulum pinguem enutriat, maciem contrahit, nec pingueſcit pueruli sanguinem sugens; sed lac copiosissimum tribuens: aliter namque dici nequiret nutrix; sed puerorum interfectrix. Ergo dum Moysi regiminis modus præscribitur, nutricis implere munus iubetur. Adest Abulensis q. 18. *Quasi dicat: Domine, ego sum seruus tuus, in quantum valeo, seruiens tibi: cur ergo imponis mihi onus intolerabile populi huius, quod morte grauius est.* Huius oneris curas, latiùs explicat q. 21. *In hoc significabatur intentissima cura: non enim potest esse vigilantior, atque magis solicita cura quàm ea, quam habet nutrix de infantulo, quem portat in sinu: quia de omnibus prouidere debet, & etiam ipsum gestare, cum moueri nequeat, atque diligenter attendere, ne aliquo incommodo inducatur ad planctum. Talem volebat Deus Moysem habere curam de tota multitudine Hebræorum.* Si noctu ploret infans, necesse est nutricem somnum interrumpere, vt lac præbeat, & fletum arceat: die gestare opus est, omnibusque momentis solicitè prouidere, ne malè firmis vestigiis cadat, neue aliquo commodo indigeat. Ergo Deus Moysem nutrici comparauit, vt omnes noscerent regimen esse graue onus, curarúmque mole vires atterere, anxioſque ritè gerenti labores parere. Videant qui præsunt an sanguinem sugant, an lac vberrimum præbeant: examinentque an nutriantur, an nutriant.

Numer. 11. v. 12.

Abulens.

§. XXXVII.

Cordatus coram Deo gestit lucere, non periculoso dignitatis fastigio volaticis splendoribus emicare.

169 EO se cœca protendit ambitio, vt iniuriam diuinitati irrogare contemnat, si splendorem aliquem de irrogatis iniuriis capiat. Tertullianus in apolog. cap. 13. sic aiebat: *Cùm alij alios* (deos) *colitis, vtique quos non colitis, offenditis: prælatio alterius sine contumelia alterius non potest procedere: quia nec electio sine reprobatione: iam ergo contemnitis, quos reprobatis, quos reprobando offendere non timetis: nam, vt supra præstruximus, status*

Tertullian.

Dei

Dei cuiuſque in Senatus æſtimatione pendebat. Senatores, prætextatique eam ſibi iuriſdictionem arrogarant, vt deos elegerint, & reprobarint; cumque opus fuerit, vtpotè reprobationi annexam reprobati Dei offenſam incurrere, nihili faciebant offenſam, ſi eâ apud homines auctoritatem ſibi adaugerent, ambitionique plauderent. Dei contemptu venerationem ſibi vendicabant, & ambitum perſtruebant; cùm tamen cordatus quiſque coram Deo lucere exambiat, & apud homines carere dignitate contemnat. Ecce ad regnum inuitatur oliua. *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem, dixerúntque oliuæ: Impera nobis:* illa verò expendens, ſi inaugurata reſplendeat, pinguedine, qua coram Deo lucet, fore priuandam, dignitetem reſpuit: quia coram Deo ſplendeſcere prudens maluit: Reſpondit: *Numquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear?* Oliua vtpote lucis mater ſemper cordata, poſſe ſe coram lignis reſplendere non dubitat, ſi dignitatis volaticæ faſtigium inſcendat; ſed nec ignorat, ſi dignitatem reſpuat, poſſe deorum templis diu, noctuque rutilare: ergo expenſis vndique rationibus prudenter ſtatuit, vt coram Deo ſemper luxerit, euanido, temporalíque ſe principatu abdicare.

Abulenſ. Adeſt Abulenſis q. 19. *Dij vtuntur, ſcilicet quia tam Deo Iudæorum, quàm diis aliarum gentium oleum ad lucernas præſtabatur.* Oliua, vt teſtatur ipſa, pinguedine carebant à plantis conſalutata; coram Deo lucebit, ſi dignitate pingueſcat deſtituta. Ergo præferendum ſplendori euanido duxit in Numinis templo lucere, & nitorem æternare.

170 Dauid diuini honoris zelo pugnæ prouocationem ad ſe rapuit, & cum gigante congreſſus dextera manu deiecit; verùm poſt Goliath hoſtis iurexit acerbior, regis videlicet inuidentia victori imanè inimica, & poteſtate obarmata. Qui vicerat, odio erat, & inuidentiæ telis impetitus ferarum antris cogebatur deliteſcere: ſecurius námque ducebat cum feris degere, quàm cum inuidis agere; verùm cùm Saul neſcio qua neceſſitate compulſus ſpelæum fuiſſet ingreſſus, incidit in hoſtis manus: Dauidis ſocij protitabant, vtque oblatam fortunatè coronam arriperet, impellebant. Quid tunc Dauid? *Propitius ſit mihi Dominus*, inquit, *ne faciam hanc rem domino meo Chriſto Domini, vt mittam manum meam in eum.* 1.Reg 24. v.7. Occaſio thronum, quo fulgere poſſet, offerebat; maluit tamen gratiam non cruentare; ſed coram Domino refulgere: nouerat vti prudentiſſimus ſatius eſſe in extinguendis luminibus rutilare, quàm temporalibus euanidiſque ſplendoribus oculos intuentium ferire. Ergo tantiſper abſtinuit à temporali corona, vt coronaretur æterna. Audi Baſilium Seleucienſem Dauidis nomine orat. 16. *Oblatum inimicum contumelioſa cæde non conficiam, gratiam ſanguine non cruentabo.* Seleucienſ. Hinc corona, illinc alliciebat gratia: ergo maluit, vt ſeruierit gratiæ, generosè renuntiaſſe coronæ.

171 Saül in præceptis accepit Amalecitas demoliri, illorúmque memoriam delere: ſigna cum illis conferens victoriam facilè obtinuit, vt qui Dei frueretur auxilio; at qui certamine victor, ipſâ victoria ſorduit obſcuratus; captum namque Agag vitâ donauit, & cupiditatis fumo obcæcatus Numinis decreta ſpreuit: *Pepercit Saul, & populus Agag.* 1.Reg.15. v.9. Samuel adeſt, Saulique tranſgreſſionem improperat, dignéque obiurgat. Quid tunc Saul? *Peccaui*, inquit, *ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei.* Quærunt Interpretes, cur Agag morti non tradiderit? putantque vitâ donaſſe, vt ducens ante rhædam regem captiuum adangeret triumphi plauſum: ſi occideret, coram, Deo lucebat; vitam donans, apud homines gloriam ampliabat; adeóque deſipuit ambitionis, & cupiditatis flammis aduſtus, tetriſque incendij ac fumoſis nebulis obcæcatus, vt maluerit coram hominibus lucere, quàm Deo coram rutilare. *Qui abiectionis ſententiam ſuſcepit* (inquit Gregorius ad hunc locum) *per appetitum elationis honores quærit.* Gregor. Coram hominibus lucere geſtiuit, culpam vera pœnitudine non deleuit. Annuit Toſtatus quæſt. 17. *Quæret aliquis, quare Saul acceperit vinum regem Agag, & non occiderit eum? Aliqui reſpondent quòd hoc fecit Saul propter ſuperbiam ad iactandum triumphum, quem habuerat de hoſtibus: nam cùm eum vinum duceret, gloriabatur quòd* Abulenſ. *haberet ſub ſe vnum regem.* Vt ſub ſe regem haberet vnum, ampliſſimum amiſit regnum, maluítque coram populo exiguo tempore de rege capto inaniter ſuperbire, quàm vt æternùm luceret, Domini præceptum implere. Quam alius fuit Dauid coram arca ſaltiens, & ab hominibus deſpici prudenter contemnens. *Quàm glorioſus fiet hodie rex* 2.Reg.6. *Iſrael*, aiebat tronice Michol, *diſcooperiens ſe ante* v.20. *ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris.* Quid tunc Dauid? *Ante Dominum qui elegit me, potius quam patrem tuum*, &c. *& ludam, & vilior fiam.* Vt ante Dominum appareret glorioſus, veritus non eſt apud mulierculas apparere deſpectus. En alter, dum plus ardet coram hominibus lucere, quàm coram Deo virtutum luminibus fulgurare, amiſit imprudentiſſimus regnum; alter verò dum præelegit coram Deo lucere, quam à populo plauſum lucrari, æternauit ſibi ſceptrum, & ſtabiliuit thronum. Opportunè Gregorius apud Gloſſam: *Ac ſi dicat: Videſcere coram hominibus appeto: quia ſeruare mihi* Gregor. *coram Deo ingenuitatem per humilitatem quæro.* Prudenter elegit apud Deum haberi glorioſum, etſi apud homines haberetur deſpectus, vt imprudenter Saul maluit apud Deum deſpici, quàm apud homines non micare.

172 Moyſes ille magnus è montis faſtigio ad populum deſcendens eâ claritate radiauit, quæ non ſolùm inuidentium; ſed & amicorum oculos fulguranti ſplendore repercuſſerit, & obcæcarit; at obnubilare fulgorem conatus oppandit velum, quod ingreſſurus tabernaculum auferebat, & reducto velo radiabat: *Poſuit velamen ſuper faciem* Exod 34. *ſuam, quod ingreſſus ad Dominũ, & loquens cum eo* v.33. *auferebat, donec exiret.* In hac velaminis obductione reuolutionéque arcanum latere non dubium; ergo, vt eruant, ingenij acumine Doctores ruſpant. Rupertus lib. 4. in Exod. cap. 44. delineatum ait in Moyſe, quod Iudæorum populo contingit, eorum videlicet mentes obſcuratas, dum ad Chriſtum non conuertuntur; luce verò cœleſti ſplendidas, dum duritiam deponunt, & ad ſcripturæ medullam, hoc eſt, Chriſtum Dominum ſapienter recurrunt: *Quod poſuit Moyſes velamen ſuper faciem ſuam, quòd ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo illud auferebat; ſi quando autem loquebatur ad filios Iſrael, operiebat rurſus faciem ſuam, eius rei præſagium fuit, quam totus nunc orbis agnoſcit: quia videlicet, dum loquitur Moyſes ad Chriſtum, id eſt, ad Euangelicam Eccleſiam, in qua Chriſtus eſt, tollit velamen ſuum, & apertam oſtendit faciem.* Rupertꝰ. Ruperti amplector ſententiam; ſed quis dubitet

bitet ipsum historiæ corticem nostræ thesi fauere, illamque confirmare? En Moyses prælatorum exemplum non gestiebat coram hominibus lucere; imò oppandebat velamen, quo accidentibus quiret proficere; erat tamen totus in apparendo coram Domino adeò rutilus, vt nullo roboris, confusionisve tegeretur velamine; sed cœlesti, purissimoque fulgeret luminis splendore. O quàm aliter aliis cõtingit! sic se gerunt, vt euanido, volaticoque lumine coram populo fulgeant; coram Deo verò confusione relatam, & pudoris velamine faciem abscondant opertam. Adest Oleaster ad mores: *Quando veniebat ad loquendum cum Domino, remouebat velamen: debent Sancti viri, & prædicatores Verbi, atque Doctores sese capacitatibus audientium accommodare, & diuina eis, prout capere possunt, tradere.* Oleast. Ni Moyses fulgoris radios velaminis interstitio tantisper obscuraret, nitidiùs fulgeret; sed non ita subiectis sibi proficeret. Si lucem innubilat, coram populo minus lucebit; sed splendidiùs coram Deo: ergo profectus suorum studiosus lucem retrahit, quam in Dei præsentia producat, docens suo exemplo superiores, doctoresque non gestire euanidos plausus; sed diuinos mereri oculos.

§. XXXVIII.

Antiquitas debet suspici, sed pro meritis non haberi.

173 SApientia ad dignitates probe laudabiliterque gerendas opus esse nullus ambiger, vt etiam senectutem virtutibus excultiorem, quippe quæ iam degit passionum adsultibus libera, & ad modestiæ portum subducta. Rogatus Thales, quid sapientissimum: respondit, *tempus*, vt quod præterita vidit, & futura cognoscet. Ipsum audi in Plutarchi conuiuio: Plutarch. *Quid sapientissimum? Tempus, siquidem alia iam inuenit, alia inueniet.* Sane vbi Senectus temporis præ iuuentute discipula, virtutis dotibus inuenitur culta, debet lucere prælata; at si solum annositate diuescat, ius non est anteponi; imò ob ipsam senectutem deberet reijci. *Præsident*, aiebat Tertullianus in Apologetico cap. 39. *probati quique seniores honorem illum non pretio; sed testimonio adepti.* Tertullian. Dignitas à senectute nescio quê mutuatur decorem; si tamen senectus non degeneret ambitiosa, vitiisque corrupta: solet namque senex ætatem retrotrahere, & detestabili miraculo senectutis frigore ardorem iuuentutis miscere: vtque olim æther contra refractarios Ægyptios confertam cum igne grandinem eiaculabatur, & quæ ab ingenio inimica, præter naturam concordabant: sic Pharao diaboli ænigma senectutis frigus cum libidinis ardore coniungit, & contra virtutem prodigioso fœdere vertit. Audi Tertullianum de cultu fœminarum capite 9. *Ætates denique requietas iam, & in portum modestiæ subductas splendor, & dignitas cultus auocant, & seueritatem appetitionibus inquietant, compensantibus scilicet habitus irritamento pro frigore ætatis.* Longa ætas ab aliquibus dedisceitur, & frigus artificio submouetur: in his ergo iniquissimè præferretur antiquitas, cùm ad dignitatem requisita sit probitas. *Quàm alienissimus sit oportet*, aiebat Plutarchus libro, an seni sit, &c. *à limine politicus senex, nec pro annosarum arborum malignitate iuxta fruticantium, & propè nascentium germinum opprimat, & coerceat propagationem, & incrementum; sed benignè admittat, præbeatque se apprehendentibus, & amplectentibus directorem, doctorem, & altorem non præceptis tantùm & consiliis salubribus; sed concedendis quoque actionibus honorificis & gloriosis.* Plutarch. Huiusce modi profectò seni tractanda est Respublica, quando virtus senectúique mirè conueniunt, aptúmque constituunt; at insipientis est vetustatem, antiquitatémque virtute nudam præficere, & minùs seni anteponere. Hinc damnanda est arborum electio; sed quæ alia esse poterat electio truncorum? De consalutando sibi rege agebant, cúmque liberum esset vitem feracissimam, fructúique generositate siculnea nobiliorem, vtiorémque adire, ficum adierunt, & priùs ad regimen inuitarunt: *Dixerunt ligna ad arborem ficum: Veni, & super nos regnum accipe.* Quærunt interpretes cur vti ficum proposuerint, cùm ratio ordinem inuerti postularet, iulque deposceret. Serarius Noster quæst. 18. ob antiquitatem factam respondet: *Ficus à principio arborem in paradiso, vsumque deinceps semper considerant; vsum verò vini ante Noe vsquam fuisse negant.* Serarius. Ecce quia vitis à Noe postea inuenta, quia ficus antiquitate donata, ficum prætulerunt; sed trunci apud quos pro meritis fuit antiquitas, & ignoti æui longæuitas. Suspicienda profectò ac veneranda est senectus, & in virtute æqualibus proferenda; at si scientia, virtus, probitasque in minùs antiquo maior, præferre antiquiorem notus est error.

Deus de eligendo sibi Rege cum Samuele agit, 174
& ad vnctionem accingi iubet: Samuel aduentat, iamque post sacrificium de eligendo ad dignitatem cogitabat: cúmque Eliab ætate maiorem conspexisset, vngere festinabat; verùm oleum à capite resiliebat: Isaï ordinem naturæ, temporisque secutus reliquos filios vngendos obtulit; verùm, vt dicebam, fluxa olei natura cum propheta concurrere recusauit: tandem cùm Dauid è pascuis fuisset adductus, vnctione ad regnum est consecratus: *Ait Dominus: surge, vnge eum: ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius.* 1. Reg. 16. v. 12. Diuina electio non est accommodata tempori; sed virtuti: iunior erat Dauid: Eliab grandior, verùm dum eligendi norma præbebatur, virtutibus antelatus est exornatior, & reprobatus antiquior: Constitit cœlestis electio non de tempore; sed virtute: *Eliab*, inquit Lyra, Lyra. *erat primogenitus Iesse, & magnæ staturæ, vt habetur ex sequentibus.* Erraret propheta, si Eliab ob antiquitatis suffragium eligeret, Dauidémque vti iuniorem repudiaret: *Cornu inuergens retexit aurum*, scribit Seleucensis Basilius orat. 14. *vt vngeret, cogebat; sed oleum fluere recusabat, ne cum errante propheta faceret.* Seleucens. Samuel proceritate, vt videtur, oblectatus, antiquitate illectus cogebat, & veluti compellebat cornu inuerso oleum; verùm diuina potentia retinebat, vt doceret satius esse eligendum cogere, quàm electores asciscere, pretioque comparare. Erant in Dauidis anima florulenta virtutum prata, profunda humilitas cum sapientia coniuncta: fortitudo sine præsumptione, erga oues solicitudo sine cupiditate, dexteritas sine ambitu. Ergo hic in medio fratrum eligitur, vt constet antiquiores postponendos, si in iuniore & virtus clarior, & ad tractanda negotia sapientia illustrior.

Quàm discrimini obnoxia fuit virtus, dum Res- 175
publica

publica Danielem ſortita, elegerat ad iudiciariæ poteſtatis dignitatem duos illos ſenes ætate ſolùm ſuffragante, & modeſtia contradicente: iuueneſcebant moribus, & ſolùm ſeneſcebant temporum tractibus: dum ad eligendum conueniunt, de Daniele Spiritu Sancto repleto, vtpote iuniore, non agunt; ſed canos præfferunt: *Conſtituti ſunt de populo duo ſenes iudices in illo anno, de quibus locutus eſt Dominus, quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.* Videbantur regere; ſed compertum eſt in tationem æquitatémque militaſſe: prodigioſa namque Succenſi libidine caſtiſſimam Suſannam blanditiis aggrediuntur allicere, aut terroribus miniſque ſubuertere: maluit pudicitiæ Deus mortem, quàm maculam ſuſtinere, eaque gehennali rabie exaſperati ſunt ſenes, vt decreuerint, quam non potuerant modeſtiæ, notam inurere famæ. Iam pudicitia duplex cogebatur ſuſtinere ſupplicium, morti ſcilicet & famæ; verùm iuſtitiæ oculus, qui omnia videt, quique pro virtute decertantes vel in hoc mundo honorare ſæpiùs decreuit, Danielem plurimis iam virtutis prudentiæque experimentis comprobatum, in campum contra doloſitatem produxit. Quid tunc? Senes Danielem præferunt, iudicandique facultatem committunt: *Dixerunt ei Senes: Veni, & ſede in medio noſtrum, & indica nobis, quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.* En vbi iunior, honore tamen ſenectutis, hoc eſt, virtute exornatus, ſenibus antefertur, floret æquitas, defenditur pudicitia, dilaudatur modeſtia; at cùm ſenectus nuda præponitur, omnis morum concinnitas ipſo ad ſpeciem auxilio euertitur. Adeſt Zeno Veronenſis ſerm. 9. de Suſanna: *In puero Sancto Daniele Spiritus ſanctus ingreſſus ait, cùm illa ad ſupplicium ducereturs: Reuertimini ad iudicium.* Ecce Spiritus Sanctus Sanctum iuuenem in iudicem extulit, cœcus populus ſenes non ſanctos approbauit. Quid tunc? Audi ex Zenone: *Falſos teſtes pauor inuadit; tremuit diabolus quòd ipſius commenta nudentur: gaudent Angeli quòd oppreſſa veritas tandem defendatur in terris: triumphat maritus, quòd caſtam inuenerit comingem: lætatur familia omnis, quòd in ea nihil inueniat fama, quod feriat: cruciatur diabolus, quod nulla ex parte ſuam perfecerit voluntatem.* Dum præferebantur ſenes virtute nudi, opprimebatur veritas, florebat falſitas, dolebat maritus, virtus puniebatur: nam ſenectus ad inſtar ſæuiſſimæ feræ auctoritate protecta omnia deuaſtabat, & corrumpebat. Vbi verò iuuenis virtute exultus tribunalis inſcendit faſtigium, & virtutis viguit imperium.

Daniel 13. v.5.

Zeno.

§. XXXIX.

Auarus nulli inuenitur commodus; imò nec ſibi conſulit tenaciſſimus.

INter cæteras, quibus hominum natura inficitur, peſtes deteſtanda eſt auaritia, vtpote quæ omnibus inueniatur odioſa: auarus, ne quid expendat, ſuis Deum honorare recuſat, ſibi ipſe, quæ poſſidet, negat. Vnde bene aiebat Publius Mimus: *Auaro tam deeſt quod habet, quàm quod non habet.* Et Seneca epiſtola 95. *Nulla auaritia ſine pœna eſt, quamuis ſatis ſit ipſa pœnarum. O quantum lachrymarum, ô quantum laborum exigit, quàm miſera deſideratis, quàm miſera partis eſt: Adjice quotidianas ſolicitudines, quæ pro modo habendi quemque diſcruciant. Maiore tormento pecunia poſſidetur, quàm quæritur.* Viliſſimi auaritiæ vernulæ tormentis nati ſunt, & quidem grauiſſimis, quando ipſa auaritia eſt exaggeratius tormentum, duriúſque ſupplicium. Adeſt perpulchrum huius veritatis exemplum: nam cum ficus inuitaretur ad regnum, vbi vera aut falſa exiſtimatione credidit aliquid ſibi de fructibus minuendum, regium recuſauit ſolium, ne amitteret ficum: *Dixerunt ligna ad arborem ficum: Veni & ſuper nos regnum accipe. Quæ reſpondit eis: Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire vt inter cætera ligna promoueat?* Regnum recuſat non magnanima; ſed auara: nec vt aliæ plantæ reſpondet: oliua namque honeſtè gloriata eſt productis à ſe fructibus exhibere Numini honorem, & homini procurare ſalutem: *Nũquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines?* Eodem vitis via eſt ſtylo: *Numquid poſſum deſerere vinũ meum, quod lætificat Deum & homines?* Itaque vitis & oliua fatentur ſe Numini religioſum præſtare obſequium, & vtile exhibere humano generi officium; ficus verò fructus ſuos adeò ſibi reſeruauit, vt nec hominem, nec Deum attenderit. Iam ſi huius diſcriminis cauſam inquiras, reſpondet Arias Montanus ficum auariſſimi hominis extitiſſe ſemper emblema, ob idque ab illa nec Deo promanaſſe cultum, nec homini commodum: *Nulla ex omni plantarum genere, quæ vel fructum afferunt, vel diuturnioris vitæ ſunt, auaritiæ ſtudium aptiùs refert, quàm ficus: cuius ad exugendum vndique humorem & frequentiſſimæ radices, & nonnulla adeò longa deprehenduntur, vt ad puteos, & ad fontes, ad paludes, & lacus longo internallo diſtantes pertineant.* Addit poſt aliqua: *Adnotandum porrò eſt, nullam mentionem à ſicu factam vtilitatis ex ſeſe ad aliud quodpiam genus promanantis; ſed omnem vſum, fructúmque ſibi tributum vni.* Sibi vni fructus amat; imò regni diſpendio ſtudet greſſos conſeruare; ne exiguam ſubeat iacturam, futuram paruipendit coronam. Nec ſemel huius arboris ingenium imitatur auarus, ſibi vni aliqua poſt omnia ſitit, nec Dei honori deſernit.

Maiori tormento autũ poſſidetur, quàm quæritur.

Montan.

176

Publi. Mim. Seneca.

Dominus inter feraces vites plantam habebat ficum, quæ nec pinguis Soli fœcunditate fota, nec frequentibus vitium exemplis adiuta fructum prodebat poſſeſſori: longa temporis ſpatia inutiliter conſumpſit, & diu tottam, tandem ſpem poſſeſſoris fruſtrauit. *Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio: Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?* Vides fructum homini denegaſſe. Tranſi ad Matthæi 21. vbi cùm Chriſtus eſuriret fructum quæſiturus ficui acceſſit; verùm caſſa fuit inquiſitio: nam & erat ficulnea caſſa: *Nihil inuenit in ea niſi folia tantum.* Hic Dominus ſterilem maledicto puniuit, & maledicta protinus aruit: *Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefacta eſt continuò ficulnea.* Inter reliquas plantas huic vni Chriſtus maledixiſſe refertur. Et quidem iure optimo, quandoquidem nec homini deſeruiebat, nec Deo fructum ſubminiſtrabat. Marcus à radicibus arefactam adnotauit: *Viderunt ficum aridam factam à radicibus.* Iure ſibi defuit, quæ auariſſima alimentum cæteris denegauit. Profectò plantæ illi proceræ, quæ in ſe vigili ſecurim exacuit, etſi præciſa iacuerit, germen tamen, vt iterum nouis pullularet ſurculis, reſeruatum eſt:

177

Lucæ 13. v.7.

Matth. 21. v.19.

Marci 11. v.20.

Germen

Daniel. 4. v. 12. *Germen radicum eius in terra ſinite* : licèt ſuperba miſerandum ſibi excitarit excidium ; dum tamen omni carni proficit, maledictionem euaſit,& tandem ad ampliorem viriditatem peruenit ; at ficus radix exiccata eſt,ne ſibi haberet, quæ vni ſibi reſeruauit. Adeſt Ambroſius ad Lucæ 13. *Iſta arbor foliis redundans fluentibus ſpem poſſeſſoris ſui caſſa ſperatorum prouentuum expectatione deſtituit.* Vbi deſtituitur homo , vbi nec Deo fructus miniſtratur , ficus à radicibus maledicitur , vt pertimeſcant auari maledictione mulctandos , & ſibi ipſis miſerabilius defecturos.

Ambroſ.

178 Zacharias, vt auaritiam deſcriberet, mulierem amphora incubantem , ipsóque , quod poſſidebat , plumbi talento oppreſſam ; imò & penitus occluſam depinxit : *Ecce talentum plumbi portabatur , & ecce mulier vna ſedens in medio amphoræ ; & dixit : Hæc eſt impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ , & miſit maſſam plumbeam in os eius.* Vides talentum plumbi grandi labore portari,nullíque prodeſſe : mulier náque ſic amphoræ plumbi talento illigata hæret, vt diſcedere non audeat ; imò viua ſepelitur , & plumbea maſſa obſeratur. Iam illa amphora deſignari auaritiam tradit Stephanus in aliegor. Tilmani : *Sicut amphora os patulum habet , & duas anſas , ſic auaritia non expletur ; anſæ verò eius ſunt ſua retinere , rapere aliena :* Amphora leuata inter cœlum & terram deſcribitur : *Leuauerunt amphoram inter terram & cœlum :* vt nec homini , nec Deo prodeſſe noſcatur. Eo timore mulier auaritiam incolens percellitur , vt ne quid ſibi rapacitas detrahat , ſtudiosè homines fugerit , & ſe arcto ſepulchro condiderit. Sibi talentum non poſſedit , anxio amittendi timore ſtimulata , & lucem fugiens occluſa : miſerabilior fuit talento diuitata, quàm fuiſſet nuda : *Qui inter cœlum , & terram eſt* , inquit Gregorius lib. 14. moralium cap 26. *& ima deſerit , & ſuperiora minimè attingit. Amphora ergo leuata inter terram , & cœlum dicitur : quia auari quinque per ſuperbiam, atque inanem gloriam,& proximos iuxta ſe deſpiciunt , & ſuperiora , quæ vltra ipſos ſunt, nullatenus apprehendunt.* Auarus ſibi non eſt,dum ſe incarcerat , hominibus non proficit, dum diuitias tenebris iterum amandatas occultat. Adde auarum, dum ſibi theſaurizat auidiùs ; præter opinionem diuitias perdidiſſe celeriùs.

Stephan.

Gregor.

179 Amphora à mulieribus ſublata ad Sennaas defertur , vt ibi firmiùs ſtabiliatur : *Vt ædificetur ei domus in terra Sennaar , & ſtabiliatur.* Citatus Gregorius ſolito acumine expendit Sennaar terram illam fuiſſe , vbi cœpit & linguarum confuſio. & ædificij nutatio : in Sennaar nequiuit attrita laboribus ſuperbia turrim ſtabilire ; imò coacta eſt laboribus caſſis recedere ; & anhelat ſtabiliri auaritia , vbi ingemuerat ſuperbia. In ipſa deſtructione quærit cæcitas ſtabilitatem , in ipſo naufragio portum , ipſis in lapſibus firmitudinem : illius celerrimis volatibus tendit anxio ſtabilitatis deſiderio , quo dignitſſimo conſtat deſtruendam ſupplicio. Et quidem male ſecura ſtabit fragilis amphora , vbi nequiuit ſtare turris firmiſſima : *Sennaar fœtor eorum dicitur*, ſubiungit Gregorius : *& quia quodlibet malum per auaritiam gignitur,dignum eſt, vt domus auaritiæ in fœtore conſtruatur. Sciendum quoque eſt quòd Sennaar latiſſima vallis eſt , in qua turris à ſuperbientibus ædificari cœperat,qua linguarum factа diuerſitate deſtructa eſt.* Iure auaritiæ amphora collocatur , vbi iacet Babylon , & confuſio : nec enim poterat non confundi diſſipata , quando conſtat ex ea & gigni culpam,& orici ſemper miſeriam.

Gregor.

---

§. XL.

Calamitatibus plenum eſt malè moratis præeſſe , vt latum morigeros gubernare.

NOn ſemel extitit ambitio digna ſibi pœna,& ſeuerior mulcta : qui anxiis ac ſemper ſuſpenſis votis earum ſuſpirauit faſtigium , dignum ſibi inuenire ſolet tormentũ : ebore ſuſtineri vult, veſtiri prætexta , officiis & quidem indignis coli ; verùm ſitim ſuam adauget , & dum nequit reſtingui flamma , ſopiri non poteſt pœna. *Videatur,* aiebat Seneca lib. 1. de ira cap. 16. *& ambitio magni animi : non eſt contenta honoribus annuis, ſi fieri poteſt , vno nomine occupare faſtos vult , per omnem orbem titulos diſponere.* Addit ſatis opportunè : *Nec quidquam magnum eſt ,niſi quod ſimul & placidum.* Alta eminent præcipitia ; ſed periculis & anxietatibus plena. Videndum eſt quibus imperes, vt inde conijcias an fortunatum ſit imperare : dominari morigeris fortè anxietate carebit ; at inſidere equo indomito,effrænique, non erit euehi; ſed rapiari. Plures dum non attendunt quorum ſubeant imperium ; ſed anhelant ſolùm faſtigium, inuenerunt non qui exequerentur mandata ; ſed qui adinſtar carnificum incrementarent tormenta. Ligna ſyluæ, vt legit Iſidorus, imperium offerunt viti : illa ne à lætitiæ felicitate exulare cogeretur. renuit malens proficere , quàm lucere : *Numquid poſſum deſerere vinum meum , quod lætificat Deum & homines , & inter ligna cætera promoueri ?* Inquiramus cur lætitiæ iacturam timeat , ſi plantis dominetur , quandoquidem commutata humilitate in faſtigium cumulatior futura videbatur lætitia , quia & maior lætitiæ cauſa. Ita profectò quis exiſtimet, ſi rem non intimùs examinet ; at ſi expendat in ſyluæ lignis homines vagos & infructuoſos ſignari , agnoſcet vitis prudentiam , & ad quod inuitebatur imperium , omnis lætitiæ fore manifeſtiſſimè exilium. Adeſt Iſidorus in Iudices cap. 6. *Videamus cur oliua , ficus , & vitis ſuper ligna regnare noluerunt : ligna quippe ſylua intelligimus homines eſſe vagos & vanos , æterno incendio præparatos.* Et ſi ferreis vinculis comprimere ſtudeas vagum , ferreas catenas diſrumpet , & energumeni ad inſtar obibit præcipitia , defatigabit montes , excurret campos : molli iugo aſperum vanitatis ingenium curat aliquando prudens ſuperior edomare ; verum reſilit , iugum confringere, & domitorem pedibus aggreditur conculcare. Qui vitio addictus legem rationis non patitur : vnde huiuſcemodi præponi eſt à gaudio penitus exulare , quando lex dignitatis ſuperiorem ad procurandam ſalutem cogit , & ſubiectum rapida vitiorum eluuies vorticibus arreptum miſerando naufragio tradit. Ergo vitis, ne tranquillitatis amiſerit lætitiam , reſpuit prudenter coronam.

180

Iſidor.

181 Aquilam inuenio etſi numero geminam, myſterio vnam. Deuteronomij 32. humerum graui onere terit , & quamuis ingentes vires fatigat : *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos , & ſuper eos volitans expandit alas ſuas , & aſſumpſit eum atque portauit in humeris ſuis.* Hic vides aquilam

Deut. 32. v. 11.

iam onere quodammodo curuam, & prægrauatam, cùm tamen hæc ipsa apud Iobum candidiori luce fruatur, & altis silicibus placidè commoretur: *In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt: pulli eius lambunt sanguinem.* Vtrobique pullos habet; sed non eodem modo se gerit vtrobique: cur ergo alibi pullis sanguinem lambentibus non grauetur onusta, aut cur non quiescat alibi filiorum ponderibus liberata? Quia alibi, inquit Gregorius Magnus, pullis præsidet ad volatũ inertibus, quos opus est continuò adurgere, & vigilanti semper studio, exemploque prouocare; alibi verò pullis præsidet virtutum studiosissimus, Christi Domini sanguinem nobili siti anhelantibus, cúmque longum adeò morum discrimen subiectos diuidat, & aquilam etiam leuat, aut grauat. Adest Gregorius lib. 31. moral. cap. 22. *Pulli eius lambunt sanguinem: sanguinem namque lambere est passionis Dominicæ infirma venerari. Hinc est quod idem Paulus, qui sicut paulò antè iam diximus ad tertij cæli secreta volauerat, discipulis dicebat: Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.* Vbi pulli Christum referunt, Christumque sitiunt aquila honesto indulget otio, & liberiori fruitur cœlo. Ast vbi Ægyptio inhærentes nido gradum pigritant, vbi recusant volatum, prægrauant aquilam adurgentem: quia molestissimum est superiori adhibitis semper calcaribus excitare, & inire luctam, dum imponit obedientiam.

Iob. 39. v. 28

Gregor.

182 Ismaël è paterna domo excluditur, & matris
Gen. 21. v. 14 ceruici imponitur: *Tollens panem, & vtrem aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum.* Beda, Alcuinusque pertexisse Agarem graui filij onere diuexatam tradunt. Transi modò ad Genes. 22. vbi inuenies Abrahamum duxisse Isaac ad visionis montem, eiúsque humeris holocausti ligna imposuisse, non senilibus humeris impositum ad holocaustum vectasse: *Tulit ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum.* Veronensis Zeno serm. 1. de Abraham expendit hoc in itinere Abrahamum gaudio fuisse delibutum, non dolore anxium; cùm tamen Agar humerum onere triuerit, & cœlum eiulatibus pulsarit. Iam si discriminis quæras causam, respondebit Beda apud glossam, Ismaëlem videlicet fuisse asperi ingenij, vitiis deditum, & virtutis inimicum. Ipsum audi: *Exiens Agar infantem humeris imposuit: quia peccator populus insipiens cervicem matris synagogæ grauauit.* Itaque non potuit malè moratus regentis non esse tormentum, nec Isaac moriger, & totus virtutibus natus non esse gaudium: manus deposcit pater vinculis illigandas, expromptè tradit: pedes ligatura constringit, nec renuit: crucem imponit humeris Abrahamus: nec solùm patienter filius sustinet; sed hilariter; ergo huiusmodi subiectus regentis erat lætitia, vt virtutum etiam gloria: *Cum gaudio vnici pignoris*, aiebat Veronensis *alligat manus, quas ille lubentius offert.* Lætatus est pater filium intuitus cum gaudio vinculorum nexibus manus porrigentem, & Christi crucem sacra ambitione portantem. Certè regiminis lætitia aut molestia à subiectis oritur: dum tædio, reluctantérque obeditur, sine molestia non imperatur.

Gen. 21. v. 14

Gen. 22. v. 6.

Beda.

Zenõ.

183 Fortassis cùm Dominus Moysem in Ægyptios
delegaturus induit habitũ, qui proderet imperandi laborem, dum subiectus nititur extrahere imperiũ, & eludere varia excusatione mandatum: tribulis spinísque apparet septus, qui poterat sola candidissima luce resplendere vestitus: *Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* E rubo vox mittebatur, quæ veluti imperatoria tessera in Ægyptios Moysem armaret; ille verò varias excusationis cautas colorat: iam Pharaonis opponit perfidiam, iam allegat populi diffidentiam, iam tardam opponit legationibus linguam: Deus solita mansuetudine, lenitatéque producit miracula, vt reluctanti animos indat: instituit ille, & cùm res satis vrgeret, celeritatémque exposceret, nondum acquiescebat; sed adire protelabat: ad iram concitatus est Dominus: *Iratus Dominus in Moysem*: tot sentes tulit, quot Moyses excusationes opposuit; nec poterat durissimis stimulis non lancinari, dum conferebat Pharaonis in Israëlitis affligendis ardentissimam iram, furentem insaniam, feritatem truculentissimam cum Moysis lentitudine, & tarditate. Ergo rubo videtur inclusus, & stimulis lancinatus, dum subiectus reluctatur, & clamor miserorum augetur. *Ira Dei testatur*, scribit Caietanus ad hunc locum, *Moysem petiisse vt non mitteretur: si culpa vacasset petitio Mosis, nequaquam iratus fuisset Deus.* Subiungit: *Et verè culpa fuit post omnes excusationes suppletas adhuc instare.* Non tam videbatur campus obedientiæ, quàm luctæ: paruit superior, si posset subiectum allicere, & ipsa vrbanitate & humanitate compellere; ille verò patientia ad speciem abusus occasionem præbuit iræ, & dum reluctans indignationis enutrit flammam, acuit in superiorem spinam. Prudenter igitur vitis à gaudio lætitiaque se exulaturam agnouit, si difficilis ingenij, asperrimæque indolis subditis imperauerit: vt prudenter vitis exemplo huiusmodi respuant imperium, vtque subiecti non incrementent fastidium.

Exod. 3. v. 2.

Exod. 4. v. 11.

Caietan.

Thesim nostram mirè Iacobus suffulcit, dum morti vicinus filiis benedictiones impertit. Ruben doloris sui testatur principium, vt qui delictorum ardore ebullierit, seque ad instar aquæ effuderit: *Principium doloris mei: effusus es sicut aqua, non crescas.* Tangit detestabile illud facinus maculati strati paterni, & inustæ sanguini propudiosissimæ iniuriæ; verùm cùm hoc accidit, iam cum fratre matris aluo pro arena vsus, fuerat colluctatus, iam sustinuerat soceri fallacias, hyemis & æstus iniurias, iam ab Angelo plagam acceperat decantando illo certamine, & liquatas doloris æstu lachrymas fuderat: quomodo ergo Ruben esse potuit doloris principium? Iam explicat: *Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Effrænis subiecti culpa erat superioris nota, dum illum effusæ ad instar aquæ vitiis deditum, nullis parentem consiliis, nullis coactum legibus inspiciebat, eo pulsabatur dolore, vt eius comparatione exantlati antea nomen amitterent, & penitus euanescerent. Quàm ardebat intimo dolore Iacobus effrænem petulantiam nullis artibus valens cohibere, nec asperrimi ingenij duritiem iniectis frænis domare. Nec solùm erat dolor subiecti culpa; sed & notissima infamia: quia obscurabatur regentis honor, dum rationi temperantiæque iniuriam inferret furor. Adest Lyra: *Quasi dicat: licèt multos labores, & dolores senserim aliũde; tamen parui fuerunt respectiuè, & quasi pro nihilo*

184

Genes. 49. v. 3. & 4.

Lyra.

eos reputauit in comparatione ad illum dolorem, quem concepi de enormitate sceleris tui. Enorme subiecti delictum, furoris temeritas, cæcitatis improbitas eo perculerunt patrem dolore, vt labores reliquos quantumuis magnos oblitioni tradiderit hac anxietate possessus, angustiáque inuasus.

Lyra.

§. XLI.

Ad dignitatem vltra meritum euehere, non est eligere; sed illudere.

ALiquando eò se extendit eligentium cæcitas, & inaugurantium improbitas, vt, eligendi etiam ambitionem supergrediatur, & quæ ipse ad irrisionem excogitata arbitratur, applicare seriò conetur. Dignitas desiderat probos, & magna dignitas minoribus approbatos: *Securus celsa conscendit*, aiebat Athalaricus 7. var. 13. *qui se in paulò minoribus approbauit, & certo procedit vestigio, qui gradatim desiderio potitur accepto: sine merito siquidem remuneratum putatur omne quod subitum est, nec inexplorati suspicionem refugit, quod repentè peruenerit.* Inexploratum probatur quidquid repente constat electum; imò quod per meritorum gradus non aditur, irrisorium, non verum existimatur. Hinc claret cur diuersæ plantæ ad regnum inuitatæ diuerso modo respondérint: vitis prouocatur ad regnum, solicitatur oliua, sicus allicitur: harum plantarum quæuis generosè regnum respuit, & fructibus sibi incrementandis consuluit. Quid tunc? Rhamnum adeunt ligna ei sceptrum offerentia, & ad fastigium dignitatis inuitantia: *Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera super nos:* verùm rhamnus nondum credit; sed dubitando, & hæsitando respondet: *Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite.* Illud *Si* dubietatem exprimit, dissimiliterque ac tres præmissas plantas rhamnum respondisse conuincit. Iam si inquiras, cur diuersimodè se habuerit, respondebit Abulensis quæst. 29. putasse rhamnum irrisoriè se ad dignitatem vocari, non seriò acciri: nàm cùm ipse nullis fructibus; imò nec fructuum spebus aliquando claruerit, cùm nullis dignitatis gradibus ad huius regiminis votum peruenire cognouerit, existimauit reliquas plantas sibi vti infructifero insultare, non verè omnium Principem constituere. Accipe Abulensem: *Si verè me regem constituistis vobis. Non dixit hoc aliqua de arboribus præeminentis; sed dixit rhamnus: eò quòd cùm nullam haberet excellentiam, putauit quod non vero corde alia ligna assumerent eum in regem; sed illusoriè.* Dum ipse rhamnus æquationis lance metitum, & dignitatis pensat fastigium, cæteras arbores sibi veretur illudere; quandoquidem nec cæca ipsius ambitio ausa fuit a sibi oblatum cupiditatem extendere. Ea tamen fuit eligentium detestanda malitia, vt electi supergressæ sint non solùm merita; sed & vota. Et vtinam hoc vni rhamno accidisset; verùm non semel videas dum sibi electores aduersantur, dum variis disceptationibus opponuntur, monstra ad dignitatem vocari, ipsisque sui ipsorum consciis repugnantibus vim, vt acceptarint, inferri.

185

Cassiodor.

Abulensis.

Christus Dominus ingratissimis suorum clamoribus ad necé expostulatus est crucis, vt qui sibi regnum nullis meritis ambierit, & turbas cogere procurauerit. Pilatus, etsi nouerit innocentiam ab æmulis, inuidentibúsque damnauerit, ad Cæsarem læsæ maiestatis deferendam timuit calumniam, vtque vitarit calumniam, condemnare aggressus est innocentiam: tunc milites purpura indutum, arundineo indignum sceptro, senticoso diademate redimitum regem conclamant: *Aue rex Iudæorum.* Ipsa dignitatis conclamatio erat & illusio & irrisio: *Illudebant ei.* Dignitatis, vt putabant, indignum insignibus adornare, non erat eligere; sed illudere. Et quidem in eo quod tunc cæci delirantesque peregerunt, quid soleat contingere, delinearunt. Profectò si morte dignus, si criminibus obscuratus, si iure repellendus ad dignitatem euehatur, censenda non est ea electio seria; sed ad ludibrium excogitata. *Quod fiebat in Christum*, scribit Chrysostomus apud D. Thomam, *vltimus terminus contumelia erat. Denudatum est* (corpus) *per circumdationem chlamidis, & per fictam adorationem.* En ministri Palitinique verè nudant, illusoriè adorant; dignitatis ornamentis circumdant, quem rebantur indignum; verùm erat vmbratilis electio, solida irrisio: cúmque certum sit in Christi Domini passione veluti in speculo, quæ contingunt sæpè nobis, repræsentari; hoc facto nos edocuit Sacra Scriptura, indignum, dum videtur euehi ad fastigium, dignitate non ornari; sed ipsis ornamentis illudi. 186

Matth. 27. v. 29.

Chrysost.

Dauid mapalibus degens miris virtutum dotibus ornabatur; verùm dum ab humanis oculis distat remotus, tot meritis non habetur excultus; eius verò mores Deus vel in medio gtege, si fas est dicere, demitatus regiis ornare decernit sceptris Samueleque magno vnctionis ministro constituto iubet gradum accelerare, in domoque Isaï diuinum expectare decretum, oleique suffragium: quàsi hæc ad prophetam dixerit: Ibi expecta vngendi notitiam, ne immatura regis proclamatio electioni attulerit notam. Iam aderat Samuel, & filiorum Iesse chorus circumstabat timore, & cupiditate suspensus: Samuel Eliabi optima corporis habitudine allectus cornu inuertebat, vtque vngeret, exoptabat; at fluxa natura sursum detinebatur, ne humanæ electioni auxiliaretur: pene consumpta erat iam vteri vbertas, nec perficiebatur electio: nec Isaï, cùm Samuel ex eius filiis deligendum prædixisset, Dauidem mapalibus degentem vocabat; imò paruitatem eius scisitanti, an alius esset, opponebat: *Dixit Samuel ad Iesse: Numquid iam completi sunt filij? Qui respondit: Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues.* Audit Isai ex eius filiis inaugurandum; sed dum intuetur maiores reijci, paruulũ arbitratur repulsam etiam laturum, & cum fratribus abiiciendum: & quidem ni talis esset Isai, suspicari potuisset aduentasse Samuelem ad indulgendum ioco, non ad prouidendum fastigio: dignus erat Dauid sceptris; sed dum reputatur non solùm corpore, sed meritis paruulus, illusoriè videtur electus: ob id ergo patet non solùm non vocabat; sed studiosè tegebat. Innuit Basilius Seleucienſis orat. 14. *Numerus filiorum, quod quæritur, suffuratur; cæterùm te nunc, ô pater, alloquor: filij deficiunt; sed etsi annueris, haud credidero: nam Dei sententia reposcit occultatum.* Occultatum quærit, vt vides, propheta, &, quod mireris magis, ab ipso patre; nec tamen si humanis oculis dimetiaris, sine colore prætermissũ censebis, 187

1. Reg. 16. v. 11.

Basil.

Digitized by Google

cenſebis, quandoquidem timebat pater ætate & meritis paruulum potiùs illudi, quam adorari. Baſilium audi: *Adhuc, inquit, reliquus eſt paruulus, & paſcit oues. Quid eum, qui ne ad gregem paſcendum ſufficit, ad regnum flagitas?* Erubeſcebat quodammodo pater vocare filium, quem meritis credebat paruulum, ne vocatus illuſoriè videretur electus, euehere namque ad dignitatem inexpertum, & meritis ad ſpeciem nudum, non videtur electio; ſed irriſio.

188 Idipſum iam iterum videas accidiſſe Dauidi. In caſtra venerat ſubſidium fratribus allaturus, cùm illud præſumptionis monſtrum, gigantem dico, vultus toruitate, inſolita membrorum magnitudine, blaterandique inſolentia omnes deterreret, de ſtationeque deturbaret; vnum deligi ad ſingulare certamen exertis vocibus repoſcebat:
1.Reg. 17. v.8. *Eligite ex vobis virum, & deſcendat ad ſingulare certamen.* Dauid Numinis iniuriam non tulit, malens glorioſum adire periculum, quàm indecorè vertiſſe tergum: facultatem ſibi fieri in arenam deſcendendi obnixè poſtulauit, nec ſine difficultate obtinuit: in arenam proſilientem Philiſthæus aſpexit, & in riſum effuſus eſt, quaſi Dauidem non elegerint ad pugnandum; ſed ad riſum commouendum: *Cùm inſpexiſſet Philiſthæus, & vidiſſet Dauid, deſpexit eum: erat enim adoleſcens.* Adoleſcentem eligere ad cum gigante colluctandum videbatur ridiculum, niſi lateret myſterium; imò vt luceret myſterium, viſum fuit certamen ridiculum. Redeat iterum Seleucienſis Baſilius orat. 15. *Goliath videns puerum pugnæ incenſum amore, oculorum elegantiam, genarum florem, & alienum à belli ſtudiis Schema, in riſum effuſus eſt, ſpectaculum ludicrum dicens armaturam eiuſcemodi: carebat enim oculo fidei.* Seleucienſ. Fidei oculus neceſſarius erat, vt Dauid ſeriò videretur ad illam pugnam electus, & non ad ridiculum ſpectaculum in campum miſſus. Et quidem dum ad magna eligitur inexpertus, dum euehitur paruulus, electio cenſetur iocoſa, non ſeria, quandoquidem ad dignitatem vltra meriti opinionem euehere, niſi latuerit myſterium, non eſt eligere; ſed iocari.

§. XLII.

Obtenta dignitas Circes ad inſtar mutat ingenia, & creat duriſſima ſupercilia.

189 COmmune prouerbium eſt, mores honoribus mutari, & homines ad dignitatum lumina euectos in alios prorſus tranſire. Quod de Circe illa fabuloſa finxit antiquitas, dignitati poſſet congruè adaptari, quandoquidem Circes ad inſtar ſic homunciones transfert in Deos, vt ipſi, qui ad cuiuſque occurſum nuper decreſcebant ambitioſi, iam tumeant quaſi diuini. Videre eſt quàm ſe dignitatis ambitores demittant, quàm ad dignitatem expiſcandam gratos ſe fore obteſtentur, quàm aures demulceant vaniſſimis adulationibus, quàm cupiditati adulentur promiſſis, cùm tamen hi ipſiſſimi, ſi vota obtineant, in alios ſic tranſeant, vt ſupercilio duriſſimo feriant. Tertullian. *Qui ambitu obeunt capeſſendi magiſtratus*, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 11. *neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantùm; verùm & contumeliis omnibus emti in cauſa votorum ſuorum. Quas non ignobilitates veſtium affectant, quæ non atria nocturnis & crudis ſalutationibus occupant, ad omnem occurſum maioris cuiuſcumque perſonæ decreſcentes.* Inhoneſta ſæpe abiectione ſe cuique ſubiiciunt, dum ambiunt; verùm ſi iam Conſulatum obtinuerint, vel de ipſa diuinitate ferunt ſententiam, & ructant ventoſiſſimam arrogantiam. Audi ipſum Tertul. in Apologet. c. 13. *Status Dei cuiuſque in Senatus æſtimatione pendebat: Deus non erat, quem homo conſultus noluiſſet, & nolendo damnaſſet.* Compone cum illa inhoneſta ſæpè abiectione de diuinitate ferre ſententiam, vt noueris quàm ſit alius à ſe ipſo homo, dum Cõſulatus ambitor, & dum poſſeſſor. Lutum viliſque argilla, ſi culmen dignitatis inſcenderit, iam victimis, thure, & flamine ſe adorari depoſcit: quaſi idem ſit aſcendiſſe faſtigium, & aliud ſortiri fatum. Quod expendens ipſe Tertul. cap. 12. Apologetici ſic aiebat: *Quantum de ſimulacris ipſis, nihil aliud deprehendo, quàm materias fuiſſe vaſculorum, inſtrumentorúmque cõmunium, vel ex iiſdem vaſculis & inſtrumentis, quaſi fatum conſecratione mutantes.* Mutat fatum vile lutum, ſi fortuna tranſiuit in Deum: & quæ argilla aſſueta pedibus conculcari, genuflexo depoſcit coli. Hanc humanorum conſuetudinem mirè depinxit Ioathan Abimelechum rhamno comparans, eiuſque ingenium poſt dignitatem declarans: *Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni, & impera ſuper nos.* Rhamnus, vt aduertunt Patres, initio mollis eſt herba; ad dum creſcit, aculeatur, & acutiſſimis ſpinis veluti ſatellitio munitur. Glo. Audi gloſſam moralem: *Per rhamnum, qui eſt arbor parua, & primò mollis eſt ſicut herba, poſteà verò ſpinas habet, ſignificantur homines indigni promotione; promoueri tamen procurant multiplici fictione, & graniter pungunt.* Quàm tractabilis eſt rhamnus, dum herba! non ſolùm manus non lædit; ſed demulcet etiam grata mollitio; at ſi iam excreuit, accedentes cruentat duriſſima aſperitate. Ita etiam Abimelechus, dum dignitatem ambiuit, ſe carnem oſque Sichimitarum profitebatur: *Conſiderate quòd os veſtrum, & caro veſtra ſum*; at iam promotus, & vanitatis igne agitatus, quibus vſtularentur, euomuit flammas, & iaculatus eſt iras.

190 Modò lucem accipit, quam, ne inauguratètur, rationem reddidit ficus. Illam promouere geſtiebant arbores, quibus prudenter reſpondit: Iudic. 9. v.11 *Numquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fructuſque ſuauiſſimos, & ire vt inter cætera lignа promouear?* Inquires quam habeat connexionem cum amiſſione dulcedinis poſſeſſio dignitatis? Nonne poterit antiquum colore ingenium, & dignitatis inſcendiſſe faſtigium? O nimis verum! Nouit ficus ſic mores antiquos dignitate mutari, ſic antiquum deponi ingenium, vt illi opus ſit dulcedinem ignorare, aut faſtigium non tenere: Non ero, inquit ficus, eadem poſt promotionem, quæ ante promotionem eram: tranſiuit namque dulcedo in acorem, ſuauitas in aſperitatem, affabilitas in iram. Abulenſ. Adeſt Abulenſis quæſtione 19. *In Hebræo dicitur, Renouationem meam bonam, id eſt, numquid dimittam renouationem meam? Iſtud dicitur propter duplicitatem fructuum: nam bis in anno ficus producunt fructus.* Quæ olim ficus dulciſſima ac proficua, ſi promoueatur, exuet dulcedinem, vt induat aſperitatem: fructus non offeret, ſed fructus exiget: ergo prudentiſſimè; quia calluerat

ad naturas veluti mutandas dignitatis veneficium, acceptare noluit imperium.

191 Dominus turbas docturus Petri inscendit Scapham, illúmque rogauit à terra aliquantulum reducere, vt nos doceret populi doctorem tunc vtiliùs mores reformare, hominesque cœlestius erudire, cùm ab ipsis distitit, terramque deseruit: nec solùm Doctores recedendo instruxit; sed exhibita statim Petro laboris mercede superiores remunerationem edocuit. Qui per totam noctem laborantes nihil ceperant, Deo parentes eam vno iactu piscium copiam concluserunt, vt oppressæ nutarent naues: Petrus miraculo eruditus, nec diuitiarum copia (quod miraculi ad instar erat) superbus, Christi Domini vestigia adorat, & à se vti peccatore discedere oportere declarat: *Exi à me,* Luc. 5. v. 8. *quia homo peccator sum, Domine*: humilem nouis donis nobilitauit Christus: nam cùm quid de se mundus sentiret, discipulos interrogasset, mirabilem Petrus confessionem edidit, & Dominus suprema Ecclesiæ dignitate remunerauit: *Ego dico* Matth. 16. v. 18. *tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Non multò post cùm Dominus de morte, passioneque sua cum discipulis differeret, iam Petrus audet assumere, & increpare: *Assumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens: Absit à te Domine, non erit tibi hoc.* Quàm alius à se ipso inuenitur Petrus! si antea ad genua prouoluebatur confessus Domini omnipotentiam, & propriam culpam, quomodò tanta nunc ad speciem turget superbiâ, vt ipsum Dominum increpet, & veluti errantem reuocet? Certè hic Petri error ab ardenti in Christum affectione emanauit; vetùm quàm dignitas homines mutet, pio errore nos docuit: ipse qui anteà peruoluebatur ad pedes, qui se indignum fatebatur consortio, ad fastigium iam dignitatis euectus ipsum Deum audet assumere & increpare. Innuit Euthymius ad Matthæi 16. *Assumens, hoc est, seorsim accipiens:* Euthym. *audito enim quod moriturus esset, graniter tulit: nam id sua diuinitate indignum putauit: ideoque quasi iam sumpta libertate, eo quòd beatificatus esset, seorsim increpauit illum, siue reprehendit.* Expende illud, *Quasi iam sumpta libertate, eo quòd beatificatus esset.* Ad dignitatem iam euectus videtur aliusiam non deuolutus erat; sed increpat; & qui se humili confessione, Christi consortio testabatur indignũ, se modò profert quodámodo superiorem. O quoties qui ad pedes deuoluebatur, qui se fatebatur seruum, qui limina terebat, & crudis salutationibus adorabat, si expiscetur dignitatem, iam turget tumidus, & intumescit superbus: ipse, qui olim adulabatur humanus, limis adspiciet, & increpationibus vret. Mutant profecto honores hominum ingenia: hinc experieris dignitatem stupendas ad metamorphoses Circes mutuari ingenium, & sortiri artificium: idem non est dignitate nudus, & dignitatis luminibus exornatus.

192 Hinc fortassis cùm deuicta iam morte, inferno subiugato, euacuato sepulchro Dominus totâ resurrectionis pompa resplenderet, seque discipulorum oculis obiecisset, in diuinitatis argumentum aiebat: *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse* Luc. 24. v. 39. *sum*: quasi dicat: ingenij mei dulcedinem, ac humanitatem non mutauit prosperitas, eodem vos ore alloquor, eisdem vos manibus amplector; & qui pastor, vt erroneam ouem quærerem, inuolabam, modò tota resurrectionis pompâ resplendens inuolo, vt vos inueniam, & ad veritatis agnitionem reducam. Ego ipse sum, id est, ipse qui eram ante gloriæ claritatem, ante resurrectionis honorem, ante triumphi plausum & regnum: *Ego ipse sum.* Certè si merus homo essem obtenta iam dignitate ipse non permansissem, quando ferè omnes homines se ipsi videntur exuti, aut illa ab antiquis ficta transmigratione ad homines alios translati. Opportunè Theophylactus: *Volens illis re-* *surrectionem credibiliorem fieri, & primùm solita* Theophyl. *pacis imprecatione perturbationem illorum sedat, & iterum ostendit, quòd ipse sit ille ipsorum magister, qui ita alloqui gaudeat.* Eisdem mellitis verbis, eadem vultus placiditate discipulos alloquitur post resurrectionem, ac antè, vt ad fidem attrahat resurrectionis, quando ni vti Deus mortem deuicisset, erga discipulos idem ipse ac anteà non esset: *Volens illis resurrectionem credibiliorem fieri, ostendit, quòd ipse sit.*

§. XLIII.

Ferè semper qui meritis nudior, præsumptione inuenitur inflatior.

193 MEritis nudus frequenter insolescit vanus: ad omnia se iactabit industrium, & præ cæteris aptum: quod exigere nequit à merito, mutuatur ab ambitionis delirio. Mira res, eximiis dotibus exornatus, de se modestè sentit & loquitur, infructuosus & euanidus se præfert superbissimèque anteponit. Patienter fert modestus iniustam sæpè repulsam; furit indignus, ni indebita fulserit præexcellentia.: *Pedaretus*, scribit Plutarchus Plutarch. in apophtegm. *in trecentorum lectione præteritus, qui honos in ciuitate censebatur ordine primus, hilaru ridénsque digrediebatur, gaudere iactans se quod ciuitas haberet cines trecentos præstantiores se.* Dum postpositus gaudebat, eximus se ornatum dotibus declarabat, quandoquidem ni esset dignûs, se cæteris prætulisset superbus. Claret hæc veritas nostro in textu. Vitis ad regnum vocatâ rationes, quibus fastigium recusaret, inuenit: detrectauit ficus frugifera thronum inscendere: oliua, quo fugeret dignitatem, offerentibus obiecit: rhamnus verò facilè admisit; imò quam nobiliores plantæ dignitatem rogatæ magnanimè repudiarunt, rhamnus intrusus & degener exambiuit: *Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni & impera super nos. Qua respondit eis: Si verè me regem vobis constituistis, venite, & sub vmbra mea requiescite.* Quàm se regno putauit dignum, quàm se omnium arborum vmbra protensa patronum! *Requiescite*, inquit, *sub vmbra mea.* Rhamnus inualidus exiguusque frutex modicam proijcit vmbram; sed sic eam tumor protendit, sic ventosa incrementauit elatio, vt omnibus non solùm crediderit sufficientem; sed redundantem. Plantæ aliæ se impares arbitrabantur imperio cùm dulcissimis exundarent fructibus. Rhamnus se credidit dignum, quia diteiscebat ingratissimis, & durissimis sentibus: *Cùm repudiata fuissent, venerunt ad rhamnum, qui eis acquieuit*, scribit Hugo Cardinalis, *& factus est rex super omnia ligna* Hugo. *syluarum, qui combussit omnia, etiam cedros Libani.* Non repudiauit rhamnus, quia nullus illum ornabat fructus. Et quidem quotidie videas homines meritis, litteris, dotibúsque eximiis ornatos latebras incolere, se curiis subducere,

ſubducere, regimini ſe impares affirmare, cùm tamen vanituli, & ſolùm ſuperbia pleni terant miniſtrorum atria, & ſumma dignitatum ſuſpirent munia. *Te longiſſimè conſtitutum*, aiebat Athalaricus 9.var.22. Paulinum alloquens, *mentis noſtræ oculus ſerenus inſpexit, & vidit meritum, quod non habebatur occultum.* Meritum fama vociferante celari non valuit: ſe Paulinus aſpectui ſubduxit: in aliis ignorantur merita, & ſolùm agnoſcitur ambitionis audacia, & præſumptionis moleſtia. Caſſiod.

194 Regulus quidam Chriſtum adit, quia morborum depulſorem agnouerat, petitque vt ſecum domum adeat, & filio cum morte colluctanti manum imponat: *Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum: hic cùm audiſſet, quia* Ioan.4.v.47 *Ieſus veniret à Iudæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, vt deſcenderet, & ſanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.* Confer cum Centurione Regulum: hic cuius eximia fides Iſraelis fidem eumcebat, teſtante Domino: *Non inueni tantam fidem in Iſrael:* cùm Dominus qua pollebat benignitate manſuetudinéque, ad reſtituendum ſanitati ſeruulum ire promiſiſſet: *Ego veniam, & curabo eum*; veluti beneficij magnitudini gloriosè ſuccumbens, indignum ſe non recuſauit fateri: *Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum.* Vides Regulum præſentiam exigere, Centurionem recuſare: quod ſi diſcriminis cauſam inquiras; tam ipſe textus reſpondet. Alterum videlicet exiguis meritis, alterum præclaris exornatum fuiſſe virtutibus. Ergo qui plus merebatur, præſumpſit minus, & qui meritis nudior, tumuit elatior: eſt enim veluti innatum dignis ingenium merita ſua humilitatis artificio anguſtare; imò in ſe merita nulla inuenire: vt è contra non adeò digni omnia ſibi officia deberi credũt, & maiora mereri ſemper præſumunt. Matth.8. v.10. *Videtis Centurionem*, inquit Chryſologus ſerm.15. *antequam diſcipulatus ſubiret officium, locum magiſterij fuiſſe ſortitum: præbet enim petendi formam, dat normam credendi.* Qui credendi exhibet formam, fatetur ſe Chriſti non mereri præſentiam; cùm tamen qui eximia non lucebat fide, ſe crediderit dignum, qui Dominum hoſpitio receperit; imò vt ad eius hoſpitium Dominus inuolarit. Cuius fidem miratur, & commendat Chriſtus, ſe profitetur indignum, cuius incredulitatem carpit, Dei exigebat aduentum. Chryſol.

195 Petrus Dei obſequentiſſimus, & exundanti piſcium copia remuneratus obnixè Dominum precabatur, vt ab eius ſcapha ſecederet, arbitratus tantæ maieſtatis iniuriam vili adeò peccatori propinquare: *Exi à me: quia homo peccator ſum, Domine.* Vides Petrum Domini propinquitatem vereri: vide modò fratres ambire. *Dic*, aiebat eorum nomine mater, *vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Fratres propinquare Domino exambiunt, Petrus precarur recedere. Quod ſi quæras cur iſte vereatur, quod illorum quiſque molitur, reſpondebit Ambroſius ad Lucæ 5. Petrum minus de ſe præſumpſiſſe, quia plus merebatur: *Quò plus meruerat, hoc præſumebat minus.* Expende illud: *Hoc præſumebat minus:* quaſi dicat: ipſum meritum erat præſumptionis exilium, tantumque diſtabat à Petro faſtidioſa vanitas, quantum virtutum efflorescebat vbertas. Iam cùm præponi cæteris fratres ſatagebant, aliqua ambitionis nebula obſcuratos, Lucæ 5.v.8. Matth.20. v.21. Ambroſ.

tradit Rabbanus in catena D. Thomæ: *Neſciebant quid peterent: quia ſedem gloriæ à Domino, quam nondum merebantur, inquirunt.* Se dignos, qui cæteris præponerentur, exiſtimabant, cùm ambitam præcellentiam non merebant: Petrus qui horum fratrum ſcapham de copioſa piſcium captura impleuerat, non ſolùm non ambit ipſis præponi throno; ſed veretur Dominum recepiſſe nauigio. Fratres Petro ſatis de ſe benemerito adueſſantur, & præponi ipſi adnituntur. *Sedem gloriæ à Domino, quam non merebantur, inquirunt.* Rabban.

196 Chriſtus Dominus, vt Phariſæorũ ambitum retunderet, hanc parabolam propoſuit, videlicet, hora cœnæ concurriſſe plures, è quibus alter primo diſcubuit loco, alter nouiſſimo, quos vt prudentiſſimus opipari conuiuij inſtructor inſpexit; loca commutari iuſſit: qui primus, non ſine rubore ceſſit: qui vltimus, non ſine humilitatis laude locum primum occupauit. Itaque dum concurrunt indignus & benemeritus, hic turget meritis nudior, vt ſe cæteris non ſine ſupercilio præmiſerit, & primum locum rapuerit, cùm virtute ornatior ſe cæteris poſtpoſuerit, & locum vltimum occuparit. *Dicebat*, inquit Lucas, *ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo, & veniens is, qui te & illum vocauit, dicat: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locum tenere.* Et cur nouiſſimum locum? Quia illum honoratior expetiuerat, ſibique elegerat. Dum loca commutantur, dignus aſcendit ad primum, indignus excluditur ad poſtremum: quia alter ſe cæteris poſtponebat modeſtus, alter præferebat ſe tumidus. O dignũ quod imitentur exemplum! Honoratior ſtudebat meritorum præceſſiſſe virtute, non futili locorum vanitate, cùm minus dignus vanitate præceſſerit, non virtute: vltimum elegit locum primo honorandus, ambiuit primum, iure ad vltimum reijciendus, vt noſtræ theſis clariſſimè vterque comprobauerit veritatem, ſcilicet minus præſumere, qui plus meretur, vt qui meretur minus, ſuperb re ſemper inflatiùs: *Prima ſella dignus*, ſcribit Theophylactus, *principio ſedet in humili loco, & poſthac pra aliis ſedere compellitur.* Decertabant humilitas & præſumptio ſimili voto, diſſimillimo merito. Humilitas locum ſibi non debitum exambiebat, & præſumptio etiam ſibi indebitũ procurabat: vt dignus, indignúſque agnoſceretur, opus non fuit longo examine, quando loca ab illis electa & alterius promulgabant virtutem, & alterius denotabant vanitatem. Luc. 14. v.7. Theophyl.

197 Cùm falſi Baalis Propheræ, veruſque Dei Elias pro religionis veritate ſacrificiis decertarent, Elias primum illis locum conceſſit: *Eligite vobis bouem vnum, & facite primi.* Et cur primi, qui haberi ſemper debuiſſent poſtremi? Fortè ob id ipſum: excitarent tragœdias, ni præceſſiſſent primatu, quaſi illorum celſitudini inferretur iniuria, & obſcuraretur iniuſtè gloria. Elias vt qui virtute luceret, nec his nugis inniteretur, locum elegit vltimum, vt illi exambiebant primum. Andi Theodoretum quæſtione 56. *Quamobrem*, inquirit, *Sacerdotibus Baal iuſſit eligere bouem pinguem, & primos peragere ſacrificium.* Iam reſpondet: *Qui eſt verè Deus, nullius eorum indiget: ne ergo pudore affecti miniſtri mendacij dicerent ægrè ferre Baal, quod non primus acceperit munus, eis ceſſit primis partibus.* Infinitum erat interuallum inter Baal & Deum: hic namque verus, 3.Reg.18. v.25. Theodoret.

Digitized by Google

ille fictitius; aſt ni fictitio, primas deferri permiſiſſet ad falſitatis redargutionem Elias, Baal miniſtri iniuria exacerbatum quærerentur, vt qui fuiſſet poſtpoſitus, non prælatus: tam innatum eſt indignis tumere, & præponi cæteris exambire.

§. XLIV.

Vbi eſt magiſtratus auri fœcunda vena, non eſt ſolicita regiminis, æquitatiſve cura.

198 FLuctuantes populi mores moderatorem deſiderant, vt ſalubri prouidentia vitentur delicta, aut ſeuera puniantur diſtrictione peccata: non ſolùm miles ad excubias tenetur ſolicitus; ſed etiam qui aliis præſidet, cogitur cadentibus etiam palpebris vigilare, & mores inordinatos componere: quod non difficulter impletur, vbi inhoneſtum lucrum deſpicitur; at ſi æquitatis præſes cupiditate corrumpatur, inſolentia gliſcet intrepidè: ab vno ſtatu tranſitur facilè ad alium, ſi Magiſtratum conferat auaritia, & electus compentare velit expenſa. Notauit Cornelius Tacitus lib. 1. annal. *Neque prouincia*, inquit, *illum rerum ſtatum* Tacit. *abnuebant*, (ſcilicet ſub Cæſaris dominio viuere) *ſuſpecto Senatus populique imperio ob certamina potentiam, & auaritiam Magiſtratuum, inualido legum auxilio, quæ vi, ambitu, poſtremò pecunia turbabantur.* Vbi iudices, Magiſtratuſque corrumpebantur pecunia, legum & æquitatis mala erat cauſa: vnde qui nondum iugum rationis abiecerant, maluerunt ad aliud dominij genus tranſire, quàm libertatem pernitioſiſſimam conſeruare. Laudabat Caſſiodorum Theodoricus 1. var. 5. in hunc modum: *Siculorum ſuſpicantium mentes ab obſtinatione præcipiti deuiaſti, culpam removens illis, nobis neceſſitatem ſubtrahens vltionis: egit ſalubris perſuaſio, quod vehemens poterat emendare diſtrictio.* Caſſiod. Attentiùs audi annectenda: *Lucratus es damna prouinciæ, quæ mersit ſub deuotione neſcire: vbi ſub procinctu Martio ciuilia iura cuſtodiens, publica priuataque commoda inanarus arbiter æſtimabas; & proprio cenſu neglecto ſine inuidia lucri morum diuitias retuliſti, excludens vel querelis aditum, vel derogationibus locum: & vnde vix ſolet reperiri patientiæ ſilentium, voces tibi militauere laudantium.* Se per cuncta iudicem egit totius erroris expertem, qui nullum, vt exigeret, preſſit; vt acciperet, nullum abſoluit. Quam iudicis obſcuraſſet prætextam, ſi foueret corde auaritiam! nam vt iniuſtis conſuleret prouentibus, periculoſis non occurriſſet inſultibus; at dum extincta penè auaritia ſubiectos regit prouidentiſſima vigilantia, floruit tranquillitas, & generalis viguit commoditas. Hanc ob cauſam Reipublicæ Patres munia non vendunt: quia ſciunt auro ad ſuggeſtum peruenientes, illud exiſtimare campum meſſem copioſam redditurum, & ſeminato auro copioſis cumulis gratum. Benè Seneca lib. 1. de Benef. cap. 9. Seneca. *Jam rapta ſpargere, ſparſa alia auaritia recolligere certant, nil penſi habere, paupertatem alienam contemnere, ſuam timere, nullum aliud vereri malum, pacem inuitis perturbare, imbecilliores vi ac metu premere.* Cauſam reddit Stoïcus: *Nam prouincias ſpoliari, & nummarium tribunal audita vtrinque licitatione alteri addici non mirum, quando quæ emeris, vendere, gentium ius eſt.* Conducta dignitas, empta auro poteſtas ſemper Reipublicæ fuit calamitas. Hanc veritatem edocuit Ioathan Abimelechum rhamno comparans: *Dixerunt omnia ligna ad rhamnum: Veni & impera ſuper nos.* Rhamnus accedentes diſpoliat totus manus, vt rapiat, totus cupiditas, vt acquirat: ergo iam Libani cedris imminebat periculum, & æquitati naufragium. Aptè Hugo Cardinalis: Hugo. *Aculeatur, & ſpinoſus efficitur, ſpolians ſubditos, ſicut ſpina, quæ ſpoliat oues, quæ tangunt eam.* Præfectum, Reipublicæque adminiſtrum cupiditatis retulit ſeruum, vt Reipublicæ indubium prænuntiet excidium.

Salomon vt quàm ſine timore graſſentur vitia, 199
vbi lex auro corrumpitur, aut, vt meliùs dicam, legis patronus cupiditate obſcuratur, ſub viri mulieriſque ænigmate legem, & morum corruptionem miris coloribus delineauit: *Ecce occurrit* Prou. 7. v. 10 *illi mulier ornatu meretricio præparata ad capiendas animas, garrula, & vaga, quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos inſidians, apprehenſumque deoſculatur iuuenem & procaci vultu blanditur.* In hac muliere voluptatem, delicriáſque adumbrari tradit Ambroſius lib. 1. de Abel, & Cain cap. 4. *Vna nobis ſuauitati & amori eſt blandæ conciliatrix gratia, quæ* Ambroſ. *vocatur voluptas.* Voluptas meretricio procax ornatu, fracto ad delicias inceſſu, oculorum nutibus, & ludentibus palpebris ſine metu inſidiabatur virtuti, nec latebrarum quærebat auxilia, aut tenebrarum ſilentia: vero decore orbata, adulterinis affectatæ pulchritudtnis fucis mentiebatur ſpeciem, & vitiorum ſtipata comitatu timorem ignorabat, & pudorem omnem exuebat. Quod ſi inquiras cauſam, ipſa reſpondebit virum ſuum, hoc eſt, legis patronum inhiare pecuniis, oblectaríque donis: *Non eſt vir in domo ſua: abiit via longiſſima, ſaccum pecuniæ ſecum tulit.* Accepit pecuniæ ſacculum cupidus, vtque cupiditati blandiretur, diſpoſuit abſentiam, affectauit ignorantiam: vnde exlex & inuerecunda voluptas timorem exuit, & mores blanditiarum incantamentis corrupit. *Abſentiam viri*, addit Ambroſius, *hoc eſt incuriam legis obtexens: lex enim abſens peccantibus eſt: nam ſi adeſſet, non delinqueretur. Et ideo ait: Non adeſt vir meus in domo: abiit autem viam longiſſimam in uolucro pecuniæ accepto in manu.* Subnectit moraliſſimè Ambroſius: *Quid hoc eſſe dicam, niſi fortè quia diuites putant nihil eſſe, quod non cedat ſuæ pecuniæ, & in gratiam ſui legem velint eſſe venialem.* Vbi lex venditur, voluptas, morúmque peruerſitas liberè diuagatur: nullus veretur delinquere. quia ſit inuolucro pecuniæ iudicis oculos obſcurari, & quo inuoluuntur aurei, velamen oppandi viſui. Quàm miſera Reſpublica eſt, vbi lex aurum ſitit, argentúmque exambit: nam more veſtium iura venduntur, & iure vendito infrunita vitia graſſantur.

Non ſine myſterio Aod dum munera Eglonì offert, è tribunali facit deſcendere, & pugione adacto aggreditur è medio tollere: *Cùm obtuliſſet ei munera, proſecutus eſt ſocios, qui cum* Iudic 3. v. 18 *eo venerant, & reuerſus de Galgalis, vbi erant idola, dixit ad Regem: Verbum ſecretum habeo ad te, ò Rex!* Abulenſis quæſtione 22. Hoc dicto regem de throno deſcendiſſe teſtatur: *Statim ſurrexit de throno.* Mira res, 200

cùm

cùm acceptis muneribus coniungitur è tribunali deſcenſus, & vitæ occaſus, quaſi nequeat in tribunali conſiſtere, ſeueritatique viuere, qui munera accepit: eodem tempore Aod munera paranit cupidini, & pugionem ſeueritati: *Miſerunt filij Iſraël per illum munera Eglon regi Moab, qui fecit ſibi gladium ancipitem.* Dextera manu munus offertur, & ſiniſtrâ fica adigitur, vt eodem tempore ſuccumbat ſeueritas, vigeatque cupiditas: quaſi idem ſit hanc florere, & illam occumbere.

201 Cùm populus ardenti ſitis flamma æſtuaret, Moyſéſque remedium à Domino perquiſiſſet, monuit à ſilice limpidiſſimos latices petere: ille virga vti inſtrumento vndam ſibi caram elicuit: Numer. 20. v. 11. *Cùm eleuaſſet Moyſes manum percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ.* Moyſes hoc facto Numinis indignationem incurrens populos in terram introducere prohibetur, vitaque ac dominatu priuatur: *Dixit Dominus ad Moyſem & Aaron: Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filiis Iſraël, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Inquiramus, ſi placet, cur alia pœna culpam non plexuerit; ſed virga, & vita priuarit? Si idololatris non ſemel pepercit, ſi ingratos ſuſtinuit, ſi tot repercuſſus offenſis diſſimulauit; cur modò peccatum non adeò graue priuatione mulctat regiminis & ſalutis? Quæ percuſſit lapidem, manus candeat lepra; non tamen priuetur virga. O profundam nobis eruditionem! Virga poteſtatis indicium eſt: dum ergo ad eliciendum virga abutitur, optimo regimini refragatur: non poterit populos per rectas virtutis ſemitas ducere, qui virgam copioſam arbitratus eſt venam. Dominus Moyſis ſupplicio iudices, dignitatéque fulgentes inſtruxit edocens non eſſe aptos regimini, quos mediante virga conſtat inſeruire cupiditati: Peccatum Moyſis, Caietan. ſcribit Caietanus, *ſignificatur commiſſum, non antequam veniret ad rupem cum populo; ſed poſt congregatum ab ipſo populum ad rupem in ipſa actione ad educendum aquas.* Aquas eduxit mediante virga, & dum educit aquam, tranſgreditur obedientiam: coniunctæ namque ſunt diuinæ legis tranſgreſſio, & imprudens habendi ambitio.

§. XLV.

Quæ ſpebus improbis perpetrata, non ſemel contrariis ſucceſſibus ſunt punita.

202 SPe ducimur, & futuri commodi deſiderio allectamur: vtque nauim prudens naucletus dexterè gubernaculo vtens per confuſa vorticum volumina aurigat, ſecuréque portum appellare difficultatibus victis adlaborat, ita noſter affectus ſpe difficultates emollit, & labores vincit: *Tolle ſpem,* Zeno. aiebat Zeno Veronenſis ſerm. de ſpe, Fide, & Charit. *torpet humanitas tota, tolle ſpem, artes virtutéſque vniuerſæ ceſſabunt. Tolle ſpem, & interempta ſunt omnia.* Profectò ſpes omnibus attendenda eſt futurorum: quia ſine eius fulcro nec ſtare poſſunt præſentia, nec oblectare futura; verùm ſummo ſtudio curandum benè illam collocare, ne dum exeſa & prauitate corrupta innitimur, periculoſius ruamus. Amplectenda eſt, & tenaciter nobis cuſtodienda ſpes; ſed honeſta: nam vt quæ virtute innititur vitæ noſtræ eſt immobile fundamentum, & inuictum aduersùs multiplices varietatis impetus propugnaculum, ita quæ legum iniuria innutrita, & detrimento æquitatis fota, in arcum prauum ſolet conuerti, eſſeque digniſſimum ſupplicium, & meritiſſimum ſpe abutentis tormentum. Non ſemel vt cognatus honore floreat, delinquimus, & ipſe ob quem delinquimus, expetit delicti pœnam, & accelerat mulctam. Expreſſit miris coloribus Ioathamus veritatem hãc, Abimelechi electionem rhamni ænigmate depingens: nam cùm Sichimitæ eius cognati, & ſolùm cognationis merito moti illum ad thronum inauguraſſent, illeque inaugurantibus placidiſſimam requiem, & tranquillam ſecuritatem promiſiſſet, poſteà flammas voraciſſimas vomit, & electores digno ſupplicio cremauit: *Sub vmbra mea requieſcite* aiebat inaugurandus, & licèt exiguam, promittebat tamen vmbram; poſteà verò vti rhamnus in electores ſuos ardentiſſimam eiaculatus eſt flammam: *Egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichem,* clamabat Ioathamus non tam deprecans, quàm futura prænuntians: eos namque qui præſidio cingebantur, flammis ardentiſſimis vſſit, in cineréſque redegit: *Circumdantes præſidium ſuccenderunt, atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille homines necarentur* Æquiſſimè ſtrangulati ſunt fumo, & in viles fauillas redacti incendio: quia improba ſpe honores adipiſcendi nothum elegerunt, indignumque inauguratunt: *Conſiderate,* aiebat, *quòd os veſtrum, & caro veſtra ſum.* Cognatum prætulerunt ſpe deteſtabili moti; verùm quod ſuſpirauere commodum, verſum eſt in acerbum ſibi tormentum. Audi Ariam Montanum: *Hoc pacto illud fore ſperabatur, vt pro dominatione multorum, quam aliàs ferre neceſſe erat, ipſi contrà non populi modò totius primores ac Principes, verùm & Principis ipſius patres, gubernatoréſque euaderent, vtpote quibus non ſolùm generis & ſanguinis neceſſitudo; ſed Principatus quoque ſumma omnis accepta referenda eſſet.* Sperabant cognati, ſi Abimelechum eligerent, ipſi Principi dominari, & dominium dominatoris ſortiri. Ergo dum bas improba ſpe ad eligendum mouentur, ab electo flammis crepitantibus exuuntur: vt nouerint quicumque improba ſpe allecti perpetrauere facinora, ſibi ab ipſo facinore promanatura tormenta. Montan.

Iephthe in Ammonitas bellum adornaturus 203
votum emiſit victoriæ deſiderio, ſe videlicet in holocauſtum Domino dicaturum, quidquid ſibi victori primum è domo occurriſſet: *Votum vouit* Iudic. 11. *Domino dicens: ſi tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocauſtum offeram Domino:* voto emiſſo cum aduerſariis congreditur, triumphumque adipiſcitur: iam ouanti vnigenita filia cum tympanis & choris occurrit, & pater perculſus viſu veſtimenta diſcidit: *Reuertenti autem Iephthe in Maſpha domum ſuam occurrit ei vnigenita filia ſua cum tympanis, & choris non enim habebat alios liberos: qua viſa ſcidit veſtimenta ſua.* Vt interpretes autumant: votum emiſit Iephthe arbitrans vxorem, erga quàm non erat benè affectus, è domo primam egreſſuram, vt ſic religionis colore eâ liberaretur modeſtia, & acquireret famam hoſtiâ. Ita Diuus Auguſtinus apud Hugonem Cardinalem: *Dicit Auguſtinus quod votum* Hugo.

ſuum retulit ad vxorem, quam habebat odio, cogitans eam ſibi occurrere primo: & ita patet quod mala intentione venit. Non fero modò de Iephthe voto ſententiam; theſi tamen adapto ex Auguſtino ab Hugone allatam. Vide quàm in contrariũ verſum fuerit, quod improbis ſpebus emiſsũ votũ: arbitratus eſt ſe liberandũ vxore ſibi moleſtiſſima, & priuatus eſt prole chara. Digniſſimè punitum eſt iniuſtum odium amatæ tenerrimè prolis detrimento: dulciſſimi affectus perioluit damno, quod iniquo commiſit odio: vt noſtræ theſis veritas eluceſcat, ſcilicet non ſemel contrariis affectibus inueniri punita, quæ ſpebus improbis perpetrata. O quoties dum quis deſiderat ſine cauſa ſibi ingrato liberari filio, mulctatur cæleſti ſententia amato! O quoties qui iniuſtè ſtomachatur cum vxore, vxorem cogitur ſuſtinere, & quod tenerè diligebat, amittere.

204 Saül cùm expectatione teli per inuidiam iacti fruſtratus fuiſſet aliò vertit animum, & veluti fidei liberandæ prætextu Dauidis inſidiatur ſaluti: filiã dare vult, vt ei fiat in ſcandalum, certiſſimũque periculum: *Dabo eam illi, vt ſit ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſthinorum.* 1. Reg. 18. v. 21. Dauid non auidiùs in domum inuolat; quin potiùs præ animi modeſtia Reginæ nuptias reculat, cúmque iam prima victoria adepta expertus fuiſſet infidelitatem, noluit rurſus ſubire periculum, vt experiretur iterum dolum; verùm eò Saül ſtimulabatur odio, vt inſtiterit, nuptiáſque obtulerit filiæ, non quo exoſum cohoneſtarit, ſed quo filiæ nuptiis Dauidis ſibi inuiſi cædem coëmeret; Dauid iterum atque iterum inultatus duplicata Philiſthinorum capita numerat pro ſponſalibus; ducítque Micholem: in eius domo latitabat, cùm Saül mittit apparitores, qui Dauidem rapiant, mortique adducant; verùm Michol inſtans Dauidi periculum maturè denuntiat, & per feneſtram demiſſum ſaluat: *Depoſuit eum per feneſtram: porrò abiit, & aufugit, atque ſaluatus eſt.* 1. Reg. 19. v. 12. Quàm contrarius fuit votis affectus! Micholem dederat in ſcãdalum, & euaſit Dauidis auxilium, patriſque tormentum: dum eius induſtria patris artes eluduntur, & præcordia intimis odij ardoribus diſcruciantur. non accreuerit parum doloris, dum conſtabat filiam, eamque dilectiſſimam fuiſſe hoſti paterno auxiliatam. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 16. Basil. *Imperat filiæ maritum ſeruet; ſed in mortem. O improbitatem obcæcatam! viduitatem imponit filiæ, & aduerſus maritum armat vxorem; quod ſcelus refutant vxoris mores, nec natura patitur.* Annectit opportuniſſimè: *Ignorabat interim Saül auxiliatricem, non inſidiatricem dediſſe ſe: vitæ cuſtodem, non mortis adiutricem, illa vero improbato parentis furore virum à ingulatione ereptum fugâ dimittit: ita deuicta parentis inuidiâ ſuam in meritum charitatem conteſtata eſt.* Sperabat Saül furore percitus, odioque virulentiſſimo obcæcatus filiam eius improbitati obſecuturam viduitatiſque incommodo apparitoribus traditurum ſponſum, ob id namque illam Dauidi in matrimonium coniunxerat, nuptiáſque ſemel & iterum procurarat; verum ſuiſmet artibus doliſque captus eſt, & in quam fecit, incidit foueam: filia namque non inſidiatrix, auxiliatrix Danidis fuit. Dum in virum conteſtata eſt charitatem, prudentérque patris aduerſatur delitio graui parentem punit tormento: quæ improbis ſpebus aggreſſus eſt perpetrare, non iam caſſa; ſed contrariis effectibus animum grauiſſimo dolore exulcerantia compulſus eſt ſuſtinere.

§. XLVI.

Peccator præſenti allectatus commodo, naſciturę inde neſcit occurriſſe periculo.

OBlectamina facillimè nobis imponunt, & 205
dum efficacius ad ſe cordis traxerunt affectum, facilius obſcurauere iudicium. Vt piſcis hamo eſca tecto incautè incurrit captiuitatem, dum ſolum attendit oblectamentum, ita plures piſciculorum more capiuntur hamo, dom inhiant cibo: *Oblectamina ſuauitatis imponunt*, aiebat Caſſiodorus 1. var. 45. Non attendit ratio vo- Caſſiodor.
luptatum obſcurata fumo imponere ſaporata venena; & quia non attendit, ſitienter exhaurit: quæ ſi ſemel inuiſcerentur, peſtilenti ardore inflammant, & hauſtus voluptatem dolore ſæmiſſimo recompenſant. Ionas Tharſum vidit tempeſtatem non prænouit: quærebat otium; ſed ortum eſt ex inerti otio procellorum naufragium. Sanguiſugæ etiam ſunt filiæ, & vitium calamitates parturit, quamuis tectas & voluptate diſſimulatas. Quàm bene Seneca epiſt. 33. *Vanas ſug-* Seneca.
gerit voluptates (corpus) breues, pœnitendas, ac niſi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras: ita dico, in præcipiti eſt voluptas, ad dolorem vergit, niſi modum teneat, modum autem tenere in eo difficile eſt, quod bonum eſſe credideris. Tuta putatur voluptas, nec eius conſequentia attenditur: quia delinitus dulcedine animus obſcuratur. Diſertiſſimè dixit Stoicus voluptatem in præcipiti eſſe: nam vti is, qui ad præcipitium decurrit, hærere nequit, ſed prolabitur, & etiam ante lapſum timore torquetur, ita voluptatis ſectator nequit ſtare, & non poteſt non timere. Ecce rhamnus promittit vmbram, quam, vt quieſcant, non ſine detrimento plantarum vulgus exambit: *Sub vmbra mea requieſcite*: præſentem diſcupiunt arbores requiem, nec prænident futurum ignem: *Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani.* Rhamnus, ſi vento agitetur, ardentes euomet flammas, licèt deliciolas promiſerit vmbras; verùm ea fuit plantarum cæcitas, vt flammam imminentem non præuiderint, & vmbratilem quietem amauerint, *Rhamnus*, ſcribit Lyra, *ſecundum Iſidorum eſt domus parua,* Lyra.
qui vento agitatus ex ſe emittit ignem. Exigua & cæteris vanior rhamni vmbra inter multos diſpertienda erat: vnde nec tantillum cuique plantæ obtingere poterat; imò plus quamlibet ambientis multitudinis compreſſio affligeret, quàm vmbra recrearet, & nihilominus dementi ambitione ſolicitant. Iam flamma ſemel iactata omnes aduret, & in fauillas fœdiſſimas rediget; ea tamen fuit vmbræ præſentis fallax oblectatio, efficax adeò oblectationis illicium, vt voraciſſimum non attenderint incendium, ſi breuiſſimum vmbratilèque poſſederint commodum. Accinit Lyræ Arias Montanus expendens quàm homines cupiditate obcæcati ipſa in voluptate incluſas non attenderint conſequentias. Ipſum non longè à principio huius capitis audi: *Primum quidem vulgi non faci-* Montan.
litatem; ſed magis leuitatem, inconſtantiamque ſpectare,

ſpectare, cognoſcereque licet, qui nullis iudicij fundamentis inſiſtens; ea tantùm agit, curat, & ſequitur, quæ in diem vel vtilia. vel commoda, vel iucunda prædentur. Addit doctus Interpretes moraliſſimè: *Rerum autem in præſens ſuſceptarum conſequentias non magis quàm cæcus longiſſimè remotos vel fluuios, vel puteos præuidet.* Vt caligantes oculi camporum proxima amœnitate oblectati obambulare gratâ illa planitie non verentur, vtque aliquando in foueam cadunt, quam non præuiderant, tum quia cæci, tum quia ſecura ad ſpeciem grata illa viriditate ineſcati; ita improbi in foueam profundiſſimam, & calamitatem cadunt, dum non vitiorum conſequentias; ſed fallaces ſolùm voluptates attendunt: *Veri boni auiditas,* Senecas aiebat Seneca iam datus, *tuta eſt. Quid ſit iſtud, interrogas, aut vnde ſubeat? Dicam: Ex bona conſcientia, ex honeſtis conſiliis, & rectis actionibus.* Rectitudo tuta eſt, voluptatis auiditas ſolicitudine plena, & periculis obnoxia: Ergo qui rectitudinem non ſecuti; ſed voluptatibus præſentibúſque commodis ineſcati, oculos ad futuras conſequentias non extendunt, & dum apperentia ſibi pericula non prænoſcunt miſerè incurrunt.

206 Aſtutiſſimus ſerpens pietatem ſimulans, ad Euæ eædem accurrit: ſerpentinis ſibilis Euæ mens fluctuat, dúmque futura non expendit, periculum Genes. 3. v. 6 nuditatis incurrit: *Vidit mulier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* Non ſedulò expendit mens quid ſub illa fallaci pomi venuſtate lateret; ſed dum plantam floridam, & oculis gratam vidit, auidè manus pomum veneno & quidem ardentiſſimo plenum decerpſit. Totum erroris detrimentum inde ortum eſt, quod Eua non vocauit ad conſilium rationis diſcurſum; ſed ſolùm ſecuta eſt oculorum aſpectum. Profectò ſi cognouiſſet leuiſſimam illam voluptatem tantis luendam, manum retraxiſſet; at dum præſenti ſolùm voluptate titillatur appetitus, dum coram ſe poſitum ſolùm intuetur oculus, miſerandus preſſit & caſus. *Anima,* ſcri- Seleucienſ. bit Baſilius Seleucienſis oratione 3. *paſſionum vinculis impedita cum oculo malum communicauit:* non cum mente, quæ ſe ad futura extendit; ſed cum oculo, qui ſolùm præſentia videt, & dum ſolùm leuem ac præſentem voluptatem attendit, durum exilium incurrit.

207 Sichimitarum populus Abimelechum, quem inauguraranr in Principem, maledictis inceſſunt, eius vineas deuaſtant, diuitiis priuant, cõiuratione ideò offenſus eſt, vt manum coëgerit, militémque in Sichimitas armarit: Gaal, qui in Sichimitarum ſubſidium venerat, in campum proceſſit, & cum Abimelecho bellum iniuit, infauſtè tamen: nam ab eo indecore profligatus ciuitatem iterum Iudic. 9. ingredi fuit compulſus. *Perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit, ceciderúntque ex parte eius plurimi vſque ad portam ciuitatis.* Quis non crederet hoc rerum ſtatu Sichimitas graui metu pulſandos, & intra ciuitatis limites continendos? Verùm ſequenti die, ne Abimelechi milites vuas raperent, egreſſi ſunt ad vindemias: *Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum.* Abimelechus inſana audacia irritatus, & nimia licentia offenſus, in populum armato milite irruit, proſuſque deleuit: *Videns quòd egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit,* & irruit in eos cum cuneo ſuo oppugnans, & obſidens ciuitatem: duæ autem turmæ palantes per campum aduerſarios perſequebantur. *Porrò Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret.* Caietanus populum ad vindemiam perrexiſſe te- Caietan. ſtatur: *Expulſo Gaal credidit populus Sechem quietè ſe viuere ſub Zebul præpoſito ab Abimelech, & exiuit in agrum, vel ad proſequendas vindemias, vt Ioſephus dicit, vel ad ruralia opera.* Nec exiguos fructus amitteret, non expendit populus periculum graniſſimum imminere, ob exiguam vtilitatem præſentem, extremam incurrit cladem. Quãtis illis ſtetit vuarum racemus! vitâ emerunt exiguam dulcedinem generali ſoluerunt diſpendio, & ciuitatis excidio; imò nec ſtultum illud ſtudium lucrati ſunt, quandoquidem adhuc vuæ in manibus eorum, & Abimelechi ira deſcendit ſuper eos, vt opportuno iam tempore puniret durior, quæ tempore longo diſſimulauerat indulgentior: ſi ex fœcundis vitibus aſpectum ad phalanges Abmelechi transferrent, vidiſſent profectò ipſorum vitæ duros imminere gladios, & truces vultus, at dum telluri oculos dicant, vt latentes ſub pampinis vuas quærant, exiguo detinentur lucro, extremo expoſiti detrimento. Quis non videat hiſtoriæ coloribus, & euentus penicillo Sacram Scripturam mores noſtros depingere, vt illos imagine delineatos intuiti nobis prudenter conſulamus, & appetentia pericula declinemus. Quis dubitet peccatorem, ſi Dei iram attenderit, ſi armatas calamitatum phalanges præuiderit, ſi gehennales ignes meditatus fuerit in præſentem fallacémque dulcedinem auerſaturum, redempturúmque lucroſa iactura, quæ illi imminere non ignorat tormenta? Verùm ea nos tenebrarum caligo denſiſſima occupat, vt malimus præſenti dulcedine non priuari, quàm duriſſimis pœnis carere.

§. XLVII.

Indigniſſimum eſt acceptis à patre ingentiſſimis beneficiis filio non gratificari; imò iniuriam obliuione ingratiſſima inferre.

208 QVi è vita decedenti patri collata in ſe beneficia nequiit reddere, tenetur meritorum hæredibus compenſare, quandoquidem filius viſa eſt parentis imago, & quidquid illi in honorem patris confertur, ad patris gloriam pertinere cognoſcitur. Hinc Theodoricus 2. var. 3. paternis beneficiis obſtrictos compellat, vt hæredibus perſoluerint, notáque ſeruili ſuam gratitudinem liberarint: *Recolite Henrici ſenioris affectum, quantis vos iunxit ſemper muneribus, quoties à vobis proximarum gentium imminentia bella ſuſpendit. Reddite filio eius gratiam, quam toties agnoſcitis veſtris vtilitatibus attributam.* Ius faſque poſtulat, vt accepta à parentibus gratia parentibus reddatur in filiis, & quamuis beneficus exceſſerit è præſentia, gratitudinis viuere debet memoria; verùm ea eſt hominum peruerſitas, vt licèt à patre copioſiſſimis ſint exornati beneficiis, dignis obſtricti obſequiis, ſi vitâ functus, non ſolùm filio non reddant; ſed aliquando iniuriis perſoluant. Adſum Sichimitæ à Gedeone expulſis Caſſiodor. hoſtibus

hostibus liberati, qui cùm filij tenerentur reddere gratiam, mortem intulerunt acerbam. O quàm iustè illos carpsit Ioathamus! *Nunc si rectè, & absque peccato constituistis super vos regem Abimelech, & benè egistis cum Ierobaal, & cum domo eius, reddidistis vicem beneficiis eius, qui pugnauit pro vobis, & animam suam dedit periculis, vt eueret vos de manu Madian: qui nunc surrexistis contra domum patris, & interfecistis filios eius.* Ecce beneficiorum merces filiorum occisio: sic soluunt Gedeoni, vt eos liberarit ingentissima despexisse pericula, & laboriosa subisse certamina. Audi Abulensem quæst. 29. *Ista omnia dicit Ioathan, quia manifestum est quod Sichimitæ non egerunt sic; sed prauaricati sunt misericordiam, quam seruare debuissent Gedeoni.* Tenebatur in filiis gratiam reddere Gedeoni, vtpote qui tot in Sichimitas beneficia congesserat, quique à detritis, incruatisque eorum cruciibus infame seruitutis iugum depulerat; verùm, vt (quod apud mortales frequens) caram lucrarentur sibi futuri Principis gratiam, illis intulerunt iniuriam: illorum cruices absciderunt, pro quorum debuissent salute ponere. O quoties prætextatorum filij, beneficorum soboles ingratâ cæcitate non videntur; imò non semel iniuriosè repelluntur!

Abulens.

209 Ioiada Ioas ætate paruulum impissimæ Athaliæ furori subtraxit, & clanculum non sine periculo enutriuit: enutritum opportuno tempore protulit, in regemque consalutari, vt erat magnæ auctoritatis, suasit: *Produxit filium regis, & posuit super eum diadema, & testimonium, fecerunique eum regem, & vnxerunt, & plaudentes manu dixerunt: viuat rex.* O quanta accepit Ioas à Ioiada beneficia: morti fuit ereptus, moribus optimis informatus, regno restitutus: iam qualiter se cum Ioiadæ filio gesserit, audi: Zacharias verè Sacerdos populo scelera libera pietate carpebat, cumque Ioas populatésque increpationibus feritentur, imperante rege durâ lapidum grandine impetiuerunt Zelotypũ, cùm venerati debuissent iustum: *Congregati aduersus eum miserunt lapides iuxta regis imperium in atrio domus Domini, & non recordatus Ioas rex misericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius secum; sed interfecit filium eius.* Filium lapidando ab eius parente acçepta beneficia compensauit, & quos Ioiadas informando, custodiendo, enutriendoque tulerat labores persoluit: *Per hoc ostenditur,* inquit Lyra, *conditio aggrauans peccatum: quia Ioiada fecerat bona erga regem & populum.* Nil mirum, si Ioiada vita decendens crediderit relictum filium magno regis fauore vsurum, quando tot in Regem collata beneficia suadebant; verùm Ioas non solùm beneficij memoriam non conseruauit, testante Scriptura: *Non recordatus*; sed congestis lapidum aggeribus filium obruit.

4. Reg. 11. v. 12.

2. Paralip. 24. v. 21.

Lyra.

210 Dauid expunctis iam aduersarijs Miphiboseth Ionathæ filio omnes Saulis agros restituit, & commensalem habere voluit: *Faciens faciam in te misericordiam propter Ionatham patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panem in mensa mea semper.* Accepta à patre ingentissima beneficia reddidit filio, & dum luxit gratus, resplenduit etiam gratitudine suffultus; verùm cùm Indiscussa causâ Ionathæ filium condemnat, cum Siba Miphiboseth diuitiis remunerat, calamitati se dicat: *Ait rex Sibæ: Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth.* Patris immemor filio beneficia non compensauit; imò ingratitudinis notam subiuit, quandoquidem cognita Sibæ dolosa versutia, & Miphiboseth innocentia, quam immaturè sententiam protulerat, non retractauit, sed possessiones diuisit: *Tu & Siba dividite possessiones.* Iniusta & ingrata diuisio adeò grande Dauid attulit detrimentum, vt Deus regnum eius diuiserit, & grandem Roboamo partem concesserit: *Ecce ego* (aiebat Propheta Dei nomine) *scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi* (Ieroboam scilicet) *decem tribus.* Decem tribus Ieroboam traduntur, regnumque diuiditur: quia Dauid Miphiboseth diuiserat possessionem incurrendo ingratitudinem. Ita Hieronymus apud Giossam ad caput 19. libri 2. Regum. *Quod Dauid immemor fœderis, & iuramenti, quod fecerat cum Ionatha, tam iniustum protulit iudicium, ideò Roboam, & Ieroboam diuiserunt regnum eius* Regnum Dauidis inter dominium & seruum diuisum est: quia Dauid Miphiboseth possessiones inter seruum dominúmque diuiserat: ergo dum patris immemor filium dispoliat, calamitatem sibi durissimam præmaturat. Cùm Dauid pacti memor ob accepta beneficia Miphyboseth filium nobilitauit, & opipara mensa nutriuit, pacatè regnum possedit; at dum non reddidit gratiam, amisit etiam coronam. E contra accepta à patre beneficia filio reddere, & nobiliter compensare cælestem tedolet pohtiam, & dilaudandam sæculis commendat gratiam.

2. Reg. 9. v. 7

2. Reg. 16. v. 4.

Hieronym.

211 Candente Sole tres Angeli specia viri apud Abrahamum diuerterunt: ille opiparum offert prandium, & lauandis pedibus ministrat aquam ad laboriosi itineris refrigerium: *Afferam paxillum aquæ, & lauate pedes vestros, & requiescite sub arbore.* Acceptarunt Angeli grato vultu, non officiis illis egentes; sed pietatem honorantes. Non multò pòst, cùm Ismaël ardenti æstuaret siti, Dei Angelus Agar aquæ puteum ostendit, & quod imminebat, vitæ periculum abigit: *Vocauit Angelus Dei Agar de cælo dicens: Quid agis Agar? noli timere.* Aquæ paxillo acquisiuit Abrahamus sitienti copiosum fontem, & Angelus, vt suam ostenderit gratitudinem, acceptam aquam opportuno tempore compensauit. Caietanus notauit hìc pro illa voce: *Exaudiuit Deus vocem pueri*, in Hebræo haberi *Elohim*, quod iustitiam sonat: quasi iure filio fuerit exhibitum, quod à patre constat acceptum: *Nominatur Deus Elochim*, inquit Caietanus; *ad insinuandum meritum Abrahæ propter quem exaudiuit puerum.* Apud patrem diuersatus, benignéque exceptus non est beneficiorum oblitus; sed largissima compensatione resplenduit gratus; nec tam aquam dedit, quam soluit, & dum soluit, politiam cælestem ostendit: vt enim accepta à patre beneficia filio non reddere est inhumanum, sic compẽsare est ad speciem diuinum. Notanter dicit textus Angelum vocasse de cælo: erat enim cælestis politiæ, & digna Angelo gratitudo, quam olim acceperat à genitore, filio aquam reddidisse sitienti. Ergo qui cælestes mores desiderat imitari, accepta à patre filijs reddiderit beneficia; aliter audiet ingratus, & subibit non solùm indecoram homini notam, sed bonorum etiam iacturam.

Genes. 18. v. 4.

Genes. 21. v. 17.

Caietanus.

Digitized by Google

§. XLVIII.

Facilè accepta ingentiſſima beneficia obliuioni traduntur, ſi vel leuiſſima homines futura commoditate allectentur.

212 DVrabit beneficiorum memoria, dum vtilitas non alliciat futura: nam licèt debeat præualere inani ſpei ingentium beneficiorum gratitudo, ſic peruerſi ſunt mores, vt ſpes gratitudinem exterminet, & dubium futurum commodum præteritum quantumuis ingens, ingratiſſima obliuione tumulauerit beneficium: *Quiſquis de accipiendo cogitat*, aiebat Seneca epiſt. 73. *oblitus accepti eſt: nec vllum habet malum cupiditas maius, quàm quod ingrata eſt.* Quantumuis beneficium acceptum retrahat, ſi ſpes inſtiget, auiditas frænos diſrumpet priorum ignara, & ad futurum peruersè ſemper extenta. Hoc Sichimitas obſcuraſſe vitium, diſertiſſima arborum parabola Ioathamus expreſſit, dum retulit oliuam, cuius oleo fouentur vulnera, ficum, cuius foliis humana nuditas fuit protecta, vitem, cuius generoſo vino ſaucij illius plagæ altiſſimæ ſunt curatæ, à regnandi culmine fuiſſe reiectas: rhamnúmque ſpinoſiſſimum, quia vmbratilem requiem promiſerit, (aiebat namque: *ſub vmbra mea requieſcite.*) ad dignitatis culmen euectum, indebitoque honore nobilitatum: *Nunc igitur ſi rectè, & abſque peccato conſtituiſtis ſuper vos regem Abimelech, & benè egiſtis cum Ierobaal, & cum domo eius, & reddidiſtis vicem beneficiis eius, qui pugnauit pro vobis, & animam ſuam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, qui nunc ſurrexiſtis contra domum patris mei, & interfeciſtis filios eius ſeptuaginta viros ſuper vnum lapidem, & conſtituiſtis regem Abimelech filium ancillæ eius ſuper habitatores Sichem, eo quòd frater veſter ſit.* De fratris dignitate aliquod ſibi commodum ſperabant futurum: ergo obliti ſunt Sichimitæ quanta à Gedeon acceperint, quantaſque per illum calamitates vitarint: *In maioris commodi*, ſcribit Arias Montanus, *atque melioris nota ſpem ipſa animi ſui magnitudine, & ad gerendam rem dexteritatis opinione induxit.* Spe futuræ commoditatis, & vmbratilis quietis ſummis à Gedeone beneficiis obſtrictos facilè induxit Abimelechus, vt memoriam Gedeonis prorſus extinxerint, & contra ius faſque ipſum ad Principatum delegerint. Vbi ſpes alicuius futuri commodi arriſit imbrem beneficiorum obliuio abſorbuit: *In maioris commodi ſpem induxit.* Et vtinam eiuſmodi culpa Sichimitis ſolùm accidiſſet; verùm longiſſima & quotidianâ experientiâ repertimus plures acceptorum beneficiorum memoriam deteſtabili expunxiſſe obliuione, ſi futura, quantumuis exigua, alliciantur vtilitate.

Montan.

213 Miror dæmonem, dum Chriſtum Dominum tentaturus aggreditur, adeo deſipuiſſe, vt in memoriam reuocauerit beneficia geſtiens inſtigare ad ſcelera: *Mitte te.*, aiebat, *deorſum: ſcriptum eſt enim, quia Angelis ſuis mandauit de te.* En tentare cupit; ſed neſcit, quandoquidem ſtudioſiſſima illa Numinis prouidentiâ, quæ hominis demandauit Angelis curam, perſuadebat ab omni offenſa abſtinere, & ſtudioſiùs ſeruire. Quomodo ergo dum inſtigat ad præcipitia ipſa retardat beneficiorum memoria? Anquia nouerat homines ingratitudine ſoluere, & ipſa beneficia in beneficum ſæpè armare? Temeratiis auſibus prouidentiſſimam gratificati curam ſuadebat, aſſuetus einſmodi deliria aliis perſuadere, & ipſis beneficiis in benefactorem armare. Verùm cùm hæc illi tentatio non ſucceſſiſſet, mundi oſtendit gloriam, ſeque daturum promittit, ſi adorationem ſuadeat: *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.* O vaferrime! Spe contra poſſeſſionem allicit, & quamuis fateatur Deum Angelos delegaſſe ad propulſandum periculum, exiſtimat vanis ſpebus illectum perpetraturum piaculum. Ita Hieronymus in catena: *Hoc agit diabolus, vt intelligat, ſi filius Dei ſit.* Hærebat dubius, vtque anxiæ ſolicitudini medeatur, ea proponit, quæ ni fuerit Deus, ſortitura videantur effectum, & abſolutura feliciter votum, quandoquidem ſi ſolùm eſſet humanus, futuri commodi alliceretur ſpebus & accepta beneficia à memoria exterminaret, & in benefactorem inſurgeret: Chriſtus ſe Deum probat omnia diaboli tentamenta contemnens, & ſpem prorſus impiam pectore abiiciens: *Promiſſione regni*, aiebat Chryſologus ſermone 17. *vt te adoraret, ſubdolus ambiebat*: dum ambitioſiſſimus anhelat adorari, dum de Chriſti diuinitate, dubius hæret, inſidipsè aggreditur experiri, acceptaque beneficia referre non timet: quia futuris ſpebus homines allectari cognouit.

Hieronym.

Chryſol.

214 Domini manu exculto verſabantur primi parentes topiario: erat voluptas innoxia omni carens ſerpentini admixtione veneni: ibi animalia imperium obſequiis conteſtabantur, & videre erat omnia ad Adamum confluere, & ſeruituram ipſa acceſſione fateri: ibi leo adſtabat blandè ſubſultans, ibi lupus intrepidas inter oues pacatè agebat; adeóque lata erat hominis poſſeſſio, vt vel ipſius cupiditatis vota feliciter vinceret, & ſtudia ſuperaret. Verùm cum hoc in ſtatu eſſent homines, dæmon ſerpentem efferatus induit, & curatorem ſimulans omnem felicitatis fabricam ſubruere tentat ſpebus, & aſſecutus eſt euanidis promiſſionibus: vaferrimus pomum dulcedine teſtatur plenum, quo ingentiſſima accepta beneficia obliuioni tradantur: *In quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij ſcientes bonum & malum.* Nouit homines inhiare futuris, vtque rationem obſideat, promiſſione allectat: nec illum ſua fefellit opinio, quando Eua ſpe futuri oblita eſt prorſus accepti: *Tulit de fructu illius, & comedit.* Vt vnicam lucraretur plantam, contempſit paradiſum, & futuri lucri ſpe tot beneficiorum largitorem ignorauit, & ingratitudinis metam tranſiluit: *Hic vocibus*, aiebat Baſilius Seleucienſis orat. 3. *auditum ſubuertit, & rationem obſidet, vtque mens animi fluctuet, facit.* Fluctuat animus, ſi poſt omnia accepta quid accipere poſſe præſumat: & dum aliquam futuram arbitratur commoditatem, omnium exterminat acceptorum gratitudinem. Dum de accipiendo mulier cogitauit, acceptí inuenitur oblita & cupiditate ingrata.

Geneſ. 3. v. 5

Seleucienſ.

215 Saùl à Domino eligitur, & aſina quærens, inopinè ad regnum inauguratur: rex erat prophetica manu vnctus, cùm Dominus, qui etſi ad tempus patienter diſſimulet, delicta tandem digno ac ſeuero ſupplicio plectit, illum in Amalecitas obarmat, ac demoliri penitus imperat, tarditatem ſupplicij grauitate compenſans: *Recenſui: quæcumque*

Matth. 4. v. 6

1. Reg. 15. v. 2. *cumque fecit Amalec Iſraëli, quomodò reſtitit ei in via, cùm aſcenderet de Ægypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuerſa eius.* Amalec idolis inſeruiſſe non dubium: hîc tamen à Domino recenſita referuntur non idololatriæ deliria; ſed obiecta inuolanti populo ad promiſſam terram obſtacula: vt noueris quàm graue delictum ſit ad virtutem properantem auertere, & prætenſis laqueis impedire. Itaque Saül honore regni donatus in Amalecitas manũ cogere iubetur: fecit, & labore modico triumphum abſoluit; verùm qui certamine vicerat, triumpho victus eſt: nam vt diuitias augeret, Agag gregibúſque optimis vitam impiè miſericors condonauit: *Peperit Saül, & populus Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum.* Quærunt Interpretes, cur Saül Agag pepercerit Domini præcepto oppoſitus, & tot beneficiis ingratus. Reſpondéntque ſperaſſe à rege ob redemptionem aliquam auri ſummam: ergo dum cupiditate allicitur, dum ſpe aliquali inflammatur, obliuioni beneficia tradit accepta, & ad turpia animum extendit lucra. Abulenſ. Ita Abulenſis quæſt. 17. *Alij volunt, quòd ſeruauerit eum ex cupiditate, ſcilicet vt magna munera daret ei pro ſe rex Agag, vel quod accepit eum, vt reuelaret ei aliquos theſauros occultos in terra Amalec: hoc enim fieri ſolet tempore bellorum.* Spe deluſus, & cupiditate inflammatus regni largitorem contempſit, & à quo quid ſperabat ſtudiosè ſeruauit: facile namque accepta ingentiſſima beneficia obliuioni traduntur, ſi vel leuiſſima homines futura commoditate allectentur.

§. XLIX.

Graviùs dehoneſtat erratum, quem imperij primordiis optimi regiminis eruditerat exemplum.

216 VT ſub excuſatione quadam peccat, qui perſuaſus delinquit exemplis; ita ſine excuſatione delinquit, qui eruditur maiorum factis. Caſſiodor. Qui peccatis patrocinatur exemplo, alieno crimi obſcuratur delicto. *Quæ ciuitas non fiat excuſabilis,* aiebat Theodahadus 10. var. 13. *ſi Roma delinquat? rex minor ad potioris curris exemplum, & alieni facti iure inuidiam ſuſtinet, qui peccatis præſtat exemplum.* Itaque vt culpa alienis leuigatur exemplis, ita creſcit ſi exempla obuiarint erratis: ſine excuſatione delinquit maiorum retardatus virtutibus, quando malitiæ exceſſus cenſetur, vbi quid faciendum ſit nullatenus ignoratur. Ioathamus Abimelechum rhamno peſtifero comparauit: quia in Sichem electus fraternum ſanguinem fudit: *Conſtituiſtis regem Abimelech filium ancillæ eius ſuper habitatores Sichem.* Electi cumulatur culpa, dum electio apud Sichimam deprædicatur peracta. Iam quid ſpeciale locus ille habuerit ad criminis incrementum, quærunt Interpretes: Abulenſis putat apud Sichimam inaugurari Principes, quia ibi ſepultus requieſcebat Ioſephus optimi regiminis forma, & Principum excellens idea. Ioſeph à fratribus venditus non ſuccenſet inuidentibus; imò quos ardentiſſimis exaſperatos cognouit odiis, allicere procurauit cumulatiſſimis beneficiis. Ergo Abimelechus dum Sichimis vbi boni Principis informabat idea, inauguratus deliquit, terramque fraterno effuſo ſanguine defœdauit, crimen de contrario exemplo compleuit, & neſcio quid ambitioni de aliena virtute adauxit: *Conſuetudo erat apud Iudæos,* ſcribit Abulenſis quæſt. 4. *quod ad conſtituendum aliquem in Principem congregarentur in Sichem, & hoc propter honorem Ioſeph, cuius oſſa tumulata erant in Sichem.* Abulenſ. Tumulatus Ioſephus optimam regiminis formam inaugurandis ſubminiſtrabat exemplo; ergo rhamnum excedit Abimelechus, dum ibi electus grauiori delinquit errato: ibi electus fraternum ſanguinem fudit improbo dominandi deſiderio, vbi Ioſephus docebat vel venditoribus fratribus generoſo conſulendum ſtudio.

Adonias dum regnum feſtinat rapere, iuxta 217
lapidem Zoeleth Rogel fonti proximum diſponit iungi: *Immolatus Adonias arietibus, & vitulis, & vniuerſis pinguibus iuxta lapidem Zoeleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuerſos fratres ſuos filios Regis,* &c. 3. Reg. 1. v. 9. Quærunt Patres, cur in Gihon recuſarit inaugurari, quandoquidem Gihon videtur locus inaugurandis ſacratus, iubente Danid: *Imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam, & ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc Sacerdos.* Cur etiam, inquirunt, non vngatur Salomon iuxta Zoeleth, quandoquidem non videtur carere myſterio Dauidem locum accuratè adeò expreſſiſſe, Adoniam ſtudiosè vitaſſe. Rationem reddit Lyra dum teſtatur Gihon eſſe fontem Siloë, hoc eſt, verbi miſſi: *Ducite eum in Gihon. Fons eſt Siloë, vt dicunt Hebræi.* Lyrà. Siloë diuinum verbum teſtabatur miſſum ad regnum ſuum fratribus impertiendum: *Interpretatur,* ſcribit Ioannes Euangeliſta, *Miſſus.* Ioan. 9. v. 7. Ergo Adonias dum tyrannica induſtria vſurpare diſcupit regnum, recuſat multiplicare delictum, indignum reputans ibi regno fratrem nudare, vbi vndarum vocibus fons teſtabatur cæleſtem regem regnum fratribus impertiri: & ob id curarit prudentiſſimus ſenex ibi Salomonem rũgi, vt optima regiminis formâ eruditus fauſtè poſſet populis dominari: inſtruunt namque & veluti compellunt dilaudanda magnorum exempla, & fugillant, ſi quis exorbitarit, errata.

Samuël dum ſe regimine populi exoneraret 217
omnes libera fronte alloquitur, & nil quod cupiditatem redoleret, accepiſſe conteſtatur: *Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrùm bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis.* 1. Reg. 12. v. 3. O dignùm Dei miniſtrum eius electionem honorantem! ô miniſtrum populo ſalutarem, & impietati terribilem! Interpellatus populus ſic reſpondit: *Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiam. Dixitque ad eos. Teſtis eſt Dominus aduerſum vos, & teſtis Chriſtus eius in die hac.* En Saül adeſt conteſtationi, vt grauiori delinquat crimine: *Sanctus vir,* ſcribit ad hunc locum Gregorius, *dum innocentiæ ſuæ ſimplicitatem oſtendit, qua meritorum altitudine fuerit ſublimis apparuit.* Gregor. *Quod quidem virtutis præconium in eo vno oſtenditur, vt omnibus electis Doctoribus eadem bonitatis confirmitas oſtendatur.* Itaque Saül auſpicatur imperium, intuitus Samuëlis præconiũ; verùm non adeo fuit poſtea cautus, vt exordio luxit dignus: eum Dominus à ſe repulit, & alium eius loco conſtituit: *Pro eo quod abieciſti ſermonem* 1. Reg. 15. *Domini, abiecit te Dominus, ne ſis rex.* v. 23. Abiectionis cauſa fuit de Amalec non modica adduxiſſe, &

cæcà

cœca cupiditate Domini præceptum violaſſe: *Verſus ad prædam es (* illum Samuel carpit*) & feciſti malum in oculis Domini.* Si Dauid, inquit, non exauguratur, dum adulterium perpetrat, dum homicidium patrat, dum Domini hoſtibus occaſionem eius nomen blaſphemandi miniſtrat, cur Saul imperio mulctetur? Inhiauit prædæ; ſed ſpecie religionis veſtitæ: pepercit Agag; ſed colore miſericordiæ: ergo non illi Domini patientia ſit adeò angusta, quando Dauidi probatur ampla. Expende, amabo te, quale Samuel prædeceſſor exhibuerit exemplum: nil accepit cupiditate pollutus, nullas ſtruxit calumnias ſubornationis deſiderio inflammatus: ergo dum adeò eximium præceſſit exemplum, creuit errantis piaculum: *Virtutis præconium in eo vno oſtenditur, vt eadem bonitatis conformitas oſtendatur.* Dum illi Deus oſtendit quod ſequeretur exemplum, ab erroribus niſus eſt abſtrahere; verùm dum ille optimo exemplo informatus, à ratione deuiat cupidus prauitatem incrementat, & Numinis iram inflammat.

219 Cainus & Abelus ad Numinis maieſtatem honorandam ſacrificia diſponunt; verùm Cainus ſacrificationem mulctæ loco ducens reiectaneis ſacrificiis honorem detulit honorato: adulterata mente cauponabatur pretium, & gratiam elucrari cupiebat indignum offerens ſacrificium: Abelus verò alio longè animo omne donum exiſtimabat exiguum, & gregis datori lectiorem gregis portionem apportabat, animi virtutem cum donis copulans, & ipſum animum gratius Deo donum religioſiſſimè litans: illorum quiſque pro animi ſtudio pretium tulit: nam Deus pulchrum Abelis donum ipsâ acceptatione honorauit; Caïni vti defœdatum repulit. *Reſpexit* Geneſ. 4. v. 4. *Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Caïn verò, & ad munera illius non reſpexit.* Cùm Deus non ſemel hominum ingratitudinem patienter tulerit, cùm Adamum in paradiſo delinquentem voce humaniſſima compellarit, quærunt Patres, cur hanc Caïni oblationem eo tædio deſpexerit, eoque ſupercilio auerſatus fuerit, vt Cainus præ doloris mœſtitudine à terra oculos non leuarit; ſed vultus eius conciderit: aſſerúnrque de patris exemplo adauxiſſe oblationis reatum: Adamus Deo meliora obtulit: ſuoque exemplo qualia filij offerre tenerentur, erudiuit. Ergo dum Caïnus ab optimo prius offerentis deuiauit exemplo, grandi ſe obſtrinxit piaculo. Teſtatur Abulenſis Abulenſis. quæſt. 4. *Docuerat enim Adam filios ſuos colere Deum in ſacrificiis, & oblationibus.* Adamus exhibitis Numini ſacrificiis oblationibúſque filios inſtruxerat, non ſolùm monitis; ſed exemplis: ergo vbi optimum præcedentis informauit exemplum, granius Caïnus commiſit erratum. In ſacrificiorum primordiis honeſtam, & Deo dignam hoſtiam offerentis manuducebat deuotio: ergo dum Cainus deuiat, grauem admittit reatum: eſt enim grauius ibi delinquere, vbi conſtat aliquem exemplis optimis informari.

§. L.

Negligentia in euocandis honeſtè filiis parentibus notam, & ipſis liberis peperit frequenter miſeriam.

NOn inficiabor filios traxiſſe non ſemel veluti hæreditario iure mores ab origine: qui 220 ingenuis parentibus ortus, nobili proſapiæ ſtimulo virtutem amplectitur; qui non adeò nobilibus ſatus, in vitia veluti innata ordinatione prolabitur. Hinc Plutarchus lib. de educandis libris, eos qui clarè ſobolis haberi cupiunt progenitores, admonet à pellicibus abſtinere, cum mulieribuſque infimæ notæ non congredi: filij namque vt plurimum matrizant, & quod in matricibus experiuntur, non ratò ingenium ſectantur. Ipſum audi: *Eos, qui fieri clarorum liberorum amant genitores,* Plutarch. *ne cum quibuſuis mulieribus conſuetudinem habeant, vtputa cum meretricibus, vel pellicibus, admoneam, ſiquidem ex vitio ſecus natis materno vel paterno comitatur probrum per totam vitam, quod elui non valet, turpium natalium, anſaque præbetur inde prompta his qui libenter mordent, & ladunt.* Meretrices, vtpote libidinis victimæ, concarnatum vitium tranſmittunt ad liberos, non quòd virtus vitiumve certa conſequentia ſequantur originem; ſed quia ſugunt filij, quam norunt in parentibus, prauitatem. Profectò vt ex hebeti viuax, vt ex parno procerus, vt ex rubicundo fuſcus ſolet non ſemel oriri; ita etiam in moribus videas accidiſſe: aliquando ex rubeto gignitur roſa, & ex roſa dura procreatur ſpina: verùm neſcio quid natalium habet ſplendor ad fouendam virtutem, vt illiberalis ortus ad ſectandam prauitatem: *Cùm* Plutarch. *videret Diogenes adoleſcentem furibundum & vecordem: Parens, inquit, adoleſcens, te ſeminauit tumultus.* Origo eſt veluti actionum fundamentum, & operum non indubium auſpicium. Hinc non miraberis Abimelechum ancillæ filium, ortum fuiſſe ad patris ignominiam, & ad generis miſeriam: Conſtituiſtis regem Abimelech filium ancillæ eius, exprobrat Sichimitis Ioathamus; imò eis ſtragem denuntiat; quandoquidem illiberali matre exortus, negligenterque educatus non poterat ſuis non eſſe ignominioſiſſimum probrum, vt luctuoſum etiam excidium. Iam negligenter fuiſſe educatum, tradit Arias Montanus; eius verba accipe: *Huius filij qualis indoles, quibúſque imbuta artibus fuerit, ex matris ingenio; patris abſentia vel in publico miniſterio ſemper occupati, vel in patria reliquùm temporis commorati æſtimare eſt. Certè illum matri vnicum in omni petulantia, atque audacia licentia educatum exitus ipſe manifeſtat.* Exitus educationem probauit: nam ex petulanti matre filius petulantiſſimus ortus eſt, cui cùm acceſſiſſet educationis neglectus, naturam exuit, & feram induit. Montan.

Nonnullos aliquando audiui parentes de liberorum indole deſperantes, qui ſi debitam debuiſſent 221 curam, iniurioſam ſibi vitallent ſine difficultate querelam. Vel robora dirignntur, & opportuno calore recurua aptantur. Licet in integrum teſtitui, nunquã deſperandum eſt. *Si exiſtimes* (verba ſunt

Plutarch. Plutarchi vbi ſupra) *minus feliciter natos, inſtitutionem tamen, & exercitationem ſortitos ad virtutem rectam non poſſe vitium naturæ corrigere, ſcito magnopere te, vel potiùs omnino falli, ſiquidem naturæ dotem labefactat ſocordia, prauitatem doctrina emendat. Ac fugiunt quidem proclinia oſcitantes, ardua ſedulitate ſuperantur.* Arduum eſt obſcuris natalibus ortum ingenuis ac liberalibus moribus imbuere; vincet tamen arduitatem ſedulitas, & natura cedet ſolertiæ. Ergo vbi Abimelechum illiberali matre exortum nulla diſciplina frænauit, ſedulitas nulla virtutibus erudiuit, patris dedecus, & generis peſtis euaſit: cum optimis moribus inſtruere ſpreuit ſocordia, quem vtpotè illegitimum ſolicitiùs informare tenebatur diligentia.

222 Bethel petebat Eliſæus, cùm pueri ætate exigui, procacitate non parui contumelioſis ſubſannationibus irridebant, & irriſionibus ſubſannabant: *Pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate, & illudebant ei dicentes: Aſcende calue, aſcende calue.* 4. Reg 2. v. 23. Ipſa libera è ciuitate egreſſio patrum fugillabat inertiam, quandoquidem permittebant vagari, quod domi paruulos decebat contineri: tenera ætas nequiret correctionem reſpuere, ſi parentes adhibuiſſent: ergo filiorum audax procacitas parentum condemnabat oſcitantem negligentiam, & negligentiam ſocordiam. Quid tunc? Propheta maledictos vrſis tradit, & parentes miſerabili caſu punit: *Maledixit eis in nomine Domini: egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros.* Dilacerati parentibus extiterunt digna tormenta, ſibique non benè educati matutauere ſupplicia. Adeſt Auguſtinus Auguſtin. lib. 2. de mirabil. Sacræ Scripturæ cap. 23. *Non propter conuitium proprium propheta pueris maledixit, ſed patrum filios, qui in Bethel idolis immolabant (cùm fortaſſe & ipſi pueri parui, vt moris tunc erat, idolis eſſent conſecrati) inſtâ vindictâ plexit.* Auguſtino adhæret Lyra: *Incitati à ſuis parentibus idololatris, vt ſubſannarent propheram Domini, & ideò maledixit eis, vt parentes eorum in ipſis punirentur.* Lyra. Subſannationes puerorum pro facetiis erant parentibus: fortè illorum laudabant in irridendo gratiam, excitabantque plaudendo ad prophetæ proſequendam contumeliam; verùm dum non corrigunt, amittunt; dum imprudenter plaudunt, & perdunt. Qui diu viuerent à parentibus benè inſtructi, dilaniandi traduntur vrſis malè educati: vt pro dilaudatis inſano amore facetiis ſæuo dolore icti copioſas perſoluant parentes lachrymas. O quoties dum celebrant, dum plaudunt, illis maturant ſtrages, & ſibi intolerandum dolorem! Inſtruendi ſunt filij, & à teneris vnguiculis virtutibus adaptandi, ne temporis proceſſu induruerit malitia, & periculoſa creuerit petulantia. Adde filios non eſſe matribus, vt educentur, tradendos, ſed à patribus & ſtudioſè informandos. Huius veritatis mirum extat in Apocalypſi exemplum.

223 Signum magnum apparuit in cœlo, mulier videlicet ſolis luminibus inſerta, & ſplendidiſſimis ſyderibus coronata: hæc filium peperit ſanè maſculum, qui ſtatim ad Deum, thronumque eius delatus deſcribitur, & gentes æquitate recturus ipſo in ortu pronuntiatur: *Peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, & raptus eſt filius eius ad Deum & ad thronum eius.* Apoc. 12. v. 5. Nullus ambiget hîc puero non imminere periculum; ſed nobis mirum tradi his actionibus documentum. Profectò ea erat mater, quæ aquilinis alis, vt olim pater populum, filium vnigenitum ſecurè aſſeruare, & hoſtiles potuerit fraudes eludere; & tamen paruulus ab eius complexu auellitur, vt ad patrem deferatur: *Raptus eſt puer.* Iam ſi inquiras, cur nec aquilinis alis inſtructæ matri puer aſſeruandus traditur, cùm pater eis primogenitum aſſeruarit, & ab aduerſariis defenderit, teſtante Moyſe: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Deut 32. v. 11. Reſpondeo hîc veluti penicillo ſcripturam filiorum educationem depinxiſſe, patreſque ad ſolicitam de filiis curam tenerrimis coloribus demonſtraſſe: talis hic erat filius, qui ſerpentino impeti nequiret veneno, talis mater, quæ filium non aſſeruare non poſſet; & tamen rapitur, & auellitur: *Raptus eſt filius eius ad Deum*: vt diſcant patres filiorum educationem non committendam fœminis; ſed paternis, ſolicitiſque procurandam vigiliis. Audi Senecam de prouident. cap 2. *Non vides quàm aliter patres, aliter matres indulgeant? Illi excitari iubent liberos ad ſtudia obeunda maturè, feriatis quoque diebus non patiuntur eſſe otioſos, & ſudorem illis, & interdum lachrymas excutiunt; at matres fouere in ſinu, continere in vmbra volunt, nunquam flere, nunquam triſtari, nunquam laborare.* Seneca. Itaque matres indulgent filiis, & ne triſtentur, otiari permittunt. Ergo docuit Scriptura debere patres educandis liberis ſolicitè incumbere, ſi cupiunt dignis moribus adornari.

Nonnulli toti ſunt in acquirendis filiis diuitiis, adaugendiſque facultatibus, dignis verò moribus inſtruere paruipendunt, cùm benè moratus filius vel ſine diuitiis ſit parenti gloria, vt malè moratus adaggerato etiam, & cumulato auro & ignominia ſit & miſeria. Sapientia vbi firmiſſimam, nulliſque aduerſitatum flatibus euertendam conſtruere domum ſtuduit, filios virtuti mactauit: *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas.* Prou. 9. v. 1. Vbi ſibi domum ædificare refertur, & filios virtuti ſacraſſe dicitur: ita Tertullianus aduerſus Gnoſticos cap. 7. *Iugulauit filios ſuos*: additque: *Idcirco occidit, ne moriatur, quem occiderit. Et ideò quid ſequitur? Sophia in exitibus canitur hymnis.* Tertullian. Plures dum inſana conſtruunt palatia, nec filios virtute erudiunt, non ſibi, nec illis fabricant; ſed in aliorum poteſtatem citiſſimè ventura elaborant. Ergo ſapientia dum æternam ſibi domum ædificare cupit, dum dilaudari ab omnibus, honeſtè exambit, quidquid minùs generoſum in filiis iugulat, & iugulatos æternat. Repetere poſſet Caſſiodorus, quæ de Venantio ſcribebat 9. var. 23. Caſſiod. *Educauit liberos nulla diſcretione laudandos, pondere moderationis æquales, ingenij viuacitate conſimiles, & morum ſocietate verè germanos, quorum infantiam bonis artibus enutritam, iuuentutem quoque armis exercuit, formans animum litteris, membra gymnaſiis*: Studioſiùs audi quæ annectit: *Tradens amicis exhibere conſtantiam, dominis fidem, & quidquid in illo viro gratia diuina conceſſit, integra perfectione tranſmiſſum cernas in poſteris. Iactent ſe alij poſſeſſione locupleti, ſummúmque putent bonum ſolas eſſe diuitias; in hac autem domo non tantùm patrimoniis;*

patrimoniis ; sed & virtutibus aditus hæreditas. O vtinam adiretur hæreditas non solùm originis iure ; sed virtutum etiam laude.

§. LI.

Ardentiores sunt homines in propriis vindicandis, quàm in offensis Numinis vlciscendis.

225 VLtio, aiebat Tertullianus lib. de Patientia cap.10. *penes errorem solatium videtur doloris, penes veritatem certam redarguitur malignitatis.* Itaque vltio est doloris animum exulcerantis argumentum, & interni sensu testimonium : cúmque ferè semper homines (etsi cõtrarium fas esset) ægrius sibi illatam iniuriam doleant, & patientiùs irrogatam Numini ferant, tepidiores sunt in Numine vindicando, & ardentiores in se vlciscendo : ad dubiam suspectamve honoris sui iniuriam inardescunt,& omnibus artibus delere remunerationē discupiunt,cum serenis oculis aspicere solitent Dei offensam, & eius honori irrogatam iniuriam. Huius rei testis adest Gedeon, qui,vt omnia in figura contingebāt illis, hanc vltionis formam expressit : duos reges ceperat, qui olim eius fratribus necem intulerant, cúmque interroganti ab ipsorum ore scelus perpetratum constaret, subiunxit : *Fratres mei fuerunt filij matris meæ : viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem.* Ecce Reges illi Zebee & Salmana in Deum arma mouerant, populumque affixerant ; verùm si Gedeonis fratres non occidissent,non luerent mortis pœnas : existeret namque Gedeon clementior erga Numini aduersantes,quàm erga necem suis fratibus inferentes. Non adeò ad vltionem inflammauit Dei populo illatum bellum, quàm fraternum homicidiū. Adest Abulensis q.15. *Si non occidissetis eos, ego non occiderem vos ; sed quia occidistis fratres meos, iustum est, quòd ego vos occidam.* Gedeoni iustum visum est fratrum interfectores delere : *Quia occidistis fratres meos,iustum est, quòd ego voc occidam.* Ni occidissent, humaniùs se geretet, vitaque donaret : *Si seruassetis eos, non vos occiderem.* O quot propriæ vindictæ studiosi, nihil non tentant, vt honori suo, aut furori satisfaciant, cùm à Dei hostibus vindictam expetere paruipendant!

Tertullian.

Abulens.

226 Indæi Christi Domini æmuli, veritatisque hostes cùm ab illo veritatem edocerentur, pro mercede Samaritani Deo aduersi, dæmonisque amici impropriis onerabant : *Samaritanus es tu, & dæmonium habes.* Denique cùm de Abrahami antiquitate ageretur, seque antiquiorem assereret : *Antequam Abraham fieret, ego sum*, præcipiti furore, vt in eum iacerent lapides, ab ipso templo elocarunt : *Tulerunt ergo lapides,vt iacerent in eum.* Inquires, cur non tulerint in Samaritanum,in dæmoniacum ; sed in Abrahamo antiquiorem ; cùm tamen Samaritani à vera religione desciuerint, Deumque iniuriis affecerint. Esto Abrahamo se auferentem vti non ferēda elatione tumidum gestiant punire, & iactis tumorem lapidibus tumulare, dum etiam lapides ferant irrogatam Numini, vt criminabantur, iniuriam vindicaturi : aut si lapides non ferunt, illatam Numini iniuriam vociferantes,nec tulerint Abrahamo antiquiorem audientes. O expende quid dicant:*Numquid tu maior es patre nostro Abraham?* Dum Samaritanum vocant,Numini criminantur aduersum ; at sibi iniurium putant, dū Abrahamo parenti suo audiunt antiquitate prælatum : Ergo furunt ardore vindicandi propriam iniuriam,& lapidibus abstinent,vt irrogatam Numini vindicarint offensam. Adest Euthymius : *Veloces ad eadem:exasperati sunt enim putantes iniuria affectum esse Abraham.* Irrogatam parenti, vt existimabant, iniuriam gestiunt studiosissimè vindicare, diuinam non adeò ardenter moliuntur vlcisci. Adde si aliter quis procedat, adinstar miraculi esse,& quodammodò humanæ naturæ terminos transilire.

Ioan 8. v.48.

Euthim.

227 Cùm illud superbiæ monstrum lingua procacissima Israëlitas in certamen lacesseret, eorumque auxiliatorem despiceret, Dauid adest, & vt fidei tueatur causam, generosè contemnit vitam : *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie.* Saul à pugna puerum auertere conabatur, aduersarium armorum peritia,& viribus inuictum opponens : institit cœlestis miles, & quidem cùm ægrè induceretur in victoriæ spem, Saul licentiam denegasset, nisi ad id necessitate compulsus fuisset;verùm qua ratione rex à proposito certamine conatus est Dauidem auertere, actiùs contigit inflammare : maluit namque egregius pastor periculum gloriosum subire,quàm indigna patientia in Deum blaterantem tolerare. Hic ipse Dauid, qui nec Principis auctoritate,nec fratris supercilio animum despondit ; sed ad Numinis vindictam exarsit, cùm Saulem sibi infensissimum hostem incautum nactus esset, amicique ad vltionem nefariè proritarent, se abstinuit ; imò inimici curam egit, chlamydis frustulum præcidens non vt infertet iniuriam ; sed vt docuerit cautelam : *Dixerunt serui Dauid ad eum : Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præcidit oram chlamydis Saul silenter.* Rabbanus apud Glossam Dauidem ait his factis Christum Dominum repræsentasse,eiusque personam induisse : *In speluncam fugit Christus à facie Saul.* Subnectit : *Dauid seruare Saulem, quàm perdere maluit, quem in antro occultatus ipso testante habuit : sic & Christus cùm esset in spelunca carnis persecutorem populum in potestate habuit, nec occidit.* Itaque ex Rabbani sententia his Dauid factis non hominē gessit humanum ; sed adumbrauit diuinum,cùm naturæ terminos fuerit quodammodò supergressus,& trophæis magnificentissimis exornatus. Quod si Rabbani fundamentū inquiras, in promptu est, quandoquidem vt diuinum vindicarit honorem,ardentiùs prosiluit in pugnam, quàm vt propriam vindicarit offensam. Mira res, vt propriam vindicaret iniuriam, Dauidem amicorum importunum adurgebat consilium; iniuriam Numinis propulsaturum Principis retardabat auctoritas, & periculum opponebat, ne contra gigantem proditet in campum ; ast Dauid, vt qui Christum adumbrabat sortitum non solùm humanam, sed naturam etiam diuinam,ardentior fuit in Dei iniuria depellenda, quàm in propria propulsanda.

1 Reg.17. v.45.

1.Reg.24. v.5.

Rabbath.

228 Etsi Pharisæorum delirans se obcæcare studiosè affectarit ambitio, cæcaque obsistere miraculis obstinatio, ea Christus Dominus diuinitatis edidit testimonia, vt plus homine dubitare nequiuerit. Cupiditas templū profanauerat;idque non iā tectè; sed clarè; verùm Dominus, vt erat diuini honoris zelotypus,de funiculis flagellū intexuit,forè vt texens resipiscendi cōcesserit illis tēpus:mora prepa-

randi texendique inſtrumentum eludere ſuadebat ſupplicium : *Cum feciſſet quaſi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* Quæ illum cauſa mouerit, manifeſtè declarauit : *Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis.* Hic ipſe Dominus cùm ab aduerſarijs impeteretur, videretque diſcipulum in inimicos audentem, prohibuit, & gladio abſtinere iuſſit : Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit Pontificis ſeruũ, & abſcidit auriculam eius dexteram ; erat autem nomen ſeruo Malchus. *Dixit ergo Ieſus Petro : Mitte gladium tuum in vaginam.* Tertullianus lib. de patientia cap. 3. teſtatur claris adeò hîc diuinitatis luminibus reſplenduiſſe, vt vel ipſa inuidia cogeretur fateri, ni maluiſſet denſiſſimis odij tenebris obſcurari : *Gladij opera maledixit in poſterum, & ſanitatis reſtitutione ei, quem ipſe non vexauerat, ſatisfecit per patientiam miſericordiæ matrem.* Subnectit ingenioſus Doctor : *Hinc vel maximè Phariſæi Dominum agnoſcere debuiſtis : patientiam huiuſcemodi nemo hominum perpetraret.* Ac ſi dicat Septimius : Si Chriſtus tantummodò eſſet homo, ſtudioſè adeò Numini iniurios non depuliſſet, nec aduerſarios ſibi toleraſſet ; at dum pro Numine ardet vindictam, dum prohibito gladio, reſtitutáque ſanitate ſuam beneficijs compenſare inuenitur offenſam, Deum ſe probat : nemo námque hominum patientiam huiuſcemodi coluiſſet, nec adeò ardenti zelo pro Numine conflagraſſet : *Patientiam huiuſcemodi nemo hominum perpetraret:* adde, ne zelum eiuſmodi pro Numine vindicando induiſſet.

Ioan. 2. v. 15.

Ioan. 18. v. 10.

Tertullian.

§. LII.

Iuſta maledictio imprecatióque vehementer extimeſcenda, vt irrationabilis parui æſtimanda.

219 NVnquam tuta eſt improborum conſcientia, volatica leuiſque voluptas ingenti ſupplicio ſoluitur, & dolore acerrimo luitur ; verùm vt patiens diuina miſericordia, peccatorem ſuſtinet, & expectat ; aſt non ſemel dum iuſtis deprecationibus adigitur, dum quodammodo maledictionibus cogitur, & impellitur, rumpit moras, & ardentes indignationis effundit flammas. Rationabilis imprecatio vltionis nõ ſemel ſolet maturare iudicium, & quod iuſta cauſa ad culpæ vindictam poſcitur, ſine moroſitate adimpletur. Abimelechus gehennales furias ſupergreſſus paternam claritatem fœdauit, innocuos fratres occidit, & licèt ſceleris immanitas grande meruerit ſupplicium, Dei benignitas reſipiſcentiæ concedebat ſpatium ; at dum Ioathan occiſorum frater vindicem obteſtatur cœleſtem, dum Sichimitis Abimelechoque dignam imprecatur ſtragem, pœnam accelerat, & ipſa imprecatione deſignat : *Si rectè, & abſque vitio egiſtis cum Ierobaal, & domo eius, hodie lætamini in Abimelech, & ille lætetur in vobis ; ſin autem peruersè, egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichem, & oppidum Melo, egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Melo, & deuoret Abimelech.* Imprecando diuinam maturauit vltionem, & Abimelechus, Sichimitæque non multò poſt fulminatam ſuſtinuerunt calamitatẽ : nec mirum : iuſtis enim maledictionibus Ioathamus Sichimitas Abimelechumque obligauit, & æquiſſimus iudex maledictis proſcriptos, & pœnæ addictos citò deleuit : ſubnectit namque ſacer textus : *Miſit Dominus ſpiritũ peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichem, qui cœperunt eum deteſtari.* Delecti Deus accelerauit ſupplicium, quod ante Ioathami imprecationẽ non legebatur decretum. Iam ſi inquiras, cur è veſtigio maledictionem pœna ſecuta ſit, reſpondebit Caietanus imprecationem æquiſſimum iudicem appellaſſe, illúmque vtpote appellatum ſententiam dignitſſimam protuliſſe : *Imprecando diuinam vltionem dicit hæc verba cupiendo vt attendat iniquitati eorum Deus iuſtus iudex.* O quàm timeri debent maledictiones, execrationéſque iniuſtè afflictorum, quandoquidem illis diuina vltio prouocatur, & læſos citiſſimè vlciſcitur. Maledictio ſine cauſa nullatenus eſt timenda ; aſt cum cauſa, vehementiſſimè eſt formidanda.

Caietan.

230 Philiſthæus ille, qui in Deum armatam gerebat linguam, contra Dei viuentis phalangas in campum prodiit, cumque torua hominis proceritate omnes certamen detrectarent, vnus Dauid ſe in arenam prompuit, hoſtíque oppoſuit : ille vt terrores ingeminaret, ad maledicta confugit : *Maledixit Philiſthæus Dauid in diis ſuis.* Quam diuinam putabat Philiſthæus, in Dauidẽ armabat execratione potentiam ratus grauiori Dauidem timore perculſurũ maledictis, quàm armis. Adeſt Abulenſis q. 32. *Protulit verba maledictionis ſuper eum, ſcilicet quòd maledictus eſſet diis, & quòd dij deſtruerent eum, atque euellerent de terra* ; verùm Dauid non exhorruit maledictionum congeriem : quia nouerat æquitate non inniti ; ſed cæca indignatione iactari. Itaque Dauid dum optima cauſa decertabat innixus, execrationes, maledictionéſque deſpexit cordatus : non fuit euulſus de terra, etſi ab incepto non deſtiterit, imò decantando ſæculis triumpho coronatus reſplenduit, vt noſcamus contemnendam eſſe maledictionem iniquè prolatam, vt extimeſcendam iuſtam : opportunè Seleucienſis Baſilius orat. 15. *Canum ventres pro ſepulchro promittebat : verborum faſtui Dauid auxiliatorem quem promulgabat, opponebat.* Maledictionum faſtu niſus eſt puerulum deterrere, & à laudabili pugna abigere ; verùm talis fuit Dauid, vt ad maledicta ſorduerit, & zelo honeſtam pugnam proſecutus exarſerit.

1. Reg. 17. v. 43.

Abulenſ.

Seleucienſ.

231 Eſau licèt in fratrem vehementer ſtomachatus ob præreptam, vt putabat ipſe, benedictionem, vltionis flammam tantiſper ſuſtinuit, & in futurum commodius tempus protelauit : *Dixit in corde ſuo : Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum.* Putares eiulatu magno flentem iram nullatenus frænaturum ; ſed Caini adinſtar occiſurum ſtatim fratrem, & tamen differt indignationi non parcens ; ſed ſibi conſulens. Iam ſi quæras quid ardenti vltionis ſtimulo perculſum tardarit : reſpondebit Lyra extimuiſſe paternam maledictionẽ execrationémque, nam vti exambiebat à patre benedici, ratus non incongruè paterna benedictione ſtabiliendam felicitatem, ab illáque omnium bonorum promanaturam congeriem, ita non imprudens exiſtimauit maledictione paterna ineluctabilem ſibi aſciſcendam calamitatem. Ergo ne maledictionem incurrat, homicidium differt, & in futurum extendit. Adeſt opportunè Lyra. *Nolebat enim hoc facere viuente patre, ne incurreret odium eius, & maledicereturab eo.* Non horruit ſanguinem fraternum profundere, non manus in naturam propriam armare ; at dum exiſtimat, ſi de medio fratrem ſuſtulerit, parentem iuſtè indignandum, maledictiſque illum inceſſurum, præcauet

Genes. 27. v. 41.

Lyra.

præcauet ſibi, & ne ſuſtinuerit execrationis ſententiam, differt fraternam vindictam. Et quidem non potuit melius exaggerari, quam ſit paterna maledictio timenda, quandoquidem Etau Dei immemor, fratris oſor ſic timuit maledici, vt maluerit diu flammis indignationis vrgeri.

232 Eliſæus quem ab Elia acceperat ſpiritum, beneficiis teſtatus eſt: Iericuntinas ſanauit aquas, vt natura impedimento abſoluta numeroſam regeret ſobolem, impenſámque Prophetæ gratificaretur hoſpitalitatem; verùm vt de more ſæpè ſæpiùs contingit, iniuriis beneficia ſoluuntur, & ſubſannationibus obſcurantur: Eliſæus non cæca vindictæ ſæuitie; ſed honeſto iuſtitiæ ardore in pueros maledicta congeſſit, quæ ſtatim effectum ſortita ſunt: de ſaltu namque carniuori proſilientes vrſi pueros diſcerpſerunt, & iniuriam vindicarũt:

4. Reg. 2. v. 24. *Maledixit eis in nomine Domini, egreſſique ſunt duo vrſi de ſaltu, & laceraverunt ex eis quadraginta, duos pueros.* Fateor deliquiſſe pueros, non tamen negabis Ionam Prophetam imperium Dominicũ detrectaſſe. Cur igitur feræ traditur voraginì Ionas cuſtodiendus, & puer vrſi dentibus diſlaniandus? An quia grandæuus alter, alter exiguus: ſolent namque apud ſæculum paruulorum peccata magna frequenter cenſeri, vt magnorum delicta leuiſſima exiſtimari. Ita profectò non ſemel accidit, hîc verò alia ratio maturauit puerulis mulctam, ſcilicet iuſta maledictione fuiſſe damnatos, ſupplicioque addictos: *Maledixit eis in nomine Domini:* ergo è veſtigio maledictionem vltio ſecuta eſt: & qui fortaſſe culpam ſuſtinuiſſet clementer, ſeuerè illam, citóque puniuit Deus, vtpote maledictione prouocatus, &, ſi fas eſt dicere, impulſus. Adeſt Auguſtinus lib. 2. de mirabil. Sacræ Scripturæ cap. 23. *Veniens in Bethel Eliæus à pueris parvis illudebatur, quibus cum in nomine Domini malediceret, duobus vrſis de ſylua venientibus quadraginta duo pueri lacerantur.* Ni pueris malediceret Propheta iuſtâ indignatione commotus, forſitan ſaltu contineretur & vrſus; verùm vbi maledictio fulminata eſt, ſtimuli ad inſtar adegit ſæuientes vrſos, & procaces puniuit pueros. Vt diſcamus quàm ſit extimeſcenda iuſta imprecatio, & diuinam appellans iuſtitiam laceſſiti maledictio. Hinc erudiendi ſunt iuuenes, ne parentes exacerbauerint, & ad maledicta congerenda compulerint: nam licèt quæuis culpa ſupplicium aduocet, maledictio eluctantis ad inſtar flammæ duriùs, acriùs, & celeriùs adurit. Hinc etiam edocendi ſunt parentes execrationibus abſtinere, quãdoquidem quàm citiſſimè obtinetur, quod animo exulcerato depoſcitur. Sichimitæ, Abimelechúſque odiis implacabilibus poſt Ioathami imprecationem maledictionémque decertauere inimici, & mutuò conſumpti ſunt aduerſarij. Adde congeſta à patre maledicta quodammodò eſſe inexhauſtam infelicitatum ſcaturiginem ac miſeriarum fœcundam venam.

Auguſtin.

233 Adeſt in huius veritatis comprobationem ſanctiſſimus ac prudentiſſimus ille ſenex Abrahamus, qui cum de accipienda filio ſuo vxore ageret, ſeruum Sacramento obſtrinxit, veritus ne aliquam de Chananæis mulieribus in matrimonium

Gene. 24. v. 3. filio aſſociaret: *Pone manum tuam ſuper femur meum, vt adiurem te per Deum cæli, & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito.* Huius adiurationis cauſam interpretes inueſtigant. Procopius apud Gioſſam ad Geneſ. 24. expendit vtramque gentem tunc idolorum erroribus mancipatam. Ipſum audi: *Mirum eſt, cùm prohibeat, ne filio* Procop. *coniungat vxorem Chananæam, eumdem tamen proficiſci iubeat ad gentem, quæ idolis ſeruiebat.* Si populus, ad quem mittebat, veræ Religioni interiret, mirum non eſſet inde vxorem Iſaaco ſolicitare; at cùm vterque populus inueniretur tunc erroribus defœdatus, quid in vno fuit, vt excluderetur, quod non inueniretur in altero? Inuenies ſi legeris nonum Geneſis: ibi namque cum Noë nudus iaceret, Cham eius filius, Chananæorúmque pater non ſolùm nuditatem non contexit; ſed quia nudus, patri illuſit: ob id in illum iuſtam pater maledictionem congeſſit: *Maledictus Chanaan ſeruus ſeruorum erit* Geneſ. 9. *fratribus ſuis.* Noë, qui procacem filium male- v. 25. dictis perculit, fratres vt qui parenti ſubueniſſent, adauctis benedictionibus exornauit: ergo dum Abraham vxorem quærit ad poſteritatis nutriendam famam, ad excolendam virtutem, ad promouendam felicitatem, omni ſtudio cauet, ne copuletur filio propago à patre maledicta, quæque parenti inopi inuenitur non auxiliata: vt è contra credidit fortunam ſibi fulcire, ſi adduceret vxorem ab atauo benedictam, & à parentis cultore exortam. Audi Procopium: *Sciebat Deum diris* Procop. *execratum eſſe Chananæos, proinde nolebat, vt filius inde duceret vxorem.* Quid exaggeratius, & verius?

§. LIII.

Qui præbuerunt ſceleribus occaſionem, præ ſceleſtis tulerunt aliquando calamitatem.

234 VT honoris eſt origo laudabilis, vt bono initio ſequentia facinora acquiſiuere præconium, ſic ſceleris occaſioni ſolitat adſcribi delictum: nullus culparum maculis denigratus effugit pœnam; ſed ſceleris auctor duplicatam meretur mulctam, quando hic iniquo voluntatis errauit propoſito, alij trahuntur exemplo. Et quidem ſub quodam excuſationis colore delinquit, qui magiſtrum erroris habet; at qui fabricatus eſt erroribus occaſionem, dum ipſi adſcribuntur infelices conſequentiæ, & ſcelerum non ſine æquitate applicantur rigidæ mulctæ. Ioathamus in Sichimitas maledicta congeſſit: *Egrediatur ignis ex eo, & conſumat habitatores Sichem, & oppidum Melo.* Quærunt Patres cur ſpecialiter Sichimitas deprecatus ſit vſtulatos flammis ardentibus cinereſcere, quando conſtat omnem populum Abimelechum ſalutando ad regnum deliquiſſe, legemque inauguratione violaſſe aſſerente Scriptura: *Regnauit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis.* Si traduntur Sichimitæ flammis: quia Abimelechum ſibi in Principem conſalutarunt, cur omnes Iſraëlitæ non traduntur ignibus, quia vti totius populi regem ſine difficultate admiſerunt. Abulenſis q. 5. reſpondet totum populum erraſſe; at Sichimitas erroris occaſionem præbuiſſe, dum in Principem optarunt, & eius votis fauerunt: ergo præ cæteris incurrerunt maledicta, quia præ cæteris erroris extiterant cauſa. Audi Abulenſem: *Ipſi* Abulenſis. *fuerunt cauſa Principatus Abimelech: nam cùm nullum adhuc fauorem haberet, eum regem conſtituerunt, & dederunt ei occaſionem ad omnia mala*

quæ fecit. Suscepit posteà populus Abimelechum in regem ; verùm huius imperij infaustissima primordia promanarunt à Sichimitis : ergo quia sceleris probantur auctores, cæterorum illis adscribuntur errata, & errorum imponitur etiam pœna : *Egrediatur ignis ex eo, & consumat habitatores Sichem, & oppidum Melo.*

235 Christus Dominus tanquam ouis ad occisionem ductus os non aperuit, fœdis vestitur, fœditoribus coronatur, deridetur, despuitur : nec solùm patientiæ æquanimitate tulit iniurias ; verùm pro ipsis inimicis preces obtulit, quibus paternæ indignationis sopiret flammas : *Pater dimitte illis ; non enim sciunt quid faciunt.* Qui pro crucifigentibus exorauit, Saulum in discipulos cædes spirantem, hortatu, exemplóque alios allicientem equo deturbat, visu priuat, & clamoribus querulis ferit : *Saule, Saule quid me persequeris ?* Miraberis Saulum puniri, crucifigentibus ignosci, quando scelestius videbatur Dominum stipiti affigere, quàm in discipulos eius ardere ; & tamen illic precatur, hic queritur. Ecqua discriminis ratio est ? Textus innuit, dum ait : *Viri illi, qui comitabantur cum eo, stabant obstupefacti.* Contentus non erat Paulus in Christianos furere, ni alios etiam stimularit, & ad persequendum impulerit. Ergo dum scandali est auctor, præ crucifigentibus deijcitur, & cæcatur : quasi grauius meruerit supplicium scandalorum auctor, & virtutis corruptor. Audi Bernardum in allegor. Tilmani : *Persequebatur eum, qui aduersus corpus eius, quod est Ecclesia, odio furebat iniquo. Denique si proprium sanguinem dedit in pretium redemptionis animarum, non tibi videtur ab eo grauiorem sustinere persecutionem qui suggestione maliuola, exemplo pernicioso, scandali occasione auertit ab eo animas, quas redemit, quàm à Iudæo, qui sanguinem illum fudit ?* Grauiter doluit ob scandalum fusum sanguinem non sortiri effectum, qui fundare gestiuit, vt deleretur peccatum : eumdem furorem inducrant, qui comitabantur Paulum ; ille verò præ aliis cæcitate est percussus, equóque deiectus, vt qui occasionem furendi concitauerat, & adhortatione impulerat.

Luc. 23. v. 34.

Act. 9. v. 4.

236 Saul à Domino contra Amalecitas armatur : vicit facile ; sed cupiditate victus est : Agag parcit, & optimis gregibus non ipse solùm ; sed populus mortis subtractis delinquit : *Pepercit Saul, & populus Agag & optimis gregibus ouium, & armentorum :* Samuel occurrit, & contra Domini edicta delinquentem regem redarguit : *Quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio ?* Saul ad excusationis asylum confugit, & à populo greges seruatos prophetæ prodit : *De Amalec adduxerunt ea : pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis.* Delictum pœna secuta est, regno abijcitur : nec enim cupiditatis captiuus erat regimini appositus : à iudice namque superioreque inhiante diuitiis iura venduntur, & delicta dissimulantur : *Abiecit te Dominus, ne sis rex.* Videatur cui sententia non legitimè prolata : nam si populus pepercit optimis gregibus, cur solus Princeps mulctetur corona, quin populum afflixerit pœnâ, aut pœnalis mulcta ? Subeat rex supplicium : quia excelso excellior est alius ; sed & populus pœnas dederit, & improbæ cupiditatis supplicium luerit : de populo non agitur, & Saul regno interdicitur ? Innuit textus causam : *Pepercit*, inquit, *Saul, & populus Agag, & optimis gregibus.* Dum ipse parcit contra præceptum, & subiectis præbet scandalum : vtque noueris sceleribus occasionem prætendentes, subiectósque dissimulatione palpantes grauiores præ ipsis pœnas subire, supplicijsque plecti ; hic de populo tacetur, & de throno Princeps detruditur : *Quia dum pastores*, scribit ad hunc locum Gregorius, *currunt ad præcipitium, subiecti comitanter ; rex viuum Agag cepisse dicitur ; sed idem rex, & populus eidem regi, & quibusque Amalec optimis peperciſſe memorantur.* Populus secutus est superioris exemplum, & Saul dum cupiditatis delirio cæteris obtendit scandalum, præ cæteris subit supplicium : secum alios traxit, dum ad cupiditatem cucurrit : ergo allectorum exemplo errata imputantur ipsi ad supplicia, vtque constet non semel grauius puniri, qui præbuerunt sceleribus occasionem, quàm ipsi, qui noscuntur perpetrasse prauitatem, delinquens hic populus non refertur mulctatus, cùm Saul exemplo fouens, & dissimulatione permittens dignitate referatur exclusus : *Dum pastores currunt ad præcipitium, subiecti comitantur :* fors ni Saul cucurrisset, comitatus populus armentis non inhiasset.

1. Reg. 15. v. 9.

Greg.

237 Ioseph à fratribus venditus, in Ægyptúmque delatus ad id fastigium dignitatis peruenit, vt in labore famis esset moderator, & à rege pro alimentis congregandis, & impertiendis potestate insignitus : aduentarunt fratres, vt fame adorarent compulsi, quem ne adorarent, vendiderant inuidi. O felix necessitas quæ illos ad meliora perduxit ! Ioseph fratres intuitus charitatis affectu incanduit ; sed affectum industriè tegens variis eos interrogationibus adurgebat, & vti exploratores supplicio dignos affirmabat : illi angustia pressi in sui defensionem varia promebant argumenta, afferebantque testimonia. Ioseph negotium adeo implexum sic expedijt : iussit Simeonem vinculis illigatum manere obsidem, cæterósque ad patriam liberos remeare : *Tollens Simeon, & ligans illis præsentibus iussit ministris, vt implerent eorum saccos tritico.* Quærunt Interpretes cur præ aliis Simeonem vinculis tradiderit, cæteros non solum remittens liberos, sed tritico & pecunia donatos. Si omnes eodem crimine tenebantur, cur venditionis iniuriam aliis muneribus recompensat, & Simeonem vinculis durissimis ligat ? Quia Simeon, inquit Philo lib. de Ioseph à maiori proximus non solum improbum venditionis consilium non damnauit ; sed auctoritate fouit : ergo qui occasionem obcœcatæ ministrauit inuidiæ, ferreis nexibus oneratur, & præ ipsis delinquentibus punitur. Philonem audi : *Iubet vinciri fratrem à grandissimo proximum, idque inspectantibus cæteris omnibus, quasi sibi ex aduerso oppositum.* Subnectit causam : *Et fortasse maxima pars culpæ in eo fuerat quasi auctore conspirationis nefariæ, qui cohortem fratrum animauerit, & odium incitauerit.* Dum auctoritate functus non reprimit, dum odio igniculos adijcit, sibi præ cæteris vincula prodit, & supplicium maturauit : deliquerant equidem omnes ; at Simeon dum vrget, dum auctoritate fouet, præ cæteris debuit puniri, & tetro carcere detineri. O quàm vereri debuissent æternæ vincula, qui perpetrandis sceleribus auctoritatem suam commodant ; qui improbo consilio odia exulcerant, qui animos in vindictam ruentes nullatenus frænant ! Simeon præ cæteris tulit pœnam, quia exacuerat cæteros ad vindictam.

Genes. 42. v. 25.

Philo.

§. LIV.

Digitized by Google

§. LIV.

Vel dum floret, amissa reputatur fortuna; ni iusta nitatur causâ.

238 FAllunt multa visum coloratis vmbris, & delusoriis prætigiis: quod accidere solet dormientibus, videas contingere vigilantibus: somni penicillo confingitur imago, quam dormiens putat certissimè inspicere, & absque dubio videre; at excusso somno ridet fallaciam: quia euanidam reperit vmbram: ita etiam arridere solet felicitas, quæ si mala nititur causa, non persistit solida, sed fallit euanida. Verum gaudium, veráque felicitas virtutem agnoscit veram: quidquid à iustitia non nascitur adulterinum degenerat, & vmbratile frustrat. Benè Seneca epist. 75. *Occurrent in diuitiis inopes.* Videntur nonnulli diuitiis exundare; sed quàm citò reperies inopia premi: auolant namque malè partæ diuitiæ, & cùm fucatum attulerint gaudium, ad verum cogunt lamentum: vnde sapiens risum reputauit errorem, & gaudio vt deceptori insultauit: *Risum reputaui*, inquit, *errorem, & gaudio dixi: Quid frustra deciperis?* Itaque nomen sortitur, re caret: vtque ligna carie exesa solent auri tenuissima crusta vestiri, & videntem fallere; ita risus lætitiæ oblinitur specie; sed fraudatur veritate. Adest Interlinearis: *Decipiuntur, qui carnis gaudia sequuntur, & perpetuum putant, quod fugit velut vmbra.* Accinit Lyra: *Risum, id est, ineptam lætitiam reputaui errorem, quia conuertitur in tristitiam.* Decipiuntur peccatores amœnâ fallaciâ, & reputant stabilem vmbram. Hinc noscès, cur iam reputentur exacta, Abimelechi dum regiminis florent tempora: ait namque textus: *Regnauit Abimelech super Israel tribus annis.* Cùm Scripturæ mos sit recensere Regum annos, dum vita excedunt, vt constat ex 3. Reg. 2. vbi sic habes: *Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid. Dies autem, quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt:* iuuat inquirere, cur tanto antè anni, quibus Abimelechus regnauit, retulerit Scriptura. Caietanus putat relatos intempestatiuè quodammodò fuisse: quia tyrannide imperauit; non iure rexit: *Quamuis à Sichimitis & Milonitis dumtaxat fuisset electus rex Abimelech, tyrannide tamen sua imperauit super Israel tribus annis.* Florebat imperio; sed iniustitia; ac violentia fundato: ergo vt noscas fortunam iniquis artibus partam, vel dum viget; marcere extinctam, & ipsa in vita defunctam, Abimelecho superstite retulit textus regnandi annos, quos post mortem solitat computare: erat enim rex vmbratilis, dumque eius thronus ad lineam iustitiæ non erat constructus, nutabat, & ad occasum vergebat. Vmbratili huic gubernatori adapto quod scribebat Basilius Seleucienſis orat. 21. de imagine. *Qui eas Regum aspiciunt imagines, quæ à colorum splendore fulgorem proijciunt, purpuram, quæ marino colluescit fluvio, diadema, quod luminibus lapillorum fulgurat, & ambit verticem, dexteram, quæ mundi orbem globi specie digitis portare creditur, spectaculo illi quidem percelluntur, admiratione extemplò correpti.* Floret purpura; sed picta: ambit diadema verticem; sed adumbratum. Itaque imponit oculis felicitas personata, non fulget vera.

Seneca.

Eccl. 2. v. 2.

Interlin.

Lyra.

1. Reg. 2. v. 10.

Caietanus.

Basil.

239 Angelus Ioanni ostendit Reges montium firmitudinem imitantes: *Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & Reges septem sunt: quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit.* Si ceciderunt, non sunt, aut si sunt, non ceciderunt. Ad hæc, quomodo existens numerum quibit facere cum iam elapsis, aut posteà venturis? Si omnibus insidens refertur mulier: ait namque: *Super quos sedet*; quomodo potuerunt quinque elocati cecidisse, & simul altitudinem conseruasse. Certè Angelus adeo contraria sibi coniungit, dum præsentiam ad sessionem adstruit, & lapsum prodit, vt sibi videatur contradicere & refragari. Dum iniquis artibus excreuerunt, inquit Ambrosius ad hunc locum, simul florent, & labuntur; imò ipse flos non prænuntiat fructum; sed lapsum. Ergo Angelus, vt nos edoceat, quàm sit euanida vel dum videtur florere felicitas, si iniqua exoriatur causa, montes dixit simul enersos, & altos: *Quinque capita bestia iam ciderant*, (Ambrosium audis) *quæ Reges, montesque nominantur.* Causam subdit: *Iam perditionis suæ pœnas luebant.* Montium referebant altitudinem, firmitudinem mentiebantur; verùm erat sublimitas personata, & stabilitas ficta. Iam ciderant, & stabant: quia ipsa altitudo erat casus, & fastigium ipsum interitus. O quàm falluntur, quamque sibi imponunt, quicumque malè partâ fortunâ innixi putant volubilem orbitam sistendam, cùm in orbita idem sit tenere summum, & vergere ad imum.

Apoc. 17. v. 9.

Ambros.

240 Saul in mandatis accepit Amalecitas deterere, ac de viuentium numero exterminare; verùm cupiditatis persuasione victus transgressus est diuina mandata, & de transgressione diuiti exundare discupit præda. Certè qui fastigio eminent dignitatis, exundare solent diuitiis; sed de violatis præceptis: Samuel delictum carpit, & terga vertit; sed Saul Summitatem pallij apprehendens nititur detinere; verùm summitas scinditur, & scissum iam regnum pronuntiatur: *Conuersus est Samuel, vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est, & ait ad eum Samuel: Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Cùm plures annos post hanc prophetæ denuntiationē regnarit Saul, quærunt Patres, quomodò verum fuerit eo ipso die regnum scissum, & alij traditum? Si regno dispoliatus est, quomodo longo adeo tempore collucet purpura? Et si splendet murice, quomodo dispoliatus est potestate? Quia iam, inquit glossa, eius regnum iustâ non nitebatur causâ, & ideò vel florens marcebat aridum, & reputabatur discissum. *Quamuis posteà regnauerit, inquit, quadraginta annis; sed tunc promeruit, vt à stirpe sua scinderetur, & traderetur meliori, id est Dauid:* Dauid non sortiebatur; sed merebatur tunc regnum: è contrà Saul obtinebat possidens; sed amiserat demetens: ergo etsi floruerit felicitas, dum iusta non innitebatur causa, pro marcida debuit reputari; pro amissaque haberi, Saul regno profertur dispoliatus: quia regno non erat dignus: & è contra Dauid rex pronuntiatur, quia dignus, etsi longo tempore degerit priuatus.

1. Reg. 15. v. 27.

241 Psalmista arcanè duo ad speciem contraria Psalmo 36. coniungit: testatur se vidisse impij prosperitatem malis profectò artibus acquisitam, & statim adijcit eam felicitatem non fuisse: *Vidi impium superexaltatum; & elevatum sicut cedros Libani: & transiui, & ecce non erat.* Si diceret, non est, facilè intelligeretur; at dum dicit: *Non erat,*

Psal. 36. v. 35.

visui refragatur: nam si non erat, cùm propè accessit, quomodò oculis hausit? Aut si pepercit oculis, quomodò testatur non fuisse? Certè minutissimæ reculæ oculos fallunt, & illudunt; at Libani cedrus altitudine eximia, ramis protensa facilè non fallit aspectum, aut fugit oculum: cur ergo sibi repugnantia coniungat, nempe non fuisse quod viderat, & vidisse quod non erat: *Vidi impium superexaltatum, & ecce non erat.* O profundam eruditionem! Cedrus impietatis iniustitiæque radicibus nixa, non est, vel dum floret: nec enim nititur virore solido; sed euanido: ergo vt laruata videntur, nec sunt reuera, quæ oculi esse mentiuntur: ita impij floriditas erat, & non erat: nam vti personata fallebat oculum, & fugiebat simul aspectum. Ergo Psaltes non ait periisse visum; sed nunquam fuisse, quod spectatum: quia iniquitate fundatum, vel dum fundatur, subruitur. Innuit Augustinus ad hunc locum: *Videbis impium nusquam esse, & quares locum eius.* Augustin. *Quis est locus eius? Quomodo habet potestatem, habet diuitias, habet quemdam ordinem suum in rebus humanis, vt multi ei obsequantur, vt subeat, & audiatur: iste locus non erit; sed transit, vt tu possis dicere: Transiui, & ecce non erat.* Intumescebat; sed fumi ad instar, qui dum eleuatur, ipsa eleuatione destruitur: non erat: quia impietate tineæ ad instar corrodente crustam habet felicitatis; sed caret firmitudine, soliditateque. Lignum carie corrosum est, & non est, quia caret substantia: est, quia fallit externa forma. Ergo Psaltes, vt nos edoceat impietate iniustitiaque fundatam felicitatem iam marcidam vel dum floret, impium testatur vidisse exaltatum cedri ad instar, cuius medullam tulit aquila illa magnarum alarum, nec fuisse asserit, vtpote emedullatam, euigoratamque. O nimis verum! Quidquid infirmâ causâ instituitur, quidquid lege reclamante fundatur, ipsa iniustitia subruitur. Ergo si claris oculis iniustè partam felicitatem inspexeris, clarissimè agnosces, solùm fuisse vmbratilem, ac illusoriam, non firmam, aut veram.

242 Nato Christo Magi inuolant, ac Iudæorum Regem faustis iteratisque acclamationibus euulgant, ac celebrant: Matth.2.v.2. *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum?* Herodes rex nuntio teli ad instar percellitur, & perculsus obturbatur: *Audiens autem Herodes rex turbatus est.* Si Herodes rex proditur, quomodo recens natus Iudæorum rex conclamatur? Aut si puer potitur regno, quomodo Herodes regali refulgeat throno? Vni regno rex geminus præsidet, & dignitas singularis multiplicatum dominum sustinebit? Si Christus est rex, Herodes insulis denudetur, aut si Herodes rex proditur, cur aliter admittitur? Quia Herodes regis gerebat laruam, etsi exerceret potentiam; Christus verò, etsi careret throno, regni legitimo potiebatur titulo. Rex est, cui debetur regnum meritorum suffragio: Herodes vel dum habetur Princeps vacuum portat vocabulum: quia vocabulo refragabatur delictum: nec adeò imprudens erat Herodes, vt sui conscius non turbaretur: nouerat namque dignitatem, honoremve nullis meritis innixum, vel in ipso flore languere marcidum: *Herodes quidem turbatus est*, inquit Theophylactus, Theophyl. *vt alienigena regno suo timens: sciebat enim quòd illo indignus esset:* Regno indignus, meritis orbus vmbram gerit, substantia caret: ergo se dispoliatum iam luget: quia iniquè possedisse cognoscit.

§. LV.

Malus affectus discordiáque dæmonis gerunt vicem, & mutuam maturans calamitatem.

243 Discordia odij mater, nutrix calamitatum, pacis venenum, & infortuniorum auxilium nihil non concutit, & concussum euertit. Profectò malus affectus nihil non machinatur ad perniciem, nihil non molitur ad inuehendam calamitatem. Sapientissimus ille pater prodigi patienter tulit errores, quia licèt iunior effrænis indulgeret libidini, nihil tunc aduersabatur fraternæ paci; at dum redeunte prodigo fratrem videt odio inflammari, citissimè accurrit, & anxio corde fraternam charitatem suadet: *Indignatus est, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum.* Luc. 15. v.28. Non statim egressus est, vt falacem reuocauerit, nec distulit indignationis flammam sopire. Quod si discriminis causam quæras, respondebit Chrysologus cor patris anxietate commotum, & variis pignorum casibus quodammodò stupefactum. Ipsum audi serm.4. *Cor patris anxium variis arctatur motibus filiorum, & inter diuersos pignorum casus genitoris pietas stupefacta discurrit: quia videt fratrem fratris reditu mox fugari.* Chrysol. Parentis cor, etsi viderit prodigium libidine sordidatum adeò dutis non arctabatur angoribus: quia sperabat fame reuocandum, & corrigendum; at dum fratrem discordem videt, vt malè in fratrem animatum agnoscit, amborum timet luctuosam stragem: nil enim à malè affecto non acerbum poterat sperari, nil non timeri. Hanc noster textus comprobat veritatem: nam cùm Deus dignam vltionem de Abimelecho, Sichimitisque sumere decreuisset, mutuo pessimo spiritu armauit: *Misit Dominus spiritum pessimum inter Abimelech & habitatores Sichem.* Qualis fuerit hic pessimus, & detestandus spiritus, quærunt Interpretes. Caietanus putat adæquè posse intelligi nequissimum diabolum, aut pernitiosum discordiæ affectum: *Deus iustus iudex misit vel dæmonem, qui est spiritus malus, ad efficiendam discordiam inter Abimelech, & Sichimitas, vel per spiritum malum significatur malus affectus mutuus inter Abimelech & Sichimitas. Verùm autem modo intelligas, verificatur quòd Deus misit.* Ad tot flagitiorum vindictam non eiaculatus est ardentissimas flammas, non gehennales armauit furias; sed mutuum malum affectum prodire permisit in campum, quo vtriusque partis non dubitaretur excidium. Ciuitas euertitur sale spatso, fœcunditas omnis impeditur: Abimelechus occumbit, Sichimitæ flammis intereunt, & vel ipsum Baalberith fanum cinerescit adustum: vt noueris malum affectum dæmonis gerere vices; imò aliquando quæ nec à dæmone exttuerentur, miserrimas adducere strages.

244 Dauid apprimè nouerat malæ affectionis iniquissimas technas, & fraudulentas tendiculas, quandoquidem ausus cum dæmone congredi non sustinuit malè affecto appropinquare. Inuaserat Saulis pectus nequam spiritus, cumque medicina deficeret, quæsitus est Dauid, qui cantu abigeret dæmonem: *Quandocumque Spiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & levius habebat:* 1.Reg.16. v.23.

Digitized by Google

habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus. Cum dæmone pugnæ Goliath pugna ſucceſſit: vicit hoſtem, qui abegerat dæmonem, & forſan ni præuiduiſſet Dauid in dæmonem, nec vicisſet hoſtem. Repetitis triumphi acclamationibus Saul exaſperatur, & inuidentia laborantem intuitus in Dauidem nequam ſpiritus armat, ſperans de odio, quod iacto non aſſequebatur telo: iam Saul in Dauidem malè animatus inſurgit: *Non rectè ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa, & deinceps:* 1 Reg. 18. v. 9. cúmque non multò poſt iterum dæmone agitaretur iterum Dauid cantionis medicamen adhibuit: *Dauid pſallebat manu ſua, ſicut per ſingulos dies, tenebatque Saul lanceam, & miſit eam putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete. Et declinauit Dauid à facie eius ſecundò.* Cum conſtet dæmonem cantu depelli, & Dauidem hîc cecinisſe, videtur telum à dæmone non contortum, ſed à Saule fuisſe iactatum. Hinc ergo oritur difficultas, cur ſcilicet Dauid, à quo fugiebat dæmon, aufugerit à Saule? Cordatius ſanè videbatur impuratiſſimum, efferatumque ſpiritum extimeſcere, quàm ab homine declinare, & tamen Dauid agitato approximat, & à liberato declinat. Ecqua huius diſcriminis cauſa eſt? Quia Saul, inquit textus, malè affectus erat in Dauidem, adeoque timendus eſt homo odio aduſtus, malæque affectionis temeritate ſuaſus, vt Dauid maluerit cum dæmone congredi, quàm cum malè affecto verſari. Et quidem effectus vanam non fuisſe ſuſpicionem oſtendit: nam qui à dæmone exagitatus telum non miſerat, malo affectu impulſus vibrauit, & in Dauidem contorſit. Adeſt Baſilius Seleucienſis oratione 16. *Paulum à dæmonis exitu leuatus Saul, & aduerſorum deterſa caligine in Dauidem, quem præſentem cognouerat, haſtam eiaculatus, medicinæ pretium eadem obtulit.* Seleucienſ. Ardebat eædem ſibi infenſi à dæmone liberatus, cùm telum eiuculatus non fuerit vt placet Baſilio, dum à dæmone poſſeſſus: vt noueris odium malumque affectum non ſolùm diabolicæ malitiæ vicarium; ſed malitiam etiam dæmonis ſupergreſſum.

245 Diuus Paulus, ne Galatæ miſerabilè paterentur excidium, omnes diſcordiæ fibras abſcindit, & omni ſtudio à diſcordia abſtinendum monet: *Per charitatem ſpiritus, ſeruite inuicem: omnis enim lex in vno ſermone impletur: Diliges proximum tuum, ſicut te ipſum. Quod ſi inuicem mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.* Ad Galat. 5. v. 14. Ac ſi dicat: Si diſcordia inter vos viguerit, ſi canum ad inſtar vos ipſos mordetis, ſine dubio conſumemini: geret enim malus affectus dæmonis vices, & mutuam vobis ipſis luctuoſam adducet ſtragem. *Manifeſtum eſt*, ſcribit ad hunc locum Ambroſius, *quia diſſenſio fratrum inimica eſt dilectionis: ideò monet, vt pacifici ſint proficientes in bono: contentiones enim generant iurgium, cuius fructus eſt vita conſumptio.* Ambroſ. Cuius vitæ? Vtriuſque ſanè diſſidio altercantis: nam dum liuido dente alium quiſque impetit, remunerationem patitur, & conſumitur: vbi diſcordia viget, dæmon ſæcuriſſimè dormit: ipſa enim non ſolùm dæmonis eſt vicaria & filia; ſed quodammodò hominibus peſtilentior, & dirior flamma.

246 Semei malè erga Dauidem affectus, vt vidit aduerſâ fortunâ laborantem, in ipſum ſurrexit, ac delere tentauit; verùm Dauid propheticis oculis latentem corde inſpexit dæmonem, & ne eius ab vtraque parte ageretur cauſa, prudentiſſimo ſilentio ſignauit ora: *Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me.* Pſ. 38. v. 2. Peccatorem vocat non Semei; ſed dæmonem: ſtabat ergo dæmon aduerſus Dauidem, Semei in Dauidem vice armorum vibrans maleuolentiam, & contra Semei exulcerans Dauid ad vindictam: nam etſi vti rex punire poſſet audaciam, cùm ratò in propriis iniuriis vindicandis non adulteretur affectus, dæmon ex vtraque parte gratum ſibi percipere optabat lucrum; verùm Dauid ne impudenti deſiderio adularetur, & tacuit, & pepercit, & doluit; *Amentem diabolus fecerat*, inquit Ambroſius ad hunc Pſalmum, *qui eum impellebat ad mortem: ideò Dauid aduerſus auctorem magis prælabatur, quàm miniſtrum perſequebatur: quid enim magnum de homine inualido vindicari, quem ad furorem alter vrgebat, in cuius nece peccator habuiſſet voluntatis effectum.* Ambroſ. Diabolus dum Semei furore agitabat, morti obijciebat, dumque Dauidem ad recruciationis inflammabat affectum, moliebatur & caſum. Itaque Dauidem ſatagebat obſcurare repetitâ vindicta, Semei interire procaciſſimâ audacia. En malus Semei affectus dæmonis egit vices, diſcordiaque eius vicaria abſoluiſſet deſiderium, ni Dauid laudabili taciturnitate ſignaſſet ora, & efumpentia in ipſis cunabulis extingueret deſideria. Malus affectus erga Dauidem ſic mentem Semei obtenebrauit, vt regem lapidarit, & maledixerit, vt inſaniret impudenti delirio, & propriæ ſalutis ingentiſſimo detrimento: *Amentem diabolus fecerat, qui eum impellebat ad mortem.* Dauidem pro Saule tot pericula ſuſtinentem, toties à dæmone liberantem, virum vocabat ſanguinum, & inuidum, & tyrannum: talem ſententiam proferre ſolet maleuolentia, ſic iudicare ſolet diſcordia.

§. LVI.

Impiorum fides malè ſecura, vt iuſtorum ſemper ſtata.

Q Vi rationis ſequuntur regulam, non nutant; ſed conſiſtunt firmi, nullis tempeſtatibus elocandi; at qui ambitionis, cupiditatiſve parent legibus, continuis ſubiacent varietatibus: hanc modò ſectantur partem in contrariam tranſituri, ſi ſpes luculentior affulgeat. *Hic*, ſcribit Seneca de Alexandro Macedone lib. 1. de benef. cap. 13. *à pueritia latro, gentiúmque vaſtator, tam hoſtium pernicies, quàm amicorum, qui ſummum bonum duceret terrori eſſe cunctis mortalibus.* Seneca. Præmiſerat: *Veſanus adoleſcens, cui pro virtute erat felix temeritas.* Pro virtute temeritas eſt. Vt hoſtes; impetebat amicos, ſi ex eorum cæde gloriolam caperet, aut aliquam vtilitatem perciperet: erat pro virtute temeritas, vtque nihil eſt temeritati ſacratum, ſic nihil erat ab eius truculentia ſecurum. Benè; ſed dices fidem ſæpe ſæpiùs ſacramento firmari, & fœdere ſtabiliri. Profectò impij nugantur, non iurant: prout illis collubitum, fidem violant, & fœdus feriunt ad fœderis ſolùm iniuriam. Comprobans veritatem hanc Sichimitæ, qui ſumma gratitudinis iniuria, æquitatiſque offenſa Abimelechum conſalutarunt in Regem, coram Baal percuſſo fœdere: vnde accreuit idolo Berith cognomen, quaſi Deum fœderis dixeris. Verùm cùm ſuis fruſtrarentur ſpebus, deteſtari illum cœperunt: *Miſit Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichem,*

Digitized by Google

Sichem, qui cœperunt eum deteſtari. Iuxta Hebræum habetur: *Mentiti ſunt primates Sichem in Abimelech*, id eſt, iam rebelles fidem violarunt, & religionem fœderis contempſerunt.

Caietan. Adeſt opportunè Caietanus: *Rebellio ſcribitur primatum contra fidem datam regi ſuo.* Fides data, initum fœdus Principi obedire ſuadebat; at illis pro fide erat ambitio, & pro fœdere vltionis etiam libido: Vt firmum maneat, impiorum fidem infamem, numquam firmam; & ſemper eſſe ſuſpectam.

248 Expendebam diſcrimen inter Saulem, & Dauidem: ille poſtquam exercitum coëgerat contra ſalutis, honoriſque vindicem, in campum tetendit, vt hoſtem vitulentiſſimum quæſiturus; verùm qui comprehendit ſapientes in aſtutia ſua, Dauidi occaſionem præbuit opportunam, qua vitâ inimicum donans virtutem animi oſtenderet, & vltioni parcens gratiam exornaret: amici nefariè proritabant; ipſe inimicus ſeſe incautè imprudentérque offerebat; verùm Dauidis animus non nouit lucris allici, aut importunis conſiliis à propoſito dimoueri; ſed præciſa chlamydis ora inimicum admonuit, vt exinceps cautiùs ageret: admonitione ſilex illa, Saul ſcilicet, non potuit humanitatem non dilaudare, & habiturum regnum agnoſcere: & quia iam filiis deſperauerat regnum, vertit animum ad amouendum periculum: & Dauidis obſtrinxit fidem, ne in poſteros deſæuiret iniuriarum vltor, & laborum afflictionisque compenſator:

1. Reg 24. v. 21. *Nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael, iura mihi in Domino ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.* Quid tunc? Dauid ſe iuramento obſtringit; non tamen à Saule fidem expoſcit: *Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domum ſuam, & Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.* Dum tutiora petit loca, periculum ſe vereri declarat: cur ergo vt metum ſedauerit, Saulem etiam Sacramento non obſtrinxerit? Si Saul, quo pungebatur, timorem celebrato iuramento ſedauit, & ſolicitudinem ſecuritate ſopiuit, cur Dauid non confugiat ad iuramentum vti ad ſecuritatis aſylum? Quia grande inter vnum & alterum diſcrimen intercedebat: Dauid erat æquitatis cultor, virtutis ſtudioſus, fide conſpicuus; at Saul ambitionis erat vernula, & cupiditatis flamma, pro lege non ſemel vtilitatem ſecutus iam inardeſcebat odio, iam adulabatur obſequio. Ergo Dauid eius ſpreuit fidem: quia nouerat ſolùm prodeſſe ad cautelam impediendam, non ad ſecuritatem lucrandam. *Voluit* (Saul) *nunc*

Abulenſ. *obligare Dauid per iuramentum, vt hoc non faceret*, ſcribit Abulenſis q. 28. *& quia nunc ſciebat eum eſſe virum bonum, credidit quòd ſi iuraret, non contrà faceret.* Vt Saul virtutè Dauidis expertus contra datam fidem credidit nunquam facturum; ita Dauid improbitatem Saulis paſſus non exegit iuramentum: quia non credebat iuramento celebrato ſibi periculum defuturum. Verùm etſi improborum fides pro virtute iuramento obſtricta ignorauerit firmitudinem, ſi aliquando ſe vitio obſtrinxerit, ſummam affectabit firmitatem.

249 Herodes naturæ terminos libidine ſupergreſſus fratris vxorem rapuerat, eoque ſe extenderat cæcitas, vt omni verecundia in exilium miſſa ſcelus libera fronte committeret; imò impudentiſſimus oſtentaret: cúmque Ioannes Baptiſta caſtitatis vindex vocem emitteret temperantiæ fulgoribus cotuſcantem, verita Herodias, ne aliquando deterſa cæcitate Herodes reſiperet, aggreſſa eſt occaſionem omnè concinnatis fraudibus amputare. Ergo quo die deteſtandus Herodis celebrabatur natalis, cœna inſtruitur, & quidem iure nocturnum conuiuium erat, quando non luci; ſed tenebris addictus fuit hic natalis, qui filium attulit non conſpicuæ lucis; ſed tenebroſiſſimæ noctis: puella tripudiat fractis greſſibus, toto corpore diſſoluta, vt ipſa fieret deformitate formoſior, & inuerecundia placidior: virat Herodes in ſalutationis præmium quidquid collubitum puellæ, ſponte ſe daturum: à puella maternis conſiliis edocta Ioannis caput, quod fidem ſupergredi videbatur, audacter depoſcitur, & ne iuramentum ſit caſſum, ſacrilegè offertur: *Contriſtatus eſt rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes noluit eam contriſtare;* Marc. 6. v. 26. *ſed miſſo ſpeculatore præcepit afferri caput eius in diſco.* Opportunè Chryſologus ſerm. 174. *Iurat miſer, dum quidquid honeſtatis eſt, & virtutis, abiurat. Pete à me, quod vis. Quid peteret luxuria,* Chryſol. *niſi caſtitatis interitum, pudicitiæ necem, mortem ſibi ſemper contrariæ ſanctitatis.* Non ignorabat Herodes quid libido peteret; imò quia præſciebat, ſe Sacramentis obſtrinxit, & iniquam iuramento promiſſionem firmauit, ne vnquam quiuerit reſilire, dum cogitur promiſſionis inuiolatam fidem ſeruare. Quàm expromptè impletum eſt iuramentum! nondum finita erat cœna, & iam vti ſapientiſſimum libidinis ferculum occiſus inferebatur Baptiſta. Notauit Auguſtinus ſerm. 10. in nouis ſerm. *Inter laſciuias, & delicias conuiuantium temerè iuratur, & impiè, quod iuratur, impletur.* Fidem ho- Auguſt. neſtè diſtrumpendam firmitet obſeruauit, & iniurioſo religioni religionis colore iuramẽtum adimpletur, dataque fides lege renuente ſeruatur. Quã alius eſſet Herodes, ſi Ioannem cuſtodire iuraſſet? non deeſſent factitiæ cauſæ, quæ frangere fidem compellerent, quæ rumpere iuramentum cogerent; alt dum impiè iuratur, dum libidini præmium offertur, ſtat inuiolata fides, & violatur virtutum ſeries.

Seneca epiſt. 82. animum recti ac boni amatorem ſemper fidelem ait, ideóque præ magnatibus 250 illi fidendum. Ipſum audi: *Quem, inquis, deorum* Seneca. *ſponſorem accepiſti? Eum ſcilicet, qui neminem fallit, animam recti ac boni amatorem.* Profectò qui ab hominibus veluti numina coluntur, qui ob potentiam magnitudinémque vitæ ſalutiſque auxilia reputantur, ni recti ſint amatores, fidem frangunt, nobiſque imponunt. Probi hominis fides ſemper eſt tuta: quia dum veretur denigrare ſe culpis, ſtat ſemper ritè promiſſis; at ambitionis ſectator, & cupiditatis cultor, quantumuis falſa opinione habeatur diuinus, fidem rumpet: quia ſe ſolùm ſemper attendit. Iniquitati addicti tempora ſibi ſolùm attemperantes animitus ſunt fugiendi: quia cùm firmiùs ad ſpeciem promittunt, ſecuriùs fallunt.

Iſaias fidem improborum deſcribens ait: *Terra* 251 *infecta eſt ab habitatoribus ſuis, quia tranſgreſſi ſunt leges, mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum.* Iſai. 24. v. 5. Cur ſempiternum fœdus cum Deo celebratum, percuſſumque violarint, quærunt Interpretes, reſpondentque rupiſſe fidem ſuis vtilitatibus voluptatibúſque conſulentes: dum enim cæci delirantéſque putarunt à Luna, aſtriſque ſibi poſſe felicitatem aliquam promanare, ad eorum tranſierunt cultum, & affectarunt obſequium. Sic habet apud Ieremiam cap. 44 v. 17. Itaque fœdus commodis, temporalibuſque lucris aptabant, ſin minus rumpebant.

rumpebant. Tranſi modò ad Exodi 3. vbi Deus ſenticoſo rubo Moyſi apparet datam Patribus fidem liberaturus : *Deſcendi, vt liberem eum* (populum) *de manibus Ægyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam.* Moyſes ſignum petit, & virgam in ſerpentem conuerti videt : *Verſa eſt in colubrum.* S.Iſidorus in quæſt. in Exod. cap.8. Dei verbi incarnati mortem ſerpente adumbrari teſtatur : *Virga in ſerpente Chriſtus in morte.* Expende, amabo te, quàm aliter Deus, hominéſque pactum ſeruarint : Deus non ignorat mortis ſibi anguſtias, ignominiáſque, ac pœnas acerbiſſimas ſubeundas, ſi ſteterit fœderi, & Hebræos eripiat captiuitati ; & tamen vt pactum inuiolatum ſeruarit, pœnam contemnit, ſenticoſumque rubum ſuſtinet ; homo, ſi plus ſcelera promittant, fidem franget, & fœdus rumpet : *Mutauerunt ius, diſſipauerunt fœdus ſempiternum.* Ecce quam ſit improborum fides malè ſecura, vt iuſti ſemper ſtata: iuſtus quaſcumque ærumnas ſuſtinebit, ne fidem violarit, improbus ſolùm ſeruat, dum vtilem ſibi putat : *Confregerunt æternum fœdus*, inquit Oleaſter ad hunc locum, *id eſt placitum. quod Dominus pepigit cum omnibus hominibus in ſempiternum.* Deus etiam ærumnis ſuſtentatis æternam ſeruabit fidem, at homo cupiditate allectus, aut infami lucro perſuaſus rumpet, & violabit.

Exod.3.v.2.

Exod.4.v.3.

Iſidor.

Oleſt.

§. LVII.

Summa miſeria eſt, ſi cuius inflammaris odio, cogaris ſubijci iugo.

252 OMnis ſeruitus naturæ humanæ inuenitur odioſa, à mundi primordiis Eua vitam periculo expoſuit, ſi omne poſſet iugum excutere, ac nulli ſubiectionis tributum pendere ; verùm ſi ſubiectus ſuperiorem affectuosè diligat, ſeruitutis minuet laborem, cùm omnia amor leuiget, nec coacta obſequatur obedientia, dum iubentis placet perſona : *Erigite nunc animos*, aiebat Athalaricus 8.var.3. *& Deo propitio meliora ſemper optate : vt ſicut à charitate poteſtatem regiam inchoauimus, ita tranquillitatem Deo placitam ſequentibus temporibus exequamur.* Tranquillè gubernat, qui à charitate exorditur imperium, quando ſubiectos diligens illos ſtudet ſemper alleuare, vt ſubiectus etiam Principem charitate complectens nititur iuſſionibus obedire ; at ſi odium exaſperet, ſi malenolentia, diſcordiaque ſubiectorum corda poſſideat, iam & ſubiectio gehennam referet, & quidquid præcipitur, ſecum difficultatem inuincibilem afferet. Nouerat hanc veritatem optimè Ioathamus, dum, vt Sichimitæ, Abimelechuſque digno ob tot tantaque flagitia punirentur ſupplicio, alterno diſſidere deprecatus eſt odio : imprecationis efficaciam probauit euentus : nam Sichimitæ, Abimelechuſque eo ad inuicem flagrabant odio, vt quiſque alteri ſtudioſiſſimè moliretur excidium, aſſerente Scriptura : *Miſit Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech, & habitatores Sichem, qui ceperunt eum deteſtari.* Quàm miſerandi erant Sichimitæ, dum inardeſcentes odio ceruicem ſubdere cogebantur imperio : ipſa contra ius electus Princeps durior electionis extitit pœna, quando tenebantur obedire, quem conſtabat animus auerſari : dum Principem, quem ſupra ſe habent, deteſtantur, calamitatum voluminibus obruuntur. Quàm dura erant illis quæuis mandata, quàm difficilis obedientia ! Adeſt Cajetanus ad hunc locum ſic ex Hebræo legens : *Miſit Elohim ſpiritum malum inter Abimelech, & heros Sichem:* & addit, *Deus iuſtus iudex miſit vel dæmonem, qui eſt ſpiritus malus, ad efficiendam diſcordiam inter Abimelech, & Sichimitas, vel per ſpiritum malum ſignificatur malus affectus mutuus inter Abimelech, & Sichimitas.* Deus æquiſſimus iudex, dum dignis decreuit ſuppliciis atterere Sichimitas, ſubijci voluit ſuperiori, quem auerſabantur animitus, quemque præ cæteris odio proſequebantur ardentiùs.

Cajetanus.

Caſſiodor.

Hinc lucem accipit, cur Ioſephi fratres fratrem occidere poſt illa ſomnia decreuerint : vt ſuſpicati ſunt illis dominaturum, moliuntur necem, aut ſaltem venditionem : *Ecce ſomniator venit, venite occidamus eum.* Profectò magna illis commoda ex fratris dominatu vidébatur oriri : quid enim potuiſſet ambitio ſplendidius ſuſpirare, quàm regem fratrem habere ? Cur ergo inſanientes geſtiunt occidere, aut ſaltem necem venditione commutare ? Iam cauſam expreſſerat Scriptura : *Videntes fratres eius quod à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum.* Dum expendunt, quam arduum ſit odioſo ſubiici, quas attulerit fratris dignitas, renuntiant vtilitatibus, ne implacabilibus adurantur doloribus : nil enim ditius, duriuſque illis videbatur, quàm non poſſe odioſi præceptionibus refragari ; ſed ad obediendum cogi. Adeſt Chryſoſtomus homil. 61. in Gen. & apud gloſ. *Odio illum proſequebantur, & impugnare moliebantur, & quotidie ipſius cædem parturiebant.* Quia viuere ipſi non poterant, meditabantur Ioſepho cædem : nullam acerbiorem ſibi, quàm odioſo ſubijci, rati euenire poſſet calamitatem.

253

Geneſ.37. v.19.

Chryſoſt.

Miris Sanctus Lucas parabolæ coloribus hanc veritatem depinxit. Homo quidam, inquit, regnum ſibi hæreditarium accipere profectus eſt, eius conciues odio inflammati legationem inſtituerunt, illúmque in Regem accipere recuſarunt: *Cives eius oderant eum, & miſerunt legationem poſt illum dicentes : Nolumus hunc regnare ſuper nos.* Parum legatio profuit : regnum namque accepit, & iam accepto aggreditur de inimicis vlciſci : *Inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare ſuper ſe adducite huc, & interficite ante me.* Dura etſi dignâ illos damnauit ſententia : cúmque oporteret iugulandos lachrymas fundere, manus ſupplices tendere, importunas preces incrementare, ſi poſſint reuocare ſententiam, non inuenies verbum aliquod protuliſſe, aut ad commiſerationem gemitibus allectaſſe : & quidem vendi iuſſus genuflexo, & fuſis precibus veniam impetrauit, & quomodo iræ occurrendum edocuit : *Procidens ſeruus ille orabat eum dicens : Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Miſertus autem Dominus ſerui illius dimiſit eum, & debitum dimiſit ei.* Si hîc illos facili erudierat exemplo, ſi docuerat precibus obuiare ſupplicio, quomodo inſtante morte nec lachrymas opponunt, nec preces fundunt ? Quia alterum ex his duobus ſuſtinere opus erat, videlicet odioſi præceptis obſequi, aut necem ſubire. Ergo facilius reputarunt cultro ceruices offerre, quàm iugo collum ſubmittere : *Odio habentes illum*, inquit Theophylactus hîc, *noluerunt ſupra ſe regnare.* Adhuc fulgurante gladio nolûr ſubiici, qui vitaſſent ſententiam, mortémque ſi vellent; eo tamen odio adurgebantur, vt maluerint perire, quam

254

Lucæ 19. v.14.

Matth.18. v.24.

Theophyl.

quam obſequi. Legationem non inſtituerunt, vt mortem fugerent; ſed vt dominationem vitarent.

255 Cùm Scribæ Phariſæique deteſtabili odio inflammati falſos ſubornaſſent teſtes, qui Chriſti Domini innubilarent virtutem, nec vel auro propoſitum aſſequi potuiſſent, tandem veritatem per ſe ipſos ſcrutari velle, mentientes Sacramento adactum interrogarunt: tunc Chriſtus Patrem honorans veritatem protulit, additque: *Videbitis filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.* Quid tunc? Sacerdotum Princeps veluti præpilato ictus telo ingemuit. & quo vrebatur, veſtium ſciſſione dolorem manifeſtauit: *Tunc Princeps Sacerdotum ſcidit veſtimenta ſua.* Hieronymus rabie exulceratum,& furore teſtatur fuiſſe perculſum. *Pontificem, quem de ſolio Sacerdotali* (verba ſunt Hieronymi in catena) *furor excuſſerat, eadem rabies ad ſcindendum veſtes prouocat.* Profunda Hieronymi meditatio. Si ardenter anhelant inuenire mortis cauſam, cur rabie aduruntur, quando Deitatis,vt ipſi rebantur, inuaſio ſacrilegum condemnabat, & ſupplicio aditum aperiebat. Adhæc: cur Dominus non dixerit flammis tradendos; ſed filium hominis ad faſtigium regni euectum ſuis oculis inſpecturos? Fortè vt graviſſimum illis tormentum denuntiaret: quid enim durius hominibus immortali diabolicoque odio in Chriſtum furentibus, quàm cogi ad ſuſtinendum ipſum prælatum, & ad faſtigium dignitatis euectum? Vt à deteſtando ſacrilegio reprimeret, non protulit nigris flammarum vorticibus deuouendos, non pœnis inſaturabilibus deuorandos; ſed eum, quem animitus auerſabantur, dominantem cum poteſtate magna inſpecturos:quaſi intimior illos dolor exulcerarit audientes dominium, quam aliud ſuſtinentes tormentum. *Pontificem furor excuſſerat, rabies ad ſcindendum veſtes prouocat.* O quàm canina rabies illum exagitabat, cùm infenſiſſimum ſibi regnaturum audiebat! Quàm duro gladio incuntium conſilium aures referiebat, amodò ſe regnaturum prædicens! furebat namque vel ad regni vocem odium, & rabie agitabatur delirium: prudenter ergo Ioathamus cùm dignas Sichimitis exoptat pœnas, precatur ſic ab Abimelecho diſcordare, vt animitus deteſtentur; ſic ſubiici, vt parere vel inuitiſſimi compellantur.

Matth. 26. v. 64.

Hieronym.

256 Seneca epiſtola 4. aliquos ait morte redemiſſe dominorum ſtomachi iram, iræque impotentiam. Nequibant quos infenſos habebant, ſuſtinere, & elegerunt, ne tolerent, mori: *Alius ſe præcipitauit à tecto, ne dominum ſtomachantem diutiùs audiret: alius, ne reduceretur à fugâ, ferrum adegit in viſcera.* Maluerunt, quàm ſeruire odioſo, diſperire ſuſpendio: graue adeò eſt, quem abhorret animus, parere & ad præſtandum officium cogi. Et quidem maledictionis vim ipſi experti ſunt Sichimitæ: nam cum expulſo Gaal ab Abimelecho impetrare veniam potuiſſent, maluerunt vitam euidenti diſcrimini exponere, quàm ſeruire: *Sequenti die egreſſus eſt populus in campum.* Rogat Abulenſis, cur Sichimitæ impares viribus veniam ab Abimelecho non poſtularint; ſed conſerere manus decreuerint. *Quæretur*, ſcribit q. 43. *cùm vidiſſent Sichimitæ quòd non poſſent reſiſtere Abimelech, cur non petebam ab eo veniam, & pacem, cùm eſſent populus eius, & non deſtrueret vrbem: quia damnum eius erat.* Reſpondet: *Licèt Sichimitæ cognoſcerent ſe viribus impares ipſi Abimelech, & putarent etiam quòd ſi veniam peterent, concederet eam Abimelech; tamen tam graui odio eum proſequebantur, quòd præligerent mori, quàm ei ſubiici.* Nouerant mortem oppetituros,ni veniam peterent; ſi peterent, parituros eoque inflammabantur odio; vt illis durius fuerit inſeruire, quàm mori. Et quidem Abimelechus amiſit populum, dum ad maleuolentiam inſtigauit,& iniuriis exulceratos offendit.

Seneca.

Iudic. 9. v. 42.

Abulenſ.

§. LVIII.

Miſer eſt, qui ob alienum lucrum multorum ſuſtinet odium.

257 MVlta ingenio aſpera vtilitate deliniuntur, multa legi oppoſita lucri auiditate vorantur, & quamuis nullis à virtute emolumentis ſit diſcedendum exoculatior proditur temeritas, quæ vtilitate non allicitur, & detrimentis exponitur: *Qui omne bonum honeſto circumſcripſit*, aiebat Seneca epiſt. 75. *intra ſe felix eſt.* Fortuna, non inquam illa cæca ab antiquis efficta; ſed quæ animum reddit fortunatum,ſoror honeſtatis eſt; imò eodem partu edita, eiſdémque incunabulis innutrita. Qui aliud præter honeſtatem bonum iudicat, fallitur, & dum ab alieno arbitrio pendet, palpitantibus præcordiis viuit. Itaque felicitas honeſtate circumſcribitur: quidquid extra virtutis regionem iacet, bracteatum eſt, non ſolidum: maioris aut minoris infelicitatis ſortem aliquando vitiorum vernula adibit, ſed felicitati nunquam accedet. Iam ſi improbitatis infortunium aut fortunam perpendas, omnium inuenies infeliciſſimam, quæ proprio incommodo alieno ſeruit emolumento, quandoquidem eſt merum delirium omni excuſatione nudatum. Repetere poſſet de aliquibus Seneca quod melior cauſa ſcripſit accidiſſe aliis. *Perpeſſi ſunt exercitus*, aiebat epiſt. 17. *inopiam omnium rerum, vixerunt herbarum radicibus, & dictu fœdam tulerunt famem. Hæc omnia paſſi ſunt pro quo regno (quod magis mireris) alieno.* Hinc digna mulcta puniti ſunt Sichimorum magnates: partes Abimelechi adiuuerant, ad regnum extulerant, & cum alienum fuerit prorſus emolumentum, ardentiſſimum generalitatis ſubierunt odium: *Miſit Dominus ſpiritum peſſimum inter Abimelech & habitatores Sichem, qui cœperunt eum deteſtari & ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorum Ierobaal, & effuſionem ſanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem ſuum, & in cæteros Sichimorum Principes, qui eum adiuuerant.* Dum Abimelechus fraternum cruorem immaniter fundit, qua throno fulgeat, purpuram tingit; at qui ſuppetias ſceleri ferunt, purpurâ non nitent, & ſanguine fœdè madent: æquales inueniuntur omnes ad ſuſtinendum odium, cùm ſolus Abimelechus poſſideat regnum. Adeſt Abulenſis q. 37. *Quando Abimelech ſuſcepit à Sichimitis ſeptuaginta pondera argenti de templo Dei ſui ad occidendos fratres ſuos, conduxit ex eo viros vagos, & inopes; qui eum ſequebantur,& cum his fuerunt aliqui Principes Sichimitarum ſequentes eum, & contra hos cœperunt etiam odium habere cæteri Sichimitæ.* Magnates,vtpote quos dedecebat conduci, quod vagi & inopes, non receperunt aurum; ſuſtinuerunt tamen odium: vnde produntur infeliciſſimi,quandoquidem emolumentis non aucti, & maleuolentiæ ardentiſſimis flammis aduſti.

Abulenſ.

Cùm

258 Cùm parentes noſtri paradiſæis deliciis frueren-
tur, eſſetque voluptas innoxia carens ſerpentino
veneno, ad inuidiam excitatus eſt dæmon, vtque
quas cõceperat,inſidias miſerè abſolueret,ſerpen-
tis opem mutuatur, & ſerpentis facie perſonatus
inſidiosè meditata aggreditur curatoris ſpecie hu-
manitatem ſimulans,& cædem reuera parans: cõ-
miserationis obtentu Euæ accedit illam his aut ſi-
millimis verbis allocutus: Vidi,inquit,vos in tanta
bonorum affluentia bonis interdictos, & condo-
lens veni. Certè ſatius eſſet paradiſum nõ donaſſe,
quàm donato cibis interdixiſſe: eſt enim non exi-
guum ſupplicium deſiderium oſtenſi voluptatibus
inflammare, & omnino dexteram prohibere: mu-
lier ad inſidiatorem reſpondit, & dum miſcet col-
loquia,maturat ſibi pericula: denique paſſionibus
obturbata fructum decerpſit, & mortem hauſit:
cùmque Deus iudex aduentaſſet, contra ſerpen-
tem ſententiam tulit, & fore odioſum omnibus
declarauit: *Ait Dominus Deus ad ſerpentem.*
Quia feciſti hoc, maledictus & inter omnia ani-
Geneſ.3. v.14. *mantia, & beſtias terræ.* Serpens cùm nullum
ex Adami Euæque delicto perceperit commo-
dum, diabolo inſeruiuit, & eius ſtudium fouit:
diabolus ſibi commodum alienum reputauit exci-
dium; at ſerpens ſi deſipuit, vt aſtutiam obſcura-
rit, quando ob alienum lucrum generale ſubiuit
odium: ecce terram verrit non ſine dedecore pe-
dibus, vt placet Interpretibus, mulctatus, & cùm
nullam à diabolo mercedem accipere poſſet, ob-
ſequi inſipienter geſtiuit. Quàm ridebat, & irri-
debat diabolus non ſolùm hominem; ſed ſerpen-
tem! hominem, vt qui nullius momenti cupediis
ingentem adeò felicitatem amiſerit, Deique ima-
ginem conſpurcauerit: Serpentem,quia ob alienũ
lucrum ſubiuit proreptationis dedecus,& omnium
Chryſoſt. odium. *Serpens*, ſcribit apud gloſſam Chriſoſtom.
quaſi gladium quidam diabolicæ ſeruiuit malitiæ, vnde
perpetua ipſi pœna intentata eſt. Pœnam tulit,fru-
ctum non tulit: inter omnia animantia execrabi-
lis, cunctiſque odioſus habetur, & hoc totum, vt
alienæ amentiæ obſequatur: omnium patitur
odium, vt diabolus prauum aſſequeretur ſtudium.

259 Achabus obtenta de hoſtibus victoria inſolens
de recuperanda Ramoth agebat: *Dixit rex Iſrael*
3.Reg.22. v.3. *ad ſeruos ſuos? Ignoratis quod noſtra ſit Ramoth Ga-*
laad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ.
Per id temporis Ioſaphat beneuolentiæ, & officij
cauſa illum viſitaturus deſcendit: illum Achabus
rogat,an eius velit cauſam tueri? Ioſaphat, vt erat
indole ingenuus,amicitiaque & affinitate coniun-
ctus,auxilium præbere non renuit,& iam vterque
copias in campum producit. Subdolus Achabus
obſequij ſpecie ad Ioſaphat certaminis deflexit
periculum,dum regio habitu adoriri admonet bel-
lum. Syri currum cingunt, Ioſaphat inuadunt, &
quidẽ, ni clamaſſet, periiſſet: *Impetu facto pugna-*
bant contra eum: & exclamauit Ioſaphat: ſi quod
ex bello lucrum, non Ioſaphat; ſed Achabo erat
applicandum, & tamen Ioſaphat ob alienum lu-
crum multorum ſuſtinuit odium, & indaginis tulit
periculum: iure exclamauit, iure ingemuit, quan-
doquidẽ, licèt ſerò,ſe in magnam deueniſſe agno-
uit anguſtiam, & obſcuraſſe prudentiam, dum, vt
alter diuitiarum augeret copias,Syrorum ipſe ſuſti-
nebat ſagittas: *Conuenerant*, inquit Abulenſ.q.20.
Abulenſ. *vt occiderent eum, cùm eſſet belli dux: idcò clamauit*
ſe non eſſe regem Iſrael. Achabus infidelis Numini
& homini,vt ſibi indecorè conſuleret,amicum diſ-
crimini obiecit, & Ioſaphat coactus eſt ſuſtinere
aduerſariorum impetum, & Achabus amplificaret
imperium:militabat alteri,excipiebat pericula ſibi.
Plures inuenias, qui, vt amicorum inſanum appe-
titus delirium,aut temeritatis promouerant autum,
inuidioſa ſibi odia conflant, & pericula ingentiſ-
ſima creant.

Achitophel Abſalomo conſulens,eiuſque tyran- 260
nidem ſtabilire diſcupiens, conſilium dat tempori
ſatis opportunũ:verum vt cæca eſt omnis ambitio,
vtile conſilium Abſalomus abiecit,& ſibi periculũ
conciliauit:ferre non potuit Achitophel inexperti
conſiliarij præferri placitum,quod vel lippientibus
oculis apparebat reijciendum. Ergo dum agnouit
conciliaſſe ſibi Dauidis odium ob inſamientis inue-
nis lucrum, à ſe ipſo pœnas petiuit. *Porrò Achito-* 2 Reg 17.
phel videns quòd non fuiſſet factum conſilium ſuum, v.23.
ſtrauit aſinum ſuum, ſurrexitque, & abiit in domum
ſuam, & in ciuitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua
ſuſpendio interiit. Satius illi vitium eſt à ſe ipſo re-
poſcere pœnam, quam Dauidem ſequentium tu-
liſſe inuidiam:& hoc totum ſuſtinuit non proprię
vtilitatis cupidus; ſed alienæ proſperitatis ſtudio-
ſus. Ita eius nomine Ioſephus l.b.7. antiq. cap.9.
Præſtat igitur, inquit, magno animo, vt virum in-
genuum decet, è vita exire, quàm Dauidi ob filio nauata
contra eum operam excarnificandum ſe præbere.
His dictis in penitiſſimas ædes digreſſus ſeipſe ſuſ- Ioſeph.
pendit. Expendebat non ſine iniuria conſiliũ ſuum
ab omnibus fuiſſe reprobatum, ſuſtinuiſſéque, vt
alterius promoueret fortunam, totius populi con-
tumeliam: præuidebat etiam à Dauidis militibus
fore illudendum, excarnificandúmque, & maluit,
etſi cæco conſilio ſubire acerbiſſimum tormentum,
quàm pati cunctorum odium: *Seipſe ſuſpendit.* Si
propriis commodis ductus à ratione deuiaſſet, er-
rorem ſuum quodammodò coloraſſet; at dum al-
terius ſolùm vtilitatis ſtudio ſe multorum expoſuit
indignationi, cæciſſimè erauit, & extrema ma-
litia ſupplicium dignißimum tulit. Agnouit Achi-
tophel deſipuiſſe præbendo conſilium, &, vt vi-
taret probrum, elegit ſibi ſuſpendium.

§. LIX.

Magnates quamuis effugiant ſcelerum pœ-nam, vitare nequeunt infamiam.

VItium non ſolùm pœnæ inuenitur obnoxium; 261
ſed infamiæ notis reſperſum: quidquid ab
honeſtate exorbitat, famam innubilat, vtque ne-
queunt tenebræ à nocte depelli, ita ab ſcelere ne-
queunt caligines ſeparari; ea verò eſt offuſa men-
tibus humanis cæcitas, vt patuifaciat ignominiam,
ſi incutiendam fruſtrauerit pœnam; cùm tamen
reuera grauior quam ipſa pœna ſit non cæcis ob-
ſcura nota. Et quidem iure optimo ſic diſpoſitum
eſt à natura: aliter namque Magnates in omnem
ſcelerum enormitatem prolaberentur,quandoqui-
dem ſua ſe potentia tuti eludunt ſupplicia, edicta
contemnunt, & iura pro arbitrio improbitatis diſ-
ponunt. Nullus quis conuiſceratam ptauitatis vi-
tare inuidiam,nec effugere enormitatis ingloriam:
Multos fortuna liberat pœna, aiebat Stoicus ep.97.
metu neminẽ: quare? Quia infixa nobis ea rei inuerſa- Seneca.
tio eſt, quã natura dãnauit Felicitas pro virtute eſt,
& ſupplicũ fruſtratur felix temeritas, aliquid ta-
mẽ ipſo in facinore eſt,quo flagelletur conſciẽtia,
& innubiletur fama. Redeat iterum citatus Seneca:

Sceleris in scelere supplicium est.

Prima & maxima peccantium est pœna peccasse, nec vllum scelus, licèt illud fortuna exornet muneribus suis, licèt tueatur, ac vindicet, punitum est: quoniam sceleris in scelere supplicium est Non soluunt Magnates debitam sceleribus pœnam; sed dum aduersabantur rationi, nequeunt honori sui notam non inurere, iniuriamque inferre. Abimelech belluarum feritatem supergressus copiosissimo fratrum sanguine terram defœdauit, & regnum enormi scelere obtinuit: Principes, qui eius partes secuti fuerant, quique consilium iuuerant, erant etiam extra legem impunes; imò honore & dignitate fulgentes; verùm tam Abimelechus, quàm Principes apud omnes flagitij notabantur infamia, & omnium fugillabantur inuidia: *Cœperunt eum detestari, & scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobaal, & effusionem sanguinis eorum conferre in Abimelech fratrem suum, in cæteros Sichimorum Principes, qui eum adiuuerant.* Abimelechi detestanda impietas muneribus donata est, quando contecutus est regnum, quo scelere extremum luere debuisset supplicium; verùm licet ipse Principésque omni pœna essent immunes, habebantur apud omnes iure execrabiles: Vbi noster textus habet: *Et scelus interfectionis*, &c. ex Hebræo sic redditur: *Vt veniret iniuria septuaginta filiorum Ierubaal, & sanguinem illorum ponendum super Abimelech fratrem eorum, qui occidit illos, & super proceres Sichem.* Expende illud: *Vt veniret iniuria*, id est, vt ab omnibus vt iniurij & naturæ probra haberentur, despicerentúrque: *Cognito scelere suo*, scribit Hugo Cardinalis, *auctorem sceleris detestantur.* Non incurrerunt sceleris pœnam; non tamen effugerunt detestabilem infamiam.

Hebraica.

Hugo.

161 Cœlestis ille homo, sacra Angelorum æmulatio, prophetarum apex, Ioannes Baptista, inquam, cùm videret Herodem, regnámque libidinis administram contra dignitatis, & naturæ leges debacchantes, iustitiæ terminos prorsus confundentes, detorquentésque potentiæ maiestatem in propudiosissimæ libidinis occasionem, voces emittebat temperantiæ fulgore coruscantes, quibus ni aures industriè impietas obturasset, impuri illi affectus rescindi quissent: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* Vox ægram animam adurebat, & Herodes dicendi offensus libertate ad instar insanientis medicum aduersarium existimat, gladiúmque intentat: cumque natalis miseri opportuna celebritas accessisset, cum inter se Herodes, Herodiasque quid petendum foret, impio consilio decreuerint, saltatrici dat petendi optionem, fidémque sacramento confirmat: Baptistæ caput petiuit illa: illicò affertur, & mors conuiuantium epulis celebratur: sic abfuit sacrilegum adeò horrendúmque facinus à pœna, vt communi celebraretur lætitia; verùm vox post iugulũ arctiùs compressa plus clamat, & infamiam occisoris euulgat. Audi Basilium Seleucienſem orat. 18. *Abscissum quidem est caput; nec tamen Ioannis vox tacet: æternum loquetur post funera: accusatorem in te mulier armasti: neque enim cum capite vocem quoque præcidisti.* Addit satis opportunè ad thesim: *Etiam post ingulationem superstes tibi est accusator, plena criminum tuorum terra, audaciam maria ipsa mirantur, cœlum supernè cum Ioanne vociferatur: linguam vnam sustulisti; sed vice linguæ Ioannis totus est mundus, ad te accusandum creatura plena vocis est*: Rex, Reginaque legis præuaricatores legis euaserunt pœnam potentiæ priuilegio; at nullum fuit in potentia auxilium ad vitandum infamiæ probrum: ipsi criminis arbitri obmurmurabant, ipse satelles carnifex ipse eodem tempore ad præcidendum Ioannis caput impio obarmatam ferro exerebat dexteram, & ad fugillandam iubentis impudentiam vibrabat linguam. *Vice lingua Ioannis totus est mundus.* Ita profectò accidere non semel videas: audent Magnates in legem nullo træno, nullo cohibendi supplicio; at supplicij vice omnium succedunt linguæ, quibus adurítur fama, fugillaturque impudentia.

Seleucien.

Marc. 6. v. 18.

Cùm vir Dei ritè sua legatione functus domum repeteret, veternosus senex, qui se Dei prophetam mentiebatur, quique in curia habebatur prophetes eo solùm titulo, quo se prophetã iactabat, etsi anteà, vt videtur, nec futura præuideret, nec præterita prodiderit: captiosas doloque plenas in itinere prophetæ tetendit insidias, reduxit dolo, in ipsaque mensa Deo sic disponente, diuino spiritu afflatus mortem prophetæ prædicit, & qui dolotus fefellit, verus supplicium nuntiauit: carnuora bestia Sanctum strangulauit; cadauer tamen non læsit: nam qui superstes leone inferior, erat iam defunctus fortior: vulgata morte senex non timuit, vt qui apud regẽ gratiam haberet; imò libera fronte tetendit, cadauer adduxit, suoque in sepulchro locauit: *Posuit cadauer eius in sepulchro suo.* Qua viuens aluerat honorẽ fraude, & mortem nobilitare tentauit, seque iuxta cadauer veri prophetæ sepeliri iussit: *Cum mortuus fuero, sepelite me in sepulchro, in quo vir Dei sepultus est, iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profectò enim venient sermo, quem prædixit in sermone Domini.* Verebatur post mortem temporalis incendij infamiã, qui despiciebat æternam pœnam, vtque periculo lagax occurreret, cineres suos veluti confundi ac misceri voluit cum prophetæ veri cineribus; verùm etsi sudarit industria, etsi iniqua infamiæ occurrerit prouidentia, illam vitare non potuit; imò Iosias fatidicorum acerrimus ossium scrutator, dum in sepulchrum illud incideret, quem absconderet, rogauit: *Quis est titulus ille, quem video?* Cùm ibi essent plura sepulchra, quærit Lyra, cur de illo præ aliis interrogauit? Respondétque ea parte, qua iacebat dolosus, herbas frementes, pungentes spinas videri, quæ & odore sensum offenderent, & latentem malitiã proderent: Eius verba accipe: *Cùm essent ibi multa sepulchra, quæritur quare ibi Iosias specialiter quæsiuit de illo? Ad quod respondet R Salomon: Vidit ex vno latere sepulchri herbas fœtidas, & pungentes ortas, vt spinas & vrticas, & huiusmodi.* Putauit suæ consulturum famæ, si vt in vita dolo, in morte vteretur artificio; fallus tamen est: nec enim poterat sepulchrũ, quod claudebat culpam, non exhalare semper infamiam: punitus non est magnitudinis patrocinio; at herbarũ vocibus linguisque perpetuò abrodebatur vita, & fugillabatur fama. Non effugit iniustã famę notã, etsi frustrauerit pœnam.

263

3. Reg. 13. v. 30.

4 Reg. 23. v. 17.

Lyra.

Caïn naturæ humanæ probrum, quique aditum orco aperuit, eodem tempore tesseram impressam gerit, ne horrendi sceleris mulctam subeat, & eadem tessera inulti sceleris refert infamiam: *Posuit Dominus Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum.* Signum salutis arcebat periculum, non facti probrum; imò sceleris euulgabat infamiam ipsum, quod tuebatur insigne vitam. In Caïnum vtpote humanæ naturæ primogenitum Principemque quis auderet, cum pater illigaretur affectu; & posteri vti Principem veriti non auderent, quamuis pœnæ macularetur reatu? verùm etsi fugerit mulctam, nullatenus

264

Gen. 4. v. 15.

nullatenus probrosam vitare valuit infamiam : est namque infamia legitima proles peccati, & appendix semper delicti. Adest Basilius Seleucien sis

Basil. orat.4. *Trement obambula animata lex videntibus occurrens, spiritus columna auertat à pari pœna ; lex, inquam, atramenti vice trepidationis notâ conscripta, malum tacere nescium intuentibus sit hortamento.* Sugillatus incedebat ; vitâ fruens ; sed notâ non carens : nam etsi culpæ differatur sæpe sæpius supplicium, separari nequit dehonestamentum.

§. LX.

Misera Respublica, vbi electi ad æquitatis tutelam, iniquitatis promouent causam.

265 OMnis salutis spes marcescit, si laboretur ipso remedio, & auxilietur, quod opponebatur medicamentum periculo : commodius aliquando sit dolorem sustinere, quàm nociuis dispendiis, fraudulentisque medicaminibus subuenire. O quàm miserum est subsidiis premi, & propriis armis vexari ! *Non permittas*, aiebat Cassiodorus 6.var.22. *milites esse possessoribus insolentes : annonas suas sub moderatione percipiant, causis non misceantur extraneis. Pro securitate se omnium cognouit accepisse latrocinium qui se gloriatur habere armatum.* Addit 8 var.10. *Vltra omnes impietates est, necare lesos, qui sanare creditur vulneratos.* Armatus ciuium, si modum seruet, est murus ; at si Iericuntinorum ad instar ipsi muri ciues destituant, nec que tradant, erit cumulatior calamitas, auctiorque infelicitas. Ecce Sichimitæ insidias opponunt Abimelecho, quem sustinebant Principem, & experiebantur hostem : ipse namque Abimelech, qui debuisset æquitati, tranquillitatique inigilare, latrocinijs compertus est studere. Ita Hugo Cardinalis hic : *Abimelech expulsus à ciuitate exercebat latrocinia super eos.* Quàm misera erat illa Respublica, vbi palam exercebat latrocinia, qui debuisset æquitatis seruare iura. Quàm luctuolus fuit ille status, vbi qui ab inneribus remouere debuissent scandala, erant viatoribus grauiora pericula : dum quis securior incedebat, miserabilior peribat. Tostatus putat latrocinia exerceri ab ipsis militibus, quos Sichimorum ciuitas in hostem armarat, & eius meritibus oppoluerat : *Posuerunt insidias aduersus eum in summitate montium, & dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia agentes prædas de prætereuntibus.* Libere exercebant latrocinia ipsi æquitatis ministri, qui deputabantur tutelæ, & dum nullus discriminis timor Sichimitas præmunit securitatis ipse defensor prædas irremediabiliter agitiminus paterētur Sichimitæ militibus exarmati, plus exercitu patiebantur muniti : nam vigilans cautela comprimeret exterorum insolentiam ; at immodicis expensis armati ad tutelam milites libere exercebant audaciam. Qui fuerant obarmati ad salutem, dum insidiantur propriis, grauiorem foouerunt calamitatem. Adest Abulensis

Abulens. q.17. *Exercitus Sichimorum exterminium aduentum Abimelech exercebant prædas.* Addit : *Primo ad sustentatio eius vitæ : quia in expectatione illa multa expendebant.* Sichimitæ non modicis sumptibus

Cassiod.

Hugo.

elebant milites, cùm tamen milites ab ipsis Sichimitis agerent prædas latrones.

Expendebat solito acumine Chrysologus, quam 266
calamitosa fuerit Iudæorum Respublica, dum ipsi disciplinæ præsides & tutores militabant in disciplinam. Herodes vmbra rex, & veritate libidinis vernula Baptistæ eædem anhelabat ; sed vt deuitaret infamiam, colorem aliquem perquirebat : dies accidit tragœdiæ opportunus. Herodes videlicet natalitius, conuiuium parat, primosque ac tribunos Reipublicæ ad mensam vocat. *Herodes natalis sui cœnam fecit Principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* Puella saltat, & Herodes temerè iurat : in saltationis præmium Baptistæ exigitur caput, & rex quod oblectarat conuiuio, arbitros habuit infamiæ, & consultores tragœdiæ : ergo detruncatur virtus, perit castitas, triumphat impietas, præmium exposcit luxuria : nec enim non perierunt confinia mores, vbi armabantur in virtutem virtutis præsides. Accipe Chrysol.ser.174. *Herodes*, inquit, *natalis sui cœnam fecit, bene cœnam, quia non lucis ; sed tenebris natalis est hic natalis, in quo noctis filius natus est, non diei.* Subnectit : *Quid egit incauta, & caca semper impietas ? Omnes euocat potestates, vt non iam multos conuiuij sui socios, quam innumeros sibi criminis testes assumat, & tot habeat facinoris sui arbitros, quot habuit præsides disciplinæ.* Quàm vergebat ad occasum illa Respublica, quando præmiis ingrediebant saltanti, & negabatur mereti, quando quærebat crimina testes procacia, nec celabat scelera verecundia ! Quam erat criminis emporium, vbi disciplinæ præsides annuebant delicto ! Certè etsi insaniret libido, etsi effœmis muliebris desæuiret procacia, dum pro virtute virtutis starent præsides, aliqua spes effulgeret medelæ ; at dum crebris potationibus obscurantur, dum subornantur lautitijs, fomentiani pro libidine ferunt, destitutaque præsidio virtus interit, & omnis vitiorum cæterua viget.

Chrysol.

Matth.16. v.63.

Plurimis à culpa exercitatis calamitatibus He- 267
bræorum iactata fuerat Respublica ; verum inter confusos calamitatum vortices aliqua dignitatis & honoris scintilla perseuerabat : Romanorum namque togo oppressa adhuc Pontificatu gaudebat, quin ab aduersarijs Sacerdotium fuerit expunctum, aut honoris insignibus denudatum ; at dum Sacerdotum Princeps a Christo veritatem indagat, & compertam vti blasphemiam condemnat, iam Christus morti destinatur, & vitus flagitij ad instar punitur. *Princeps Sacerdotum ait illi : Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei viui.* Dicit illi Iesus : *Tu dixisti.* In compertam veritatem iudex insurgit, & Christus blasphemus audit : *Tunc Princeps Sacerdotum scidit vestimenta sua dicens : Blasphemauit.* Iam vergebat illa Respublica miserum ad occasum, quando electus ad Dei cultum, & æquitatis auxilium, erat cultus, & veritatis naufragium. Vestem Sacerdotalem scindit, quia dignitate mulctatus, debuit sordere dignitatis insignibus nudus : modico, qui fulgebat, honore denudabatur Respublica, vt vestiretur miseria, quo notum omnibus esset grauius detrimentum sustinuisse, dum veritatis præsides, dum pro æquitate iudices delitarunt ambitione, aut cupiditate corrupti, quàm dum hostium exercitus oppressserunt armati. Ita Hieronymus ad hunc locum apud D. Thomam : *Per hoc autem quod scidit vestimenta sua, ostendit Iudæos Sacerdotalem gloriam perdidisse, & vacuam sedem habere Pontificis ;*

Hieronym.

ficis : dum enim veſtem ſibi diſcidit , ipſum quo tegebatur , velamentum legis abrupit. Quem inter aduerſarios Hebræorum gens honorem conſeruauerat dignitatis , quæ Romanorum iugo oppreſſa adhuc Sacerdotali fulgebat lumine amiſit ; nam dum electus ad æquitatis tutelam promouet iniquitatis inſaniam . iam perit omnis dignitas, & luctuoſa ſuccedit pro dignitate calamitas.

268 Haſtam Saulis regalis honoris fuiſſe inſigne, tradit Abulenſis quæſtione 12. ad 1. Reg. 26. *Saul lanceam habebat in regale inſignium : ideò omni tempore habebat eam apud ſe.* Hoc ſuppoſito expende haſtam habuiſſe , cùm aduerſariorum phalangibus premebatur circumdatus & impetitus: *Saul incumbebat ſuper haſtam ſuam* , retulit Amalecites , *porrò currus & equites appropinquabant ei*: Dauidem perſecutus , vt illum transfoderit , eiaculatus eſt haſtam , idémque fuit dexteram inſigni priuare , & Dauidi vulnus molitus : *Tenebat Saul lanceam , & miſit eam putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete , & declinauit Dauid à facie eius ſecundò.* Dum haſtæ vlum adulterat, dum virgam rectitudinis ad iniquitatis miniſterium deflectit , ipſa deflexione amittit. Sibi , regnóque ſuo aduerſabatur Saul , dum inauguratus ad virtutis auxilium , virtuti moliebatur diſpendium. Quàm gens illa patebat ſtragibus , quàm deuouebatur hoſtibus , dum dignitas iniquitati ſeruiebat . & malitiæ militabat. Accipe Baſilium Seleucienſem orat. 16. *Cùm in talibus eſſet , & eadem Dauidis moliretur , dæmoni repentinum ſit ipſe domicilium , mortum perueſſiuate dæmonem ad opus vocante.* Dæmon Saulis animum nactus gubernabat , vt hinc comjcias qualis fuerit gubernationis effectus. Dæmoniacus ergo gubernator prudentiæ leges ignorabat,æquitatis decreta euertebat , violabat iura , ordinem omnem moreſque confundebat. Hinc eſt , quod peribat Sacerdotium , exulabat fides : nec mirum,quandoquidem conuerſum eſt in venenum , quod prouiſum ad antidotum.

269 Pſaltes iudices alloquens ſic aiebat : *Vſque quo iudicatis iniquitatem , & facies peccatorum ſumitis* ? Annectit : *Neſcierunt , nec intellexerunt , in tenebris ambulant : mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Stabilitas terræ concutitur , concuſſaque euertitur , dum æquitatis patroni in arcum prauum conuerſi bellum inferebant iuſtitiæ , & vim afferebant legi. Adeſt Gregorius apud Incognitum : *Plerumque nonnulli terrena præmia appetunt, & iuſtitiam defendunt , ſéque innocentes exiſtimant, & eſſe defenſores rectitudinis exultant. Quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur , à defenſione protinus iuſtitiæ ceſſatur : & tamen defenſores ſe iuſtitiæ cogitant , ſibique ſe rectos aſſerunt , qui nequaquam rectitudinem ; ſed numnos quærunt.* Omnia fundamenta terræ inſolitis motibus elocantur , dum index adſcriptus æquitati , fauet cupidini : nec enim poterant non confundi , & natiuis omnia ſedibus elocari , dum æquitatis tutela vertebatur in rapinam , & iniquitatis agebat cauſam.

§. LXI.

Itinera malè tuta , dum generalem fouent querelam, & regenti pariunt iniuriam.

Quis latronum , aiebat Caſſiodorus 6.var.21. 270
ferret audaciam,ſi longè poſitam cognoſceret diſciplinam ? Abſolutè poterat vis permiſſa graſſari , ſi conquerens tardius credereiur audiri. Longè poſita agnoſcetur diſciplina , cùm vias diſcutiet graſſatorum violentia. Erit gubernatorem generalis querela , ſi cuncta reprimendos viarum adſultus dormitantem vigilantia. Quid frequentius hominibus, quam viare ? Ipſa natura dum diuerſis diuerſa regionibus imperitat , ad viarum labores coegit : nec celebrari poſſunt commercia , ſi ſcateant latrocinijs itinera. Satis molestus eſt viandi labor , hoèt non exaſperet timor. Quod ſi tumore agitatus percellitur animus,ſi vbique timet pericula , vtilia generalitati manumittet negotia. Calluerant apprimè Sichimitæ quantum gubernatori conciliarint inuidiam hæc improuiſa in terra naufragia : ob idque , vt Abimelechum rectorem redderent cunctis odiosum , inſidias in vijs latitare fecerũt,quæ prædas agerent,& præterentes abigerent : *Poſuerunt inſidias aduerſus eum in ſummitate montium , & dum illum præſtolabatur aduentum , exercebant latrocinia agentes prædas de prætereuntibus.* Inſidiæ aduentum præſtolabantur, vt occiderent ; ſed præſtolantes prædas agebant vt obſcurarent , quid enim Abimelecho inuriosius , quàm ipſo gubernatore licere nullí viam carpere ,' nec ſecum quid , ſi viaret , deferre ? Adeſt Arias Montanus opportune : *Primum ad res nouandas conſilium ex graſſationis inſolentia arreptum fuit , vtpote qua Abimelecho offenſionem grauem , & vehementem voluntatis commutationem allatura credebatur : apertè enim illa in publicis viis , quas regia auctoritate , & reuerentia tutas eſſe oportuit , graſſatorum , ac latronum inuiſa iniuria popularem licentiam , & regis contemptionem arguere potuit.* Poſtquam omni vigilantia inierunt conſilium , vt generale contra Abimelechum conflarent odium , decreuerunt publicas vias periculis ſeminare , vt dum nulli licet viam tutè carpere , omnes contra ignauiam conentur inſurgere : tantam parit regenti iniuriam via malè tuta , & non compreſſa graſſatorum audacia. Caſſiodor. Montan.

Debbora , vt Samgar commendaret regimen, 271
ſic aiebat : *In diebus Samgar filij Anath , in diebus Iael quieuerunt Semitæ , & qui ingrediebantur per eas , ambulauerunt per calles deuios.* Antequam Samgar præeſſet populo , ſi viæ ſcatebant periculis , vt viatoribus opus fuerit anſractibus diuexari , ſi fruſtrari vellent damna , & effugere latrocinia ; at ea fuit Samgaris ſolicitudo , vt reddiderit quietas vias , dum latrones abegit territos , aut ſuſpendit punitos : *Quamuis non legatur* , ſcribit Lyra , *magnus exercitus veniſſe contra filios Iſrael ; tamen terram eorum ſubintrabant aliqui latrunculi , maximè de Philiſthæis , à quibus defendit eos Samgar.* Non minùs debuit Samgar laudibus extolli , dum itinera reddidit tuta , quàm ſi cum hoſtibus iniuerit prælia, quando Iudic. 5. v. 6. Lyra.

Dig

quandoquidem non minus ſaluti frequens latrunculus, quàm aduerſariorum exercitus; imò dum exercitus vocat in campum, armat ſolicitudinem, citat vigorem; at dum latent in viarum anfractibus occultæ inſidiæ, diſpoliant incautos, interimuntque ſecuros. Ergo Samgar quamuis copioſo aduerſariorum non conflictarit exercitu, ſummis eſt laudibus celebrandus, vt qui compreſſerit viarum adſultus.

272 Et fortaſſis Chriſtus Dominus illam ſaucij parabolam propoſuit, non ſolùm ad edocendam cum proximo miſericordiam; ſed ad illius Reipublicæ declarandam etiam miſeriam, quando ſub eis tunc miniſtris gubernabatur, qui vel frequentiſſimam viam inſidiis non purgarent, nec periculis redimerent: *Homo quidam*, inquit, *deſcendebat ab Ieruſalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam diſpolianerunt eum, & plagis impoſitis abierunt ſemiuino relicto.* Noc hic accidit caſus in deſertorum latebris, in præruptis montium receſſibus; ſed in triſtiſſima ac frequentiſſima via, nempe inter curiam & Iericho. Quàm inſolens graſſabatur audacia, quàm effrænis inſolentia, dum ipſo in curiæ aditu auferebatur aurum, & reluctanti adigebatur violentum ferrum! publica iacuit via ferè interemptus, & diſpoliatus ad præſidentium dedecus, quandoquidem probabantur ignaui, qui adeò proximis non occurrerunt periculis, nec reſtiterunt violentiis. Si quæ alia delicta grauem celeremque vltionem exigunt, ea ſunt quæ viis contigerunt publicis: nam ſi principali auctoritate omnibus non patet ſecuritas, vniuerſos luctuoſa premet calamitas: *Iſtius hominis*, aiebat Chryſoſtomus apud D. Thomam, *miſerandus eſt caſus, qui inermis ac deſtitutus in latrones incideris, quique improuidus, incautuſque eam viam elegerit, qua euadere prædonum manus nequiuerit.* Inermis, incautuſque incedebat, vt qui frequentiſſima via nullum vereretur damnum; imò nec ſuſpicaretur periculum; ea tamen erat illius temporis miſeria, vt liberè graſſaretur improbitas, & deſæuiret rapacitas.

Luc. 10. v. 30.

Chryſoſt.

273 Pſaltes Solis aſtrorum præfidis, & quodammodo mundi rectoris, vt deprædicarit gloriam, teſtatur eius luce ſecuriſſimas eſſe vias: dum ſol faſtigium non occupat, ſyluarum feræ viatoribus inſidiantur, nec via vlla fas eſt, ſine periculo incedere, aut diſpendio peragrare; at exoriente ſole tutò quiſque poteſt viare: quia omnem feritatem conſtat recedere: *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ: catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant a Deo eſcam ſibi. Ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur: exibit homo ad opus ſuum.* Itinera ſcandalis vacare, carere periculis ſumptuoſius eſt ſolis elogium, vt male tuta & periculis plena tenebrarum ſunt vituperium. Opportunè Incognitus ad hunc locum: *Hic oſtenditur quomodò lucis claritas eſt aſſecuratiua: quia ſcilicet ad ortum lucis ſolaris fera in cubilibus ſuis congregantur, qua de nocte vagando querunt pradam: ideò ſecurius eſt hominem de die ambulare, quàm de nocte.* Solis claritas eſt viandi ſecuritas, & de viarum ſecuritate eius commodatur ſplendor: eſſet enim ſoli indignum, ſi eo iam dignitatis apicem occupante feræ non vererentur viantibus inſidiari, ſi leones incautum audeant diripere: viarum ſecuritas eſt generalis commoditas: dum ergo homo ſecurè ad opus ſuum exit, & Sol claret.

Pſal. 103. v. 20.

Incognit.

R. P. Nauarra in Iudices Tom. II.

Chriſtus Dominus optimi regiminis norma fluctus ſecat, transfretat maria, vt ad Geraſenorum plagam perueniat, & cùm aliàs offerri ſibi dæmoniacos expectari; hîc greſſum accelerat, vt dæmones d gnis ſuppliciis torqueat, duriúſque premat: *Cùm veniſſet transfretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmona de monumentis exeuntes ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam.* Curæ fuit Domino viarum ſcandala tollere, & auctores durè punire: dum enim viæ liberè non patent, ceſſant commercia, exulat iuſtitia, & periculum ſemper eſt regentium nota. *Quia nullus eos afferre audebat ad Chriſtum propter ſæuitiam horum dæmoniacorum*, ſcribit Chryſoſtomus apud D. Thomam, *Chriſtus ad eos vadit: quæ quidem eorum ſæuitia deſignatur, cùm ſubdit ur: ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam: ſed quia alios prohibebant pertranſire, obſtruentem viam inuenerunt: etenim flagellabantur inuiſibiliter, intolerabilia patientes ex Chriſti præſentia.* Chriſti prætientia graſſatores torſit, & liberum omnibus tranſitum fecit, dignumque Domini ſtudium fuit ſæuitiam cohibere, & viam periculis liberare. Vt iudices, ſuperioreſque etudias, omni ſolicitudine incumbendum eſſe in itineribus, viiſque expediendis, & graſſatorum audacia, rapinaque liberandis, maria tranat, & æquor ſecat: & quidem ſi omnes præpediuntur timore, nunquam viam arripient ſine anxietate.

March 8. v. 28.

Chryſoſt.

274

§. LXII.

Non eſt calamitatis remedium vitiis accedere, ſed diſtare.

275 VItia ſemper inueniuntur contagiis, & quidem ardentiſſimis infecta: peſtiferum exhalant habitum, quo & approximantis mentem obtenebrant, & corpus inflammant: vt ſtulti eſt peſte laboranti accedere; ſic prouidi eſt fugere: quo ſaluti non ſolùm animi; ſed corporis conſulens à vitiis longiùs receſſerit, ſuam commendabit prudentiam, vt acceſſu prodet inſaniam: *Serpunt vitia*, aiebat Seneca lib. de tranquil. cap. 7. *& in proximum quemque tranſiliunt; & contactu nocent.* Itaque vt in peſtilentia cauendum eſt, ne corruptis iam corporibus, & morbo flagrantibus aſſideamus: quia pericula traherem, afflatuque ipſo laborabimus: ità in amicorum legendis ingeniis dabimus operam, vt quam minimè inquinatos aſſumamus. Addit: *Initium morbi eſt agris ſana miſcere.* Verum dixit, vitia namque mortifero nocent contactu; adeò tamen inſipientium iuſinitus eſt numerus, vt vnde debuiſſent ſtudioſiùs recedere, geſtiuerint inuolare. Sichimitæ grauiſſimis periculis afflictabantur, cúmque ad fruſtrandam calamitatem oporteret pernici volatu à vitiis aufugere, adeò amentes deſipuerunt, vt idoli ſui adiuerint fanum: *Quod cùm audiſſent, qui habitabant in turre Sichimorum, ingreſſi ſunt fanum Dei ſui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant.* Quid tunc? In fano ardentiſſimas tulerunt flammas, dum properant ad eludendas miſerias: *Factum eſt vt fumo & igne mille homines necarentur.* Qui in Thebes

Seneca.

Digitized by Google

turre à Berith fano diſtantiores non ſolùm eluſerunt periculum ; ſed vicerunt aduerſarium ; at qui fanum adierunt vt calamitatis refugium ſibi maturauerunt incendium : dum idolo approximant, dolorem ſibi incrementant, quandoquidem calamitatis remedium non eſt errori proximiùs accedere ; ſed diſtare. *Confidebant*, ſcribit Abulenſis q. 47. *ibi poſſe meliùs conſeruari, vbi fœdus cum eo pepigerant, ideſt in fano.* Quàm deliirabant, cùm ipſum naufragium exiſtimauere portum, & relinquentes portum, exambierunt naufragium!

Abulenſ.

Saul nimio timore perterritus anxiè ſtudet ſibi conſulere, ad idque magam ſolicitè quærere: *Mutauit habitum ſuum, veſtiturúſque eſt aliis veſtimentis,* 1. Reg. 28. v. 1. *& abijt ipſe & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: Diuina mihi in Pythone.* Hic non inuenit afflictioni ſolatium ; imò nouum afflictionis crementum : nam, vt Tertulliano placet, dæmon Samuelis perſonam induens infauſtiſſima prænuntiauit, & miſeram mortem prædixit : *Dabit Dominus etiam Iſrael tecum in manus Philiſtiim.* Antè arctabatur ſuſpicionibus, modò omni caret robore in terram corruens, & prorſus languens : *Statim Saul cecidit porrectus in terram : extimuerat enim verba Samuelis : & robur non erat in eo.* Pythoniſſæ acceſſit, magam conſuluit ſperans opportunum auxilium ; ſed ſibi maturauit mortis tormentum : *Credo quia mendacio poſſunt : nec enim Pythonico tunc ſpiritui minus licuit animam Samuelis effingere poſt Deum mortuos conſulente Saule,* aiebat Tertullianus lib. de Anima cap. 57. Additque poſt pauca : *Dubitauit ſi fortè tunc prophetam ſe Dei aſſeuerare* (de dæmone per Pythoniſſam aſcito loquitur) *& vtique Sauli, in quo iam ipſe morabatur : ne putes alium fuiſſe qui phantaſma adminiſtrabat, alium qui commendabat ; ſed eumdem ſpiritum & in pſeudoprophetide, & in apoſtata facilè mentiri, quod fecerat credi, per quem Saulis theſaurus illic erat, vbi & cor ipſius : vbi ſcilicet Deus non erat : & ideò per quem vſurum ſe credidit, vidit.* Per quem ſe viſurum credidit, vidit ; ſed contrarium votis ; ſed oppoſitum deſideriis. Certè nimio timore obturbata prudentia de mentis arce præcipitabatur, quando vt ſuccurreret calamitati, conſulturus acceſſit dæmoni. Ecce vidit ; ſed grauiorem ſibi imminere calamitatem, per quem fore putabat leuandam, aut ſaltem deliniendam. Acceſſit vbi Deus non erat : ergo confractæ metu vires per magam non reficiuntur ; ſed miſerabiliùs eneruantur : acceſſit timidus, & corruit nimio pauore perterritus : nec enim poterat congruum afflictioni inuenire remedium vbi ad quærendum remedium, magiæ perpetrabatur delictum. Quiſquis calamitati ſubuenire exoptat, quantocyùs virtuti accedat : eſt enim virtus anxietatis exilium, vitæ tutamentum, & veræ proſperitatis illicium.

Tertullian.

276

Iſraëlitæ in arcto poſiti de remedio cogitarunt : alij ſe in antris ac petrarum cauernis condiderunt, alij ſtationem deſerentes turbidas Iordanis vndas tranſuadarunt : *Cùm vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos (afflictus enim erat populus) abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis : Hebræi autem tranſierunt Iordanem in terram Gad & Galaal.* Non multò poſt Ionathæ eiuſque armigero per montium inacceſſa reptantibus hoſtes inſultabant, de cauerniſque in quibus abſconditi fuerant, egreſſis irridebant : *En Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abſconditi fuerant.* Irriſi in hoſtes irruerunt, & ingenti Philiſtinorum plaga triumpharunt. D. Gregorius acutè, vt moraliter notauit cauernis latitantes vocari Iſraëlitas, Iordanem verò tranantes Hebræos, additque hoſtes ab Hebræis non victos, ab Iſraëlitis verò ſuperatos. *In arcto quidem ſumus,* inquit, *quando ab immundis ſpiritibus intus tentamur, & foris malorum hominum exempla conſpicimus. Contra internam ergo malorum ſpirituum tentationem benedictum eſt : Afflictus eſt populus ; & contra exteriora exempla impiorum hominum : Abſconderunt ſe : quia blanda & læta nobis appetenda callidus aduerſarius ſuggerit, qui nunquam meliùs vincitur, quàm ſi tentati ad deuota orationis lamenta curramus.* Stationem deſerere non eſt afflictionis medela ; ſed noua cauſa. Ergo Hebræi dum ſe Iordanis vndis, hoc eſt ſæculi voluptatibus committunt, nequeunt vincere ; ſed naufragari : atqui ad petræ ſolliditatem confugiunt, qui malunt reptare, quàm ſe infidis, cœnoſiſque vndis committere, irriſionis præmium tulerunt de hoſtibus triumphum. Redeat iterum Gregorius : *Dum Sancti viri amatores mundi in flore tranſeuntis lætitiæ viuere refugiunt, dum corporeos ſenſus ſuos ab eorum imitatione abſcondunt, eorum quæ cernitur, non eſt fuga, ſed glorioſa victoria : actus quidem terrenos fugiunt ; ſed cœleſtes aſſequuntur : mundo deliteſcere videntur, ſed cœleſti gloriæ reuelantur. Fugiendo igitur nexia hoſtes ſuos validius inſequuntur, & valde nobiliùs triumphant, cùm ſic ad cœleſtia properant.* Qui vt hoſtis euaderent metum, vndis ſæculis ſe dederunt, caruerunt triumpho ; imò dehoneſtati ſunt fugæ probro ; at qui petræ quæſiuerunt refugium, glorioſiſſimè ſubegerunt inimicum, ditiſſimis exundarunt triumphis, & celebrati reſplenduerunt elogiis : vt nouerimus anxietati, arctationique remedium petendum eſſe à virtute, non à ſæculi vanitate.

1. Reg. 13. v. 6.

1. Reg. 14. v. 11.

Gregor.

277

Miraberis populi Hebræorum ſtultitiam, ſi perpendas vera miſeria impendenti ad ſpeciem dubiæque occurriſſe calamitati. Miſerat Moyſes vti prudentiſſimus ſagaces exploratores, qui hoſtium odorarentur ingenium, qualique præſidio munirentur, inſpicerent ciuitates : perrexerunt illi ; ſed neſcio quibus vaniſſimis ſuſpicionibus deterriti contra ipſam oculorum euidentiam infamauere tellurem : *Terra, quam luſtrauimus, deuorat habitatores ſuos : populus quem aſpeximus, procera ſtatura eſt. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere gigantéo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.* Plebs, vt coniectauit periculũ, decreuit terga vertere, & iterum Ægyptum adire : *Conſtituamus nobis ducem, & reuertamur in Ægyptum.* Cœleſtem ducem lucida nube viam demonſtrantem reſpuunt, & ſuſpirant Ægyptum ; cùm tamen Ægyptus ſit tenebrarum regio, fraudum officina, caræ voluptatis emporium, & veræ religionis exilium. Ratio ſuadebat duci, cuius validam manum iam fuerant experti in Ægyptiorum excidio, firmiùs adhærere, eiuſque opem obnixius poſtulare ; eo tamen erroris obcœcantur delirio, vt indubiis cladibus dubiis ſatagant occurrere ſuſpicionibus. Nilus abſorbebat infantes, feralis Pharaonis truculentia tradebat morti maiores, & grauiori plaga leuiori medicinam procurant, mortemque adeunt, vt mortis metum diffugiant : *Conſidera qualiter peccatum in malum proficiat,* inquit hîc Oleaſter ad mores, *vt tandem Deo ſubijci renuat, & malit ſuper ſe impium habere hominem.* Ecce populus delirans inde expetit calamitatis medicinam, vnde augere conſtat miſeriam. Certè

Numer. 13. v. 34.

Numer. 14. v. 4.

Oleaſt.

hanc

hanc Hebræorum inſaniam plures patimur: ob noſtra delicta ſæpè paupertatis diuexamur æruminis, & ad paupertatem ſubleuandam noua excogitamus delicta: deliciis morbus contractus eſt, & ad depellendum morbum animumque ſubleuandum, noxias recurrimus ad delicias, adeóque cæcutimus, vt dum naufragium putamus portum, venenum antidotum, infirmitatis fomentum ſalutis auxilium, proficiamus in peius, & vires addamus infortunio. Non eſt improbitatem repetere, offenſam iterare calamitatis delinimentum, ſed vrgentius, grauiuſque periculum: Ægypto accedere non erat declinare pericula; ſed concitare naufragia: & adeò deſipiunt homines, vt certis naufragiis vmbratili latagant ſubuenire periculo. Prodigus, qui antequam adhæret primario, experiebatur inediam; duriorem adhæreſcens famem experitur; at dum in ſe reuerſus confugit ad patrem, famem depellit, nuditatem fugit, & periculum euadit: *Adhæſit vni ciuium regionis illius:* in primario dæmonem adumbrari teſtatur Chryſologus ſerm. 5. *Adhærebat primario regionis illius, à quo mittebatur in iſtud ſaculum, vt paſceret porcos, id eſt, dæmones.* Nequibat adaucta cauſa debilitari infelicitatis effectus; ſed augeri famis morſus; & tamen adhærebat tenaciùs vitio, vt obuiauerit detrimento.

Luce 15. v. 15.

Chryſoſt.

§. LXIII.

Ardens aggerandi diuitias ſtudium non indubium eſſe ſolet diſpendium.

278 Epicur.

Vtùs, aiebat Epicurus, *paraſſe diuitias non finis miſeriarum fuit; ſed mutatio.* Sapienter dixit: nam vt non nunquam ipſo in portu ſuſtinetur naufragium, ita ipſis in diuitiis accidit diuitiarum diſpendium: dum cæco impetu quæruntur, dum improba auiditate procurantur, fugiunt, dum cogitatur de incremento, & vſus amittitur, & cumulus diſſipatur. Malè partæ diuitiæ periculum afferunt poſſeſſori. Nimis habet, qui mutauit animum: quod ſat eſt, timorem excludit: quia naturæ ſolum ſeruit. Diſpicienda eſt, qualis ſit diuitiarum ſolicitudo: ne ſibi ipſi aduerſetur cupiditas, & impingat in miſeram, inhoneſtamque paupertatem, dum inardeſcit auidiùs, & ſitit ardentiùs. Qui Abimelechi partes adiuuerant, diuitias ſibi adaugendas promittebant; verùm dum contra fas iuſque incrementandis facultatibus inhiant, amittunt poſſeſſas, nec acquirunt concupitas. Sichimitæ, vt quod in Principes Abimelechi fautores conceperant, odium oſtenderent, illorum vineas demoliuntur, fructibus ſpoliantes, & poſſeſſionibus excludentes: *Egreſſi ſunt in agros vaſtantes vineas, vuaſque calcantes.* Abulenſis q. 38. ſic habet: *Erant aliqui Sichimitæ, qui fouebant partes Abimelech, ſcilicet illi Principes, qui adiuuerant eum in occiſione fratrum ſuorum. & erant extra vrbem cum illo: nam illos cæperant etiam deteſtari cæteri Sichimitæ, & transferre in eos crimen occiſionis ſeptuaginta filiorum Gedeonis, vt patet ſuprà, & iſtorum vineas nunc vaſtauerunt, & calcauerunt vuas.* Se potenti adiunxerant, vt creſcerent, vt eius patrocinio freti rapinas agerent; verùm facultatibus denudantur, & poſſeſſionibus excluduntur: quia digna cupiditatis fuit mulcta vaſtata & impedita vindemia.

Abulenſ.

Iſraëlitæ operibus luti & laterum atteruntur, & ſupra modum vexantur: menſuram laterum eorum vires ſupergreſſam coguntur pendere; & quotidie elaborare: *Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus.* Rabbini vt ſemper ineptiis illuduntur, delirique illudunt, vnde ea laterum menſura fuerit Hebræis decreta perquirentes, aſſerunt Pharaonem aſtu verſutiſſimo promiſiſſe quamdam ſummam pro quouis latere, ſiue Ægyptij ſiue Hebræi illum effingerent; tuncque Hebræos nimia pecuniæ cupiditate ingentem laterum ſummam confeciſſe, eamque, quam cupiditas effinxerat, eis fuiſſe extinctam impoſitam & decretam. Audi Abulenſem q. 5. *Hebræi dicunt quòd iſta menſura fraudulenter impoſita eſt, ſcilicet quod rex Ægypti volens ſcire, quantum numerum laterum quotidie Hebræi facere poſſent, mandauit quod omnes in regno ſuo lateres facerent, ſiue Hebræi, ſiue Ægyptij, & quod pro quolibet latere, aut pro certo numero laterum certum pretium daretur. Tunc omnes Hebræi ardenti animo fecerunt lateres, & mandauit rex eadem die numerari quantum quilibet de Hebræis feciſſet, & tantam ſummam poſtea cuilibet ad quemlibet diem imponebat.* Adaptemus eorum commenta mortalitati, quando de ipſa veritate non ſemel ſunt deliramenta conſtructa, & arma contra veritatem elaborata. Igitur aſtutiſſimus, verſutuſque rex, quantas quiſque haberet vires ad laborandum à cupiditate voluit ſciſcitari, & à nummis noſcere: prodit namque ſæpè cupiditas vires, quas occulebat induſtria, aut diſſimulabat fallacia: nam qui ſe fractis viribus aſſererent, ni vires nummus inſpiret, integras robuſtaſque efferunt, vbi adeſt lucrum, pecuniarumque emolumentum. Benè ſed noſtræ theſi adaptemus: Ecce Hebræi, dum cæca cupiditate inardeſcunt, ſe laboribus deuouent importunis, & imprudenter laborioſis ſe dedicauere miſeriis: quia plus cupiunt, plus ingemiſcunt, & pro cupiditatis modo calamitatis eſt labor, pluſque ingemunt ſerui, dum probantur ambitioſi.

Exod. 1. v. 11.

279

Sapiens impiorum ſpoliis refert iuſtos diuitatos, & illorum auro ſplendidos: *Iuſti tulerunt ſpolia impiorum.* Alludit ad Ægyptiorum naufragium. Iam abierant poſt ferè trimeſtria prodigia Iſraëlitæ, cùm Ægyptij, vt ſequentes diſpoliarent, illorúmque ſibi diuitias diuiderent, medium ſecant æquoris, & tumidos non verentur vortices maris. *Dixit inimicus: Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, impletur anima mea.* Hoc erat illorum votum, adeóque infelices fuerunt, vt verum ſuſtinuerint naufragium, nec lucrati ſint deſiderium: caſſam cupiditatem vera pœna ſecuta eſt, dumque cæco ardore agglomerare geſtiunt diuitias, amiſerunt poſſeſſa, & ſuſtinuerunt naufragia: dum iuſti diuitiis non inhiant; ſed ad promiſſionis terram feſtinis greſſibus properant, ſpoliis diteſcunt. Vittus ſortita eſt, quod fugiebat: cupiditas amiſit, quod ſuſpirabat. Improbum acquirendi diuitias ſtudium dignum fuit diuitiarum venenum, & vnde præſumebat Ægyptus ſummam adaugere, inuentus eſt amiſiſſe, vt conſtet cæcam cupiditatem ſæpiſſimè ſibi aduerſari, nuditateque premi. *Videndum eſt*, aiebat Sello in allegor. Tilman. ad ſap. 10. *quomodò iuſti ſine culpa tulerunt ſpolia impiorum.* Annuit Oleaſt. ad Exod. 15. *Multa ſibi promittunt mali, quæ non ſuccedunt ad vota:*

280 Sapient. 10. v. 19.

Exod. 15. v. 9.

Sello.

Oleaſt.

Digitized by Google

quin potiùs in malum eorum vertuntur. Aggerandi diuitias vota, diuitias amittendi extiterunt causa, vt noueris non semel paupertatem à cupidine nasci, & diuitiarum orbitatem à diuitiarum ambitu gigni.

281 Nabuchodonosor ea diuitiarum cupiditate flagrabat, vt arborem sui ænigma intuitus omnium in ea escam viderit, testante ipso: *Fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea.* Dan. 4. v. 9. Sic omnes ab illa arbore depauperati inueniebantur, vt ex ea enim sibi relictum fuerat: quia arbor quam omnium escam subripiebat, fructum putabat. Hoc eodem tempore cum fructu amisit folia, & cum foliis dispoliatur est etiam ramorum brachiis, vt quas extenderat ad rapinas, cum ipsis rapinis amitteret palmas: *Præcidite ramos eius, excutite folia eius, & dispergite fructus eius.* In fructu agnoscit Theodoretus orat. 4. quas iniustè agglomerarat diuitias: *Fructum tributum, quod vndique ei afferebatur: idcirco multum fructum; non autem pulchrum dixit: nec enim iustè impositum erat.* Theodoret. Non folia acquisierat, non sibi interuierat ramos; sed eos aggregatis iniustè ornauerat fructibus. Ergo dum vndique colligere ambitiosissimè gestit, & fructum, & folia, & ramos amittit; vt digna puniatur pœna propriis carens, & aggregatis non fruens.

282 Mirè hoc apud Iobum explicatum inuenies: agens de diuite plus cupiditate quàm sensu; qui diuitias lege contempta, iure violato, inualido oppresso, vt plures exhauriret, non comedebat; sed deuorabat: testatur illas enomitorum: *Diuitias, quas deuoranit, euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.* Iob. 20. v. 15. Vomitus similitudine cupiditatis pœnam expressit: nam vt qui saporatis cibis noxium miscuit, & ad stomachum transtulit, nauseæ acrimonia cum noxio & dulces solet reddere, & vomitu amittere; ita cupidis videas accidisse: eorum oculi non satiantur, nec manus vnquam implentur, & quæ possidebant licitè, solent euomere, dum illicitè inueniuntur discupere: circitores à raptore rapiunt, iudicis premit sententia, & soluitur diuitiarum ambitus ipsarum diuitiarum iactura. Innuit S. Thomas in Iob. 20. lect. 2. *Diuitias, quas deuoranit, id est, rapaciter acquisiuit, euomet, id est, cum abominatione perdet, & de ventre eius, id est, de eius dominio extrahet eas Deus: quia scilicet diuino iudicio per quandam violentiam ei auferentur: nec solum bona quæ habet, ei vertentur in malum; sed etiam ab inimicis mala patietur.* Illud preme: *Bona, quæ habuit, vertentur in malum.* Quasi dicat: Iniustè deuorata per vomitum secum trahens iustè possessa, & rationabiliter acquisita: dum enim stomachus nauseæ concussionibus commouetur, quidquid habuit, eiaculatur: vnde qui salubri cibo contentus salubria retinet, alienorum appetitor, & salubria cum noxiis mittit, & perdit. Hinc disce, vt ipsi cupiditati adulerit, illam frænare, ac rationis legi subiicere: alioquin dum auidiùs inhiaueris alienis, citiùs priuaberis propriis.

§. LXIV.

Etsi amarum, aliquod solatium est diuitiarum sustinere iacturam, ne acceperit hostis prædam.

283 PRudentia est, vt hostili aliquando occurras studio, anticipare tibi vtile detrimentum: lucri habetur loco, quod amittitur, si hostili cupiditati subtrahitur. Minuuntur incommoda maiorum comparatione, & aliquando amputatur membrum, vt totius corporis prouidenter emittetur excidium. Manus sibi iniecit Cato, ne in hostium potestatem deueniret, honestius ducens mortem oppetere, quàm vitam aduersariorum gloriæ protelare. *Habere cœpit consilium*, scribit Seneca epist. 70. de Druso Libone, *vtrùm conscisceret sibi mortem, an expectaret. Cui Scribonia: quid te, inquit, delectat alienum negotium agere? Non persuasit: manus sibi attulit, nec sine causa: nam post diem tertium aut quartum inimici moriturus arbitrio, si viuit, alienum negotium agit.* Seneca. Nulli licet sibi afferre violentas manus, vt iratæ fortunæ vitarit vultus; pro solatio tamen, etsi amaro, ne hosti accreuerit triumpho gaudium, habuit Druso alcisci ex se excidium. Verùm etsi nulli liceat sibi inferre mortem, plures ad amarum hoc recurrisse constat solatium: alij diuitiarum procurauere iacturam, ne acciperet hostis prædam dolebat ingenti partas labore diuitias fluctibus committere; sed grauiùs animum exulcerabat hostem illas possidere. Hoc sibi amarum solatium quæsierunt Sichimitæ vineas deuastantes, fructusque perdentes: *Egressi sunt in agros vastantes vineas, vuasque calcantes.* Acer metus non sinebat vacare vindemiis: ergo maluerunt, vuas perdere, quàm hosti prædam relinquere. Adest Hugo Cardinalis ad hunc locum: *Vuas calcantes, ad terram sub pedibus conculcantes, ne eas posset habere Abimelech, qui expulsus à ciuitate exercebat latrocinia super eos.* Hugo. Abimelechus, qui debuisset iustitiam tueri, satagebat deprædari: ergo ne adaugeretur raptis, maluerunt solicitare iacturam, quàm hostilem diuitare insolentiam.

284 Ionas Tharsum petiturus nauim inscendit; verùm vt maris est fides infida, citò tranquillitas horridam in tempestatem transiuit: iam compugnantium ventorum violento verberatum flatu mare, iam soliciti gurgites ad instar præruptorum montium cauis voluminibus littora impetentes per momenta minabantur naufragium: insaniebat vndequaque procella, horrendum sibilabant funes, & disrupta vela secum trahebant antennas: denique nauigantes timore ventorum, mari quæ possidebant, committunt: *Timuerunt nauta, & clamauerunt viri ad Deum suum, & miserunt vasa quæ erant in naui, in mare.* Ionæ 1. v. 4. Zeno Veronensis hac in naui synagogam putat expressam, contra quam venti hoc est varij reges coniurati in pugnam descenderunt, & afflictarunt. Zenonem audi: *Venti sæuientes diuersi sunt reges, qui Iudæam lugubri clangore tubarum, armorumque fragore terribili, instantibus vndique præliorum procellis miserabiliter per totum orbem dispersere terrarum.* Zeno. Vbi ventis impetiti, hoc est, regum armis, copiisque oppressi

oppreſſi agnouerunt in hoſtium poteſtatem facultates deuenturas, maluerunt illas fluctibus committere, quam ſeruare. Aliquale exiſtimabant ſolatium vasa vindis ſepelire, ne ventos, hoc eſt aduerſarios contingeret poſſidere: elegerunt perdere vti calamitatis ſolatium, ne aduerſariorum tranſirent, quæ poſſidebant, ſpolium. O qualis erat procella, quando diuitiarum naufragium calamitatis exiſtimabatur remedium.

285 Iuſſus Saül Amalecitas extinguere, eorúmque memoriam delere, cùm facilè victor demoliri omnia potuiſſet, Agag ſeruauit non compaſſionis conſilio; ſed cupiditatis aduſtus flammis: 1.Reg.15. v. 9. *Pepercit Saül, & populus Agag.* Quærunt Patres, cur Agagum ſeruarit viuum contra Domini præceptum: reſpondéntque Agag hoſtibus iam tradendum aurum teſtuſ mandaſſe, maluiſſeque, ne inimicum feliciteret diuitiis, nunquam illuſtrandis mandate tenebris. Ergo Saül viuum reliquit, vt diuitiarum notitiam pœnis extorqueret, Lyra. ac prodere occulta cogeret. Ita Lyra: *Saul cupiditate ductus ſperabat habere de eo magnam redemptionem, vel per eum occultati theſauri reuelationem.* Theſaurum, ne in hoſtium poteſtatem venire, occuluit, ſe hoſtibus tradidit: ſunt namque plures ſe minoris, & pluris aurũ æſtimantes: Agag calamitatis ſolatium reputauit theſauros perdere, ne valeret hoſtis ſubripere.

286 Pharao truculentiſſima bellua, vt animaduertit naturam Deo obſequentem numeroſiſſimam Iſraëlitarum ſobolem regerere, generis abſcindere amplificationem aggreditur cum nulla humanitate pueros recens natos fluentis condemnans: Exod. 1. v. 22. *Præcepit Pharao omni populo ſuo dicens: Quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen proicite: quidquid fœmini reſeruate.* Res erat commiſeratione digniſſima: regis edictum naturam velut obſidione concludens religioſiſſimè obſeruabatur, & ne indigneretur maieſtas, ſine caula aquis ſuffocabatur puſillitas. Ratio ab infantum inquiſitione auertebat; ſed adulatio, & ambitioſum placendi ſtudium vbique ſpectatores, parturimque indagatores multiplicabat, & in recens natos ſeuiebat: lex ſeruabatur, & natura mulctabatur, fluuiuſque partum inſidiis excupiebat: hac tam calamitoſa tempeſtate natus eſt Moyſes gratiarum manibus factus, & totus ad venuſtatis prodigium editus, dumque paternus amor nouis pulchritudinis ſtimulis inflammatur, edictum caleeat, & Exod.2.v.2. puerum aſſeruare determinat: *Videns eum elegantem, abſcondit tribus menſibus*: verum cum iam ipſe infans periculi inſcius vagitu validiore ſe prodèret, patres maluerunt fluctibus tradere, quàm in hoſtium manibus ingenti dolore aſpicere: *Expoſuit eum in carecto ripæ fluminis.* Quam erat luctuoſa calamitas, vbi parentes doloris ſolabantur vehementiam filium ſibi dilectiſſimum tradentes naufragio, ne in circitorum poteſtatem deuenìens gaudium aleret inimico. Opportunè Philo. Philo de vita Moſis: *Deploratum puerum exponunt in ripâ fluminis, atque ita gementes diſcedunt, miſeramque ſuam neceſſitatem, qua expreſſum ſit infanticidium ſily, tum pueri necem iniquam & miſerabilem.* Luctu ingentiſſimo diſcedebant conferti; ad eam ſe deplorabant deuenìſſe miſeriam, vt doloris arbitrarentur ſolatium ſi in crudeliſſimis ac truculentiſſimis hoſtium manibus inſeceptum viderent, fluentis puerum committerent: pueri enim deplorabant; ſed hoſti ereptum prò doloris ſolatio habebant.

Achitophel, cuius vtiliſſimum conſilium cum Abſalone totus populus repudiarat, deſpectu furens, & abſalonis exitium præuidens, eius deſeruit partes, domum repetiit, & quidquid habebat, prodiga manu impertiit: *Porro Achitophel videns quod non fuiſſet factum conſilium ſuum, ſtrauit aſinam ſuam, ſurrexitque, & abiit in domum ſuam, & in ciuitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interiit.* Durus præ morte illi viuum fuit errori plaudi, & conſilium vtiliſſimum reiiciebat homo ventoſiſſimus placitum ſuum prò oraculo habendum, vtque experitus eſt reiectum, & repudiatum, eis doloris flammis incanduit, vt ſatius ſibi duxerit mortem ſubire, quàm iniuriam adeò propudioſam luſtinere. Iam ſi quæras, cur diuitias prodegerit: reſpondent Interpretes timuiſſe in hoſtium poteſtatem ſecum deuenturas, maluiſſeque illas quibuſuis dilargiri, ſeque perdere quam aduerſarios ſibi infenſiſſimos ſe, & partis non ſine labore facultatibus adaugere. Ita Lyra: *Ex hoc firmiter timebat quod Dauid præualeret, & in regnũ rediret, propter quod timebat ab eo occidi morte turpi, & doloſa: ideo voluit magis præuenire mortem ſuam per aliam viam.* Se maluit perdere, quàm in hoſtium poteſtatem venire: vt aſtutus præuidit euentum, vtque doloris ſolatium quæreret, vita & facultatibus ſe priuauit, reputans aliquale anxietatis leuamentum ſe hoſti, diuitiaſque ſubtrahere, & in eius poteſtatem non venire: *Timebat ab eo occidi morte turpi & doloſa.* Digniſſimum ſuperbiæ, improbitatiſque à Deo tulit ſupplicium, ad eas redactus anguſtias, vt prò ſolatio haberet, facultatibus vitaque orbari. Achitophelis facinus plures inuenies imitatos. Brutus & Caſſius, ne in manus Auguſti Cæſaris venirent adacto in viſcera mucrone, quam ſibi ab hoſte inferendam non dubitabant, ignominiam redemerunt. Vticenſis Cato, ne Cæſari, cuius conſiliis obſtinatiſſimè reſiſterat, inſerviret, ſuis ſibi manibus mortem attulit: prò ſolatio habuerunt hoſtem priuare triumpho, triumphique gaudio. *Dedit pœnas*, inquit Theodoretus q. 53. Theodor. *illius impiæ, & neſariæ ſuaſionis: & quoniam in ſuorum armauit filium, ipſe rurſum in ſe armauit manus.* Monui iam non licere mortem ſibi aſciſcere; verùm dum plures conſtat hoc amarũ quæſiuiſſe ſolatium, claret quàm acerbum ſit diuitiis incrementare inimicum.

287

1.Reg.17. v.23.

Lyra.

§. LXV.

Indecorum eſt, ad obſcuram æmuli recurrere originem, vt tibi acquiſiueris dignitatem.

QVisquis comparatione eget, relatiuè ſolùm eſt magnus: virtus ſua claritate contenta eſt: non offundit tenebras: non alienas ad plauſum ſolicitat ignominias. Sordidiſſima ambitio eſt de alienis tenebris creare ſibi ſplendorem, & de obſcuritate lucem. *Ambitio*, aiebat Seneca de tran- Seneca. quillitate animi cap. 15. etſi alioſum, *vſque eo iam ſe ſuis non contineus terminis, vt per turpitudinem ſplendeat*: & quidem non tantum ſuam; ſed alienam. Alienæ turpitudinis quærit patrocinium, vt dum æmulum obſcurat, lucem ſibi inſuetam pariat. Quiſquis alienum infortunium, quiſquis natalium

288

Digitized by Google

natalium defectum pro se attulit, virtuti propriæ notam inussit, quandoquidem exima virtus non eget ad planum aliena infamia, vt nec origo clarissima ignobilitatis alienæ notis. Sibi inuidit quisquis anos dehonestando gradum ad dignitatem promouit: honestius est vicisse robustum, quàm detriumphasse imbecillum: strenuus a laeta indecorum ducit cum ignauo componi: quia alienum robur & triumphantis adauget gloriam, & nobilitat famam. Modico fulget lumine, qui solùm inter tenebras splendescit: cadente Sole fulsisse, illius syderis Magos ducentis decantatissimum fuit elogium. Gaal indecorè ambitiosus proditur, dum Abimelechi originem fugillasse refertur. *Quis est Abimelech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? Numquid non est filius Ierobaal?* Prosapiam fugillat, vt imperium rapiat: notauit Abulensis. Abulensis quæst. 40. *Voluit Gaal deprimere Abimelech ex generis conditione.* Ad originem recurrit, vt sibi gratiam Sichimitarum conciliauerit: Principatum obtinere gestiens propria non prodidit merita; sed æmuli solùm retulit probra. Quod satis indignum fuit, quando lux de alienis tenebris procreata semper procreantis fuit nota.

289 Pharisæi tetrioribus obscurabantur inuidiæ tenebris, dum Christus Dominus virtutem suam clarioribus testaretur miraculis: nihil non tentarunt, vt quem exambiebant populi magistratum, de Christi inhonoratione defenderent, vtque à cathedra excluderent, oculos cæco à natiuitate infertos à veritatis lace conabantur auertere, & miraculum infamare post varia tandem cum cæco parentibusque colloquia, cùm ille suspicaretur eos tam accuratè miraculi perscrutari veritatem, vt Christi subirent discipulatum, illis veluti plaudens aiebat: *Numquid & vos vultis discipuli eius fieri?* Quid tunc? Cæcum maledictis, execrationibus oneratum, & ad ignotam Christi originem recurrentem: *Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus unde sit.* Cæcitate odij in suffragium impingunt, & dum cæco Christi discipulatum suadent ad pœnam, eximiam procurant gloriam: cùm Moysem non commendarint de origine; sed de Numinis affatu, possentque ob id ipsum Christum Dominum suspexisse, cui in Iordane vox cælitus missa reddidit testimonium, & candidissimæ columbæ volatus mirum extitit ornamentũ affectatæ: ignorantiæ confugiunt ad latebras, & originis contra miraculum mentiuntur tenebras. Cùm præmilissent. *Nos scimus quia Moysi locutus est Dominus*, subiicere deberent; Hinc nescimus allocutum, maluerunt tamen ortum infamare, vt extenuarent miraculum, terrerentque cæcum. Nota satis erat Regia Domini origo; illi verò notitiam dissimulantes, & ignorantiam prætexentes rabiem æmulationis vulgarunt, & quàm sordida ambitione tenerentur, ostenderunt. Et quidem cæcus vt splendescenti iam vtebatur lumine, eorum in ipsos contorsit spicula, vt magnificaret miracula: *In hoc mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos* Euthym. Opportunè Euthymius: *Respondit homo, & ait illis: In hoc sanè mirabile quiddam est, quod vos nescitis unde sit; & tamen meos aperuit oculos: quòd cùm vobis ignotus sit, & ingloriæ, meos aperuit oculos, taleque edidit miraculum.* O quàm argutè cæcus ingloriam gloriæ cupidinem pudore

Ioan. 9. v. 17

suffundebat, & rationibus illigabat! Quasi diceret: Mirabere si vel ob id ipsum apparet, quòd vobis scilicet prorsus exiliit alienus, quandoquidem à factionis, tum diuinitus ignotus, grande est commodum, diuinæque sanctitatis argumentum. Verùm esto obscura origine sit progenitus, cur non mel iùs commendetur a luce elaborata, quam à recepta? Esto non acceperit a progenitoribus famam, ipse minus operibus originem honestauit, & claritatem addidit, quando honestius est originis tenebras claris factorum luminibus depulisse, quàm accepram claritatem obscuris sceleratorum maculis tenebrasse. Mire ferit cæcus aduersariorum inuidiam, & caligat ui sapientiam, quandoquidem originem intuentes, miraculi non extenuabant virtutem; sed qua inuidescerent, declarabant tenebrosam originem. Adde aliquos, si nequeant inuidoli originem obscurare, ad assinium, cognatorumque obscuritatem recurrere.

Moyse, diuino effloreſcebat ſpiritu, eximius 290
Dei Propheta, populique Ductor cuſi relcebat; vtque frequens eſt proximiores luore tollari, & cum ſibi proximo æqualitatem ambire, Moyſem fratres infamarunt, ob vxorem Æthiopiſſam: *Locuta est Maria & Aaron contra Moysen propter* Numer. 12. *vxorem eius Æthiopissam, & dixerunt: Num per solum Moysem locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus?* Vtre Moyſi exæquent, de vxoris nigredine minuunt, originem fugillant, patriam commemorant, de imo nattimonij dedecore tenebras offundant virtuti. Si Moyſes in ſe ipſo impiciatur, illos longè ſupergreditur: ergo ex adiacentibus conantur magnitudinem minuere, quò poſſint de æqualitate contendere. Adeſt Cyrillus apud Glettam: *Duæ fuerunt calumniæ,* Cyrill. *quibus Moysen impetebant: primo quod vxorem contra mores duxisset Æthiopem: alterum quòd maiorem sibi auctoritatem vendicaret, quàm par esset: quoniam sit etiam cum aliis Deus collocutus.* Æqualitatem ambientes, Moyſique magnitudini inſidiantes non ſolùm oſtentant Dei cum ipſis colloquia; ſed cum alienigena cæpiunt connubia: de vxoris origine inſulcant: quia æternum claritate ſic reſplendebat, vt eorum oculos ferret, & æmulationis flammas accenderet.

Rex erat Dauid Prophetica manu vnctus, & 291
diuinis decretis inauguratus, verum Saũl poſteris ſuis regnum exambiens cum fruſtratus ſæpe fuerit expectatione teli per inſidias iacti, vt æmulo conſilarer inuidiam, ad originis recurrit ingloriam: *omnibus diebus* Ionathan allocutus) *quibus filius Iſai vixerit super terram non stabilieris tu, neque regnum tuum.* Cùm deſiderio tranſmittenti ad poſteros regnum, originis commixtio, vt putabat ipſe dehoneſtamentum: quaſi omnibus haberi debeat deſpectus, nec regno dignus ruſtica origine natus, & obſcuris parentibus ortus. Adeſt noſter Sanctius: *Pro Dauide, in quo Saul immebatur humile ac me iocre, cui vix esset tot victoriis illustris, & coæstimus in acie chiliarchus, patris illius adhuc alui nomen, qui vitam egerat quasi vnus è populari turba, rusticam, pastoritiam, & in qua nihil agnoscebatur eximium.* Præmiſerat eximius interpres: *Illorum, a quibus animo dissidemus hostili, nomen adire recusamus: quod tunc præsertim fit, cùm in parentibus, atque cognatis aliquid videamus hasisse indecorum & turpe.* Ecce dum originem in auxilium aſciſcit inuidia, animum profert hoſtilem, & à dæmone inhabitatum,

1. Reg 20. v. 31.

Sanctius.

Profectò

Profectò dum inuidus, ambitioſuſque de competitoris origine ſibi indignè præmium procurat, ſe dæmoni habitationem conceſſiſſe declarat. Vtque hominum cæcitatem mireris, eo ipſo tempore, quo Danidis genus ad dignitate excludendum infamat, filio matre meretrice prognato ſolicitat: *Fili*, inquit, *mulieris virum vltro rapientis, numquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ?* Ignominioſa matre exorto exambit regnum; Danidem excludit ruſtica origine natum: Ionathæ non officit propriis geſtorum culpis confundi: *Diligis filium Iſai in confuſionem tuam:* Danidem non iuuat eximiis factis ornari. Vt noueris, quàm deliret ambitio, quámque diuerſam ſententiam eadem aut deterior ſubeat cauſa pro iniquitatis arbitrio, & affectionis ſtudio: Ad Danidis recurrit originem: *Diligis filium Iſai*; ſed dum recurrit, ſordidam prodit: ambitionem, & deteſtandam malignitatem.

§. LXVI.

Maleuolentia à liuore profecta præcordiis inſidet altè, & qualibet pullulat occaſione.

292 IN affectus officina cuduntur merita, & confinguntur errata: oculus liuore ſuffuſus alienant lucem ſolùm, vt obſcurauerit, intuetur: ardet implacabili incendio inuidentia alienæ felicitatis aura ventilata, & proſperitate fortunæ fota. Vim ſuam tantiſper aliquando remittit, numquam verò penitus curationem eiuſmodi ſuſcipit ægritudo: abſtruſa præcordiis latet; ſed nata opportunum tempus erumpit, & recrudeſcit: *Omnibus his*, aiebat Seneca de variis vitiorum peſtibus loquens Seneca. lib. 2. de Benef. c. 27. *vehementius, & importunius malum eſt inuidia, quæ nos inquietat, dum comparat:* Dum tumor nobilitatem ſuam cum alterius confert, aliumque cæco fortunæ arbitrio dolet prælatum, gliſcit, & furit. Nullo hic inteſtinus ac peſtilens morbus detumeſcit obſequio; imò exaſperari ſolet remedio: nullum eſt tam plenum beneficium, quod inuidentiam ſedare poſſit, nulla eſt iniuriæ vmbra, quam liuor malus interpres non extendat, & ad peſſimum ſolatium creſcere faciat. Gedeon Ephraimitas non vocarat ad bellum, quo fudit copioſiſſimum inimicum, illi, vt erant gloriæ auidiſſimi, Manaſſæiſque aui beneficio prælati illatam ſibi conqueruntur iniuriam, & obſcurare tentant aſpera abiurgatione victoriam. Gedeon ſe ſapienter depreſſit, vtque illorum iram frangeret, quam oſtenderant, bellicam fortitudinem dilaudauit: laudibus frænata eſt ira; non tamen ſopita fuit inuidentia, ſemper namque Gedeon fuit Ephraitis inuiſus, licèt partæ victoriæ ferè omnem illis gloriam & modeſtus adſcripſerit, & cordatus, ob id Gaal, quo Ephraimitarum in Abimelechum animos exulcerarit Ierobaal retulit filium: *Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei, Numquid non eſt filius Ierobaal?* Ex parte matris erat illegitimus, ex patre reſplenduit clarus; verùm Gaal, vt qui nouerat quàm altè inſideat inuidia, quamque in quidquid ad æmulum ſpectarit, debacchetur maleuolentia, tacuit de pellice exortum, & inuiſi retulit filium. Ita Abulenſis q. 40. *Deus fecerat Gedeonem de tribu Manaſſe iudicem Iſrael, & victorem in bello contra Madian, contra quem Ephraite valde indignati ſunt, quod non vocaſſet eos ad bellum: & voluerunt inferre vim ipſi Gedeoni precedenti capite, quouſque laudando placauit illos Gedeon.* Subiungit doctus Interpres: *Et tamen manſit quædam inuidia, eò quod ipſi non habuerant victoriam illam & habuit eam Gedeon: & ex hoc eum exoſſum habebant: quod ſciens Gaal voluit deprimere Gedeonem, vt complaceret Sichimitis.* Non ita diſplicebat matris defectus, vt patris inuidentibus triumphus. Ergo vt acueret inuidiam, vt in campum contra Abimelechum Sichimitarum, qui Ephraitæ erant, produceret maleuolentiam, Gedeonis retulit filium: nam qua parte clarior, & illis erat odioſior: liuori pro culpis erant parentis merita, matris non diſplicebant errata. Abulenſis

Phariſæi duriſſimo in Chriſtum odio adurgebantur, rabidiſſimoque liuore furebant: vnde vel exiguam nacti occaſionem eius infamabant miracula, & abrodebant miranda dente peſtifero geſta: cúmque per id temporis è plebe quidam filium à dæmone exagitatum diſcipulis obtuliſſet, nec (impediebat namq; parentis infidelitas) perſonaſſent, iam Chriſti Domini deſpiciebant virtutem, & illuſoriam miraculorum clamabant artem: *Reſpondens vnus de turba dixit: Magiſter attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum qui vbicumque eum apprehenderit, allidit illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit, & dixi diſcipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt.* Chryſologus his verbis Chriſti ſugillaſſe putat virtutem, & ſcribarum adulatum fuiſſe liuori. Ipſum audi ſerm. 51. *Dixi diſcipulis tuis, vt eiicerent eum, & non potuerunt, hoc eſt dicere eſſe diabolum, qui Chriſto non cederet, eſſe dæmonem, qui parui poſſit Chriſti nominis habere virtutem. Diſcipuli non ſuo; ſed Chriſti nomine dæmones de obſeſſis corporibus effugabant. Quòd ergo dæmon diſcipulis imperantibus non cedebat; iſte ad infirmitatem Chriſti nominis, non diſcipulorum trahebat ad culpam.* Et cur, à quo petit medelam, ſic infert iniuriam? Iam refert Chryſologus: *Impoſſibilitatem diſcipulorum magiſtri imperitiæ aſſignans Iudaico liuori, inuidiæ ſcribarum talem ſatisfaciens per clamorem.* Vbi inuenit liuor tantiſper ſanitatem dilatam, vbi vidit ſæuitiam dæmonis ab Apoſtolis non repreſſam; exertis imbecillitatem clamoribus publicabat, & Chriſti nomen ad abigendos dæmones pollere efficacia nullâ dicebat. Depulit Chriſtus, verùm nõ ſic ſuaſit abactus dæmon nominis efficaciam, vt tantiſper dilatus morbus nullam nominis energiã. Poſſet diſcipulus ſibi impedimentum attuliſſe, quin magiſtri virtus deeſſet, verùm ſatis fuit liuori diſcipulum qualibet cauſa dæmonem non abigere, vt Chriſti nomen auderet liuido dente mordere: *Impoſſibilitatem diſcipulorum magiſtri imperitiæ aſſignans, Iudaico liuori, inuidiæ ſcribarum talem ſatisfaciens per clamorem.* Videas ſæpe ſæpiùs aliorum culpas aliis adſcribi, & de alienis defectibus obſcurari: nam liuor eis, quos ſibi faſtidit odioſos, & odit æmulos, leuiſſima, aut nulla cauſa ſatagit inurere notam, & conciliare ſemper inuidiam. 293

Kalendarum feſta ſumptuoſis epulis, differtis menſis, lætioribus poculis Saül concelebrat: nouerat Dauid hominis ingenium, vtque latentem dolum fugeret, honeſtam, ne adellet, cauſam quæ- 294

fiuit:

fuit: Saül tamen criminatur abſentiam, cúmque Ionathas ob ſolemne ſacrificium, quod in Bethlehem Dauidis ciuitate agebatur, defuiſſe allegaret, ipſa excuſatione offenſus mortis reum protulit, & capite condemnauit: *Adhuc eum ad me: quia filius mortis eſt.* Dum filium mortis vocat, qui puniatur morte, dignißimum aſſeueret: Ita Lyra: *Filius mortis eſt, id eſt dignus morte.* Quàm ob leuẽ cauſam tot Dauidis virtutes tumulat, tot facinora ſepelit, mortique turpißimæ adſcribit. Satis non fuit à contribulibus ſeruitutis infame, antequam experirentur, iugum depuliſſe; Satis non fuit gigantem funda proſtraſſe, ſatis non fuit dæmonem cantu abegiſſe, vt ei promiſſam filiam concederet, & ſatis eſt ob ſolemne in ciuitate ſua ſacrificium celebrandum Kalendarũ feſtiuitati non interfuiſſe, vt morte cenſeatur dignus, & duro ſupplicio obnoxius. Nec mirum, quandoquidem proferebat ſententiam maleuolentia liuoris filia, & inuidẽtiæ prognata. Opportunè Zeno Veronenſis de liuore, & inuidia: *Pietas quidem, & miſericordia Dauid magis clareſcit, & Saül malitia vel crudelitas manifeſtius declaratur. Nihil ergo his inimicitiis difficiliùs, quæ ex inuidiæ amariſſimo fonte deſcendunt: quoniam quidem is, qui ex aliis occaſionibus inimici ſunt, ſi alter fortè aggrediatur alterum beneficijs vincere, continuò ferocitas mitigatur.* Aliæ inimicitiæ obſequijs deferueſcunt, & officijs mitigantur; at maleuolentia ex liuore orta ipſis recrudeſcit obſequijs, & inardeſcit exiguis cauſis. Pietate lucebat Dauid, ſi ob ſolemne ſacrificium regis priuaretur præſentia, & tamen damnatur morte leuiſſima culpâ.

Lyra.

Zeno.

295 Cæcum à natiuitate Chriſtus luto ſaliua confecto reluminauit, & iam inimici tragœdias excitãt, queruntur feſtum violatum, & cæcis oculis tranſeunt miraculum editum: *Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit.* Miraculum adeò inſolitum, adeóque admirationis limites ſupergreſſum de exiguo luto non potuit honeſtari, & exiguus adeò labor miraculi gloriam valuerit expungere. Quod ſi adeò prodigioſæ cæcitatis inquiras cauſam, reſpõdebit datus Zeno Veronenſis Phariſæos Chriſtum odio habuiſſe non quolibet; ſed inuidentiæ progenie: ergo dum maleuolentia à liuore profecta vmbratilem nanciſcitur cauſam omnem miraculorum obſcurare nititur gloriam: *Iudæorum odium aduerſum Saluatorem non ex inuidia deſcendit? Et quæ erat inuidiæ cauſa? Mirabilia ſignorum: cuiuſmodi verò erant mirabilia? Salui animæ, & corporum ſanitas. Paſcebantur furientes, qui paſcebat, impugnabatur; vita mortuis reddebatur, & is, qui vitam tribuebat, inſidijs vitæ per inuidiam ſuſtinebat: dæmones fugabantur, & imperanti dæmonibus doli ab hominibus tendebantur. Leproſi mundabãtur, claudi ambulabant, ſurdi audiebant, cæci videbant, & qui huiuſmodi gratiam largiebatur, ab hominibus fugabatur.* Adurebat præcordia liuor, & quibus deberet ſopiri, inuentus eſt inflammari. Phariſæi maleuoli in liuoris officina cudebant cauſas, quibus criminarentur miracula, & ad culpam detorquerent prodigia: nequibat liuor ſtupendis perſonari prodigijs, quia ob ipſa prodigia ardentiſſimis adurebatur incendijs.

Ioan. 9. v. 16

Zeno.

§. LXVII.

Plures aduerſario abſenti ructant iactantiam, qui præſenti oſtendunt inertiam.

HAbet iactatio ſui tempora, ſcribit Plutarchus lib. de ſui laude, *& dicta lubrica, quæ in ſe ipſam quamis ex occaſione reuoluuntur: primum namque alienis in laudibus, ſicut dictum eſt iactationem ſui germinat ambitio. Qua dum pungitur & titillatur quaſi à pruriginę, obſidet effrænis quidam ardor, & æſtus gloriæ.* Iactantia æſtu gloriæ inflammata effrænis audet; quæ ſæpe ſæpiùs opportuna occaſione fugit. Vtque facilius eſt magna verbo promittere, quàm manu & opere abſoluere, contigit non ſemel occaſione defeciſſe, quos conſtat ſuperbiſſimi ſe verbis iactaſſe: dum non adeſt exercendæ iactantiæ materies, audacter irruunt, deprælijantur ſtrenuè, hoſtes ſubigunt, & reportatis glorioſiſſimis triumphis ditantur; at ſi hoſtis adſit, terga vertunt indecorè, & arripiunt fugam celerrimè. *Zenon*, ſcribit Stobæus de garrulitate cap. 36. *è diſcipulis ſuis aliquos aiebat eſſe varia rerum cognitionis ſtudioſos, alios verò loquendi tantùm ſtudioſos.* Homines inueniuntur loquendi tantùm ſtudioſi, non faciendi. Adeſt in huius rei comprobationem Gaal, qui abſenti Abimelecho maledicebat, &, ſi certamen iniretur, à ſe primo congreſſu delendum aſſeuerabat: *Quis eſt Abimelech, & qua eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Numquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit Principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem? Cur ergo ſeruiemus ei? Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech.* Audis iactantiam, modò aſpice fugam: *Abiit Gaal ſpectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech, qui perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit.* Quid aliud prælenti occaſione faceret iactantioſus & tumidus niſi terga vertere. Quid aliud, dum non aderat opportunitas, niſi ſpirare cædes, ructare mortes. Audi Caietanum: *Gaal dixit inſultando, & irridendo ad Abimelech abſentem, vt conſueuerunt: confidentes in ſuis viribus ad oſtentationem ſui, & deſpectionem inimici abſentis, iactanter dicere.* Iactantioſus ſibi promiſit victoriam; arripuit verò præſenti Abimelecho celerem fugam. Non ſemel videbis iactantioſos, hominemque deuorantes, occaſione adurgente imbelles.

Plutarch.

Strobæus.

Caietan.

Iephte Ammonitas inuaſurus Ephrathæos, vt ipſi auxilium ferrent, citauit; ipſi verò pugnam detrectarunt, nec auxiliari deprælianti voluerunt: *Vocaui vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis.* Elapſa iam decertandi occaſione arrogantiſſimas ructant querelas, ſuæque fortitudini illatas vociferantur iniurias: *Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum?* Quaſi dicant: Nos ſtudioſè præteriuiſti, ne dum vocati hoſtes facilè profligamus, amitteres victoriæ gloriam & prædam. Apertè mentiebantur, vt conſtat ex textu; verùm eas ipſis attrita erat frons, vt cùm veriti fuerint cum hoſte congredi inuictam fortitudinem non erubeant oſtentare. Abulenſis q. 3 quærit, cur

297

Iudic. 12. v. 2.

qui

qui modo fortitudinem iactant, in campum prodire noluerint. Reſpondet æqualiter fuiſſe gloriæ inuidos, ignauoque timore occupatos; occaſione verò trànſacta dediſſe querelas arrogantiſſimo. Ipſum audi: *Queretur vlterius cùm Ephrathæi eſſent cupidi gloriæ, quare ipſi non iuerunt ad bellum, vt obtinerent victoriam, & gloriarentur ſicut Iephte: nam cùm vocati eſſent à Iephte, ire noluerunt, vt patet infra.* Quærito iam reſpondet: *Primum fuit quia timuerunt Ephrathæi.* Adæquè tument, & timent; eo tamen diſcrimine, vt præſente aduerſario timeant, & iam decertandi occaſione elapſa blaterantes inoleſcant. O quoties inertes, imbelleſque ad vmbram periculi expauent timidiſſimi, qui occaſione iam lapſa gloriantur ſuperbi. Nec ſemel Ephrathæi arrogãtiæ ſuæ operibus refragati ſunt: nam cùm hoc ipſo capite Galaaditas iniurioſis verbis contemplerint, nec certaminis impetum laturos immatura arrogantia iactarint; *Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim*, id eſt, vt interpretatur Abulenſis hic q. 4. *Galaad eſt fugitiuus à facie Ephraim, ſcilicet non potens ſuſtinere bellum illius.* Abulenſ. Ipſo deſpectu incenſi in campum prodierunt Galaaditæ, dumque manus conſerunt, non modico detrimento experti ſunt Ephraitæ quam a fortitudine diſtet iactantia, dum tergis fugæ impreſſam notam tulerunt, & ignauiam publicarunt: *Percuſſerunt viri Galaad Ephraim.* Sibi ante certamen plaudebant, hoſtium ſugillantes ignauiam; verum congreſſus Galaaditarum fortitudinem, & blaterantium oſtendit infirmitatem.

298 Moyſes vt Pharaonis tyrannidem frænet, iuſtitiæ oculum oppreſſorum calamitatem ſpectare monet: Exod. 5. v. 1. *Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto.* Ea Pharao tumebat ſuperbia, vt Numinis vires ſpreuerit, imò affectate ignorarit: *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam.* De fortitudine cum Domino decertat, ſeque in conflictu victurum vanilſimus aſſerebat: Dominus ſuſtentato phrenetis delirio expectauit, ſi humanitate reſipiſceret; verùm cum humanitas nil proficeret; imò in dies magis inſolentia obdureſceret, ventum eſt ad certamen: maris profunda liquoribus denudata erant decertantibus pro arena: Dominus nube equitans equitatui ſe Pharaonis oppoſuit: Quid tunc? Iam Pharao terga vertit, & fugam arripit: *Dixerunt ergo Ægyptij: Fugiamus Iſraelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Qui deſpiciebat nuper Domini vires anxios modò manifeſtat angores: ructabat anteà ſuperbiſſimam iactantiam; ſed modò manifeſtauit inertiam. Notauit Caietanus ad hunc locum: *Ex hac confeſſione inſinuatur, quod ex illa columna nubis, quæ erat in aëre inter Iſrael & Ægyptios ſenſibilis actio emanabat contra Ægyptios perſequentes Iſraelẽ; alioquin non dixiſſent. Fugiamus Iſralem, quia Iehoua pugnat pro eis contra nos.* Caietan. Vbi Pharao aduerſariũ exiſtimauit diſtantem, deſpexit, ſecũque inuicto robore prædito nullatenus congreſſurũ, ni vinci velit, arroganti cæcitate blateuit; at vbi cum hoſte depræliandum fuit, arripuit fugam, & fuga conteſtatus eſt imprudentiam.

299 Xerxes copioſa collecta manu inimicos prouocabat ad bellum: militum plures adeò immatura iactantia ſibi de victoria plaudebant, vt vel ſolo viſu hoſtes certamen detrectaturos aſſererent, vacuaſque vrbes inueniendas profugis incolis affirmarent; at dum conferuntur ſigna, maior ex illis iactabundis pars ante certamen palmam hoſtibus conceſſit ad latebratum ſubſidia confugiens, ſtationémque deſertans. Teſtatur Seneca lib. 6. de benef. cap. 31. *Cùm bellum Græciæ indiceret Xerxes, animum tumentem oblitumque, quam cadiuis conſideret, nemo non impulit. Alius aiebat non laturos nuntium belli, & ad primam aduentus famam terga verſuros. Alius nihil eſſe dubij, quin illa moles non vinci ſolum Græcia; ſed obrui poſſet. Magis verendum, ne vacuas deſertaſque vrbes inuenirent, & profugis hoſtibus vaſta ſolitudines relinquerentur non habituris, vbi tantas vires exercere poſſent.* Seneca. Demaratus Lacedæmonius, vbi iactabundos audiuit, prudentiſſimè conijcit non reſponſuras dexteras linguis; imò qui audacius deſpiciebant hoſtem, metu occupatos cum ipſo non congreſſuros: quod & experientia oſtendit, & Xerxes tera pœnitentia cognouit: *In primo, inquit, ſtatim monte Lacones obiecti dabunt tibi ſui experimentum; tot iſta gentium millia trecenti morabuntur.* Adnectit Seneca? *Acciderunt quæ Demaratus prædixerat.* Non ſine pudore cognouit Xerxes quàm aliud eſſet cũ hoſte brachia conſerere, & arroganter præſumere. Qui abſente hoſte iam diuidebant ſpolia, præſente verterunt terga: & quidem frequenter iactantia parit ignauiam, & ignominia comitatur ſuperbiam. Hinc diſces quàm noceat arrogans confidentia, & ſecura nimis audacia: nam qui exiſtimat nullum ſibi ab aduerſario imminere periculum, maturare ſibi ſolitas grauiſſimum detrimentum: vel mus mordet, & plagam incutit. Ergo ad omnem inimici occurſum inueniri oportet intentum, ne diſcrimen dum deſpicitur, incurratur, grauiorem nonnullis attulit calamitatem, quàm aduerſarius, imprudens aduerſarij deſpectus.

§. LXVIII.

In conuiuiis liberior lingua, & procacior viget maledicentia.

300 VT in conuiuiis lautiùs bibitur, & effuſiùs obmurmuratur: acuit multorum ingenium ad maledicentiam expromptum vini hilaritas, & ferculorum iucunditas: quæ in alios ingeruntur, repetitis plauſibus celebrantur, & ipſa maledicentiæ celebritas eſt ad maledicendum fomes, ad obmurmurandumque calcar: nam dum quis præſentium diſcupit conciliare ſibi beneuolentiam, abſentium ſolet abrodere dente liuidiſſimo famam. *Lacedæmony*, aiebat Plutarchus quæſt. conuiual. lib. 9. *ſi quando inuenem vel hoſpitem ad phiditium admitterent, monſtrata iamua, hac, inquiunt, non egrediuntur dicta.* Plutarch. Et quidem non inepta hæc erat cautela: quia nouerant lautitiis, vinique generoſitate excitatã linguam calore inardeſcere, & quidquid occultum, fundere. *Dabo tibi*, aiebat Seneca lib. 3. de ira cap. 17. *ex Ariſtotelis ſinu Regem Alexandrum, qui Clitum chariſſimum ſibi, & vna educatum inter epulas transfodit. & manu quidem ſua, parum adulantem, & pigrè ex Macedone ac libero in Perſicam ſeruitutem tranſeuntem.* Seneca. Transfodit ſibi chariſſimum, dum extra ſe ageretur vini furore, & furoris ebrietate. Murmuratio & maledicentia ſunt conuiuiorum ſales, qui ſi deſint, marcet conuiuium, iucunditas exulat, deeſt lætitia; & quidquid apponitur, quantumuis ſaporatum, videtur inſulſum. *Vulgus hominum*, addit citatus Plutarchus, *garrulitas nugantium impellit ad animi ſui motus, atque inſuper depranat: quocirca non minus opus*

eſt vt aque ſermones atque amicos adhibeamus canis probatos. Ni diligenter eligantur conuiuæ, fit menſa locaculeiorum theatrum, garrullitatis emporium famæque exilium. Sichimitæ hanc comprobant veritatem: vindemia, vt multis placet, perfecta Dei ſui fanum intrant, & conuiuiis fructuum fertilitatem concelebrant inter epulas in Abimelechum reſonant maledicta, iaciuntur probra, vibrantur dicteria: quaſi ſine maledicentia, & alicuius percuſſa fama nequiret celebrari ſympoſium, aut adulari palato ferculum: *Egreſſi ſunt in agros vaſtantes vineas, vuaſque calcantes, & factis cantantium choris ingreſſi ſunt fanum Dei ſui, & inter epulas & pocula maledicebant Abimelech? clamante Gaal filio Obed: Quis eſt Abimelech?* Inter pocula mitcentes & maledicta: ibi proditur qualis eius fuerit origo, ibi fugillatur ſpurius, ibi deſpicitur nothus, vtque menſæ augeatur lætitia, creſcit abſentis infamia: *Ex lætitia vino atque epulis aucta*, ſcribit Arias Montanus, *inſolentiam, ex hoc porrò licentiam ad maledictum natam lectio ipſa arguit.* Stomachum antè in Abimelechum gerebant; verùm abſtinuerunt maledictis quouſque irritarunt pocula linguam, & exacuerunt maledicentiam: ratò namque celebratur conuiuium, quin alicuius fama perpeſſa ſit detrimentum.

Montan.

301 Pſaltes vt nullum ab hoc maledicendi pruritu conuiuiis excito immunem prodat, ſic ait: *In me pſallebant, qui bibebant vinum*: Dauid miris facinoribus elucebat, leonum domitor, vrſorum diſcerptor, gigantis inſolentiam lapide inflicto puniuerat; ſeruitutis iugum, antequam experirentur contribules, abegerat; verùm hæc omnia maledicas non occluſerunt linguas, dum vino indulgent, & conuiuium nugis, garrulitate adaugent; imò de ipſo Chriſto Domino hoc intellexit Euthymius: quaſi nec ipſe Deus liber ſit à conuiuantium maledictis, & vino indulgentium probris: *Nec eos etiam Chriſti famæ, atque honori peperciſſe veriſimile eſt, qui comeſſationibus & ſympoſiis vacabant, cùm huiuſcemodi homines vino vires præſtante facilè carmina ac cantus ſoleant cum immodeſtia ac mordacitate componere.* Adſunt aliquando conuiuiis muſæ, quæ inſpirent verſus mordacitate ac maledicentia plenos, dumque audiuntur gratiùs, famam obſcurant perniciosiùs.

Pſal. 68. v. 13.

Euthym.

302 Iobus optimus filiorum educator, veritus non eſt maledictione obſcurandas eorum linguas, quouſque in orbem celebrabantur conuiuia, & ingerebantur lautiora pocula; aſt tunc, ſacrificia ſolicitè pro maledictis offerebat, ratus difficile eſſe opiparis menſis ſui, & linguam non labi: *Cùm in orbem tranſiſſent dies conuiuij, mittebat ad eos Iob, & ſanctificabat illos: conſurgenſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis: dicebat enim: ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis.* Ea eſt maledicentiæ cum vino ſocietas, ea vitiorum comeſſationi vicinitas, vt dum Iobus noſcit vocaſſe epulis, indigere coniecerit ſacrificiis. Adeſt Greg. Magnus lib. 1. in Iob cap. 4. *Penè ſemper epulas loquacitas ſequitur, cumque venter reficitur, lingua defrænatur.* Epulæ conuiuiorũ dum ventrem grauant, occaſionem loquacitati miniſtrant, & cùm deeſſe nequeat in loquacitate peccatum, adhibitum eſt prudentiſſimè ſacrificium. Nonnulla ſunt vitia ita conuiuiis concarnata, ita vino immixta, vt nequiuerint ſeparari, aut certè ratò diſiungi: vnde optimus pater ſacrificium immolando tergebat, quod loquacitas obſcurauerat.

Iob. 1. v. 5.

Gregor.

303 Diues ille purpuratus, qui nigras muricis flammas nigrioribus gehennæ commutauit ardoribus, grauius durauſque in lingua experiebatur incendium: huic vni aquam efflagitauit, quaſi mitior cætera membra dolor poſſederit: *Pater Abraham miſerere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Huius grauioris incendij cauſam non tectè ſcriptura tradidit, dũ ſplendidè epulatum oſtendit: *Epulabatur*, inquit, *quotidie ſplendidè.* Lingua maius ſentit incendium: quia conuiuiorum occaſione grauius contraxit obmurmurationis peccatum. Adeſt Chryſologus ſerm. 66. *In lingua maius ſentit incendium, qua maledixit pauperi, pauperi miſericordiam contradixit: lingua in tormentis prima eſt, quæ de rogando pauperi pauperis blaſphemauit auctorem.* Non retulit textus maledicti aliquem obſcuraſſe, nec obmurmurationibus petiuiſſe; verùm dum expreſſit epulari quotidie ſplendidè, iam oſtendit linguâ peccaſſe, & murmurationibus deliquiſſe. Nec ipſe vitæ auctor effugit blaſphemiam, dum diues variis crapulatus ferculis effrænè exacuit linguam: *Pauperis blaſphemauit auctorem.* Concinit citatus etiam Gregorius: *Priùs epulatus quotidie dicitur ſplendidè & poſt aquam petere in lingua memoratur: quia enim, vt diximus, inter epulas valde diffluere loquacitas ſolet, ex pœna indicat culpam, cum eum quem epulatum quotidie ſplendidè veritas dixerat, in lingua plus ardere perhibeat.* Subiungit: *Nihil contra dimitè de loquacitate memoratur; ſed dum pœna in lingua dicitur, quæ in conuiuio inter alias grauior fuerit culpa, monſtratur.* Non vacauit errato lingua, cui ſtudioſè condita ingerebantur fercula, annoſa miniſtrabantur & vina. O quàm ſolet in conuiuiis agi de multorum origine, quàm diſcutitur illorum nobilitas, quàm detegitur quidquid longa ſæculorum obliuio texerat, & longiſſimo annorum tractu celauerat! Hic contra fœminarum pudicitiam ſuſpicio proditur, hic miniſtrorum vita fugillatur; hic ad ſibi plaudum concilandum innocenti culpa imponitur, errorque impingitur. Nulla fama, nullaque vita inter epulas floret, quia actis murmurationis ventus frequenter adurit.

Chryſol.

Gregor.

Iuuenis conuiuiis deditus omnibus inuenitur amarus: contemnit patrem, acuit libidinẽ, abrodit famam, & obtenebrat plurium vitam: vnde veluti peſtem lex iubet lapidibus obrui, & à populo expungi: *Dicent ad eos*, id eſt, patres ad iudices: *Filius iſte noſter proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat.* Quid tunc? *Lapidibus eum obruet populus ciuitatis*, monet oraculum, *& morietur, vt auferatis malum de medio veſtri.* Mira res: non profertur perpetraſſe ſcelera, etſi conſtet non impleuiſſe mandata, & tamen dura lapidum grandine impetitus blaſphemi ad inſtar occumbit. Si lapidibus impeti, linguâ delinquentis eſt pœna, cur decernitur comeſſationibus indulgenti, vinoque ſe ingurgitanti? Adhæc cur omnibus fugilletur aduerſus, qui præceptis parentum ſolùm denotatur oppoſitus? Quia dum comeſſationibus vacat, dubium non eſt ſubruere pudicitiam tentaſſe, famam, nobilitatémque plurium tetris obſcuraſſe nebulis, & omnes procacis linguæ offendiſſe deliriis. Blaſphemi ergo pœna iniungitur, dum conuiuiis intereſſe probatur: quaſi nequeat maledicentia ab epulis ſeparari, nec murmuratio diſiungi. Vbi noſter textus habet, *filius contumax*, vertit *amarus* ex Hebræo Oleaſter ad litteram: *Meliùs vertas*, inquit, *amarum.* Omnium viuit amaritudini, qui mancipatur helluationi.

304

Deut. 21. v. 20.

Oleaſt.

§. LXIX.

Miniſtrorum electio populatem Principi acquirit gratiam, aut conſilia inuidiam.

305 QVidquid miniſter exequitur, Principibus applicatur: vnde pro adminiſtrantium ingenio creſcit fama, aut ferit inuidia. Improbi electio ad electoris vertitur probrum, quandoquidem homines peſſimi rerum ferè ſemper interpretes non adiscribunt ignorationi; ſed tribuunt malignitati: alienis factis obſcuratur Principis gloria, vt etiam reſplendet fama. Hinc Athalaricus 8. var. 20. optimum delegit miniſtrũ, vt detergeret, quam prædeceſſor conciliarat inuidiam, ac medicaretur maleuolentiam: *Nos deceſſorem tuum ſubmonimus amore generalitatis, vt tu ſaluberrimus aduenires. Contraria prioribus imitare, & laudanda peregiſti. Ille calumniis otioſus, inſtude, vt inſtituta reddaris acceptus. Rapax ille, tu continens. Bonorum omnium breuis eſt definitio, vitare quæ fecit: quoniam verè illaudanda ſunt, quæ ſuo iudicio comprobauit. Reſpice denique in illo odium publicum, & tu amorem affecta cunctorum. Tanti tuis moribus gratias agant, quanti illius acerbitatem actionis accuſant.* Vt nubila tetris vaporibus conglobata ſolis ſplendorem obſcurant, vt calor noxius ægrum enecat, dum febribus applicatur, ita miniſter indignus dum omnium commouet iram, Principis innubilat famam. Cæſar Auguſtus ſtudioſè curauit eos miniſtros deligere, qui eius dignitatem ſuffulcirent Reipublicæ res incorruptè adminiſtrando, & legibus conſulendo. Audi Tacitum lib. 1. annal. *Cæterum Auguſtus ſubſidia dominationi Claudium Marcellum ſororis filium admodùm adoleſcentem Pontificatu, & curuli Ædilitate. Mar. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ ſocium geminatis conſulatibus extulit.* Summè conduxit ad dominatus ſplendorem eos euehere, quos, licèt aliàs cognatos & amicos, ipſa dignitas depoſcebat, & probitas commendabat. Hinc miniſtrorum electio maximè conſulenda, vt quæ Principi aut grande commodum, aut grande attulerit detrimentum. Gaal, vt in Abimelechum Principem omnium commoueret animos, quali regerentur miniſtro, Sichimitis retulit, & relatione ſanè vehementer exulcerauit: *Quis eſt Abimelech, & quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Numquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit Principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem?* Dum ignobilis præponitur nobiliſſimis, dum ſeruus antefertur ingenuis, ſe putant Sichimitæ contemptos, & contemptus odio obarmat Gaal inflammatos: *Conſtituit præpoſitum, vel præfectum, prout in Hebræo habetur*, inquit Lyra: *Zebul, & ſic fecit magnum contemptum.* Ad miniſtri electionem recurrit, vt in electorem Sichimitas commoueret, & quidem plurimum iuuat ad diſcordiam, aut tranquillitatem miniſter: non debent Principes parui pendere, an hic, illeùe fuerit eligendus. quando non ſemel contingit ab electione generalem Principi beneuolentiam oriri, aut inuidiam promanare.

306 Vt omnes in templo Dei gloriam dicerent, & faustis iteratisque acclamationibus prouidentiam extollerent, vigilanti ſtudio, quos præficeret, & quæſiuit, & præparauit: *Vox Domini præparantis cernos, & reuelabit condenſa, & in templo eius omnes dicent gloriam.* Qui ſint hi ſerui Domini voce præparati, quærunt Interpretes: exiſtimat Euthymius in ceruis omnium venenatorum reptilium inimicis Chriſti diſcipulos deſignatos; ergo dum à Chriſto electi ad inſulas dignitatis omni prauitati inueniuntur aduerſi, omnes dicunt electoris gloriã & deprædicant excellentiam: *Per cernos Chriſti diſcipulos intelligit: nam quẽadmodum cernus omnes venenatorum reptilium læſiones parui pendit, quinimo odoratu ſuo huiuſcemodi quæque animalia perſequitur, ac vi ſpiritus oris ſui ea attrahit, ac perdit; ita etiam omnes Chriſti diſcipuli ſimilem à diuina gratia conſecuti ſunt poteſtatem, calcandi nimirum ſerpentes, & ſcorpiones, & omnem inimici potentiam.* Vbi vidit mundus à Deo electos omni morum puritate fulgere nulla fraude, aut doloſitate inquinari, nullo veneno infici, eius gloriam agnouerunt, & prædicarunt: quid enim electori glorioſius, quam integer, & reſplendens omni concinnitate morum ad inſulas dignitatis electus. Incognitus in ceruis Epiſcopos exiſtimat delignari, vocarique ait ceruos ob eximias ceruorum proprietates, quibus ſi floruerint Epiſcopi, Præſuleſque, dubium non eſt magnam Chriſto laudem conciliaturos, ipſum audi: *Qui per cernos, niſi Epiſcopi deſignantur? nam, vt dicit magiſter de proprietatibus rerum, cernus inter omnia animalia dicitur maiores eſſe diſcretionis: maximè ſerpentibus inimicatur. Inter omnia animalia duo grandia portat cornua, quæ ſolida ſunt, non vacua. Quæ omnia Epiſcopo conueniunt: quia præ cæteris maioris diſcretionis eſſe debent, & ſcientiæ: ſerpentibus maximè debent inimicari, id eſt, hæreticis, & ipſos perſequi magos, & ſacrilegos.* Adnectit: *ſcire debent teſtamentum vetus & nouum, quæ per illa duo cornua mitræ ſignificantur... vt per eos Deus magnificetur, & laudetur.* Magna redundat laus in Principem, dum ad dignitatem electus munus implet ſtudioſè ſolicitus, & ſolum delinquentibus inuenitur aduerſus: ergo omnium ora electoris reſonant gloriam: *In templo eius omnes dicent gloriam.* Si exornatam virtutibus miniſtrorum agnouerint excellentiam.

307 Scriba quidam Chriſto accedit, eius ad ſpeciem diſcipulatum exambiens, & quocumque ierit, ſequi promittens: *Accedens vnus ſcriba, ait illi: Magiſter, ſequar te, quocumque ieris.* Hunc non ſolùm non admiſiſſe; ſed exhortuiſſe tradit Chryſologus ſerm. 19. *Scribam Chriſtus non repulit volentem; ſed fingentem prodidit, & horruit præſumentem.* Examinare opus non erit præſumptionis radicem, quandoquidem ipſe ad omnia ſequi poſſe exiſtimauit, & credit: non ait: ſequar te, quò volueris, quò iuſſeris; ſed, quò ieris: ergo nil Chriſto videri potuit magis inglorium, quàm eligere mandati non ſtudioſum: ſed vanitatis, & præſumptionis captiuum: diuinam voluit imitari potentiam, nec ſibi taxauit iuriſdictionis limites, aut poteſtatis agnouit leges: ergo iure Dominus illum exhorruit, & depulit, *Decipit* (Chryſologum audis) *non accedit, qui promittit Dominum incautè ſequi; ſed ad omnia poſſe quis promittit? Dixiſſet cautius: ſequar te quocumque inſſeris: humaniùs certè, quocumque volueris. Sequar te quocumque ieris: ſic dicit, qui inter ſe, & Dominum quid interſit, ignorat.* Humilitatem verbis affectabat;

assectabat; sed animo æqualitatem cum Domino prætumebat: quid ergo Reipublicæ infaustius, electoique acerbius, quàm electus præsumpta omnipotentia obarmatus, & edictus nullis subiectus? Ergo ille discipulatum intrans Christo non augebat gloriam; sed procurabat infamiam: quem dum repulit, laudi & honori prouidit.

308 Succedat sibi Chrysologus. Quidam, vt scribarum liuori satisfaceret; vt adularetur potentiæ, sic cum Domino differens aiebat: *Magister attuli filium meum ad te habentem Spiritum mutum, qui vbicumque eum apprehenderit; allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt.* Marc. 9. v. 16. His verbis iure exasperatus Dominus vocat incredulum: *O generatio incredula, quamdiu apud vos ero?* Perscrutemur qualis fuerit horum verborum offensa, quæque Dominum, etsi tecta, exasperarit iniuria. Chrysologus serm. 51 existimat discipulorum ad depellenda vitia imbecillitatem carpsisse, quo eligentem carperet, & liuori inimicorum teruret, ipsum audi: *Impossibilitatem discipulorum magistri imperitiæ assignans, Iudaico liuori, inuidiæ scribarum talem satisfaciens per clamorem.* Arcebant scribæ Christum Dominum obscurare, & eius famam abrodere: ergo hic dum ministros ab illo electos fugillat, & vitiis non aduersos exertis vocibus clamat, sitim inuidentiæ explet, & rabido liuori satisfacit: *Iudaico liuori, inuidiæ scribarum talem satisfaciens per clamorem.* Chrysost. Et quidem si curationis impedimentum non ab ipso, sed à ministris manaret, liuori satisfecisset; quid enim liuor aptius, quid opportunius ad infuscandum Christum desiderasset, quam si ab eo electos ministros nil in vitia probarit valentes, nec dæmonibus aduertantes? Adeò eligentis auctoritas ab electis pendet ministris, adeo obscuratur improbis, adeò fulget sedulis seruis.

§. LXX.

Genere obscurus dignitatis etiam fastigia, despectus, & odio viuit obnoxius.

309 VEra nobilitas originem agnoscit virtutem: quisquis se nobilitauit virtutibus, è cœlesti cæspite pullulauit prognatus: mores propria cuiusque supellex inspiciendi sunt, quidquid hæreditarium, inuenitur etiam alienum: meritorum artifex verè se fecit ingenuum, & honestè refutauit originem virtute emeritus laudem. Cassiod. Adest Theodoricus rex 5. var. 41. de Cypriano Opilionis filio loquens: *Gloriatur non extrema luce natalium: nam pater huic, sicut meministis, Opilio fuit, vir quidem abiectis temporibus ad excubias tamen palatinas electus.* Addit: *Vicit ipse maiores suos.* Valentior est morum claritas ad maiorum, si esset, caliginem depellendam quàm maiorum obscuritas ad lucem probitatis innubilandam; verùm ea est hominum superbia, vt non tam suspiciant virtute politum, quam natalium luminibus exornatum. Quod si electus tantillum claudicet iussionis efficaciã amittet: renuunt subiecti se ignobiliori obedire, & obscurâ origine orto semper detrectant parere. Hinc Gaal, vt ab Abimelecho deficere Sichimitis persuaderet, retulit origine obscurum, & matre illegitima natum. *Quis est Abimelech, & qua est Sichem, vt seruiamus ei?* Sichimitarum exaggerat nobilitatem, fugillatque Abimelechi originem, ne sustinuerit nobilitas morem ignobili gerere, & obscuris natalibus orto obedire. Aden Lyra: *Vt sibi populum attraheret, & contra Abimelech excitaret. Quis est iste Abimelech? Quasi dicat: nullius est momenti. Et qua est Sichem? Quasi dicat: Ista nobilis ciuitas est, & antiqua, quod non debet seruire ei.* Vt hostem infensum populo redderet, originem spuriam, & obscuram retulit, & subiectorum nobilitatem laudauit: quasi ex vtroque capite eius deberet expungi imperium, quando contra ius fasque videbatur spurium nobilissimus imperare, & Sichimitas antiquitate, & nobilitate florentes homini inhonestis natalibus orto obedire. Et quis neget magna indigere prudentia, quicumque dignitatis fastigium inscendit, si natalibus claudicauit; ne despiciatur à subiectis: nam si despecta semel persona contemnentur & iussa. Lyra.

310 Iephte vir fortissimus, Principatuque decoratus Ephrathæos vocauit, vt auxiliares illi copias ferrent, castrumque cum Ammonitis congressum prodirent; illi verò reculârunt imperium, imò contempserunt mandatum: *Vocasti vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis.* Iudic. 12. v. 2. Quærit Abulensis, cur Ephraitæ, cum gloriæ valde cupidi essent, noluerint vocati adesse, nec suppetias ministrare: *Quæretur vlterius*, inquit q. 3. *cùm Ephrathæi essent cupidi gloriæ, quare ipsi non iuerunt ad bellum?* Quæstioni respondet, in causa fuisse notam illorum nobilitatem, & obscuram Iephte originem: Iephte filius erat mulieris meretricis: *Filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad.* Ephrathæi oriũdi ab Ephraim fratri prælato, & honoribus magnis vso: ergo dum se cogitant ingenuos, fastigioque dignitatis fulgere aspiciunt origine obscurum, et detrectant parere, imò affectarunt, vt videtur, despicere. Aud: Abulensem: *Fuit ex magna dedignatione: nam cùm Ephrathæi essent valde superbi, & inuidi contra Manassitas, dedignabantur Iephte Manassitam esse ducem eorum.* Abulensis. Fortitudine ornabatur Iephte, Principatus luminibus splendebat; verùm Ephrathæi obedire noluerunt: quia origine claudicabat: nam quicumque dignitatis fastigium inscendit, si genere obscurus, despectui viuit obnoxius. Abulens.

311 Ioseph eximis naturæ dotibus exornatus, & teneriè à patre dilectus non induxit animum ad sectanda vitia; sed ad virtutum pedem promouit exempla: quibus alij vti calcaribus ad nimiam licentiam abuuntur, ipse vius est ad animi concinnitatem, morumque in iuuentute canitiem; verùm fratres odio turgentes Ismaelitis pro netho vendiderunt: Ægyptum intrauit seruulus, & seruiuit iterum pretio taxatus; verùm nec tot confusis ob virtutem aduersitatum voluminibus impetitus destitit; sed animum laudabili pertinacia obfirmauit, & tandem quam ob virtutem seruitutis subiuerat ignominiam, ad Principatus transtulit gloriã: totius Ægypti protex alimenta egentibus administrabat, & alimentorum occasione ad se aduentantes fratres benignè excepit: ea charitatis benevolentia erga venditores se gessit, vt aduentasse Iosephi fratres in regis aula fuerit vulgatum: *Auditum est, & celebri sermone vulgatum in aula regis: venerunt fratres Ioseph. Et gauisus est Pharao.* Gen. 45. v. 16.

Varias

Varias huius gaudii cauſas addunt interpretes: exiſtimant nonnulli Ægyptios omnes, vt qui ob tot tantaque ipſi præſtita beneficia Ioſephum impensè diligerent, eius gaudij fuiſſe participes, & quidem qui verè diligit, de dilecti bono conſtat gaudere. Ergo lætabantur Ægypti: quia Ioſeph ſummo delibutus gaudio videbatur de aduentu fratrum. Abulenſis putat gaudium Pharaonis inde ortum, quia cùm ipſe Ioſephum opinione ſeruum ad faſtigium extuliſſet, verebatur, ne haberetur contemptui: nam licet tot ſapientiæ, virtutiſque dotibus exornatus, dum genere putabatur obſcurus; & contemptui erat obnoxius; at quia modò nobili proſapia conſtabat ortum, eximium electori afferebat gaudium: *Licèt Pharao,* Abul. hic. *& omnes de Ægypto gauderent de Ioſeph, & diligerent eum propter tanta bona, quæ fecerat; quia tamen erat ſeruus emptitius, quem emerat Putiphar; aliquomodò eis oneroſum erat, quod tantum dominium inter eos haberet: quando autem viderunt fratres ſuos, homines qui probi videbantur, putauerunt eos eſſe de aliquo bono genere: ideò magis conſolati ſunt, & quieuit animus eorum.* Seruitutis nota grande erat impedimentum regimini, quandoquidem durè illius amplectebantur imperium, cuius genus reputauerunt obſcurum. Certè Ioſeph corporis habitudine eminebat decorus, moribus fulgebat ingenuus, ſapientia præ aliis omnibus radiabat conſpicuus: tamen dum genere credebatur claudicare, erat illis oneroſiſſimũ obedire; aſt quando cognitus eſt ex progenie fumoſis ſtemmatibus nobilitata, & antiqua nobilitate inſignita prognatus, obſequentiori deuotione ab omnibus fuit exultus. Addit Abulenſis voluiſſe Pharaonem pompâ Ægyptum patrem, fratreſque eius intrare, quò maiorem illi veneratioñem conciliaret, & omnibus obſequi libentiùs ſuaderet: *Præcipe vt tollant plauſtra de terra Ægypti ad ſubuectionem paruulorum ſuorum, ac coniugum.* Quadrigis vti iuſſit, vt honorabili pompa augeretur reuerentia: *Ideò mandauit Pharao*, addit Abulenſis, *quod deſcenderet tota cognitio ſua in Ægyptum: quia ibi eam ſubſtentare volebat, vt cognoſceretur ſtirps Ioſeph.* Summopere conducit dignitatis faſtigia occupantes luce nobilitatis radiare, & virtutum cenſu florere: ſic enim ſubiectus in officio continetur, quod arduum eſt, ſi ſuperior ob ignorabilitatem, aut prauitatem deſpicitur. Ergo prudenter Pharao nobiliſſimam Ioſephi progeniem voluit agnoſci, ne contingeret depretiari,

312 Roboam ab Iſai prognatus Iſraëlis Principatum gerebat cumque populo, quid de tributis minui deprecanti non acquieſceret, quo illi inuidiam Optimates conflarent, ſic aiebant: *Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai?* 3. Reg. 12. v. 16. Iſai vocant filium, vt dum ab humili ſtirpe conſtat prognatum, omnes præſtitiſſe detrectarint obſequium, exhibereque officium: *Vade in tabernacula tua Iſrael*, aiebant. Rex erat, à patre auoque regiam acceperat dignitatem, at dum atauus nulla nobilitate inſignitus, deſpectui Roboamus vixit obnoxius: clara adeò regiminis regnique lux ataui tenebras non potuit depellere, nec deſpectus occaſionem ſepelire: *Quæ nobis pars*, inquit Lyra, *id eſt, non habuit regnum* Lyra. *ex hereditate paterna, & ideò poſſumus alium eligere*: ac ſi dicant: non eſt ortus regia progenie; ſed Iſai ignobili & ruſticano: ergo cùm in filio Iſai regia non inueniatur hæreditas; ſed deriuata ſtirpis ruſticitas, dignum non eſt eius obtemperare iuſſis, aut obedire mandatis. Itaque, vt conflauerint odium, originis premunt defectum: nec potuit Roboamus, quantumuis dignitate excelſus apud ſuos de genere non deſpici ſugillatus: vt noſtræ theſis firma ſit veritas, ſubiacere videlicet deſpectui obnoxium genere obſcurum, etſi meritorum ſuffragiis, aut fortunæ fauore ad dignitatis culmina conſtiterit eleuatum.

§. LXXI.

Innocens luxit, qui ob Principis gratiam multis inuidioſus factioſis querelis non denigratur, nec criminibus impetitur.

VT Principis gratia conciliare ſolet inuidiam, ſic & acuere maledicentiam: ſolatium etſi infeliciſſimum quærunt inuidi de famæ nebulis, de erratorum culpis, de actionum erratis, nec iam geſtiunt veram culpam inueſtigare: ſed commentam ardent impingere. Quicumque regiminis honore reſplenduit, inuidis calumniantium oculis patuit: & quidem niſi candidiſſimo luminis ſplendore aciem malignitatis perſtrinxerit, criminationis nebulas non vitabit. Opportunè Caſſiodorus 9. var. 24. de excellenti miniſtro loquens: *Neſcinit quiſquam de te ſubmurmurare* Caſſiod. *contraria, cùm tamen de principali gratia ſuſtineres inuidiam.* Gratia Principis nobilitabat; ſed liuori obnoxium nobilitatum reddebat; ea tamen fuit morum probitas, actionúmque integritas, vt maleuolentia argutiſſima calumniatrix nil auderet obicere, ne conſtaret omnibus cauſam liuoris tractare: veritas eſt inuidentia, omnium contra ſe animos concitare, ſi auderet crimen integerrimo obicere. Hinc Zebulis claret integritas, quando ob Principis gratiam, dignitatiſque excellentiam Gaal, & Sichimitis inuiſus, de nullo actionis errore inuenitur interpellatus. Obiecerunt non adeò nobilibus cunabulis reſplenduiſſe, nec fumoſis, antiquiſque ſtemmatibus promanaſſe; non tamen inuenit inuidia, quod vitæ opponeret, aut infamandis actionibus applicaret: *Conſtituit Principem Zebul ſeruum ſuum ſuper* Caſſiodor. *viros Hemor patris Sichem.* Cauſantur ab Abimelecho ſeruum ad Principatus faſtigium fuiſſe promotum, non tamen inuenerunt, quos proderent actionis erratum. Quod grande Zebulis integritatis eſt teſtimonium, & indubium probitatis argumentum. Huc voco iterum citatum Caſſiodorum: *Derogare cupientes vicit integritas actionis: aduerſarij tui ſæpè locuti ſunt coacti, quod animus non habebat: nam qualibet malitia formidat contra manifeſta bona aliquid profiteri, dum generalibus odiis veretur exponi.* Timuit Gaal, ſi Zebulis viram ſugillauerit mordax, apud omnes videri mendax. Ergo vt mendacij vitarit ingloriam, abrodere timuit famam.

314 Deus, vt Iobi eximiam virtutem prodat, illum coram inuidiſſimo commendat, & miris elogiis laudat: *Numquid conſideraſti ſeruũ meũ Iob quòd nõ* Iob. 1. v. 8. *ſit ei ſimilis in terra, homo ſimplex & rectus ac timẽs Deũ, & recedens à malo?* Dæmon ardẽtibus inuidiæ flãmis aduſtus nõ inuenit quod apponeret, ſed ad iniquas peruerſæ ſuſpicionis coniecturas recurrit:

Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Peruertis suspicionibus impetit: quia obscurare erratis non valet; sed dum ad coniecturæ recurrit solatium, eximium Iobi imprudenter profert elogium, quãdo non potuit non innocens resplenduisse, qui ob Principis fauorẽ inuisus nullis est erratis ab æmulo, & inuido denigratus; dum ad dubias futurasque recurrere cogitur culpas, commissas nequit proferre offensas, & dum offensas inuidus non refert, præter intentionem dilaudat. *Hic homo,* scribit Origenes lib. 1. in Iob, *erat sine querela, vtpote ab omni macula illibatus, vtpote ab omni reprehensione exors: erat sine querela coram Deo & hominibus, coram Angelis & spiritibus.* Non habuit spiritus vaferrimus, inuidulque quibus illum posset denigrare querelis, etsi molitus fuerit obtenebrare suspiciosis calumniis. Origen.

315 Samuël Heli domui præponitur, & cæteris Principis fauore antefertur: *Suscitabo mihi Sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meã faciet, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.* Samuël ea innocentiæ prælatus refulsit, vt nec iniquis suspicionibus locum præberet; imò audaciam calumniantium reprimeret: *Cognouit vniuersus Israël à Dan vsque Berseabee, quod fidelis Samuel Propheta esset Domini.* Omnes de fidelitate testimonium reddere cogebantur: quia ipsa tumebat audacia retardata ab innocentia. Huc voco quod aiebat Theodoricus 1. variar. 3. *Publica, primaque commoda inanuarus arbiter æstimabat, & proprio censu neglecto sine inuidia lucrorum diuitias retulisti excludens vel querelis aditum, vel derogationibus locum.* Qui excluſi fuerant, inuidentiæ œstro aduri non esset insolitum: nec deesse poterant, qui eorum partes fouerent; & tamen is fuit Samuël, vt multis ob prælationem ingratus, à nullo fuerit accusationibus impetitus. Et ne putaueris, dum dignitatis lumine resplenduit, ipsa fuisse dignitate protectũ, & aduersus accusatores armatum, quando quisque timet crimen obiicere, quem videt tribunalibus præsidere. Transi ad ipsum iam regimine denudatum coram inaugurato Principe Populi querelis & criminationi cùm esset expositus, nil illi munere functo obiecerunt; imò exertis clamoribus celebrarunt: *Loquimini de me coram Domino & coram Christo eius, vtrùm bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & conteruam illud hodie, restituamque vobis.* Populi se exponit iudicio iam exauguratus, & nihilominus ab omnibus dilaudatur, & elogiis miris extollitur: *Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippam.* Mira res: non equit ad calumnias sustinendas tolerantia; sed ad repellendas laudes modestia: vt repetat datus supra Theodoricus: *Vnde vix solet reportari patientiæ silentium, voces tibi militauerunt laudantium: nouimus enim teste Tullio Siculorum naturam, quàm sit facilis ad querelas: vbi solita consuetudine possit iudices etiam de suspicionibus accusare.* Mira res: vbi inuidentia, vbi odium solita malignitate obiectis suspicionibus nititur accusare, Samuëlem gestiunt laudibus prolatis extollere: quia licèt viderint iudiciaria potestate nudatum, negare nequiuerunt integritate & innocentia conspicuum. 1. Reg. 2. v. 35. Theodor. 1. Reg. 12. v. 3. Cassiod.

316 Inuidia, quæ solet aduerte etiam germanos, Moysis fratres in ipsum inflammauit: videbant à Domino præ se honoratum, cælestibus, diuinisque donis cunctis præpositum, licet debuissent de fratris gloria gaudere, aggressi sunt murmurationibus obscurare; ea tamen fuit obmurmuratio, vt in laudem obmurmurati cesserit, eiusque splendorem adauxerit: *Locuta est Maria & Aaron contra Moysem propter vxorem eius Æthiopissam, & dixerunt: Num per solum Moysem locutus est Dominus? Nonne & nobis similiter est locutus?* Oomurmuratio, vtpote inuidiæ filia matrem prodidit, fratresque Moysem à Principe prælatum ferre dolenter ostendit. Ita Oleaster ad hunc locum: *Fera pessima inuidia est, quæ omnium beneficiorum oblitionem affert, neque solum in detractionem; sed sæpiùs in apertam iniuriam prorumpit, neque fratribus, aut sororibus parcit.* Itaque inuidentia in inuisum Præsulem linguas fraternas armauit; verùm quamuis domestici essent testes, quos difficulter quid latet, nil protulerunt, quod Moysis probitatem, muneris que rectitudinem posset obscurare; sed coacti sunt ad vxoris obscuritatem recurrere, quod muneris non erat iniuria, aut administrationis offensa: dum liuore instigati nil produnt aduersus mores, vel nolentes referunt laudes: ni enim Moyses summa virtutum concinnitate splenduisset, fratres vt liuori adularentur, proderent, & coram populo effunderent. Nil pepercit adustus liuor, & nil parcens nil protulit: vnde peruersum inquisitionis studium summum fuit fratris elogium. Si ergo Zebul in præfectura, quam gerebat, aliquod commisisset erratum, à maleuolis inuidisque sine dubio fuisset oppositum. Cum ergo ad seruitutis conditionem recurrunt, & Præsulis innocentiam ostendunt. Numer. 12. v. 1. Oleast. Seneca

§. LXXII.

Sic ad superiorem deferantur errata, vt applicetur remedium, nec erranti quæratur odium.

317 NOn omnes candido animo Principi, aut Superiori aliorum errata deferunt; imò solent adaugere, & vanis suspicionibus prægrauare. Sunt qui secreto abutantur ad alienum crimen vulgandum, propriúmque tegendum: nolunt declaratores haberi; gestiunt tamen secreti patrocinio ad iracundiam instigare: secretò testes sunt; se negabunt testes, si prodantur. Et quidem qui se abscondit, suspicionem debuisset gignere, quando veritas, quo plus ad manum venerit, firmior consistet. *Hic ipse, qui ad te detulit,* aiebat Seneca lib. 2. de ira cap. 29. *desinet dicere, si probare debuerit: Non est, inquit, quod me protrahas; ego productus negabo; alioqui nihil vnquam tibi dicam. Eodem tempore & instigat, & ipse se certamini & pugnæ subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, penè non dicit.* Non inficiabor opus esse aliquando secreto, vt Superior crimini medeatur, alioqui qui accessit frater, discedet inimicus, & habebitur semper æmulus; verùm cùm hoc criminationis vitium veluti humanæ naturæ agnatum sit, prudenti semper debet esse suspectum: si criminatio acriùs accendit audientis iram, quàm erranti solicitarit medelam, ne credideris candidum, sed verere peruersum.

Sepelienda

Sepelienda non ſunt, quæ exigunt citiſſimè medicinam; ita tamen proferenda, vt non crearint maleuolentiam. Et quidem ſi odium corrigentem poſſederit, vindictæ conſulet, non iuſtitiæ; nec applicabit infirmitati remedium; ſed odioto aggerabit ſupplicium. Quæ à limpidiſſimo fonte emanant, nulla limoſitate ſordeſcunt. Et quidem non ſolum verbo; ſed & modo vitantur aſſerta, dum quod proferri non expedit, declaratur, aut declarandum damnabili ſilentio tegitur. Accuſationis modo detegitur animus, & animum aliquando ipſe manifeſtabat vultus. *Sub Tiberio Cæſare*, aiebat Seneca lib. 3. de benef. cap. 26. *fuit accuſandi frequens, & penè publica rabies, quæ omni ciuili bello grauiùs togatam ciuitatem confecit. Excipiebatur ebriorum ſermo, ſimplicitas iocantium, nihil erat tutum, omnis faciendi placebat occaſio.* Ipſis delatoribus placebat ſæuitia: quia delatos ſatagebant perdere, non ſeruare. Deferenda ſunt, quæ indigent medicina; ſic tamen vt omnis vitetur maleuolentia. Cùm Gaal ambitione agitatus Abimelechum probris percuſſiſſet, de medioque auferre ſe diſcupere declaraſſet, Abimelecho nuntiatum eſt expedire quam plurimum manum cogere, & rebellionem incunabulis adhuc recentem extinguere: *Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrem de medio Abimelech.* Dictúmque eſt *Abimelech*: *Congrega exercitum multitudinem, & veni.* Non illi delatum fuit Gaalis deſiderium; ſed rebellionis periculum, vt lecta manu ſubueniret diſcrimini; cautúmque eſt, ne iraſceretur imprudenti. Gaalis procacia inflammabat odium, ciuitas tantiſper commota exigebat remedium. Ergo denuntiatum eſt Abimelecho, quod præſentaneam exigebat medicinam, & celatum quod ardentem nutriret maleuolentiam: Dictum eſt Abimelech: Congrega exercitus multitudinem, & veni, ſcribit Abulenſis q.40. *Iſtud miſit Zebul ad dicendum Abimelech, vt patet infrà in littera.* Non aliud deferri voluit; ſed iſtud: quia ſatis erat iſtud ad procurandum remedium; illud verò ad inflammandum tenderet odium. Verùm cùm ita fieri debeat denuntiatio, ita frequenter fit, vt non tam quæratur medela, quàm ſuſpiretur inuidia.

Abulenſ.

318 Pharao, etſi ſerâ pœnitentiâ, Dei populo licentiam conceſſit, ab eoque vti virtutibus exornato benedictionem petiuit: *Surgite, & egredimini à populo meo vos & filij Iſrael. Ite, immolate Domino, ſicut dicitis: oues veſtras, & armenta aſſumite, vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi.* Eos credidit, qui ſibi poſſent benedicere. Iam populus læto gradu carpebat viam, cùm Ægyptij ipſi denuntiarunt fugiſſe populum, eoque nuntio adeò Pharaonis animum perculerunt, vt decreuerit perſequi, & demoliri: *Nuntiatum eſt regi Ægyptiorum, quòd fugiſſet populus, immutatúmque eſt cor Pharaonis.* Dubium non eſt ab Ægyptiis fugam denuntiatam, quando ita denuntiarunt, vt inflammauerint odium, & fugientibus procurarint excidium. Audi Oleaſtrum hîc ad litteram: *Nuntiatum eſt Parcch, quòd tranſiret populus: ſolent enim homines in narrandis rumoribus multa adijcere iuxta illud Virgilianum: Aliquid nouum adijcit auctor: priùs enim putabat eos à parte anteriori, mari concludi; poſtmodum verò audiuit eos velle mare traijcere, factis fortè ad hoc inſtrumentis ad tranſfretandum.* Nullæ inerant naues, nulla ad tranſfretandum ſubſidia; Ægyptij verò, vt qui Hebræos oderant, ita denuntiarunt fugam, vt indignationis regiæ accenderent flammam. Se in denuntiando prodiderunt Ægyptios, filios videlicet liuoris ac tenebrarum, quandoquidem excogitatis mendaciis, nouiſque commentis, ignem inſuſſlabant, & ardorem incendebant.

Exod. 12. v. 3.

Oleaſt.

Quàm aliter Maria miſericordiæ mater nuptias parantium retulit Chriſto defectum. Vinum defuit, quod conuiuantes improuidos arguebat, quando debuiſſet prouidentiâ copiâ anteuertiſſe pericula: ergo cùm eodem tempore nuptias parantes obſcuraret prouidentiæ, vnique inopia; mater Domino retulit inopiam, conſilij tacuit imprudentiam: *Deficiente vino dicit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent.* Non ait: Eo caucrunt conſilio, vt vinum non prouiderint, & conuiuas plures vocarint; ſed, *Vinum non habent*: protulit vini carentiam, vt Dominus adhiberet remedium, non exaggerauit conſiliis inopiam, vt eis conciliaret inuidiam. Innuit Euthymius: *Sumpta fiducia deprecata eſt eum pro deficientis vini miraculo, his, qui vocauerant, gratiam volens rependere.* Vini defectum ad Chriſtum retulit rependendi gratiam ſtudio, non fugillandi improuidos deſiderio: ſic retulit, vt precaretur remedium, non vt criminaretur delictum: docens omnes eos, qui aliqua Superioribus denuntiant, in defectus gratiam remedium quærere, non defectum exaggerare.

319

Ioan. 2. v. 3.

Euthim.

Miraberis Moyſem eo timore ob Ægyptij necem perculſum, vt ad deſertum fugerit, regnumque ipſa fugâ repudiarit: *Audiuit Pharao ſermonem hunc, & quærebat occidere Moyſem, qui fugiens de conſpectu eius moratus eſt in terra Madian.* Quem ſermonem audiuit Pharao? A Moyſe videlicet interemptum Ægyptum. Sit ita; ſed quomodo nex à Principe perpetrata ſic Pharaonis inflammare potuit iram, vt opus fuerit à regno cadere, & fugam celeri veſtigio arripere? Quia delatores, inquit Philo lib. 1. de vita Moſis, eas dum caſum referunt, adiecerunt coniecturas, eas indignationis commenti ſunt cauſas, vt rex ardentiſſimo odio flagraucrit, & pacis ac tranquillitatis venenum Moſem crediderit. Philonem audi: *Patulas aui aures impleuerunt plurimis calumniis, hinc inde inſuſurrantes, vt de amittendo Principatu reddiderint ſolicitum: dicebant enim: Te ipſum aggredietur; nihil mediocre ſapit: ſemper molitur aliquid: ante tempus ad regnum aſpirat, aliis pollicetur, alios territat, indemnatos interficit: quò quiſque eſt tui amantior, eò magis eum perſequitur.* Quàm erat delatio filia odij, non zeli! ſi pietate agerentur, ſi retuliſſent culpam indignationis ſopirent flammam, & prouiderent medelam; verùm quia non detulerant virtutis conſilio; ſed liuoris œſtro, eo modo culpam retulerunt, vt Pharao non decreuerit corrigere; ſed necare: *Quærebat occidere eum.* Hoc ſuſpirabant delatores, hoc adiectis ſtimulis moliebantur, Moyſem videlicet non corrigi; ſed perire. Certè ſuperior ex ipſa delationis forma conijcere poteſt, quali animo prodatur defectus: nam qui emendationis agitur zelo, ſic refert, vt omnem occaſionem ſubtraxerit odio; qui verò culpam exaggerat, qui ſuperioris deſpectum, poteſtatis iniuriam ſe dolere mentitur, qui audientis exulcerat animum, non eſt dubium quin malitiæ egerit cauſam, nec procurarit medelam.

320

Exod. 2. v. 15

Phariſæi, Scribæque ad Pilatum deferunt Chriſtum Dominum turbas concitare, & aliquid ſemper aduerſus legem, & populi tranquillitatem moliri: Pilatus diſcuſſa cauſa Chriſti Domini cognouit

321

by Google

gnouit innocentiam, & deferentium inuidiam; verùm vt fucato adularetur zelo, emendatum voluit dimittere: *Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam cauſam inuenio in homine iſto ex his, in quibus eum accuſatis. Sed neque Herodes: nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ergo illum dimittam.* Crederes Præſidis conſilium animo habenti amplexuros, quandoquidem iam quam illi impingebant, corrigebatur culpa, & caſtigabatur offenſa; verum delatores non ſtudebant emendationi, quia inhiauerant ſanguini: *Succlamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum.* Sed iterum furor & gliſcit, & inſanit, & ardet: *Inſtabant vocibus magnis poſtulantes, vt crucifigeretur.* Fucato zelo odij agebant cauſam, vt conſtaret omnibus non ſtudere alienæ emendationi; ſed proprio crimini: noluerunt correptum, quia ſuſpirauerant crucifixum. Opportunè Theophylactus: *Caſtigatum*, inquit, *dimittam, hoc eſt, emendatum per flagella.* Adnectit: *Clamauerunt autem, inquit, omnes dicentes: Tolle hunc. Quid hoc peius? Gens ſancta rabie in eadem furit, & gentilis Pilatus eadem auerſatur.* Vide quò delationes tetenderint, non ad emendationem; ſed ad cædem: gens ſancta rabie furebat; imò, vt viuidiùs cauſas ageret furoris, ad fucum confugerat Sanctitatis. Legis mentiebantur zelum, cùm immortale gererent pectoribus odium.

Luc. 23. v. 14

Theophyl.

§. LXXIII.

Prudens gubernator ſtudioſè continebit iracundiam, & ægro ſolicitabit medelam.

312 Seneca. IRa abſtinendum eſt, aiebat Seneca lib. 2. de ira cap. 34. *ſine par eſt, qui laceſſendus eſt, ſine ſuperior, ſiue inferior: nam cum pari contendere anceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum inferiore ſordidum.* Vt dementis eſt cum ſuperiore contendere, ita puſilli contra inferiorem iraſci. Irritabit aliquando iram audacia, excandeſcentiam acuet fortaſſe inſolentia; verùm vt olympus excedit nubes, ita in dignitatis faſtigio collocatus has vincet difficultates. Si medicus deliranti iraſcatur, opportunam non adhibebit medelam, vt qui etſi brenem, patiatur etiam inſaniam. Adhibenda eſt medicina animo imperturbato, & ab iracundia remoto: non deerit aliquando ſuſpicioni argumentatio; verum benigna interpretatione opus eſt; imò quod oculos incurret, manifeſtúmque erit, credamus, non vt perturbet ira; ſed vt applicetur medela. Gaal coram Zebule plurima, quæ tam in Abimelechi, quàm in ipſius Zebulis iniuriam vergerent, audacter protulit. Id erant generis, quæ excandeſcentiam ardentiſſimè ſtimularent; verùm etſi Zebul interiùs fuerit commotus, iram retinuit, ne muneri (erat enim vrbis præfectus) detraheret: *Zebul Princeps ciuitatis audiuit ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde, & miſit clam ad Abimelech nuntios*, &c. In Hebræo habetur: *Exarſit naſus illius*, quo, vt placet Ariæ Montano, innuitur iram continuiſſe, & ne extra prodiret, procuraſſe: *Iram tantùm & intra naſum compreſſam illo tempore lectio indicat.* Ea Gaal effutierat in Zebulis præſentia, quæ ſummè animum commouerent, ad iracundiámque adigerent; verùm vti ſuperior abſtinuit verbis, ne, quæ inter ſuperiorem & inferiorem eſt frequentiſſimè ſordida, inardeſceret controuerſia; ſtuduit tamen cautè adhibere remedium, quod ſemper eſt ſuperiori decorum: addit namque textus: *Miſit clàm ad Abimelech nuntios*, &c. Diſcant ſuperiores iræ parcere, & periculo prouidere.

Montan.

Qui ad regimen populi inuitabatur, ſe medicinæ impertitum apertè confeſſus eſt: *Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis.* Dum ſe à regimine medicæ peritiæ ignarus excuſat, ſuperiorem medicum futurum probat: & iure quidem: nam vt medicus febrium ardore deliranti non iraſcitur; imò tunc ſtudioſiùs blanditur, non tamen intermittit efficacia adhibere remedia, quibus depellat deliria; ita ſuperior medici ad inſtar debet abſtinere ira, & febricitanti prouidere medela. Adeſt opportunè Senèca lib. de ira cap. 14. *Corrigendus eſt itaque qui peccat, & admoniſione, & vi, & molliter & aſperè: meliorque tam ſibi quam aliis faciendus, non ſine caſtigatione; ſed ſine ira: quis enim cui medetur, iraſcitur?* Vt medicus non ſemel piè delæuiens de cauterio, de ſinapis incendio, ſerpenti morbo occurrit; non tamen ira inflammatur, nec indignationis flammis aduritur, ita ſuperior medicum agens cauterio aliquando ſerpenti obuiabit morbo; non tamen iraſcetur infirmo: nam ita cauſæ patrocinatur ſubiecti, dum remedium audit furor, nec putatur correctio exigi à cauſa; ſed prodire ab incandeſcente ira.

323

Iſai. 3. v. 7.

Seneca.

Nec ſolum ſuperiori curandum eſt, quantumuis exacerbetur, abſtinere iracundia, adhibereque medicamina; ſed ſubditi etiam occurrere indignationi, & aliquando eius verba præterire, ne reſponſis iram contigerit inflammari. Huius politicæ opportunum Galaad Principes exhibuerunt nobis exemplum. Regio inimicorum deuaſtabatur adſultibus, opus erat Iephte dexteritate ad hoſtes reprimendos, & conciues adiuuandos: ergo non excuſato itineris labore pertexerunt Principes, vt eam illi prouinciam iniungerent, generalitatíque prouiderent. Iephte aſcitus, rogatúſque non ſine ſupercilio ſe indecorè expulſum obiectat, & in exilium ſine cauſa miſſum ſugillat: *Nonne vos eſtis, qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei? Et nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi.* Principes veluti non audierint, inſtant, nec quid obiectant: *Dixerúntque Principes Galaad ad Iephte: Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum.* Duplex erat, vt videtur, cauſa: alia ob quam expulerant, alia ob quam venerant: illi verò Reipublicæ conſulentes aduentus perſequuntur cauſam, cauſa expulſionis prætermiſſa, ſilentióque ſignata. Iam ſi quæras, cur ſe non excuſarint, quandoquidem à fratribus interpellati, legibúſque compulſi hoc fecerint: reſpondebit Abulenſis q. 13. noluiſſe Iephte iracundiam accendere; ſed veluti egentes reſponſione omnium ſaluti conſulere. Et quidem ſi reſponſionibus, quantumuis opportunis ſatisfacere vellent, exufflaſſent fortè iracundiam, & diſtuliſſent calamitati medelam; at dum ſapienter obſurdeſcunt, feliciter negotium abſoluunt. Audi Abulenſem: *Quæretur quare ſeniores Galaad non ſe excuſauerunt de hoc crimine eiectionis Iephte: quia poterant ſe excuſare rationabiliter, ſi ipſi non fuerunt participes, quanquam eſſent de eadem terra. Etiam dato quòd eſſent iudices, poterant ſe excuſare, ſi iure hoc exigente fecerunt.* Audiſti quæſtionem: reſponſum accipe: *Reſpondendum quòd iſti ſeniores noluerunt ſe excuſare,*

324

Iudic. 11. v. 7.

Abulenſ.

excuſare, quamquam poſſent, eo quòd excuſando ſe loquerentur contra Iephte, & in hoc monerent eum ad iram. Itaque ſi reſponderent, opus erat inculcare Iephte nullo titulo, vt qui erat ſpurius, voluiſſe paternam hæreditatem adire, expulſionémque iuri conformem, & legibus decretam aſſerere: quod eius animum iterum exulceraſſet, & commouiſſet: ergo maluerunt quid tacendo auctoritati detrahere, quam vniuerſalis cauſam ſalutis differre: eſt enim prudentiſſimi ſuperioris laudabili aliquando dignitatis iactura neceſſitati prouidiſſe remedia, nec ſubiecti iracundiæ, quantumuis rationabilia, adhibere incentiua. Hanc politiam ipſe Iephte eductus à Principibus exercuit, dum furentes Ephraïtæ ipſum tentant adoriri, domúmque ardentibus rogis incendere: *Incendemus domum tuam.* Quid tunc? Mollitis verbis, ne illos acrius irritaret, reſpondit: *Vocaui vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluiſtis... Quid commerui, vt aduerſum me ſurgeris in prælium?* Nullum ſe certaminis dediſſe occaſionem probat, vt indignationem arceat. Notauit Abulenſis q.4. *Non tenebatur Iephte reſpondere verba tam mollia: quia poterat dicere: Nolui vocare vos, quia non tenebar, vel quia non eratis populus meus; ſed quia vidi eos iratos nimis, vt non daret occaſionem bello, & effuſioni ſanguinis, tacuit ab iis, & reſpondit verba mollia.* Superioris maluit munus ipſa muneris ad ſpeciem iniuria impiere, quam furentes verbis aſperis irritare, aut ſupplicijs dignis punire: illos reprimere ingenti illorum detrimento eſſet fortis, placare mollitis verbis fuit Principis.

Iudic.12. v.2.

Abulenſ.

325 Plato ſeruum corruptiſſimis moribus edacitatéque inutilem ſortitus ita de eius pœna egit, vt iracundia non denigrauerit; ita verò iracundiam compreſſit, vt iuſtam pœnam intulerit: accerſens namque Speuſippum nepotem iuſſit ſeruum caſtigare, vt inflicta pœna ſuperioris muneri ſatisfaceret; & dum alienis vtitur operis iracundiæ notam effugeret. Ita Plutarchus de inſtituendis liberis: *Plato ſeruo edaci, atque perdito ſuccenſens vocato ſororis filio Speuſippo: Abi*, inquit, *atque hunc cæde: ego enim admodum ira flagro.* Subnectit ex proprio penu Plutarchus: *Atqui ardua hæc, ac non prompta dicas eſſe ad imitandum: fateor & egò; at tentandum tamen, quantum efficere queas, vt his ob oculos poſitis exemplis multum ab impotenti, & flagrante ira detrahas.* Alienis celebratiſque factis veluti manu dicitur prudentia, vt qualiter ſe geſſerit, ediſcat. Non expedit ſubiectum legibus refragantem impunitum relinquere, nec ira in punitione excandeſcere: ergo ſuſtentato feruore delicti tantiſper eſt cedendum ne ipſe iræ ardor prudentiæ detrahat, & maledicentium linguas ad calumniam exacuat: moribus ſine ira oportet conſulere, & delicta opportuna caſtigatione corrigere.

Plutarch.

326 Cùm populus neceſſariæ Moyſis abſentiæ impatiens de conſtruendo ſibi vitulo cogitaſſet, nec minus celeriter, quàm infeliciter abſoluiſſet, Deus de infligendo ſupplicio cogitat, dumque dimitti à Moyſe quodammodo rogat, vt eius incandeſcat furor, ſine ira de ſupplicio agendum declarat: *Cerno quòd populus iſte dura ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Ipſe dum monet dimitti, admonet tectè detineri, iracundiam ad noſtram eruditionem veritus, quaſi ab irato ſuſpectum ſemper infligatur ſupplicium, & calumnijs fuerit obnoxium. Quid tunc Moyſes: *Cur Domine, iraſcitur furor tuus contra populum tuum?* Non tam agit de auertendo ſupplicio, quàm de ſopiendo indignationis incendio: non quòd Deus vllis poſſit paſſionibus obſcurari; ſed vt ſuperiores quiuerunt eruditi. Inflicta eſt pœna; ſed cùm ad noſtram eruditionem deferbuerat Numinis ira: *Placatus eſt Dominus.* Domino placato Moyſes de monte deſcendit, populique audaciam procaciſſimam oculis haurit, & vti Dei miniſter morte idololatras punit, docens nec multa delinquenda delicta, nec ira flammante adhibenda fore remedia. Sed obijcies Moyſem, quod monuerat, non obſeruaſſe, quandoquidem conſtat irâ percitum & tabulas proiecciſſe, vt vitulum flammis ardentiſſimis vitulaſſe. Fateor, dignis iratum flammis incanduit; verùm non vt de flagitioſis ſumeret pœnam; ſed vt vitio ſcelerique iuſtam intulerit mulctam: *Cùm appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulum & choros, iratuſque valde proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis, arripiénſque vitulum, quem fecerant combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem.* Deleto vitulo lenitas iubet de ſceleſtis dignam expetere vindictam, ſepoſitiſque conſanguinitatis obſtaculis inferre vel propinquiſſimis pœnam: *Ite & redite de porta vſque ad portam per medium caſtrorum, & occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.* En Moyſes per ſe non fecit, quod alios facere iuſſit, & ſi pro religione munus ſubire carnificis, honor ſit maximus; contriuit vitulum, non tamen vituli adoratorem: nam dum valde iratus incanduit, ab infligendis per ſe ipſum pœnis abſtinuit, docens ſuperiorem Principemque in vitia iraſci; ſed peccatores irâ præcipiti percitos non punire: ſic namque & iniquitati occluditur lingua, & conſultius infligitur pœna. *Idololatriæ indignitate percitus*, inquit Ambroſ. epiſt. 56. *fregit tabulas Moyſes, & comminuit vituli caput, atque in puluerem redegit, vt omnia impietatis aboleret veſtigia.* Noluit homines abolere; ſed vitulum: in illum exanduit, quia omni nota in vitium caret iracundia. Alienis operis vſus eſt ad mulctam, ſicque nec ſcelus manſit impunitum, nec ſupplicium calumniæ obnoxium: *Non ira; ſed ratio eſt*, aiebat Seneca lib.1. de ira cap.15. *in ſanis inutilia ſecernere, nihil minus quàm iraſci punientem decet, cùm eò magis ad emendationem pœna proficiat, ſi iudicio lata eſt. Inde eſt quod Socrates ſeruo ait: Cæderem te, niſi iraſcerer: admonitionem ſerui in tempus ſanius diſtulit: illo tempore ſe admonuit.* Dum continuit iram, oſtendit ſe probitati conſulere, non paſſioni: & reuera qui irâ flammeſcentes puniunt, non videntur ſupplicio ſatisfacere muneri; ſed furori.

Ambroſ.

Seneca.

§. LXXIV.

Miniſtri ſemper geſtiunt auctoritatem muneris ampliare, & iuriſdictionem extendere.

327 SVis quælibet dignitas terminis includitur, & arcetur; verùm vt impatiens ambitio eſt, ignorat metam, & tranſilire conatur lineam. Alio ſenſu repetere poſſemus quæ aiebat Seneca ep.64. *Agamus bonum patrem familiæ: faciamus ampliora quæ accepimus: maior iſta hæreditas à me ad poſteros tranſeat.* Stoïcus de Sapientia protulit; ſed

Seneca.

non

non inconcinnè applicari poteſt iuriſdictioni & muneris poteſtati. Contentus non eſt aliquando iudex ſibi præſtita à legibus facultate; ſed extendit, amplificatque aut commiſcens ius nouum, aut nouis corrumpens gloſſis antiquum. Quàm ſtudeant plurimi auctoritatem ſibi extruere pompam extendere, & prætextam ampliare, explicuit Chriſtus Dominus Phariſæorum ambitionem retundens, & in illis cæteros reprehendens: *Dilatant phylacteria ſua, & magnificant fimbrias.* Ad quæ Euthymius: *Scribæ & Phariſæi præcepta quidem negligebant; huiuſmodi autem latis phylacteriis ſeſe ornabant, dilatáſque fimbrias ſuorum plurimum diſtendebant; his gloriantes, ac ſtultè ſeſe iactantes.* Studebant pompæ non legi; imò plicatam inuolucris legem capite deferebant, ne oculus quiret àdſpicere, quod vanitatem poſſet depellere. Cæſar Conſulatum adeptus domi, oris placiditate, vrbanitatéque animos ſibi demnxit, vt iam beneficiis obſtricti non abnuerēt recipere in Principem, quem paulò antè receperant Conſulem. Ita Tacitus lib. 1. annal. *Poſito Triumuiri nomine Conſulem ſe ferens, & ad tuendam plebem tribunitio iure contentum, vbi militem donis, populum annona, cunctos dulcedine otij pellexit, inſurgere paulatim munia Senatus, Magiſtratuum, legum in ſe trahere nullo aduerſante, cum ferociſſimi per acies aut proſcriptione cecidiſſent. Cæteri nobilium quantò quis ſeruitio promptior, opibus, & honoribus excellentior: ac nouis ex rebus auctis tuta & præſentia, quàm vetera, & periculoſa mallent.* Protraxit dignitatis ſplendorem ſparſis facultatibus, & honoribus; verùm ea aliquando ſæculi miſeria eſt, vt ſplendorem extenderint, munuſque ampliauerint non pecunijs dilargitis; ſed callidè vndique, & artificioſè collectis. Hanc veritatem ſatis acutè notauit Arias Montanus: nam dum de Zebule inſtituitur ſermo, in origine vocatur ſolùm Præpoſitus: *Conſtituit Paxid,* (id eſt Præfectum) *Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem.* Hic ergo Præpoſitus conſtitutus, iam & in originali, & in noſtro textu appellatur Princeps. Sic in littera noſtra: *Zebul Princeps ciuitatis audiis ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde:* Sic in Hebræo, *Zebul Sar*, id eſt Princeps. Itaque nominum varietas innuit latere myſterium, quod ita explicuit Arias Montanus: *in oratione Ghagal paxid, id eſt præfectus dicebatur, nunc Sar, hoc eſt Princeps, & Imperator nuncupatur, vt qui potentiam, & licentiam longiùs quàm præfectura termini poſtulant, obtinuiſſet.* Delegatus ad præfecturam ſic eam extendit, vt in Principatum traduxerit: nec enim videbatur præfectus; ſed Dominus. Eâ ſeruorum frequentiâ ſtipatus incedere ſolet adminiſter, eo curruum, lecticarúmque ſplendore radiare, eis degere palatiis, vt Principem credideris, non præfectum. Quod Gaal [illegible] animaduertit ad fugillandam licentiam [illegible]tandam procaciam.

Matth. 23. v. 5.

Euthym.

Tacitus.

Montan.

328 Cùm ficta eius Dei miniſtris poteſtas terræ marique nocendi, decretum de infligenda pœna tantiſper dilatum eſt, vt Dei ſerui fronte gererent, & virtutis teſtimonij, & ſalutis etiam auſpicium: Apoc. 7. v. 3. *Vidi alterum Angelum*, inquit Ioannes, *aſcendentem ab ortu ſolis habentem ſignum Dei viui. Et clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, dicens: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadúſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* O quàm profuſior eſt gratia, quam vindicta! Ad nobilitandum Dei ſeruos cœleſti ſigno Angelorū numerus non taxatur: *Quoadúſque ſignemus ſeruos Dei noſtri in frontibus eorum.* Ad terræ marique nocendum quaternus numerus Angelorum præſcribitur: cœleſtes ſanè adſtruebantur illi miniſtri, dum probati ſunt celeriores ad gratiam, quam ad incutiendam pœnam: mare vtpote fluuiorum rex videbatur pœnam fruſtraturus; miſit verò miniſtrum, qui illum diuerberauerit, cœlum. Sed expendamus, ſi placet, cur Angelis, quibus datum eſt nocere terræ & mari, iuſſum fuerit, ne rigida falce noceant arboribus: ait enim Ioannes: *Clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum eſt nocere terra & mari dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus:* nam ſi nocendi terræ edicto comprehendebantur & plantæ, ad quid explicuit? Si non comprehendebantur, quod vetuit? quandoquidem Angeli miniſtri non tranſgrederentur præceptum, nec violare niterentur mandatum. O vtilem nobis eruditionem! Angeli ſunt nullo extendendæ iuriſdictionis ambitu deturpandi; id tamen eſt ferè omnibus miniſtris extendendæ iuriſdictionis ſtudium, vt non fuerit abs re præceptum: *Cùm datum ſit eis nocere, quare ergo prohibentur?* rogat Hugo Cardinalis. *Quia dæmones*, reſpondet, *plus nituntur nocere, quàm poſſint. Et hoc patet per hoc, quod additur hic, neque arboribus: quod non fuit poſitum, quando de poteſtate nocendi eis data agebatur.* Hugo, vt vides, quatuor illos Angelos dæmones exiſtimat: alij putant bonos Angelos: fuerint verò optimi, an peſſimi, non definio; aſſero tamen ad noſtram eruditionem illam clauſulam, *neque arboribus* adiectā fuiſſe, vt noſcamus quàm miniſtri geſtiant ſemper iuriſdictionem ſibi factam extendere, facultatemque protelare.

Hugo.

Pilatus etſi Chriſti Domini innocentiam agnouerit, potentiam criminatorum extimuit, maluitque ſibi conſulere, quàm muneri ſatisfacere. Proh miſeram Rempublicam, vbi ad æquitatis auxilium electus, flectebatur ad iniquitatem timore impulſus, & periculo perſuaſus! Cenſuit iniquiſſimus iudex cruci affigendum, flagellatúmque, vt de more erat, miniſtris tradidit: Ieſum flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Quid tunc? Milites miniſtrique præſidis ſententiam extendunt, & turpiſſimis adiectis pœnis adaugent: *Tunc milites præſidis ſuſcipientes Ieſum in prætorium congregauerunt ad eum vniuerſam cohortem, & exuentes eum chlamydem coccineam circumdederunt ei, & plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius, & arundinem in dextera eius.* Non vides quot à miniſtris creuerint pœnarum auctaria? Facta illis eſt poteſtas crucifigendi; ipſi verò & nudant, & ſentibus acutiſſimis terebrant, & quamuis à miniſtris leuiores crucifixione per iudicis ſententiam decreta plagas pertulerit, acerbiſſimum tamen fuit ſuſtinere miniſtros, qui paulatim ſanguinem ſugerent, & veſtimentis etiam nudarent: nullum illis non fuerat, vt terebrarent ſpinis; ſed vt affigerent clauis; illi verò clauis addiderunt ſpinas, vt nocendi factam ſibi extenderent poteſtatem, & incrementarent dolorem. Huc voco quod aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 3. *Taceo quòd figitur: in hoc enim venerat: numquid tamen ſubeundæ morti etiam contumelijs opus fuerat; ſed ſaginari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat; deſpuitur, verberatur, deridetur, fœdis veſtitur, fœdioribus coronatur.* Non adeò magnam patientiæ pompam Dominus explicuiſſet, ſi ſolùm crucifixionis licentiam miniſtri exequerentur à præſide ſibi factam; ſic verò extenderunt facultatem, vt addita & patientiæ

329

Matth. 27. v. 26.

Tertullian.

Digitized by Google

ſentiæ copioſum requiſiuerint caſum, & commendarint tolerantiæ miraculum: *Saginari voluptate patientiæ diſceſſurus volebat.* Ampliorem materiam patientiæ ſuggerunt miniſtri: quia & fœdiſſima addiderunt, & patiendi ardorem ſaginarunt.

330 Pſaltes, poſtquam Angelorum in obediendo Domini præceptis promptitudinem, & ad iterum obediendum miram deſcripſerat anxietatem, aliquid inuenit, quo illorum obſequia cumulatiùs dilaudaret: *Benedicite Domino*, aiebat, *omnes Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendam vocem ſermonum eius.* Poſt huius obedientiæ elogium addit: *Benedicite Domino omnes virtutes eius, qui facitis voluntatem eius.* Profectò quis ſuperuacaneum cenſeat miniſtrorum iterum commendaſſe obedientiam: nam ſi idem ſunt Angeli & miniſtri, & iam Angelos exactè obediſſe retulerat, cur iterum parere miniſtros referat? Fortè miniſtros dixit, vt eorum virtutem mirè commendauerit, quando ad inſtar miraculi de ſæculi more videatur non exceſſiſſe miniſtros, quantumuis appellauerit Angelos: ſic namque miniſtri ſibi iniunctam iuriſdictionem ſolent ampliare, ſic abuti, vt quo Angelorum virtus clariùs appareat, eos obſequentiſſimos, nulloque excedentes appellarit miniſtros: *Miniſtri eius*, ſcribit hic Euthymius, *qui in variis ordinibus ei inſeruiunt, quique eius voluntatem perficiunt.* Obedire Angelos non eſt inſolitum; miniſtros verò iuriſdictionem ſibi delegatam non ampliaſſe videbatur perratum. Ergo vt miram Angelorum deprædicarit virtutem, non ſolùm teſtatus eſt vti Angelos obedire; ſed nullatenus vti miniſtros excedere.

Pſal.102. v.20.

Euthym.

331 Cùm Chriſtus Dominus aſina, pulloque indigeret, vt ante paſſionem ouans victorque Ieroſolymam intraret, eos adducere, duobus electis quidem commiſit diſcipulis: *Miſit duos diſcipulos dicens eis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cum ea: Soluite & adducite mihi.* Apoſtoli facultate accepta mandatum perfecerunt, vtque iniquitati occluderetur lingua, teſtatur Euangeliſta acceptam facultatem nec extendiſſe, nec decurtaſſe: *Euntes autem diſcipuli fecerunt, ſicut præcepit illis Ieſus, & adduxerunt aſinam & pullum.* Quid opus fuit aſſerere Euangeliſtam Domini præceptum ad amuſſim executioni mandatum, quando ipſa Apoſtolorum perfectio omnem ſuſpicionem depellebat, omnémque audaciam temeritatis vitabat? Quia modo miniſtrorum vices gerebant diſcipuli, adeoque inſolitum eſt acceptam facultatem miniſtros non ampliare, vt quamuis nuncuparit Apoſtolos, ſuperuacaneum non fuerit aſſerere non exceſſiſſe miniſtros; imò dum adeò exactè impleuiſſe ait mandatum, dilaudat Apoſtolicum miniſterium. Innuit Interlinearis: *Euntes diſcipuli fecerunt miniſterium Apoſtolorum.* Apoſtolos ſe probarunt, dum miniſtri nullatenus exceſſerunt. Solent miniſtri accepta facultate prouidendi plauſtra, equos, aliaue huiuſmodi ad Principis iter venali cupiditate plura colligere, & incommoditatis redemptionem equorum dominis vendere: Apoſtoli mandatis obtemperarunt, nec extenderunt.

Matth.21. v.2.

Interlin.

§. LXXV.

Sui honeſtè probetur oblitus, qui honori Principis conſecratur deuotus.

QVi Principis ſtudioſiùs procurat gloriam, honeſtè præterit ſuam: & quia ſe totum debet Principis vtilitatibus conſecrandum, aliquid ſui ipſius ſibi ſubtraxiſſe reputat indecorum: ad iniuriam Principis depellendam inardeſcit, dignoque furore poſſeſſus ſuam prætent, etſi coniuncta fuerit, honeſte oblitus: *Angere famam noſtram,* monebat miniſtros Theodahadus rex 10. var.5. *per patientiam veſtram.* Quaſi dicat: Ille Principis famæ probatur addictus, qui patientiam ſuam conſecratit deuotus; ſæuus dolor facit diſparere mediocrem, & qui magnis laborat cruciatibus, modicis non attendit punctionibus. Ergo eius honoris ſtudium, qualem ſe quiſque erga Principem exhibuerit, oſtendit, ac deuotionem animi prodit. Hinc Zebul, vt Principis ſui conſulerit honori, ſuam præteriuit iniuriam, & Theodahadi conſilium ſecutus per propriam patientiam conſernare illæſam niſus eſt Principis gloriam: nam cùm Gaal contumeliis Abimelechum Zebulémque perculiſſet, & dicteriis obſcuraſſet, Principi renuntiauit, quid erga illum Gaalis audacia effutiret; quod ad ſe pertinuit, ſilentio preſſit, monenſque vt coacta manu puniret probrum, circa iniuriam ſibi factam laudabile oſtentauit ſilentium, ne minus videretur Principis famam curaſſe, ſi conſtet ſibi attendiſſe: *Quis eſt Abimelech*, effutiebat Gaal, *& quæ eſt Sichem, vt ſeruiamus ei? Numquid non eſt filius Ierobaal, & conſtituit Principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem? Cur ergo ſeruiemus ei?* Addit textus: *Zebul Princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filij Obed, iratus eſt valde, & miſit clam ad Abimelech nuntios dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ciuitatem.* Nullam mentionem propriæ fecit iniuriæ; quia totus militabat Principis famæ. Notauit Arias Montanus ad hunc locum: *Rei propriæ ipſius, quæ tamen cum Abimelechi cauſa agebatur, nulla ab iſto mentio facta eſt, quo magis illis & ſua commendaretur voluntas, & fides, & ad vltionis cogitationem excitaretur animus.* Si propriæ iniuriæ meminiſſet, non adeò ſuam erga Principem fidem, voluntatémque commendaſſet; at dum patienter propriam ſuſtinuit offenſam, Principis tamen patienter non tulit iniuriam, generoſo incanduit zelo, & legitimo reſplenduit Principis honoris ſtudio. O vtinam Dei miniſtri Zebulis ſequerentur exemplar, ſe ſuaque obliti Numinis dolerent iniuriam, & propulſare niterentur offenſam. Ecce Zebul ſibi putat inglorium, ni omnem animi attentionem dicarit Principi, & conſecrarit honori.

331

Caſſiod.

Montan.

Poſt Abimelechum Thola ſurrexit opportunus quidem tot perturbationibus ſedandis, & difficultatibus componendis: iudiciaria poteſtate contentus eſt, nec, vt eius anteceſſor fecerat, poteſtatem regiam affectauit: *Iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis.* Quærit Abulenſis q. 4. cur dignitatis ſplendorem ſibi anguſtarit, & introductam à prædeceſſore regiam poteſtatem ad iudiciarium redegerit, reſpondetque cognouiſſe tantum regalem poteſtatem erga illum populum ſpecialiter tunc exercenti

333

Iudic.10. v.2.

Digitized by Google

exercenti detrahi, quantum ſibi adijceret, ac vſurparet, maluiſſeque Principis illæſam ſeruare gloriam, quàm ſibi indecorè adieciſſe potentiam. Toſtatũ audi: *Quæretur vlteriùs: Quare Thola non ſucceſſerit in Principatu regali, in quo fuerat prædeceſſor ſuus Abimelech? Vidit quòd erat contra voluntatem Dei, cui auferebatur quædam pars honoris, & Principatus in populo, ſi ipſe ſibi vſurparet principatum regalem.* Fidelis ſeruus Reipublicæque optimus adminiſter noluit Domini detrimento poteſtatem ſibi acquirere, & ſplendorem augere; imò ſui eſt honeſtiſſimè oblitus, vt Principi probetur deuotus. Totum ſe conſecrauit Principis honori, & communi populi vtilitati, vnde eo gubernante Principi nil eſt detractum, & generalitati prouiſum. *Iuſtè iudicauit*, addit Abulenſis q. 6. *toto tempore ſuo continens populum Hebræorum in magna tranquillitate.* Tranquillitas floruit, pax viguit, omnium concordia reſplenduit, dum miniſter non ambiuit ampliare ſibi dominium; ſed præſtitiſſe Domino obſequium. O vtinam plures Thola imitarentur; verùm ea eſt temporum miſeria, vt non ſemel qui ſe publicæ vtilitati, Principiſque honori exhibere debuiſſent deuotos, ſuæque amplificationis honeſtè oblitos propria ſuſpiratint cremenra, ac Principis diſſimulauerint damna. Noluit Thola Principatus Domini diminutione ampliari: quia vti probus ſolum geſtiuit ſeruire.

Abulenſ.

334 E contra accidiſſe ſæpiùs experieris: ſunt namque nonnulli miniſtri, qui Domini obſequij prætextu ſibi attendunt, ac ſuis prouidere adnituntur, affectant Principis obſequium, honoris eius zelo ad ſpeciem inardeſcunt, fiſci vtilitatis mentiuntur ſtudium, cùm reapte fiſci detrimento, æquitatiſque iniuria propriis inhiarint emolumentis, ac fucato zelo veris ſtuduerint rapinis. Diuus Paulus durum idololatriæ bellum indicebat; ſed cùm ipſe locis omnibus adeſſe nequiret, diſcipulorum operis vtebatur, cúmque duos in Macedoniam delegaſſet, eorúmque prædicatione veritas cæcutientibus affulſiſſet, argentarius quidam ædibus Dianæ fabricandis addictus, ſubiectos ſibi conuocauit artifices, Dianæque honoris defendendi prætextu propriæ vtilitati inſeruiuit: non illum mouebat Dianæ cultus; ſed affectabat cultus zelum, vt pecuniæ, quo vtebatur, inauraret ſtudium: *Demetrius quidam nomine, argentarius faciens ædes argenteas Diana præſtabat artificibus non modicum quæſtum, quos conuocans, & eos, qui huiuſmodi erant opifices, dixit: Viri ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio & videtis, & auditis quia non ſolum Epheſi; ſed penè totius Aſiæ Paulus hic ſuadens auerſit multam turbam, dicens quoniam non ſunt dij, qui manibus fiunt; non ſolum autem hoc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire; ſed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur; ſed & deſtrui incipiet maieſtas eius, quam tota Aſia, & orbis colit.* Nobilioris miniſtri adhortatione ita ſunt reliqui inflammati, vt in Dianæ cultus defenſionem ſe armarint, vimque veritati intulerint: *His auditis*, addit textus, *repleti ſunt irâ, & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas confuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli:* Si clamores percipias, Dianæ honori militant, ne quid eius maieſtati detrahatur, cultuive defraudetur; at ſi inſpexeris animos, ſuſpirant quæſtum, non cultum; veſtiunt tamen colore cultus turpiſſimũ quæſtum: tragœdias excitant, Dianæ ſplendori, maieſtatique illatam iniuriam clamant, Pauli ſocios vti reos læſæ maieſtatis affligunt: & totum hoc, ne quod acquirebant, amittant. Opportunè Chryſoſtomus apud gloſſam: *Hi propter pecunias dolent, non quòd illis pietas periclitetur; ſed quod materiam lucri non habituri ſunt.* Honoris Dianæ fucatus zelus quæſtui deſeruiebat, & cupiditas religionis armis ſibi militabat. Certè ſi illos lucri non inflammaſſet cupiditas, in Pauli ſocios nullatenus adigeret pietas; ad religionis verò confugiebant fucum, vt copioſum ſibi acquiſiuerint aurum. O quoties videas Principum magnatúmque miniſtros honoris dominorum mentito zelo obarmari, obſequij obtentu, ſeruandæ iuriſdictionis ſtudio, iuſtitiæ bellum indicere, & acquiſitioni ſtudere: ne rapinis occaſio ſubtrahatur, neue emolumentis materia deſit rapinam colorant, & Principi ſeruitium exhibendum affectant. Argentarius hic cupidorum miniſtrorum extitit norma, vt Abrahamus fidelium reſplenduit idea.

Actor. 19. v. 24.

Chryſoſt.

Cùm Iſaacum ætate iam ad occaſum vergente ſuſcepiſſet, iubet Deus hoſtiam ſibi de filio offerri, & in editiſſimi montis vertice conſecrari: *Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.* Abraham eo voluti immolandi audiuit præceptum, quo futuræ prolis audierat promiſſum. Vnicus ille filius paruulus, & cui maior commiſeratio debebatur, poſtulatur ad victimam; ſed ad exploratione fidei, ad fidelitatis argumentum, ad zeli elogium. Quid tunc? Celeri pede ſenex contendit in montem, ſeque ignorat patrem vt ſeruum probet fidelem: non attendit vtilitati, non proprio conſuluit honori; imò vt Domini rite gereret cauſam, deſpexit ſuam. Notauit acutè ſatis Zeno Veronenſis ſerm. 1. de Abraham: *O pater ſpiritum captans, corpus verò mortémque contemnens! O qui ſeruum Domini ita ſe eſſe meminerat, vt patrem ſe eſſe neſciret!* Non curauit quæ erant patris, vt impleret quæ fidelis erant ſerui: ni talis eſſet Abrahamus, deſpiceret quæ pertinebant ad ſeruum, & ſuſpiraret quæ ad commodum. Quàm admirationi fuit miniſter proprio detrimento Domino inſeruiens, & propriæ vtilitatis oblitus, vt obſequio Domini probaretur deuotus.

335

Geneſ. 22. v. 2.

Zeno.

§. LXXVI.

Nonnulli, vt ſuam promoueant fortunam, aut excuſarint ignauiam, alterius adaugent culpam.

336 *A Vida felicitas eſt*, aiebat Seneca epiſt. 19. *& aliena auiditati expoſita.* Verum dixit: felicitas namque ſecum affert amittendi metum, anxium promouendi, aut aſſeruandi ſtudium. Hinc quidquid ad depellendum metum conduxerit, aut ad ſtudium lucrandum fecerit, cæcis oculis admittitur, & per fas nefaſque curatur. Vt multa temerè pro pecunia, laboriosè multa pro honore tentantur, ſic etiam pro tuenda dignitate audendum plures exiſtimant, de aliena infamia opinionem ſibi procudentes, & veritatis iniuria, culpaque innocuis impacta periculis obuiantes. In hoc omnes cogitatus collimantur, vt efflореat videlicet dignitas,

Seneca.

Felicitas alienæ cupiditati ſemper expoſita.

dignitas, vt ſpecie imponat oculis innocentia, vt inauretur ignauia, & ſi fieri nequeat abſque alieni honoris iactura, æquitatiſque contumelia. En Zebul datus Sichimitis prorex Gaalem Principi aduerſum multis aſſociatum ciuitatem ingredi non vetuit: cùmque ingreſſus animos commouiſſet, & ab Abimelecho Sichimitas deficere procuraſſet; opus fuit Abimelechum monere, & appetens periculum denuntiare: tunc Zebul retulit; ſed eo modo, vt ſuam ignauiam inauraret, & Gaal audentem inſolentiam adſcriberet: *Miſit clàm ad Abimelech nuntios dicens: Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ciuitatem.* Ciuitatem oppugnare eſt exteriùs obſidionem protendere, & indagine cingere: quod nullatenus Gaalem feciſſe conſtat, quandoquidem intus habitabat, molitus non ciuitate euertere; ſed ſeruare, verùm Zebul ciuitatis oppugnatorem dixit, quia veritus eſt, ſcribit Abulenſis quæſtione 41. ne Gaalis in ciuitatem ingreſſus, eius tribueretur ignauiæ, vt qui debuiſſet exaſperatis animis vires non permittere nouas; ſed omni cautela quidquid aduertum repellere: ergo ne Princeps indignatione feruefceret, vt iuſtè dignitate priuaret, Gaalis adauxit culpam, vt à ſe omnem depelleret ſuſpicionem.

Abulenſ. Accipe Abulenſem: *Si dixiſſet quòd Gaal introiuerat in vrbem, & ipſe cum Sichimitis pugnabat contra Abimelech, iraſceturnimis Abimelech, quòd Zebul permiſiſſet illuc ingredi Gaal, & putaret eum fuiſſe participem criminis: vt ergo non indignaretur contra eum, dixit quòd Gaal oppugnabat ciuitatem.* Mendacio ſibi prouidit apud Principem: quia nouerat apud Principem valere mendacium, auiditateque dignitatem conſeruandi veritatem adulterauit, & Gaali grauiorem culpam impegit.

337 Liberalis dominus ſeruis ſuis commiſit pecuniam non fenebris lucri cupidus; ſed honeſtæ ſolicitudinis ſtudioſus: non erat votum ſibi acquirere; ſed ſeruis prodeſſe. Qui acceperant talentum vnicum, terræ non ſine labore commiſit, adeóque imprudenter ſe geſſit, vt nec potitus ſit otio, nec fructus lucro: Matth. 25. v. 18. *Qui vnum acceperat, abiens fodit in terra, & abſcondit pecuniam domini ſui.* Qui honeſtos reportauere prouentus, non referuntur inſudaſſe; hic verò terram refertur fodiſſe; fortè vt noſcamus laborioſiùs, difficiliuſque exerceri vitium, faciliùs & commodiùs quidquid honeſtum. Poſt aliqualem temporis tractum redit dominus rationem à ſeruis exacturus, cúmque ignauùs ſeruus ad ruboris verecundiæque debuiſſet confugere patrocinium, perfrictæ frontis oſtendit audaciam, & impegit domino turpiſſimam auaritiam: *Domine*, aiebat, *ſcio quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij, & abſcondi talentum tuum in terra: ecce habes, quod tuum eſt.* Obſequium confundit iniuriis, & iniuriam emollire geſtit obſequiis: vocat dominum; ſed auarum, nec de præſtito honore leuat culpam; ſed adauget potiùs offenſam. Iam ſi quæras quid intenderit, domino applicans auaritiam: reſpondebit Hieronymus niſum fuiſſe propriam excuſare ignauiam, quaſi de alterius culpa decreſceret propria, & excuſabilior videretur, ſi dominus haberetur auarior:

Hieronym. *Verè hoc, quod ſcriptum eſt, ad excuſandas excuſationes in peccatis*, inquit Hieronymus apud D. Thomam, *& huic ſeruo contigit, vt ad pigritiam, & negligentiam ſuperbia quoque crimen accederet: qui enim debuit ſimpliciter inertiam confiteri, & orare patremfamilias, è conuerſo calumniatur, & dicit ſe prudenti conſilio feciſſe.* Ecce propriam defendit inertiam, & tuetur ignauiam, impactam domino adaugens culpam, quaſi alienum crimen eius fuerit iuſtificatio, & ipſe inde apparuerit Sanctus, vnde alter, & ſi mendaciter criminoſus. Quàm frequens apud mortales hoc vitium! Errata omnes diſcupimus alieno errore inaurare, & ob id crimina innoxiis ſæpè impingimus, impactum iniuſtè crimen crimini noſtro ſuperaddentes, & dum minuere adlaboramus, incrementantes. Itaque inde aggrauatur offenſa, vnde alleuanda nobis videtur culpa.

338 Deliquit Saul contra diuinum præceptum cupiditate obcœcatus, & qui populum debuiſſet à rapinis cohibere monitis, inuentus eſt inflammare actiùs exemplis: cúmque magnus Samuel gregum balatibus monitus delictum argueret, ad populum omne peccatum deflexit, quaſi applicari capiti non debuerit membrorum erratum, & ſubiectorum delictum: 1. Reg. 15. v. 21. *Tulit de præda populus oues, & boues primitias eorum, quæ cæſa ſunt, vt immolet Domino Deo ſuo in Galgalis.* Peccatum meum, ait, nullum, aut ſatis exiguum eſt, quandoquidem cunctus populus deliquit, & prædis ardentiſſimè inhiauit. Ecce Saul totus eſt in augenda populi cæcitate, quo ſuum excuſarit, aut ſaltem minuerit. Opportune Gregorius ad illa verba: *De Amalech adduxerunt ea.* lib. 6. Gregor. in 1. Reg. *Quid eſt quod ait: De Amalech adduxerunt ea, & non dixit, Adduximus? Sed quando reprobi arguuntur, culpa aliquando negando tegunt, aliquando in alios transferunt: tegunt quidem negando, cùm latere poſſunt; ſed dum quaſi in aperto deprehenſi tenentur, quod negare nequeunt, aliis adſcribunt: horum ſiquidem mores Saul inſinuans ait: De Amalech adduxerunt ea.* Negaret, ni confutaneus balatus proderet; at dum negare nequiuit, omne populo crimen impegit: aliorum verſutus exaggerauit erratum, vt proprium coloraret delictum; at dum cæcus ad excuſationes inhoneſtas recurrit, culpam imprudenter adauget: ſubiectorum culpas exaggerat, & ſe, dum exaggerat, imprudenter condemnat: nam qui aliis præpoſitus errare non cohibet, de aliis criminibus culpam fugit ſibi applicandam, & grauiùs quam ſubditis adſcribendam. Adde aliquando temeratis ſuſpicionibus, impoſſibilibuſque criminibus innocuos denigrari in ſceleris patrocinium, cæcitatiſque leuamentum.

339 *Videntes filij Dei filias hominum*, inquit textus, *quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxòres ex omnibus, quas elegerant.* Omnis caro ſic ſuetam virtutis viam didicerat, vt ſpes emendationis ferè non eſſet: Geneſ. 6. v. 2. *Videns Deus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & in cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore; pœnituit eum, quòd hominem feciſſet in terra.* Per filios Dei Sethi filios intelligi in confeſſo apud interpretes eſt; verum homines, qui ſeruam libidini rationem tradiderant, & voluptatem rationis loco colebant; vt ſuam præuaricandi procaciam defenderent, Spiritibus, Deique Angelis libidinoſum amorem, & in pulchellas à ratione deuium impegerunt votum, ac commenti ſunt deliderium, quò tanto exemplo libidinis tuerentur delirium: nequibant fœdos lu-

Digitized by Google

luxuriæ exceſſus vmbratili ratione inaurare : ergo commenti ſunt Angelis ſimile delictum adſcribere, vt dum impactam, falſoque adſcriptam Angelorum pro ſe afferunt prauitatem, propriam alleuauerint culpam ; imò exoculatam commendarint intemperantiam. Ita Theodoretus q. 47. in Geneſ. *Quidam nimis ſtupidi, & ſtolidi exiſtimarunt eos* (filios Dei) *Angelos eſſe, putantes ſua forſan intemperantia patrocinium habituros, ſi Angelos eiuſdem criminis reos tenerent. Oportebat autem eos audiſſe Deum omnium ita dicentem : Non permanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis in æternum, quia carnes ſunt.* Homines, non Angeli Deo tædium ingeminarant, & pœnitudinis dolore quodammodo affecerant ; eo tamen procax ſe effudit audacia, vt patrocinium quæritarint ſpiritus infamando, & ſcelus impoſſibile Angelis adſcribendo : eſt namque frequens peccatoribus mos non auerſari culpam ; ſed inaurare, aut minuere, aliorum erratum exaggerando, aut errorem falſis criminationibus impingendo : *Putantes ſua intemperantia patrocinium habituros.* Angelos intemperantes imprudenter aſſeruerunt.

Theodor.

§. LXXVII.

Rarò ad Principem veritas peruenit mera ; ſed frequenter aucta minuta.

340 HOc vnum aiebat Seneca deeſſe magnatibus in omnium rerum affluentia, diuitiarúmque copia, nempe qui verum dicat : eſt namque inter adulatores certamen quis blandiùs fallat, qui iucundius mendacio mulceat : timent omnes magnatum iram, deſiderant gratiam. Hinc denuntianda conformant non æquitati ; ſed tempori : minuunt aſpera, exaggerant dulcia, vt mendacio indignationem vitarint, adulationeque beneuolentiam allexerint. *Non vides*, aiebat Seneca lib. 6. de Benef. cap. 30. *quemadmodum illos in præceps agat extincta libertas, & fides in obſequium ſeruile ſubmiſſa.* Fides fidei didiſcit officium, dum gratum exhibere geſtit obſequium : nullus libera fronte enuntiat veritatem ; ſed decurtat, aut auget, prout expedire coniecit. Aulicorum morem imitatus Zebul nuntium ad Abimelechum miſit, ſicque ſtatum rerum denuntiauit vt indignationem effugerit. *Miſit clam ad Abimelech nuntios dicens : Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ciuitatem.* Loco illius particulæ *clàm* habetur in Hebræo *fraudulenter* : vt denotetur miſiſſe nuntios tectè, vt tecta etiam veritate. Ita Abulenſis quæſtione 40. *Dicitur fraudulenter, quia non miſit veritatem referri per nuntios ipſi Abimelech, vt patet infra, ſcilicet quia iuſſit dici quod oppugnabat ciuitatem Sichem Gaal, & tamen erat falſum.* Iam ſi quæras cur non retulerit ciuitatem intraſſe, & cum ciuibus conueniſſe : reſpondebit idem Abulenſis quæſtione 41. de induſtria factum, ne Abimelechi dolorem exulceraret, ſi ciuium cum Gaal ciuitatem iam incolente coniurationem referret : *Si miſiſſet Zebul ad dicendum Abimelech quòd Gaal erat in orbe de conſenſu virorum vrbis, & quod omnes pugnabant, vel pugnare intendebant contra Abimelech, expaniſſet videns difficultatem prænalendi contra Gaal & ciuitatem.* Itaque Gaalis retulit ſtudium, Sichimitarum tacuit conſenſum, & ne Principis incrementaret dolorem, decurtauit veritatem. Quod ſæpe ſæpius contingit : non referuntur Principibus vera ; ſed fucata, & immunita : quia quiſque plus attendit adulationi, quàm veritati. Audi Cornelium Tacitum lib. 1. annal. *Temporibus Auguſti dicendis non defuere : decora ingenia, donec gliſcente adulatione deterrerentur. Tiberij, Caiique, & Claudij, ac Neronis res florentibus ipſis ob metum falſæ, poſtquam occiderant, recentibus odiis compoſitæ ſunt.* Poſt illorum occaſum retulit odium, quod florentibus ipſis adulandi celarat ſtudium, & placendi artificioſum ingenium.

Seneca.

Abulenſ.

Cornel.

Diuus Ioannes eremi cultor, Angelorum ciuis humanæ naturæ decus, elogium gratiæ, Herodi non adulabatur ; ſed veritatem pia audacia referebat *Dicebat illi Ioannes : Non licet tibi habere eam.* Hanc vocem cum ſaltibus quos in matris vtero ediderat, comparat ingeniosè Baſilius Seleucienſis orat. 18. *O dicendi libertas, quæ regiam iniuriam non metuit : linguam euibrabat, vt olim in vtero ſaltum edebat.* Profundum ſanè Baſilij ingenium ! Quid linguæ cum tripudio commune, quando ſaltus legem ſupergrediebantur naturæ, lingua famulabatur rationi ? Impudicum arguere muneris lex cogebat, ſaltus edere miraculum indicabat. Ergo idem non erit vibrare linguam, ac ducere in ventre choreas. Sanè vtrobique gratiæ miraculum reſplenduit : nam ſi miraculum eſt, quod vltra naturæ conſuetudinem legemque accidit, Ioannis lingua conſuetudinem vicit, & tripudians naturam pectore ſuperauit. Videbat Baptiſta regem adulterium in matrimonium transferre conantem, & libera voce non licere protulit : *Non licet tibi* : ergo conſuetudinem vicit, dum veritatem pronuntiauit : & quidem ſi alius eſſet, in ambitionis officina fucatas elaboraſſet rationes, coloraſſet cauſas, quibus defenderetur iniuria, & caſtitatis diſſimularetur offenſa ; adeo vſitatum eſt Principibus adulari, & quidquid cupiunt contra rationem, rationibus adulteratis defendere. Simili gratiæ miraculo regis delicias illicitas condemnauit, & ſaltus, vt Chriſto plauderet, edidit. *Linguam euibrabat, vt olim in vtero ſaltum edebat.* Vtque noueris, quàm in nuda dicenda veritate Phœnix fuerit Baptiſta, tranſi mente ad illam cœnam, in qua ipſe Herodes impiè iurauit, & ſceleſtius iuramentum impleuit. Adſtantes conſuluiſſe videtur, an eſſet iuramento obſtrictus : illi animum conijcientes, obſtringi aſſeueratunt, & decapitari Ioannem religionis obſequium eſſe affirmarunt : & ob id fortaſſis adiecit textus non ſolum ob iuramentum ; ſed ob adſtantes etiam Ioannem detruncatum : *Propter iuramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant, iuſſit dari.* Qui aderant, iuramenti vim exaggerabant, & vt illi morem gererent, religione addictum effutiebant : vnde perpetrando crimini fauerunt arbitri : quia adulatione & ambitione corrupti. Chryſologum audi ſerm. 174. *Natalis ſui, inquit, cœnam fecit Principibus, tribunis, & primis Galilææ. Quid egit incauta, & cæca ſemper impietas ? Omnes euocat poteſtates, vt non tam multos conuiuij ſui ſocios, quàm innumeros ſibi criminis teſtes aſſumat.* Curioſis auribus audi quæ ſubiicit : *Et tot habeat facinoris ſui arbitros, quot habuit præſides*

341 Matth. 14. v. 4.

Seleucienſ.

Chryſol.

Digitized by Google

præſides diſciplinæ. Itaque diſciplinæ præſidibus, legisiuriſque Doctoribus decernendum commiſit, an iuramenti religione teneretur ad turpiſſimum puellæ votum: illique vt regis beneplaciti gnari ſententiam tulerunt pro homicidio, detorto ad impietatis auxilium iuramento. Ergo pro miraculo habendum eſt Ioannem veritatem protuliſſe, & audaciam regis damnaſſe.

342 Pſaltes Pſalmo 139. quid ſit in cauſa frequentis addo fraudis, mendaciſque explicuit: *Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos.* Ac ſi diceret: Vis noſſe quod ſi caput cauſáve ambagum fraudumque, quas multi contra veritatem concinnant? Attende his ali, his ornari, his ad dignitatem non ſemel efferri: ergo labiis laborant, vt operiantur: nam concinnatis fraudibus proteguntur. Ita Incognitus: *Veritas tota facilitate dicitur; ille autem laborat, qui fingit quod dicat: nam qui vult veritatem dicere, non laborat: quaſi ergo dicat iſte Deo: Me operit vmbraculum tuum: quia obumbraſti ſuper caput meum in die belli; impios verò operit mendacium ipſorum; ſed hoc mendacium ipſorum labor eſt labiorum ipſorum.* Vt ob meritum iuſtus in die diſcriminis & belli Deum ſortitur auxiliatorem, & contra afflictionum æſtus vmbraculum: ita apud Principes artificioſis mendaciis, & fallacibus blanditus elaborant ſibi adulatores contra pericula auxilium, & contra egeſtatem commodum. Ergo quod primò decernunt, eſt variis circuitibus, & ambagibus veritatem corrumpere, aut ſaltem diſſimulare: de mendacio linguæ tamquam de manuum labore viuunt: & ob id caput circuitus, id eſt primum ſtudium illorum eſt, ne offendentur, veritatem tegere ambagibus, & adulterare fictionibus. Ad rem Petrus Damianus lib.7. epiſtolar. epiſt.11. ad Gotifredum: *Tu ſanè, vir eminentiſſime, quodammodò multa quotidie percipis, & nectareo ſapore conſperſa, dum tibi vnuſquiſque ad votum loquitur, nec aliud quidquam ſuggerere nititur, niſi quod tuis auribus blandiatur. Quidquid tibi planè dicendum eſt, prius accuratè componitur, & quaſi fabrilis inſtrumenti ſtudio eruditur ac politur.* Addit: *O infelix, & deceptioni ſemper obnoxium mundanæ faſtigium dignitatis: quia cùm cæteris dicant homines illa, quæ ſentiunt, potentibus ſæculi fucati ſermonis argumenta componunt, & eos, qui ſe aliis exhibent puros, diuites compelluntur ſemper habere ſuſpectos.* Veridici ſupercilio feriuntur, & ingrati ſemper habentur: & ob id Damianus adulatorum labia inſtrumentis fabrilibus comparauit: laborant namque veritatem extenuando, vt fuco expolita, fraudeque dolata minus diſpliceat, ne ſi nudam liberamque protulerint, ſibi conciliarint inuidiam, & Principum incurrant ingratiam.

Incogn.

Damianus.

343 Magi apud orientales potentes ſtellam illam Dei eſſe agnouerunt, & promulgarunt: *Vidimus ſtellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.* Et quid habuit hæc ſtella, quo ſe teſtaretur diuinam? Veritatem clarè, inquit Chryſologus, protuliſſe: Magus tot diis, quot ſyderibus inſeruiebat: erroribus delectatus, fraudique deuotus; nec tamen ſtella veritatem occuluit, vt Magorum ſe placitis adaptaret: ergo diuina proditur, non terrena. Audi Chryſologum ſerm.156. *Vidimus ſtellam eius non vt cometen incircumfuſo crine occultare quod nuntiat, obſcurare quod lucet.* Vbi videt Magus ſtellam veritatem errotibus ſuis oppoſitam liberè proloquentem, vt vidit non circumfuſis perplexiſque luminum concinnis occultantem, nouam confeſtim eſt ac diuinam, quandoquidem, ni cœleſtis eſſet, nullatenus auderet Magorum erroribus refragari, aut illorum votis opponi. Benè, ſed adhuc floridum Chryſologi ingenium vltra miraculum teſtatur eſſe, ingratam Herodi Magos ipſa in curia promulgaſſe veritatem. Ieroſolymam ingreſſi etſi nuntio perculſum obturbatumque regem agnouerunt, non deſiterunt à regis recens nati prædicatione: *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum?* Regem promulgant, ſtellam apparuiſſe loquuntur intrepidè. Quod demirans Chryſologus iam datus ſic ait: *Plus cœleſte de Magis, quàm de ſtella ſignum eſt, quòd Iudæa regem, quòd legis auctorem Magus ſcit, neſcit Iudæus, Chaldæa defert, non defert Iudæa.* Si Herodes nouo Regi non aduerſaretur, mirum non eſſet Magos veritatem deprædicaſſe; at vltra miraculum fuit non retractare ſententiam, aut ne offenderent, variis coloribus canere palinodiam.

Matth 2. v.2.

Chryſol.

Iſaias ſe labia polluta habere, & in medio populi polluta labia habentis habitare lamentabatur: *Va mihi quia tacui: quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Ex eadem cauſa, etſi diuerſo modo populus Iſaiaſque labiorum contrahebant maculam: Iſaias namque veritatem non defendit; ſed ſiluit: populus mendaciis artificioſis fefellit. Itaque populus regem impium ſaporatis oblectabat mendaciis; Iſaias labia non polluebat mendaciis; ſed importunis ſigillabat ſilentiis. Ita Hugo Cardinalis ad Ieremiæ 9. *In medio populi doloſi & mentientis. In medio populi polluta labia habentis ego habito.* Vides omnia populi labia polluta: quia reliqui Principem deliniebant mendacio, & Iſaias ipſe ſigillabat labia ſilentio. Ad regis aures veritas nullatenus perueniebat, aut quia prophetæ ſupprimebant, aut quia cæteri adulterabant. Ita Lyra: *Va mihi quia tacui à reprehenſione vel repreſſione Oziæ regis de ſua præſumptione.* Auſus non fuit regem veritate comprimere, reliqui geſtiebant mendaciis gratiſſimis inſtigare: vt verum fuerit ad ſæculi potentes veritatem tariſſimè peruenire: nam labia timor claudit ſilentio, aut ambitio dicat mendacio.

344 Iſai.6.v.5.

Hugo.

Lyra.

---

§. LXXVIII.

Oportet aliquando ſtulteſcere, vt poſsis tibi conſulere.

345 Multa ſunt, quæ ad iracundiam inſtigent, multa quæ furorem acuant: oportet tamen aliquando deſipere, & vtili aures occludere iurditate. Omnia tempus habent: quod ſi inuertatur, & teritur. In bellum non prodibit ſine triumphi ſpe, etſi laceſſatur prudens: mauult enim medico tempore haberi ignauus, quàm ſugillari ſemper imprudentiſſimus: tolerantiâ prudentiâque quidquid ſtimulabat ad immaturam iracundiam, leniendum eſt, præcipuè vbi prudenter deſipere, & ad ſpeciem ſtulteſcere pericula arcent grauiſſima vitæ & honori aduerſantia. Nonnulli, vt citatiùs conſulant honori, non attendunt diſcrimini; cum prudentiæ elogium ſit patienter aliquando diſſimulare, & in opportunum

portunum tempore differre. Gaal ambitionis ſtimulis præcipitatis, & iuuentutis ardore cæcus Zebulem præfectum tunc ciuitatis contumeliis affecit, Abimelechum arroſit; verùm etſi iracundia exulceratum animum impelleret, ſapienti quadam ſtultitia, ſurditate ſe continuit, & ſilentio ora ſignauit: *Iratus eſt valde, & miſit clam ad Abimelech nuntios.* Inquires cur non irâ excandeſcens inſolentiam puniuerit, & ſupplicio alios repreſſerit. Audi ab Aria Montano: *Cum ſe crimine eodem cum Abimelecho in illa oratione inuolutum cognoſceret, nec ſecurum eſſe, nec pro arbitrio virum illum, & populum compeſcere, nec dignitatem perſonamque tueri poſſe intelligens, iram grauiter, iniquoque conceptam animo, tamen quia in præſentiarum enumere non poterat, interim diſſimulauit, dum Abimelechi potentia & operâ vſus vlciſceretur.* Montan. Ciuis procacia ſupplicio videbatur digniſſima; verùm quia rerum tunc ſtatus non patiebatur niſi ingenti diſcrimine indignationem effundere, ſupplicio abſtinuit, & in opportunius tempus remiſit. Videbatur obſurdeſcere ignauè, non reſpondere videbatur ſtulti; at Zebul vti cordatus tunc tacuit; ſed opportuno tempore reſpondit: nam cùm iam Abimelechi copiæ adeſſent, earumque auxilio periculum exularet; Gaalem ſic allocutus eſt: *Vbi nunc os tuum, quo loquebaris: Quis eſt Abimelech, vt ſeruiamus ei? Nonne hic populus eſt quem deſpiciebas?* Modò carpſit, quòd anteà diſſimularat: vtque fuit ſtulteſcere prudentis, ſic & regentis fuit carpere.

346 Dauid Saulis extimeſcens furoris inſaniam, ſe ad Achis regem Geth contulit. Achis ſerui, vt animaduerterunt hominem bellica fortitudine eximium, tot naturæ dotibus clarum in palatio verſari, veriti ne fors apud Regem gratiam iniret, periculo occurrere feſtinarunt, eius in Philiſthæos iniurias recenſentes, & victorias, quas de ipſis reportarat, ad conciliandum odium exaggerantes. *Dixerunt ſerui Achis ad eum cùm vidiſſent Dauid:* 1. Reg. 21. v. 11. *Numquid non iſte eſt Dauid rex terræ? Nonne huic canebant per choros dicentes: Percuſſit Saul mille & Dauid decem millia?* Non aiunt: Iſte eſt Dauid, qui è noſtris Philiſthæum lapide inflicto percuſſit; ſed cui omnes plaudebant: quia vti politici nouerant in aulis non adeò graue periculum ſuſtinere, qui perpetrauit necem, quàm qui conſecutus eſt laudem: inflicta plaga vnum aut alterum exacerbat; ſed gloriæ inuidia cunctos obarmat. Ergo Dauid dum animaduertit ſe ob egregia facta periclitari, prudenter ſtulteſcit, & ſapienter inſanit: *Poſuit Dauid ſermones iſtos in corde ſuo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth.* Timor periculo occurrere conſuluit, & Dauid prudenti inſania diſcrimen, quod verebatur, euaſit: *Immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum.* En quomodò inuidorum fugerit manus, ore immutato, diſſimulata ſapientia, ſtultitiæ vmbra. Et quidem ni ſapienter ſtulteſceret, fors periret. *Metuens Dauid,* inquit Ioſephus apud gloſſam, *ne periculum, quod declinauerat à Saul, ab illo ſuſciperet, ſimulauit ſe eſſe furioſum.* Ioſeph. Mente ſe captum arcanè finxit, & quæ vibrabat inuidentia, tela vitauit, vt ſibi conſuleret, at ſtultitiæ patrocinium confugit, edocens eximiam eſſe prudentiam ſapienter aliquando deſipere, vt pericula queas euadere.

347 Zachæus ſtatura puſillus à plurimis impediebatur, ne ardens videndi Chriſtum Dominum deſiderium lucraretur: ſecum expendebat non poſſe ſuæ domuſque ſaluti conſulere, ni ſycomorum inſcenderet, & ex alia verò parte penſabat fatuitatis ſe aſpergendum nota, fatuæ arbori inſidens, & inſcendens. Verùm honoris ac ſalutis deſideriis vt fluctibus circumactus, maluit ſtultitiæ notâ ſati conſulere, quàm prudentiæ apud homines laude à viſione Numinis retardari: *Quærebat videre Ieſum quis eſſet, & non poterat pra turba, quia ſtatura puſillus erat, & præcurrens aſcendit in arborem ſycomorum, vt videret eum, quia inde erat tranſiturus.* Luc. 19. v. 3. Ad arboris culmen repens, fructum ſaluti tulit, aſſerente Domino: *Hodie ſalus domui huic facta eſt.* Gregorius Magnus vt perſpicaci ingenij acumine viget ad hiſtorias moralitati adaptandas, ait Sycomorum fatuam ficum haberi, illique Zachæum inſeri nihil aliud fuiſſe, quàm ſapienter ſtulteſcere ad elucrandam ſalutem, & promerendam Chriſti viſionem. Si Princeps, ditiſſimuſque per arboris ramos inſcendat, cenſebitur non ſolùm imprudens; ſed inſanus, quandoquidem videtur dedecere hominem grauem repere, & puerulos inſcendendo arborem imitari; at Zachæus maluit ſtulti ſubire notam, quàm amittere proſperam viſionis fortunam. Gregorium audi lib. 27. moral. cap. 27. *Zachæus cùm videre pra turba nihil poſſet, ſycomori arborem aſcendit, vt tranſeuntem Dominum cerneret: Sycomorus quippe ficus fatua dicitur: puſillus itaque Zacheus ſycomorum ſubijt, & Dominum vidit: quia qui mundi ſtultitiam humiliter eligunt, ipſi Dei ſapientiam ſubtiliter contemplantur.* Gregor. Sapienter Zachæus inuenitur ſtultus, vt Chriſti viſione gaudeat donatus: *Hodie*, inquit, *ſalus domui huic facta eſt.* Quando hodie? Quando Zachæus fatuitatem elegit, quando contempſit rationabiliter apud homines opinionem. Quàm oportuit ad ſalutem ſtultitia, & quàm noceret ſæcularis prudentia!

Eliu cum Iobo diſſerens ſic aiebat: *Dignè eum* 348 *inuenire non poſſumus: magnus fortitudine, & iudicio, & iuſtitia, & enarrari non poteſt: ideò timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes, qui ſibi videntur eſſe ſapientes.* Iob. 37. v. 23. Qui huius mundi ructant ſapientiam, non audent contemplari Numinis gloriam: vt è contra qui ſapientem ſtultitiam amplectuntur, Dei notitia remunerantur. Stultus videtur, qui percutienti maxillam præbet alteram percutiendam: ſtultus videtur qui copioſo cenſu donatus ad deſertorum inuia ſe confert nudus; hæc tamen ſtultitia eſt æternæ ſalutis vena. Prudentes, vt ſibi conſulant, ſtulteſcunt: quia nouerunt eſſe vtiliſſimum ſapienter ſtulteſcere; vt ſibi valeant conſulere. Redeat iam datus Gregorius: *Contemplari Dei ſapientiam non poſſunt, qui ſibi ſapientes videntur.* Gregor. Rationem affert: *Quia in eorum mentibus, dum tumor elationis creſcit, aciem contemplationis claudit, & vnde ſe lucere pra cæteris æſtimant, inde ſe lumine veritatis priuant. Si igitur veraciter ſapientes eſſe, atque ipſam ſapientiam contemplari appetimus, ſtultos non humiliter cognoſcamus, relinquamus noxiam ſapientiam, diſcamus laudabilem fatuitatem.* Laudabili fatuitate ſtulteſcit, qui humanæ opinionis contemptor æternæ ſaluti proſpicit, qui temporaneo deſpectu æternam ſibi venerationem procudit: qui mauult apud ſæculum ſordeſcere, quã volatica floriditate aduerſarios ſibi dæmones delectare. Stultiſſimum apud ſæculũ reputatur amiſſa non quærere, iniuriam vltione non expungere, procaciam tumidi tolerare, & ora ſilentio premere; hæc tamen ſtultitia eſt ſalutis patrona, & fœcunda ſapientiæ vena: vnde qui ſibi conſulit,

oportet

oportet ſic ſtulteſcat, vt laudabiliter ſapiat. E contra ſolet accidere; qui apud ſæculum ſapit, reuera apud Deum ſtulteſcit, & qui videbatur ſapienter prouidus, ſugillatur ſtultus: vnde vt laudabilis ſtultitia eſt vera ſapientia, ita mundialis ſapientia eſt vera ſtultitia.

349 Dives quidam fructuum prouentibus affluens ſecum cogitabat qualiter contra temporum iniurias aſſeruaret, & ab hominum violentia deſcenderet: *Deſtruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt mihi.* Lucæ 12. v. 18. Prouidum videbatur conſilium, & tamen audit ſtultus: *Stulte hac nocte animam tuam repetunt à te.* Aptius fortè, auare, quam ſtulte: nec enim apud ſæculum ſugillabitur ſtultitia inuigilare aſſeruandis fructibus ſtudioſiſſima prouidētia: cur ergo quando fortiſſima horrea manus graſſatorum arcebant, & vberes congregati fructus temporibus inſultabant, audiuit ſtultus, cùm dicendus videretur cordatus? Certè non dubitatur humana diuitem fuiſſe ſapientia; ſed quæ erat apud Dominum ſtultitia. Satius illi eſſet fructibus pauperes ditare, & honeſta prodigalitate profundere, quàm horreis auaris condere: auditet ſine dubio apud ſæculum dilapidatis ad ſpeciem diuitiis ſtultus; ſed ea ſibi ſtultitia prouidiſſet, vitamque prorogaſſet; at dum apud ſæculum prouidus, apud Dominum inuenitur ſtultus. Opportunè Chryſolog. ſerm. 104. Chryſol. *Benè ſtulte: quia ibi totum de carne fuerat, nihil de corde.* Dum prudenter iuxta carnem inuigilat, dum periculum matura anteuertit cautela, ipſa cautela vrgentiora aſciuit ſibi pericula. Ergo reuera fuit ſtultus, dum apud ſæculum prouidus. Diſce ergo, vt poſſit tuæ ſaluti conſulere, ſapienter aliquando, & laudabiliter ſtulteſcere.

---

§. LXXIX.

Ad Reipublicæ ſedandos tumultus plus expedit aliquando celeritas, quàm militum numeroſitas.

350 NIhil ſine ordine firmum eſt: quia ipſa confuſio fruſtratur vires, & dum ordinatè non proceditur, labor amittitur. Hinc ſi qua in ciuitate oriri incipiat commotio, oportet quàm citò adhibere remedium, ne dilatione creuerit damnum, nam ſi tempus ſuppetat, tumultus confuſaneus ad ordinatum tranſibit exercitum, & quæ impetu acta, conſilio militabunt diſpoſita: *Difficultatem nobis querela ſubmouemus*, aiebat Theodoricus 5. Caſſiod. var. 15. *dum in ipſis cunabulis ſcelera commiſſa reſecantur.* Delictum recèns natum ſine difficultate comprimitur; ſi inueneſcat, magnis difficultatibus implicatur. Pharao recens natos infantes flumo ſine difficultate commiſit; at dum adultum populum per fluenta perſequitur, marinis ipſe fluctibus ſepelitur. Properandum eſt, dum vires pullulant, ne coaleſcentes indureſcant, & vel aciem ferri vincant. Sichimitæ defectionem aggrediebantur, Gaal igniculos iniiciebat, tunc Zebul vtpote prudens Abimelecho citò properandum conſuluit: ſic enim facilè ſedandos ſperabat tumultus: aliter timebat nec copioſiſſimo exercitu frænandos; imò cunctationis morâ adaugendos: *Surge itaque nocte cum populo, qui tecum eſt, & latitia in agro, & primo mane oriente Sole irrue ſuper ciuitatem, illo autem egrediente ad uerſum te cum populo ſuo, fac ei quod potueris.* Nouerat Zebul quantas militibus vires indat ſuperioris præſentia, quamque oporteat ſitus temporiſque opportunitas, & ad recentes tumultus reprimendos celeritas: ergo monet properandum, ne ſi protrahantur moræ, & ad augendas copias tumultuantibus vires indiderit tarditas, iam ſit caſſus labor, & inutilis ſudor. Adeſt Arias Montanus ad hunc locum: *Celeritatem incepti exigit vox & nunc, & temporis nocturni conſtitutio, quod ad inſidias paranda, hoſteſque præueniendum conſilium apprimè cenſetur opportunum.* Subnectit: *Quod vero rege ipſum compellat, ad efficientiam, & auctoritatem facit: quippe magni momenti res, & quibus de regia dignitate ac ſalute agitur, non tam conſultè ac rectè aliis quamuis fortiſſimis, & coniunctiſſimis miniſtris committuntur, quàm ipſi, cuius præcipuè intereſt, ſuſcipiuntur.* Rei euentus Zebulis probauit conſilium, quandoquidem celeri aduentu, inſpiratoque Gaal non potuit grandem manum legere, vnde compulſus eſt fugere! Montan.

Vt Galaaditarum res infeliciter declinabant, ſic 351
Ammonitarum vires inualeſcebant, cúmque ijs victoriam, vt putabant ipſi, prædamque extenta manu offerret occaſio, nihil non audebant: eo tempore ad Iephte, qui exiguam collegerat manum, perrexerunt natu maiores Iſrael in modum ſupplicium exorantes, vt patriæ miſeratus ſortem frangeret inimicorum audaciam: *Congregati ſunt ad eum viri inopes; & latrocinantes, & quaſi Principem ſequebantur.* Iudic. 11. v. 3. A perturbatis animis videatur cui profectum conſilium, quandoquidem exigua manu hoſtes adoriti non tam videbatur calamitatis ſubſidium, quam incrementum; & tamen inſtant, & quam citò maturandam expeditionem exorant: *Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum & pugnes contra filios Ammon.* Redimere conati ſunt tempus: quia fortè nouerant plus conducere angu-ſtiori agmine citò hoſtem impetere, quàm tempus ad augendum militem prorogare: ſunt enim aliqua, quæ non tam exigant multitudinem, quàm celeritatem: vnde ni ſubueniat celeritas, parum poſteà intererit multiplicitas: non eſt temeritate audendum; ſed nec hoſtis eſt lentitudine adiuuandus. Accipe Abulenſem quæſtione 13. *Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum, ſcilicet illicò eas, quia inſtant Ammonitæ.* Celeritatem deſiderarunt: quia ipſa in celeritate ſitam felicitatem nouerunt. Certè vt prudenti medico opus eſt vti conjectura, & ex circumſtantiis lenta aut actiua adhibere remedia, ſic opus eſt duci ex circumſtantiis decernere, an expediat celeritas aut prolixitas: ſunt namque plura, quæ de celeritate capiunt remedium, de lentitudine damnum. Abulenſ.

Reſpublica duas in partes diuiſa tumultuabatur, Abſalonem ſequebatur non modica turba: 352
Cùm immolaſſet victimas, facta eſt coniuratio valida, populuſque concurrens augebatur cum Abſalon. 2. Reg. 15. v. 12. Non modica populi pars Dauidis latera tegebat, & circumuallabat: *Egreſſus rex, & omnis Iſrael pedibus ſuis, ſtetit procul à domo.* Hoc rerum ſtatu initur conſilium, & Achitophel maturandum certamen cenſuit: *Eligam mihi duodecim millia virorum, & conſurgens perſequar Dauid hac nocte.* 2. Reg. 17. v. 1. Chuſai de induſtria (partes namque Dauidis fouebat) congregandum vniuerſum

Iſrael conſuluit, & variis ac fucatis rationibus colorauit: *Congregetur ad te vniuerſus Iſrael à Dan vſque Berſabee quaſi arena maris innumerabilis.* Alter conſulit maturandum vel non adeò ampla manu, alter expectandum, vt ferè innumero hoſtis poſſit opprimi exercitu. Hoc Chuſai conſilium Abſalomo nocentiſſimum Domini nutu præfertur, & vtile Achitophel diſſipatur: *Domini nutu diſſipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſalon malum.* Achitophel conſilium erat vtile, videlicet ad tumultuantes ſubiugandos plus conducere, quàm multitudinem, breuitatem: & quidem ni Domini nutu diſſipatum fuiſſet conſilium Achitophel, Dauid duram ſubiiſſet fortunam, & amiſiſſet coronam; at tardauit Abſalon, inquit Lyra, *Quia Dominus humiliationem Dauid, & eius patientiam reſpexerat oculo miſericordiæ, & Abſalon reddere volebat pœnam ſuæ malitiæ.* Dum tempus differtur, populi diuiſio vires capit, & qui placatus fuiſſet celeri expeditione tumultus, placari non potuit, dum copioſus expectatur exercitus. Lyra.

353 Vt nihil eſt ab ambitionis fraudibus tutum, Alcimus Dei obſequiis conſecratus religionis fuco dignitatem iam amiſſam recuperare molitur. Ob id ad Demetrium non ſine muneribus tetendit, & mendacio fidem emit copioſis muneribus, & magnificis largitionibus. *Alcimus quidam, qui ſummus Sacerdos fuerat; ſed voluntariè coinquinatus eſt temporibus commiſtionis, conſiderans nullomodo ſibi eſſe ſalutem, neque acceſſum ad altare, venit ad regem Demetrium centeſimo quinquageſimo anno offerens ei coronam auream & palmam, ſuper hac & tallos, qui templi eſſe videbantur.* Dum offert munera, ambitioſum pectore preſſit ſtudium, ſolumque inſeruiendi Demetrio affectauit deſiderium; verùm opportunam nactus occaſionem, patulas Demetrij aures variis contra Iudam impleuit criminationibus, conteſtatus ſitire bella, & in regem architectari diſcrimina: *Ipſi, qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum eſſe quietum.* His inflammatus Demetrius diſcrimini medendum conſuluit, nec expectauit, vt amplam manum colligeret; ſed quam citò elephantorum præſidem delegauit, ratus commodius de celeritate diſcrimini ſubueniendum, quàm ſi ad numeroſiſſimas copias cogendas fuerit tempus protelandum: *Statim Nicanorem præpoſitum elephantorum Ducem miſit in Iudæam datis mandatis, vt ipſum quidem Iudam caperet; eos verò, qui cum ipſo erant, diſpergeret.* Non dubitauit bellicus & aſtutus Demetrius, ſi quam citiùs ſeditioni occurreret, Iudam capiendum, & reliquorum impetum refrænandum: ergo miſit ſtatim de celeritate remedium ſperans, & quid ſeditionibus expediat, celeritate declarans: *Conſequenter ponitur iuſſio regis de exterminio Iudaicæ gentis*, inquit Lyra. Conſequenter ad falſam reuelationem: nec enim diſtulit, aut tardauit. 1. Machab. 14. v. 3. Lyra.

354 Non diſſentiet à celeritatis conſilio propheta Nathanus: nam vt nouit Adoniam non modicam populi partem allicere, conuiuiiſque gratiam emere, Bethſabeæ conſuluit quamprimum rege accedere, & remedium procurare, ne ſi ingraueſceret malum, difficilius eſſet remedium. Dixit Nathan ad Bethſabee matrem Salomonis: *Num audiſti quod regnauerit Adonias filius Agith, & Dominus noſter Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe conſilium à me, & ſalua animam tuam, filiique tui Salomonis.* Expende illud *nunc*: ac ſi dicat: ſi acceleras, tibi, filioque tuo prouidebis: ſi moras traxeris, adonias regnabit: crimina namque in ipſa infantia, facillimè conteruntur; at ſi grandeſcant, difficillimè diſſipantur. Dum ſeditioſorum animi adhuc tumultuantur, dum nondum fixere propoſitum, dum ſub incerto adhuc ſunt, non eſt laborioſum reprimere, ad rationemque trahere; at ſi iam rupere frænos, ipſa iniquitas audaciam ſuggerit, & conſilium omne repellit: *Nunc veni, & ſalua animam tuam: timebat enim probabiliter*, inquit Lyra, *quod ſi Adonias in regno confirmaretur, quod mortuo Dauid puniret Bethſabee de crimine adulterij, & contra Salomonem quæreret mortis occaſionem.* Salomon ad regnum efferendus erat; verùm à fratre excitata ſeditio periculum afferebat. Ergo Nathan quàm citiùs occurrendum monet, nec expectanda militum copia; ſed vel procedendum ad Salomonis vnctionem vel manu exiguâ. Et quidem conſilij ſapientiam comprobauit euentus: vt audierunt namque Adoniæ partiales conſilium proditum, Salomonemque vnctum, dilapſi ſunt, & quam tuebantur partem, vt ſibi conſulerent, reliquerunt: aſſerente Scriptura: *Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes, qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viam ſuam.* 1. Reg 1. v. 11. Lyra.

§. LXXX.

Adepti dignitatem aliquando ſoluerunt offenſis, quod antè ſummis promiſerant gratificandum officiis.

OMnis dignitatis ambitor, vt animes ſibi conciliauerit, vt optatam dignitatem rapuerit, gratitudinem ſuam electuris oppignerat, nullum ſe officium omiſſurum obteſtatur, nullis temporum tractibus delendam beneficij memoriam, imò benefactori cumulatiſſimam referendam promittit gratiam; dignitate verò iam obtenta ſic ſtylum plures verterunt, vt promiſſa obſequia iniuriis ſoluerint, & offenſis compenſarint. Quam pulchrè Seneca lib. 5. de Benef. cap. 15. *Beneficia in ſcelus verſa ſunt, & ſanguini eorum non parcitur, pro quibus ſanguis fundendus eſt. Gladio ac venenis beneficia ſequimur, ipſi patriæ manus afferre, & faſcibus ſuis illam premere, potentia ac dignitas eſt.* Humili ſe ac depreſſo loco putat ſtare, quiſquis nõ ſupra Rempublicam ſtetit: accepti ab illa exercitus in ipſam conuertuntur. Ad dignitatis honorem euectus nihil debentis argumentum ab odio quærit, & quibus promiſit commune ſecum fore faſtigium, ingrato aliquando tradidit gladio. Noſtram confirmat theſim Abimelechus, qui dignitatem ſuſpirans Sichimitas adiuit, illorúmque ſemper futurum regnum promiſit: *Conſiderate*, inquit, *quod os veſtrum, & caro veſtra ſum.* Oſſis ad inſtar fortitudine ſua ſuſtentatis, carníſque ad venuſtatem tegentis exhibiturum ſe conteſtatus eſt, nec obtenturum quid honoris vtilitatiſve, quod in ipſorum commodum non ceſſerit, fortunaſque adauxerit. Audi Ariam Montanum: *In maioris commodi, atque melioris notæ ſpem ipſa animi ſui magnitudine, & ad gerendam rem dexteritatis opinione induxit* Addit: *Quibus ſi hunc ci-* 355 Seneca. Montan.

nem

uem ſuum, atque quibuſdam fortaſſis aliquo nomine affinem ad rerum tenendas habenas iuuare ac promouere placeret, ſummæ omnis debitorem exiſtimare in promptu erat, atque ſeſe in omni Iſraële primos conſtitutum iri ſperare. Crediderunt fallaci, pecuniaſque, quibus exercitum cogeret, obtulerunt: *Locuti ſunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem vniuerſos ſermones iſtos, & inclinauerunt cor eorum poſt Abimelech dicentes: Frater noſter eſt. Dederuntque illi ſeptuaginta pondo argenti de fano Baalberith, qui conduxit ſibi ex eo viros inopes, & vagos, ſecutique ſunt eum.* Vides Sichimitarum expenſis exercitu cinctum, & ad dignitatem obtinendam armatum: audi modò quam Sichimitis gratiam retulerit: Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor locis. Quod exhibendum fuerat officium, verſum eſt in inſidiarum augmentum: eodem exercitu Sichimita vaſtauit, quo defendendos promiſerat: *Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret.* Sal Sichimitarum vrbem ſterilem reddidit; ſed ſtrage ſapientiam fœcundauit, dum in honeſtis artibus ad dignitatem euectum promiſſa officia compenſare oſtēdit offenſa. Quàm benè potuit repetere Seneca de Abimelecho: *Accepti ab illa exercitus in ipſam conuertuntur.* Neſciebant Sichimitæ in ſe hoſtem, & quidem virulentiſſimum obarmare, quando pecunias, & copias ſatagebant inſtruere. *Totum diem in expugnanda, & occupanda vrbe poſitum,* ſcribit ad hunc locum Arias Montanus: *deinde reliquum tempus ciuibus interficiendis, & muris diruendis, atque ſolo exarando, & ſterilitatis ac deſolationis damnando poſitum verſus narrat.* Non tacuit textus conducti exercitus vires ad excidium ciuitatis conuerſas, vt notum fuerit, quomodo Abimelechus oſſis, carniſque promiſſa adimplerit officia, & quomodo eligentium procurauerit incrementa.

Montan.

356 Hebræorum populus dura Pharaonis tyrannide premebatur: ea erat duriſſimi refractarij ſæuitia, vt quo duriùs diriúſque diſtorſerit, non gladio occiderit; ſed vitam iniquiſſimis terendam laboribus conſeruauerit; verùm vt iuſtitiæ oculus omnia videt, Moyſem delegat, & virga veluti imperatoria teſſera obarmat: populus libertatis ambitor ad Moyſem accurrit, & genuflexo vtl liberatori reuerentiam impendit: *Audierunt quòd viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & quod reſpexiſſet afflictionem eorum, & proni adorauerunt.* Oleaſter legit: *Incurnauerunt ſe* Additque: *Gratitudinem docet locus iſte.* Gratos ſe exhibent, dum libertatem ſuſpirant: reuerentiæ cultum pendunt, dum ambiunt: *Proni adorauerunt, humiles corde & corpore*, ſcribit Interlinearis. Quàm proni: quàm humiles Moyſis veſtigia in Ægypto lambunt. Iam qualiter ſe obtenta libertate geſſerint, audi: *Clamauit Moyſes ad Dominum dicens: Quid faciam populo huic? Adhuc paululum, & lapidabit me.* Ecce lapidibus ardet libertate obtenta impetere, quem, vt adipiſceretur, geſtiuerat ſubmiſſo vultu adorare. Accepta libertate euanuit beneficij memoria, & adorationi ſucceſſit iniuria. Ad rem ſatis Seneca libro 4. de Beneficiis cap. 37. cuius verba ſolito prolixiùs tranſcribam, vt humanam ingratitudinem exprimam: *Philippus Macedonum rex habebat militem manu fortem, cuius in multis expeditionibus vtilem expertus operam, ſubinde ex præda aliquid illi virtutis cauſa donauerat & hominem venalis animæ crebris auctoramentis incendebat. Hic naufragus in poſſeſſiones cuiuſdam Macedonis expulſus eſt, quod vt Macedoni illi nunciatum eſt, accurrit, ſpiritum eius recollegit, in villam illum ſuam tranſtulit, lectulo ſuo ceſſit, affectum, ſemianimemque recreauit, diebus triginta impensâ ſuâ curauit, refecit, viatico inſtruxit ſubinde dicentem: Gratiam tibi referam, videre tantùm mihi Imperatorem meum contingat.* Vt grandi beneficiorum onere ſe honeſtè prægrauatum tantiſper leuaret, magna promiſit, apud Imperatorem hoſpiti ſuo auxilium, patrocinimque ſpopondit. Iam qualiter fidem ſuam liberauerit, audi: *Narrauit Philippo naufragium ſuum, auxilium tacuit, & protinus petiit, vt ſibi prædia cuiuſdam donaret: ille quidem erat hoſpes eius, is ipſe, à quo receptus erat, à quo ſanatus.* Hoſpitis ſui munificentiſſimi prædia explorauit, & concupiuit, & cui cumulatiſſimam gratiam referendam promiſerat, facultates ingratiſſimus auferebat: tantum diſtant à ſe ipſis homines, dum geſtiunt beneficium accipere, & dum contingit accepto gaudere.

Exod. 4. v. 31

Oleaſt.

Interlin.

Exod. 17. v. 4.

Seneca.

Cùm ſuperbiſſimus ille gigas Hebræorum hoſtis truculentiſſimus omnes de ſtatione vel ſolo aſpectu turbaret, Saül nihil non promiſit victori: *Virum qui percuſſerit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam ſuam dabit ei, & domum patris eius faciet abſque tributo in Iſrael.* Dauid certaminis prouocationem ad ſe rapit, & iugum à contribulibus, antequam experirentur, auertit. Certamen ſummè videbatur periculoſum, quandoquidem hoſtis viribus robuſtus, & armis affabrè elaboratis contectus; paſtor puerulus, & armorum inſcius. Verùm vbi gratia militem ſuum producebat in campum, nullæ potuerunt difficultates deterrere, aut à propoſito reuocare. Certamen initur, eaque Dauid dexteritate fundam lapide munitam rotat, vt gigantem iacto lapide proſternat, & eius, gladio caput ab humeris diuidat: *Pertuſſit Philiſthæum in fronte.* Dauidis auxilio Saul throni aſſecutus eſt ſtabilitatem, triumphi gloriam, ſpoliorum ſummam. Crederes datam liberaturum fidem, nec ſolùm Dauidi dilargiturum promiſſa, ſed cumulatiſſima adiecturum auctaria; verùm beneficia ſoluit offenſis, & acceptam dignitatem iniuriis: haſtam iacit, ſi cum pariete poſſit confodere, quem ægrè ferebat viuere: manum in Dauidem libertatis vindicem, ac poſſet contra communis ſalutis peſtem & cogit, & in campum producit: *Locutus eſt Saül ad Ionathan filium ſuum, & ad omnes ſeruos ſuos, vt occiderent Dauid.* Qui vt adiret triumphum, obſequia, dona, officia promittebat victori, poſt triumphum iaciebat tela, & omnium in Dauidem conflabat odia: vt videat quàm noſtra theſis ſit vera, ſcilicet ſoluiſſe plures accepta dignitate offenſis, quod promiſerant gratificandum officiis. Adeſt Seleuciēſis Baſil. orat. 15. *Poſt Goliathi ſurgit in propheram hoſtis longè acerbior, regis inimicitia victori inimica.* Rex quam promiſerat, filiam non dedit, diuitiis non exornauit, tributo non exemit, ſed acerbior ipſo gigante inimicus Dauidem proſtigabat, & contumeliis replebat.

357

1. Reg. 17. v. 25.

Seleuciens.

Digitized by Google

§. LXXXI.

Amant milites Ducem eorum cupiditatibus indulgentem, nec crimina caſtigantem.

358 Milles ad tuendas ciuium fortunas aſciſcitur, ſtipendioque muneratur; verùm plures ſunt, qui à Ducis amore, & obedientia deficiant, ni illis facultatem rapiendi fecerit, aut ſaltem nociuâ diſſimulatione permiſerit. Illi adhærent Duci, illi obſequentiſſimi parent, qui non tam ſectatur vtilitatem publicam, quàm priuatam. Vnde militia tyrannidi ſimilis aliquando euaſit: quia Duces, ne anguſtarint exercitum, militibus plus iuſto permittunt. *Cui*, aiebat Seneca lib. 6. de benef. cap. 38. *non ex alieno incommodo lucrum? Miles bellum optat*, & quidem non ad ſtabiliendam pacem, ſed ad exercendam rapinam. Accipitres ad aucupis manum redeunt, illique adhærent, quia nouerunt illis licentiam concedi ad volatum, quo deprædentur auiculas; & alienis ſanguinis infamem ſitim extinguant. Hinc diſces cur breuiſſimo tempore Abimelechus manum coëgerit, inſidiáſque aduerſus Sichimitas inſtruxerit: monuerat Zebul, vt textus innuit: ſequenti nocte manum, quam habebat, ſecum adducere, in campoque latitare, vt ſic Oriente Sole in Sichimitas irrueret: *Surge nocte cum populo, qui tecum eſt, & latita in agro, & primo mane oriente Sole irrue ſuper ciuitatem.* Miniſtri, quem fideliſſimum putabat, conſilium ſecutus eſt: *Surrexit itaque Abimelech cum omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam.* Abulenſis quæſt. 42. notauit per omnia paruiſſe conſilio: nam cùm miniſtri prudentiam priùs diligentiſſima trutinâ examinaſſet, cognitamque habuiſſet, non diſtulit exequi, quod à prudente nouerat proficiſci: *Secutus fuit per omnia conſilium Zebul, qui erat vir prudens, & ſurrexit de vrbe illa, in qua manebat, nocte cum toto exercitu ſuo.* Expende expeditionis celeritatem: vix auditur monitus, & iam copioſus properare videtur exercitus: nullus ſomno indulſit, nullus temporis incommoditatem oppoſuit, nullus ab Abimelechi latere diſceſſit: quod quàm ſit arduum vel oculis lippientibus claret. Iam ſi inquiras cauſam: reſpondebit Arias Montanus ad hunc locum, Abimelechum indulgenter ſe cum militibus geſſiſſe illorum exceſſus diſſimulando, & quàm exercebant rapinam nullatenus comprimendo, ob idque ſic eius adhæſiſſe lateri vt quocumque & quolibet tempore collubitum foret, irent, nec quid eius edictis opponerent: *Indicat eamdem fuiſſe omnium voluntatem, illiuſque diligentiam & celeritatem nullius cunctatione, vel refragatione tardatam.* Subiungit: *Vbi tyrannus indulgentia, diſſimulatione, conniuentiâ, ac largitionibus militum, & comitum ſuorum licentiam permittit, audaciamque auget, animos ſibi firmat.* Quia nouerunt milites in Abimelechi conſortio ſibi fore licentiam impuneque exercendam ſemper audaciam, iuſſis non obſtiterunt; ſed celerrimè properarunt.

Seneca.

Abulenſ.

Montan.

359 Iephte à fratribus expulſus terram vertit in regionem Iob ſe recipiens: ibi ad ipſum properant vti ad Principem plures paupertate oppreſſi, & Iudic. 11. v. 3 & ærumnis dimexati: *Congregati ſunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quaſi Principem ſequebantur.* Caietanus notauit iuxta Hebræum nihil de latrociniis exprimi; ſed Iephte ſolùm ſecutos dici: *Iuxta Hebræum habetur, viri vacui: nihil dicitur de latrocinio; ſed de paupertate: erant enim vacui opibus.* Quod nolter textus expreſſit, Hebræus ſubticuit, fortè quia ratus eſt tatis eſſe retuliſſe deuotè parentes, & lubenter ducem comitantes: ni enim eis permitteret viuere ex rapto, deuoto adeo illum non proſequerentur ſtudio; at Principem amant, appellant Ducem eius ſe ditioni conſecrant: quia latrocinia exercentes ſortiebantur patronum, & habebant tutelarem. Accinit Lyra: *In Hebræo non habetur hoc, Et latrocinantes: credibile enim eſt, quòd agebant prædas de aduerſariis filiorum Iſrael tantum.* Alij fortaſſis viri floruerunt eodem tempore robuſti, pugnandi virtute prædíti; non tamen ad illos confugerunt; ſed Iephte ſibi in Ducem latrocinantes inaugurarunt: nec mirum, dum arbitrantur Duci fortitudinem fore rapinæ patrocinium, & ad liberiorem vitam ſuffragium. Conſonat Abulenſis q. 10. *Non conueniunt ad aliquem, niſi cum ille poteſt eos de artibus inhoneſtis paſcere.*

Caietanus.

Abulenſis.

Pſalmiſta circumſonuiſſe teſtatur bellum, militeſque, ne perirent diſiuncti, caput extuliſſe ſibi, 360
improbo tamen conſilio vnitos: *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.* Pſal. 82. v. 3
Electi capitis non deſcribit ingenium ratus ſat eſſe electores deſignaſſe, & illorum mores deſcripſiſſe. Quod caput exambiſſe Dei hoſtes cupidos, flagitioſiſſimos exiſtimas? Caput ſanè quod illorum patrocinaretur rapinis, quod inſolentiam acueret, quod procaciam defenderet: nolunt milites caput, in quo reſideat prudentia, & efflloreat iuſtitia; ſed ab omni lege alienum, & omni ſceleri additum: *Nota*, ſcribit Incognitus ad hunc locum, *quod non dicit capita, ſed caput: quia omnes iniqui habebunt vnum caput, quod erit Anti-chriſtus, quod mali extollent: quia ipſum venerabuntur, & adorabunt vt Deum.* Non ignorant peruerſi de Bethlehem exiſſe Ducem, teſtante Scriptura: *Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es in Principibus Iuda ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael* Vetum ſequi detrectant Ducem regentem, quique in officio continuat, & æquitatem promoueat, & ambiunt Ducem militum deliriis attemperatum, rapinis inhiantem, & ad iniquitatem feruentem. Sub duce modeſto, religioſoque exigua frequenter manus militabit: ſe namque ſubducens milites laudabilis diſciplinæ impatientes, & ad rapinam, libidinemque properantes: ad Ducem verò non adeò legibus parentem, innumeræ inuolabunt copiæ: amant namque milites Ducem ſortiri improbis eorum conatibus annuentem, & ſceleribus patrocinantem.

Incognit.

Matth. 2. v. 6

Non ſine myſterio vbi Moyſes populi Dux 361
de monte deſcendebat ſacris legibus armatus, perſtrepuit in populo confuſaneus ac militaris tumultus: *Audiens Ioſue tumultum populi vociferantis dixit ad Moyſem: vlulatus pugnæ auditur in caſtris.* Exod. 32. v. 17.
Vnde hic exortus fuerit pugnæ clamor, Scriptura non tacuit, dum vitulum ſibi in caput extuliſſe, & coram illo luſibus explicuit vacaſſe: *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Deſciuerunt à Moyſe æquitate prædito, & cæleſtia ſemper præcepta ſecuto; maluerunt vitulum habere pro duce, quia non vetabat modeſtiæ æquitatiſque legibus aduerſari, & inſanæ ſalacitati

Oleaſt. ſalacitati indulgere. Ita Oleaſter ad hunc locum: *Deteſtantur homines Deum adſtringentem, & prohibentem; ſequuntur liberiorem, qui gaudia & ludos permittat, hiſque delicietur: unde ſummè deteſtandi ſunt dij, aut homines, qui habenas vitiorum ſuis cultoribus laxant.* Vitulum Moyſis loco pro Duce conſtituerunt: quia ſuis cultoribus habenas laxabat, & quidquid appetitus arderet, inſamentibus permittebat. Moyſes legis acerrimus defenſor refrænabat audaciam, & ad legis cogebat obedientiam. Ergo cùm Moyſes Dux deſcendit, auditur vlulatus militum illum fortè deteſtantium, auditurque melodia vitulo electo plaudentium.

362 Vt de Salomone Deus vindictam ſumeret, aduerſarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum ſuum, excitauit:

3. Reg. 11. v. 23. *Suſcitauit quoque ei Deus*, inquit textus, *aduerſarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer Regem Soba dominum ſuum.* Mira res: cùm excitare potuerit Deus Ducem ingenti militum copia obarmatum, excitat fugientem, & ſeruum. Quid tenuis in potentiſſimum Regem potent? Qua prævalida manu audebit? Profectò ſeruum, fugientemque producere in campum, potiùs videtur ludere, quàm pugnare: ergo Deus, vt Salomonis vires infringat, phalangas copioſiſſimas cogat? Imò Razon excitat, vt fere innumeris militibus ad ſe confluentibus Salomoni bellum indicat: Razon latrocinantibus audacibuſque militibus opem præbebat, teſtante Scripturâ: *Congregauit contra eum viros, & factus eſt princeps latronum, cùm interficeret eos Dauid.* Dauid perſequebatur latrocinantes, fouebat Razon furtis ſtudentes: ergo confluxit ad Razon copioſa adeò militum manus, vt Salomoni potentiſſimo Regi inferre potuerit bellum. Dux militum licentiam non cohibens, rapinis non contradicens, ad ſe inuolantia poſſidebit examina; cùm ament milites ei Duci nomen dare, qui in officio non contineat; ſed ipſis ſeruientibus pateat: *Hic ponitur ſecundus ad-*

Lyra. *uerſarius Salomonis*, ſcribit Lyra, *ſcilicet Razon qui fugiens Regem Syria Adarezer eum perſequentem propter offenſam, quàm in eum commiſerat, aggreganit ſibi alios viros malos, & factus eſt princeps latronum.* Ingenti militum copia opus erat ad inferendam Salomoni moleſtiam. Ergo Deus Razon latrocinia militibus excitat permittêtem: quia dubitari non poterat ad hniuſmodi Ducem innumeram confluxuram militum multitudinem, quandoquidem de more amant Ducem eorum cupiditatibus indulgentem, nec crimina caſtigantem.

§. LXXXII.

Infidus amicus eſt, qui periculorum metum extenuat, & pauorem vtilem placat.

363 VT eſt ſtultiſſimus & ignauus timor, ita eſt ſecuritas periculis plena: nihil vtilius cordata diffidentia: eius namque legitima proles eſt cautio, ſine qua ſalus periclitatur, & proſperitas abigitur: æqualis periculi eſt nulla cautio, & ni-

Seneca. mia ſuſpicio: *ſtultitia eſt*, aiebat Seneca epiſt. 70. *timore mortis mori: venit qui occidat: expecta, quid occupas? Quare ſuſcipis aliene crudelitatis procurationem? Veriim inuides carnifici tuo, an parcis?* Imprudentis quidem eſt periculum anticipare timore, & quod in dubio eſt, noxiam ad certitudinem trahere; verùm vt ſtultum eſt immaturè timere, ſic & confidere. Cordata fidendum eſt diffidentia, vt prudenti cauendum fiducia: ſi amicum infidelem putaueris, facies; ſed ſi incautè crediderit, nimia confidentia fortè hoſtem procudes. Latitat ſæpeſæpiùs cordis latebris, animique receſſibus doloſa intentio, artificioſa hypocriſi tecta, & contrariis fucis larvata: oris mentitur vultus, & oculorum fallit aſpectus. Hinc prudentes cauta procedunt ſemper fiducia, & fidenti cautela. *Quid eſt gratius*, aiebat Caſſiodorus 3. var. 48. Caſſiodor. *quam humanis rebus cautelam ſemper adhibere, qua aut ſit neceſſaria, aut non grauat eſſe ſuperfluam.* Moderata cautela doloſi fraudes eludit, & ſe diſcrimini opponit. Adde quod licet candido animo ſit, nocet infidi ad inſtar quicumque vti exarmata protius ſuadet pericula deſpicere, & prudentem timorem nititur ſuffurari. Gaal prorſus incautus, nullaſque inſidias veritus Schem portis, vt illi de more, acceſſit: comitabatur Zebulus latentium inſidiarum conſcius, cùmque iam hoſtes verſus ciuitatem, etſi lento veſtigio tenderent, vt aures poſſent eludere, oculos nequiuerunt fruſtrare, Gaal qui è ciuitatis oſtio proſpiciebat, etſi confuſè turmas proximantes agnouit, & Zebulo retulit: *Egreſſus eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu porta ciuitatis: ſurrexit autem Abimelech, & omnis exercitus cum eo de inſidiarum loco, cùmque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul. Ecce de montibus multitudo deſcendit.* Zebul amicus perſonatus, & hoſtis verus timorem ſedat, & à montibus proiectas vmbras illum videre fraudulenter affirmat: *Cui ille reſpondit: vmbras montium vides quaſi capita hominum, & hoc errore deciperis.* Profecto periculoſo decipiebatur errore, dum ſe montium videre credidit vmbras, quas citò non ſine detrimento armatas experitur phalangas. Zebul ad ſpeciem ſolùm erat amicus; ſed reapſe animitus inueniebatur aduerſus: dum ab animo omnem periculi ſuſpicionem exemit, periculo incautum tradidit: *Simulabat ſe eſſe cum Gaal*, ſcribit Lyra, *quouſque Abimelech repentè veniret ſuper* Lyra. *eum, & ſocios eius interficeret, propter quod nitebatur eum decipere dicens: vmbras montium vides quaſi capita hominum.* Proditor erat vetus, & amicus ſimulatus, vtiliſſimum ſopiebat metum, ne fruſtraretur periculum. O quot inueniuntur Zeboles, qui licèt non fallendi animo, imprudenti tamen adulandi ſtudio animum à timore auertunt, & cùm prudentem debuiſſent ſuadere cautelam, inueniuntur exarmaſſe, & ſecuritatem periculoſiſſimam conſuluiſſe.

Serpens dæmoni linguam commodauit ad in- 364
uehendam confuſionem, cúmque primis parentibus ſalubrem mortis Deus timorem obiecciſſet, vt à tranſgreſſione præcepti arceret, ſerpens pietatem ſimulans, & odium truculentiſſimum gerens mulieri accedit & ab eſu interdictæ arboris timore arceri cognoſcens, metum debilitat, mortiſque periculum prorſus extenuat: *Dixit ſerpens* Geneſ. 3. v. 4 *ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.* Putares dum mulieri approximat, dum blandiſſimè, alloquitur vti amicus, mulieris commodum procurare; verùm quantumuis mellitis verbis pietatem mentiatur, odium gerere immortale cognoſcitur. Certè ni diaboli inſtrumentum eſſet timoris

adeò

adeò vtilis causas non abscidisset; at dum impellit ad transgressionem, dum periculum mortis imminuit, mentitur affectum; sed fouet odium. Quàm aliter Deus Cainum tristitia exulceratum allocutus est. *Nonne si benè egeris*, aiebat, *recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit?* Ob oculos proponit, quàm à tergo pœna sequatur delictum, vt sic furentem detineat animum: Deus vti hominum amans metum obiicit, declarat periculum, refrænat incautum; at serpens diaboli sagitta timorem deprædatur; quia mortem ascisscere obnititur. Apte Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 3. *Percunctando vocat illum mitis ad misericordiam, ad conscientiam suam, inuitat eum ad cor suum, vt videat ipse quid cogitet: bonum scilicet sit, an malum.* Addit ingeniosissimus Abbas: *Amplius autem subiungendo: Nonne si benè egeris, recipies? forti illum innectione pulsat, vt vultum suum subleuet à terra, vt mentis oculos sustollat à terra, scilicet vt trabem de oculo suo eiiciat, & procul aspiciat, videatque prudenter quid magis expediat, quid euenturum sit, quis finis, quis fructus succedat: si malum, quod cogitatione deliberat, opere perficiat.* Ecce Deus terrore reprimit, serpens terrore sopito adigit: nec mirum, quandoquidem serpens dæmoni mutuarat linguam, & Dominus in hominem ostendebat amoris flammam: Deus verus hominis probatur amicus, dum obiecto periculo frænat; serpens probatur fraudulentus, & subdolus, dum timore imminuto præcipitat. Si experiaris amicum, rationabilem timorem extenuantem, & ad pericula propellentem, crede dolosum, & dæmonis instrumentum: nam amicus fidelis prudentem timorem obiicit, vt sopiat iram: & reluminet prudentiam.

Genes. 4. v. 7

Rupert.

365 Deus, quam ab amicis dolosis equidem Hebræorum populus passus sit fallaciam, sic per Ieremiam non sine dolore testatur: *Transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitãtes terram, dicit Dominus.* Subnectitque: *A Propheta vsque ad Sacerdotem cuncti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia dicentes: Pax pax: & non erat pax.* Dolosi medici, fraudulentissimi amici ingeminabant pacem, vt augerent contritionem. Dei iam manus extenta dignum culpis minabatur supplicium, cúmque consiliorum retractatione, acri dolotis morsu copioso lachrymarum profluuio debuissent minas eludere, & supplicium anteuertere, Prophetæ, Sacerdotesque dum anxium animum, iureque perturbatum promissa geminataque pace placabant, properantem calamitatem acuebant. Dolosi reuera, & solùm personati erant amici, qui timorem rationabilem promissione pacis extenuabant, & calamitatem extenuando adaugebant: *Conueniebat curare dolores*, scribit Theodoretus apud Glossam, *asperioribus medicamentis; sed pollicitatione pacis attriuerunt eos: vbinam ergo sermonum executio? vident enim loco pacis vniuersorum interitum.* Illud preme: *Pollicitatione pacis attriuerunt eos.* Plus nocuerunt dolosi amici detestandique medici infirmitatem minuendo, timoremque extenuando, quàm ipsi morbi: nam morbus acrimonia, morsuque stimulabat conscientiam, vt opportunam quæreret medicinam; at dum amici, dum Sacerdotes, dum medici morbum periculo carere testantur, ægroti ad mortem incauti properare nescuntur. Quoties qui grauiter ægrotanti amico assident, cùm debuissent ad pœnitudinis dolorem vrgere, & vrgens periculum declarare, detestabili amicitia, vt solentur ægrotum timorem sopiunt, & securum eludunt. Ecce Zebul copias armatas, montium vanas testatur vmbras, vt dum Gaalis timorem extenuat, hostibus imparatum obiiciat. Adde, vt sunt infidi amici, qui prudentem tumorem conantur extinguere, aut saltem debilitare, ita etiam subdolos fraudulentósque esse, qui dignam virtute audaciam terriculamentis nituntur frænare, & periculorum ostentatione non sine virtutis detrimento minuere. Huius veritatis testis exstitit Saül.

Theodoret.

Ieremi. 6. v. 14.

366 Israëlitarum Philisthinorúmque agmina in campum producta iam manus conferre properabant; cùm gigas ille superbiæ monstrum fellcâ, maledicaque lingua Israëlitarum Deo insultabat, & phalangas despiciebat: aderat eo tempore in castris fratribus subsidium afferendi causa Dauid, qui vti diuini honoris Zelotypus certaminis prouocationem ad serapit, & in arenam prosiliendi copiam petit; at Saül qui sibi vtilem ad salutem expertus fuerat, quique amore nimio Dauidem amabat, vt vidit incensum pugnæ amore, auertere animitus satagebat, & periculum geminabat: *Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer es; hic autem vir bellator est ab adolescentia sua.* Philisthæum vel in adolescentia fatetur virum; Dauid iam adolescentem appellat puerum: nec enim semel, vt nostrorum dotes imminuamus, extraneorum adaugemus: his damus quæ constat non habere: illis auferimus, quæ sine dubio claret sortiri. Verùm Dauid, quibus à pugna auertebatur rationibus, acriùs est accensus, & viuidiùs stimulatus. Certè se exhibuit alter pro virtute adæquè strenuum, vt pro vitio alter dolosum: Saül dæmonis domicilium Dauidem à virtute retrahebat, periculum opponens, & timorem mortis obiiciens; at Dauid, vt qui gratiæ ageretur impulsu, terriculamenta despexit, & in campum pro fide religionéque prodit: *Terrore victus*, inquit Basilius Seleucensis orat. 15. *ætatis excusationem prætexebat: Non vales resistere Philisthæo illi, nec pugnare aduersus eum, quia puer es; hic autem vir bellator est ab adolescentia sua, ignorabat quod terrore præmonstrato victoriam admirabiliorem faceret; sed quem obarmabat gratia à pugna non auertit Saulis oratione.* Saül testante Scriptura, *Dilexit eum nimis*: ergo à tam glorioso certamine arcet, timoréque obiicit, vt suam erga illum vmbratilem testatus sit charitatem; at dum auertit à fidei certamine, à religionis defensione, verùm non prodit amorem; sed verè vulnerat charitatem. Qui habitationem dæmoni concesserat, audaciam laudabilem refrænabat: vt enim amicus infidus est, qui prudentem periculi timorem extenuat, ita dolosus est, qui virilem pro virtute audaciam retardat. Sunt qui putent tenerè amare, & amoris flammas ostendere, si religionem ingredi paratum arcuerint, & labores religionis exaggerarint; illorum tamen charitas non est solida; sed fucata: Saül sibi consulit, non Dauidi: habere desiderat, qui sibi mœrenti assideat, cantuque demulceat, ob idque à glorioso certamine arcet, & periculi ostentatione audaciam virilem sopit.

Seleucien.

1. Reg. 17. v. 33.

1. Reg. 16. v. 21.

Digitized by Google

§. LXXXIII.

Imprudentiſſimus eſt, qui admittit vt ſocium, quem iniuriis fecit inimicum.

367 *Aduerſus omnia, quæ accidere poſſunt etiam potentiſſimis*, aiebat Seneca epiſt.4. *adhortare te, & indura. De Pompeij capite pupillus & ſpado tulere ſententiam, de craſſo crudelis & inſolens Parthus. C. Cæſar iuſſit Lepidum decimo Tribuno præbere ceruicem, ipſe Charea præſtitit. Neminem eo fortuna prouexit, vt non tantum illi minaretur, quantum permiſerat. Noli huic tranquillitati confidere. Momento mare vertitur: eodem die vbi luſerunt nauigia, ſorbentur.* Maris fides infida eſt: nullus ſe tutò tranquillitati, facili venti adflatu in confuſa vorticum volumina tranſituræ commiſit. Plures in benefactores ſuos ferrũ ſtrinxerunt diuitiarum cupidine, aut dignitatis ambitione: plures parentibus mortem imprecati ſunt, quò celeriùs adirent hæreditatem. Abſalomus ille cœli terræque ludibrium captioſas patri ſtruxit inſidias, vt indignum verticem ambiret corona. Quod ſi vbique nauigiis periculum imminet, inter Syrtes, & ſcopulos grauius & certius: dementis eſt inter ceraunia ſine metu nauigare: quia ibi & æſtus durior, & fluctus rapidior. Iam ſi ab omnibus prudenti timore cauendum eſt, quæ erit veſania iniuriis exulceratum, & incommodis preſſum lateri adhærere permittere, eiúſque ambire conſortium, & audire conſilium? Affectabit quidem ille amicitiam, & validiſſimis ad ſpeciem argumentis firmabit; verùm latebunt animo ſyrtes, & opportunitatem expectabunt doloſitates: tunc quam induerat, amicitiæ laruam exuet, & cladem inductabilem aſciſcet. Gaal, qui interpretatur iuuenculus, factis, quàm illi nomen adaptaretur, oſtendit. Zebulem deturbare Principatu molitus fuerat, & de ſeruilitate notarat. *Conſtituit* (Abimelech) *Principem Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Hemor patris Sichem: cur ergo ſeruiemus ei?* Hunc ipſum poſteà ſocium admiſit, & cum eo colloquia texuit: Zebul aſtutus cedebat tempori, & Gaalis hærebat lateri. Appropinquabat Abimelechus exercitu inſtructus, cúmque Gaal exercitum appropinquare clamaret, Zebul, vt illum hoſtis imparatum improuidúmque inueniret, timorem excuſſit, & eſſe proiectas è montibus vmbras ſuaſit: res citò fallaciam excluſit, cumque iam clariùs & propiùs approximarent phalanges, Zebul laruam depoſuit, & Gaali iactantiam improperat, & adeſſe iactantiæ demonſtrat pœnam. *Rurſum Gaal ait: Ecce populus de vmbilico terra deſcendit, & vnus cuneus per viam, quæ reſpicit quercum. Cui dixit Zebul: Vbi eſt nunc os tuum, quo loquebaris: Quis eſt Abimelech vt ſeruiamus ei? Nonne hic populus eſt, quem deſpiciebas? Egredere, & pugna contra eum.* Serò nouit Gaal quàm ſe geſſerit imprudenter Zebulis exaſperati non fugiens conſortium; imò conſulens vti amicum. Exuit Zebul opportunam nactus occaſionem, amici perſonam, & Gaalis iuſtiſſimè puninit procaciam: *Hinc clarè apparet*, ſcribit Caietanus *quod hactenus ſimulauerat amicitiam Zebul cum Gaal.* Gaal colens vti amicum, quem de dignitate molitus fuerat exturbare, quemque iniuriis veritus non fuit laceſſere, ſibi infortunium aſciuit. Prudentia conſulebat Zebuli non communicare; ſed illum ſolicitè præcauere; ſed Gaal vti iuuenculus obbruteſcit, & imprudentiæ pœnas digniſſimas tulit.

Seneca.

Caietanus.

368 Iacob patriam repetenti germanus animo iam mutatus occurrit, poſt dulces amplexus, poſt fraterna oſcula, ſocium ſe itineris offert: *Gradiamur ſimul, eróque ſocius itineris tui.* Iacob verò fratris amorem, comitatémque magni faciens, conſortium fugit, prudenterque gregum, & paruulorum imbecillitatem allegauit. *Dixitque Iacob: Noſti Domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum, quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante ſeruum ſuum, & ego ſequar paulatim veſtigia eius.* Non ſolùm recuſauit ſocietatem; ſed & proximitatem etiam recuſauit: veſtigia ſequitur; ſed paulatim, tardo imbecillitatis allegato impedimento, ſed ſolicito prudentiæ ſtudio. Iam ſi quæras quid fuerit in cauſa ad fugiendum fratris conſortium, reſpondebit Scriptura, cum fratre fuiſſe in matris viſceribus colluctatum, illi benedictionem, etſi ſibi debitam, præripuiſſe: ergo prudentiſſimè timuit, ne ſi minùs cautè ſe offenſo fratri committat, vltorem ſentiat. Adeſt Oleaſter hîc ad mores: *Admonet locus iſte eum, quem ſemel offenderis, ſemper habere ſuſpectum, & non libenter acceptare eius miniſteria.* Etaii dolor iam tempore, fratriſque abſentia deferbuerat, iam officiis muneribuſque delinitus intentionem mutauerat; at Iacob, ne imprudentiæ ſubiret notam, maluit ſeparationis quæriſſe cauſam: ſine excuſatione namque errat, ſi quem offenſis reddidit inimicum, quis admiſerit vti ſocium.

Genes. 33. 12.

Oleaſt.

369 Salomon, etſi, ſapientiæ dotibus decantandus, minùs conſultè, vt videtur, ſe geſſit Ieroboamum inter ſibi familiares admiſit, honoribus cumulauit, præfecit tributis, præpoſuit fabricis eius induſtria delectatus, ingenioque allectus: *Erat Ieroboam vir fortis, & potens, videnſque Salomon adoleſcentem bonæ indolis & induſtrium conſtituerat eum præfectum ſuper tributa vniuerſæ domui Ioſeph.* Honoribus antelatus, Principis fauore conſpicuus manum leuauit, & tectè rebellionem inſtruxit. Textum audi: *Ieroboam quoque filius Nabath Ephrathæus de Sareda ſeruus Salomonis, cuius mater erat nomine Sarua, mulier vidua, leuauit manum contrà regem.* Quæ Ieroboamum impulerint cauſæ, quæruntur interpretes: nonnulli exiſtimant Semei, quem Salomon morte puniuit, fuiſſe binomium, vocarique hic Nabath. Ergo Ieroboamus patris ſupplicio exulceratus, & à matre ſæpeſæpiùs impulſus occaſionem meditabatur, qua opportunè expeteret de Salomone vindictam: hanc illi obtulit amicitia, & quam fabricarum præfectus diuitiarum collegerat, copia: ac ſublatus eſſet Salomon, ni proditio celeriter innotuiſſet. Lyram audi: *Dicunt aliqui, quòd iſte Nabath pater Ieroboam fuit idem quod Semei, & quòd vxor eius nutrient Ieroboam reducebat ſibi frequenter ad memoriam interfectionem patris ſui à Salomone.* Ieroboam ob patris cædem in Salomonem ſemper erat ſtomachatus, cumque tributis præfectus nactus eſſet opportunitatem fouendi impendentium querelas, nihil non tentauit, vt aduerſus Salomonis regnum armaret. En dum iniuriis, vt putabat ille, exulceratum inter familiares admiſit, ſibi Salomon periculum maturauit: vt noueris ab eis, qui ſe iniuriis affectos dolent, prorſus abſtinendum: nam quantumuis perſanare eorum obſequiis animos tentaueris, potentiora ad expetendam vindictam

3. Reg. 11. v. 28.

Lyra.

erunt

erunt odia, quàm ad ſedandam vltionis inſaniam ingentiſſima beneficia.

370 Samſon Philiſthinorum peſtis & hoſtis nuptias cum Philiſthina diſpoſuit: videbatur noua ob connubium affinitas ſecuritatem allatura, & omnis antiqui huoris cauſa præcidenda; verùm cauti Philiſthæi honoris ſpecie triginta ſodales ei aſſignarunt, qui animum explorarent, ne quid moliri permitteret: *Cùm ergo ciues loci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta, vt eſſent cum eo.* Iudic. 14. v. 11. Opipara celebrata conuiuia, exhibita vtrinque amicitiæ teſtimonia omnem ſuſpicionem videbantur adimire; verùm ciues prudentia cauti, & experientia eruditi Samſoni ſe non credebant; ſed cauendum ſemper exiſtimabant. Ita Lyra ad hunc locum: *Dederunt ei ſodales triginta, vt ſi Samſon vellet aliquid agere contra eos, iſti reſiſterent ei; tamen fuerunt ei aſſignati ſub ſpecie ſocietatis & honoris nuptiarum.* Lyra. In caſtris Dan, vt ex textu colligitur, bellum Philiſthiim Samſonis intulerunt, & ibi Dei ſpiritu agitatus inuictæ fortitudinis præbuit argumenta, & forte de Philiſthinis reportauit ſpolia. Ergo qui ſe olim hoſtes exhibuerant, quique ſemel experti Samſonem aduerſarium, admittere noluerunt vt ſocium; imò veriti ſunt, ne ſub amicitiæ larua animum hoſtilem gereret, incautoſque opprimeret: minuſque fidebant recentibus fœderis cauſis, quàm ad antiquis timerent odiis. Et quidem dum Samſon eadem cautela non vtitur; ſed ad conuiuia vocat, & eius domum ingredi quouis tempore nõ recuſat, problema ab vxore diſcunt, & nouas inimicitiarum cauſas producunt: dum inimicos vti ſodales amplectitur, via ſecretiora inueſtigandi aperitur.

§. LXXXIV.

Nonnulli vrgenti periculo reliquerunt ſolùm, quem ſibi aſciuerant in auxilium.

371 SPe ſiue rationi oppoſita ſiue rationis auxiliatrice illi omnes aguntur, quibus pro æquitate eſt vtilitas, pro fide commoditas. Si quid ſperent, importunè adhærebunt, verùm ſi fortuna nutet, in contrariumque vultum vertat per proculcatam rationem fugient, & omnem terminum fidelitatis tranſilient. *Hi familiariſſimum quemque,* Seneca. aiebat Seneca lib. 6. de Benef. cap. 38. *ex quo propter amicitiam ſpei lucrum eſt, mori cupiunt, illorum damno nemo viuit.* Etſi ratio periclitanti adeſſe, ſolari miſerum, inopi manum porrigere conſulat, non facient, ſi aduerſi quid metuant; imò ipſum, quem ſibi aſciuerant in auxilium, quemque ad pericula depellenda anxiis votis ſolicitarunt conſortem, ſi quid aduerſum ignauus perſuaſerit timor, periculo vrgente deſtituent indecoreque terga vertent. In exemplum extitere Sichimitæ, qui vt cœperunt ab Abimelecho déficere, Gaal ſibi auxiliatorem adducere conati ſunt: intrauit ille Sichimam non modica familia ſtipatus, vtque populi vtilitatem promouerit, cum hoſte congredi non extimuit; verùm Sichimitæ vt ſuſpicati ſunt minùs fauſtè bellum ceſſurum, Gaalem pugnantem ſpectarunt; ſe tamen certamini ſubduxerunt: *Abiit Gaal ſpectante Sichimorum populo, & pugnauit contra Abimelech, qui perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit, ceciderunnique ex parte eius plurimi vſque ad portam ciuitatis.* Vocaſſe Gaal ad imminentem calamitatem propellendam teſtatur Abulenſ. q. 38 *Sichimitæ cœpta diſcordia contra Abimelech vocauerunt hunc in adiutorem; quia erat vir potens.* In illorum auxilium venit, & cum hoſte conflicturus in campum prodiit; verùm ipſi qui vocarant, vt eis opitularetur, ſolum imminente periculo reliquerunt: contenti ſunt ſpectare decertantem; non verò comitati ſunt vitam pro ipſis diſcriminibus obuicientem. Adeſt Abulenſis quæſt. 42. Abulenſis. *Egreſſus eſt de vrbe contra Abimelech, & pugnabat; ſed populus Sichem non pugnabat, ſolùm reſpiciens quomodo pugnaret Gaal contra Abimelech.* Non ſemel ab alio laceſſitus amicum ſibi aſciſcit auxiliatorem ad pugnam, quem certamine gliſcente periculo relinquit expoſitum, vt turpiſſimo metu à ſe depulerit detrimentum: florebat Gaal diuitiis, familia, potentia, quæ omnia vocatus, vt beneuolentiam oſtenderet, diſcrimini expoſuit; at Sichimitæ auxiliatorem in hoſtis manibus reliquerunt, & diſtantibus oculis ſpectarunt.

Abſalom, vt altum diu odium cæde fratris 372
extingueret, ſocios ſceleris ſeruos aſciuit, & criminis participes in campum aut in menſam, quod idem fuit, contra fraternam ſalutem protulit: 2. Reg. 13. v. 28. *Præceperat Abſalom pueris ſuis dicens: Obſeruate cùm temulentus fuerit Amnon, & dixero vobis: Percutite eum, & interficite, nolite timere: ego enim ſum qui præcipio vobis,* Serui, vt illis imperatum fuerat, perfecerunt, & non ignari quale ſubirent periculum, Regis filium inter fercula proditoriè occidentes, ne Principis incurrerint iram, aut ignauiæ ſubirent notam, facinus perpetrare aggrediuntur: *Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom.* Quàm exacta fuit ſeruulorum obedientia ad vltionem, cùm Ioab Dauidi non ſic obtemperauerit ad virtutem! Ad regem caſus volucribus famæ aliis delatus eſt, cúmque Dauid demortui pater, & rex graſſatores gemina indignationis face inflammatus ad dignum ſupplicium perquireret, nulla ſeruorum ratione habita aufugit: *Fugit Abſalom.* Scriptura tuliſſe ſecum pueros non refert, nec ſine myſterio filet: quia fortè ab eo ipſo, qui ad perpetrandum crimen aſciti, gliſcente regis ira periculis ſunt obiecti: auxilium ſuum ſpoponderat Abſalom, ne pœnam ſubirent; verùm derelicti, & ſuppliciis illo fugiente remanſerunt obnoxij. Innuit Noſter ſanctius ad hunc Sanctius. locum: *En quod homicidæ ſerui in Abſalome hortatore ac Principe potuerunt habere perfugium, quando ipſe præſidium petit à fuga.* Abſalom cæde perfecta, odioque ſanguinis effuſione ſopito totus erat in ſibi fugâ conſulendo, non in ſeruis periclitantibus auxiliando. Et qualem putas ſeruulorum fuiſſe anxietatem, ſi à circitoribus deprehenſi pœnas luerunt, dum ſecum cogitarent derelictos ſe duriſſimis conſtringendos vinculis, & cuius cauſa deliquerant, aufugiſſe ocyſſimis pœnis: habuerunt hortatorem ad homicidium, non auxiliatorem, vt debitum ſceleri fruſtrarentur tormentum? Digni fuerunt, qui darent pœnas, dum vt adularentur potentiæ, non recuſarunt ſe maculare homicidiis: *Ecquod homicidæ ſerui in Abſalome hortatore, ac Principe potuerunt habere perfugium, quando ipſe præſidium petit à fuga.* Adde alios etſi auxilium ſibi ſolicitarint, vrgente

Digitized by Google

vrgente discrimine se subtrahere, si auxiliatori suo similis occasio contingat, aut periculum premat.

373 Israëlitæ exertis clamoribus regem depoſcunt, cuius auxilio inimicos valeant impetere, aut saltem impetum illorum infringere: *Rex erit super nos, & eremus nos quoque ſicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.* Vides regis expetere auxilium, patrociniúmque suspirare, vt collectis copijs agmen præcedat, seque inimicis depræliaturus opponat: vide iam quid ipsi fecerint: Saul percussa inimicorum statione suis animos indidit, pluresque suo exemplo in aduersarios armauit: *Clamauit populus poſt Saul in Galgala.* Philisthæi accepta plagâ irritati, & vindictæ furore accensi copiosissimum etiam militum delectum cogunt, Saulique obijciunt: *Philiſthiim egreſſi ſunt ad præliãdum contra Iſrael triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & reliquum vulgus ſicut arena, quæ eſt in littore maris plurima.* Iam proximabant exercitus, cùm Israëlitæ terga indecorè verterunt, & Saulem, quem sibi asciuerant in auxilium, ignominiosissimè desertarunt: *Abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis.* Mira res: Saulem quem pro se afferunt ad bellum, occasione vrgente relinquunt solum: *Dilapſus eſt populus ab eo.* A quo? Ab eo ipso, quem attulerant, quem asciuerant, cuiusque patrocinium exertis clamoribus postulauerant. O quoties ita contingit! Ascitus patronus derelinquitur, & dum fugæ se inhonestæ, qui vocarant, committunt, ab aduersarijs & vrgetur, & capitur. Caietanus. *Cenſuerunt*, scribit Caietanus, *populum angustari, & opprimi à Philiſthinis, & propterea timuerunt.* Addit post pauca: *Cerne in quot partes ſciſſus eſt populus Iſrael, qui erat cum Saule*: Ratio suadebat asciti ad auxilium latera circumcingere, & quocumque euentu fideliter comitari; verùm humanus timor consiliarius pessimus, dum periculum exaggerat, dum imminentem mortem denuntiat, in fugam depræliaturos compellit, & iam Saul hostibus circumuallatus ab ipsis auxilium eius deposcentibus inuenitur derelictus: vt nostræ thesis de exemplis veritas elucescat, videlicet non semel, qui amicum sibi ad certamen produxerat in auxilium, dereliquisse non sine infamia discrimini expositum, & mucronibus aduersariorum obiectum.

374 Petrus dum per matinos vortices equitat acribus venti adsultibus impetitur: naufragus reddebatur; sed clamans inuenit portum, & auxiliarem asciuit sibi magistrum: *Cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum.* Hic ipse Dominus, qui à Petro ad tempestatem depellendam vocatus grauiori cum tempestate, inuidentiæ scilicet, depræliaturus fluctus passionis inscendit; sed Petrus adesse naufraganti recusauit, neganſque aufugit. *Veni, inquit, in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me. Laboraui clamans, rauca facta ſunt fauces meæ. Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.* Profecto quæ Christum demersit tempestas, non erat Christi; sed Petri: nam Christus, ne Petrus naufragus vorticibus periret sepultus, acribus procellosæ inuidiæ conatibus se opposuit aduersus; verùm ipse Petrus, qui Christum sibi auxiliarem clamore asciuit, cum tempestate colluctantis clamorem non audit: non inuehit Christus Petrum sibi adstantem liuoris vorticibus colluctanti, cùm Petro adfuerit ventorum flatibus deficienti. Inuit hîc Euthymius: *Hoc mihi accidit, quia in te tantùm ſpero: à te ſolummodò opem & poſco, & expecto, atque ideò intentus te inuocor.* Euthym. Sine Petri contortio inuêtus est passionis fluctibus iactatus, cùm Petrus eius dexteram ambiuerit auxiliatem vorticibus penè mersus. Negauit Petrus magistrum, vt sibi imprudentissimè prouideret, cùm anxiè naufragus eius dexteram auxiliatricem inuenerit. O quoties terga vertit indecorè oblitus, qui amici quæsiuit, & inuenit opem periculo exagitatus, & penè mersus! O quoties qui alium socium asciuit ad culpam, solum reliquit ad pœnam; & ne habeatur criminis particeps, affectat distantiam, & deuorat ingratitudinis notam.

---

§. LXXXV.

Peccator vnde calamitatis ſperare ſolet ſolatium, inde promanare non ſemel experitur augmentum.

SAnctus Iob mirè virtutibus excultus, & Sanctitate exornatus dum sine culpa quas hominibus culpa calamitatum afferat tempestates impetitus dolorum vorticibus repræsentat, sic ait: *Ecce non eſt auxilium mihi in me, & neceſſarij quoque mei receſſerunt à me.* Iob. 6. v. 13. Arbitrabatur propinquos necessarioſque vtpote magnis & continuis beneficijs, obstrictos sibi calamitoso aliquod allaturos delimentum, & præstituros auxilium; verùm vt maledictus est qui confidit in homine, spem euanidam ostendit calamitas, si fefellerat sperantem felicitas: expertus est fortuna aduersa necessariorum ingratitudinem, & ipsa, dum eluditur, confidentia incrementauit dolorem: *Neceſſarij quoque mei receſſerunt à me*, inquit. Quo tempore? Dum confusis calamitatum voluminibus circumagor, & fœdissimis vermibus exundans arrodor: non palpant vel consanguinei calamitosum, non auxiliantur acribus dolorum flammis adusto; sed supercilio dolorem addunt, & ingrato contemptu nutriunt: *Patet iam*, aiebat Gregorius lib. 7. moral. cap. 9. *ad cuius ſpem percuſſi animus recurrat, cùm in ſe ſibi auxilium eſſe denegat. Sed quia infirmum* Gregor. *ſe in ſemetipſo inſinuat, ad maioris adhuc fortitudinis meritum, quomodo etiam à proximis deſtituatur, adiungit.* Sperabat ex tot in cognatos sparsis beneficijs aliquod imbecillitati auxilium; sed inde copiosam ingratitudinis messem colligens maiori indiget fortitudine: ærumnæ noua incrementabantur calamitate, dum quibus anteà coniunctior, abiiciebatur despectior. Nec dissimile accidisse videas Gaali; nam cùm Sichimitæ ardentissimo odio adusti Abimelecho, quem paulò anteà inauguraverant, bellum supirarent inferre, manumque cogere, ipse commodis, quietequè despecta ingressus est ciuitatem, vt Sichimitas tueretur, Abimelechi se audaciæ opposuit, bellumque intulit; at, vt sunt varij rerum euentus, dum procedit in campum, & manus conserit, ab aduersario fugatur, & repetere ciuitatem compellitur: *Perſecutus eſt eum fugientem, & in vrbem compulit* Aliquod calamitati solatium sperandum videbatur ab eis, quorum causa ipsam calamitatem subierat; verùm

in ipsa, ad quam confugerat, ciuitate dolorís reperit incrementum indecorè expulsus, & ab ipsis, quorum causa tanta sustinebat, exterminatus. Itaque aduersarij sustinuit malenolentiam, & à Sichimitis repulsam: *Zebul autem Gaal & socios eius exquisit de vrbe, nec in ea passus est commorari.* Zebul simulatus amicus expellit, Abimelech notus hostis persequitur: Sichimitæ vt aduersa norunt fortuna iactatum, nullum præstiterunt auxilium. Et quidem nescias an durius, acerbiúsque Gaal fuerit ab Abimelecho fugari, aut à Sichimitis repelli. *Ante hoc*, scribit Abulensis q. 42. *non ausus fuerat Zebul quidquam tentare contra Gaal: quia tota ciuitas tenebat Gaal, & ipse non videbat auxilium aliquod in propinquo; nunc autem viso quòd vltus esset Gaal, manifestè surrexit contra ipsum, & expulit eum de vrbe.* Tota ciuitas Gaal ante fugam auxiliabatur, ob id se ad Sichimitas contulit, vt qui ab ipsis satis beneficio obstrictis sperabat auxilium; ab eis tamen expulsus nouum experitur naufragium: vt notum sit cumulatus inde promanare calamitatis augmentum, vnde videbatur securius promanaturum subsidium. Abulens.

376 Sisara etsi falcatis munitus curribus, etsi copiosis status militibus Baracho cessit, cui suppetias æther ferebat, quemque sydera in modum dispositæ cohortis adiuuerant: & quidem si obsistat cœlum, copiosiores manus, amplioraque bellorum subsidia solùm prosunt, vt incrementarint aduersariorum trophæa: è curru igitur desiliens se ad Iaëlis tentorium contulit sperans ibi fore sibi securissimum profugium, cùm inter Haber Iaëlis maritum, & Iabin pax stabilita pacto floreret: *Erat enim pax*, inquit textus, *inter Iabim regem Azor, & domum Haber Cinæi*: Iael fugienti obuiat, comiter excipit, auxilium promittit, & pronato lacte dormire suadet: ille tot calamitatis vndis iactatus credidit securum appulisse portum; verùm ibi grauius est expertus naufragium: nam quem tot hostes, tot sydera in fugam solummodò compulerunt pugnando, vnica fœmina interemit demulcendo: *Cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussúmque malleo defixit in cerebrum vsque ad terram, qui soporem morti consocians defecit & mortuus est.* In ipsa securitate grandius est expertus periculum, qui in certamine tot spiculis impetitus fuga eluserat aduersarium: stata pax spem fruebat: ipsa calamitas ad commiserationem vocabat; verùm omnia calamitoso defuerunt: fœdus ipsum securitatis specie illusit, & incautè securum exitio tradidit: *Sisaram*, aiebat Origenes homil. 5. in Iudices, *cœpit insectari populus prior; sed interemptus est à muliere.* Mulier otium promittens interemit, hostis fugauit: ipsum effugium versum est in calamitatis augmentum, infortunioque auxilium. Iudic. 4. v. 17. Origen.

377 Sichimitæ audita ciuitatis euersione parare sibi solicitè curauere subsidiũ, cúmque Baal ob initum cum ipso pactum ad illorum tutelam teneri suspicarentur, in eius se receperunt fanum protectionis vmbram exposcentes, & necessariam sibi tutelam anxiis solicitudinibus procurantes: *Quod cùm audissent, qui habitabant in turre Siehimorum, ingressi sunt fanum Dei sui Berùh, vbi fœdus cum ipso pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde.* Ad idolum confugiunt, vti ad securum asylum, sacrúmque delubrum; verùm qui fugiebant periculum, fano inuenerunt incendium. *Factum est vt fumo & igne mille homines necarentur viri pariter & mulieres habitatorum turris Sichem.* Iudic. 9. v. 46.

Ecce non effugerunt mortem; sed adiderunt sibi post mortem ignem. Putabant obstrictum fœdere idolum laturum tempore necessitatis suppetias, & experti sunt ardentissimas flammas: fumo strangulantur, strangulati in nigros cineres rediguntur: ad vitam omni nudantur subsidio, & post mortem deuorantur incendio. Et quid aliud ab idolo potuit sperari, aus præberi? *Ascendit in montem Selmon*, scribit Hugo Cardinalis hîc, *& succendit præsidium illud, & igne & fumo perierunt in eo.* In fortalitio, in Dei fano, in idoli delubro perierunt, qui grande sibi præsidium existimabãt delubrum, ibi perpessi sunt calamitatis augmentum. Proh dolor! sic cæcutimus, sic peccatores erramus, vt ingruenti ob vina calamitati nouis nitamur vitiis occurrere, & ipso augmento depellere. Idoli opem implorant, qui ob initum cum ipso fœdus grauem adeò expertiebantur angustiam, & obsidionis miseriam. Hugo.

Moyses Dei Minister Pharaonisque Deus, ne 378
ferire cogeretur personam, oculis aqua in cruorem versa exposuit culpam, vt dum horret factum, horrore vitet supplicium: *Eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in sanguinem.* Videre erat vndas purpuralcentes, & puerorum iugulationem ac cusantes: Pharao maiori, quam aquæ, siti vindictæ maleficos dæmonumque collegas auxiliares vocat; illi verò vt miraculum vanis præstigiis eludant, Moysisque virtutem dolotis technis eneruent, ad veneficia & incantationes recurrunt, reliquam aquam sanguineo colore maculantes, & mendaciis veritatem contundentes: *Fecerunt similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis.* Certè quod expediebat populo non erat aquam in sanguinem transmutare; sed sanguinem ad pellucida fluenta reducere; & tamen Magi calamitatis extiterunt auxilia, qui putabantur impedimenta. Ea est, aiebat Theodoret. peccatorum cæcitas, vt dum peruersis artibus gestiunt infortuniis occurrere, inueniantur imprudenter adaugere. Ecce inde Ægyptiis accrescit tormentum, vnde sperabatur subsidium. Et quid aliud à dæmoniis salutis humanæ æmulis potuit sperari, nisi ærumnarum incrementa, & calamitatum auctaria? *Concessit itaque Deus* (verba sunt Theodoreti quæst. 18.) *incantatoribus, vt hæc facere possent, vt Ægyptios castigarent; non tamen dedit illis, vt vltionem sedarent.* Totus erat Pharao in opponendo incantatorum castra Moysis Aaronisque miris: ad eos confugit, vt labori mederentur; verùm iniquis artibus non fuit plaga depulsa; sed nouis auctionibus ingrauata. O quàm sæpe delitamus, & ferè extinctis prudentiæ luminibus insanimus! Ad scelera currimus pro infirmitatis medela, pro egestatis medicina, dumque veteribus noua scelera adijcimus, nouas calamitatis causas creamus: cúmque opus sit persistere effectum causa persistente, sic ipsi nostro studio auersamur stulti, vt gestientes effectus depellere, causas admitamus incrementare. En Pharao incantatorum auxilio sanguineos non vitauit horrores; sed quæ remanserat, limpidam aquam in sanguinem transmutauit. Discamus ergo aliorum erratis non esse calamitatis subsidium ad noua recurrisse delicta; sed amplecti virtutis opera. Exod. 7. v. 20. Theodor.

Digitized by Google

§. LXXXVI.

Ad eam aliqui odij peruenerunt inſaniam, vt maluerint mori, quàm ab odioſo veniam, aut vitam lucrari.

379 ODium tetterimus calor eſt humana corda indurans, mentemque fœdis vaporibus exhalatis obtenebrans : quod de Circe illa fabulabantur antiqui, in officina odij confingi noueris: homo lapideſcit, & obſtinationis vi ſic indureſcit, vt malit, quàm à ſibi infenſo impetraſſe vitam, mortis duram ſubire ſententiam. Lingua indignationis temeritate obmuteſcit, in ſe ipſas armantur manus, & quadam deſperatione inſanientes ſuam cladem plures exambiunt, & ſtudioſè perire geſtiunt. *Quantam iram putas*, aiebat Seneca lib. 1. de ira cap. 16. *quæ, quia non tam citò in alium, quàm vult, erumpit, in ſe reuertitur.* Vt marini fluctus æſtu inardeſcente in arenam inpacti, quia lædere non poſſunt, in ſe ipſos armantur, & armati circumuoluuntur, ſic ira, odiumque, dum hoſtem armata nequeunt proculcare veluti à ſe ipſis pœnis exactis ſtultiſſimà ſatagunt interire. Sichimitæ Abimelechum in Principem ſalutauerant; eo tamen odio poſtea in illum exarſerunt, vt quamuis viribus, copiiſque agnouerint valentiorem, noluerint frui petita venia; ſed interire conſerta pugna : *Sequenti die egreſſus eſt populus in campum, quod cum nuntiatum eſſet Abimelech, tulit exercitum ſuum, & diuiſit in tres turmas tendens inſidias in agris, videnſque quod egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit, & irruit in eos.* Rogat Abulenſis q. 45. cur Sichimitæ veniam ab Abimelecho non poſtularint, quando parcere ipſi Abimelecho erat commodum, ne euerſa ciuitate anguſtarit Principatum. Reſpondetque ardenti adeo odio fuiſſe obcæcatos, vt maluerint pugnando occidi, quàm ipſi obediendo ſalutem obtinere, vitamque protelare : *Licèt Sichimitæ cognoſcerent ſe viribus impares ipſi Abimelech, & putarent etiam quod ſi veniam peterent, concederet eam Abimelech; tamen tam graui odio eum proſequebantur, quòd præeligerent mori, quàm ei ſubiici.* Si concederetur venia, opus erat Abimelecho exhibere officia, quod durum adeò Sichimitis odio æſtuantibus fuit viſum, vt præelegerint mori, non ſubijci.

Seneca.

Abulenſ.

380 Ieremias, vt ab excidio cæciſſimè delirantes liberaret, excidium immunere deprædicabat, & veram religionem ſuadebat : *Cadent in gladio, & in fame, & conſumentur à minimo vſque ad maximum, in gladio, & in fame morientur.* Exiſtimares gratificaturos monita, auidéque auſcultaturos Ieremiæ verba, vt fruſtrate inſtantia poſſent pericula; eâ tamen odij rabie agitabantur, ea furebant malenolentiæ phrenitide, vt deſpexerint pericula, ne illius audiuerint monita : *Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te.* Dei eſſe verbum fatebantur; ſic tamen renuebant à Ieremiæ labiis audire, vt maluerint pericula ſuſtinere : eo in illum ſtomachabantur odio, vt, ſi ipſe interueniet accipere detrectanerint ipſam vitam, nec flagitare voluerint veniam : *Non audiemus ex te*, inquit Hugo ad hunc locum, *quaſi ab alio audiremus, & hoc quia oderant eum.* Ieremias illos contra imminentia pericula opportunis conſiliis obarmabat, vicinam mortem medicinalibus admonitionibus depellebat; verùm ſic odij eos poſſidebat inſania, ſic inſaniebant malenolentia, vt maluerint mori, quàm audire : ſi aluis, erga quem malè non eſſent affecti, diceret, fors patulis auribus auſcultarent; at ab odioſo accipere noluerint opportunam morbo medelam; imò ipſam ſpreuerint, ne quid illi debuerint, vitam. Addit Hugo ex Gregorio : *Difficile eſt, vt quantumlibet recta denuntians prædicator, qui non diligitur, libenter audiatur.* Odium occludit aures, dumque exaſperat affectum, ab odioſi manu admittere renuit commodum.

Ieremiæ 1. v. 12.

Hugo.

Amos cæcitatem populi exaggerans ſic aiebat : *Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfectè abominati ſunt.* Rupertus de Dauide intelligit, à quo gratis odio habito nec Saul vitam, nec populus reportare voluit victoriam : vnicum remedium erat melodia ad depellendum, quo Saul agitabatur, dæmonem; contorto tamen iaculo Dauidem de medio tollere aggreſſus eſt, magis eligens, vt adularetur odio, carere medicamente ſubſidio, quàm ſalutem accipere ab aduerſario : *Quis in porta corripuit* (verba ſunt Ruperti ad hunc locum) *vel quis perfectè locutus eſt? Corripuit quidem eos David, & pleraque perfectè locutus eſt : atque idcirco oderunt illum, & abominati ſunt dicentes : Quæ nobis pars in David, vel quæ hæreditas in filio Iſai?* Iſai filius cantu vice medicaminis malum deliniebat, funda à populo periculum propulſabat; verùm ſatius conducibiliúſque ſibi ducebant miſerrimam pati fortunam, quàm à Dauide ſibi odioſo ſalubrem recepiſſe medelam : ſeruitutis iugo malebant premi, quàm parta per Dauidem victoriâ frui : in cæcitatem odij impingentes ferunt & commoda aduerſario mediante ſpernunt : *Quæ nobis pars in Dauid?* Quaſi dicant : Melius nobis eſt carere vita, quàm per Dauidem coronari victoriâ : ſic odij inſanit furor, ſic furit ardor. Ergo Sichimitæ elegerunt ſtragem, nec ab Abimelecho accipere voluerunt ſalutem.

Amos 5. v. 10.

Rupert.

381 Achitophel neſcio quibus cauſis in Dauidem ſtomachatus, proditoris filij fouit deliria, illumque inſtigauit ad immaturam exambiendam ſibi coronam : iuuenis ex ſe audax, auctoritatiſque, & conſilij ſtimulis incitatus proditionem adortus eſt, cumque plures Abſalomi partes tuerentur, & cauſam alij Dauidis agerent, ventum eſt ad conſultationem, quid ſcilicet eo temporis articulo Abſalomo congruentius : Achitophel longa experientia edoctus, & eximiâ prudentiâ ornatus, maturandum cenſuit, oportereque quamplurimùm in regem exiguis tunc copiis munitum irruere, ac præſidio deſtitutum delere, Chuſai, etſi nouerit opportunum eſſe Achitophelis conſilium, vt qui partes Dauidis ageret fucatis, ac de induſtria ad terendum tempus prolixis rationibus impugnauit, & expectandum aſſeruit : placuit fatuis non vtile Achitophelis; ſed fucatum Chuſai conſilium, cúmque Achitophel iam præuideret in dubiam Abſalonis ruinam, & patris lamentandam ſibi victoriam, laqueo ſuſpenſus interiit. *Abiit in domum ſuam, & in ciuitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interiit.* Quærunt Interpretes, cur maluerit vitam finire,

2. Reg. 17. v. 23.

Digitized by Google

quàm à Dauide veniam poſtulare, aut opportunâ tunc fugâ ad eius partes tranſire, & iratum demulcere. Reſpondéntque eo odio ac liuore in Dauidem arſiſſe, vt maluerit ſe laqueo tradere, quam ab illo vitam, aut veniam obtinere: *Conuocatis omnibus domeſticis*, ſcribit Ioſephus lib. 7. antiq. c. 9. *expoſuit eis, quæ Abſalomo conſuluerat, addens, quoniam non perſuaſiſſet, certè ſe breui periturum: Dauidem enim omnino ſuperiorem hoc bello fore, & amiſſum regnum recepturum eſſe: Præſtat igitur, inquit, magno animo, vt virum ingenuum decet, è vita exire.* Præſtantius ſibi fore cenſuit defungi vitâ, quàm ab odio habito frui indulgentiſſima venâ.

Ioſeph.

383 Ioſephi fratres immerito in ipſum turgebant odio: *Oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.* Deus, vt fratrum degenerem affectum ſopiret, ſomnium immiſit, quo futuram ipſorum etiam felicitatem oſtendit: nam dum Ioſeph dignitatis inſcendit faſtigium, ingentiſſimum promanat fratribus commodum: nec ipſi ſomnij præſagium prorſus ignorabant; imò, licèt inſultando, veriſſimè prædicebant: *Numquid rex noſter eris aut ſubijciemur ditioni tuæ?* Et quod vobis malum ſubijci, quando pro regem habere fratrem cæteris eſt anteferri? Ita ſanè, inquit Baſilius Seleucienſis: Si fratri ſubijciantur, cæteris anteferuntur; ea tamen eſt odij rabies, ea liuoris phrenefis, vt malint ingenti adeò felicitate carere, quam per Ioſephum recipere. Satius illi viſum eſt paſtoritio muneri incumbere, & oues agendo deſertorum erroribus atteri, quàm Ioſephi auxilio famem depellere, & nobilitate radiare. Accipe Baſilium orat. 8. *Fratres inuidentiâ percuſſi turgebant, neque notam ex inſomniis pueri felicitatem ſuſtinebant.* Nouerant fratris felicitatem, quam ex inſomniis non obſcurè præſagiebant, ad ipſos redundare; verum vt inſeruirent odio, renuntiabant libenter regno: *Notam ex inſomniis pueri felicitatem non ſuſtinebant.* Graue adeò illis erat ab inuidioſo accipere vitam, & ad vitam alimoniam.

Genes. 37. v. 4.

Baſil.

§. LXXXVII.

Peccator ſuis culpis obrutus deſperat veniam, & dum deſperat, miſeram aſciſcit ſibi fortunam.

384 SCelera vt ſunt rationis caligo, dum augentur, grauiſſimas tenebras pariunt, quibus obcæcata mens, dum habenas culpis laxat, effrænisque currit ad appetitum, ad deſperationis peruenire ſolet infeliciſſimum terminum. Conſcientia pius carnifex eſt, pulſat terroribus, vt gradum reuoces, vt errorem agnoſcas, nec callum obducas; verùm plures obſurdeſcunt, & periculoſa animoſitate deſpiciunt, qui poſtea culparum mole oppreſſi, & earum amore etiam illigati nec detrectare volunt, nec vincere poſſe confidunt, vnde prorſus deſpondent animum, & ad deſperationis tranſeunt delirium. *Nunquam fides latendi*, aiebat Seneca epiſt. 97. *fit etiam latentibus: quia coarguit illos conſcientia, & ipſos ſibi oſtendit: proprium autem eſt nocentium trepidare. Malè de nobis actum erat quod multa ſcelera legem & iudicem effugiunt, & ſcripta ſupplicia, niſi illa naturalia, & grauia de præſentibus ſoluerent, & in locum patientia timor cederet.* Supplicij timor culpæ medetur, dum qui abhorret pœnam, auferre ſatagit cauſam; verùm, ſi, vt dicebam, ipſa peccatorum eluuies ad ſe animum rapuit, ſi mens tenebris obſcurata deſipuit, iam peccator naufragus redditus poſſe appellere portum deſperat, & dum cadit ſpebus, miſerè abſorbetur rapidis culparum fluctibus, & criminum confuſis vorticibus. Quod Sichimitis acciditſſe videas. Abimelechum, quem paulò antè conſalutauerant Principem, vineis diſpoliauerunt, probroſis inceſſerunt maledictis, inſidias itineribus aduerſus illum tendentes, copiaſque armantes: Abimelechus viribus valentior, quam in ipſum manum produxerant, non ſolum fudit; ſed attriuit: cumque oporteret veniam precari, ruerunt in arma, & denuò inſtruxerunt bella: *Videns quòd egrederetur populus de ciuitate, ſurrexit, & irruit in eos cum cuneo ſuo oppugnans, & obſidens ciuitatem.* Quæ illos cauſa impulerit ad veniam non efflagitandam, rogat Abulenſis quæſtione 43. reſpondetque deſperaſſe veniam, & ob id proſecutos fuiſſe pugnam: *Putauerunt Sichimita ſupernacuum eſſe, quòd peterent veniam: quia non peruenirent ad eam, eo quod nimis iniuriati fuerant Abimelech inſurgendo contra eum, & vaſtando vineas fautorum eius, & maledicendo ei inter epulas, & pocula.* Dum quantis Abimelechum iniuriis laceſſiuerint, perpendunt, ipſa perpenſione diffidunt, dumque diffidentes veniam non deprecantur, miſerè pereunt: *Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipſaque deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret.* Sal edocet peccatores ſcelerum multitudine ad deſperationem impelli, & deſperando interire.

Abulenſ.

Achitophel filium in patrem impiis conſiliis armauit; verùm vt nulla proſunt humana contra diuina conſilia, Achitophelis placitum, quod in eis rerum circumſtantiis vti opportuniſſimum debuit Abſalomus amplecti, non ſine deſpectu reiecit, & Chuſai placitum allaudauit: is erat gloriæ ardor, vt reiectus deſpectuſque in ſe ipſum Achitophel manus intulerit, vitamque clauſula miſerabili conſummauerit: *Surrexit, & abijt in domum ſuam, & in ciuitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interiit.* Quærunt Interpretes, cur Achitophel, & ſi victoriam in Dauidis partem ceſſuram præuiderit, ſibi veniam non promiſerit, aut à Dauide expectarit? Reſpondentque ſcelera ſua expendiſſe, quorum ea erat magnitudo, vt omne ſpei ſolatium expunxerit, & ſubſidium omne negarit: vnde miſerrimam ſibi aſciuit ipſe fortunam, dum ingentibus culparum vorticibus obrutus à Dauide deſperat veniam. Ita Ioſephus lib. 7. antiq. cap. 9. *Achitophel, vbi ſuum alterius conſilio poſthabitum vidit conſcenſo iumento Gelmonem patriam petiit, ibi conuocatis omnibus domeſticis expoſuit eis, quæ Abſalomo conſuluerat, addens quoniam non perſuaſiſſet, ciò ſe breui periturum.* Addit eius nomine: *Præſtat igitur, inquit, magno animo, vt virum ingenuum decet, è vita exire, quam Dauidi ob filio nauatam operam contra eum, excarnificandum ſe præbere. His dictis in penitiſſimas ædes digreſſus ſe ipſe ſuſpendit.* Peccatorum pondere preſſus ipſius vitæ concepit

385

2. Reg. 17. v. 23.

Ioſeph.

Seneca.

tædium,

tædium, & nullum sibi fore veniæ promisit subsidium, & dum desperat veniam, calamitosissimam, ac extremam subijt fortunam. Perniciosum consilium vitæ, famæ, animæque extitit detrimentum, & miserum ipse Achitophel asciuit sibi naufragium.

386 Iudas cara auri fame magistrum vendidit, & diabolus, qui eius oculos cupiditatis fumo prorsus obcæcauerat, re iam peracta ceelestus aperuit, quam clauserat: clauserat namque, ne delicti adeo execrandi enormitatem perpenderet: aperuit iam perpetrato, vt veniã omnimodò desperaret: *Tunc videns Iudas: qui eum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus Sacerdotum, & Senioribus*, &c. *Et abiens laqueo se suspendit.* Interpretes illud: *Videns quòd damnatus esset*, de Christo intelligunt: nam licet nõdum à Pilato prolata esset mortis sententia, tamen is erat odij inuidentiæque Pharisaïcæ ardor, vt facilè Iudas præuiderit morte sine dubio Christum damnandum, & stipiti turpiter affigendum: Origenes tamen apud D. Thomam ad ipsum Iudam putat referri, quasi dum scelera sua expendit, se venia donandum non crediderit; sed damnatum iam reputarit. Ergo dum desperat veniam, amarissimam sustinet vitam, & ad amaritudinem depellendam, ad execrabilem laquei recurrit infamiam. *Alius dicet, quoniam quòd scriptum est, videns Iudas, quia condemnatus est, ad ipsum Iudam refertur: tunc enim sensit malum suum, & intellexit se condemnatum*: Sensit malum, exaggerauit delictum, omnis medelæ conscientiæ vulnus supergressum terminos reputauit, & ad mortem cæcior, quam ipsam ad traditionem, recurrit: *Videns quòd damnatus esset*: Se credidit gehennalibus addictum iam flammis, & conscientiæ intolerandis morsibus diseruciatus vitam finiuit suspensus: pro carnifice fuit conscientia, & de cæcissimo ausu execrandus ortus est metus.

Math.27. v.3.

Origen.

387 Hoc ipsum comprobat Oseas cap. 5. *Vidit Ephraim languorem suum, & Iuda vinculum suum, & abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem, & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum.* Ephraim olim Deo dilectus insanabili se languore tabidum reputauit, & dum auxilium desperat diuinum, suffragium sibi solicitauit humanum; verum ibi seuerissimam criminum tulit mulctam, vnde sperat medelam. Credidit, si ad Assur confugeret, eiusque gratiam muneribus emeret, aliquod fore sibi subsidium; verùm subsidium conuersum est in naufragium, dum diuinam desperans veniam Assuris implorat opem, & ipsa ope luctuosiorem sibi asciscit calamitatem. Accipe Rupertum lib. 2. in Oseam, cap. 5. *Vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vidit vinculum suum, atque tam magnum ille suum languorem existimauit, & ille tam fortè vinculum suum reputauit, vt nullatenus à Deo patrum suorum Abraham, Isaac, & Iacob curari posset, aut solui: & idcirco ad Assur, quasi ad fortiorem Deo confugit, munera mittens illi.* Vt se inextricabilibus vinculis existimauit inclusum, desperata venia addere festinat peccatum, & dum nouis reatibus, impendiosisque sumptibus alienam discupit venari requiem, maiorem sibi incrementat calamitatem. Redeat datus Rupertus: *Vterque malè vidit, & ille languorem suum, & iste vinculum suum: nam si benè vidissent, scirent id, quod sequitur: Et ipse non poterit sanare vos, nec soluere vinculum vestrum; imò conuertuntur vobis in aduersarios, & tamquam in Dei desertores faciem vltionem.* Rex, ad quem confugerant, vltionem exequitur, & vnde fugere putabant solatium, traxerunt durum supplicium. O quoties peccatores confusis culparum vorticibus mersi nouos addunt, vt sibi prouideant, fluctus, sic delirant, vt adiectis vorticibus constituere sibi conentur portum, dum maturauere naufragium! Putant conscientiæ languorem nouis criminum deliciis leuandum, cùm certum sit nouo culparum censu adangêdum. Ergo nullus desperet veniam, nec mœroris nouis criminibus quæsiuerit medicinam; imò peccatum abiuret, perpetrata deploret: pœnitentiæ namque dolor & fletus sunt optimum ad salutem myrothecium, vbi opportunæ inueniuntur medicinæ, quibus anima vires reparet, quibus depellat tædium, & acquirat solidum ac verum gaudium.

Osea 5. v. 13.

Rupert.

388 Ionas peccatoris typus nauim Tharsos petituram inscendit: nondum nauis secat æquor, cùm sæuam illam adoritur tempestas, & horrisona exagitat ventorum acriùs adspirantium immanitas: nautæ, nauiganteſque non solùm opponunt procellis insanientibus artis industriam; sed, vt existimabant, imploratorum obnixis precibus deorum potentiam: interim Ionas sopore graui irretitus dormiebat: illum vt proreta vidit stertentem, non sine obiurgatione Deum suum precibus ac lachrymis ad misericordiam flectere admonuit: *Quid tu sopore deprimeris? Surge, inuoca Deum tuum, si fortè recogites Deus de nobis, & non pereamus.* Excitatus non orat; sed vndis tradi se imperat: *Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos.* Culpæ suæ conscius nec retractat sententiam, nec flectit viam; imò propositum indurat, vt in se quod peccatoribus accidere solet, exprimat: quia iam existimauit nullum sibi fore portum, maturauit ipse naufragium: monebant nautæ: *Surge & inuoca Deum tuum*: & instabat ille: *Tollite me, & mittite in mare*, quasi iam vitam pertæsus non tam protrahere cuperet, quàm finire: *Potest esse*, scribit Hugo Cardinalis, *quòd sciuit Dei iram, & fugit ex timore, & dormiuit ex tristitia.* In eum deuenit timorem, vt sommolentam foueret tristitiam, nec futuram existimaret medelam. Certè dum horrisona tempestate circumactus appellere desperat portum, & adire solicitat ipse naufragium, peccatoris ingenti culparum censu obruti personam agit, & historiæ penicillo, quod accidere solet, mirè depingit. Sunt plures diuinam misericordiam, pietatem, ac bonitatem exaggerantes, vt liberiùs delinquant, & conscientiæ morsus sopiant; sed posteà scelerum immanitate oppressi, obturbatique diffidunt, & sibi fore misericordiam non credunt. Ergo vt quam iam oderunt, semel disrumpant vitam, ipsi sibi extremam solicitauere miseriam.

Ionæ 1. v. 6.

Hugo.

Digitized by Google

§. LXXXVIII.

Peccatores nec cladibus fracti se recipiunt ad prudentiam; sed prosequuntur insaniam.

389 VExatio, vt aiunt, dat intellectum, dum edocet non temere audere; sed ab audacia desistere: ipsa doloris acrimonia pro collyrio oculis est: tenebras ignorantiæ dispungit, & felici infelicitate hominem ad virtutem transfert, dum à scelere auertit; ea tamen esse solet morbi vis, vt in phrænitidem transeat, tuncque fortiorem, securioremque se arbitretur peccator, cùm proximior excidio, & vicinior detrimento: *Curabant contritionem filiæ populi mei*, aiebat Ieremias, *cum ignominia dicentes: Pax, pax, & non erat pax.* Contritio dum lachrymas solicitabat, ad lachrymarum causam detestandam compellebat; eâ tamen cæcitate tenebantur, ne periculum ipsum securitatem putarent; imò & ingeminatam pacem crediderint: *Pax, pax, & non erat pax*: dum sibi securitatem promittunt, ipsa se promissione fallunt, & quam cauti fortunam eluderet, miserè subeunt, quia incauti. Adest Hieronymus apud glossam: *Cùm, inquit, tanta fecerunt, numquid confusi sunt? numquid erubuerunt in sceleribus suis? Quin potiùs peccatum auxere contemptu.* Consonat Theodoretus ibi: *Conueniebat curare dolores asperioribus medicamentis: sed pollicitatione pacis attriuerunt eos.* Pax erat somniata, miseria certa; & inde miseria certior: quia insania periculum despiciebat securior. Sichimitis idem accidisse cognoscis: bellum instruxerant contra Abimelechum, Gaal ipsis spectantibus non sine dedecore terga vertit, parsque militantium non modica prostrata hostili mucrone iacuit: cúmque viribus debiliores debuissent efflagitare supplicitet veniam, instruxerunt ardentiùs pugnam: *Sequenti die egressus est populus in campum.* Ciuitas milite destituta ab Abimelecho inuaditur, & sale feritur: populus in campum procedens, ciuitatisque præsidio destitutus ab inimicis copiis circumuallatur, & miserè cæditur: *Irruit in eos cum cuneo suo oppugnans & obsidens ciuitatem; duæ autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur. Porro Abimelech omni die illo oppugnabat vrbem, quam cepit interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa, ita vt sal in ea dispergeret.* Abulensis q. 43. rogat, cur Sichimitæ non petiuerint veniam prima fracti clade, sed in campum prodierint viribus impares, & imbelles. Respondetque ad eam perueniisse insaniam, vt crediderint contra Abimelechum obtentum obtenturos victoriam, & antiquam recuperaturos fortunam: *Dici potest quòd Sichimitæ peruenerunt ad tantam infatuationem, quòd putauerunt se posse praualere contra Abimelech: ideò quamquam putarent se habituros veniam, si peterent, noluerunt.* Si vrgens adeò periculum noscerent, se ad flagitandam veniam cordatè reciperent; at quia se viribus robustos, à discriminéque remotos existimarunt, in tempus aliud veniam distulerunt, & dum differunt, pereunt: est enim grauissima peccati pœna, ipsa, quam secum affert, insania.

Ieremi. 6. v. 14.

Hieronym.

Theodor.

Abulens.

390 Iob hanc peccatoris obstinationem & refugit & testatur: *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea est.* Constans contra tot calamitatum vortices stetit patientiæ scuto protectus, & quamuis corpore attritus, animo semper infractus; ne tamen quis putaret ad instar lapidis obdurescere, hanc à se suspicionem depellit: noluit lapideæ duritiei denigrari vmbra: quia ambiuit virtutis redimiri constantia. Iam si quæras, cur animitus lapidis auersetur duritiem, respondebit Gregorius lib. 7. moral. cap. 9. lapidis duritie peccatoris obstinationem mirè exprimi, & adumbrari: nam vt lapis ictu repercussus aut nullum, aut leuissimum edit sonum, sic peccator ictus dolorem non promit; imò detestabili silentio premit. Ergo beatissimus Iob hanc auersabatur duritiem: quia nouit tam longè à laudabili constantia distare, quàm insanæ phrenitidi accedere: *Sunt nonnulli, qui lapidibus similes ita ad pietatis præcepta durueruntur, vt cùm eos percussio superna animaduersionis examinat, nequaquam sonitum humilis confessionis reddant.* Addit Sanctus Doctor: *Vir igitur Sanctus reproborum duritiam inter verbera fugiens dicat: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea est: ac si apertè fateatur dicens: Reproborum similitudinem sub disciplinæ verbere fugio: quia nec more lapidum ita obdurui, vt sub percussionis stimulo à ministerio confessionis obmutescam.* Peccator aliquando pestilenti morbo impetitur, cumque ictus confessionis sonitum debuisset reddere, tunc se lapidis ad instar viribus valere confidit, ipsemet medico refragante extenuat morbi grauitatem, ipse febrium ardores imminuit, seque à periculo distare contra omnium sententiam asserit; cúmque ipsa infirmitas consuluerit prouidentiam, insaniens peccatorum phrenitide lapidis affectat duritiam. Ergo Sanctus Iob, etsi admiserit patienter dolorum plagas, has improbæ constantiæ recusat vmbras, seque à sono edito testatur iustum, ne peccatoris notam damnabili subeant silentio.

Iob. 6. v. 12.

Gregor.

391 Isaias detestabilem peccatoris constantiam demiratus Dei nomine sic aiebat: *Super quo percutiam vos vltra, addentes prauaricationem? Omne caput languidum & omne cor mœrens: à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Mirum non esset, si plaga fuerit appendix culpæ; at post tot ærumnas, post tot miserias præuaricationem addidisse, mirum: illorum terra lugebat desolata, viduata fructibus, & tamen præuaricationi insistebant: quasi calamitates non essent audaciæ fræna; sed noua ad peccandum incentiua, & adacta ad delinquendum calcaria. Adest Hieronymus ad hunc locum: *Est sensus: non inuenio quam plagis vestris possim adhibere medicinam: omnia membra vestra plena sunt vulnerum, nullam partem corporis, quæ non sit antè percussa, reperio. Vel certè hoc modo: Nullas inuenio plagas, quibus vestram frangam duritiam: quantò enim tormenta maiora sunt, tantò magis crescit impietas, & iniquitas.* Quasi certamine cum peccatore depræliata omnipotentia obstinationi palmam concesserit, quid sibi faciendum rogat: languebat caput seruitutis iugo attritum, & tumebat adhuc superbia elatum, & elatione superbum: cor mœrebat plagis durissimis repercussum, & tamen inhiabat ad iniquitatis venenum: indurescebat amplius ipso remedio obstinatio, & quæ grauissimis fracta cladibus debuisset pedem referre malitia, viuidiùs celeriúsque inuolabat ad venenum peccatorum procax audacia.

Isai. 1. v. 5.

Hieronym.

392 Expendebat Chrysologus diuitem illum flammis ardentissimis opertum, & nondum malitia nudum: experiebatur linguâ quanti ipsi steterint voluptuosa fercula, quàm pocula cara; & tamen potum

potum ſolicitat, & culpam amat: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.* Flamma cruciabat linguam potationibus deditam, ferculis dicatam, & quæ videbatur pœnis à potu retrahenda, ipſis pœnis videtur ſtimulata. Audi Chryſologum ſerm. 66. *Pro lautis ferculis epulare pœnas, copias inopia compenſa, ebrietates ſiti digere, pro odoribus aſpergere fletore.* Flamma ſuadebat ebrietatem obliuiſci, potum abhorrere, & in ipſa pœna noua procudit motiua culpæ. Videas paupertatem à Deo inflictam ad cupiditatem ſupplicium, & ipſa paupertate creſcere viuidiùs cupiditatis incendium: videas ferro cauterioque inſanam voluptatem perſolui, & adhuc ipſo in cauterio iterum voluptatem ſitiri: dum à pœnis inflictis expectabas remedium, ipſis videbis irrigari tormentis damnum: ea eſt enim peccatoris durities, vt nullis ictibus cedat; imò diluuio aduerſitatum reſiſtat.

Luc. 16. v. 24.

Chryſol.

393 Saul cupiditati inſeruiens diuinam legem tranſgreſſus eſt, vt Amalecitarum exigua ſortiatur ſpolia, ampliſſima amittit regna; verùm ne malitia tempore inoleſceret, Samuel opportunè aduentat medicus, culpæque oſtendit fœditatem, vt ad veram adduxerit pœnitudinem: prophetici pallij ora ſcinditur, & regni ſciſſionis in ſignum datur: *Ille apprehendit ſummitatem pallij eius, quæ & ſciſſa eſt, & ait ad eum Samuel. Scidit Dominus regnum Iſrael à te hodie.* Quid tunc? Saul aſcendit, & antiqua repetiuit: *Abiit Samuel in Ramatha; Saul verò aſcendit in domum ſuam in Gabaa.* Diuus Gregorius, vt erat moraliſſimus, hoc in aſcenſu Saulis culpæ incrementa cognoſcit. Ipſum audi ad hunc locum: *Saul in domum non abiit; ſed aſcendere quippe reprobis eſt de malo ad peius proficere: cùm item deſcendere ſuperbus dicitur, aſcendere perhibetur.* Ecce regni diſpoliatione ad humilitatis deſcenſum quodammodò impellebatur, & tamen tumet ſuperbior: quibus inflictis videbatur verberibus corrigendus, eiſdem probatur ad inſaniam proſequendam impulſus: tunc perhibetur aſcendere, & nequitiam ardentiùs incrementare, cùm debuiſſet dolore ardentiſſimo pœnitere: ipſa delicti inſaniuit mulcta; quaſi fuerit ad delinquendum amplior licentia.

1. Reg. 15. v. 27.

Gregor.

Caſſiodor.

Nec minus efficax vltor contemptæ religionis Æſculapius, qui conſecratum templo ſuo lucum à Turullio præfecto Antonij ad naues ei faciendas magna ex parte ſuccifum dolens inter ipſum nefarium miniſterium deiectis partibus Antonij imperio Cæſaris deſtinatum morti Turullium manifeſtis Numinis ſui viribus eum in lucum, quem violauerat, traxit, effecitque Deus, vt ibi potiſſimum à militibus Cæſarianis occiſus eodem exitio, & euerſis iam arboribus pœnas lueret. Sibi inuidet, qui templo venerationem non exhibet. Neſcio quis concertationis ardoribus inſtigatus, quam verbis cœperat rixam, collegæ interitu conſummauit, vtque declinaret ſcriptam legibus vltionem, ad Eccleſiæ ſepta refugit. Theodoricus rex, ne debitæ templo reuerentiæ videretur oblitus, ipſa criminis punitione teſtatus eſt, quantus Dei templo honor ſit exhibendus, & quàm auſus temeritatis damnandus. *Relegatione*, inquit 3. var. 47. *damnamus, vt ſancto templo reuerentiam habuiſſe videamur.* Sic templi nomen audaciam cohibet, ſic frænat temeritatem, vt qui furori ſuo in templo adulari decreuit, templum ignorare affectauerit, ne ipſo impeditus vocabulo ardoribus abſtinuerit, aut ſe execrandum cunctis prodiderit. Ad fanum Dei ſui aſcenderunt Sichimitæ, vt ſe ab Abimelechi indignatione defenderent, ille ardore furens diſſimulauit ſcire in templo conglobatos, ne vindictæ parceret, aut expreſsè templo reuerentiam non exhiberet. *Quod cùm audiſſent, qui habitabant in turre Sichimorum, ingreſſi ſunt fanum Dei ſui Berith, &c. Abimelech quoque audiens viros turris Sichimorum conglobatos, aſcendit in montem Selmon, &c.* Expende non protuliſſe ſcripturam audiſſe in templo conglobatos; ſed tantùm turris Sichimorum habitatores munitos: quia fortaſſis ipſa ignorationis affectatione aliquam exhibuit templo reuerentiam, dum contra apertam non militauit notitiam. Quod iterum textus confirmauit: *Circumdantes præſidium ſuccenderunt.* Succenditſe ait præſidium, non templum, vt ſacrilegij à ſe auerteret notam, aut vitaret ſaltem inuidiam. Quod acutè expendit ad hunc locum Arias Montanus: *In exemplari lingua explicatur: Et incenderunt aduerſus illos arcem, vt ſacrilegij inuidia ex eo minueretur, quod non templum incendit; ſed perduellionum & inimiciſſimorum arx, & præſidium firmiſſimum telli iactaretur.* Abimelech hominis facie bellua, & quidem truculentiſſima, quamuis à gehennalibus furiis didicerit ſanctas cognationis leges violare, humanum ſanguinem ardenti ambitionis hydrope ſitire, abſtinuit tamen à templi nomine veluti religione retardatus & impeditus.

Montan.

§. LXXXIX.

Templum vel iniquorum reprimit audaciam, & ſuadet Numinis reuerentiam.

394 VEl falſorum Numinum templa ea ab antiquis veneratione celebrantur, vt mallent pericula ſuſtinere, quàm templorum religionem violare. Et fortaſſis quia norunt grauius ſe in templo experturos periculum, ſi reuerentiæ temeraria præſumptione intulerint nocumentum. *Brennus Gallorum dux*, ſcribit Valerius Maximus lib. de relig. cap. 1. *Delphis Apollinis templum ingreſſus Dei voluntate in ſe manus vertit.* A ſe ipſo pœnas exegit, Deo ſic decernente, qui templum, quod tunc putabatur Deo dicatum, profanis non timuit greſſibus conculcare, & exiſtimatam maieſtatem audaci pede deſpicere. Adde non ſolum ipſis templis reuerentiam deberi; ſed quæcumque ad illa pertineant, ſi violentur, grauem afferre ruinam,

Valer.

395 Chriſtus Dominus hortum petit ab aduerſariis comprehendendus, ne ſi in templo degerit, eorum temeraria præpediatur audacia, & audax reprimatur inuidia: *Tamquam ad latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis; hoc autem totum factum eſt, vt adimplerentur ſcripturæ Prophetarum.* Ne inuitus duci videretur, in hortum prodiiſſe teſtatur, cùm potuerit templum adire, vbi non auderent violentis manibus apprehendere: *Quotidie*, inquit, *apud vos ſedebam docens in templo, & non me tenuiſtis.* Et cur non tenuerit in templo exoculato furenſque inuidia, & ambitionis delirans flamma? Nonne ſi in templo comprehenderent, laboribus non modicis pepercilſent,

Matth. 26. v. 55.

Digitized by Google

ciſſent, redemiſſent tempus, & anxiis liberatentur angoribus? Ita quidem; ea tamen fuit vel ſceleſtiſſimis erga templum reuerentia, vt violare inſtigante non auderent inuidiâ. Audi Chryſoſtomum opportunè hom. 85. in Matthæum ſic expendentem: *Cur in templo ipſum non tenuerunt*: Iam reſpondet. *Non fuiſſent auſi propter turbas: quamobrem etiam exiuit, à loco, & opportunitate temporis illis poteſtatem concedens.* Criminabantur æmuli Cæſareæ maieſtati aduerſum, Dei interpellabant inimicum; nec tamen auſi ſunt perduellionem, vt ipſi mentiebantur, comprehendere in templo, ne apud turbas irreuerentiæ notam ſubirent, omniumque ſibi inuidiam ardentiſſimâ conciliarent. O tempora! ô mores! Dominici ſanguinis ſitibundi, inuidiâ & æmulatione phrenetici, cæcis adeò paſſionibus adurgentibus vindictam differunt, & quantam debeamus templis reuerentiam oſtendunt; cùm tamen Chriſtiani Chriſtum verum Deum confitentes non exhorreant ipſo in templo offendere, & templum auſibus execrandis violare. Certè nullibi peccandum eſt; vt tamen noueris quam vel leue erratum in templo commiſſum ſit prudentibus formidandum, hiſtoriæ producamus myſterium.

Chryſoſt.

396 Fugiebat Iacob fratris iram ambitione & cupiditate inflammatam, cumque itineris laboribus defatigatus, ſomnique importunis adſultibus impetitus quieſcere decreuiſſet, in quodam obdormiuit loco, vbi Angelorum vidit frequentiam, & à terra vſque ad olympum ſcalam: *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum.* Manè expergefactus terrore concutitur, ſuámque ignorantiam tremefactus confitetur: *Cùm euigilaſſet Iacob de ſomno ait: Verè Dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauenſque: quam terribilis eſt, inquit, locus iſte: non eſt hic aliud niſi Domus Dei, & porta cœli.* Audis timore concuſſum, & ignorantiæ pauore erratum. Tranſi modo ad eumdem alio in loco cum ipſo Deo colluctantem, & brachiis, ſi fas eſt dicere, comprimentem: *Ecce*, inquit textus, *vir luctabatur cum eo vſque mane.* Luctatorem Deum fuiſſe non ignorauit: ait namque: *Vidi Deum facie ad faciem*; & tamen hîc non audies pauore perculſum, aut timore exagitatum. Certè ſi ibi timorem conſuluit ſomnus, maiorem hîc actioremque pauorem perſuadere debuiſſet auſus: cur ergo hîc non refertur agitari, cùm conſtet ibi timore premi? An quia peccatores cùm ad profundum venerint, contemnunt, & qui priùs vel culicem exhorreſcebant, camelum poſtea deglutiunt? Quæ Iacob egit, noſtræ eruditioni militauerunt: cum Deo luctatus loco non ſacro, cultuue adſcripto timorem cordis non promit; at vbi cepit ſomnum eo loco, vbi futurum præuidit templum, curis non modicis angitur, & pauorem cordis fatetur: *Non eſt hic aliud niſi domus Dei.* Ergo in Dei templo dormitaſſe exhorruit, non adeò extra templum luctam extimuit, vt hiſtoriæ nos edoceret exemplo, quanta ſit Dei Eccleſiæ debita reuerentia, & quàm ibi timenda culpa. Ad rem Rupertus lib. 7. in Geneſ. cap. 23. *Notandum quod non ipſum Dominum; ſed locum paueſcit, & terribilem eſſe dicit: quidnam pauoris, vel quid terroris ſecundum ſe locus ille poterat habere? An quia Dominum in loco illo in ſomnis vidit? Nempe & in aliis locis tam huic, quàm patribus eius Abrahæ, & Iſaac multoties idem Deus apparuit.* Iam dubio reſpondet: *Hic per ſpiritum prophetiæ dilatato corde, quid ſignificaretur huiuſmodi ſomnio, præuidit, illumque locum, cuius iſte figura erat, expauit: qui videlicet locus Eccleſia eſt.* Timuit ad Eccleſiam dormitantes oculos attuliſſe, qui non ſic alibi luctam expauit: nam licèt Deus omni loco veneratione ſit ſuſpiciendus: in templo tamen præcipuè: quia ibi clariùs apparet maieſtatis pompa, & diuinitatem proteſtatur adſtantium Angelorum frequentia. Adde ipſum dæmonem templo arceri, & ſi ipſo in cœlo conſtiterit debacchari.

Geneſ. 28. v. 12.

Geneſ. 32. v. 4.

Rupert.

Apocalypſis 12. virulentiſſimus draco mulieris filium admittitur deuorare: *Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperiſſet, filium eius deuoraret.* In cœlo aufugit ad thronum, cùm Iſaiæ 6. Seraphinis ſtipatus ſecurè potuerit ſedere, nec opus fuerit inuolare. Adde draconem è cœlo ſtellas deiecíſſe: *Cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram:* hîc verò in Seraphinos non militaſſe: *Vidi Dominum*, inquit Iſaias, *ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum, & ea, quæ ſub ipſo erant, replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud.* Bernard. ſerm. 5. de verb. Iſaiæ dæmonem hîc præpediri teſtatur: *Quaſi gemino quodam velamine, ne ſublimiora proſpiciat, inuidus præpeditur.* Sed inquires cur hîc præpediatur Lucifer inuidiſſimus, cùm ipſo in cœlo Deum deuorare, bellumque ciere in Angelos ſit molitus? Quia nimirum hæc viſio fuerat in templo: ea namque eſt templi ſanctitas, vt ibi obrigeſcat inuidia, & gelaſcat quodammodo ipſius dæmonis inſolentia. Ergo dice quantam debeas Dei Eccleſiæ reuerentiam, & quàm graue ſit ibi perpetraſſe culpam. Adde in templo delinquentes infauſtam ſibi Numinis abſentiam ſuſtinere, & veluti malo immedicabili laborare.

397 Apoc. 12. v. 4.

Bernard.

Chriſti Domini æmulatores eis inuidiæ ſtimulis agitabantur, eis humoris adurebantur flammis, vt ad lapides accurrerint, quibus in templo tunc diſputantem impeterent: *Tulerunt lapides, vt iacerent in eum.* Chriſtus cælica ſe poteſtate ſubtraxit, & templum ab eis abſconditus dereliquit: *Ieſus autem abſcondit ſe, & exiuit de templo.* Gregorius in catena D. Thomæ hoc Domini receſſu ait ſignificari cæcos remanſuros fore, deóque priuatos: *Quid abſcondendo ſe Dominus ſignificat, niſi quod eis ipſa veritas abſconditur?* Miraberis armatorum agminibus in horto occurriſſe: *Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper eum, proceſſit, & dixit eis: Quem quæritis?* Morte contempta in horto animi oſtendit conſtantiam, non fugam; in templo verò impetitus non impetentibus acceſſit; ſed fugit. Quod ſi inquiras, cur in horto non fugerit, fugaque illi aduerſantes ſine Deo remanſuros oſtenderit, quando omni armorum genere ipſum impetere feſtinabant, ac ſanguinem eius ſitiebant. Reſpondeo arma præniſſe, vt comprehenderent degentem in horto, non in templo; aſt vbi furore acti non ſolùm lapides præſant in Chriſtum; ſed & violare contendunt templum, ipſa fuga durìſſimum ſupplicium ſtatuit, & quàm dignum mulcta grauiſſima ſit in templo delinquere oſtendit. Certè qui extra templum in Deum audet, ad templum recurrens portum adinueniet; at qui templum violat, Deum à ſe prorſus videtur fugare, & ſummam ſibi calamitatem aſciſcere.

398 Ioan 8. v. 59

Gregor.

Ioan 18. v. 4.

Digitized by Google

§. LXXXX.

Diabolus in eos durius bellum inſtruit, quos ad ſe defendendum paratos ſtudioſius agnoſcit.

399 Eccli. 2. v. 1. FIli accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & prepara animam tuam ad tentationem, admonet ſapiens: Diabolus namque quem virtutibus exornatum conſpicit, inimicum ſibi infenſiſſimum habet, & vti hoſti bellum ardenter indicit: qui in virtutis partes non tranſiuit, impetum vti calcatus non ſenſit; at qui legitimus hoſtis vitij proditur, aduerſarij technas doloſque experitur. Adeſt Gloſſa: *Qui vult ab illecebris mundi ſe abſtinere, & in Chriſto piè viuere, perſecutionem patitur: dum enim accingi diuino ſeruitio præparat, bellum Diaboli contra ſe excitat.* Conſonat Lyra: *Prepara animam tuam ad tentationem contra diabolum, qui talia aduerſa nititur procurare.* Indedititios imbelleſque non capit diabolus arma; ſed contra fortes inſtaurat bella. Audi Gregorium lib. 24. moral. cap. 7. *Prepara animam tuam ad tentationem: non enim ait ad requiem, ſed tentationem: quia hoſtis noſter adhuc in hac vita nos poſitos quantò magis nos ſibi rebellare conſpicit, tantò amplius expugnare contendit, eos enim pulſare negligit, quos quieto iure poſſidere ſe ſentit. Contra nos verò eò vehementius incitatur, quo ex corde noſtro quaſi ex iure propriæ habitationis expellitur.* Hanc veritatem confirmat Abimelechus Diaboli ænigma, qui vbi audiuit viros Sichem pariter conglobatos ad defenſionem muniri, acriter aggreſſus eſt deprælliari: *Abimelech audiens viros turris Sichimorum pariter conglobatos, aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo.* Quærit Abulenſis, cur contra viros illos arma non prænſauerit, cùm ciuitatem euertit, alioſque occidit? Reſpondetque exiſtimaſſe ſibi lubentes tradendos; at quia modò vidit ad defenſionem paratos, viuidioribus flammis pugnauit, & collectis viribus irruit: *Cum omni populo*, inquit, *ſuo.* Audi Abulenſem quæſt. 48. *Iſtos non potuit capere Abimelech. Necdum pugnam inierat contra viros iſtos; imò fortè credidit quòd ipſi ſponte ſe traderent Abimelech: ideò cùm audiuit quòd omnes congregati erant in templo ad ſe defendendum, inſtituit bellum contra illos.* Vbi induxerunt animum ad ſe defendendum, grauiores hoſtis ſuſtinuerunt adſultus, & ardentiores conatus: exigua manu, qui in campum exiuerant ad vinearum delicias, victi; collegit tamen vires omnes, vt contra vnitos, ſeque defendentes pugnaret.

Gloſſa. Lyra. Gregor. Abulenſis.

400 2. ad Timot. 3. v. 12. Diuus Paulus Timotheum inſtruens ſic aiebat: *Omnes qui piè viuere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur.* Non exprimit à quibus patiantur perſecutionem; ſed dum non exprimit, omnes includit: armabit diabolus hominum peruerſitatem, gratas appetitus fraudes in campum producet, cupiditatum accendet ignem, libidinis acuet furorem, & quidquid vitium opponet, ſi fortè aduerſarium ſubigat. Adeſt Anſelmus ad hunc locum: *Nunquam deeſt piè viuentibus perſecutio: quia cùm & ab eis, qui foris ſunt, non ſeuientibus videtur eſſe tranquillitas, multi ſunt intus, qui corda piè viuentium ſuis perditis moribus cruciant.* Vbi agnouit dæmon à vitiis transfugam ad virtutum caſtra excurriſſe, arcus tendit neruum, vt vulneret terga vertentem ſagitta: iam excitat cupiditatis tumultum, iam libidinis armat incendium, iam contra famam inflammat linguas, iam ipſa virtutis ſpecies pro viſco vſus & oblinit pedicas, & tegit inſidias. Itaque qui antea tranquillitate, etſi fallaci fruebatur, perſtrepentibus modò bellis & angitur, & circumcingitur: vnde opus eſt intentiſſima vigilantia, & vigilanti ſemper cautela.

Anſelm.

Sponſus vbi ſponſam docuit cor virtutis ſigillo præmunire, & ſcutum monuit prænſare: *Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt vt mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio.* Non erit abs re, ſi dixeris clauſulam illam, *quia fortis eſt vt mors dilectio*; æmulationis fuiſſe cauſam: quaſi dicat ſponſus: furet inimici æmulatio, ſi te adſpexerit amoris mei flammæ prorſus dicatam, & extra mundi aleam, mortuæ ad inſtar, nihil humanum concupiſcere, aut noſcere. Ergo cape ſcutum, quo ignea nequiſſimi ſpiritus tela valeas retundere, & in ipſum retorquere: nec enim dubitari poteſt fore ab ipſo eiaculanda, ſi quicuerit te ferire, aut ſaltem ſtrepitu deterrere. Adeſt Ambroſius ad hunc locum: *Quoniam Patris imaginem habemus in Filio, ſigillum Filij habeamus in ſpiritu: hac Trinitate ſignati caueamus diligentius, ne quod accepimus pignus in cordibus noſtris, aut morum leuitas, aut vllius adulterij fraus reſignet.* Solicita cautela eſt opus ad cor Dei imagine nobilitatum ſeruandum: quia quantò virtus clarior, aduerſarius inſurgit durior: clypeus arripiendus eſt: quia bellum inſtat, & iactatum crebrò telum ab aduerſario mortem intentat. Qui virtutem incuriosè colit, ab hoſte vt facilè calcatur, ſic dum calcatur, contemnitur: cum ſtantibus prælium eſt, illos nititur proſternere, & calcatos præterire.

401 Cantic. 8. v. 6. Ambroſ.

Paulus ad Romanos ſcribens ſit aiebat: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius.* Vbi mens virtutis legi obtemperans Deo militabat, lex iniquitatis cupidine obarmata inſurgebat, & iam experiebatur duriſſimum bellum, qui etſi deterius, placidum anteà potius otium. Adeſt Gregorius loco ſuprà dato. *Quis ibi mœror, quæ anxietas cordis, quando hinc ſpiritus vocat, hinc caro reuocat, hinc amor nouæ conuerſationis inuitat; hinc vſus vetuſtæ peruerſitatis impugnat, hinc deſiderio ad cæleſtem patriam flagrat, & hinc in ſemetipſo carnalem concupiſcentiam tolerat, quæ cum etiam aliquomodò inuitum delectat.* Vel inuitus quodammodo trahitur inſtigante peccati lege, dum æquitatis lex illum retinet, virtuſque poſſidet. Ergo ipſa conuerſio eſt quædam certaminis arena, vbi vitium virtuſque confligit, & nouum athletam labor certaminis afflictum terret.

402 Ad Rom. 7. v. 23. Gregor.

Populus Hebræorum, dum Pharaonis iugum de ceruicibus excutere non procurat, non adeò acerbius tractatur, vt cum abire molitur: *Dixerunt: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro, ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius.* Quid tunc? ſcripturam audi: *Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi dicens: Nequaquam vltra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut prius; ſed ipſi vadant*

403 Exod. 5. v. 3.

vadant, & colligant ſtipulas, & menſuram laterum, quam priùs faciebant, imponetis ſuper eos. En durius premuntur, ſtudioſiùs exagitantur: nec mirum, quando ſe expedire ſatagebant, & ſerenam lucem animitus ſuſpirabant. Adeſt Origenes apud gloſſam: *Ex quo loqui cœpit Moyſes ad Pharaonem, magis affligitur populus Dei; ex quo in animam ſermo Dei peruenit, diabolus acriùs inſurgit, & maiora vitia immittit: priùs enim quàm ſermo Dei veniret, qui argueret vitia, in pace durabant; at vbi venit, turbatio magna conſurgit.* Laboribus atterere, difficultatibus irretire, nouis, & vaniſſimis occupationibus illigare molitur dæmon, quas videt animas Dei verbo inſpirationeque tangi, & quæ priùs amauerant, abhorrere: dum conantur ſuperas cuadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt: apponit Cerberum, qui latratibus deterreat, cocytum repræſentat, qui intentatis naufragiis arceat, & iam bellicus ardet furor, & accreſcit fugienti dolor: dum Hebræorum aures Ægyptiorum implebantur mendaciis, dum corda dicabantur illecebris, non illos durus adeo labor premebat, at dum Dei vocem percipiunt, dum lutoſis operibus ſe anhelarunt expedire, diſcupieruntque liberare, iam inturgit durior Pharao, iam tota eius manus paratur acerbior.

Origen.

404 Hanc veritatem in ſeipſo Dominus ſub quadam diſpenſatione ad noſtram eruditionem oſtendit, vtque conuerſionis labores innueret, quidue eius membra, ſi virtuti ſtudere ſatagant, patiantur, demonſtrarit, ſe à dæmone tentare permiſit, & tunc quidem cùm abluitur, cùm in deſertum tendit, cùm ieiuniorum auſteritatem colit: *Tunc Ieſus ductus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.* Quid eſt *tunc*? Non quando degebat in curia, non cùm Iordanis fluentis non ablutus, ſed cum deſerti incola, cùm in ieiuniorum verſatus Schola: vt tentaretur, petiuit deſertum: quaſi idem ſit à mundiali ſtrepitu recedere, & repetita teſtamenta dæmonis tolerare. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 18. *Cùm abluto Chriſto confligit:* vbi vidit dæmon aquis ad hominum peccata abluenda gratiam inferentem, vbi vidit pœnitentiæ pharmaco culparum noſtrarum vlcera medicantem, veteri inflammatus inuidia, & timoris ſtimulis agitatus, ne qua in homines vtebatur, tyrannide priuaretur, verſutiæ machinamenta producit, & ablutum Chriſtum innadit. Itaque ſe Dominus tentari non permiſit, dum inter homines verſaretur; at vbi baptiſmate tinctus auſteriora ſectatur, iam illum hoſtis adoritur: voluit namque in ſe exprimere, quæ virtutis ſectatores in ſe erant experturi, vt ab illo mutuarentur arma, dum in illo prænouerunt tentamenta. Huc voco quod aiebat Tertullianus de pœnit. cap. 7. *Pernicaciſſimus hoſtis ille nunquam malitiæ ſuæ otium facit; at quin tunc maximè ſeuit, cùm hominem plenè ſentit liberatum; tunc plurimum accenditur, dum extinguitur.* Subnectit: *Itaque obſeruat, oppugnat, obſidet, ſi qua poſſit aut oculos concupiſcentia carnali ferire, aut animum illecebris ſingularibus irretire, aut fidem terrenæ poteſtatis formidine euertere, aut à via certa peruerſis traditionibus detorquere, non ſcandalis, non tentationibus deficit.* Dolore ictus, vt qui malitiæ ſuæ amiſerit oblectamenta, vt iterum ei aduletur, inſtruit duriora certamina. Vnde qui receſſit, opus eſt & in ſtatione vigilet.

Matth. 4. v. 1.

Seleucienſ.

Tertullian.

§. LXXXXI.

Strenuus dux belli apparatum diligenter adornet, conſilium nulli communicet.

QVi à ſe decreta firma eſſe voluit, omni cautela decreuiſſe celabit: aliter non deerit, qui laboris tædio, aut vitandæ difficultatis ſtudio, aut ſimulato proditorioque artificio moras nectat, & conſilio prodito impedimenta producat. Sunt plures interius hoſtes: ſunt amici perſonati, qui amicitiam ſimulant, & ad indaganda abſtruſiora ſecreta parant. Quod ſi vel amico bellorum negotia celanda, qui exiſtimas, vbi diuerſa ingenſque militum copia conuenit; quorum & ingenia occulta, & cupiditas ſæpè nota. O quanta regna floruiſſent, quot exercitus lauro redimiti fulgerent, ſi compreſſa lingua, & decenti ſilentio labia ſignata! Antigonus hoſtem petiturus, à filio interrogatus, quando caſtra mouenda forent, non aperuit: regnum filio parabat; ſecretum tamen non committebat, vt regnum adeptus diſceret aliis ſecreta non committere; ſed pectore ſibi coquere. Adeſt Plutarchus lib. de garrulitate: *Ne vocem quidem credidit occultam ei, cui regnum erat relicturus. Sanè quidem, vt temperanter gereret ſe in talibus & religiosè, voluit eum docere.* Nouerat prudentiſſimus pater quàm interſit ſæpiſſimè res bellicas prudenti ſilentio adminiſtrare, & ab hoſtium notitia abſcondere; vtque etuditet filium, requiſitus coluit ſilentium. Subijcit citatus Plutarchus de Eumene: *Allato Eumenes cum infeſto exercitu Craterum adeſſe, nulli id amicorum aperuit, ſed eſſe mentitus eſt Neoptolemum. Hunc enim milites nihili faciebant, illius ſuſpiciebãt nomen, & virtutem amplectebantur. Nec reſciuit id vllus alius; ſed commiſſis ſignis victores Craterum occiderunt neſcij, ac cadauer cognouerunt.* Subnectit Philoſophus: *Ita moderatum eſt prælio ſilentium, tantumque aduerſarium texit, vt amici eum, quòd ipſos hac de re celaſſet, magis commendauerint, quàm incuſauerint: & vt incuſet quis, incuſari præſtat conſeruatum ex eo quod non crediderit rem, quàm perditum ex eo quòd crediderit, culpare.* Si prodidiſſet, militum vires timor reſolueret, & periret; tunc culpatus ac deſtructus gemeret: ergo maluit non gemere attritus; ſed triumpho redimiti culpatus. Hanc politiam factis oſtendit Abimelechus: propoſuerat animos plures ex aduerſariis, qui ad Numinis templum confugerant, flammis vſtulare: quod ſi proderet, fortè milites animitus auerſarentur templo flammas applicare, in cineteſque redigere: ergo dum flagitium tegit ſilentio, etſi infelici, coronatus eſt triumpho: *Aſcendit in montem Selmon cum omni populo ſuo, & arrepta ſecuri præcidit arboris ramum impoſitumque ferens humero dixit ad ſocios: Quod me videritis facere, citò facite.* Montan. *Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem.* Sequebantur ducem, quo neſciebant: fortè fugerent, ſi ſciuiſſent. Adeſt Arias Montanus: *Ipſe conſilio cum nemine ex ſuis communicato, quid cæteris faciendum ſit, exemplo monſtrat, & præcepto tradit.* Exemplo mouit, & ſilentio rem ad effectum perduxit.

Omnem noſtram infelicitatem promanaſſe à 406
Dei ſecreto prodito, expendebat Seleucienſis Baſilius: Deus primis parentibus in omnes paradiſi arbores

arbores poteſtatem fecit, vna tantummodo exempta ad obedientiæ exercitium, vtque quo in pretio haberetur creator, eſſet teſtimonium. Præceptum de fructu, arboris ſcientiæ boni & mali non comedendo exiſtimant nonnulli ſecretò parentis traditum: coniecit ſerpens, vtque dubitationis anxietati mederetur, pietatem ſimulauit, & Euæ
Geneſ. 3. v. 1 vices condoluit: *Cur præcepit vobis Deus*, rogat Euam, *vt non comederetis de omni ligno paradiſi?* Sub quadam generalitate propoſuit dubium, vt fraudulentiùs tegeret dolum. Quid tunc? *De fructu lignorum, quæ ſunt in paradiſo, veſcimur*, reſpondit Eua; *de fructu vero ligni, quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Dum ſerpens præcepti motiuum ignorabat, nequibat coloratis rationibus eneruare; at ſecreto prodito inuenit dolotitas, quo mulierem alliceret, & ad
Seleucienſ. infringendum præceptum traheret: *Exarmaſti te mulier*, inquit Baſilius orat. 3. *Dei voce diabolo credita.* Exiſtimabat fortè Eua illam Dei vocem credere animali ſibi ſubiecto, & credebat inimico. Serpens hoſtis partes fouebat doloſitate contecta: cúmque pectore foueret inuidiam, mentiebatur beneuolentiam: ergo mulier loquax, vt putauit ſecretum ſe tradere fideli ſeruo, aperuit hoſti virulentiſſimo: à ſecreti proditione humana promanauit calamitas; ſilentio floruiſſet felicitas.

407 Samſon, qui nouerat, à Deo contra Philiſthæos occaſionem quæri, oportereque de fauo in ore leonis reperto problema abſtrulum proponere, parentibus impertitus eſt fauum; ſed non
Iudic. 14. v. 9. communicauit ſecretum: *Dedit eis partem, qui & ipſi comederunt; nec tamen eis voluit indicare, quod mel de corpore leonis aſſumpſerat.* Quærunt Interpretes, cur parentibus adeò dilectis non communicarit vbi reperit mella; ſed omni celarit induſtriâ. Abulenſis quæſt. 11. exiſtimat timuiſſe, ne immatura laudis cupiditate problematis materiam vulgarent, & emulgando impedirent: nouerat namque plures fœminas; imò & viros aliquos retardaſſe ſibi gloriam, dum immaturè inuolarunt
Abulenſ. ad famam. Audi Abulenſem: *Si patri & matri indicaſſet, illi ad oſtentandam fortitudinem filij ſui dixiſſent illud in vrbe Thamnata, & inducerent in teſtimonium dilaceratum leonem ab ipſo, & ſic, quando proponeret problema, Philiſthini aduerterent, & poſſent conſiderare faciliter hoc dictum de leone. Tacuit ergo, ne pater & mater hoc dicerent Philiſthinis.* Addit quæſt. 13. *Ipſi non interrogauerunt, vnde ſumpſerat, & ipſe non dixit; ſed etiam ſi quæſiuiſſent, noluiſſet eis dicere, quòd erat de corpore leonis; ſed dixiſſet de aliqua alia re: cauſa autem taciturnitatis fuit illa, quæ ſupra poſita eſt.* Quantumuis candida intentione parentes referrent, problema proponendam impedirent. Ergo Samſon nec parentibus committere voluit ſecretum, nec inferendo hoſtibus bello aliquod reſultaret obſtaculum. Quod magni intereſt, vel coniunctiſſimis, & familiariſſimis eſt celandum: nam etſi non effundat proditio, indicare ſolet imprudens vanitatis affectio, & ad effectum retardandum parum conducit, an ſecretum prodat incauta imprudentia, aut verſuta, callidaque malitia.

408 Syrus rex inſidias Iſraëlis regi molitur, cúmque res ex voto non ſuccederet; cor eius eſt conturba-
4. Reg. 6. v. 11. tum: *Conturbatum eſt cor regis Syriæ pro hac re.* Huius conturbationis cauſam ipſe explicuit, dum ad ſe vocatis ſeruis inter ipſos proditorem eſſe conqueſtus eſt: *Quare non indicatis mihi, quis proditor mei ſit apud regem Iſraël?* Ea, vt videtur, ſagacitate bellicas res tractabat, vt ni ex ſuis aliquis prodat, præuoſcere aduerſarios non credat; imò cùm illi Eliſæum Prophetam omnia præuoſcere, regique indicare retuliſſent, ipſum capere aggreditur, dura obſidione erat iam ciuitas, vbi Eliſæus degebat, circumdata, quin aliquis aut rumoribus citaretur, aut muniretur præſcientia, aut quæ opponeret, parauit notitia: *Miſit illuc equos, & currus, & robur exercitus: qui cùm veniſſent nocte, circumdederunt ciuitatem.* Non ignorabat Benadad Eliſæum florere ſpiritu Prophetiæ; ea tamen calliditate, eoque ſecreto vſus eſt, vt nec à Propheta poſſe præuoſci crediderit, & ſine obſtaculo ciuitatem obſederit. *Putans*, inquit Abulenſis quæſt. 10. *quòd Eliſæus neſciret iſta.* Addit poſt aliqua: *Exercitus regis Syriæ venit per noctem ad ciuitatem Dothaim, vt Iſraëlitæ non cognoſcerent eos venire, & non poſſent conuocare auxilium magnum; ſed priùs iſti quaſi ſperatò poſſent capere vrbem, quàm conuenirent aliqui in adiutorium.* Errabat Benadad, dum hæc Dei ſpiritum latere credebat; eo tamen ſilentio, eo ſecreto delectum coëgit, vt nec à Propheta præuoſci poſſe putarit: docens res bellicas eo ſecreto diſponendas, vt opus ſit prophetico ſpiritu, ſi aduerſarij indagauerint, & præuouerint. Adde bellicoſos ſtudia celare, & animo contraria proferre.

Nabuchodonoſor victoriâ inſolens ſuo omnes 409
parere imperio decreuit, & legationem inſtituit: reſtiterunt vno animo omnes tumenti: repulſus ſe defenſurum iurauit: *Iuravit per thronum &* Iudith. 1.
regnum ſuum, quòd defenderet ſe de omnibus re- v. 12.
gionibus his. Itaque quaſi vereretur eorum, ad quos legationem inſtituerat, indignationem, euulgat ſe muniendum & ad bellum defenſiuum parandum; verùm dum hoſtes hoc confiſto rumore fallit, eos adoriri diſponit: *Vocauit omnes maiores natu, omneſque duces & bellatores ſuos, & habuit cum eis myſterium conſilij ſui, dixitque cogitationem ſuam in eo eſſe, vt omnem terram ſuo ſubiugaret imperio.* Expende conſilium vocari myſterium: nam vt in myſterio externa oculos fallunt, & interna fugiunt, ita in hoc conſilio aures fallebat defenſio, & latebat ſubiugatio: conſilium preſſit, bellum adornauit, in eaſque anguſtias aduerſarios redegit, vt niſi Iudith diuino auxilio obarmata Holofernem trucidaſſet, Nabuchodonoſorem ſine dubio deuiciſſet. Adeſt Hugo Cardinalis: *Iuravit* Hugo.
quòd defenderet ſe, id eſt, quòd omnes impugnaret; dicit tamen quòd defenderet ſe de omnibus, quaſi omnes vellent pugnare contra ipſum. Mentiebantur timorem, ad ſpeciem occurrere ſolùm deſiderabat periculo; re verò premere diſponebat duriſſimo bello. Ergo ad inſtar miraculi fuit Iſraëlitas ab huiuſmodi hoſte liberari, & eius armis non premi.

igitized by Google

§. XCII.

Superior vt dignitate, antecedere debet labore.

410 ALiis præesse honorem habet labori adnexum: iniqua solùm industriâ separantur labor & honor. Hinc qui præire anhelant dignitatis luminibus, non laboribus, non resplendent laubabili dignitatis lumine; sed dignitatem violenta ad speciem occupauere tyrannide: quidquid commodi acciderit, sibi nonnulli vendicant, quidquid laboris recusant: quasi dignitatis lex sit procurare sibi commoda, vitare molesta: ipso dignitatis iure, quo tenebantur laboriosa subire, abutuntur, animituſque gestiunt exterminare. *Agidi regi*, refert Plutarchus lib. an seni sit tractanda Resp. *sedes posita quotidie erat iuxta curiæ valvas, ac frequenter consurgentes adibant eum ephori, ac de rebus maximis consulebant.* Primus erat in labore negotiis expediendis annexo, qui præcedebat cæteris throno: non celebatur Numinis ad instar oppansis velis delubro; sed patebat omnibus palatij aditu, docens honestis factis Principes ad solicitam teneri vigiliam, si cæteris antelati regalem cingunt coronam. Ob id fortè Abimelech manus cum inimicis conserturus, omnium primus securim arripuit, & præcisum arboris ramum humeris vexit, factis edocens Superiores debere cæteris labore præcedere, vt conitat antecedere dignitate: *Ascendit in montem Selmon cum omni populo suo, & arrepta securi præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero dixit ad socios: Quod me videritis facere, citò facite.* Et cur rex non vitarit laborem iubeat milites ramos præcidere, eisque ad inimicos vstulandos ardentes flammas susciture indignum tamen ad speciem regia maiestate ligna incidendi laborem & baiuli humero præcisos ramos portantis onus non adeat. *Quid cæteris faciendum sit, exemplo monstrat, & præcepto tradit*, scribit Arias Montanus: *Præcidit arboris ramum.* Profectò antecedere voluit dexteritate, celeritate, & in parandis rebus ad bellum idoneis promptitudine, nefas ducens præire cæteris dignitate, & annexo subsequi dignitati labore.

Plutarch. Regis thronus iuxta portam.

Montan.

411 Mirum nostræ thesis extat apud 21. Ioannis exemplum: Obnoctauerant nonnulli Apostolorum piscationi intenti, cassisque iactibus fatigati: Christus Dominus vt qui lucem amet, facto mane littore adfuit, reteque ad dexteram nauigij mitti præcepit: iam piscium copia piscatorum vires vexabat, vt inopia anteà premebat, quò omnibus liqueat Deo patere temporales etiam vtilitates adducere, & anxios solùm labores exterminare: iam ripam appulerant discipuli, cùm iubet Christus pisces afferri: *Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc.* Præceptum Petri obedientia comitata est: celeri volatu ascendit, & rete traxit: *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram.* Mira res: cùm Petrus esset, oblitus non est se esse Simonem. Et quidem Simon interpretatur obediens; cùm tamen nonnulli, si dignitatem inscendentes ad instar Petri illustre vocabulum acquisiuerint, status mutatione se Simones nunquam attendant, quasi iam extra obedientiæ limites degant, tolumque imperare sciant. Itaque cum his omnibus iniunctũ fuerit mandatum: aiebat namque Dominus; *Afferte de piscibus*; Petrus vt cæterorum Superior priùs cæteris adimpleuit præceptum: *Ascendit Petrus, & traxit rete.* Piscibus iam eductis, qui laborem iniunxerat cibo recreat, vt doceat anxiis laboribus, solicitis vigiliis præmium non differre; sed quam cito dilargiri: *venite*, inquit, *prandete.* Hic non audies Petrum priùs tediisse, nec peculiarem piscis partem sibi applicasse: *Nemo audebat discumbentium interrogare eum.* Hinc oritur difficultas: si Petrus non tedet primus ad mensam, cur primus ad educendum rete inscendit scapham? Esto nulla nobilior piscis pars illi vti Superiori applicetur, applicanda tamen videbatur vti præ cæteris labore defatigato: cur ergo peculiare ferculum non apponitur, quando rete non sine labore educitur? O miram eruditionem! vt cæterorum Princeps voluit labore antecellere; non tamen lautius sibi ferculum vendicare: cæteris æqualis fuit ad sumendos cibos, maior ad labores exantlandos. Adest Gregorius apud D. Thomam: *Petro sanctæ Ecclesiæ est commissa: ipsi specialiter dicitur: Pasce oues meas. Quod ergo postmodum aperitur in voce, nunc significatur in opere.* Vox Christi illum prætulit, & onus prælatum cæteris demonstrauit. O quot Superiores inueniuntur ad mensam primi, cùm ad labores non inueniuntur adhuc postremi! Delicatoribus ferculis nutriuntur: si quid saporatius delicatiúsque occurrat, vti de iure debitum ipsis adscribitur, cùm ratio exigat (de religiosorum loquor cœtu) communi cibo Superiorem vti, & saporatum ægris vel senibus applicare. En Petrus religioso cœtui Prælatus primus laborat, nec tamen primus manducat.

Ioann. 21. v. 10.

Gregor.

411 Vt aues, quæ volatu & ingenio aërem secant, vbi pullos suos viderint pennis aptos, ad volatum exercent, aëremque tranare docent: ita Christus Dominus cùm iam discipulos suos virtute adultos vidisset, nauigationi expoſuit, & fidei experimentum fecit: scapham cum discipulis inscendens in puppi somnum capiebat: hoc in rerum statu cùm scapha mediis esset in fluctibus, inusitata tempestas non sine fragore insurgit: secum altercabantur ventorum turbines, sublatissimæ vndæ superbiebant, & recurrentium volumina fluctuum nauim absorbere festinabant: acrior ventorum sibilus, fluctuum sonitus aures diuerberabant, rudentes cum velo collapsi ingeminabant metum, dum adaugebant periculum: interim dormiebant, Dominus: *Erat ipse in puppi super cervical dormiens.* Basilius Seleucienſis orat. 22. existimat arcano somno de discipulorum fide experimentum fecisse, voluisséque an ipsum plusquam hominem crederent, an humanum solùm putarent, operibus comprobare; *Interdum Christus Dominus suos discipulos cùm multa de fide edocuisset, nunc tamquam doctrinæ rationem velit reposcere, eos spe ac timore suspensos tenet, & mare Apostolis in fidei stadium apparat.* Inuestigemus, si placet, profundum Basilij sensum: nam cùm fides ipsa rerum difficultate resplendeat, non videbetur, etsi Christum crediderint cælestem Superiorem, hic difficultatibus impetitam: nam cur dubitent Superiorem sibi diuinitus datum tot experti miracula, tot contuiti mira? O expende in naui

Marci 4. v. 38.

Seleucienſ.

potiorem

potiorem ſibi locum delegiſſe, puppim videlicet, ibique capiti commodum applicuiſſe ceruical, cæteriſque cum turbine anxiè laborantibus ſomnum cepiſſe placidiſſimum. Ergo cùm ſuperiorem à Deo electum prodat exantlatus ad cæterorũ otium labor, laborioſæ, vt ſomnum capiant, vigiliæ, habitatio anguſtior, pauperiorque, optimum erat, vt Chriſtum cæleſtem crederent ſuperiorẽ, quando in labore hominum non erat, imò quando cæteris periclitantibus anxiiſque inerti ad ſpeciem indulgebat otio, & ſomno indulgebat arcano: *Mare Apoſtolis in fidei ſtadium apparat*, dormite, indulgeréque ſomno, dum reliqui anxio adurgentur periculo, prodebat ad ſpeciem humaniſſimum, non diuinum: ergo diuinum credant, dum dormientem adſpiciunt, vt ipſa difficultate commendauerint fidem, & fidei promulgauerint laudabilem cæcitatem. Profectò aliquando fide opus eſt, vt aliquos ſuperiores credideris, & à Deo electos putaris, dum vel in angulta domo amplam ſibi habitationem diſponant, cum cæteris nocte vigilantibus immerſi ſomno recumbant. Sanè Chriſtus Dominus ad fidei experimentum commodiorem locum elegit, & cæteris laborantibus tantiſper ſuper ceruical dormiuit. Et fortaſſis vt ſuæ conſuleret opinioni, iam expergefactus modica voce ingens continuit elementum: quaſi poſt ſomnum ad dignitatis decus neceſſarium fuerit miraculum: nam etſi Apoſtoli dignam de Chriſto opinionem habuerint, reliqui fortaſſis ſomnum commoditatemque fugillabant: ideò non fuit otioſum ad tuendam opinionem miraculum, quando armati
Seleuciens. videbatur in illam placidum otium. *Aquarum ingenium*, addit Baſilius, *increpationem horruit, & vocis terrore ſtabat: fugiebant venti, coercebantur undæ, ſopiebatur pelagus, fluctuum ſuorum ceruicem curuabat*: elaborata de magna tempeſtate magna tranquillitas opinioni deſeruiebat, & fidem videntibus miniſtrabat. Miraculis erit opus, vt quis dignitatis ſuæ opinionem tueatur, ſi inertes videatur dormire, ſuorumque commodis nullatenus prouidere. En Abimelechus, vt firmauerit dignitatem, omnium primus ſubiit laborem.

§. XCIII.

Non ſemel in templo flamma cupiditatis adurit incautos, dum vagantes teterrimus fumus corrumpit oculos.

413 NOn deſperat diabolus in templo deuincere: quia tamen ibi aliarum fraudum adeò opportuna non eſt occaſio, quos ſibi in paradiſo expertus eſt auxiliares, oculos allicit, & viriditatis fumo corrumpit. Dum floridas, pulchellaſque ſtudioſiùs, quam fas eſſet, vagus aſpectus attendit, dum fœminæ iuuenes calamiſtratos, & de capſula totos illecebroſis ac conniuentibus ſpectauere luminibus, fœdis turpitudinis halitibus obſcurantur, & tetro obcæcati fumo, incendio miſerabili vtuntur; ibi pereunt, vbi maior ſecuritas, ac ſecurior Sanctitas. Templum turris eſt fortiſſima contra victiorum adſultus religioſè adeuntibus, pieque frequentantibus, non inertibus & deſidibus. En plures, vt Abimelechi furorem truculentum vitarint templum ingreſſi eius eludere fraudes moliuntur: *Qui habitabant in turri Sichimorum, ingreſſi ſunt fanum Dei ſui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde.* Putares in templo contra omnes aduentariorum incurſus fuiſſe munitos; verùm inſufflauit aſtutia, qua illos aduteret, flammam, & miſeram obtinuit victoriam: ex florentibus viridibulque ramis igne ſuppoſito fumum denſiſſimum excitauit, quo dum in templo adſtantium oculos corrumpit, luce priuatos & morti exponat: *Circumdantes præſidium ſuccenderunt, atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille homines necarentur.* Cognouit vafer Abimelechus cõtra templum ingreſſos alias artes non ſucceſſuras, & ad flammas, fumumque recurrit: nec illum ſua fefellit opinio: nam dum oculi tetris halitibus obcæcantur, flammis cupiditatis vtuntur. Adeſt Abulenſis q. 48. *Abimelech* Abulenſ.
ſciens ſe nihil poſſe proficere pugnando, inſtituit aliam modum capiendi locum, ſcilicet, apposuit magnam lignorum virentium ſtruem in circuitu, & ſuppoſito igne fumus multus & groſſus exhalans de lignis repleuit fanum, & occidit omnes, qui intus erant. Ad templum, (vt ipſi arbitrabantur) Sanctitatis arcem viri & mulieres conuenerant, ſed ex ipſa frequentia inimicus procudit arma: ex florida viriditate exhalatus teterrimus fumus mixtas ſecũ tulit ſcintillas, quibus præcordia marcescerent & perirent. Et quidem quod in Berith templo ſemel contigit, in veri hiſpanique Numinis templis non ſine dolore quotidie accidiſſe reperies: Specie religionis conueniunt plures; ſed dum vagantur oculis, in faciem libidinis fumum exhalantem impingunt, quo obcæcati inflammantur, & perit vittus, pudicitiaque, vbi munitior videbatur, & tutior.

Philiſthæi, vt magnificas hoſtias litarent Deo 414
ſuo, in templum conuenerunt: *Principes Philiſthinorum conuenerunt in vnum, vt immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo:* verùm cùm intenſiſſimis animis ſacrificio deberent intereſſe, Samſonem iubent adduci, vt indulgeant luſui, ac riſui: *Præceperunt, vt vocaretur Samſon, & ante eos luderet.* Samſon, quibus ædificium innitebatur, concuſſit fortiter adeò columnas vt elocatæ in templo aſtantes ingenti tumularint ruina: *Cecidit domus ſuper omnes Principes, & cateram multitudinem, quæ ibi erat.* Plures ibi adeſſe mulieres, hominéſque textus retulerat: *Domus erat plena virorum ac mulierum.* Expende vbi pereant grauiori detrimento viri, ac mulieres, in templo videlicet: ibi cos inimicus detriumphauit, & grauioti clade percuſſit: nec mirum cum ad ſacrificia conuenientes voluptati indulſerint, & vanitati ſtuduerint: in templo inuenit hoſtis opportuniſſimam occaſionẽ, qui extra templum non adeò magnam occiderat multitudinem? *Præceperunt, vt vocaretur Samſon,* Lyra.
& ſaltaret, &c. *id eſt materiam riſus eis præberet*, inquit Lyra, *quia cæcus erat, & ideò impingebat aliquando ad columnam, & aliquando cadebat, ex quibus ridebant Philiſthæi.* Dum inter ſacrificia ad leuia oculos deflectunt, dum voluptuoſis incumbunt, digniſſima ſtrage pereunt: in templo inuenerunt miſeriam, qui extra templum potiti fuerant victoriam. Quod ſi moribus hiſtoriam aptes, ſcito plures, dum templum adeunt ad ſoluendum Numini cultum, miſerum pati ab inimico naufragium: quia quod ſacris intentum impendere tenebantur animi ſtudium, ad pulchellas, floridaſque inſpiciendas deflectunt: vnde contigit ibi miſerabilius perire, vbi debuiſſent triumphare.

Nadab & Abin thura conſecraturi contendunt, 415
verùm dum alienum, illegitimumque ignem ſupponunt, flamma cælitus immiſſa aſtulati perierunt: *Arreptis Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis poſuerunt*

Digitized by Google

fuerunt ignem, & incenſum deſuper offerentes coram
Leuit. 10. v. 1. *Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat, egreſſuſque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino.* Quod Aaronis filiorum peccatum fuerit, quærunt Interpretes. Oleaſter ad mores putaſſe aliquos ait punitos, quia de re adeò graui non conſuluerunt Moſech, aut Deum: fas namque erat in rebus dubiis expectare Dei imperium, aut ſuperioris mandatum; verùm vt hiſtoria litteráque noſtræ eruditioni deſeruiat, animaduerte in templo aduſtos, vt qui ignem alienum ingeſſerint: alienus quidem ille erat ignis, quando nec Sacerdotale munus, nec ſacrificij Sanctitas eis ardoribus infici permittebat: ignis alieni cauſa pereunt in templo: quia in templum ignem à templo introduxerunt alienum: in templo locum habet cœleſtis ardor, religionis ſtudium, charitatis incendium, non ignis profanus, ardorve ſpurius; ſed proh dolor! in templum ſæpè introducitur, quo adſtantes delinquant, & pereant. *Ignem alienum*,
Hugo. inquit Hugo Cardinalis, *qui non eſt egreſſus à Domino, quod eis præceptum non erat, imò prohibitum.* Igne contra præceptum diſpereunt ipſo in templo, quos ſanctificandos crederet ſacrificio. Ergo timeant Dei miniſtri noxia hac flamma infici, ne contingat ſtragem pati.

416 Ezechiel quid in templo fiat, à Domino monitus intuetur, idolumque zeli in ipſo templi introitu
Ezech. 8. v. 5 contemplatur: *Leuani oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilone portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu.* Iterum expandit oculos, variiſque picturis cultum ſpectat adhiberi, ac teterrimo vapore oculos obſcurari, & rationem vinciri: *Ecce omnis ſimilitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuerſa idola domus Iſrael depicta erant in pariete in circuitu per totum*, &c. *Et vnuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua, & vapor nebulæ de thure conſurgebat.* Qui debebant intẽtiſſima mente Dei cultui dicari vario picturatum colore, collucente murice, nitore aureo vagos depaſcebant oculos imaginum fuco deluſi, & grata illuſione cæci: thura offerebant, ex quibus non odoriferus ſuffitus; ſed obſcurus, & fœtidus halitus mentem obtenebrabat, & oculos offendebat: *Nobis oran-*
Hieronym. *dum eſt*, inquit Hieronymus ad hunc locum, *ne ſeniores domus Iſrael ſeptenarium numerum, qui eſt Sanctus, ſeptem decades multiplicantes, ſtent in erroribus ſuis, & adorent picturas idolorum, vaporque ſacrilegij aſcendat.* Qui ad Dei adorationem conuenerant, picturarum pulchritudinem, mentitamque fucis ſpeciem intuiti, illis affectum dicabant, & vapor ex teterrimo cupiditatis igne exhalatus rationis oculos occludebat, & prudentiam obſcurabat: *Adorant picturas idolorum vaporque ſacrilegij aſcendit.* In aditu templi zelo erigitur columna: quia ſæpè ſæpiùs iuuenes templi aditum occupant, vt pulchellis introëuntibus captioſos obtendant laqueos. Hinc fit, vt commercia Sanctitatis ad negotia declinarint libidinis: in templi aditu inuenitur ſcandalum, vt ab ingreſſu profanatum luxerit templum. Noſter Sanctius putat vocari idolum zeli: quia Deum vtpote honoris ſui zelotypum ad vindicandas illatas ſibi ptouocarit
Sanctius. iniurias: *Fert grauiſſimè ab infideli ſponſa proditam eſſe fidem coniugalem, & legitimum thalamum proſtitutum adultero.* In templi veſtibulo zelotypiæ animum exulcerabat occaſio, dum fœminæ ab ipſo aditu vaniſſimis colloquiis linguas conſpurcabant, & gratas aures euanidis adulationibus ſtudiosè præbebant: venenatus ſerpentis ſibilus aures corrumpebat, dumque mellitis, blandiſque alloquiis fœminæ detinebantur intentæ, Deum zelotypum irritabant, exulceratumque iniuriis ad vindictam impellebant. Adde mulierculas in templum conuenientes ſæpeſæpiùs aliis referre, an amaſij ingrati eas reliquerint, an zelotypi puniuerint, an auari neceſſaria non miniſtrarint: vbi debuiſſent pœnitudinis dolore eliquatas ad peccata delenda lachrymas profudiſſe, turpitudinis commercia ad placitum non accidiſſe inueniuntur deploraſſe. Itaque templum adeunt, vt ibi conſimiles, eiuſdémque farinæ inueniant mulierculas, quibuſcum longum de his ſermonem texentes dolorem alleuent, aut ſibi indignum plauſum concilient. Quod Ezechiel animaduertit per oſtium portæ domus Domini introductus, & mulierculas contemplatus.

Introduxit me per oſtium portæ domus Domini, 417
quod reſpiciebat ad Aquilonem, & ecce ibi mulieres Ezech. 8. v. 14. *ſedebant plangentes Adonidem.* D. Hieron. exiſtimat non ſolum planxiſſe Adonidem Veneris amaſium ab aproque occiſũ; ſed huius feſti planctuſve occaſione inter ſe ſuis de amaſiis egiſſe, & alias, vt quæ ab amatoribus ſpretæ ac repudiatæ, amata in lamenta fundi; alias verò de ſibi iam redditis, & reconciliatis lætari: *Mulierum vitia deſcribuntur,* Hieronym. *quæ plangunt amatorum ſocietate priuatæ, & exultant, ſi eos potuerint obtinere.* Vt Venus Adonidis ſui largiſſimis lachrymis proſecuta eſt mortem, vtque ſibi redditum fabuloſa reſurrectione gaudiis celebrauit, ita mulierculaſũ quæuis, ſi eius Adonis aliquo iurgio ſibi ereptus, deplorabat, & ſi reconciliatus, gaudebat: totumque hoc perpetrabatur in templo vbi religionis cauſa conuenientes religionem adulterabant, & de ſpurcitiis agebant. Nec deſunt modò Adonidem in templis lugentes. Videas non ſemel fœminas de amaſiis inter ſe diſceptantes, quibuſque artibus eos poſſint vincire, ſecum conferentes. Alia operas ſuas affert ad alterius amaſiũ deliniendũ, alia veneficia architectatur ad illigãdum. Hinc fit, vt templum virtutis ac religionis emporiũ vertatur in impuri amoris cõmerciũ.

§. XCIV.

Vbi ianua vitiis diligenter occluditur, facilè victoria obtinetur.

418 VItia aditum quærunt, quo introducta virtutum arcem poſſideant; imò facta manu prorſus euertant. Senſim ſæpeſæpiùs leniſſimas introducuntur per rimulas, ob id obſeranda ſunt ſtudioſiſſimè ianua, & tota diligentia muniendæ: aliter namque loco triumphi ſucceſſit caſus, vt vice caſus, ſi ſedulitas ſolerter inuigilauerit, triumphus: *Munitio ciuitatum ſpes eſt certa cunctorum*, aiebat Caſſiodorus 12. var. 17. *quando in pace ab exteris* Caſſiod. *gentibus diſcitur, quod veraciter in certamine timeatur: plena eſt diuerſis generibus hominum habitatio vrbium ſingularum. Quis nouit cum qua gente* Munitio ciuitatis ſpes cunctorum. *confligat? Ideòque omnes debent agnoſcere quod futuris hoſtibus gratum non ſit audire.* Ad omnes inimici incurſus debet eſſe parata cautela, & quia neſcit qua parte impetere ſtudeat hoſtis, omnibus debet communitis terrorem incutere, & certamen de difficultate victoriæ arcere. Thebes ciues ſtrage vicinorum audita turrim aſcenderunt, eaquè ſedulitate munierunt portam, vt nec leuis aditus hoſtilibus pateret incurſibus, quia benè nouerant portam muniri oportere, vt temeritatis obſiſtere poſſent auſibus *Abimelech inde proficiſcẽs venit ad oppidum Thebes, quod circumdans obſidebat exercitus: erat autem turris excelſa in media ciuitate, ad quam confugerant*

cõfugerũt ſimul viri ac mulieres,& omnes Principes contrarij,clauſa firmiſſimè ianua. Et ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula Fum. Ibi obſtrata ianua,propugnaculiſque munita turris tecorum ad illam confugientibus erat ſubſidium,dum grande hoſtili audaciæ faceſſebat negotiũ: prolpectabant e turribus,quo Abimelechus moueret,cui exercitui;obtestabant ſtudium vt occurrerent prouidenter, & præuenirent tagaciter. Et forte ſi qui intrauerant ſuum,portas diligẽter occluſiſſent,& per propugnacula proſpectaſſent, fraudes non occũberent vſtutiarũ,aſt dum nimis confidunt arcis fortitudine, dum aduerſarij motus bellicos non examinant,occaſio propiùs accedendi porrigitur, applicitoque igne quo pereant,fumus terminus exhalatur. Adeſt

Abulenſ. Abulenſ. q.51. *Clauſa firmiſſimè ianua, ſcilicet ne poſſet irrumpere Abimelech. Ex hoc patet quod ſupra dicebatur, ſcilicet quod non confugerint de vrbe ad turrem,poſt quam capta eſſet vrbs;quia tunc eunres ex impetu, non poſſent firmiſſimè claudere portam, quia forte veniret Abimelech; vius ad turrẽ.* Addit Abulenſis: *Viri exiſtentes in turri diſpoſuerunt ſe in tecto turris per propugnacula,id eſt, per loca diſpoſita ad pugnandũ,ſcilicet ad mittendum ſagittas, vel lapides. Vocatur tectum turris ſolarium ſuperius, in quo erant pugnatores tamquam in loco ſuperiori, & poſuerunt ſe ibi ad defendendum,proh dolor! quia ſi Abimelech accederet, ſtatim occiſus eſſet.* Abimelechus dum non accedit,tuc cũcti,& egregij pugnatores dũ ſolicite

419 mununt portam,aduerſar. j frangunt audaciam.

Duo Angeli Sodomã veniunt luce ad occaſum vergente; verũm procaces concupiſcentiæ oculos non latuerunt:domum Lot quam intrauerant perſimæ ciuitati ciues pudicitiæque hoſtes obtidẽt,vt infeliciẽ egerint triumphũ,dum deteſtabile expleuerint deſiderij: Lot domes fores egreſſus vrbanus verbis ardoriẽ intantum conatur ſopire aut ſaltẽ leuiori ſcelere cõmutare;verũ libidinis ſtãra adulti, famoque cæci Lotum vehemẽtiſſimè vrgebãt, impropereſque dehoneſtabãt. Quid tunc? Lotum introducunt Angeli,& clauſo diligenter oſtio cæcitatis audaciam puniunt ſupplicio: *Clauſerunt oſtiũ & eos,qui foris erant,percuſſerunt cecitate à minimo uſque ad maximũ,ita vt oſtium inuenire non poſſent.* Cui videatur portæ obſeratio ſuperfluat:nam ſi cæcitate percuſſi nequeunt aditũ inuenire, quid neceſſium erat claudere? Adhæc ſi cæcitas infligenda, cur nõ priùs quàm ianua obſeretur, infligitur? Cæci,etſi ianua pateat,non inuenĩt;ſed inoculari,etſi claudatur,infringent: ergo tutiùs erat audaciã ãputare,quam tempus in obſeruandis ianuis expendere: & cur ianua priùs clauditur? Omnis erant Angeli periculi experres;ſed quia vitæ noſtræ Doctores,oſtium obſeratunt,vt nouerimus nullũ non poſſe triumphum agere de inimico,niſi oſtio diligentiſſimè clauſo, & nullis rimulis peruio: priùs portam clauſerunt,& iam clauſa facilè de inimicis triumpharunt: *Clauſerunt oſtium:quia aditus,* inquit Interlinearis,*cordis cõtra pranos motus ratione munitur.* Conſonat Gregorius apud Gloſſam: *Malis aduerſantibus intra domũ Lot reducitur,& munitur.* Subnectit: *Quia corruptores mentium contra vitam iuſti nullum reprehenſionis aditum inueniunt,percuſſi cecitate quaſi domum circumeunt.* Secum habebat Lot Angelos, qui illum defenderent;& tamen dũ introducunt,portamque clandunt,nobis ſuis factis oſtẽdunt omnem occludendũ prauis moribus aditum reportare cupienti triumphum: ſatis fortè non fuerit plures pro ſe habere Angelos,ſi domus porta pateret hoſtibus: ipſi Angeli omnis periculi ex-

Genes. 19. v. 10

Interlin.

Gregor.

pertes,ad noſtram eruditionem portam diligentiſſimè munitunt,& iam munita de hoſtibus triumphum agunt: quaſi vel Angelus nequeat triumphare,ſi aditum conſtet hoſtium audaciæ patere.

Hebræi illuſte inimicorum perterriti ad latibula confugerunt: *Cum vidiſſent viri Iſrael e in arcto* 420 1 Reg.13. *poſitos (affli ctus enim erat populus) abſconderunt ſe* v.6. *in ſpeluncis, & in abditis: in petris quoque & in antris,& in ciſternis*: facile videbatur abſconditos inueſtigare,ex antrisque eruere,& nihilominus ſi videro Philiſthæos in latitantes audere;cùm ex antris iam,vt arbitrabantur,egreſſis inceperint inſultare: Iona has, eiuſque armiger reptantes inimicis proximabant ſed veluti de ſpeluncis egreſſos irridentes exprobranteſque deſpiciebat. *Dixerunt ergo* 1 Reg.14. *Hebræi egrediuntur de cauernis,in quibus abſconditi* v.11. *fuerant. Et locuti ſunt viri de ſtatione ad Ionatham, & ad armigerum eius:dixerũtque: Aſcendite ad nos.* Aſcendentibus illudunt; in abſcontos non depræliantur;cùm tamen viderentur perſecutaturi territos,non deſpecturi magnanimos:ſecut ergo cauernis veluti ſepultos non aggrediuntur ad triumphum, & egredientibus inſultauerunt ad probrum: Quia latitate,inquit Gregorius ad hunc locum,antriſque abſcondi eſt omni ſolicitudine ſenſus cuſtodire,& à prauitate retrahere. Ergo Philiſthæi vitiorum ænigma,dum ſenſũ ianuam firmiſſimè intuentur occultam,non prælumunt obtinendã ſibi victoriã, at cum per terram reptare,cùm Iſraelitas nõ adeò ſolicita putant diligẽtia ſenſus munire,iam in partes ſuas teſſiſſe gloriantur,& veluti transfugas ampliectuntur. *Bene in electorum typo Iſraelis latibula* Gregor. *memorantur: quia qui ſenſus corporis à delectationũ carnalium inquinamento non protegit, occultorũ hoſtium gladium non euadit. Dicat ergo occulta illius congreſſionis victoriam,dicat: Afflictus eſt populus; dicat apertè obiecta extra certaminis triumphos: Abſcondentes ſe: afflictio quippe elatæ mentis omnis diabolica tentationis peremptorius mucro eſt.* Dum ſenſus Iſraelita retrahit,dum in ſolicitę cautelę attentæque prouidentiæ cauernis cuſtodit, petriſque munit, Philiſthæus nullatenus audet:quia ſcit omnes eius technas affectione ſuperari, & adſultus ſenſuum ſtudioſa cuſtodia vincit: Ergo in latibulis tector non audent:quia vinci timẽt,aſt dum præſumunt cuſtodiæ deſeruiſſe latibula, ſibi plaudunt de victoria: *Aſcendite ad nos.* Vtque noueris non ſine cauſa iactabundos inſultaſſe, expende quid textus referat: *Factum eſt miraculum in caſtris.* Vicit Ionathas,eiuſque armiger; non tamen ſine miraculo:nam miraculum eſt hoſtes deuicciſſe,quę ſenſus ſuos omni cautela non conſtituerit aſſeruaſſe. *Affli ctus quidem terrenos fugiunt,* addit Gregorius de latitantibus;*ſed cæleſtes aſſequuntur mundo deliteſcere videntur;ſed cæleſti gloriæ venelantur: fugiendo igitur roxia hoſtes ſuos validiùs inſequuntur,& valde nobilius triumphant,cùm ſic ad cæleſtia properant vt eos aduerſariorum polluta ſanitia non contingat.* Qui oculis diuagatur, qui ambitionis ponderibus reptat,qui inſanit cedit appetitionibus,ab hoſtibus non queritur deuincendus: quia iam habetur deuictus; qui verò in cæleſti deſiderio malignis ſpiritibus ſenſuũ oſtia ſolicitè occludit,& à mundiali ſtrepitu deliteſcit,ipſa fuga vincit,& quæ ab ſtultis reputatur ignauia,à verè ſapientibus illuſtris celebratur victoria. Non ſine miraculo vincitur aduerſarius,ſi latibulis,antiſque non deliteſcit munitus ſenſus.

Profectò ab æmulo noſtro deberemus aſtutiam 421 mutuari, & ab eius malignitate edoceri. Aſtutus fraudulen-

dulentusque serpens se spitarum fraudibus inuoluit,ac inolucris dolosis tegit,qui si dolosis blanditiis blandisque illecebris quem ad vitiorum antra traxerit,portã,ne pateat regressus, omni solitudine occludit: *In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro,& grandi,& forti super Leuiathan serpentem vectem,& super Leuiathan serpentẽ tortuosum.* Duriori, exactiorique gladio videtur Dominus in Leuiathã modò insurgere,quàm aliàs aggressurus fuerit pugnare:confertas dæmonũ legiones digito sæpè depulit, verbo subiugauit,imperio triuit, & modò gladio limato,grandique munitur,quasi durius fuerit bellum, & difficiliusque hunc deuicisse aduersarium. Iam si discriminis rationem inquiras, ipse textus reddidit, dum vectem serpentem tortuosissimum appellauit: vectis portam firmat, ne pateat regressus:ergo tortuosus serpens,quo parta infelici victoria secure fruatur, durissimo vecte omnem egressum studiosè impedire molitur,& de occludendi solertia difficilior redditur pugna,& de impedita pugna victoria. *Quod Aquila interpretatus est vectem,* inquit Hieronymus ad hunc locum, *Symmachus concludentem. Theodotio robustum;vectẽ autem, siue claudentem puto appellari, quòd multos suo carcere clauserit, & propria subtraxerit potestati.* Hieronymo accinit N. Sanctius ad hunc locum. *Est in vecte maior aliqua vis, quàm in claue: quia claues non tam ipsa impedimentum est,quàm impedimentum opponit;at vectis sua vi,ne fores aperiantur, retardat: diabolus ergo vectis plus quam ferreus obstruxit inferni aut peccati carcerẽ,nequis inde emergat,& cæli portas,nequis eò penetret: vsque adeò is trũque fortiter, & angustè, vt non nisi gladio Dei duro & grandi vectis ille ad liberum hominibus & expeditum ingressum affringi,aut reuelli posset.* Quia nouit calliditas tortuola,quàm interlit ad possidendam prædam,& prosequendam victoriam omnem virtuti aditum obfirmato vecte impedire. firmissimè portam satagit obserare:nec eum sua fefellit opinio,quando obfirmata,obstructaque porta,duriori,grandioríque gladio Deo opus esse refertur, vt inimicus vincatur. Ergo imitare malitię technas a laudabiliter consequendas victorias:esto ad debellandum dæmonem serpens vectis, sensuum occlude portas,voluptatum exclude fallacias,& scito non facilè dæmonem infausto coronandum triumpho,si obserato vitiis restiteris ostio.

Isai.27.v.1.

Hieronym. Sanctius.

422 Vel Prophetæ miraculis clari necem sibi promittit facile inferendam Samariæ rex, dum patet aperto ostio aditus: *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat si steterit caput Elisæi filij Saphat super ipsum hodie.* Superba,vanaque videtur præsumptio necẽ tentare hominni Prophetiæ spiritu celeberrimo,& hostium triumphis decantatissimo. Quo huius niti potuit audacia,& insana audere fiducia? Textus dũ patuisse ostium, quod Propheta claudere iussit: *Claudite ostium,* retulit, occasionẽ nobis declarauit audaciæ:nam clauso ostio non solùm insidiantis regis,est furor elusus;sed obsidentis etiam hostis detriumphatus refertur exercitus; sic dum aditus patebat, & proprius rex intentabat mortem, & inimicus stragem: *In tempore hoc* (ait Elisæus) *eras modius similæ vno statere erit.* Eximia Prophetæ virtus miraculis fulsit;verùm ostio patente hostis nõ frãgebatur audacia: quia de ostio aperto nutriebatur fiducia;at dũ solerter clauditur, vterque inimicus eluditur: *Claudite ostium. Vt intrepidè,* inquit Caietanus, *obsisterent nuntio regis.* Sic morti obsistitur ostio clauso, & sic mors intentatur aperto.

4.Reg. 6. v. 31.

4.Reg 7.v.1

Caietanus.

§. XCV.

Ducis ad exacuendos aut enernandos milites quam plurimum præstat exemplum.

PLurimum valet exemplum ad vigorem indendum,aut eneruandum: delicatus comes rubiginẽ suam socio allinit, mollis fortitudinem eneruat: vt è contra indit animos fortis & acerrimus; verùm etsi cuiusque exemplum ad virtutem aut vitium trahat,illorum præcipuè qui alijs iure præsunt,aut munere anteponũtur etsi gregatius miles terga verterit,alios ab statione non deiecit; si verò Dux vel Imperator ad classicũ paueat, aut formidarit periculũ,reliqui se facillimè subducent certamini,aut manus dediderint hosti: *Quæ culpas non fiat excusabilis,* ait Cassiodor. 10.var.13. *si Roma deliquerit? Rex minor ad potioris currit exemplũ,& alieni facti iure inuidia sustinet, qui peccatis præstat exemplum.* Vt ei,qui exemplo prouocauit, præclarè gesta applicãtur,ita indignè facta adscribuntur:iure alterius facti sustinet inuidiã,aut gloriam,qui opere aut errorem docuit, aut virtutem. Huius veritatis conscius Abimelech dum milites ad certamen cupit accendere,exemplo molitus est prouocare: *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans ostio ignẽ supponere nitebatur*: Portæ accedere, ignémque supponere quam periculis obnoxium fuerit manifestauit euentus,& dextrâ manu lapidis iactus. Iã si inquiras cur Abimelechus exercitus Imperator imminens adeò periculũ veritus non fuerit:respondebit Abulens.q.52. delexisse discrimen,vt suos ad pugnandum acriter incitaret: *Quæretur quomodò Abimelech accedebat primus ad supponẽdum ignem,cùm esset hoc periculosum? Respondendum quòd hoc faciebat ad incitandum suos: nam,vt omnes promptiùs agerent,ipse præcedebat in agendo.* Oportebat ad obtinendam victoriam portam succendere; erat periculosissimum propinquare: ergo Abimelechus, ne,si alij committerent, omnes eneruarit,dum videtur periculum declinare, & pectore timorem fouere. ipsam proculcauit mortem,quò omnes erigeret ad certamen.

423

Cassiodor.

Abulensis.

Acies produxerat Saül contra Philisthæos, Philisthæi copias instruxerant in Saülem:cúmque iam hinc inde committendum fuisset prælium vir apparuit,spurius, vt communis staturæ metam excedens,sic etiam superbiæ tumore exuperans, armis fidens, & viribus prævalens ad certamen Israëlitas insolentissimè prouocabat: lacessebat ad duellum, vt compendio causa dirimeretur, vnicoque victore aut amisso pars altera exultaret triumphis coronata, & gemeret altera seruili iugo depressa; verùm, etsi religionis causa ageretur, etsi cunctis inureretur ignauiæ nota, nullus è toto exercitu certaminis prouocationem ad se rapuit, nec audaciam blateranti cohibuit: *Omnes Israëlitæ, cùm vidissent virum, fugerunt à facie eius timentes eum valdè.* Ibi erat Ionathas, qui intrepido animo Philisthinorum adoratus fuerat phalangas, ibi armiger, qui ad palmam inhians reptauerat per scopulos, & ferè innumeros contriuerat inimicos; & tamen nullus fuit,qui insolentiæ se opponeret, & linguam maledicentissimam refrænaret:quod si causã inquiras,respondebit Seleucienſ. Basil. orat. 15 Saülem belli Ducẽ populique Principẽ terrore victum

424

1.Reg.17. v.24.

Digitized by Google

victum periculum declinaſſe, in tumultuque fuiſſe: *Saül interim in tumultu erat Iſraël in expectatione ſeruitij, terror ipſe vires refranabat, hoſtilis aſpectus Iſraelitas vel armatos de ſtatione deturbabat.* Armati non tolùm de ſtatione deturbantur ſuperbo hoſtis ſupercilio; ſed Ducis etiam exemplo: nam aſpicientes Principem declinare periculũ omnes ſibi contulebant,& in hoſtem arma capere detrectabant: forte ſi Saül animum gereret, ſeque certamini exponeret, quam plures arderent pugnâ, & Ducis redimerent periculo proprio vitam; at dum conſpicantur ignauum,& reculauere duellũ. Adde diuinæ gratiæ elogium fuiſſe hoc in rerum ſtatu produxiſſe in campum Dauidem: aduentarat ille victualia fratribus deferens, vtque gigantem in Deum blaterantem audiuit, pugnam exarſit: Saul terrore victus ætatis excuſationem prætexebat, & gigantis vires exaggerabat; verùm Saülis oratio terrore præmõſtrato Dauidem exacuit, igniculoſque Zelo iniecit: *Pugnabo aduerſus Philiſthæum*: quod expendens datus Baſilius ait Dauidem gratiæ fuiſſe militem: *Tunc militem ſuum producit in medium gratia.* O quàm erat cæleſtis gratiæ miles Dauid, dum adſpiciebat Ducem fugere, & cum hoſte non detrectabat pugnare: non erat hic laudabilis auſus iuuenili ardori adſcribendus; ſed cæleſti gratiæ applicandus. Certè miraculi ad inſtar fuit, Dauidem eo tempore ad ſe pugnæ prouocationem rapuiſſe, quo dubitare nequibat, ducem periculum declinaſſe.

Baſil.

425 Vidit Iacob corporali ſenſu arcano ſomno ligato, celebrem illam ſcalam, cuius eximia proceritas & procera altitudo non militabat ruinæ; ſed approximabat gloriæ: eius gradus concurſantium Angelorum nobilitabantur frequentiâ, indefeſſaque curâ: *Vidit in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram,& cacumen illius tangens cælum, Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam & Dominum innixum ſcalæ dicentem ſibi*: *Ego ſum Dominus Deus Abraham patris tui*, &c. *& ero cuſtos tuus, quocumque perrexeris.* Si tot Angelis cuſtodibus ſcatet hic locus, quid Dominus innitatur ſcalæ? Quid ipſe cuſtodis laborem ſubeat, quando ſedulis tot miniſtris committere valeat? Cuſtodiunt Angeli Iacobum, requieſcat Dominus, nec laborarit innixus. O miram Præſulibus eruditionem! Plures habet cuſtodes Angelos, quos ad Iacobi ſecuritatem deſtinet, ipſe tamen ſtudium non intermittit; ſed per ſe ipſum cuſtodiam agit: ſciebat namque quantum oportebat Ducis exemplum ad milites exacuendos, aut eneruandos. Huc voco Hieronymũ epiſt. 34. ad Iulianum: *Vidit ſcalam de terra vſque ad cælum, & aſcendentes per eam Angelos, & deſcendentes, & ſuper innitentẽ Dominum, vt lapſis manum porrigeret, vt aſcendentes ſuo ad laborem prouocaret aſpectu.* Dum Angeli intuentur ducem ſuum lapſis manum porrigentem, aſcendenteſque ipſo intuitu ad vlteriora inflammantem, & ipſi aſcendunt, vt aſcendentes iunerint, deſcendumque, vt prolapſis manum porrexerint. Quid ni Angeli cuſtodirent homines cuſtodem Dominum conſpicati, & vigiliis incumbentem intuitu? Armat profectò conſtantiam militis, Ducis ſtrenuè depræliantis præſentia, vt eneruat fugientis ignauia.

Geneſ. 28. v. 12.

Hieronym.

426 Vt de duro Ægypti ergaſtulo eductis ad promiſſionis terram inuolare, cupiditatum catenas diſrumpere, & deſertorum erroribus ſuaſerit non grauari, columnæ cæleſti inſidens Dominus præcedebat: *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore.* Ad columnæ nutum tribus mouebantur, idemque erat columnam quieſcere, & milites otium capere: vt è contra columnam progredi, & milites iter aggredi: *Si quando nubes tabernaculum deſerebat,* ſcribit Abulenſis quæſt. 13. *proficiebantur filij Iſrael per turmas ſuas: ſi ſtabat deſuper, manebant in eodem loco.* Itaque non diſcrepabant caſtra à ductantis exemplo: ſecum omnes ferebat gradiens otio contulebat ſedem. Itaque vt regis ad exemplum totus componitur orbis, hic ad Ducis exẽplum tota componebatur & acies. O quàm mirum Præſulibus, ducibuſque columna reliquit exemplum! Minus forſan prodeſſet ad quieſcendum; aut ambulandum ſeuera iuſſio, quàm inſeſſio, aut ambulatio. Dux facilè obtinebat exemplo, quod forſitan ægrè obtinuiſſet mandato. Quam difficulter ipſe Dominus deſertorum ſecretis manens Moyſi ſuaſit Ægyptum petere, & cum Pharaone belligerare! videbat ille ducem ſuum radiis ſolares vincentibus redimitum, ruboque non tam ſpinis horrido, quàm roſis micantibus diuerſari florulento, & licet virgâ omnipotentiæ æmulâ nobilitatus incederet, imperium tamen nitebatur extrahere: adeò maiorum exempla aut inflammant, aut eneruant.

Exod. 13. v. 21.

Abulenſ.

§. XCVI.

Etſi præclara militum facta Duci applicentur ad famam, ex à ſe factis cumulationem ſortitur gloriam.

427 SVbiectorum factis regentis fama obſcuratur, aut gloria augetur, quaandoquidem à capite creditur promanaſſe, quidquid exercuit manus virtutis, aut commiſit erroris; verùm negari non poteſt cumulationem gloriam ex propriis facinoribus exoriri; quàm poſſit ex alienis geſtis applicari Alexander ille, qui mundi clauſtra prorupit, auditis parentis triumphis non lætabatur, eam teſtatus gloriã alienam; ſuis verò patratam facinoribus, propriam. Ita Plutarchus in Apophthegm. *Alexander puer etiamnum multas referente victorias Philippo non lætabatur; verùm contubernalibus ſuis dicebat: Nihil mihi reliquum faciet pater ſubiicientibus pueris ei illa parari*: *Quid refert, inquit, multa ſi habeam, & agam nihil?* Non dubitabat ad ſe parentis gloriam redundare; malebat tamen ob præclarè à ſe geſta laudari; quam ob deriuatam ab atauis gloriam ſuſpici. Hanc etiam politiam Abimelech videtur ſecutus: nam etſi copioſa manu inſtructus turrim Thebes expugnare moliretur, cæteris ipſe anteibat, & præ cæteris vincere diſcupiebat: *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur.* Abulenſ. q. 52. inquirit, cur per ſe maluerit ignem ſupponere, nec fuerit veritus turris portæ ingenti periculo propinquare? Reſpondetque ſuſpiraſſe gloriã ſuis facinoribus partam, non militum ſudoribus acquiſitã. Accipe Abulenſem: *Abimelech erat ſuperbus nimis, & cupidus, & volebat in omnibus magnificis geſtis habere gloriam, non ſolùm vt rex glorians de his, quæ ageret ſuus exercitus; ſed ex propria actione laudẽ cupiebat: ideò ipſe primus periculis ſe exponebat, vt ſic totius ſequẽtis facti gloriã ipſe obineret.*

Plutarch.

Abulenſ.

Non ignorabat ad ſe vti Imperatorem ſpectare, quidquid gloriosè exequeretur exercitus;illam tamen gloriam poſſeſſam aſſerebat, non partam:ergo deſpexit periculum , ſi forte felici temeritate ſibi gloriam pareret,non acciperet.

428 Chriſtus Dominus diſcipulos miſit,qui tenebras hominum veritatis luce depellerent , & moribus optimis informarent : illi glorioſis triumphis redierunt redimiti , & actis de tyranno prædis copioſi : *Reuerſi ſunt ſeptuaginta duo cum gaudio dicentes : Domine,etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo.* Quid tunc Dominus ? *Videbam , ait, Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem.* Quam dicat : veſtris triumphis magna nomini meo accreſcit gloria,quandoquidem militiæ meæ nomen dediſtis ; verùm qui vobis ſubiiciuntur dæmones , à me ſunt priùs deuicti,regnoque abacti. Ita Chryſoſtomus apud D. Thomam : *Ante Saluatoris aduentum ſubegerat ſibi orbem*(dæmon)*& ab omnibus colebatur ; ſed cum vnigenitum verbum Dei de cælo deſcendit,corruit tamquam fulgur.* Dæmon ab vnigenito corruit deiectus,& fugit ab Apoſtolis proculcatus,& licèt triumphus ab Apoſtolis reportatus Duci fuerit adſcribendus , ad noſtram eruditionem retulit hoſtem à ſe priùs abactum,cæloque depulſum; eſt enim glorioſius ſibi victoriam propriis actionibus acquiſiſſe, quàm militũ certaminibus comparâſſe. Et expende eiecto Chriſti Domini virtute dæmonio muto turbas admiratione perculſas laudes protuliſſe , & iteratis fauſtiſque acclamationibus celebrâſſe : *Erat eiciens dæmonium,& illud erat mutum:& cum eiecisſet dæmonium, locutus eſt mutus,& admirate ſunt turbæ.* Non adeò celebrarunt magiſtrum , cùm diſcipuli dæmones ſubiiciebant,ac cùm ipſe pepulit, & hominem liberauit : euta etſi militum facta Duci applicentur ad famam , à ſe geſta maiorem illi conciliant gloriam. *Hoc miraculo peracto,* ſcribit Chryſoſtomus apud D. Thomam, *extollebat eum multitudo preconiis,& gloria,quæ Deum decet : vnde ſequitur : Et admirata ſunt turbæ.* Glorioſum erat per milites ſuos de hoſte reportâſſe victoriam;ſed ad noſtram eruditionem , dum ipſe congreſſus vincit , dum ſpolia aufert, auguſtius nomen acquirit,& in admirationem videntes rapit: *Admirata ſunt turbæ.*

Luc. 10. v. 17.

Chryſoſt.

Chryſoſt.

429 Moyſi oues in monte agenti Deus conſpicuus obiicitur,& è rubo inter flammarum vortices florulento emiſſa pro teſſera voce contra Ægyptios refractarios obarmat. Moyſes his rebus incitatus certamen aggreſſus eſt : populum exoluit , & inſuetas per vias duxit : mare ſcinditur, & vnda lapſibus aſſueta in murorum dureſcit faciem,duriſſimæque rupis imitatur ſpeciem ; verum licet Moyſes populum eduxerit , ipſe Deus in nube antecedens , & ignea columna inſidens viam oſtendebat, & cum hoſtibus congreſſus pugnabat. *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis , & per noctem in columna ignis.* Certè ſuperuacaneus videatur ducatus,quãdoquidem vti Moyſes ad honorem diuinitatis elatus agolo fluẽta valuit diuidere ſic per deſertorum etiam errores poterit viam ſecuriſſimam demonſtrare : cur ergo Dominus viam arripiat , & in Pharaonem ardentes contorqueat flammas : *Reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum?* Vt Pharao, reſpondet Caietanus , qui hucuſque Dominum ignoraſſe affectarat: *Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius?* potentiam eius & agnoſcat, & fugiat : *Fugiamus Iſraelem Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* Anteà pugnauerat , anteà per Moyſem admirationis,ſtuporiſque metas fuerat miraculis ſupergreſſus;verum Pharao nondum eius confitebatur imperium; imò cæcè deſpiciebat dominium; at modò & potentiam fatetur, & demiratur. Ecqua huius diſcriminis cauſa? Quia anteà inquit Caietanus,per adminiſtros operabatur; modò verò per ſe ipſum belligerat,& inimicorum vires eneruat: ergo modò ab inimicis agnoſcitur, & timetur: *Nunc confitetur quòd non magica arte; ſed ipſe Ieouah eſt qui pugnat pro Iſraelitis contra Ægyptios : & ex hac confeſſione inſinuatur quod ex illa columna nubis , qua erat in aere inter Iſrael & Ægyptios , ſenſibilis actio emanabat contra Ægyptios perſequentes Iſraelem : alioquin non dixiſſent: Fugiamus Iſraelem,quia Ieouah pugnat pro eis contra nos.* Itaque licet Moyſes egregiè pugnarit, licet miraculorum aciem aduerſus refractarios inſtruxerit , Ducis maieſtatem non agnoſcebant,nec fortitudinem commendabant ; at vbi ipſe Princeps ſenſibili actione inimicos impetiuit , dùm in fugam vertit,iam etſi inuiti confitentur potentiã, & concedunt fugam arripientes victoriam : quod fuerat per miniſtros operanti denegatum : *Quis eſt Dominus ?* iam per ſe operanti eſt conceſſum: *Dominus pugnat pro eis :* pugnans habetur Dominus, qui non decertans ignorabatur deſpectus: nam licet Duci militum præclara facta appplicari debeant ad famam,præſtantiorem ex propriis factis aſſequitur ſemper gloriam : *Ex illa columna ſenſibilis actio emanabat contra Ægyptios perſequentes Iſraelem:alioquin non dixiſſent Fugiamus Iſraelem: quia Iehoua pugnat pro eis contra nos.* Adſtipulatur Cæſarius Arelatenſis: *Dux erat eis beatus Moyſes,* ſcribit hom.4.de paſſion. *ſed eos in columna nubis, & lucis Filius , & Spiritus Sanctus præcedebat,* Populi felicitas floruit , dum Princeps non ſolùm optimis miniſtris vius ; ſed per ſe ipſum etiam eſt operatus.

Exod. 13. v. 21.

Exod 14. v. 24.

Exod. 5. v. 2.

Exod 14. v. 25.

Caietan.

Cæſar.

Dura obſidione premebatur Rabath aquarum ciuitas , cúmque capienda eſſet, Ioab regem certiorẽ fecit,vtque victoriæ gloria aduentans fruetetur,admonuit. *Nunc congrega reliquam partem populi , & obſide ciuitatem,& cape eam,ne cùm à me vaſtata fueris vrbs,nomini meo adſcribatur victoria.* Certè etſi Ioab ciuitatem caperet,Dauidis nomini adſcribenda videbatur hoſtium depopulatio,& ciuitatis euerſio , quandoquidem copiæ Dauidis ſumptibus altæ , & eius poteſtate collectæ : ergo opus non erit ad victoriam ſibi vendicandam noua ciuitatem obſidione premere, manúmue colligere:cur igitur Ioab victoriæ triumphum vereatur adſcribendum ſibi , non regi ? Quia etſi Ioab exercituſque Dauidis nomine ciuitatẽ obſederit,& vaſtauerit,aliquam tamen gloriæ partem ſibi vẽdicabant;at ſi ipſe Dauid præſens adſit, indagineque ciuitatem premat, integrâ potietur victoriâ, illibatáque fama , quandoquidẽ Duci, Principiq; glorioſior eſt triumphus per ſe ipſum reportatus, quàm per miniſtros obtentus, neſcio quid floriditatis victoriæ adimitur , dum per alias manus ad Principẽ perueniſſe cognoſcitur:vt Dauid virgine illibataque victoria fruatur,per ſe ipſum ciuitatem oppugnet , hoſtémque debellet : *Ne nomini meo adſcribatur victoria. Quaſi dicat ,* ſcribit Abulenſis quæſt.27. *Ego poſſum faciliter eam vaſtare ; ſi tamen hoc fecero , victoria adſcriberetur mihi, & non tibi : ideò melius eſt , vt tu venias ad obſidendum, & capiendum eam,vt adſcribatur tibi victoria.* Nouerat apprimè Ioab militum facta ad laudem Principi

2. Reg. 12. v. 28.

Abulenſis.

Digitized by Google

Principi adſcribi ; ſed illibatiora , glorioſioraque trophæa , quæ per ſe ipſum adipiſcitur, eſſe. Ergo ne quid gloriæ ſuffuraretur Principi , per ſe ipſum aduerſari conſuluit hoſti. Ob id fortaſſe dum Samſon ferocem belluam interemit,nihil in manu habuiſſe textus notauit : *Dilacerauit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens , nihil omnino habens in manu.* Quaſi dicat : Nil huius gloriæ ad inſtrumenta deriuatum eſt ; nullum enim interceſſit inſtrumentum ; ſed per ſe ipſum Samſon obtinuit triumphum.

§. XCVII.

Non ſemel altiori vulnere leuior redimitur plaga , & procuratur grauiori damno fortuna.

432 VT cæcutimus omnes , quæ affligit , aduerſitatem grauiori properamus eludere , & leui vulnere geſtimus altiori vulnere prouidere : non extendimus ad futura proſpectum præſentibus occupati , dumque dolori imprudenter conſulimus, mortem & calamitatem præter opinionem vocamus : imminet aliquod brachio periculum , & caput opponimus, vt vitemus, cum fas eſſet ad arcendum capitis damnum manum obiectaſſe , & grauius periculum minori periculo redemiſſe. Abimelech ignem niſus eſt ſupponere oſtio turris , ad quam confugerant Hebræi, vt ſic fumo, igneque necaret : *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur.* Quæres quomodo potuit oſtio appropinquare,cum ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula contortis iaculis arcerent , nec appropiare permitterent ? Ad quod reſpondet Abulenſis q. 51. timuiſſe ex tecto pugnantes aut fundæ iactum , aut contortæ ſagittæ ictum : itaque hoſti ceſſerunt voracibus flammis tradendi , ne ictum lapidis ſuſtinuerint percuſſi : *Viri deſuper exiſtentes iaculis & ſagittis eum abigebant procul , contrà quos ipſe pugnabat fortiter ſagittarum & fundarum impetu , vt eos de ſolario turris tolleret, & ſic liceret ei impunè accedere ad portam turris ad ſupponendum ignem.* Addit : *Appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur* : *iam expulerat pugnatores de ſuperiore parte turris.* Itaque vtrinque pugnabatur fundis & ſagittis, cúmque Abimelechi milites pro alieno regno vitam exponere non recuſarent ; qui ad turrim confugerant ad propriam vitam tuendam animo exciderunt , & turpiter ab impugnatione ceſſarunt : minus acriter pugnatum eſt ab eis ob ſalutem propriam, actiùs ab aduerſariis ob vtilitatem alienam. Ergo qui ſupra turris tectum ſtabant , vt vitarent ſagittæ plagam , aduerſario accedere permiſerunt ad portam, cùm exuſta vaſtataque porta omnes forent ardentiſſimis flammis tradendi , aut atrociter iugulandi : *Appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur.* Vt Sichimitas occiderat , Thebæos nitebatur opprimere , qui minùs prouidè , vt fruſtrarentur ſagittam, conceſſerant hoſti portam : *Volebat ſequi eumdem modum pugnandi , quem tenuerat in Sichem* , inquit Abulenſis , *ſcilicet vt fumo & igne occiderentur omnes qui erant intra turrim.* O quoties vt famis æruminæve plagam eludamus,ignem voraciſſimum non attendimus ! permittimus hoſti acceſſum , ne leuiorem ſuſtineamus æruminæ alicuius ictum. Noſtram theſim experientia & ſatis infeliciſſima firmat , dum conſtat plures minantis flammæ periculum præſentis alicuius incommodi tolerantia non redimere ; ſed vt præſenti incommodo occurrerint , ſe flammis imprudenter exponere.

Saul ſeptem dies expectare iubetur,vt obedientia diadema ſibi ſtabilitat : *Septem diebus expectabis , donec veniam ad te.* Ille in arcto poſitus , & perſtrepentibus inimicorum armis perterritus ad ſacrificium inordinatè confugit : *Dilapſus eſt populus ab eo. Ait ergo Saul : Afferte mihi holocauſtum & pacifica , & obtulit holocauſtum.* Vt dilapſum populum retineret , hoſtique occurreret diuinum eſt tranſgreſſus præceptum , & coronæ incurrit periculum : *Stultè egiſti* (exprobrat illi Samuel,) *non cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcipit tibi. Quod ſi non feciſſes , iam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternum ; ſed nequaquam regnum tuum vltra conſurget.* Digniſſimè profectò audiuit ſtultus , vt qui grauiſſimo damno leuiori occurrit : amiſit regnũ , vt contineret militem, timori periculi certa iactura regni ſubuenit , & pluſquam amittere timebat , amiſit. *Ecce* , aiebat Gregorius ad hunc locum, *quàm magna perdidit , qui , vt putabat , nulla contempſit. Ecce ſeptem diebus prophetam ſuſtinuit ; ſed dum præſtolari eum in fine diei deſiit , gloriam tantæ dignitatis amiſit.* Regni iactura , coronæ diſpendio,detrimento purpuræ conſulere leui non eſt veritus afflictioni, vtque exiguum anxietatis tempus redimeret, dominatum, & thronum perdidit. O vtinam vni Sauli ſic ſtultescere contigiſſet ; verùm fere omnes cùm eius inſtruamur ſupplicio, rapimur imprudenter exemplo ; vt famã ſubuenamus , vt conſulamus timori, non veremur maculari peccatis , & temporale leuamentum magnis emimus detrimentis.

Moyſes vti prouidentiſſimus gubernator exploratum mittit hoſtium ingenia, & præſidia : delegati homines aliquot proceræ altitudinis intulti eum corde terrorem conceperunt, vt terræ detraxerint , & audientium animos non modica anxietate perculerint : *Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere : quia fortior nobis eſt.* Caleb clamabat victoriam facilè obtinendam , nec eam eſſe hoſtium valentiam , quæ multum negotij faceſſeret , præcipuè Deo ſuppetias ferente , & pro ipſis debellante : *Inter hæc Caleb compeſcens murmur populi , qui oriebatur contra Moyſem , ait : Aſcendamus & poſſideamus terram : quoniam poterimus obtinere eam.* Res vt videtur, in dubio erat, aliis aſſerentibus hoſtes eſſe fortiſſimos, aliis facilimè debellandos. Quid tunc ? Populus de conſtituendo ſibi duce cogitat , & repetere Ægyptum inhiat : *Conſtituamus nobis ducem , & reuertamur in Ægyptum.* Cùm Deum in nube præcedentem deſertant , & in Ægyptum reuerti clãmant , duplici , eoque ingentiſſimo ac certo diſcrimine occurrunt diſcriminis ſuſpicioni ; Deum deſerere tergaque vertere,ſumma calamitas eſt ; ſed quia hæc apud mortalium plures magni non habetur , expende quot calamitatum ſibi vortices ſolicitent ſe in Ægyptum recipientes , & cæci furoris alis inuolantes. Inquilini olim aduentarant , & tamen Pharao vti de lapide emptos duriſſimis , & vltra vires oneribus diuexabat, generis amplificationem minuere aggreſſus, maſculam, potioremque ſobolem cum nulla humanitate aquis condemnabat,& tyrannide truculentiſſima ſepelhebat : vbique erant

412 1.Reg.10. v.8.

1.Reg.13. v.8.

Gregor.

433

Numer.13. v.32.

Numer.14. v.4.

Abulenſ.

genituræ ſpeculatores, vtque ſibi Principis inirent gratiam, naturæ inferebant violentiam. Itaque maiores ſui operibus famoque ſordeſcebant, & frequentibus cæli flagellis vitam exhalabant, & recens nati, & ſolare iubar nondum contuiti ſepulchrum vorticum ſuſtinebant: huc ergo geſtiunt inuolare: *Reuertamur in Ægyptum*, vt dubiæ calamitati valeant occurrere. Et quidem quod hac in gente mirantur, quotidie aliis in cauſis experimur: grauiori famæ, & conſcientiæ vulnere occurritur dubio famis periculo, aut ſalutis detrimento. Nonne dum honorem furens vindictæ ardor ſatagit imprudenter redimere, grauiorem ſolet honoris iacturam pati? Nonne vt dubio occurramus diſcrimini, nos certæ committimus diſcriminum tempeſtati? Ecce in cauſa votorum ſuorum non pudet Iſraëlitas contumelijs ſubijci, flagellis expoſi: & totum hoc, vt dubium metum pectore excludant, & male fundatam periculi ſuſpicionem amouerant. *Decreuerat populus*, inquit Oleaſter hîc ad litteram, *ex ſe caput, ſeu ducem reuerſionis in Ægyptum dare abijciendo caput à Domino datum.* Addit hiſtoriam moribus adaptans, *Deum præſentem habent in medio ſui, & tamen auditis rumoribus vagis deterrentur & flent.* Certum detrimentum, indubium damnum adire non timent, & totum hoc vt vanis vagiſque rumoribus obnient.

Oleaſt.

434 Ioan. 18. v. 38. Pilatus ſemel & iterum Chriſti Domini innocentiam teſtatus eſt: *Ego nullam inuenio in eo cauſam*; verum cùm Phariſæorum inardeſceret furor, decreuit fuſo innocentiſſimo ſanguine rabiem extinguere, aut ſopire ſaltem ardorem: *Exinde quærebat Pilatus dimittere eum.* Iudæi, vt nouerunt Præſidem de remittendo Domino cogitare, valentiorem contra innocentiam machinam admouerunt, & apud Cæſarem de læſa maieſtate illum poſtulaturos clamarunt: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris: omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.* Clarè conſtat Chriſtum Dominum non ſolum regnum non ambiſſe; ſed detrectaſſe: fugerat enim, ſeque in montem receperat, vt regni oblationem auerteretur, & offerentes fruſtraret: vnde aduertimus nullatenus apud Cæſarem poterant crimen probare, quando humilis animi certiſſimum erat argumentum menſa, ornatus, & peccatorum conſortium; verùm homo ambitionis vernula, ne apud Cæſarem pateretur criminationis calumniam, maluit condemnare innocentiam: *Pilatus autem cum audiſſet, hos ſermones, adduxit foras Ieſum, & ſedit pro tribunali.* En vt dubiæ apud Cæſarem criminationi occurrat, Deum ipſum condemnat, & æterni regni detrimento ſubuenit temporali periculo: *Arbitratus*, inquit Euthymius ad hunc locum, *ſeſe offenſurum Cæſarem, ac periclitaturum, ſi huiuſmodi accuſationem indiſcuſſam præterundo contemneret, duxit Ieſum extra prætorium, ac publicè ſedit pro tribunali, vt vniuerſos haberet ſuæ inquiſitionis teſtes.* Non timuit publicè Deum offendere: quia veritus eſt Cæſaris fallis delationibus gratiam amittere. Si iuſtitiæ patrocinaretur, periculum calumniæ erat dubium; ſi condemnaret, detrimentum erat certum, & nihilominus ſic deliquit, vt ingenti certoque damno dubium auertere conatus ſit detrimentum. Nec ſolus Pilatus hanc colnit deteſtabilem politiam: inueniuntur namque plures eius diſciſoli, qui prudentiæ vertant dubiam incertamque miſeriam depellere certo conſcientiæ detrimento, & æternæ ſalutis damno.

Euthym.

§. XCVIII.

Plus valuit vnica Virgo Maria ad damonis vires infringendas, quàm plures ad retardandas.

EA eſt diaboli valentia, ea malignitatis verſutia, vt vel habitu eneruet vires conſtantiæ, & tenebras offundat prudentiæ. Iam à Iobo depingitur Behemoth ad inſtar, fœnum comedens, iam ſerpens lutoſis fluctibus contectus, iam auis pennarum ſubtilitate leuatus. Hunc illigatum ad omnipotentiæ pompam ancillis tradidit Dominus illudendum, cui non illuderent niſi illigato non ſolùm ancillæ fragiles; ſed nec viri robore fortes: *Numquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis.* Quaſi dicat: Etſi plures ad reſiſtendum conueniant fortitudine eximij, & robore validi, eius in comparatione reputabuntur ancillæ timore perterritæ, & ipſa naturæ fragilitate imbecillæ. Ita Gregorius lib. 33. moral. cap. 15. *Ligabis eum ancillis tuis*: ſubaudis, vt ego. *In ſeruis eſt deſpecta eſt conditio, virilitas viget; in ancillis autem cum conditione pariter ſexus iacet. Benè ergo Dominus Leuiathan iſtum non ſeruis; ſed ancillis ſuis ligare ſe aſſerit, quia ad noſtram redemptionem veniens & ſuos contra mundi ſuperbiam prædicatores mittens, relictis ſapientibus inſipientes, relictis fortibus debiles, relictis diuitibus pauperes elegit.* Vides Apoſtolos ancillarum nomine deſignari, vt noſcamus eam eſſe Leuiathan fortitudinis præſtantiam, vt in eius comparatione vel eximij duces loco ancillarum habeantur, & infimi reputentur. Addit Gregorius: *Ne ſub infidelitatis captiuitate cunctos, quos appetit, teneat, ſignis, & virtutibus coarctatur. Ipſe ergo per ſe hoc fortiter facit, qui contra illum vires non fortibus tribuit.* Miraculis illigatur, virtutum compedibus irretitur, vt retardatus non cunctis noceat, qui aliter ſæuitia fureret, & ſibi homines ſubiugaret. Huic anxio homines timore percellenti vnica virgo non ſolùm iniecit vincula; ſed contriuit victrici planta, quò creſceret grauiſſima pœna.

435 Iob 40. v. 24. Gregor.

Lege Iudicum 9. & inuenies plures ad Thebes turrim confugiſſe, & ex propugnaculis contra Abimelechum pugnaſſe: *Erat turris excelſa in media ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes Principes ciuitatis, clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula, id eſt, per loca diſpoſita ad pugnandum, ſcilicet ad mittendum ſagittas vel lapides. Vocatur tectum turris ſolarium ſuperius, in quo erant pugnatores tamquam in loco ſecuriori, & poſuerunt ſe ibi ad defendendum, prohibendumque ipſi Abimelech ac eſſum turris.* Audis conueniſſe omnes: quo effectu, indicat Scriptura, dum teſtatur Abimelechum oſtio appropinquaſſe, flammaſque ſupponere molitum fuiſſe: *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur.* Iam ſi roges quomodò quiuerit oſtio accedere, quando tot viri acriter contra ipſum pugnabant, & arcere tot contortis ſpiculis ſatagebant, reſpondebit iterum Abulenſis loco citato Abimelechum omnes contra ipſum pugnantes ſtationem deſerere compulſſe & ſagittandi dexteritate, & bellica fortitudine: *Appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur. Iam expulerat*

438 Abulenſ.

Abulenſ. *poterat pugnatores de ſuperiori parte turris, ſcilicet quòd eis non obſtantibus accedere poterat ad portam turris.* Plures ad turris tectum conuenerant: plures, inde in aduerſarium contortis ſpiculis, ſagittis iactis pugnabant; ea tamen fuit eius in pugnando animoſitas & dexteritas, vt metu perculſos pugnatores omnes de turris tecto fugarit, & deſerere ſtationem compulerit. Hoc in rerum ſtatu mulier ſanè fortis lapidem ea dexteritate iecit, vt inimici cerebrum fregerit, eumque proſtrarit. *Et ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Vna mulier, id eſt, vnica & ſingularis contriuit, quem tot homines non quiuerant vel arcere: cúmque vel ſtrenui duces reſpectu diaboli Abimelecho figurati reputarentur imbelles, hæc mulier inuenta eſt adeo fortis, vt inimici caſtigauerit audaciam, & ſingularem adepta fuerit victoriam: nec mirum quando Mariæ vmbram gerebat: Maria namque non fabuloſa Bellona; ſed eximiis ſanctitatis viribus obarmata non ſolùm Leuiathan ligauit; ſed & in fruſta concidit: *Confregit cerebrum eius.*

Bernard. Huc voco Bernardum homil. 2. ſuper miſſus eſt: *Cui hæc ſeruata victoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa proculdubio caput contriuit venenatum.* Addit: *De manu fœmina pendet & noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtitutio, & de hoſte victoria.* Maria de hoſte obtinuit victoriam, quam tot viri obtinere non valuerunt, etſi curarunt: vt noueris per vnicam Virginem dæmonis artes periiſſe, eiuſque obriguiſſe aſtutiam, & contritam fuiſſe valentiam.

437 In Siſaram inſurgunt militaria Barachi caſtra,
Iudic. 5. v. 20. & cœleſtia ſydera: *De cælo dimicatum eſt contra eos. Stellæ manentes in ordine & curſu ſuo contra Siſaram pugnauerunt.* Hoſtilis furor aſtrorum ſpiculis, & militum armis retardatur; ſed adhuc penitus non extinguitur: Siſara namque exercitus dux ſe pugnæ maturè ſubducens fugit, & in Iaëlis tabernaculum ſe recepit; verùm vbi imprudenter quærebat ſalutis patrocinium, inuenit perfotantem tempora clauum: Iael pia fraude fraudulentum eludit, & eluſum tabernaculi clauo tempora terebratum Baracho oſtendit: *Soporem morti conſocians defecit & mortuus eſt.*

Iudic. 4. v. 10. In Iaele Virginem adumbrari, tradit Richardus Laurentinus de laudibus Mariæ cap. de appellat. *Ipſa contriuit caput Serpentis Geneſ. 3. id eſt, etiam initium tentationis, ſignata per Iael, quæ Iudicum 4. malleo timoris percuſſit caput Siſaræ.* Expende vnicam Iaelem pro gemino exercitu, cœleſti videlicet & humano fuiſſe: militabat contra Siſaram æther ſpicula radiorum contorquens, & grandinis miſſilia iaciens; verùm Siſara, etſi terga vertens, vitæ conſuluit: armata Barachi cohors ardenter aduerſarium oppugnabat, ſed ipſe fugæ præſidio hoſtium ſtudia eludebat; aſt vbi Iael Mariæ vmbram gerit, caput eius terebrauit, eoque pulchrè aſperſa ſanguinem fudit. Plus ſanè debuiſſet Siſara Iaelem vnicam vereri, quàm copioſas cœleſtium, terreſtriúmque militum manus formidare, quando ab hac vnica grauius accepit detrimentum, & irreparabile damnum. Et fortaſſis ob id accepta ſtrages mortis Schemmate figuratur; cùm tamen diabolus, cuius Siſara ænigma erat, mortem non valeat oppetere, vitamve finire: nam vt mortuus iam vitæ nequit acquiſiſſe remedium, quia vltimum ſubiit vitæ, ac ſalutis naufragium: ita dæmon, dum ab aliis vincitur, ſpem habet vindictæ ad doloris delinimentum, & ad recruciationiſque feſtinat auxilium; at per Mariam ſic iacet attritus, vt nulla manſerit ſpes alterius fortunæ; ſed æternæ traditus ingemiſcat miſeriæ.

Ordinatis caſtrorum aciebus Virginem cœleſtis 438
ſpiritus comparauit: *Quæ eſt iſta quæ progreditur* Cantic. 6. v. 9. *quaſi aurora conſurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata?* Acies multorum eſt militum congregatio ordine diſpoſita, ſtationibuſque congruenter diuiſa, quæ dum ſeruat ordinem, nec ab hoſte profligatur, nec vincitur: vt ergo noueris vnicam Mariam pro multis aciebus aduerſus dæmonem militare, contentus non fuit ſponſus illam exæquare Soli; ſed appellauit aciem non ab hoſte dirutam, aut irruptione detúrbatam; ſed ſemper firmam, optimoque ordine, & ſtatione digeſtam: *V. caſtrorum acies ordinata.* Adeſt Rupertus ad hunc locum: *Huius* Rupert. *partis optima totam hæreditatem poſſidet, & in ea Princeps tu es; partis, inquam, optimæ, cuius eſt & in ſuauitate videre iam, vel contemplari ſupernam pacem ſecundum nomen Ieruſalem, & contra malignos ſpiritus in procinctu eſſe ſecundum caſtrorum ſimilitudinem.* Vides pro caſtris valere ſponſam. Adde etiam vel militares Angelorum copias ſolùm hoſtem deieciſſe, teſtante Ioanne Apocalypſis 12. *Michael & Angeli eius præliabantur cum* Apoc. 12. v. 7. *dracone, & draco pugnabat & Angeli eius, & proiectus eſt draco ille magnus.* Proiectum non detritum ab Angelis audis. Tranſi ad Geneſ. 3. vbi cùm Dominus Serpenti infauſtum cum muliere bellum denuntiaſſet, Virgineo pede teſtatus eſt
Geneſ. 3. v. 15. non ſolùm calcandum; ſed confringendum: *Ipſa conteret caput tuum.* Ab vnica muliere accepit plagam, cùm tot depræliantibus Angelis ſolum arripuerit fugam: vt notum omnibus eſſet ad debellandas aëreas poteſtates plus valere vnicam ſingularemque Virginem matrem, quam totam conſertamque Angelorum cohortem: *Ipſa*, aiebat citatus ſupra Richardus Laurentinus, *contriuit ca-* Richard. *put ſerpentis.* A fœmina doluit contritus, ab Angelis fuit deiectus: vt noſtræ theſis eluceat clariſſimè veritas, ſcilicet Mariam Sanctiſſimam infauſtum ſemper extitiſſe dæmoni fatum, & præ cunctis creaturis illi miſerum attuliſſe ſemper excidium.

---

§. XCIX.

Dæmon Chriſtum Dominum aggreſſus fraudatur votis; ſi aggrediatur Mariam grauibus punitur ſupplitiis.

DÆmon, dum cæteris inſidias extruit, infeli- 439
citer ſæpè vincit, dum ambitus flammis vſtulat, dum protoparentes teterrimi vaporibus fumi maculat; liberum ad omnes poſteros ſubiugandos aditum inuenit, & ſubiuganit: ipſe ad mortalem vitam introitus eſt hoſtis triumphus: vel ante vitam generali edicto lucem viſurus pœnæ inuenitur obnoxius, & in ipſo vitæ exordio vexillum extulit inimicus; cunctis ſanguis degeneri macula communicatur infectus, & ipſa generatione miſcetur luctus: ſolùm columba vnica, Dei mater, vtpote miſerorum auxilium, afflictorumque propugnaculum inuenit, vbi cæteri miſerum ſubierunt naufragium, placidum & ſereniſſimum portum. Nata eſt Maria ad ſerpentinum cerebrum conterendum,

Digitized by Google

rendum, non ad eius imperium incrementandum: insidiatur serpens calcaneo; sed insidias soluit digno supplicio: asserente Domino: *Ipsa conteret caput tuum.* Ea fuit dæmonis procax audacia, & temeraria insolentia, vt aliquando Christum Dominum in deserto aggressus fuerit tentare insolentia, vt aliquando Christum Dominum in deserto aggressus fuerit tentare, si possit subruere: abactus est, quasi cum conseruo congressus esset: *Tunc dicit ei Iesus: Vade Sathana.* Non fuit modica gehennali cupidini pœna fraudari votis; non tamen ingemuit inflictis denuò suppliciis, nec expressis vapulauit tormentis: vt repetere possit Cassiodorus quod 2. var. 34. calamo eleganti scripsit: *Sufficiat nobis cupiditatem non impleſſe quod voluit: nec maior poteſt prouenire vindicta, quando velut propria videtur perdere, qui ſe ſuppreſſa turpiter venditauerat poſſidere.* Itaque etsi Christus Dominus inimicum potuerit cumulatissimis pœnis castigare, maluit non sine mysterio verbo insolentem abigere. Verùm licet Deum aggressus, verbo tantummodo fuerit percussus, si matris vmbram inuadat, ingemiscere cogitur non solùm votis fraudatus; sed grauissimis suppliciis punitus. Adest in eius veritatis comprobationem Abimelechus diaboli personam gerens: hic deuictis Sichimitis, quos adussit flamma, & strangulauit fumo, in Thebæos insurgit: confugerant illi ad excelsam turrim, portâ diligentissimè, firmissimèque obserata; cúmque nosset non posse turrim habitantibus aliquod nocumentum inferre, ni ipsius turris portam valeret infringere, cæco ausu aggreditur propinquare: *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur.* Totis viribus molitus est turris aditum vestigio impuratissimo maculare: quia nouit aliter non posse ad illam confugientes opprimere: verùm dum cæcus approximat, dum temerarius propinquat, dum molitur ignem supponere, inuentus est interire: lapis iacitur, & audentis caput infringitur: *Et ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illuſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Si quæras cur hîc dæmon Abimelecho adumbratus fracto cerebro intereat, quando in deserto solum tulerit repulsam, cùm tamen & audacia fuerit procacior, & superbia cæcior? Respondebit Richardus de Sancto Laurentio lib. 11. de laudib. Beatæ Mariæ tit. *Dicitur Maria turris:* in hac turri, ad quem plures confugerant, fuisse Mariam Virginem, Deique matrem præfiguratam: *Hæc eſt turris Thebes* Iudic. 9. (inquit) *de qua mulier, id eſt Eccleſia, emiſſo lapide, id eſt Chriſto, confregit cerebrum Abimelech, id eſt, diaboli, capiti eius molæ fragmentum illidens.* Non permissus est dæmon ignem supponere, ne turris firmissima porta flammæ sustineret iniuriam, aut fumi maculam; imò dum molitur captiosas insidias, luctuosas sibi accelerauit miserias. Constat fracto cerebro cecidisse, dum molitur propinquare. Profectò grauiorem ad speciem pœnam sustinet vel Mariæ vmbram impetens, quàm Deum ipsum in deserto inuadēs. Huius turris nullis temporum insultibus, nullis inimici conatibus vnquam labefactandæ sic munitus est aditus, vt solùm demens audacia tentauerit propinquare, quando de propinquitate erat adaugenda pœna, non obtinenda victoria. Maria constructa est turris ad miserorum auxilium afflictorumque propugnaculum: ad illam confugerunt, qui à dæmone diuexati: debuit ergo non solùm eius porta hosti inuenir; prorsus occlusa; sed & accedendi temeritas luctuosis stragibus castigata. Adeò longè fuit diabolus à temerando portam vestigiis, vt ob accedendi audaciā grauissimis attritus ingemat pœnis.

Diabolus mali auctor, nequitiæ origo, veritatis hostis, virtutis semper inimicus otium non capit; sed cùm immortale pectore gerat odium, hominis anhelat semper excidium, laqueos tendit, foueas parat, aprat ruinas, inflammat corpora, cogitationes suggerit, immittit iras, virtutum seminat tædia, commendat vitia, & vt durius ingeſtat bellum, hominum conducit versutiam, si facilius possit obtinere victoriam. Hinc Iudam cupiditate corruptum ad se traxit, & in campum contra magistrum produxit: *Cùm diabolus iam miſiſſet in cor,* Ioan. 13. v. 2 *vt traderet eum Iudas Simonis Iſcariotæ, ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit, ſurgit à cœna.* Vt Iudas fœdus cum diabolo iniit, iam Christus Dominus se morti disponit, & qui desertorum, vt supra vidimus, solitudine verbo diabolum detriumpharat, modò Iudam cum diabolo confœderatū nec blandissimis verbis, nec intincto pane vicit. Itaque Christum per Iudam aggressus infelicissimè vicit, & morte Domini mortem sibi concinnauit. Transi modo ad Matthæi caput 2. vbi cùm sibi diabolus Herodem cupiditate conduxisset, ambitioneque in Christum recens natum armasset, Iosephum monet Angelus puerum matremque maturè accipere, & solicitè in Ægyptum deferre: *Surge, &* Matth. 2. *accipe puerum & matrem eius & fuge in Ægyptum, & eſto ibi, vſque dum dicam tibi.* Chrysologus solito ingenij acumine ait diabolum insidias tetendisse Domino per Herodem: *Herodes*, inquit serm. 150. *quærebat; ſed quærebat diabolus per Herodem.* Itaque hic, vt alibi, humanam conduxit sibi malitiam, hic tyranni, illic discipuli, verùm dissimili euentu: nam illic etsi miserrimè vicit, hîc gloriosè deuictus est. Et quare? Quia hîc non solùm Christum adoriebatur, sed & Mariam. *Accipe*, inquit Angelus, *puerum, & matrem eius.* Vbi mater filio adhæreleit, vbi filius nectareum ex eius vberibus lac sugit, non fugit timore victus; sed producit in campum hostem triumphis glorioſiſſimis coronandus. Accipe datum Chrysologum: *Belliceſus quòd in bello fugit, artis eſt, non timoris: Deus quando fugit hominem, ſacramenti eſt, non pauoris: potens quando ſe ſubducit infirmo, inſequentem non pauet; ſed foris producit:* Chryſol. *vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoſte victoriam: occultum ſe non patitur inire conflictum, qui mandare ſuum ſæculis vult triumphum.* Non fugit materno gremio armatus; sed ostendit quàm infelicissimum sit dæmon in Mariam insurgere dæmon per Iudam Christum occidit; at dum per Herodem matri filioque tendit insidias, Herodes, eiusque sequaces dignissimas soluunt pœnas: asserente Angelo: *Defuncti ſunt, qui quærebant animam pueri.* Non est puer occisus; sed Herodes iacuit prostratus. Et fortè iam sibi diabolus præcauebat, dum in puerum armauit regis potentiam, cùm in adultum discipuli è media plebe produxerit in campum versutiam: videbat namque hic non solùm cum puero; sed cum matre etiam pugnandum: & quia nouerat matrem sibi ab exordio extitisse perniciem, validiorem instruxit aciem, verùm ipsa hostis solicitudo, ipsa solicita aduersarij cautela sumptuosiùs commendauit victoriam, voluitque Christus Dominus hominibus ostendere, quàm sit Maria dæmoni

Matth. 4. v. 10.

Cassiod.

Richard.

440.

Digitized by Google

moni ineluctabile fatum, & quam de eius malignitate reportet triumphum: vbi puerulus matri aſſociatur, Herodes perit; vbi iam adultum aggreditur per Iudam, diabolus vincit: nam quamuis alia Chriſti Domini adulti mortem ſuaderent myſteria; hic voluit matrem de hoſte reportatâ coronari victoriâ. Addit Chryſologus: *Neque mortem fugit, qui venerat de hoſte reportare victoriam. . . . Certè vbi eſſet, quod à Deo dictum eſt: Non coques agnum in lacte matris ſuæ?* Quod hominibus fuit præceptum, iam in diabolum inſultando proferebat Dominus probrum. Ac ſi diceret: Dum paruulus matris vberibus labra figit, nil tibi tuæ proderunt verſutiæ, fruſtrabuntur prorſus inſidiæ: *Non coques agnum in lacte matris ſuæ:* nam licet agnus, qui tollit mundi peccata, ipſis vberibus, lacti vigorem infundat, adoptiuorum filiorum futuros triumphos oſtendit ſuo, vt ſi velint de hoſte reportare ſæculis decantanda trophæa, omni ſolicitudine Virginis vberibus figant labra, quando virulentus hoſtis non coquet agnellos hoc cœleſti nectare paſtos, & matris patrocinio protectos.

§. C.

Superbiæ gloriæque cupiditas ſemper ſunt periculis plenæ, & ſæpè contumelioſis ſtragibus caſtigata.

441 DEcet generoſos rationabilis gloriæ cupiditas, dum illam non ignauè ſordeſcentes ambiunt; ſed laudabilibus acquirere factis geſtiunt: modus tamen tenendus eſt: nam ſi effræni appetitu ſuſpirent gloriam, cogentur fortè ſuſtinere ignominiam: qui elationis ſuaſu cæteris ardet præponi, & præ cæteris contingit pericula ſuſtinere: rationabili prudentiæ lance oportet ſtudium gloriæ penſare, ne ſi terminos prudentiæ ſit ſupergreſſus, miſeros ſibi maturet caſus: ita moderandus eſt gloriæ appetitus, vt nec ignauia reſolutus torpeſcas, nec nimia cupiditate gloriæ ferueſcens cæciſſima pericula ſubeas. Abimelechus mulieris manu occiſus hanc veritatem confirmat: *Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Præ aliis Abimelechum mulier occidit, dum præ aliis portæ turris ignem ſupponere nititur, & præ cæteris approximare conatur: *Accedens Abimelech iuxta turrim pugnabat fortiter, & appropinquans oſtio ignem ſupponere nitebatur*: milites ſibi præcauentes reculabant accedere; Abimelechus verò omni timore ſopito deſpexit periculum, vt ſibi æternaret victoriæ elogium; at dum tumidiſſimus ſuperbuſque cæteris anteire cæca gloriæ cupidine geſtit, periculum ſibi aſciſcit, & dum inhiat ad volaticam gloriam, maturat infamiam. Ita Abulenſis q. 52. *Quæretur quomodò Abimelech accedebat primus ad ſupponendum ignem, cùm hoc eſſet periculoſum?* Quæſtioni reſpondet: *Quia Abimelech erat ſuperbus nimis & cupidus, & volebat in omnibus magnificis geſtis habere gloriam. Ideò ipſe primus periculis ſe exponebat, vt ſic totius ſequentis facti gloriam ipſe obtineret.* Dum ea gloriæ tenetur cupiditate, vt omnem ſibi arrogare, nec quidquam alteri communicare voluerit, muliebri ictu percuſſus occubuit: nec enim carere potuit periculo factus, nec morte ignominioſa ſuperbus, quandoquidem ignominia eſt ſuperbiæ merces, & periculum progenies cupiditatis. Totam ſibi ambiuit victoriæ gloriam, & ſuſtinuit ignominiam. *Sciendum*, addit Abulenſis, *quod hoc non ſine myſterio Dei factum eſt: quia Deus voluit valde punire Abimelech pro grauibus ſceleribus, & quia ipſe erat ſuperbus valde, non ſolùm puniuit eum priuando vitâ; ſed etiam faciendo quòd caderet manibus mulieris, quod ipſe valde deteſtabatur.* Mulebri manu occidit ingloſius, qui ſibi omnem gloriam nitebatur arrogare ſuperbus: ſortitus eſt imprudens tumor periculum, victoriæ non eſt adeptus elogium: vt noſcas veluti appendices ſuperbiæ eſſe infortunium & probrum.

Abulenſ.

442 Achitophel Abſalonem in patrem armauit exiſtimauit namque homo verſutiſſimus ſummo ſe honore donandum, & à rege ſecundum ſuſpiciendum: ſi Abſalon vinceret, & immetata gloriæ & honoris cupidine filium in patrem exacuit. Abſalon ex ſe ambitioſus, & Achitophelis conſiliis ſtimulatus proditionem adornat; & Dauid ſublatus ſit, niſi matura fuga locum furori conceſſerit, & opportunius tempus expectarit. Abſalon concilium cogit, & quid in eo rerum ſtatu aggredi oporteat, ſapientiores interrogat Achitophelis ſententia fuit, oportere quantocyùs Dauidem impetere, & quas exiguas collegerat vires, frangere. Reſtitit Chuſai fucatis rationibus, vtque facile eſt Deo annuente effectum ſortiri ardua, Achitophelis conſilium ab omnibus fuit reiectum, & Chuſai ab omnibus approbatum: eo repulſæ dolore perculſus fuit Achitophel, vt mortem ſibi aſciuerit, laqueoque ſuſpenſus vitam miſerrimè clauſerit: *Achitophel videns quòd non factum fuiſſet conſilium ſuum, ſtrauit aſinum ſuum, ſurrexitque & abiit in domum ſuam, & in ciuitatem ſuam, & diſpoſita domo ſua ſuſpendio interiit.* Digna arrogantiæ fuit pœna, vt eius videlicet ab omnibus teneretur conſilium, quando ipſe ſe arbitrabatur oraculum: nullus fuit, qui domum repetentem detineret, nullus qui eius prudentiam magni habendam diceret: deſpectus, reiectuque abiit, qui gloriam ſuperbè ambiuit: *De hoc ſint valde indignati*, inquit Lyra, *eo quòd conſilium Chuſai approbatum fuerat, & ſuum reprobatum.* Nollet ſubſcribit Sanctius ad hunc locum: *Impatiens Achitophel repulſæ, quam tulerat non ab Abſalone ſolùm, ſed etiam à toto populo, cùm reiectum, reprobatumque eſſet conſilium, quod ipſe pro oraculo ſuſcipiendum putabat; ſeceſſit.* A Principe totoque populo tulit dignam repulſam, qui tumebat minima arrogantia: pro oraculo haberi cupiens tulit imprudentiæ notam & æquiſſimo Dei iudicio periit deſpectus, qui nimium gloriæ & honoris futebat ambitioſus & cupidus.

2. Reg. 17. v. 23.

Lyra.

Sanctius.

443 Draco cum ipſo Deo de gloria voluit contendere, ſtellas fulgentiſſimas cauda deiectas ſpreuit, illarum conſortium dedignatus ambitioſus & tumidus. Quid tunc? E cœlo detruditur, & tellure reptare cogitur: *Proiectus eſt draco ille magnus.* Quia magnus ſuperbia, quia tumidiſſimas arrogantia, ab omnibus eſt proiectus; imò & calcatus dicente Chriſto: *Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Quis enim ferat ſerpentem reptationi addictum eos ſuperbiæ ſpiritus gerere, vt Deo ambierit aſſimulari. Quis non contendat veſtigio premere, pede calcare ſtellarum fulgores obſcurantem, caudaque prementem? Superbia gloriæque cupiditas attulit caſum, & ab omnibus paſſa

Apoc. 12. v. 9.

Luc. 10. v. 19.

by Google

passa est despectum: erat enim dignissimus, qui summa ab omnibus ignominia conculcaretur Lydera fulgentissima calcans, & cum ipso Deo æqualitatem anhelans: *Proiectus est.* Merita strage calcatus est, digna pœna: fœdè proreptauit, iusta ignominia, quandoquidem intumuit magnitudine non vera; sed in officina elationis elaborata, & conficta. *Draco magnus,* scribit Glossa moralis, *id est diabolus superbus & malitiosus.* Vbi intumuit superbiat, omnium offendit animos, tulitque in cœlo stragem, & in terra calcantis despectu pedem. Quotidiana experientia hæc veritas comprobatur: qui vltra quàm ratio postulat, honores ambit, qui supra alios eminere contendit, omnibus fit odiosus, & ab omnibus est despectus.

Glossa.

444 Zachæus statura pusillus præcurrens ascendit arborem sycomorum videndi Dominum desiderio: *Præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum.* Christus ne patiatur casum, celerem imperauit descensum: *Zachæe festinans descende.* Chrysologus serm. 54. rogat: *Si bene ascenderat, quare ei dicitur, descende?* Respondetque vtilem fuisse descensum, ne miserum subiret casum. Chrysologum audi: *Si sapis, festinans descende, descende ante Dominum de Adamantica arbore.* Si in terra positus tulit maledicorum linguas: *Murmurabant dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset:* quid arbore eminens ferret, aut expectaret? Dum spectarent pusillum cacumine eminentem, fors arborem concuteret, & elatum non sine ingenti detrimento deiiceret, & miseram pateretur stragem, quia pusillus ascenderat altitudinē: Illa erat arbor, circa quam nostri parentes deliquerant altitudinem exambientes. Ergo vbi pusillum vidit Dominus Adamaticam arborem inscendisse, imperat descensum festinum, ne tulerit casum inopinatum: *Si sapis, festinans descende:* non est sapientis, sed imprudētis sibi suam staturam non agnoscere, doleſque pensare, quandoquidem in se armat multorum manus & linguas exiguis meritis eminere gestiens, & lucere vertice exambiens. Descendat Zachæus, nè ruat: descendat, ne concussa arbore stragem miseram ferat. Certè historiæ penicillo mores nostros instruit scriptura, & quàm periculosa sit altitudo à pusillis ambita, edocent Christi præcepta.

Lucæ 19. v. 4.

Chrysol.

445 Statua immetatam agnitudinis dormienti Nabuchodonosor obiicitur: *Statua illa magna & statura sublimis*: temporum adsultus despicere videbatur, materiæ constantia, & metallorum duritia; verùm lapis non manu iactus molem illam percussit, & in cineres redegit: *Abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos.* Citissimè metalla in nigros cineres versa ventorum extitere ludibrium: & quare? Quia superbiæ simulachrum, elationis æmgma ab omnibus præter rationem cultum exigebat, & Numinis ad instar adorari suspirabat. Ergo non potuit non sustinere dignam stragem, dum ambit tumidissimè adorationem. Ipsum sibi ea in imagine Deus repræsentabat, vt Nabuchodonosor nosset, quam à tergo casum habeat nimia gloriæ cupiditas, quámque omnibus sit ludibrio odiosa ventositas: in statua sui imagine ambiuit adorationem, & in statua sui imagine casum tulit, in fauillamque redactus factus est ventorum ludus. Accipe Theodoretum orat. 2. in Daniel. *Meritò rerum omnium auctor Deus, qui superbum regem illum docere voluit, quanta sit humani supercilij vanitas, & quam facillimam habeant res humanæ mutationem, erudire, imaginem ipsi in somnis proponit.* Pientissimus Deus superbiæ mulctam nimiæque gloriæ cupiditatis pœnam veluti in speculo oculis obiecit, vt dum videt stragem, vanitatem abiurarit, noueritque quàm in ambitæ gloriæ limine moretur ruina, quandoquidem tumentem statuam sine manu deiecit lapillus, & rapuit ventus. Certè superbia est calamitatis illicium, infortuniorum armamentarium, seminarium odij aduersariorum fomentum, felicitatis obstaculum, pacis venenum. Rarus est, qui nimia gloriæ cupiditate superbiens omnium animos non offendat, & calamitatem sibi præter opinionem ascisat.

Daniel 2. v. 31.

Theodor.

§. CI.

Sæpè ad delicta inueniuntur intrepidi, ad virtutis opera pauidi.

446 NEscio quis ardor nos incitet ad delicta: timorem deponimus, cùm aliàs pectore formidinem inuitriamus: ad periculi vmbram fugimus muneri satisfacturi; discrimina deuoramus piaculis irretiendi. Ob Iudithæ pulchritudinem audent Assyrij pugnare, cùm trepidauerint Israëlitæ ad gigantis conspectum: *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus?* Pulchritudme allecti periculosum ardent bellum, & intrepidi contemnunt periculum, cùm Israëlitæ ceciderint animo, percussi solo conspectu: *Omnes Israelitæ cùm vidissent virum fugerunt à facie eius timentes eum valdè.* Ecce Israëlitæ ad virtutem inueniuntur prorsus imbelles, quando Assyrij pro appetitu ad pugnandum inueniuntur fortes. Mira res: vires audaciæ infundunt delictà, cùm ad virtutem, ad munusque peragendum timor constantiæ enervatit sæpissimè vires. Abimelechus huius veritatis est testis: turri Thebes solus accedit, cùm eius armiger periculum suspicatus substiterit: munus profectò suadebat armigero accedere, armaque Domino ministrare; verùm vbi imminebat periculum, affectauit munere refragante recessum; at compellatus ad occisionem timidus non trepidauit; sed impauidus accessit: *Vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiens interfecit eum.* Si adesset armiger, illum non vocasset Abimelechus: ergo dum refertur aloitus, innuitur non adfuisse pugnanti, cùm tamen paruerit necem petenti. Indicat Abulensis q. 52. *Vocauit citò armigerum suum, scilicet iuuenem ferentem arma eius, qui non ausus fuerat accedere ad turrim.* Qui anteà turri accedere fuerat veritus, modò non timuit appropinquare vocatus. Quòd si discriminis causam quæras in promptu est, accessisse videlicet modò, vt perpetrauerit necem; anteà verò non accessisse, vt bellicam ostenderet fortitudinem. Satis fuit anteà periculi suspicio, vt muneri suo defuerit; modò idem proculcat periculum, vt hominem trucidarit.

Iudith. 10. v. 18.

1. Reg. 17. v. 24.

Abulens.

447 Apostoli nauim inscendentes à Domino recedebant, & materiali cursu, quod peccatoribus solet accidere, delineabant: patrato panum multiplicationis miraculo ingrediuntur Scapham, & in contrariam contendunt ripam: *Compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans*

Matth. 14. v. 22.

Digitized by Google

fretum, donec dimitteret turbas? Dum ſine Domino ventis committunt lina, ſæua tempeſtas adoritur, & fluctuum voluminibus quaſſatam nauiculam abſorbere molitur: tunc Petrus, vt ad Chriſtum accelſerit, contrarium iter arripuit, & intrepido veſtigio tumentus fluctus calcauit: *Deſcendens Petrus de naicula ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.* Seleucienſis Baſilius orat. 22. hanc Petri demiratur audaciam, quandoquidem & in nauicula territus, in vndis auſus. Ipſum audi: *Videamus negotiatores, qui mari vitam tuentur, mirè animo dubios, perplexoſque: videamus Petrum contra fluctus audentem, & in nauicula conterritum.* Negotiatores cum tempeſtate colluctabantur: Petrus dum à Domino recederet, territus, & vt acceſſerit, inuolat audaciſſimus: quod adeò inſolitum, mirumque eſt, vt nec Apoſtolorum Princeps perfecerit ſine ſtupendo miraculo, nec ſine ſingularitatis elogio: audere, cum tempeſtateque colluctari ad diuitias augendas, ad voluptatis inſanias elucrandas, ad volaticas dignitates adipiſcendas ferè omnibus commune eſt; at ſolus Petrus, dum naui recedit, timet, & vt Chriſto Domino proximauerit, audet. Et quidem ſuis factis expreſſit non ſine miraculo inueniri hominem audaciorem ad virtutis obſequia, quàm ad voluptatum deliria. Viſu admirationeque dignus eſt Petrus in fluctibus audax, dum Chriſto appropinquat, & timidior, dum naui labiles vndarum vortices ſecat: *Videamus Petrum contra fluctus audentem, & in nauicula conterritum.* Petrum poterimus inſpicere; ſed rarum alium videre, quando ferè omnes ad virtutis opera trepidamus, & ad vitiorum præcipitia, tempeſtateſque intrepidiſſimè audemus.

Matth. 14. v. 22.

Baſil.

448 Chriſtus Dominus morte deuicta reſurgit, mulieres aduentant, Angelumque candore ornatus feſtiuum, & vultus intuentur luce præclarum: ille mulieres alloquitur, ad videndum locum inuitat, & timorem verbis blandiſſimis ſedat: *Reſpondens autem Angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos.* Exceptio innuit ordinem inuerſum quandoquidem Chriſti hoſtes quos fas eſſet timore concuti audebant, & mulieresque debuiſſent lætari trepidabant. Phariſæi audacter inuolant ad veritatem reſurrectionis iniquis artibus tumulandam, cùm mulieres non modico arcerentur timore ad gloriam reſurrectionis promendam. Adeſt Chryſologus ſerm. 75. *Hinc eſt quod Angelus percellit impios, pios alloquitur, vt ſolatur: Nolite timere vos, hoc eſt, illi timeant, quærentes non timeant, timeant perſequentes.* Itaque Phariſæi perſequentes omni timore nudi furebant, cùm mulieres pietatis affectæ timore pauitarent, & pauore pertimerent. Ergo Angelus ſic corrigere adlaborabat affectus, vt nec ſeruientes timeant, nec perſequentes audeant: quia nouit de ſæculi more homines inueniri ad delinquendum intrepidos, vt ad obſequendum virtuti, timidos.

Matth. 28. v. 5.

Chryſol.

449 Deus delicioſam ſedem dilecto apparat, & innoxiis paradiſi deliciis recreat. Quid neceſſe eſt paradiſi pulchritudinem enarrare, cùm conditor, eius fuerit excultor, cumque agri eximia cultione voluerit donum exornare, & amoris flammas oſtendere: in omnes arbores facultatem dat, vnâ tantum reſeruata ad obedientiæ exercitum, & obſequij teſtimonium; verùm ſerpens mulierem inſidioſè aggreditur, curatorem imitans, & felicitatem auferre tentans: mulier manum extendit, & pomum carpſit: *Tulit de fructu illius & comedit: deditque viro ſuo, qui comedit.* Ridebat diabolus ob exiguum adeò ciborum parentes noſtros tanta diuitiarum copia nudos, & tanto dedecore conſpurcatos adſpiciens; verùm miſertus erroris Deus ad arrigendum curtebat, & voce humaniſſima compellabat: *Vbi es?* Hic iam videas Adamum trepidare, & præ timore latebrarum patrocinium inquirere. Tellatur ipſe: *Vocem tuam audiui in paradiſo, & timui.* Mira res: Euæ trepidat Deo humaniſſimè compellanti accedere, cùm non timuerit ſerpentem alloqui, nec ad ipſam mortem voluptate oblitam manum mittere. Quàm audacter vt voluptati indulſerit, mortem deſpexit! quàm timida diuinis aſpectibus ſe ſubtraxit! *O ſi manus,* aiebat Chryſolog. ſerm. 74. *tangens inconceſſa tremuiſſet!* Omni timore expuncto auſi ſunt præceptum tranſgredi, & omni depulſa laudabili audacia medico verentur accedere: *Terrore perculſi,* inquit Seleucienſis Baſilius orat. 3. *ſe ipſos tranſgreſſionis accuſatores ac teſtes exhibentes exilio ſuo ſuffraganiur, Deus verò territans inceſſu ſtrepenti compellat humaniſſimè.* Vel dum humaniſſime compellat, timore anguntur, cùm ad carpendum pomum nulla ſolicitudine angantur. Videre eſt fœminas aliquas ad confeſſionem trepidantes, & ad delinquendum audentes: nihil non tentabunt, vt voluptati, aut cupiditati indulgeant, inuolabunt per medios enſes, periculis deſpectis proculcabunt formidinem; & iam totæ ſunt timor ad virtutis opera, & ad Numinis obſequia.

Chryſol.

Seleucienſ.

450 Dauid aquam ſitit, & ſitim prodit: res erat ardua pro cõfertos hoſtiũ cuneos irrumpere, aquamque afferre; verum ea fuit trium militum felix temeritas, vt vitam contempſerint, & ipſa audacia hoſtes obſtupefactos reddiderint: *Irruperunt tres fortes caſtra Philiſthinorum, & hauſerunt aquam.* Grande erat vitæ periculum, & tamen vicerunt, vt interpretibus placet, ad fortitudinis elogium, ambitioniſve obſequium. Tranſi modò ad Ietherum, qui iuſſus Domini hoſtes occidere, timuit: *Non eduxit gladium: timebat enim.* Quòd ſi rationem quæras diſcriminis, ipſam inuenies materiem extitiſſe cauſam diuerſitatis: alibi namque Principis adulabantur ſiti, alibi obſequebatur religioni: ad religionis ergo obſequia manus tremit, præcordia palpitant, color vultus langueſcit, ac denique omnes tremor occupat artus. O quoties ad ambitionis deliria, & imprudentiſſimæ fortitudinis teſtimonia metus abſcedit, & manus audet! Audi Ioſephum lib. 7. antiq. cap. 12. *Cùm audiſſent iſti tres viri, irrumpentes per medios hoſtes venerunt in Bethlehem, & haurientes aquam, per inimica caſtra reuerſi ſunt ad regem, obſtupeſcentibus Paleſthinis fiduciam, & magnitudinem eorum, qui ſic eos contemnebant.* Vel ad miraculum ſtuporemque horum erat audacia, vt illius etiam inertia; ſed materiæ diuerſitas & affectuum adduxit diuerſitatem: ad virtutis opera trepidat Ietherus, ad vanitatis gloriolam audet per medios aduerſariorũ cuneos armatus.

2. Reg. 23. v. 16.

Iudic. 8. v. 20

Ioſeph.

451 Manum cogit Saul cum hoſtibus congreſſurus; verùm non modica ſuorum pars timore perterrita ad latibula cauernarum confugit, aliàque ad hoſtium caſtra, vt nonnulli putant Iordane traiecto ſe proripuit: *Abſconderunt ſe in ſpeluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in ciſternis. Hebræi autem tranſierunt Iordanẽ in terrã Gad, & Galaad.* Si latebrarũ quærunt patrocinia Iſraelitæ perterriti, quomodò Hebræi ſuperatis vorticibus trãsfugæ ad inimicos confugiũt, quando ingens illis videbatur imminere periculũ? Si hos accẽdit audacia,

1. Reg. 13. v. 6.

Genes. 3. v. 6

cur illos gelido pauore indecora ligat inertia? Quia alij ſunt homines, reſpondet Gregorius ad hunc locum, ad virtutum opera, & ad vitiorum flagitia: ad pugnandum pro virtute inueniuntur imbelles, ad ſectanda vitia audaces. *Hoc profectò* (verba ſunt Gregorij) *ſi priùs iuxta litteram ſcire volumus, Hebræi iſti & timore perterriti, & ad hoſtes ſuos confugiſſe ſentiuntur.* Rationem ſubdit: *Infirmi quidem & audaces ſunt, curioſi ad actiones ſæculi, debiles ad tolerandum bellum tentationis.* Iordanem tranſibunt, deſpicient pericula, confuſos calcabunt vortices, vt vitiorum ſequantur caſtra; at ſi pro virtute pugnandum ſit trepidabunt debiles, & ſe certamini ſubtrahent imbecilles. Sectanti cæco impetu vitia nihil difficile, nil virtutem ſectari debenti facile.

Gregor.

§. CII.

Plures dum ſatagunt imprudenter infamiam tegere, inueniuntur eulgare.

452 CAlamitas patientia frangitur, & conſtantiæ virtute delinitur: qui de peccato occurriſſe geſtiunt infortuniis, frequenter perdunt operam, & ſibi adaugent miſeriam: non eſt infelicitatis medela delictum; imò infelicitas eſt legitima proles peccati: *Manet in ſtatu*, aiebat Seneca de viro forti lib. de prouidentia cap. 2. *& quidquid euenit, in ſuum colorem trahit: eſt enim omnibus externis potentior: nec hoc dico, non ſentit illa; ſed vincit, & alioquin quietus placidusque contra incurrentia attollitur.* Verum robur colligunt ſtrenui viri ipſis ex doloribus; ſtulti ipſo ſolent laborare remedio, & dum calamitati neſciunt occurrere, probantur incrementare: maiori infamia volunt infamiam obducere, & vrgentiori periculo periculis obuiare. Ipſi non ſemel occultam aliiſque ignotam infamiã vulgant, dum malè celant. In Abimelechum plures viri è turris cacumine dimicabant, iecit fœmina lapidem adeò dexterè, vt cerebro illiſerit, cúmque oporteret ferientis manum tegere, ipſemet remedium quæritans prodidit: *Vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus ſim.* Ipſe qua manu percuſſus fuerit, explicuit, dum nixus eſt occultare: tot pugnatorum iaculis impetitus non erat facilè diſcernere qua manu occiſus iaceret, ni ipſe dixiſſet: fortè alij mulierem non viderant, aut iecíſſe lapidem dubitabant: ergo ipſe, vt infamiam occulteret, publicauit: non eſt aſſecutus celari factum; ſed infamiæ addidit trucidationis tormentum. Notauit acutè Abulenſis q. 53. *Quæretur ad quid volebat, quod occideret eum armiger ſuus, ne diceretur occiſum fuiſſe à fœmina: quia non occultabatur per hoc mors eius à quo eſſet.* Addit: *Non erat veriſimile quòd armiger ſuus eum percuteret, niſi ipſe iuberet: ideò non excuſabatur per hoc quin cognoſceretur eum fuiſſe occiſum à fœmina.* Ille ipſe color, quo nitebatur caſum occulere, eulgationi deſeruiebat, & notitiam diſſeminabat. Itaque ea ipſa media, quibus vſus eſt ad notitiam eludendam, deſeruierunt ad ſeminandam. Subnectit Abulenſis: *Ita excæcauit Deus cor illius, quod putauit omnino per hoc occultare mortem ſuam, & tamen nullo modo occultabatur, & fiebat hoc, vt magis pateretur: quia ſuper plagam illiſionis lapidis, qua ſufficiebat ei ad mortem, adhuc gladio percuſſus eſt.* Ecce addidit dolorem infamiæ, non expunxit infamiæ notam; imò ipſa, ad quæ recurrit, vt infamiam tegeret, pro lingua fuerunt, vt omnibus eulgarent.

Seneca.

Abulenſ.

453 Dauid cum meridiana obambulatione oblectaretur, ſuis oculis captus eſt: mulierem vidit a iongè pulchtam, quam, niſi fauiſſet diſtantia, fors experiretur defectibus inuenuſtam: anima paſſionibus impedita malum cum oculo communicauit, nec defuit criminis proxeneta, qui deteſtabilem nuntium deferens totum negotium abſolueret: mulier concepit; cúmque infamiæ iam periculo premeretur, Dauidi renuntiat: ille vocato Vria induſtriè ſcelus colorare molitus eſt; verùm cùm induſtria non ſucceſſiſſet, ipſo Vria ad immeritæ mortis ſupplicium vtitur, & pro bellica fortitudine illi interitus merces fuit. Quid tunc Dominus? In ſolis oculis delictum eulgandum prædicit, & proditionem omnibus odioſiſſimam fore oſtendit: *Tu feciſti abſconditè; ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu ſolis.* Ipſo hîc remedio imprudentia laborauit: nam dum delicto ſuperinducit delictum, dum, vt diſſimularit infamiam, nouam excogitat culpam, imprudenter ſceleris extendit notitiam: præter opinionem patrocinatur dedecori, dum nouo ſcelere conſulere ſatagit opinioni. Opportunè Baſilius Seleucienſis orat. 17. *Videns eum* (dæmon) *facti ſui pudore confuſum, & pudendum vlcus celare cupientem, puderem vertit in alterius peccati materiam: ſcelus namque admiſſum obarat ſcelus: quippe cæde adulterium conatus occulere, & cædis, & adulterij deprehenſus eſt artifex.* Ipſa imprudenter vulgauit cæde adulterium, dum cæcus recurrit ad cædem vti ad famæ patrocinium: itaque non tuetur homicidio famã; ſed prodidit omnem tragœdiam. Sic videas nonnullis accidere: promanantem à crimine notam nouo geſtiũt crimine occulere, & ipſo adiecto crimine inuenti ſunt propalare: cæde conatus eſt Dauid adulterium tegere, & ipſa cædes pro lingua fuit ad ſcelus eulgandum, & ad delictum prodendum: *Cæde adulterium conatus occulere, & cædis & adulterij deprehenſus eſt artifex.* 2. Reg. 12. v. 12. Baſilius.

454 Veternoſiſſimus ſenex apud idololatriæ delirio cæcos magni habebatur vti fatidicus, ac deorum prophetico ſpiritu ornatus: hic, cùm vir Dei, veruſque propheta in idolorum ſacrificulos flammas prædixiſſet, ac pœnas digniſſimas prænuntiaſſet, pietatis fugo aggreditur illum fallere, quo, dum probat falſum, exauctorarit veridicum: nec ſolùm molitus eſt honorẽ apud idololatras fraude alere; ſed & fraudis pœnam in morte etiam artificiosâ doloſitate effugiſſe: *Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro, in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea: profectò enim veniet ſermo, quem prædixit in ſermone Domini:* in eodem ſepulchro recondi voluit ſanctitatem, & culpam, & quem viuens concinnatis fraudibus obiecit morti, patronum moriens quærebat, vt occurreret igni: tegere voluit fallaciæ infamiam, & in morte etiam haberi propheta; verùm ea ipſa arte, qua diſſimulare molitus eſt culpam, præter opinionem culpæ inuentus eſt omnium oculis obiicere infamiam. Quiſquis in ſepulchrum offendebat, fœtentiũ herbarum odore iacere ibi falſidicum monebatur, & ipſe aſpectus latentem promulgabat culpã, & fraudulentam cautelam: vnde Ioſias, cùm fatidicorum oſſa ardentibus tradenda rogis ſtudioſè ſcrutaretur, ſpeciali curâ, quis eo in ſepulchro abſconderetur rogauit: *Quis eſt titulus iſte, quem video?* Pungétes fœtidaſque 3. Reg. 13. v. 30.

Digitized by Google

4.Reg.13. v.17. fœtidaſque herbas anſam interrogationi præbuiſſe, tradit R. Salomon apud Lyram: *Cùm eſſent ibi multa ſepulchra, quæritur quare ibi Ioſias ſpecialiter quæſiuit de illo? Ad quod reſpondet R.Salomon quòd vidit ex vno latere ſepulchri herbas fœtidas & pungentes ortas, & ſpinas, & vrticas, & huiuſmodi.* Lyra, Ecce dum fatidicus impiuſque propheta totâ doloſitate conatur infamiam occulere, inuentus eſt publicare: texit, occuluit, cineres ſuos virtutis cineribus inſeruit; verùm eo ipſo omnium ad ſe traxit oculos, & dum eludere conatur ſupplicium, publicare inuentus eſt dolum. Profectò cum piaculum, delictum radix ſit dedecoris, nequit non fructum proferre, & ingloriam meſſem producere. Sepeliuit veternoſus senex delictum; ſed ex ipſo ſepulchro horridæ herbæ fœtudum odorem exhalabant; & foliorum linguis quid lateret ibi, monebant. Si culpam lachrymis eluiſſet, ſi fallaciam dolore pœnitudinis inautaſſet, non tuliſſet dedecus, quia præciſa cauſa non pullulaſſet effectus, nec ignobilis adeò prodiret fructus; at dum cauſa vel in ſepulchro viuit, & infamia floret.

455 Cùm noſtri parentes paradiſæis deliciis fruerentur, eſſetque innoxia voluptas vtpote quæ ſerpentino careret veneno, ad inuidiam excitatus eſt dæmon, & ne ſi per ſe ipſum fallaciam texeret, Euamque adiret, votis fruſtraretur, ad ſerpentis patrocinium confugit; & venenatam eius linguam in Deum armauit: ſerpens linguam dæmoni commodauit ad inuehendam confuſionem, mulieri ſubdolus acceſſit, cúmque odium pectore geretet, curatorem ſimulans interroganit, cur ieiunio adeò aſpero in tanta rerum affluentia diuexaretur: mulier inſidianti reſpondit in cætera ligna facultatem habere, vnico tantùm excepto: quia eius fructus venenatus, & mortiferus: ſerpens mortis timorem deprædatur, promiſſaque diuinitate arboris ope felicitatem exterminauit, & ambitioſam nuditate contexit: quid tunc? Vt noſtri parentes ſe animaduertere nudatos, ab ipſa arbore mutuati ſunt folia, quibus ſe tegerent, & ſceleris infamiam celarent: *Cùm cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt folia ficus & fecerunt ſibi perizomata.* Dum ab ipſa arbore veſtes mutuantur, & delictum foliorum linguis fatentur: vnde ipſa veſtis pro lingua erat ad detegendam culpam, & ad prodendam infamiam: nam quiſquis tunc videret Euam florida veſte, viridanti pompa exornatam, facilè agnoſcet miſcuiſſe cum ſerpente colloquium, & extendiſſe dexteram ad prohibitum: vnde ipſa cautela erat eloquentior Rhetorica. Ita Baſilius Seleucienſis orat. 3. Baſil. *Ad ruinam impellit, & ruentes publicis ignominiæ notis conſignat.* Ignominiæ nota fuit veſtis contra præceptum rapta, & ab ipſa prohibita arbore auulſa: non diſſimulabat Eua eâ veſte delictum; ſed delicti publicum ferebat præconium. Vt verum ſit plures, dum inſipienter tegere adnituntur ſceleris notam, publicaſſe clariùs infamiam.

§. CIII.

Expromptiores inueniuntur ſerui ad temporalia negotia, quàm ad virtutis obſequia.

MIrum eſt quem exprompti inueniantur ſerui 456
ad ſceleris obſequium, quam tardi ad exequendum virtutis opus: quidquid virtuti aduerſatur, alacri celeritate adimpletur: quidquid honeſtum, lentiùs abſoluitur. Ob id fortaſſis Tertullianus in Apologetico cap.27. dæmonas ſeruulos appellauit, ſeruitque contulit: nam vt dæmones ad omne flagitium operas ſuas commodant; ad virtutem verò retardant, ſic famuli non ſemel ad vitia inſtigant operas ſuas afferentes, occaſioneſque concinnantes; cùm tamen virtutes non ſuadeant; imò lentè ad illarum executionem greſſum promoueant: *Licèt ſubiecta ſit nobis tota vis dæmonum, & eiuſmodi ſpirituum, vt nequam [a]men ſerui metui nonnunquam contumaciam miſcent, & ladere geſtiunt, quos alias verentur: odium enim etiam timor ſpirat: præterquam & deſperata conditio eorum ex prædamnatione ſolatium reputat fruenda interim malignitati de pœnæ mora.* Tertullian. Itaque dæmon nequam ſerui vicem gerit, dum alacriter miniſtrat malignitati, dum contradicit virtuti. Et quidem non erit abs re, cùm Tertullianus dæmonas exæquauerit ſeruis, hoc in negotio conferre ſeruos dæmoniis. Si dominos inæſcatos amore præſumant, nihil non tentabunt, vt libidini inſeruiant, proxenetarum ad inſtar vtrique parti adulantur, & peruerſa adulatione mentiuntur: ad virtutem torpeſcunt teſtitudinem tardigradam ſuſpenſis greſſibus imitati, imò & lentitudine ſupergreſſi. Huius veritatis producamus exempla. Abimelechus muliebri manu percuſſus eo infamiæ dolore angebatur, vt mortem contra ius faſque ſibi maturare geſtiuerit, & armigerum in ipſum manus inferre iuſſerit: *Vocauit citò armigerum ſuum, & ait ad eum: Euagina gladium tuum, & percute me.* Audiſti mandatum, audi celerrimè impletum: *Qui iuſſa perficiens interfecit eum.* Non diſtulit, non tardauit, non moras texuit. Notauit Abulenſis q.55. *Armiger obediuit, & illico, & interfecit eum.* Abulenſ. Vides ſerui expromptam ad perpetrandum delirium obedientiam: vide cunctantem Giezi, vt demortuo infuderit vitam. Eliſæus ſeruum iubet accingi, & ad puero refundendam lucem immolare: *Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade: ſi occurrerit tibi homo, non ſalutes eum,* &c. 4.Reg 4. v.29. Giezi perrexit; ſed vitam puero non refudit: *Non ſurrexit puer.* Quærunt interpretes, cur mortem non abegerit: reſpondentque fuiſſe in cauſa, domini præceptum violaſſe, & in itinere ſubſtitiſſe. Audi Rabbi Salomonem apud Lyram: *Dicit R. Salomon quòd hoc fuit propter demeritum Giezi, qui non ſeruauit præceptum Elizæi; ſed occurrentibus ſibi hominibus iactanter dicebat ſe miſſum ad ſuſcitandum mortuum.* R Salom. Inquires cur Giezi iuſſus ſuſcitare puerum moras traxerit, cùm Abimelechi ſeruus expromptè obedierit. Reſpondeo iuſſionum diuerſitatem executionis celeritatem aut lentitudinem attuliſſe. Abimelechi ſeruus vanitatis cauſæ inſeruiebat. Eliſæi famulus virtuti miniſtrabat: ergo lucem puero refuſurus ſubſiſtit, inflicturus plagam ad repellendam notam accurrit. O quàm de more ſeruis

est expromptè delictis obsequi, & morosè virtutibus famulari.

457 Expendebam aliquando diuersimodè se habuisse Petrum, dum æquora calcat, & Malchum vulnerat: ardens æmulorum inuidia, ac cæca luore temeritas manum in Christum cogit, & despectis noctis incommodis contendit in hortum: Christus Dominus, vt notũ esset se vincula spontè pati, nec posse furore ligãtis cogi, verbo inimicos prostrauit & prostratis vires refudit: Petrus vt erat magnanimus, cohortem adortus est, nec magistri, vt inferret plagam, expectauit assensum: *Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum Principis Sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.* Quàm celeri ardore vulnus intulit! Omnia ad plagam inferendam inueniuntur expedita, & ad infligendũ vulnus exprompta. Transi modò ad Matthæi 14. vbi, vt veniret, ad Christum, eius expectauit placitum, & post placitum gressus retardantem sustinuit ventum: *Respondens autem Petrus dixit: Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas; at ipse ait: Veni.* Vides hic expectatle Domini beneplacitum, cũ tamen alibi non expectarit præceptum. Ecqua huius discriminis ratio est? Quia alibi miraculo erat opus, vt ad Christum properaret, alibi opus fuit præcepto, vt vindictæ ardorem reprimeret. Notauit Theophylactus: *Non expetat præceptum: ita semper feruebat pro magistro; percutit autem seruum Pontificis, & amputat aurem eius dexteram.* Ad calcandum vndas expectauit præceptum; ad patientiam Domini vulnerandam non expectauit mandatum: *Ne vnius quidem discentis gladium*, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 3. *in vltorem probauit: patientia Domini in Malcho vulnerata est.* Christus Dominus gladij opera in posterum maledixit, & quem ipse non vexauerat, auris restitutione satisfecit per patientiam misericordiæ matrem: verùm Petrus serui formam se putat implere, si pro magistro vulnus properarit infligere: dum calcatis maris fluctibus approximat, inuenit gressus ventorum reluctantium impedimentum; ad incutiendam plagam non inuenit dextera obstaculum. Torpet sæpè seruus si virtutis occasio occurrat: furit, vt vindictam pro Domino expetat, vt eius per fas, nefasve tueatur causam, vt cupiditatem dominus exequatur insanam, cùm opus sit semel & iterum iubere, vt largiatur miseris eleemosynam, vt inuiserit ægrotantem, vt auxilietur egenti: iniussus vitiorum causas aget, vtque aduletur Domino, omnem difficultatem euincet.

Luc. 22. v. 49.

Matth. 14. v. 28.

Tertullian.

458 Centurio ille, qui cœlestis militiæ stipendia meruit, pro serui salute rogaturus ad Dominum properauit, & gratia illum erudiente, antequam discipulatus subiret officium, sortitus est magisterij locum: serui infirmitatem medico refert, non seruum profert: noluit adiicere roboris tormentum; sed afficere salutis auxilium: Dominus vt erat pientissimus, ad seruum se ventutum promittit; ille verò humilitatis suffragio salutem accelerat, dum aduentum Domini vtpote indignus recusat: *Domine, non sum dignus*, aiebat, *vt intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* Subiungit de cõsuetudine humana exẽplum: *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit; & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.* Dominus Centurionis fidem allaudat, & dignis elogiis celebrat: *Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.* Et quæ huius fidei magnitudo? Credidit fecisse Domini potentiam, quæ seruum parere fecerit ad salutem, vt ipse ad militarem fecerat obedire furorem, quando alia est seruorum obedientia ad virtutis obsequium, & alia ad sæculare negotium: *Hoc est*, aiebat Chrysologus sermone 25. *dic infirmitati, vade, & vadit: alij veni, & venit: hoc est, dic sanitati, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit: ille puer meus erit tuus seruus, cùm receperit sanitatem.* Si infirmum iubeas inquit ad virtutem obedientiamque properare, eâdem, qua meum, tuum exequetur alacritate mandatum: *Die seruo meo, fac hoc, & facit.* Ergo digne Centurionis allaudatur fides, qua Domini potentiam exaggerat, dum non dubitat paralyticum non lentiùs Christi executurum præceptum, quàm gentilis exequebatur mandatum: nam serui ad virtutis obsequium inueniuntur tardi, ad sæculatia negotia exprompti. Credens seruum pariturum Christi iussioni, vt solebat gentili Duci, fidei merito Israelem transgressus est, quando de sæculi more difficillimum videbatur inuenici adæquè expeditum ad opus salutis, ac ad opera vanitatis. Adnectit Chrysologus: *Audiat: Sanus factus es, iam noli peccare: faciat iustitiam, vt liberetur à paralysi omnium peccatorum.* Si vt Centurioni ad paralysin, obediat Christo seruulus ad salutem, mira lucebit Christi potentia, & Centurionis fides lucebit mira.

Chrysol.

---

§. CIV.

Miserum est ab illo affligi, à quo ratio exigebat iuuari.

459 LAbor ex se asper ac difficilis non semel instrumento acuitur, & origine incrementatur: ab hoste diuexari est calamitosum; sed ab amico misertimum: *Si inimicus meus maledixisset mihi*, aiebat Psaltes, *sustinuissem: etsi is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo; tu verò homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Fraus ab amico concinnata, structæ à familiari insidiæ, dolor à cognato incussus ipsa manu recrudescunt, grauiusque affligunt. Ita incognitus ad hunc locum: *Grauior est iniuria recepta ab illo, qui reputatur amicus, & grauiorem dolorem ingerit, quàm illata ab illo qui est auersus inimicus: nulla enim peior pestis, quam familiaris inimicus.* Spes elusa, & præsumptio falsa instar acutissimi aculei pungunt animum, & doloris adaugent sensum. Hinc Deus vt Abimelechi peccata digno supplicio plecteret, sic eius infatuauit prudentiam, vt in se armigerum prouocarit, & dolorem dolori addiderit: *Iussa perficiens interfecit eum.* Adiicit textus: *Et reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.* Calamitosissimum fuit fratribus à fratre occidi, à quo debuissent iuuari. Ergo vt hanc ipse Abimelechus experiatur ærumnam, non solùm moritur ab aduersaria fœmina ictus; sed ab armigero ense transfossus. Notauit Abulensis quæst. 53. *Fiebat hoc, vt magis pateretur: quia super plagam illisionis lapidis, quæ sufficiebat ei ad mortem, adhuc gladio percussus*

Pſal 54. v. 13.

Incognit.

Grauissima pestis inimicus familiaris.

Abulens.

Digitized by Google

Abulenſ. *cuſſus eſt ab armigero ſuo ſuſpiciens alias percuſſiones, quæ ad mortem ſufficerent* Subnectit: *In quo dupliciter erat infelix, primò quia ſuſcipiebat quaſi duplicem mortem. Secundò quia à viris ſuis occidebatur; ſed miſerrimum eſt ab eo occidi, à quo iuuandus eſt.* Vt cumulatior eſſet punitio ab eo tranſuerberatur, à quo fuiſſet & iuuandus & defendendus.

460 Cùm diabolus aduerſus Iobum calamitatum manum cogeret, & omnia ferè elementa obarmaret, quem ex domeſticis ſtragi ſemper eripuit, vt infelici nuntio exacerbaret dolorem; ea tamen fuit Iobi inuicta ſemper conſtantia, vt non ſolum non ceſſerit inimicorum adſultibus; ſed acrior aduerſus gehennales furias pugnarit: *Tunc ſurrexit Iob.* Hic ipſe qui ſiccis oculis aſpexit filiorum ſtragem, gregum cineres, qui audiuit animo imperturbato rapinam, cùm amici eius conueniſſent, illumque conſolationis prætextu angerent, tectéque ferirent, in ſuſpiria effuſus ingemuit, & cordis anxietatem verbis explicuit: *Quæ eſt fortitudo mea, vt ſuſtineam, aut quis finis meus, vt patienter agam?* Exclamationis cauſam reddit: *Super pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicũ veſtrum.* Qui ad hoſtis crebros ictus immobilis perſtitit, qui patientia ardentiſſimos dolores ſopiuit, percuſſus amicorum verbis non potuit non ingemiſcere, & cordis dolorem promere *Quæ eſt*, inquit, *fortitudo mea, vt ſuſtineam?* Ac ſi dicat: Aduerſarij ſagittas tolerantiæ ſcuto fruſtraui; at maiori fortitudine indigeo à vobis, etſi tectè, ſugillatus, verbiſque percuſſus, quandoquidem grauius eſt percelli ab amico, quàm vexari ab aduerſario. Adeſt Gregorius lib. 8. moralium cap. 1. *Quantæ infirmitatis ſe perpendat inſinuat, quem pupillum vocat.* Subdit rationem Gregorius: *Subuerti velle ſe queritur, & tamen amicum ſe eſſe teſtatur.* Se experitur quodammodo infirmum, pupillum & paruulum, dum amici illum nituntur ſubuertere, qui ſingularis monomachus nouit aduerſarij vires infringere: quaſi plus laboret patientia ab amico diuexata, quàm à dæmone ipſo impetita. Ergo vt plena fuerit Abimelechi calamitas, ab armigero tranſuerberatus occumbit, & tranſoſſus periit.

Iob. 1. v. 10.

Iob. 6. v. 11.

Gregor.

461 Moyſes iuſta indignatione flammeſcens, vt tanto ſceleri dignam decerneret pœnam, in vituli adoratores zelotypos miniſtros armauit, eoſque fratrem, amicum, ac proximum interficere iuſſit: *Occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum, & proximum ſuum.* Profectò Moyſes non videtur deſiderio vindictæ ardere; ſed de induſtria vindictam retardare, & occaſionem fugæ procudere: cur fratres ab armatis iubeat occidi, quando opportunius erit irruere indiſcriminatim in obuios: ferro armatus, ſi frater, ſi amicus, aut vicinitate proximus occurrat, abſtinebit vindicta, aut leuiori percutiet plaga: ergo edictum promatur de extraneis idololatris necandis, non de fratribus à fratre occidendis. O iram propheticam! Vt duriori morte interirent idololatræ, ab amicis & fratribus tranſfigi iuſſit, quandoquidem noua dolori incrementa occiſoris dextera miniſtrabat, & calamitatem frater acuebat: dolor erat grauiſſimus ab eis ipſis occidi, à quibus debuiſſent naturali iure defendi. *Iuxta Hebraum habetur*, inquit Caietanus, *ſocium & propinquum, ſeu vicinum ſuum.* Additque Abulenſis q. 35. *Erat ſpeciale in hoc peccato idololatriæ: nam in cæteris non tenebatur accuſare pater filium, aut filium; aut vir vxorem, aut frater frater, aut amicus amicum.* Vt hìc erat grauior culpa, inſtigi debuit & grauior pœna: ergo ab eis occiduntur, quibus naturæ vinculo illigabantur: vt conſtet religioni poſtponendam eſſe omnem conſanguinitatem, vtque acerbiorem conſanguineus à conſanguineo percuſſus experiretur dolorem.

Exod. 32. v. 27.

Caietanus. Abulenſ.

Religioni conſanguinitas poſtponenda eſt.

Dauid plurima, eaque ingentiſſima in Saulem beneficia contulerat, cantu abegit dæmonem, exagitatum regem ſerpenti reſtituit; cúmque aſtaret gigas iniurioſiſſima procacia populum laceſſens, imminens iugum depulit, & capite præciſo inſolentiam caſtigauit; verùm cùm tot facinorum expectare deberet præmium, etroneum pati cogebatur exilium, eoque dolore affectus eſt, vt Ionatham alloquens copioſas lachrymas fuderit: *Fleuerunt pariter, Dauid autem amplius.* Flet Ionathas nobili amore inflammatus, luget Dauid à Saule quæſitus: & quidem ſingultus virum adeò ſtrenuum videatur dedecere: ſi à leonibus, vrſiſque impetitus illorum ridebat ferociam, & ludi loco confingebat audaciam; ſi monſtrum impetit interritus, cur deplorat modo ſingultibus defœdatus? Quia ſe videbat, inquit Baſilius Seleucienſis oratione 16. ab eo ipſo affligi, à quo debuiſſet ſolicito ſtudio ſeruari. *Dum memoria recolit, quanta in Saulem contulerit beneficia, quantis illum periculis exemerit, videtque dediſſe vitam, attuliſſe victoriam, vt in ſe hoſtem armaret, dolore acerrimo mœret.* Audi Baſilium eleganti ſtylo depingentem: *Qui iniuriam fecit, ac deinde ad ſupplicium conquiritur, ex perpetrati facinoris audacia mali ſolatium capit, & conſcientiam circumferens accuſatricem ſui perſequenti ex animo patrocinatur, actaque ſua inſtè diiudicans pœnam non queritur. At qui ſolitiè ab eo, quem non rarò ſeruauit, ad necem circumuenitur, beneficentiæ ſuæ recordatione attonitus, quod per eam in arma contra ſe concitauerit aduerſarium intolerabili doloris morſu ſauciatur.* Ita Dauid aduerſis vndequaque ingruentibus obruebatur. Si Dauid prædam è Saulis manibus abſtuliſſet, inſurgeret in ipſum nil mirum, quando etiam expertus fuerat leonis audaciam, dum ab illo tolleret prædam; at pro allatæ victoriæ mercede ſummopere affligi, & ad necem quæri, ad altiſſima cogebat ſuſpiria, & miſera lachrymarum ſolatia. A Philiſthinis reiectus non dolet: quia cùm illorum gigantem proſtrauerit, eoſque affixerit, debitum erat repelli: at dum memoriâ reuoluit, quanto pro Saule ſubierit diſcrimina, quantaque pro ipſo tentarit ardua, ipſa beneficentiæ ſuæ recordatione veluti ardentiſſima face aduritur, & aduſtus lachrymatur: *Intolerabili doloris morſu ſauciatur.* Et quidem nil durius acriuſque eſſe potuit benefactori, quàm ſuis hoſtem beneficiis armaſſe, & eximiè beneficiatum hoſtem virulentiſſimum pertuliſſe. Qui aliquâ perſequentem iniuria affecit, ipſa conſcientia, dum auxiliatur perſecutori, pro ſolatio eſt impetito; at non ſolùm illæſa conſcientia; ſed liberali manu benefactorem ad necem conquiri, dolor erat grauiſſimus, qui & lachrymas vberrimas cieret, & vires cordis infringeret. In lachrymas Dauid funditur, non dum leo inſurgit, non dum vrſus audet, non dum Philiſthæus repellit; ſed dum Saul montium inueſtigat latebras, dum eiaculatur ardentiſſimas iræ flammas: omnem namque dolorem exuperat à beneficiato ad necem conquiri, & à ſeruato ad ſupplicium inueſtigari.

462

1. Reg. 20. v. 41.

Baſil.

§. CV.

Miserrimus est, cui viuenti impunita peccata quia morienti accumulantur supplicia.

463 IVstis peccatoribúsque contrarius viuendi stylus, & oppositus moriendi modus: vt enim luctatores in arena confligunt, & post sudorem caput victrici corona exornant, ita virtutis mancipes campo confligunt; sed post arenam redimiti quiescunt. E contrà delitiis immersi, & voluptatum adulationib. falsi debitam recipiunt delictorũ mercedem, & pro delitiis angorum. Ille pannosus è mensa ad vincula ingemuit translatus mercedẽ recepit recedente sole, qui vinea laborauerat fessus. Tertullian. Adest Tertullian. ad Martyras c. 3. *Athletæ segregantur in strictiorem Disciplinam, vt roburi ædificando vacent: continentur à luxuria, à cibis lectioribus, à potu iucundiore: coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria sperant. Et illi, inquit Apostolus, vt coronam corruptibilem consequantur.* Finito certamine otiosus spectator irremuneratus abit, victor Athleta honorifica corona resplendet: totum labor excipit, merces laborem. Adde Dei patientiam non solùm esse misericordiæ Matrem, sed iræ etiam aliquando nutricem: patienter sustinet hominum ingratitudinem, vitiis tolerat profusè indulgentem; verùm vt suæ iustitiæ præuaricator non est, supplicij grauitate compensat, quod criminosis, flagitiosissimísque dissimulando pœnitudinis exhibuerat spatium: vnde scelerum conscius, & supplicia non expertus, grauiter debuisset angi, & infelicissimam mortem timere: ibi námque cumulantur ad iustitiæ compensationem, quæ ad misericordiæ dissimulata sunt laudem. Ecquis hoc ait? facer profectò textus Abimelechi facta, mortémque describens: gehennalium ille furiarum instar fratres trucidauit, Numinis sui fanum incendit, contriuit Sichimitas, inuasit regnum, quin tot scelerum aliquod luerit supplicium; verùm è regno vitáque expunctus gemina morte interit, & tyrannidis fructum tulit? *Reddidit Deus malum, quod fecerat Abimelech contra Patrem suum interfectis septuaginta fratribus suis.* Impunitis lætabatur sceleribus, florebat potestate tyrannus; verùm persoluit omnia exactissimè moriturus, & quæ per totam vitam sparsa, in morte ad supplicium confluxerunt vnita, vt qui vixerat impunitus, oppeteret mortem miserrimus: *Super plagam illisionis lapidis* (verba sunt Tostati quæst. 53.) *quæ sufficiebat ei ad mortem, adhuc gladio percussus est ab armigero suo sufficiens alias percussiones, quæ ad mortem sufficerent, in quo dupliciter erat infelix: quia suscipiebat quasi duplicem mortem.* Tostat. Duplici morte interest, qui geminata fœlicitate refloruit, & quia viuens gloriabatur insaniâ, multiplici punitus est moriens pœnâ: ibi messuit ad supplicium incrementandum, quidquid in vita seminauerat ad sceleribus inseruiendum.

464 Isai. 6. v. 6. Isaiæ polluta silentio labia aduruntur cauterio: *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Cauterij dolore timiditas est punita, & irrationabilis taciturnitas castigata, cùm tamen dies ille, qui ærumnoso Lazaro impendere misericordiam contempsit, nec labia cauterio iniusta patiatur, nec doloribus diuexetur; imò dum quotidie epulari refertur splendidè, splendentéque purpurâ indui, salute denotatur constanti vsus, & prosperitate ornatus; hic tamen quem nec leuis manus, dum viueret, temperata flamma purgauit, vitâ expunctum ardor gehennalis adussit: flammas iam ardentissimas lingua sustinet, & corpus totum incendiis implacabilibus ardet: *Mitte Lazarum,* Luc. 16. v. 24. clamat, *vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Quid tunc dissertissimus Abrahamus? *Recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Calamitatis vixerat expers, cùm esset voluptatis, & criminis officina; ergo cùm nullam criminis pœnam sustinuerit in vita, opus erat soluere in gehenna. Quàm esset fœlix, si linguam viuenti flamma vstulasset, & cauterium labia adussisset; at dum maledicum sustinuit patientia, aggeratur defuncto flamma. *Lingua plus ardet,* scribit Chrysologus serm. 66. *quæ misericordia vt fieret, iubere neglexit: in lingua maius sentit incendium, quæ maledixit pauperi, pauperi misericordiam contradixit. Lingua in tormentis prima est, quæ derogando pauperi, pauperis blasphemauit auctorem.* Chrysol. Blasphemus vixit, inustus, & loquax & impunitus. Ergo dum per partes delictorum pœnam viuent non soluit, moriens simul collectam inuenit. Grande beneficium fuit Isaiæ linguam ad modicum tempus flammescere, grauis ira maledicam diuitis linguam effrænem permittere, quandoquidem dum non retardabantur delicta pœnis, augebatur pœna delictis.

Iob ipsa calamitate eruditus ligatam Domini manum timebat, & solui ad verbera infligenda ar- 465 Iob. 6. v. 8. denter desiderabat. *Quis det, vt veniat petitio mea, & quod expecto, tribuat mihi Deus?* Et quid expectas? Iam prodit: *Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succidat me.* Non veretur manum flagello armatam; sed dissimulatione vinctam: nouerat námque supplicij dilatione sæpè in hominibus culpam augeri; & pœnis vrgentioribus designari. Adest Gregorius lib. 7. Moral. cap. 7. Gregor. *Sæpè fiducia longæ prosperitatis inflati in quodam statu elationis erigimur: cùmque nos extolli conditor conspicit, sed amorem suum erga nos per verbera non exercet; quasi ad ferienda nostra vitia manum ligatã tenet. An non affectus sui manum ligauerat, cùm peccanti populo dicebat: Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te? Soluere ergo manum suam dicitur, cùm exercet affectum.* Verbera, dolores sunt diuini amoris indices: nam quem fræno calamitatis reducit ad semitam, erroribus liberat; quem verò veluti ligata manu pro appetitus placito & voluptatis arbitrio vagari effrænem relinquit, grauiori pœnæ disponit. Peccator si Domini manum ligatam conspexerit, timeat in futuro soluendam, vt si ad suppliciis corrigendum experiatur solutam, in futuro crediderit illigandam: *Soluere manum suam dicitur, cùm exercet affectum*: Amorem exercet, cùm nos laboribus expolit, cùm paupertatis ærumnis purgat, cùm iguetribulationis defæcat. Cain manum ligatam expertus est, cùm nequid pateretur, accepit signum: solutam Adamus, cùm de originis loco exulat, cùm pellitus orbi vt metallo datur, cùm tribulis & agriculturæ doloribus teritur.

Confirmet iterum veritatem hanc Iobus: *Et* 466 *hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore non parcat, nec contradicam sermonibus sancti.* Magna peccatori prudenti consolatio est, si in flagella paretur, & anxietatibus vrgeatur: nam qui perpe-

trasse

traſſe ſe ſcelera nouit, nec doloribus compenſauit, timore vritur:vt qui vapulat, ipſa delicti compenſatione lætatur. Audi Gregorium iam allegatum: *Electi quique, cùm perpetraſſe ſe illicita nouerunt; ſed perſcrutantes inueniunt, quia nulla pro illis aduerſa perpeſſi ſunt, in immenſa formidinis terrore tabeſcunt, pauore exæſtuant, ſiniſtris agitati ſuſpicionibus laborant, ne in æternum ſe gratia deſerat, quos in præſenti vita mali ſui retributio nulla caſtigat: timent, ne vltio, quæ ſuſpenditur, grauior in fine ſeruetur, ſeriri paterna correptione deſiderant, & dolorem vulneris medicamina ſalutis putant.* Medicina piè deſæuiens de ſcalpello, de ſinapis incendio creat dolorem, ſed de dolore cudit ſalutem; at ſi medicus nullo medicinæ præſidio ægrotanti ſubueniat, exiguo tempore medicinæ acerbitatem vitabit; ſed experietur & mortem. Hæc ergo iuſtorũ conſolatio eſt, in hac ſcil. vita affligi, nec futuræ reſeruari. En ipſis in doloribus, ærumniſq; grauiſſimis Iobus conſolationem inuenit: quia nouerat afflictionibus purgari, & æternæ fœlicitati expoliri. *Et hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcat.* Si dolor deeſſet, afflictio grauior viſiſſet; at dum affligitur, conſolatur: quia dolor reſeuipit iuſtum, dum voluptatis fallaciæ ſubtrahit caſtigatum. *Ac ſi aperte diceretur* (claudit noſtram theſim Gregorius) *Quia ideò hic quibuſdam parcit, vt eos in perpetuum feriat: ideò me hic feriat, vt non parcendo in perpetuum parcat: ex afflictione enim conſolor: quia corruptionis humanæ putredinem ſciens ad ſpem ſalutis ex vulnere certus reddor.* Quid aptius, & quid peccatori proſpero durius.

Gregor.

§. CVI.

Grauiſſima pœna eſt ſubire ad inimici arbitrium calamitatis ac doloris tormentum.

467 NOn ſemel quæ infortunium circumſtant, grauius incrementant: indureſcit aliquando obſtinatus animus ad dolorem, & cum calamitate luctatur pertinax, quantumvis aduerſæ fortunæ manu feriant contortæ ſagittæ, at ſi hoſtis æmuliuè calamitatem decernat arbitrium, ferátque ſententiã odiũ, ea acerbitate intimus percellit animũ dolor, vt vel pertinacia cedat, & durities anxietati ſuccũbat. Aduerſa ſors ab inimico decreta miſerabilior ſæpe & acerbior. Hinc, vt Sichimitæ tot ſceleru pœnas ſoluerent, vſque illos cumulatior dolor adurgeret, quæ Ioathan optauerat, ſuſtinuerunt, teſtante ſcriptura: *Sichimitis, quod operati ſunt, retributum eſt. Et venit ſuper eos maledictio Ioathan Filij Ierobaal.* Ea perpetrarant Sichimitæ ſcelera, quæ ad ſpeciem ſuppliciorum ſummam excederent: filios námque Ierobaal non ſolùm innocuos; ſed ob Patrem de Republica adeò benè meritum multis titulis ſuſpiciendos crudeli cæde conſumpſerant: in Regem mancerem ſalutarant, Dei ſui fanum nudarant auro, vt in Deum, & homines arma miniſtrauerint ambitionis delirio. Ergo vt dignas tantis flagitiis pœnas darent, ea ſuſtinuerunt tormenta, quæ illorum hoſtis imprecando prædixit, & prædicando decreuit; quò pœna illos grauior adureret, & acerbior calamitas diuexaret, ea ſuſtinuerunt, quæ Ioathan illorum inimicus fuerat imprecatus: & quidem Aduerſarij expletum votum mirè exaggerabat tormentum: *Maledictio impoſita ab iſto eſt*, ſcribit Abulenſis quæſt. 56. *qua habetur ſupra, ſcilicet quòd ſi Sichimita non rectè egerant ſumendo Abimelech in Regem, egrederetur ignis de Abimelech, & cremaret Sichimitas, & egrederetur ignis de Sichimitis, & cremaret Abimelech. Et ſic factum eſt, quia Sichimitæ perierunt gladio Abimelech.* Dum exoptatam à Ioathamo patiuntur pœnam, dum ab eo latam incurrunt mulctam, ſupplicio acerbiſſimo intereunt: quia plus illorum exulcerabat animos pati ab inimico diſpoſita, quàm ab alio illata, quantumvis eſſent grauiſſima. Abulenſis.

Humani generis hoſtis, qui noſter ob diuortium 468
æmulus, & ob Dei gratiam inuidus nihil non tentat, vt virtutem de mortalium corde expungat: hic ergo in Iobum patientiæ ſimulachrum inſurgit, & Iob.1.v.11
cunctis nudari petit. *Tange cuncta quæ poſſidet* (Deum procax alloquitur) *niſi in faciem benedixerit tibi.* Suſpicione obſcurat, paupertate confidit, & confuſis dolorum vorticibus naufragum credit; verùm Dominus, vt nitidiùs Iobi eluceret conſtantia, & ſæculis miranda hoſtem detrimo pharet patientia, non ſolùm annuit voto; ſed calamitatis executionem commiſit ipſi Aduerſario: Dixit ergo Dominus ad Sathan: *Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt.* Creuit patientiæ exercitium, dum inimicus pro iudice eſt: dum eius impletur votum, & contra Iobum furens ſine obice militat deſiderium: non ſic Iobus patientiæ extitiſſet exemplum, ſi ab alia manu ſuſtinuiſſet infortuniũ; at dũ pro Aduerſarij voluntate vexatus non ceſſit; ſed honeſtè induruit, patientiæ miraculũ venturis ſæculis luxit: mirè namque recrudeſcebat calamitas de artificis manu, & de mimici ſucceſſu. Innuit Origenes lib.1. in Iob: *Omnia quæcumque ſunt illi, do in manum tuam, vt cùm probauerit, cognoſcat, quia ſolus Iob valet reſiſtere vniuerſæ iniquitati, atque malitiæ tuæ.* Dæmon Iobi patientiam ruituram, procaci temeritate iactabat, ſi Dei manu vibrarentur in illum tela: *Tange cuncta, quæ poſſidet, niſi in faciem benedixerit tibi*: vtque deferientis manu recrudeſcens dolor contumaciã tolerantiã conſtantiãque cumulatiſſimam vltra opinionem proderet, ac vulgaret, noluit Dominus Iobum ſua manu ferire; ſed hoſtis arbitrio feriendum tradere: *Ecce omnia quæ habet, in manu tua ſunt.* Si Dei manu Iob ferretur, forſitan inimicus aliquam doloris circumſtantiam defuiſſe imprudenter allegaſſet, quò patientiæ elogium minuiſſet; ergo vt nihil defuerit, Iobus non ſolum ſuſtinuit calamitatem, ſed ab Aduerſario diſpoſitam, & ab hoſte virulento decretam. Præmiſerat Origenes. *Ecce*, inquit, *omnia quæ habet, dedi in manum tuam, ecce omnes tibi ademi occaſiones, ecce non habes contradictionem, ecce non habes vllam replicationem, ecce non habes excuſationem.* Si ærumna ab inimico non taxata Iobum afflictaſſet, doloſitas opponeret de manu fuiſſe leuiorem; ergo vt nullam habeat excuſationem malitia, vtque mirè eluceat patientia, Iobus ſcopus eſt, quo inimicus dirigit tela, & pro arbitrio duriſſima decernit ſupplicia. Origen.

Fortaſſe, ne quid Chriſti Domini patientiæ de- 469
eſſet, notauit Sanctus Lucas inimicorum traditum voluntati: exertis vocibus Barabbam delegerant, & Chriſtum ligno poſtulauerant; Pilatus ſic inter timorem & adulationem diuiſus errauit cæcus, vt dum refugit ſententiam proferre, innentus ſit aggrauare: *Ieſum*, inquit, *tradidit voluntati eorum.* Luc.23.v. 25.
Quàm durum fuit ſententiam inſtinere ab inimicorum odio, æmulorúmque deſiderio! ſtipes acerrimos

Digitized by Google

rimus corpus dilacerabat, sed mors pro inimicorum voluntate decreta animum vehementissimè
Tertul. percellebat. Huc voco, quod aiebat Tertullianus de patient. cap. 3. *Mira æquanimitas: qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est.* Subnectit ingeniosissimè: *Hinc vel maximè Pharisæi Dominum agnoscere debuissetis: patientiam huiuscemodi nemo hominum perpetrasset.* Dum pro Aduersariorũ placito corona texitur, & imponitur, dũ ab ipsis deridendi modus præscribitur, dum illuditur, pleno patientiæ cumulo fruitur, & mira patiendi fames dolentibus saginatur. Quia saginati voluptate patiendi voluit, pro inimicorum arbitrio sustinuit pœnam, quo cumulauit admirandam sæculis tolerantiam: *Saginari voluptate patiendi*, addit Septimius, *discessurus volebat.* Itaq; vt se vsque ad voluptatem satiarit pœnis, non solùm voluit figi; sed Aduersariorum placito tradi, quandoquidem grandi erat opus tolerantia ad supplicia Aduersariorum voluntate decreta: *Voluntas*
Euthym. *eorum erat*, scribit Euthymius, *vt crucifigeretur.*

470 Deus, vt ingratissimam hæreditatem suam digna plexuerit mulctâ, non tolùm eam dereliquit, quod grauissimum supplicium erat; sed inimico-
Ierem 12. v.7. rum arbitrio tradidit: *Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam in manu inimicorum eius. Facta est mihi hereditas mea quasi Leo in sylua: dedit contra me vocem: ideò odiui eam.* Hebræorum populus, quem verus Ionathas vti animam suam diligebat, feritatem Leonum mutuatus factorem suum impetiuit blasphemiis, & idola sumptuosis excoluit aris. Ergo vt dignas pœnas deposceret, non flammarum cælitus immissis vorticibus vstulauit; sed
Lyra. hosti obtulit: *Dedi dilectam animam*, scribit Lyra, *id est, ita mihi dilectam, sicut est anima mea, in manus inimicorum, id est, Nabuchodonosor, & exercituum eius.* Vt erat scelestissima culpa; ita respondere debuit durissima pœna, vtque durior angeret, pro inimici voluntate taxata est: *Dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius.* Quò noueris, quam acerbum sit sustinere, quod hostis discupit, expende ad vlciscendam Christi Domini mortem Hebræum non traditum Leoninis vnguibus dilcerpendum; sed pro inimici placito discruciandum.

471 Israelitæ in eam deuenerunt calamitatem, vt eius fuerit vmbra rubus voracibus flammis cinctus, & vorticibus ignium obtectus: *Apparuit ei* Exod. 3. v. 2. *Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Rubo ignescente veluti æmgmate populi miseriam adumbrari testatur Philo lib. 1. de vita Mosis: *Sig-* Philo. *nificabat ardens rubus oppressos iniuria; vrens verò ignis oppressores.* Cum multiplicibus populus calamitatibus per longa temporum interualla fuerit diuexatus; imò & attritus, nullibi præterquam hic inuenies flammanti, ignescentique rubo adumbrari. Quod si huius discriminis causam inquiras, ea mihi se offert, laborem videlicet eis in Ægypto ab inimicis impositum, & ab ardentibus odio taxatum. Textum audi: *Oderant filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti & lateris.* O quàm erat luctuosus & acerbus luti labor, quando taxa pro inimicorum erat arbitrio, ac pro insanis odij flammis insanientium desiderio! *Præfecti operum instabant dicentes: complete opus vestrum* Exod. 5. v. 13. *quotidie.* Mensuram laterum complendam decreuit furor, numerum præscripsit æmulationis ardor; ergo calamitas id erat generis, vt eius vmbra ardentissima fuerit flamma: *Posuerat rex quandam mensuram laterum*, inquit Abulensis quæst. 4. in fin. Abulens. *Quos Hebræi quotidie facere debebant.* Serpentinis dentibus arrosi dolenter adeò non ingemiscunt, & si mortem oppetant, asserente scriptura: *Misit Do-* Num. 21. *minus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum venerunt ad Moysem, atque dixerunt: Peccauimus*; at vbi odium decernit laboris mensuram, vbi pro arbitrio reposcit pœnam, ingemunt dolore attriti, & vltra modum vexati. Ecce vbi dilacerati pereunt, acris adeo dolor, & clamor lachrymabilis non exprimitur, cùm mensura pressi laterum ingemiscant, ve hementérque doleant: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto*, testatur Dominus, *& clamorem eius audiui.* Hic Exod. 3. v. 7. rubi ad instar calamitatum voluminibus impetuntur, hic anxijs clamoribus vociferantur: serpentinis arrosi venenis dolent, non tamen adeò afflicti referuntur clamasse, nec clamoribus aures percussisse: nec mirum, cum serpentes non inimici manu fuerint immissi, & lateres ab odio fuerint taxati: est enim durissimis acerbior pœna ad arbitrium odientis diuexari, & ad eius votum affligi.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT DECIMVM.

VERS. 1. POST Abimelech ſurrexit dux in Iſrael Thola filius Phura Abimelech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim. 2. & iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis, mortuúſque eſt, ac ſepultus in Samir. 3. Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos. 4. Habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & Principes triginta ciuitatum, quæ ex eius nomine ſunt appellatæ Hauoth-Iair, id eſt oppida Iair, vſque in præſentem diem in terra Galaad. 5. Mortuúſque eſt Iair, ac ſepultus in loco, cui eſt vocabulum Camon. 6. Filij autem Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis Baalim, & Aſtaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthiim: dimiſeruntque Dominum, & non coluerunt eum. 7. Contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Philiſthiim, & filiorum Ammon. 8. Afflictíque ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, qui eſt Galaad: 9. in tantum, vt filij Ammon, Iordane tranſmiſſo, vaſtarent Iudam, & Benjamin, & Ephraim: afflictúſque eſt Iſrael nimis. 10. Et clamantes ad Dominum, dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum noſtrum, & ſeruiuimus Baalim. 11. Quibus locutus eſt Dominus: Numquid non Ægyptij, & Amorrhæi, filiíque Ammon, & Philiſthiim. 12. Sidonij quoque, & Amalech, & Canaan oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum? 13. Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: id circo non addam, vt vltra vos liberem: 14. ite & inuocate deos, quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tempore Anguſtiæ. 15. Dixeruntque filij Iſrael ad Dominum: Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet: tantum nunc libera nos. 16. Quæ dicentes, omnia de finibus ſuis alienorum deorum idola proiecerunt, & ſeruierunt Domino Deo, qui doluit ſuper miſeriis eorum. 17. Itaque filij Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria, contra quos congregati filij Iſrael, in Maſpha caſtrametati ſunt. 18. Dixerúntque principes per Galaad ſinguli ad proximos ſuos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

§. I.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 1. Poſt Abimelech ſurrexit Dux in Iſrael Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim.

Verſ. 2. Et iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis, mortuúſque eſt, ac ſepultus in Samir.

1 ISraelitæ cùm experti fuiſſent ingentiſſima detrimenta, dum qui populo præſit, non eligunt modo electionem accelerarunt, & ne quis eiuſdem ac Abimelechus ingenij tranquillitatem turbaret, eum elegerunt, qui animi placiditate, prudentiaque tot cladibus attritæ Reipublicæ poſſet ſalutem afferre, perturbationéſque propulſare. Nec ſtudio fraudati ſunt, quandoquidem dux hic tranquillè gubernauit, & pacifice floruit. Septuaginta ſic habent: *Et ſurrexit poſt Abimelech, qui ſaluum faceret Iſrael.* Hebræus: *Vt ſaluum faceret Iſrael.* Chaldæus paulò aliter: *Ad liberandum Iſrael.* Non poterat ſibi plauſum non conciliare, qui peruerſo adeò ſucceſſerat, quandoquidem dum prædeceſſori eſſet diſſimilis, ab omnibus haberetur cœleſtis. *Hæc* (aiebat Caſſiodorus 7. var. 15. iudicem alloquens) *cùm tu ſub tanto iudice laudata perageres, gratiam quoque loci alterius inuenisti: dictationibus enim probaris adhibitus, cùm ſit offenſionibus alter expulſus.* Saluator habitus eſt; qui Abimelecho ſucceſſit, dum rationabilitet gubernauit. Surrexiſſe dicitur non ſucceſſionis iure; ſed populi delectu, atque acclamatione. Ex alia familia tribúque fuit, vt illam dignitatem nulli tribui adſcriptam; ſed virtuti ſolùm intelligamus adnexam. Interpretes iure putant ſaluatoris nomen ſortitum: quia etſi bellum non ingruerit, ne ingruere poſſet, prouidit, & ambitioſam temeritatem frænauit populúmque ad veram religionem, & gubernationis modum reduxit. Grauior difficultas eſt, quomodo eſſe potuerit Phua, qui

Septuag.

Hebr.

Chald.

Caſſiod.

Digitized by Google

qui Tholæ pater dicitur, Abimelechi patruus, quandoquidem Gedeon ex tribus Manaſſe ortum conſtat, & Phua ex Iſſachar: quod germanis videtur non congruere. Ob hanc difficultatem exiſtimauit Caietanus nullam conſanguinitatem inter Phuam, & Abimelechum interceſſiſſe, atque in Hebræo non inueniri, *Filius Phua patrui Abimelech*; Sed *Filius Phua filij Dodo viri de Iſſachar.* Hanc litem aliis dirimendam relinquit Arias Mõtanus. Nicolaus de lyra ſic rem componit, videlicet quod mater Gedeonis maritum vnum duxerit de tribu Manaſſe, ſcilicet Ioas, de quo ſuſcepit Gedeonem, & maritum alium altero demortuo de tribu Iſſachar, de quo ſuſceperit Phua patrem Thola: vnde Gedeon & Phua ex parte matris fratres erant; pertinebant tamen ad diuerſas tribus: quia filij non matrem; ſed patrem ſequebantur: vnde Phua ex parte matris erat Abimelechi patruus; ex parte verò patris ad Iſſacharitas pertinebat. Iam ſi obiicias vetitum fuiſſe mulieribus Numer. 37. capite viros de aliis tribubus ducere: reſpondebit legem illam intelligi de fœminis ſuccedentibus in paterna hæreditate ob defectum filiorum. Ab hac opinione non diſſentit Abulenſis. Aliam, etſi minorem, difficultatem habitationis locus ingerit: nam cùm hæreditates non poſſent confundi, & habitaſſe dicatur Phua in Samir montis Ephraim, videntur aut hæreditates confuſæ, aut tribus mixtæ. Aliqui reſpondent habitaſſe Samir non incolam; ſed aduenam: vnde cùm ibi non habitauerit poſſeſſionem, non ſequitur tribus fuiſſe mixtas, aut hæreditates confuſas. Abulenſis quæſtione 6. me videri meliùs reſpondet, videlicet quòd Samir ciuitas pertinebat ad ſortem Iſſachar; dicebatur tamen mons Ephraim, quia maior pars & præcipua pertinebat ad Ephraitas. Lyræ Abulenſique aſſentior: ſic namque videntur lites concordari, & difficultates omnes componi.

Caietan.

Verſ. 3. Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos.

Verſ. 4. Habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Hauoth-Iair, id eſt, oppida Iair, vſque in præſentem diem in terra Galaad.

Verſ. 5. Mortuúſque eſt Iair, ac ſepultus in loco, cui eſt vocabulum Camon.

2 Videtur vir huic non ſolùm ob virtutem; ſed etiam ob diuitiarum copiam & opulentiam dignitatis munus delatum, quandoquidem magni intererat Reipublicæ adminiſtratorẽ copioſum ſortiri: ſic namque meliùs, incorruptiúſque dignitatem quibat adminiſtrare, aduerſarióſque deterrere. Hic ergo filiorum cenſu abundabat, qui adeo erant robuſti, ad militiámque, ſi occaſio adurgeret, apti, vt equitandi haberent peritiam, & experientiam: is erat etiam patet, qui omnem tergiuerſationis occaſionem filiis abſtulerit, ſingulis ciuitates ſingulas aſſignans, nec otiari permittens. Tot ſuſcepiſſe filios non erat difficile, cùm tunc vxores habere plures non prohibitũ. Septuaginta addiderunt filiorum numero aliosduos: *Erant ei triginta & duo filij.* Huius varietatis rationem non inuenio. Abulenſis quæſtione 9. ex Hebræo legit, *Principes triginta viculorum, vel rurum*: confirmátque ipſo nomine *Hauoth*, quod ſignificat viculos: dicuntur ergo ciuitatum principes, quia ibi officium iudicaturæ exercebant, vel quia vti principes filiique iudicis, ibi dominabantur. Poſt mortem ſepultus eſt Iair in Camon, qui locus eſt in terra Galaad in ſorte Manaſſe: indéque videtur traxiſſe originem, cùm Hebræi in Maiorum ſuorum ſepulchro conderentur.

Septuag.

Abulenſ.

Verſ. 6. Filij autem Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis Baalim, & Aſtaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon. & Philiſthiim. Dimiſerúntque Dominum, & non coluerunt eum.

3 Iſraelitæ cùm à relatis iudicibus fuerint in officio contenti, & auſteriori diſciplina frænati, illis iam demortuis vti ſtagnantes aquæ amotis repagulis præcipiti irruptione fluxerunt, & quidquid apud alias nationes cæco errore cultum, idololatriæ libidine congregarunt. Septem hîc idololatriæ ſcelera referuntur, quia ſeptem gentium diis deteſtandum cultum offerebant, & adorabant. Baalim & Aſtaroth habebantur vti vniuerſaliores dij, Syrorum, Sidoniorúmque peculiares erant, Sidoniorum præcipuus erat Aſtarthes 3. Reg. 11. Moabitarum Chamos, vt ex eodem loco conſtat. Philiſthinorum dij erant Dagon & Beelzebub. His ergo omnibus vnico verò Deo excepto offerebant Sacrificia, & exhibere procurabant obſequia. Ergo Deus ipſa in ira miſericors eos Philiſthinis, Ammonitiſque ſubiecit, vt ſubiectione reprimeret, & ad ſaniorem mentem afferret.

Verſ. 7. Contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Philiſthiim, & filiorum Ammon.

Verſ. 8. Afflictíque ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, qui eſt Galaad.

Verſ. 9. In tantum, vt filij Ammon, Iordane tranſmiſſo, vaſtarent Iudam, & Beniamin, & Ephraim, Afflictuſque eſt Iſrael nimis.

4 Omnem videbatur fidem excedere homines à vero Deo tot beneficiis affectos, tot calamitatibus liberatos ſic deſipuiſſe, obbrutuiſſéque, vt inania ſimulacra victimis, hoſtiis, muneribus conciliare ſibi auidiſſimi procuratint, & verum Deum deteſtabili obliuioni tradiderint; eo tamen diſciplinæ tædio, eo liberioris vitæ Hebræi afficiebantur ſtudio, vt non ſolùm ratione, ſed experientia etiam reclamante conſcientiam corruperint, & idololatriam vti veram religionem ſuſceperint. Ergo Deus, vt ipſa vexatione ad intellectum reduceret, hoſtibus duriſſimè diuexandos conſultò tradidit. Traditionem hanc ſummo iure factam Septuagintinga explicant, dum ſic vertunt: *Et iratus eſt furore Dominus in Iſrael, & vendidit eos*

in

in manu Philiſthiim, & in manu filiorum Ammon, & tribuerunt, & fregerunt filios Iſrael. Qui rem aliquam vendit, eius poſſeſſione ſe abdicat, & in alterius dominium transfert. Ergo vt noueris Deum ſe quodammodò Iſraelitarum gubernatione abdicaſſe, & mancipiorum ad inſtar Philiſtinis, Ammonitiſque tradidiſſe, vſi ſunt Septuaginta venditionis verbo. Hebræus textus ſic habet: *Exarſit naſus Domini in Iſrael.* Quæ omnia denotant Dei iram ſummè offenſam, exaſperatamque. Ergo gregem lupis dilacerandum tradidit, quin eius tutelam ad ſpeciem ageret, aut curam ſubiret. Venditi igitur fuerunt tanquam duris dominis, eis ipſis, quos ſocios & amicos conciliare ſibi ſtuduerant, & quorum, quò plus demererentur, religionem affectauerant. Textus afflictos vehementer ait, denotant quaſi de lapide emptos Iſraelitas fuiſſe deſpectos: imò gaudio Philiſthinis, Ammonitiſque eſſe videre vaſtatos. Huius tribulationis tempus & qualitas expreſſa ſunt. Ammonitæ direptionis cupiditatem recuperationis nomine colorabant; imò Iſraelitas ea in regione degere ægrè ferebant, tantúmque audaciæ ac roboris Ammonitis accreuerat, vt non ſolùm vicinas tribus premerent; ſed etiam citra Iordanem iacentes continuis irruptionibus infeſtarent: ergo Hebræus geminis hoſtibus impetitus, & fractus ſolùm viuebat, vt hoſtium eſſet præda, & grauiori ipſa morte vteretur vitâ.

Hebræus.

§. 11.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 10. Et clamantes ad Dominum dixerunt: Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum noſtrum, & ſeruiuimus Baalim.

Verſ. 11. Quibus locutus eſt Dominus: Numquid non Ægyptij, & Amorrhæi, filiique Ammon, & Philiſthiim,

Verſ. 12. Sidonij quoque, & Amalec, & Chanaan oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum?

Verſ. 13. Et tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: idcirco non addam, vt vltra vos liberem.

Verſ. 14. Ite, & inuocate deos, quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ.

5 HEbræi continuis calamitatibus attriti, & ab hoſtibus ferè deuorati diuinam opem ſupplices imploratunt, & oblatis victimis Numinis indignationem placare cœperunt: rogabant obnixè, vt eorum nuſertus iram finiret, aut ſaltèm temperaret. Primum illis curæ fuit apertæ confeſſionis interno dolore coniunctæ vocem emittere, & anteacta apertiſſimè deteſtari. Opem implorantibus reſpondit Dominus: per quem, aut quomodò textus non exprimit. Caietanus autumare non audet. Hebræi per Phinees oraculum edi-

Caietan. Hebr.

tum exiſtimarunt. Lyra putat per aliquem prophetam reſponſum editum, alij per Angelum. Probabilius videtur per prophetam ſacrilegam illorum leuitatem, exoculatam ingratitudinem recenſitis beneficiis exprobraſſe, duréque carpſiſſe. Ad id ergo enumerat ſeptem hoſtium nationes, à quorum violenta tyrannide, belluináque feritate ſæpe ſæpiùs eripuerat, quin aliam mercedem fuerit conſecutus, niſi nouam maioremque ingratitudinem, & præcipitem ad idolorum cultum tendentem artificioſis, & induſtriis nouitatibus cæcitatem. His addebat dedecere prudentem poſt tot experimenta operam perdere, & ingratorum audaciam alere. Ergo ſeriò ad ſpeciem aſſerit ſe illos nunquam iam liberaturum: *Non addam, vt vltra vos liberem.* Quæ comminatio ſub conditione, vt placet Lyrano, aut, vt Caietanus putat, ſecundum præſentem iuſtitiam intelligenda eſt: nam cùm adhuc retinerent idola, indulgentiam non merebantur. Idem ſentit Toſtatus quæſtione 27. Itaque vt nauigantes retento Iona, etſi clamarint, tempeſtatem non exterminabant, nec periculum effugiebant; expulſo verò ac voragini tradito portum in medio pelago ſibi effecerunt; ſic iſti non eliminatis idolis auxilium clamoribus quæritabant; ſed clamore tantum non poterant. Ad idola eos mittit non conſulens; ſed exprobrans, & irridens. Ironicè locutum teſtatur Caietanus, adſtipulatur Abulenſis quæſt. 28. & noſter Serarius quæſtione 6. Hæc figura in pronuntiatione conſiſtit, quandoquidem profetendi modus aliud intimat, & exprimit, quàm ipſa verba ſignificent, & ſonent. Itaque quòd videtur aſſerere verbum, denegat prolatio. In tempore anguſtiæ ab idolis auxilium petere, irriſoriè monet, quaſi dignum ſit, vt quibus ridente fortuna impenderunt cultum, aduerſa ſorte efflagitarint auxilium. Verùm cùm ſolus Deus omni tempore ſit fidelis, ab ipſo ſolo implorate opem inſtiterunt.

Tyra.

Verſ. 15. Dixerúntque filij Iſrael ad Dominum: Peccauimus: redde tu nobis quidquid tibi placet: tantùm nunc libera nos.

Verſ. 16. Quæ dicentes, omnia de finibus ſuis alienorum deorum idola proiecerunt, & ſeruierunt Domino Deo, qui doluit ſuper miſeriis eorum.

Etſi acri fuerint reſponſione obiurgati, cùm 6
hoſſent Deum ipſa in indignatione miſericordiæ recordari; iteratis clamoribus pietatem eius pulſarunt, quoque facilius promererentur fauorem, nullam idolorum imagunculam in omni populo reliquerunt; imò quàm longè amandarunt: vtque quam verò firmóque propoſito fuerint modò amplexi virtutem, declarent, hac tantùm vice liberari exorant, quaſi exinceps opus illis non ſit ſimili ope, quandoquidem non illigabuntur errore ſimili. Corrigendi, comprehendique mores, & patrios, ſacroſque ritus legitimè inſtaurandi ſtudioſos, verâque pœnitudine expiatos diuina miſericordia & benignitas amplexa eſt: *Doluit ſuper miſeriis eorum*, id eſt diſpoſuit eos de miſeriis eruere, ad meliorémque fortunam transferre. Abulenſis ita explicat qu. 29. *Id eſt, doluit Deus quòd Iudæi tam miſerabiles facti eſſent, ſcilicet quia nimis vaſtati, & afflicti erant.* Abulenſ.

Verſ. 17.

Digitized by Google

Vers. 17. Itaque Filij Ammon conclamantes in Galaad fixere tentoria: contra quos congregati Filij Israël, in Maspha castrametati sunt.

Vers. 18. Dixerúntque Principes Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis contra Filios Ammon cœperit dimicare, erit Dux populi Galaad.

7 Ammonitæ, quibus erat animus Galaad terram iniustè, vt ipsi putabant, olim sibi ablatam restituere, cùm modò nomissent idola sua abiecta, vindicandæ Religionis zelo denuò inflammati copiosa manu inuadere Galaaditas aggressi sunt: paulò antè excursionibus rapinisque Galaaditas vexabant; modò verò pœnitus delere, ac vastare prorsus molliebantur, nec sibi fortunatè successurum dubitabant, præcipuè cùm occupassent, cæpissentque vrbem Galaad, quæ totius regionis caput erat. Illud. *Conclamantes* sic interpretatur Arias Montanus, vt videlicet per præcones conuocauerint, collegerintque milites omnes, qui variis in locis dispersi erronéque Galaaditas affligebant, & continuis vexationibus molestabant. Fortè alienum à veritate non fuerit eâ Ammonitas fiducia, eáque audaciâ bellum hoc fuisse aggressos, vt ante certamen sibi de victoria plauderent, & repetitis acclamationibus congauderent. Principes Galaad, cùm res summè adurgeret, vt potuerunt, adlegerunt milites, cúmque Imperatore carerent, decreuerunt, vt qui primus inimicos fuisset adorsus, Dux ab omnibus haberetur. Hoc præmio cupiebant animos suis facere, honestámque audaciam indere, quandoquidem honor & lucrum mortem ipsam contemnere sæpè docent, & proculcatis periculis audere suadent.

Montan.

§. III.

Dum superior nihil aliud est, quàm officium, de populi salute immortale sibi elaborat elogium.

8 DEus rubo flammis cincto, eísque ad instar vndarum flondo Moysi oues agenti deserto apparuit, & ad populum educendum misit, cúmque Moyses fidem sibi à populo non faciendam opponeret, sic adiecit: *Hæc dices Filiis Israël: Dominus Deus Patrum vestrorum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit ad vos: hoc nomen mihi in æternum.* Cum multis, & quidem magnificis gloriam suam potuerit nominibus indicare, si inquiras cur se Deum Abrahami, Isaaci, & Iacobi maluerit dicere, & eo præ aliis nomine decorari: respondebit Abulensis nomen id protulisse, vt dum audit populus solo munere ornari titulo, non dubitet libertandum fore de ergastulo: solius muneris fecit mentionem, vt indubium populo salutis præberet auspicium, & sibi immortale lucraretur elogium: *Deus Abraham*, inquit Abulensis, quæst. 8. *quia populus eius specialiter electus incepit in Abraham, cui facte sunt repromissiones, & semini eius.* Dum se Deum Abrahami dicit, à promissionis adimplendæ cura, ab studióque regiminis mutuatur titulum, & dum solicitè attendit muneri, excudit etiam elogium; quod in Tholæ electione etiam videtur expressum. Post Abimelechum Dux Thola clauum accepit: *Post Abimelech surrexit Dux in Israel Thola.* Septuaginta Saluatoris nomine insigniunt. *Surrexit post Abimelech, qui saluum faceret Israel.* Iam si inquiras vnde cunctis futura salus conciliatur: respondebit Caietanus, ex eo quod nullius tituli præter muneris mentio facta est, quasi Thola nihil aliud fuerit, quam Iudex; ergo dum se consecrat muneri, dum cuiuis alij se subtraxit occupationi, dum negauit vanitati, plebs & tranquilla floruit, & optimo regimine viguit. Adest Caietanus. *Nullius tituli Ducis, aut Principis; sed officium saluandi describitur.* Vbi ab officio solùm Thola dignoscitur, & salus populo præparatur. Profectò si fastigium inscendentes honoris solùm gloriam exambiant, obliti muneris, rectique regiminis, non fortitur plebs salutem; sed luctuosam sustinebit calamitatem: ille probatur Reipublicæ commodus, qui à munere rite peracto nomen & laudem sortitus.

Exod. 3. v. 15.

Abulens.

Septuag.

Caietan.

Isaias, vt læta populo denuntiarit, sic aiebat: *Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini,* &c. Addit. *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Quid tunc? *Habitabat lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit.* Stabilis adeò pax, secura adeò tranquillitas denuntiatur, vt agnus feritatis non expaueat violentiam, & Leo truculentam exuat naturam: & hoc totum quia egredietur ad regimen virga: cumulatior spes videbatur fouenda, si Princeps recens natus appellaretur, & tamen Isaias, vt spes foueat, non ait regiam thronum inscensuram personam; sed egressuram virgam: & iure, inquit Hieron. nam dum virgæ nomine designat Christũ, fœlicissimum populo præducit statum puer nascitur regali claritate conspicuus, & nobilissimæ venæ antiquitate exornatus; at vocatur virga, quasi solùm floreat muneris virga, & ignoretur persona: quod adeò certum erat fœlicitatis auspicium, vt Isaias ad tristitudinem depellendam maluerit dicere, egredietur virga, quàm exoritur persona. *Virgam & florem Iudæi ipsum Christum interpretantur*, ait Hieronymus, *quia in virga regnantis potentia, in flore pulchritudo.* Consonat Glossa Moralis: *Caput istud litteraliter exponitur de Christo; moraliter autem potest expoui de bono ipsius Vicario, scilicet de bono Papa in tota Ecclesia, & Episcopo bono in diœcesi vna, & primò quantum ad eius creationem, cùm dicitur: Egredietur virga, id est, bonus Pastor.* Si Pastor suum munus sit, si totus rationabilis ardor, & totus cordatus zelus, mira tranquillitate greges fruuntur, & incrementis augentur; verùm si nihil minus fuerit, quàm munus, pax exulat, rapina viget, & calamitas floret. Immarcescibili virga laude coronatur, dum bouem cum pardo cõcordat, dum Leonis truculentiam frænat, dum agni salutem curat. Huc voco quod aiebat Cassiodorus 5. var. 4. *Quæstore instio innocentium conscientia sit secura, improborum tantùm vota reddantur anxia, & cum malis subripiendi spes tollitur, studium bonis moribus adhibetur: vnicuique propria custodit, pecunia continens, aquitatis profusus, nescius decipere, promptissimus subuenire: ingenio Principis seruit, qui vniuersa superat: illius ore loqui cogitur, cui nullus similis inuenitur.*

9

Isai. 11. v. 1.

Hieronym. Glossa.

Cassiod.

Dei nuntius Samsonis Matri depulsa sterilitate suscepturam Filium promiserat, cúmque vxor maritum diuini promissi participem fecisset, & ille ab ipsius

ipsius nuntij ore erga pueri educationem instrui desideraſſet, iterum apparuit Angelus: Manue certior de omnibus factus nuntij nomen
Iudic. 13. v. 17. ſciscitatur: *Quod eſt tibi nomen?* Ad quæ Angelus: *Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?* Nomen ſortitur admirabile, dum nullo nomine inſignitur; ſed, provt ratio dictat, omnibus nominibus adaptatur. Si Angelus peculiare ſibi nomen aſſumeret, quod naturam oſtenderet, aut honorem conciliaret, non adeò mirabilis fuiſſet; at dum ab ipſis actionibus mutuatur vocabulum, & certum præbet fœlicitatis indicium, quandoquidem nequibat eſſe non ſalutaris, qui ſolum erat muneris adimpletio, & adimpletionis ſolicitudo: *Angelus loquitur in*
Hugo. *perſona ſua*, exponit Hugo Cardinalis, *quaſi dicat: Quotidie mitter ad diuerſa officia, à quibus diuerſa contraho nomina, vnde modò habeo vnum nomen, modò aliud; & ideò nomen meum mirabile eſt.* Angelus ita exercebat munus ſibi iniunctum, vt ipſum vice nominis ſortiretur officium, & inde traheret elogium, vnde impleuerit miniſterium. Ergo hoc eſt cœleſtis nuntij ac miniſtri ſaluberrimi nomen ſæculis decantandum, videlicet eſſe quod ratio poſtulat, & æquitas mandat: ſuperior, qui nomen ab actione non ſortitur, quique ſe nil aliud eſſe præter munus non arbitratur, aliquando forſan cæco amplificandi nominis deſiderio, inferet violentiam officio, at qui munus eſt, ne ſe negarit, munus implere ſtudebit. Ergo Angelus ab actione ſortiatur vocabulum, vt cunctis fuerit exemplum. Dum ſolùm pro nomine habet munus implere, & quidquid iniunxerit ratio, ſolicitè abſoluere, nomen habet admirabile, quod nullo alio circumſcribi poterit nomine. Sumptuoſius Angeli nomen eſt munus exactè adimpletum, & officium ritè abſolutum: vt noueris ſuperiorem, ſi munus fuerit, nomen ſortiri mirabile, & ſubiectis ſemper ſalubre.

11 Andreas vera Fratrem charitate complectens
Ioan. 1. v. 41. ad Chriſtum, quem iam ipſe nouerat, ducit: *Adduxit eum ad Ieſum* Chriſtus Dominus nomen antiquum nouo nomine commutauit, & Petrum vocandum dixit. *Intuitus autem eum Ieſus dixit: Tu es Simon Filius Iona, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Quid Dominus intenderit nouum nomen indens, explicuit ad Matthæi 16. videlicet Eccleſiam eius curæ delegatam firmiter adeò ſuper Petram ſtabile, vt nullis ventorum flatibus valuerit concuti, aut infernorum adſultibus elocari: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt*
Matth. 16. v. 18. *aduersus eam.* Dum Petrus ipſum munus nominis vice ſortitur, dum cæteris antelatus antiquum nomen dediſcit, nec eſt aliud quàm firma Petra ad ſubiectos ſuſtinendos & ſolidandos gemit infernus, & floret ſubditus. Non prævalebunt inferi; ſed inconcuſſa perſeuerabit ſemper Eccleſia Petræ ſoliditate fundata: quia Petrus ſolùm eſt Petra: & quidem dum Chriſtus nomen ab officio indidit, ſuperiorem, qui nihil aliud, quàm munus eſt, ſubditis ſalutarem edocuit. Petrus, etſi antiquum nomen depoſuerit, innominatus non deliluit; imò nomine glorioſiori radiauit: *Petrus efficitur*, inquit
Theophyl. Theophylactus ad Ioannis 1. *per obedientiam proficiens, vt firmetur in bono.* Dum obedit, dum humeros ſubiicit, dum Petræ ad inſtar. quod ſuperædificatur, ſuſtentat, æternum ſibi acquirit elogium, & ſubditi procelloſis tempeſtatum turbinibus à Dæmone intentatum mitè fruſtrantur naufragium. Dum Petrus nihil aliud eſt quàm munus, dumque à munere ritè abſoluto vocatur Petrus, exulat omnis calamitas, & arridet omnis proſperitas. Nil valent inferorum inſidiæ in ſubiectos, quos ſuperior Petra defendit. O vtinam qui dignitatum luminibus fulgent, nil aliud præter munus eſſent. Certè magna ſubiectis reſultaſſent commoda, & ipſis ſuperioribus elogia ſæculis decantanda. En Simon. *Petrus efficitur per obedientiam proficiens, vt firmetur in bono.* Dum obediendo proficit, dum proficiendo munus exercet, Petri aſſequitur ſibi gloriam, & inferis adducit miſeriam.

12 Inter alias, quas Chriſtus Dominus ad informandos hominum mores texuit parabolas, tres, & quidem celebres, apud Lucam inueniuntur: Paſtorem inducit amiſſam ouem anxiè quærentem, vtque ad caulas reducat, quodammodò deerrantem:
Vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam. Luc. 15. v. 4. Mulier perditam Drachmam accenſa face perquirit, & inuenit. Pater redeuntem Filium recepit. *Accurrens cecidit ſuper collum eius.* Et cur pientiſſimi adeò Patris nomen non referat? Cur mulieris taceat? Cur Paſtoris non promat? Nomen celare, quando opera homine indigna, eſt laudabilis charitatis induſtria, & imitanda cautela; at vt decorum eſt delinquentium nomen tegere, ita videtur indecorum ſtrenuorum tumulare. Cur ergo Dominus nec Patris, nec Paſtoris nomina expreſſit; ſed tacuit? O ſapientiam immortalem! Ab ipſis operibus nomen illis procudit: & Paſtor bonus vocatur, & Pater, dum munus ſolicitè impletur, Antonomaſticè Pater dicitur. Quàm fœlices fuerunt prodigus, & ouis, dum prodigus Patrem ſortitur, qui ſolùm eſt Pater, & ouis, qui ſolùm ſit Paſtor, ſortitur etiam Paſtorem. Certè ſi Paſtor Principum aulas ambitioſè tereret, ſi in ambiendis dignitatibus tempus inſumeret, ouis periiſſet luporum dentibus lacerata, aut obſcuris vallium latebris ſepulta; at dum nil aliud eſt, quàm officium, montes obit, campis exerrat, valles luſtrat, & tamen ouem inuenit, eiuſque inuentionem defatigationis cenſet leuamentum, & præmium ſubieciſſe ad portandum humerum. O fœlicem ouem! ô fortunatum Drachma! ô inuidendum ſæculis Filium! Quàm ab humero excuteret Paſtor morbidam, ſi munus aliud ambiret! quàm non inuolaret Pater, ſi voluptatibus ſtuderet! Quam mulier domum non verreret, ſi plauſum euanidum ſuſpiraret! At dum quivis muneri attendit, Drachma aſſeruatur, Filius recipitur, & ouis à lupinis dentibus liberatur. Audi Seleucienſem Baſilium orat. 26. Baſil.
Cùm ſit eiuſmodi Paſtor clamabat. Ego ſum Paſtor bonus: ego enim ſum, qui quod infirmum eſt, conſolido, & qui quod ægrotum, ſano, & qui quod confractum, alligo, & qui quod abiectum eſt, reduco: & qui quod periit, quæro. Ouis euaſit detrimentum, & ſibi Paſtor elaborauit elogium.

Digitized by Google

§. IV.

Optimus Princeps laudabiliter ſancita inuiolata cuſtodit, nec noxiam nouitatem permittit.

13 LAudabilis eſt nouitas, quæ auxiliatur virtuti, nec refragatur vetuſtati probatæ: curabit tamen ſuperior, ne veterum ſanctiones longo temporum ſuffragio ſuffultæ oblitioni tradantur, dum nouitatum voluptati indulgetur. Semper ſunt periculoſa inexperta, vt ſecura longis annorum tractibus comprobata. *Bonus Princeps*, aiebat Atalaricus Rex 7. var. 15. *Ille eſt, cui licèt pro iuſtitia loqui, & contra tyrannicæ feritatis indicium, audire nolle conſtituta veterum ſanctionum.* Caſſiod. Addit: *Decreta ergo noſtra priſcorum reſonent conſtituta, quæ tamen ſuauitatem laudis inueniunt, quantum ſaporem vetuſtatis aſſumunt.* Quod purum approbauere iudicia, viuit extra inuidiæ aleam, nec audet maleuolentia abrodere, quod maiorum conſtat calculis approbari. Non eſt reiicienda nouitas, quæ vetuſtatem expolit, virtutem non deterit, fugiendum tamen eſt, quidquid laudabili vetuſtati opponitur, & ſanctionibus ſanctiſſimis refragatur: Poſt Abimelechum ſurrexit Dux in Iſrael Thola nomine, qui à ſeptuaginta interpretibus dicitur populi Saluator: *Poſt Abimelech ſurrexit Dux in Iſrael Thola, Filius Phua patrui Abimelech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir monte Ephraim, & iudicauit Iſraëlem viginti & tribus annis.* Septuag. Septuaginta ſic habent: *Et ſurrexit poſt Abimelech, qui ſaluum faceret Iſrael Thola Filius Phua patrui eius.* Quærunt Patres, cur Saluatoris exornetur elogio, qui nullo virtutem oſtendit celebri facto? Confinxitne, Saluatoris nomen adulantium ſtudium? Semper enim faſtigium poſſidentes nominibus vacuis extolluntur, & ambitioſis appellationibus honorantur: non ſequitur nomen opera: quia non oritur; ſed confingitur, huic tamen, inquit Lyra, iure Saluatoris nomen inditum innuit ſcriptura, dum poſt Abimelechum, quia Regia introducta poteſtate Iudicum regimen antiquitate ſtatum inuerterat, Rempublicam antiquo regimini reſtituit, nec Rex, ſed Iudex Lyra. vocari voluit. Audi Lyram: *Non dicit Rex, ſicut de Abimelech, qui iniquè vſurpauit ſibi nomen Regium. Iſte autem rediit admodum priſtinum, quo iudices præerant, ſcilicet per modum directionis, & conſilij magis quàm per modum Dominij.* Sumptuoſius ſibi parauit elogium, dum tyrannicum eſt auerſatus dominium: populi vocatus eſt ſalus, dum plus ſtuduit dirigere ſalubri conſilio, & paterno deſiderio, quàm attetere potenti manu. Dum antiquo regimini à Deo probato Rempublicam reſtituit, ſibi iuſtè Saluatoris nomen elaborauit, quandoquidem ſalus populi eſt ſancita laudabiliter non inuertere; ſed ſeruare.

14 Dauid vt nouit Adoniam regnum ſuſpirare, 3. Reg. 1. v. 31. lautiſque conuiuiis ad regnum aditum aperire, iuſſit Salomonem decenti Satellitio in Gihon duci, ibique in Regem à Sacerdotibus conſecrari. *Tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri, & imponite Salomonem Filium meum ſuper mulam meam, & ducite eum in Gihon vt vngat eum ibi Sadoc Sacerdos, & Nathan Propheta in Regem ſuper Iſrael.* Et quare Regio in Palatio non vngitur; ſed ad Gihon ductus inauguratur? Fratris ambitio vrgebat, conuiuium opiparum, & annoſum vinum animos ſolicitabat; ergo vngatur Salomon domi, quò temporis breuietur ſpatium, & redimatur periculum. Abulenſis cenſet Dauidem antiquorum in vnctione ſeruaſſe morem, cùm tempus adeò non eſſet anguſtum, nec vrgens adeò periculum: *Quare apud fontem illum Salomonem Dauid vngi mandauit*, inquit quæſtione 36. reſpondé que. *Cauſa fuit, quia antiquorum mos erat Reges vngere, vel conſtituere apud aquas, vel apud arbores.* Abulenſ. Prudentiſſimus Rex ſtatam, nec inhoneſtam conſuetudinem non mutauit, imò vt firmaret filio ſolium, tritum edocuit obſeruare ſemper veſtigium. Certè quod à pluribus, eſſique prudentibus indelebili conſuetudine eſt obſeruatum aliqua inuenitur cauſa aut occaſione munitum. Ergo ordinem non inuertere eſt laudem ſtabilire; imò & iurgiorum occaſionem auferre: non deſunt antiquorum rituum zelotypi obſeruatores, qui ſi ordinem ſtatutámque conſuetudinem inuerti nouerint, procedent ad conſuetudinis auxilium in campum, & diſceptationum exibunt ad prælium. Ergo prudens ſuperior ſtatutam conſuetudinem non mutabit, ni inde aliquod emergere detrimentum conſtiterit. Et quidem ſi Salomon Patris fuiſſet ſecutus exemplum, vitaſſet populi querelam, nec Ieroboami experiretur audaciam.

15 Erat voragó quædam populi vſibus ſatis apta, & ob id à Dauide in illam formam relicta: hanc Salomon ædificauit vxori domum conſtruens, & populum conuenire alibi non ſine diſpendio compellens; ergo vt ſtatam conſuetudinem adulterauit, vt aptum ad conuentus locum ſubſtructionibus impediuit, Ieroboam ab eius obſequio receſſit. *Hæc eſt cauſa rebellionis aduersùs eum: quia Salomon adificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid Patris ſui.* 3. Reg. 11. v. 27. Dum ſcriptura notat voraginem eſſe ciuitatis Dauid, conueniſſe ibi populum denotat: norat Ieroboamus quantum laboris ſumptuúmque in complenda ædificandáque voragine inſumptum eſſet: illúdque totum, vt pro filia Pharaonis ambitioſa ac ſuperba domus ædificaretur, quæ mille populo commoditates, & vſus auferebat, quandoquidem area illa non longè erat à templo, in eáque populus commodè expectare poterat ſacrificij tempus; ergo ægrè tulerunt omnes ablatam ſibi ſubſtructionibus aram, Ægyptiæque fœminæ cum tanto ciuitatis detrimento tributam: & ob id Ieroboamus, qui publicam fortè vocem, aut ſtudium ferebat, Regem exaſperauit, & exaſperatum fugit: ſicque demutata inuerſáque conſuetudo incœpit Salomoni inimicos regerere, & ſtomachum populo facere. Ita Rabbi Salomon apud Lyram: *Ieroboam reprehendit Salomonem eo quòd claudebat locum illum, quem Dauid dimiſerat apertum propter deuotionem venientium ad feſta in Ieruſalem: propter quod Salomon indignatus eiecit eum.* Lyra. Non erat parui momenti ea varietas, quæ generalitati afferebat incommodum, inducebátque ſupercilium. Ergo Salomon dum laudabiliter ſtatuta non ſeruat, dum auctoritati adulatus demutat: ſeminat lites, & armat

mat contra ſe hoſtes nihil ita magnatibus curandum eſt, quàm multis ſæculis ſine offenſione æquitatis inolita non calcare, ſed vtili obſeruantia percolere.

16 Math. 5. v. 14. Hanc fortè politiam docuit Dominus ſuos, dum mundi habenas illis traderet, & ad faſtigium cœleſtis dignitatis eueheret: *Vos eſtis lux mundi.* Quàm apta illos ſimilitudine inſtruxit! Lux tenebris ſemper aduerſatur inimica, ferarum ſæuitiam reprimit, viarum offendicula, dum oſtendit, eludit, & adhæc inuariatis greſſibus cœlum peragrat, & antiquum tenorem nihil diſcrepantibus ſemper veſtigiis confirmat. Ergo mundi præſules lucis induant naturam criminibus ſemper aduerſi, & ſtatutis ritè inuariatis ſtabiles ſemper & firmi. Huc voco Caſſiodorum 11. var. 36. *Qui laborioſas excubias, & officia magna ſedulitatis inuenit, rationabiliter & temporis definita conſtituit.* Addit: *Aſtra ipſa, vt Aſtronomi volunt, licèt aſſidua repetitione voluantur, curſus ſui definita cuſtodiunt: nequit eſſe ambiguum, quod ſine proprio tenetur incluſum. Saturnus triginta conſtituta ſibi cœli ſpatia pernagatur: ſtella Iouis duodecim annis attributam ſibi Regionem illuſtrat, Martis ſydus ignea celeritate raptatum decem & octo menſibus deputata ſibi decurrit, Sol anni ſpatio Zodiaci circuli ſigna præternolat, Luna peculiari nobis vicinitate proximior triginta diebus peragit, quod anni ſpatio Sol aureus circum actus impleuerit.* Recens Luna, & nouiter ad regiminis faſtigium elata ab ſtatutis non deuiat greſſibus, nec præcedentis aduerſatur excurſibus, Sol aureus ſub ſtabili temporis menſurâ Zodiaci decurrit, nec inuertit ordinem, vt auxerit ſplendorem. Ergo cœli Aſtra imitentur Præſules coruſcâ ſemper luce in culparum copias armati, & laudabiliter conſtituta firmiter tuſti.

Caſſiod.

§ V.

Dignè poſſedit faſtigium, cuius præſentia exterminauit peccata, & cuius prouidentia pericula.

17 Caſſiod. *IVſtitiæ ratio perſuadet*, aiebat Caſſiodorus 5. var. 14. *excedentes reprimere, vt ad cunctos poſſit quietis ſuauitas pernenire: non quomodo æquabilitas agitur, ſi vires mediocrium conſurgere non ſinantur.* Ni reprimantur audaciæ & temeritatis adſultus, ni rapinæ frænetur affectus, nec quies poteſt florere, nec tranquillitas delectare, quando & poſſeſſores anxiis ſemper formidinis ſuſpicionibus adurgentur, & debiles maiorum vi ac potentia vorantur; verùm etſi laudabiliter munus gerat, qui pœnis ac ſupplicijs reprimit inſolentiam; laudabilius tamen eſt naſci non ſinere audaciam, quandoquidem arridet publica commoditas nullius ſanguine deſœdata, ac nullius lachrymis acquiſita. Hinc Thola iudex optimus comprobatur, quando à toto populo electus ſola præſentia diſſenſionem vndas adhuc fluctuantes ſedauit, & furoris ambitioniſque ardentes flammas ſopiuit: *Poſt Abimelech ſurrexit Dux in Iſrael Thola Filius Phua patrui Abimelech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir monte Ephraim, & iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis.* Dum huius iudicis tempore nulla referuntur diſſidia, dum generalis nulla populum preſſit miſeria, conſtat faſtigio extitiſſe dignum, & optimis moribus exornatum. Et quidem ob id Tholam ad dignitatem euectum tradit Abulenſis quæſtione 3. *Putauerunt quòd fortè mortuo Abimelech aliqui vellent ſimiliter inſurgere ad vſurpandum ſibi regnum, & graniſſima ſcandala ſuſcitarent in populo: ideò voluerunt illicò inſtituere Tholam, quo præſidente vt iudex nullus auderet mouere ſcandala.* Quàm erat exornatus virtute, excellentéque ad regendum dexteritate, qui Republica inteſtinis bellis laborante electus eſt ad calamitatem leuandam, & audaciam in poſterum reprimendam. Grande Tholæ elogium eſt eo præſidente audere nullum ſcandala concitare, aut pacì bellum indicere. Abulenſ.

Sol à Deo Aſtrorum præſes deligitur, cælíque faſtigio inſeritur: *Feciſque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præeſſet diei*: electionem ſuam actionibus approbauit, dum idem fuit faſtigium inſcendere, & audaciam rapacitatémque refrænare: non ferit raptores flammas eiaculatus; ſed ne eiaculetur flammas, fugere cogit raptores. Audi Pſalmiſtam: *Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſylua: catuli Leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi: ortus eſt Sol, & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.* Dum Sol faſtigium non occupat, nullum iter ſecurum eſt: beſtiæ ſyluæ latibula deſerentes itineribus inſidiantur: Leones rapiunt, & occiſorum ſanguinem bibunt, at præſidente ſole iam ferè tremefactæ diffugiunt, & terræ ſpecubus delitescentes exercendis humanis operibus locum concedunt. Adeſt Incognitus: *Hic oſtenditur quomodò lucis claritas eſt aſſecuratiua: quia ſcilicet ad ortum lucis ſolaris fera in cubilibus ſuis congregantur, quæ de nocte vagando quærunt prædam.* Sol dolores mitigat, otia depellit, arcet rapinam, frænat audaciam. Ergo dignè à Deo ad faſtigium deligitur, & culmine dignus probatur. Gen. 1. v. 16 Pſal. 103. v. 20. Incognit.

Chriſtus naſcitur, & Rex conclamatur à Magis: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius, & venimus adorare eum.* Herodes nuntio non aliter ac telo percullus eſt, vt tamen quas corde fraudes concinnabat valeret explere, ſe vbi de Regis recens orti habitatione conſtiterit, adoraturum aſſeruit: *Ite & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Magi inuolant Aſtro præeunte, tuguriolúmque ingreſſi pueri pulchritudinem expanſis oculis demirantur, & ingeniculati latentem diuinitatem adoratione fatentur, ſomnum capiebant dulcem, cùm ne ad fraudulentum verſutúmque Herodem reuertantur, admonentur: Rex conclamatus iam Regis munus exercet, & admonitione adimplet. O quàm dignus fuit, qui repertis, fauſtiſque acclamationibus Rex promulgaretur, dum Magorum errores candidiſſima depulit luce, & captioſos Herodis dolos, periculáque imminentia fruſtrauit admonitione! *Vide conſequentiam.* 19 Matth. 2. v. 2.

Theophyl. *ſequentiam*, inquit Theophylactus: *primùm Deus illos ad fidem per ſtellam adduxit: deinde cùm venerunt in Ieroſolymam, docuit eos per Prophetam, quod in Bethlehem naſcatur, & tandem per Angelum: & illi obediunt oraculo, hoc eſt diuino colloquio: oraculo igitur accepto, & apparitione, à Deo habita impoſuerunt Herodi.* Magus, qui tot diis, quot ſyderibus inſeruiebat, errore ſepoſito noui ſyderis claritate veritatem amplectitur: nec ſolùm veram ſequitur fidem; ſed captioſam eludit fraudem: erat enim Regiæ dignitatis conſequentia exterminare peccata, anteuerteréque pericula. Iure ergo Regem proclamarunt, quandoquidem ſic munus implebat, vt Diabolum diſtorqueret, & hominem liberaret.

20 Eliſæus in viduæ domum aduentans mortuum inuenit Filium; ſed ſe ſuperponens, caloréque refundens vitæ reſtituit, & Matrem exhilarauit: *Aſcendit, & incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum.* Non vacat myſterio ſuperiorem ſibi ſubiectum fouiſſe, & tenebras effugaſſe: nam vt omnia in figura contingebant illis, putat Baſilius Seleucienſis orat. 10. puerum peccatorum vi demortuum virtuti, & defunctum veritati. Ergo Eliſæus dum ſuperioris gerit vices, peccata depellit, & virtutis vitam reſculpit: nec ſolùm depulit à puero errata; ſed anteuertit etiam pericula. Ipſum audi Matrem allocutum: *Surge, vade tu, & domus tua, & peregrinare vbicumque repereris: vocabit enim Dominus famem, & veniet ſuper terram ſeptem annis.* Superioris munus integrauit, dum abegiſſe conſtat errorem, & eluſiſſe prouidenti conſilio famem. Gerebat Eliſæus veri ſuperioris, hoc eſt Chriſti vices, vtque veluti eleganti in imagine noſcerent, quibus teneantur legibus ſuperiores, auertit pericula, & exterminauit peccata. Accipe Baſilium: *Quæramus cuius figura fuerit Eliſæus, cuius Sunamitis, & iam Sunamitidis Filius mortuus? Eliſæus Chriſti figuram gerit: populus autem gentium erat ille mortuus vi peccatorum.* Subnectit poſt aliqua: *Omnes artus poſteà ſanctificati ſunt, & ad vſum meliorem traducti. Os quidem Doctum dicere: Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Dignè Dei locum tenet, qui Eliſæi ad inſtar ſibi ſubiectos ad ſemitam virtutis traduxit, & à periculo exemit: docere virtutem, abigere culpam, ab imminentibúſque periculis liberare eſt cumulatè munus implere: eſt náinque regimen quodammodo mancum, etſi peccatum fugetur, ſi periculum non arceatur; aſt ſi vitentur errata, ſi depellantur pericula, iam tota laudis fruitur pompa, & reſplendet dignitas plena.

4. Reg. 4. v. 34.

4. Reg. 8. v. 1.

Baſil.

21 *Capilli tui*, aiebat ſponſus ſponſam dignis elogiis commendans, *Sicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad: dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus.* Quàm dignum ac venerabile caput erat, quod caprarum imitabatur ingenium, quódque gemellos fœtus puriſſimis lauacri vndis candicantes ſecum deferebat ad montium ſumma, & ad virtutum faſtigia. Iam ſi huius comparationis myſterium profundè mediteris, vilem non dices; ſed ſuperiorum ac Principum notam elegantem aſſeres: capra in montem ſalit, ſecuro veſtigio calcat prærupta, ibi nullum experitur periculum: vbi alia animalia experiuntur naufragium: dumoſa rupe eminentes inſultant caprę lupotum inſidiis; ergo ornamentum capitis eſſe meruit, dum binnulos lauacro immerſos omni macula repurgauit, & ſecum ductos à rictibus luporum exemit. Adeſt opportunè Ambroſius in collectis. *Quemadmodum tenduntur caprea, vt ſuperflua deponant, ita etiam tonſarum animarum gregem habet Sancta Eccleſia, in quo grege nihil poſſis inſenſibile reperire, nihil ſuperfluum: quoniam fides ſapientes facit: ſpiritualis autem gratia ab omni ſuperfluorum labe mundauit.* Subnectit ingeniouſſimus Doctor: *Vbi aliis præcipitia, ibi capris nullum periculum: vbi aliis periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior: ſpectantur à Paſtoribus ſuis dumoſa de rupe pendentes, vbi luporum incurſus eſſe non poſſunt.* Dignum tam cœleſti capite deprædicatur capillamentum, dum erga gemellos, hoc eſt, ſibi ſubditos ea ſe ſolicitudine geſſit, vt ab omni ſuperfluitate mundarit, & à luporum dentibus etiam arcuerit: eſt enim deprædicandus ſuperior, qui & vitia arcuit, & pericula depulit.

Ambroſ.

§. VI.

Ignoret originem, qui ſortitur Iudicis dignitatem.

QVamvis fas ſit antiquos meminiſſe lares, & patria recordari non ſine oblectatione cunabula, qui nondum exteriùs geſſerit dignitatem; tamen qui Reipublicæ adminiſter ad ſalutem deſignatur cunctorum, Melchiſedechi ad inſtar parentelam debet dediſcere, & quo innocentiæ facilius ſeruiat, omnem prorſus originem ignorare. Iudex proſapiam agnoſcat ante electionem; ſed iam electus pro origine patriáque ſolùm nouerit æquitatem, Qui cognatorum turba circumdatus, qui ſuis probatur impenſus, inoculatam aliorum ſibi conciliat inuidiam, & inuidia obnubilat famam: *Egiſti te per cuncta iudicem*, aiebat de Caſſiodoro 1. var. 3. Theodoricus, illum vti rarum miraculum ſic commendans, *totius erroris expertem, nec inuidia quemquam deprimens, nec gratia blandiente ſublimans: quod cùm vbique ſit arduum tamen, fit in patria glorioſum, vbi neceſſe eſt vt aut gratiam parentela prouocet, aut odium longa contentiones exaſperent.* Rarum eſt in patria, inter cognatóſque iudicem ſuos non fouere, & alios ipſis fomentis exaſperare. Ob id fortè Thola in iudicem electus habitaſſe dicitur in Samir montis Ephraim, cùm tamen eſſet Iſſacharita: *Poſt Abimelech ſurrexit Dux in Iſraël Thola Filius Phua patrui Abimelech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim, & iudicauit Iſraëlem viginti & tribus annis.* Quærunt Interpretes, cur vir de Iſſacharitis oriundus apud Ephraïtas habitarit? Reſpondéntque patriam reliquiſſe, ibíque tanquam peregri

Caſſiod.

Digitized by Google

peregrinum, & aduenam habitaſſe. *Aliquis dicet*, ſcribit Abulenſis quæſt. *6. quod habitauit in monte Ephraim, non quaſi habens ibi principale domicilium, & poſſeſſiones ſuas; ſed in ſorte Iſſachar; habitauit tamen peregrinus in Samir.* Cognatione, patriaque abdicatus tranquille fœliciterque populum iudicauit, cùm Abimelechus, dum refertur cognatis cinctus, & æquitati probetur aduerſus. Iudex abſque cognatis tranquille rexit; qui cognatis adhæſit, Rempuolicam egregiè labefactauit: *Iuſtè iudicauit*, addit Abulenſis, *toto tempore ſuo continens populum Hebræorum in magna tranquillitate.* Abulenſ.

23 Idem notat Abulenſis de Iair, cuius tribus clarè non noſcitur, & ſi Galaadites dicatur: nam cum terra Galaad vni tribui data non fuerit, nomen ex qua illarum electus fuerit, non prodit: *Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos.* Abulenſ. Abſit Abulenſis quæſtione 7. *Dubium manet de iſto Iair, an fuerit de tribu Gad, vel de Manaſſe.* Dum nulli ſpecialiter adſcribitur, eſſe cuiuſque putatur; quod dignum fuit dignitate reſplendentis elogium, quandoquidem qui pro omnibus electus omnium eſt exiſtimandus cognatus.

24 Fortè ad noſtram eruditionem, qui ante thronum Leo de tribu Iuda fuerat appellatus, in throno agnus à Ioanne eſt conſpectus: obiectus fuerat illi liber induſtrie adeò obſignatus, vt nulla vis aperiret, cuiuſque Ioannes in amatos eiulatus prorumperet, tenex alt tit mira corporis habitudine clatus, qui Leonem de tribu Iuda Apoc. 5. v. 5 vicſſe retulit, & dolorem temperauit: *Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.* Ioannes expanſis intuetur oculis, & agnum ſtantem videt in throno: *Ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem.* Iam te oculis ingerit difficultas: ſi vicit Leo; quomodo adſpicitur agnus: Et, ſi qui throno videtur, eſt agnus, quomodò appellatus eſt Leo? Forte diuerſas eſt ſortitus appellationes pro ſtatus diuerſitate: antequam inſcenderit thronum, tribus refertur Regia: *De tribu Iuda*; vt ad fortia magnaque patranda ipſa origine excitetur: *Aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius*; at vbi thronum occupat, agnus dicitur, & cuius Filius, tacetur: quaſi cum ipſa dignitate exutus ſit cognatione: agno grata præconiorum tributa omnes cælites pependerunt, eiuſque regimen fauſtis, iteratisque acclamationibus celebrarunt: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem, & ſapientiam.* Iam originis non mentio; ſed pro omnibus ſanguinis refertur effuſio: *Agnum videt in medio throni*, ſcribit Richardus Victorinus part. 2. libro 2. in Apocalypſis, capite 5. extra thronum origo cenſetur, in throno ſilentio præteritur, vt quicumque dignitatem inſcenderit, originem dediſcendam agnouerit. Richard.

25 Iudic. 11. v. 1. Expendebam Iephte paternæ originis titulo ſæpeſæpiùs nobilitatum: ait namque textus: *Fuit illo tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus, atque pugnator*, at cùm in Iudicem, Reipublicæque adminiſtrum aſſumendus fuit, eo titulo diſpoliatur; ſubdit namque textus, *Perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephte.* Et iterùm: *Iephte quoque dixit eis*, &c. Inquires: ſi initio Galaadites eſt appellatus, cur honorifico adeò titulo, dum eligitur, denudetur? Nonne oportuiſſet ſubiectorum ſibi tenere tam conſanate de originis claritudine, & parentum nobilitate? Cur ergo modo illud honoris non adiungatur elogium; ſed arcanum ſepelierit ſilentium? Quia fortaſſis voluit ſcriptura Iudices, ſuperioréſque inſtruere, vt nouerint dignitatem adeuntes honeſte exuendos origine, & proſapia denudandos: *Vocatur Galaadites à Patre*, ſcribit hic Abulenſis quæſtione 2. ſed antequam eligatur Abulenſ. in Principem, antequam inſcenderit tribunalia: quia iam electus non de ſuperbiæ faſtu, vanitatiue ſupercilio ignorauit venari, ſed optimo exuit documento proſapiam: iam electus parentes non agnoſcit, ignorat fratres, ne ſi agnouerit, aut parentelæ fauoribus æquitatem diſſoluerit, aut conſilius cognationis inflexerit: omnibus eſt cognatus, qui ad dignitatem laudabiliter eſt electus; & dum proba u cunctorum affinis, omnis etiam cognationis eſt expers. Iphte cognomine caret electus, eo vtebatur dignitati nondum applicitus. Contrarium non ſemel à cæliſe videas: qui antequam dignitatum luminibus ornarentur, ignorauere proſapiam, ſi faſtigia inſcenderint, à regibus iam originem ducit, & ſanguinem à Ioue trahent. Eo ſe excedit ambitionum adulatrix, adulatorum ambitio, vt nobilitatem recentiſſimam in antiquiſſimæ nobilitatis officina procuderint, & ad inſtar Numinis nobilem finxerint e luto, fictámque honorarint.

Non ſine arcano myſterio Moyſes virgam iudiciariam præſaturus ſemel, & iterum originem ignorauit: Lex ab impiiſſimo tyranno prolata in omnes Hebræorum maſculos graſſabatur: natus eſt Moyſes ea tempeſtate totus ad veruſtatem fabricatus, & ad elogium gratiæ compoſitus: Patres cùm iam puerum celare nequirent, fluentis exponunt Deum imprecantes ſurdicem exitum: nec oratio irrita, nam cùm Pharaonis filia lenandi animi cauſa foras ſe prorupiſſet, & cum puellis per amnis crepidinem graderetur; ſiceliam conſpexit, & elegantiſſimum intuita puerum materno iam affectu adoptare ſibi decreuit in Filium, nomen illi ab ipſa aqua procudens: *Adoptauit in* Exod. 2. v. *locum Filij, vocauitque nomen eius Moyſes dicens:* 10. *Quia de aqua tuli eum.* Certè congruentius videbatur extracto nuper de fluctibus puero nomen indere, Moyſémque vocare, quàm iam nutrito, & in Filium adoptando; & tamen Pharaonis filia nomen impoſuiſſe refertur, non cùm eduxit; ſed cùm regnimi vti Filium adoptauit: *Suſcepit mulier*, inquit textus, *& nutriuit puerum, adultumque tradidit filiæ Pharaonis, quem illa ad optauit in locum Filij, vocauitque nomen eius Moyſes dicens: Quia de aqua tuli eum.* Vt omnia in figura contingebant, quis dubitet hanc nominis dilationem myſterio non caruiſſe? En dum nutritur, caret nomine, & habet, dum adoptatur; ſed quod nomen? Quod proſſus neſcit originem: *Quia de aqua tuli eum.* Aqua labili fluxu decurrens noſtræ mortalitatis oculis obiectat imaginem; ergo Regiam dignitatem induturus ipſo nomine contra ſuperbiam munitur; & contrà fallaciam armatur. Adhæc: cogitauit prudens fœmina non congruere Ægyptiorum Domino nomen proſapiam ſpirans, in memoriámque reuocans: quid enim ſperaret Ægyptius à præfecto Hebræi ſanguinis ſemper memore, ſempérque ſuorum vti-

litatis procuratore? In medio profluuio expositus nec Ægyptius, nec Hebræus; ergo nomen mutuetur à profluuio, dum inscendit dignitatem, vt nullam aliam habere se cognoscat originem: sic enim institutam affectu degeneri non violabit; sed incorruptum semper iudicium feret. Hanc fœminæ prudentiam videtur Numen confirmasse, dum
Exod. 4. v. 17. regiminis virgam Moysi traditurus: *Virgam hanc*
Exod. 7. v. 1. *sume in manu tua, in qua facturus es signa*; ad diuinitatis culmen euexit: *Ecce constituit te Deum Pharaonis.* Deus à nullo est, à seipso semper æternus, & increatus. Ergo Moyses, quantum mortalis conditio patitur, dum virgam prænsat, diuinitatis ingenium induat: nam dum ad omnes adæquè pertinet Deitatis titulo, omnes probè reget, nullo de-
Philo. prauatus carnis affectu: *Post hæc*, scribit Philo lib. 1. de vita Mosis, *nomen ei datur sumptum ex ipsa re, quod esset ex aqua sublatus: nam Ægyptiorum lingua mox aqua dicitur.* Certè aqua nullum sortitur colorem semper pura, semper crystallina. Ergo culmen dignitatis inscensurus aqua vocatur, vt nomine gesserit claritatem, & prauam ignorauerit affectionem.

§. VII.

Prudentis est statutum demutare, si inde consset scandalum exerti.

17 PLura sunt alio tempore apta, alio nociua: quæ sano prosunt, ægrotantem occidunt: vnde prudentia non addicitur consuetudini; sed rationi: præterita consulit, & examinat, affecturus tuta, & declinaturus periculosa: videndum est: non an aliquid fuerit consuetudine adultum; sed an iuri ac legibus consentaneum. Discrtè
Seneca. Seneca Epistola 83. *Consilium futuri ex præterito venit.* Nauta quem plures tenuerunt cursum, non tenet, si fecere naufragium; imò vitat, & aliorsum aurigat nauigium alienis periculis doctus, & ipsius consuetudinis vocibus eruditus: non gregis more eundem est, nec præcedentis sequenda audacia, aut inertia; sed qualia discipienda vestigia, vt presseris, aut vitaris. Hebræorum populus de more habebat de mortuo iudice alium non eligere, ni bella premerent, aut implexa negotia consulerent; & tamen Abimelecho demortuo nulla mora interposita Tholam elegerunt: *Post Abimelech surrexit Dux in Israël Tola Filius Phua.* Si inquiras cur antiquam consuetudinem non coluerunt, nec à prædecessoribus statum eligendi modum seruarint: respondebit Abulensis Abimelechum se tyrannide intrusisse, dum populus electionem tardat, ob idque voluisse vitare moram, quam aliis graue nouerunt attulisse peri-
Abulens. culum. Ipsum audi quæstione 3. *Quæretur vlteriùs, quare Thola fuerit electus in iudicem immediatè post mortem Abimelech: nam consuetudo inter Israëlitas erat, quòd mortuo vno iudice non eligerent illico alium; sed tamdiu manerent sine iudice, quamdiu terra non egeret illo: sicut post Othonielem mansit terra decem & octo annos sine iudice vsque ad Aod*, &c. Dubio respondet: *Dicendum est quòd populus sano consilio ductus voluit mortuo Abimelech instituere iudicem ad vitandum scandalum: sicut factum fuerat mortuo Gedeone: nam post mortem illius non curabat populus quemquam iudicem instituere, volens seruare antiquum morem, scilicet quòd non eligeretur iudex, quousque esset necessarius, & imerim surrexit Abimelech, & fauore Sichimitarum factus est Rex, & postea comitatus scandala magna pugnans contra loca multa, & agens violentias.* Post Gedeonis mortem, dum mortem eligendi fatagunt obtenare, coacti sunt Abimelechi tyrannidem sustinere. Ergo modò ab illa consuetudine laudabiliter deciuerunt, & illicò electioni vacarunt: consuetudo namque Religionè seruanda est, cùm ex ea non exoriuntur detrimenta, sed florent commoda.

28 Vbi ad veram Religionem Gabaonitæ transierunt, hostes infensissimos, ac coniuratos experti sunt; verùm Iosuë Religionis patronus, & ad se confugientium tutelaris manus cum Aduersariis contulit; inclinabat iam in Gabaonitarum partem triumphus, cùm Sol rapido cursu occasum tenderet, & quibus tegi hostes possent, tenebras nocti permitteret; ergo inclytus Dux causa fidens, pia ad speciem audacia tolem tardauit, & curtum sistere iussit: *Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra vallem Aialon.* Sol Iosuë 10. v. 12. Astrorum Princeps voci hominis obedit, tenoris honestè oblitus; sed Religioni patrocinatus: *Steterúntque Sol & Luna, donec vlciscerentur se gens de inimicis suis.* Mira res: Sol tot sæculis firmatum cursum desiscit, & cœlo hæret. Et cur non timeat probro ipli vertendum statam consuetudinem immutare, stylúmque vertere? Quia nisi consuetudo modò desiscceretur, insultassent allophyli, peritent iusti: blateassent idolatræ Israëlitarum Numen non eâ potentia vigere, qua posset cœlestia lumina retardare; ergo Sol, vt vitarit scandalum, prudenter vertit stylum: *Ipsis elementis*, inebat Tertullianus ad- Tertullian.
uersùs Psychic. capite 10. *Stationem imperauit. Stetit Sol in Gabaon, & Luna in Aialon, donec vltus est populus de inimicis suis.* Oportebat stitio, vt floreret virtus, vtque vitium attereretur; ergo solis fuit inuertere consuetudinem ad scandalum reprimendum, & auxilium procurandum.

29 Ezechias eximiis virtutibus exornatus, & prudentiæ laude eximius serpentem illum à Moyse de Domini præcepto constructum confregit, & dissipauit: *Confregit serpentem æneum, quem fe-* 4. Reg 18. v. 4. *cerat Moyses.* Profectò serpens adeò populo salutaris, à magno Moyse constructus, Deique consilio fabricatus non videbatur confringendus; sed asseruandus: si serpentum morsibus vel solo aspectu medetur, si à populo calamitatem exterminat conspectus, cur iaceat sordeátque confractus? Rationem subdit textus: *Siquidem vsque ad illud tempus Filij Israel adolebam ei incensum: vocabátque nomen eius Nvestan.* Vt varia sunt tempora, qui pro vno profuit serpens: iam nocebat pro alio: nam vnde olim promanauerat salus, modò oriebatur scelus: affuetus erat populus ad serpentem oculos eleuare; verùm vt repetit Ezechias non iam eleuare vti ad salutis instrumentum; sed vt ad diuinitatis Thesaurum, consuetudinem deleuit serpente fracto; & quia versum iam erat in virtutis scandalum, salutis olim aboleuit subsidium: nec apud prudentissimum piissimúmque Regem præscripsit de tempore

pore conſuetudo ; ſed edocuit , quantumuis tempore ſultam , diuturnitateque ſtabilitam , conſuetudinem eſſe delendam , ſi iam prauè adulterata, & ad contrarios vſus fuerit deflexa. *Non ſolùm contriuit ſtatuas ; ſed lucos concidit* , inquit Theodoretus quæſtione 16. *ſed etiam aneum ſerpentem , quem magnus Moſes extruxit , non vt adoraretur ; ſed vt ſalutarem præfiguraret paſſionem : Ita , inquit , populus perperam adolebat.* Conionat Theodoretus.

Lyra.

Lyra. I.y a teſtatus Deum exiſtimaſſe : *Eo quod in aſpectu illius filij Iſrael fuerunt ſanati à morſibus ſerpentum , vt habetur Numer. 21.* Ergo deleuit tot ſeculis afferuatum, & cultum. Addit Lyra : *Vocauit nomen eius Noeſtan , id eſt , cuprum , vel cupreum : quaſi dicat : nihil erat diuinitatis in eo , ſicut ſimplices credebant errore decepti : quia in eo nihil erat niſi cuprum.* Vbi æneâ materiâ habebatur conſtructus , & aſpectibus eſt permiſſus ; at vbi amenter Deus eſt creditus, laudabiliter eſt infractus : nihil enim apud optimos gubernatores præcipiet ob longum tempus , ſi diuerſo modo olim cultum , pernicioſè inueniatur adulteratum.

30 Pilatus quàm iniuſtè dignitatis inſulis ornaretur , oſtendit , dum conſuetudinem æquitati aduerſantem coluit : quod pro Paſchatis ſolemnitate conſuetum erat ex vinctis vnum ad populi arbitrium dimittere , pœniſque abſoluere. Ergo Pilatus Chriſti innocentiam non ignorans, & à populo expetendum ſperans , an Chriſtum , an Barabbam dimittere vellent , rogauit : illi furore acti Barabbam expetierunt , Chriſtum damnarunt : & iniquus Præſes parui conſuetudini , ex qua magnum tunc aduersùs æquitatem conſtabatur bellum , reſultabà que aduersùs innocentiam periculum ; cùm debuiſſet conſuetudinem tunc non attendere ; ſed Chriſtum ſoluere : *Per diem ſolemnem conſueuerat Præſes populo dimittere vnum vinctum, quem voluiſſent : habebat autem tunc vinctum inſignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus : Quem vultis dimittam vobis ? Barabbam , an Ieſum , qui dicitur Chriſtus ? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum.* Quid tunc ? Dimitti Barabbam iuſſerunt ; & , ne conſuetudinem inuerteret , Chriſtum retinuit , & Barabbam Pilatus abſoluit. Notauit Theophylactus hic : *Sciens non eſſe reum ; ſed inuidiâ traditum ; ideò interrogat eos : vnde oſtendit ſe plusquam æquum erat , molliorem : offendebat enim pro veritate periclitari. Itaque dignus eſt condemnatione tamquam veritatis ſuppreſſor.* Fas certè eſſet ſtatam conſuetudinem obſeruare, ſi inde in Deum, æquitatémque detrimentum nullum emergeret ; at imbecillis, peruerſique ſuperioris fuit morem gerere conſuendini , quando inueniebatur oppoſita veritati. Quantumuis conſuetudo depoſceret , non erat Barabbas dimittendus ; ſed Dominus ; verùm non ſemel hoc accidiſſe conſpicias : inueniuntur namque plures ſuperiores , qui æquitatis detrimento conſueta tuentur , & ſtabilita conſeruant, non audentes inferre vim conſuetudini , cùm inferant æquitati.

Matth. 27. v. 17.

Theophyl.

§. VIII.

Auguſtius ſibi elogium acquirit , qui ambitioſum nomen humilitimus repudiauit.

NOn omnis ambitio deteſtanda eſt : præſtat 31
aliquando ambire, quia honeſtus ambitus eſt ambitionis fugere infamiam , & declinare ſuperbiam : artificium promerendi grandius nomen eſt ambitum declinare, & humilitatem ac modeſtiam colere. Aliquando ſibi nomen fecit gloriæ ardor; ſed humilitas plus obtinuit , quàm ambitio ſuſpirauit. Honoris repulſa eſt honoris incrementandi ingenium , & de ſingularitate clarius elogium. Theodoricus 1. var. 4. Caſſiodor. alludans ſic aiebat : *Quò ſe aliquanis nobilitas vltra diſtenderit, quàm hac , quæ in vtroque orbe clara eſſe promeruit : vixit & ipſe in prouincia honore iudicis , & ſecuritate priuati : illis vel nobilitate potior omnium ad ſe animos attrahebat , vt qui libertatis iure non poterant ſuadi, viderentur magis communis beneficiis ſuauiter obligari.* Decantanda Caſſiodori nobilitas cum modeſtia coniuncta omnium ſibi animos conciliauit , & dum priuati coluit modeſtiam, ad honorem iudicis addidit amorem,& ſecuritatem priuati : creuit de gloriæ repulſa gloria , & dum refugit dignitatis ſupercilium, lucratus eſt cunctorũ obſequium. Iure Seneca lib. 7. de ira cap. vlt. ambitionis nomina teſtatur anguſta, & à virtute profecta magna : *Vno nomine (ambitio) occupare faſtos vult, per omnem orbem titulos diſponere , omnia iſta non refert in quantum procedant, extendantque ſe : anguſta ſunt , miſera , depreſſa : ſola ſublimis , & excelſa virtus eſt.* Quantumuis ambitio defatigetur grande ſibi nomen ſuſpirans , anguſtum obtinet : quia virtus ſolùm auguſtiora ſibi nomina procudit , dum ambitioſa nomina generoſè non quærit. Ecce Abimelech tot fratrum impiè fuſo ſanguine regium ſibi nomen facere molitur : infelix votum aſſecutus eſt ; ſed ipſe ſanguis nomen obliterauit , & non regem , ſed tyrannum oſtendit : regium nomen exiguo tempore potitus pœnas ambitionis ſoluit lapide durißimo fractus. Poſt hunc ſurrexit Thola , qui modeſtè ambitioſum nomen repudiauit, & ſolicite populum rexit : *Poſt Abimelech ſurrexit dux in Iſrael Thola filius Phua.* Septuaginta ſic habent : *Et ſurrexit poſt Abimelech , qui ſalutem faceret Iſrael.* En Thola ſalutaris nomen ſortitur, dum regis nomen auerſatur ; Abimelech regium nomen poſſedit ; ſed ignominiam ſibi æternauit Et quidem longè diſtare vocabula ſalutaris , & regis nullus ignorat. Iam ſi quæras cur auguſtum nomen ſibi Thola fecerit : reſpondebit Lyra illud ſibi paraſſe ambitionem declinando,& vanitatem fugiendo : illum accipe : *Non dicit , rex, ſicut de Abimelech , qui iniquè vſurpauit ſibi nomen regium ; iſte autem rediit ad modum priſtinum , quo iudices præerant , ſcilicet per modum directionis , & conſilij , magis quàm per modum dominij.* Dum ſtudet dirigere , plebique prouidere , dum nomen Imperatoris recuſat , ſaluator dicitur , & ſalus populi conclamatur.

Septuag.

Lyra.

Moyſes grandis factus non potuit Ægyptiacis 32
cupiditatibus irretiri , nec ſumptuoſi nominis euanido ſplendore oblectari : filius reginæ vocabatur, ambitioſum tamen nomen paſtoris vocabulo commutauit. Teſtatur D. Paulus ad Hebræos ſcribens:

Digitized by Google

Ad Hebr.11. v.24. *Fide Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere incunditatem*; verùm etſi nomen generoſe ſprenerit, non amiſit; imò longe auguſtiori excellentionique commutauit: deſertorum degebat receſſibus, cùm illi Deus obiicitur rubo flammeſcenti & ſtordo pro humilitatis merito dignum præmium obtulit, & Deum Pharaonis conſtituit: Exod.7. v.1 *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Quod verſatur inter Dei elogium Principiſque vocabulum, interceſſit diſcrimen inter nomen à Moyſe repudiatum, & ab oraculo inditum: noluit appellari Princeps; ſed appellatus eſt Deus: humilitas recuſabat nominis gloriam; ſed ipſa recuſatione ferè immetatam adauxit gratiam. Ita Rupertus lib.1. in Exod. cap.26. Rupert. *Dignum ac pro ſua reuerentia magnificum accepit reſponſum, vt audiret homo priuatus regnantis hominis ſe eſſe Deum.* Audiuit quod ſuperbiſſima ambitio, & ſuperbiæ terminos ſupergreſſa nomen ſibi confingere non ausa eſt, dum ambitioſi nominis factum declinauit: ingenti lucro antiqui nominis fecit iacturam, quandoquidem diuini elogij adeptus eſt ſibi gloriam. E contrà etiam videas accidere: qui ſuperbum exambit nomen, aut affectat maieſtatem, probroſo nomine fugillatur, & indecore contemnitur.

33 Iſaias Lucifero illi ſuperbiſſimo inſultans ſic alebat: Iſai.14. v.12. *Quomodò cecidiſti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum. Sedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis: aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.* Qui Lucifer radius fulgentiſſimus noctium tenebras depelleret, & claſſa luce radiaret, dum diuinitatem exambiit, corruit: nec ſolùm affecutus non eſt exambitum; ſed indecorè amiſit poſſeſſum. Ipſum prophetam audi: Interlin. *Qui te viderint, ad te inclinabuntur, reque proſpicient: Numquid iſte eſt vir, qui conturbauit terram?* De Lucifero decidit vſque ad terreum, dum inſipienter præſumptuoſéque ſumptuoſius nominis affectauit elogium, iam vir habetur, terreus, & in puluerem delituras: *Numquid iſte eſt vir?* Qui ante ambitus delirium habebatur Lucifer, ſuſpiciebaturque Cherubinus, dum iniquis artibus ſatagit honorem ſibi adaugere, inuenitur minuere: de Cherubino Luciferoque vſque ad hominis vocabulum decidit: Interlin. quia immetatam gloriam ambitioſiſſimus affectauit: *Numquid iſte eſt vir terrenus*, inquit Interlinearis, *quibus dicitur: Terra es, & in terram ibis?* Terreus ſpernitur, qui rationis metas tranſiluit, & grandius ſibi vocabulum affectauit. Profectò cæcutimus ambitionis fumo impediti, deerramuſque inſipienter ambitioſi. Qui grandius nomen ſumptuoſiúſque elogium dignè vult ſortiri, illud in humilitatis officina procudat, ſcitueritque humili fugâ obtineri, quod ambitioſa negotiatione, ſuperboque ambitu conſtat fugari. Qui declinat non ficto; ſed vero animo euanidam gloriam, ipſa declinatione ſuffulcit ſibi, & æternat famam.

34 Ioanni obijcitur liber ſigillis arctiſſimis munitus, & obſignatus: ſuſpirabat Euangeliſta arcana myſteria libro incluſa non ad curioſitatis vanitatē; ſed ad omnium referari ſalutem, cùm adfuit ſenex corporis habitu ſine præclarus, & oris grauitate conſpicuus, qui mœrentem ſolatus eſt, leoni hanc Apoc.5.v.5. ſeruatam victoriam aſſerens: *Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid aperire librum, & ſoluere ſeptem ſignacula eius.* Ioannes expanſis oculis intuetur, nec leonem videt; ſed agnum proprio ſanguine rubricatum: *Et vidi & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum agnum ſtantem tanquam occiſum.* Itaque leo auditur; ſed agnus videtur. Quid tunc? Animalia, ſenioreſque agni proteſtantur diuinitatem, Dominum agnoſcentes, & fauſtis iteratiſque acclamationibus eius victoriam concelebrantes: *Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula eius: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo.* Et iterum: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & diuinitatem.* Inquires: Si eſt leo animalium rex, quomodò humilis agnelli ſuſcepit faciem? Et, ſi apparuit agnus humillimus, quomodo Deus, & redemptor deprædicatur? Ipſa quæſtio difficultatis eſt enodatio: leo erat, & tamen maluit agnelli formam aſſumere, & humilitatem lectari: ergo iure celebratur magnus, dum apparere voluit humillimus: eſt enim humilitatis proprium animos ad laudes allicere, & quam tegere adnititur, præter opinionem dignitate manifeſtare: *Leonem audiuit in promiſſione*, inquit Richardus apud gloſſam, *agnum* Richard. *videt in exhibitione. Sed ſi vtrumque conſideramus, Chriſtus ipſe eſt leo magnus per diuinitatem, agnus per manſuetudinem.* Leo erat; magnitudinem tamen humilitatis artificio abſcondit; ſed ipſo artificio abſconditam euulgauit: dum humilitatis lectatus eſt paruitatem, apud omnes ſortitus eſt laudem, & omnes confeſſi ſunt magnitudinem: vt enim proprium eſt ſuperbiæ elationiſque probroſè elatum dejicere, ita eſt humilitatis proprium humilem gloriosè extollere, & ſublimare.

§. IX.

Rarus eſt, qui, ne contraxerit vitium à prædeceſſore introductum, ſibi anguſtarit imperium.

35 IMperia iuſtitiæ fulcris fundantur, æquitatiſque anchoris ſtabiliuntur: non eſt tecutum imperium Numinis offenſis acquiſitum, & ſubiectorum iniuriis ampliatum: nec enim valebit vnquam ſolicita induſtria, ſagaxque vigilantia firmare, quod conſtat internis culparum concuſſionibus commoueri. Caſſiodorus 11 var. 9. præſides, diuitéſque alloquens ſic monebat: *Diligite iuſtitiam, quæ vos & amabiles faciat, & glorioſum commodum ſua participatione concedat. Scitote officia vobis quaſi veſtrorum teſtes aſſiſtere, & ideò quam magnum eſt in tantorum conſpectu facere, quod omnium poſſint ora prædicare.* Caſſiod. Subijcit: *Studete ergo nobiſcum, vt boni mores prouincialibus deſint; ſed nuditas auferatur. De remediis potius quàm de læſione tractetur. Graue malum eſt quamquam ad largienda iuris beneficia fieri, & mixtum læſionibus inueniri. Sic agite, vt cùm iuſtitia probata quæritur, annus veſter brevis eſſe videatur. Honores potius vobis offerantur: neceſſitatem quippe ambitus amittis, ſi prouincialium vobis vota ſocietis.* Ad æquum præſulem feſtinant officia, & ambitus excuſat moleſtiam: quia illum ſemper iuſtorum ſuſpirauerunt ſtudia; verùm neſcio qua dignitatem potentiamque protelandi libidine homines exagitantur: non quærunt iuſtitiam poſſidere, ſi dignitas anguſtetur; ſed magis illam ampliare, quantumuis æquitas conqueratur:

conqueratur : Post Abimelech surrexit Thola à Deo sine dubio ad fastigium dignitatis electus, & posteris decantandus, quandoquidem cùm eius prædecessor Abimelechus iudiciariam potestatem Numinis & populi iniuriâ ad regalem amplianerit potestatem, prædecessoris non est secutus exemplum ; sed vtili dignitatis imminutione vt iudex gubernare delegit populum. *Iudicauit Israelem viginti & tribus annis.* Non regnauit vt Abimelechus de quo sacra Scriptura : *Regnauit Abimelech super Israel tribus annis.* Dignitas tyrannicè ampliata non potuit diu consistere ; quia ipsa iusta ampliatione constitit laborare ; at Thola iudiciaria potestate, longo interuallo resplenduit, & non vt Abimelechus violentè ; sed tranquillè vitam finiuit. Adest Abulensis q. 4. *Quæretur vlteriùs, quare Thola non successit in principatu regali, in quo fuerat prædecessor suus Abimelech : nam domini terrarum rarò solent diminuere de iugo introducto per prædecessores suos, dato quòd iniustum sit.* Quæstioni respondet : *Thola erat vir bonus, & vidit, quòd principatus regalis non fuerat iustus principatus in populo ; sed tyrannicus, & Abimelech illum fraude & iniquitate obtinuerat : ideo ipse volebat succedere in vitio.* Imperij angustatio eius erat stabilitas, & angustantis decantanda semper probitas, quandoquidem ni Thola miris virtutibus esset excultus, potestatis terminos non angustasset ; sed ad æquitatis querelas surdusset.

Abulenſ.

36 Salomon graue iugum populo imposuerat : nam cùm mirandum illud templi opus copiosis ad fabricam indigeret expensis, necessum fuit nouas contributiones addere, & vectigalia maiora exigere : mortuo Salomone Roboamus successit ; cúmque iam exactionum causa cessasset, ab inaugurando petierunt, vt eorum ceruices onere grauissimo pressas tantisper alleuaret ; ille verò a parente introducta noluit minuere ; imo stultis minis molitus est aggrauare. Ad consilium vocati senes suaserunt, vt regnum suum vectigalium diminutione firmaret ; verùm quia eius cupiditati prudens displicebat consilium, confugit ad adulantiũ deliramentum ; ex quorum sententia sic respondit : *Pater meus posuit super vos iugum graue ; ego autem addam super iugum vestrum.* Quàm amicorum larua eius imperio insidiati sunt iuuenes : veluti iniuriæ dignitatis suæ vertit Roboamus introductum à prædecessore minuere, potestatémque decurtare : minus attendit æquitati, quam consuetudini : quia ferè omnes successores plus studeant introductam potestatis amplitudinem conseruare, quàm eius diminutione æquitatis legibus obedire. Adest Ambrosius lib. 2. de offic. cap. 18. *Egregiè itaque viros alieni præsidentes muneri commendat iustitia : è contrà iniquitas destruit, atque impugnat. Exemplo nobis est Scriptura, quæ dicit : Cùm populus Israel post mortem Salomonis rogasset filium eius Roboam, vt relenaret cernices eorum à seruitute dura, & paterni imperij temperaret austeritatem, illum spreto senili consilio, de suggestione adolescentium responsum dedisse huiusmodi, quod & onus adiiceret.* Æquum erat ceruices leuare iugo ; verùm noluit quid introducto detrahere imperio : est enim rarus, qui quam inuenit introductam per fas, sine per nefas potestatis amplitudinem malit angustare, & auctoritatem minuere. Consonat Lyra : *Reputabat se valentiorem patre suo, & ideò durum erat ei aliquid remittere.*

3. Reg. 12. v. 11.

Ambroſ.

Lyra.

37 Achab ab antiquis regibus amplificatum regnum angustari non ferens, superiorúmque bellorum euentu insolenter inflatus recuperare voluit Ramoth Galaad, quam olim Syri abstulerant : hac motus causa, & Iolaphat, qui officij ac beneuolentiæ gratia illum inuiserat, animatus præsentiâ, bellum instruit, & delectum cogit : Dixit rex Israel ad seruos suos : *Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ ?* Iolaphat pietatem colens per verum Dei prophetam agnoscere voluit, an bellum hoc iuxta diuinum placitum foret, an cum eius voluntate pugnaret : Michæas & falsidicorum fraudem aperit, & infelicem euentum fore prædicit ; quandoquidem bellum illud instruebatur non Dei placito ; sed superbiæ ac cupiditatis arbitrio : *Ecce dedit Dominus spiritum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hìc sunt, & Dominus locutus est contra te malum.* Putares cœlesti vaticinio monitum Achabum sententiam retractaturum, is tamen fuit ardor angustius non possidendi imperium, vt cœlestem contemplerit nuntium. *Reges Syriæ,* inquit Lyra, *abstulerant enim à filiis Israel, & ideò Achab volebat eam recuperare.* Addit ad illa verba: *Mittite virum istum in carcerem,* &c. *Ex hoc patet obstinatio Achab in malo.* Si Michææ Dei prophetæ sequatur consilium strictiùs, quàm prædecessores sui obtinebit imperium : si vt prædecessores potiatur amplum, opus est Dei contemnere vaticinium ; eaque fuit possidendi regnum non angustius libido, vt prænuntiatam stragem parùipendent, & populum indubio periculo diuexarit : *Volebat eam recuperare.* Vt adæquè ac prædecessores amplificatum fortiatur imperium, obduratur obstinatus, & obstinatur durissimus : prophetias ambitio despicit, & prophetam carcere includit. Quod de imperio, ditioneque asserimus, aliis etiã causis est applicandum. Filius ne substantiam à patre acquisitam imminuat, ne transmissam angustet hæreditatem, solet piaculum deuorare, legemque contemnere. Ergo summis laudibus decantandus est Thola, qui Abimelecho succedens introductum noluit adire regnum ; sed ad angustius iudiciariæ potestatis redegit iniustè amplificatum fastigium.

3. Reg. 12. v. 3.

Lyra.

---

§. X.

Laudabilis index habendus est, quem non obscurat querela etsi non referantur præclara facta.

38 *Esto vitæ continens,* aiebat Cassiodor. 6. var. 21. iudicem alloquens, *vt possit in alienos esse iudex : prima æquitas est à se præsules inchoare, vt debeant criminosi metuere, quem nequeunt similem reperire.* Qui iudicis nomen implet, vitæ est continens, alioquin nequibit libere tribunalibus præsidere : obnoxij sunt, qui dignitatis celsa conscendunt, inuidorum linguis, reorum querelis, & peruersorum calumniis. Vnde qui non inuenitur obmurmuratione obscuratus, laudabilis est habendus, quandoquidem vel claros mores obnubilare solet inuidia, & integritatem accusare malenolentia. *O quàm est,* subnectit Cassiodorus, *liberum tribunalibus insidere, non esse obnoxium reo suo, ne incipiat potior fieri, qui redemit : timeat districtum, timeat continentem, non audiat blandum : da vt possit rigidam formidare sententiam. Auari iudices nesciunt quantum delinquunt.* Plura iudicem constituunt : vnde

Caſſiodor.

vnde qui potuit ſine inuidia iudex appellari, ſuſpiciendus debet haberi. Thola populi vocatur ſaluator: *Poſt Abimelech ſurrexit dux in Iſrael Thola.*

Septuag. Septuaginta legunt: *Surrexit poſt Abimelech, qui ſaluum faceret Iſrael.* Caietanus notat nullum de hoc iudice egregium factum referri, & tamen iudicis elogio honorari: *Iudicauit in Iſrael viginti tribus annis, mortuuſque eſt, ac ſepultus in Samir.* Nomen ipſum nullis querelis denigratum, nullis acculationibus impetitum pro laude eſt, quando non potuit, qui iudiciariâ poteſtate eminebat, concinnis moribus non ornari, quem non conſtat querelis premi: *Hic inter iudices ſuppunatur* (verba

Caietan. ſunt Caietani) *Nullum præclarè geſtum ab hoc recitatur.* Præclarè geſtum non exprimitur; ſed nec querela refertur: ergo dubium non eſt laudabiliter vixiſſe, & iudicis nomen non obſcuraſſe: aliter criminationibus ſordeſceret ſugillatus, & referretur querelis multiplicibus impetitus. Cõcinit Abu-

Abulenſ. lenſis q.6. *De hoc iudice nulla geſta magnifica narrantur: quia tempus ſuum fuit in pace, nec habuit materiam exercendæ virtutis bellicæ; ſed ſolùm iuſtè iudicauit toto tempore ſuo continens populum Hebræorum in magna tranquillitate, quod non parua virtutis eſt.* Summa iudicantis laus eſt, etſi alia præclarè facta non referantur, maledicas linguas occluſiſſe, & criminationis vitaſſe: inſurgunt namque in iudices, & profectos ſæpè ſæpius æquitate puniti, & inuidia ſtimulati.

59 Samuel populi iudex, vbi exonerandus fuit munere, populum congregauit, totuſque fuit in oſtendendo nullâ iuſtâ poſſe ferri querelâ: *Ecce præſtò ſum: loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto eius, vtrùm bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum, ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi*

1.Reg.12. v.3. *aliquem, ſi de manu cuiuſquam munus accepi, & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. Et dixerunt: Non es calumniatus nos, neque oppreſſiſti, neque tuliſti de manu alicuius quippiam.* Plura erant facinora, miranda opera à Samuele in populi vtilitatem, & Dei honorem perfecta; ea tamen ſilentio preſſit modeſtus: ſatis ſibi eſſe ad gloriam ratus, ſi nulla impeteretur querela: liuor namque, aut iniuſtè conceptum odium ſic anatomicè actiones Præſulum ſcrutatur, vt maximum ſit præconiũ, ſi nullum obijciatur delictum. *Notandum eſt*, in-

Gregor. quit Gregorius ad cap. 12. lib. 1. Regum, *quia bona, quæ fecit vir Sanctus, non dixit; mala verò quæ non fecit, expoſuit; vt ſilendo ad æterna lucra bona ſeruaret, & loquendo odorem bonæ opinionis non perderet.* Adijcit Gregorius: *Dum ergo mala ſe tam cautè vitaſſe aſſerit, & ingentia bona, quæ fecit, ſiluit, apertè vir beatus oſtendit, in quanto culmine virtutum ſteterit.* In editiſſimo certè virtutum vertice ſteterit, qui nec linguas querulas, nec calumnias criminatrices ſuſtinuit: eſt enim miraculi ad inſtar rarus, qui regiminis munere ſanctus non expetiatur liuidi dentis morſum, & mordacis linguæ venenum. Adde ſatis non eſſe præclaris operibus illuceſcere, quo poſſit quis hoc quodammodò regiminis fatum mutare. Qui punitus, etſi iuſtè, qui etſi æquitate, poſtpoſitus, qui ambitioſa vota non aſſecutus, omnes armantur in Præſulem mœrorem obmurmuratione ſolantes, & famam Præſulis arrodentes.

20 Theodoricus rex, vt Caſſiodori præconium ſæculis æternaret, ſic aiebat 1. var. 3. *Sine inuidia lucri morum diuitias retuliſti, excludens vel querelis aditum, vel derogationibus locum: & vnde vix ſolet reportari patientia ſilentium, voces tibi militantes*

Caſſiod. *laudantium: nouimus enim teſte Tullio Siculorum naturam, quàm ſit facilis ad querelas: vbi ſolita conſuetudine poſſint iudices etiam de ſuſpicionibus accuſare.* Qui nec ſuſpicionibus tangi, nec querelis potuit adurgeri, humanum quodammodo eſt ſupergreſſus ingenium, & cœleſte obtinuit faſtigiũ. Malignitas nihil non ſpeculatur, & cùm ſuſpiciones inanes creet, ſuſpicionibus nititur acculare, & querelis iniquiſſimis aggreditur ſuperiorem ſemper impetere. Ergo iudex, Præſulque omnes querelas effugiens, & ſuſpicionis fruſtrans audaciam, humanam ſupergreſſus lucet naturam.

Diuus Lucas Baptiſtæ parentẽ dignitatum proponit infulis exornatum, & nullis querelis à ſubditis impetitum: *Fuit in diebus Herodis regis Iudææ Sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth: erant autem ambo iuſti ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini ſine querela.* Non ignoro litteram; ſed hic locum ad mores expendo: Quid mirum erat vitarint querelam, qui in nullo à lege deficientes, & iuſtificationes Domini ſolicita ſtudioſitate ſeruantes? An ſic apud ſæculum malè audit virtus, vt qui legis ſtudet obſeruantiæ, obnoxius viuat garrulitati, & quærelæ? Profectò mi Zacharias dignitate fulgeret, non eſſet mirum querelas vitaſſe, dum conſtabat virtutibus inſeruiſſe; at faſtigio dignitatis elatum, etſi virtutibus mirè excultum querelas vitaſſe ſic humanam ſupergreditur fidem, vt Euangeliſtæ depoſcat authoritatem: iuſtus erat Zacharias in omnibus mandatis, & iuſtificationibus Domini incedens; hoc tamen à ſe ipſo gratiæ auxilio poterat impetrare; at querelis non feriri, niſi cœleſti, ſpeciatiſſimoque beneficio non poterat obtinere: *Sanctus Euangeliſta*, ſcribit Ambroſius ad hunc locum, *non ſolum iuſtos ante Deum, & incedentes in mandatis omnibus, & iuſtificationibus Domini; ſed etiam ſine querela incedentes, ait: quod mirè cum prophetico congruit dicto, quo Sanctus Salomon in Proverbiis vſus eſt, dicens: Prouide bona* Ambroſ. *ſemper coram Deo, & coram hominibus. Nulla ergo querela eſt, vbi & mentis bonitas concordat & factis: & plerumque iuſtitia durior hominum querelam excitat.* Adde non ſolùm iuſtitiam duriorem; ſed placidam virtutem ſæpeſæpiùs improborum excitare querelam. Ergo Sanctus Lucas de mandatorum obſeruatione probauit iuſtum, de querulorum ſilentio & prudentem, & fortunatum: quando accidere ſolet ſuperiorem ſine cauſa ſuſtinere inuidiam, & criminatricem pati querelam. *Plena igitur laudatio*, inquit Ambroſius, *qua genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit: genus in maioribus, mores in æquitate, officium in Sacerdotio, factum in mandato, in iuſtificatione iudicium.* Mirandi filij pater mirandus erat, quando generis claritate conſpicuus, & dignitatis infulis exornatus in omnibus mandatis Domini inceſſit, & omnes ſubiectorum querelas vitauit. Ergo iure iudex noſter laudatur, & inter primores cenſetur: nam licèt nullâ eius referantur præclara facta, nulla etiam de eo aures diuerberauit querela: quod vt eſt in faſtigia poſſidente perrarum, ſic eximium, & ſingulare haberi debet præconium.

41

Lucæ 1, v.5.

§. XL.

Digitized by Google

§. XI.

Si electio longo tempore differatur, ambitioni & cupiditati aditus aperitur.

42 AMbitio vigilantibus oculis, quò ſe ingerat, inuenire ſemper anhelat, & aliquando auri auxilio, aut fautorum ope fortunatè aſſequitur, quod contra rationem molitur, vnde niſi præcludatur maturè aditus, inuaditur dignitas, aut æquitatis iniuriâ peruertit electores poteſtas: vtque ſine paſtore grex periculoſis patet incurſibus, & obnoxius degit rapientium cupiditatibus; ita dignitas vacua ambitioni & rapinæ probatur obnoxia: confuſis moribus viuunt, qui diſciplinæ legibus non reguntur, nec pœnarum metu frænantur. Magna profectò Reipublicæ talus eſt rite electum ſortiri, vt infelicitas magna intrulum artificio aut potentia pati. Opportunè Caſſiodorus 1, var. 11. *Ordinatio noſtra non debet per moram impediri, ne, quod ſalubriter conſtat eſſe depoſitum, per tarditatis vitium incurrat obſtaculum.* Salubriter diſpoſita impediri ſolent tarditatis ignauia, & eluditur commodum moroſo temporis interuallo. Conſilio electus arcet pericula, & felicitatis nutrit crementa; qui verò ad occupandum dignitatis faſtigium potentiæ viribus vtitur, aut variis ſemperque noxiis ambitionis fraudibus obarmatur, eſſe ſolet pacis peſtis, iuſtitiæ hoſtis: occludenda penitus eſt ambitus via, frau iſque occaſio, alioquin dignitas ſine domino præda fiet audaciæ, & ſpolium erit verſutiæ. Thola populi dux eligitur, quin ambitioni locus detur, & dum matura conſideratione, celerique conſilio ſortitur populus iudicem, omnia florent imperturbata, & pax delectat ſtabilita: *Iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis.* Toto huius Iudicis tempore nec circumſtrepunt bella, nec exoriuntur ſcandala: quod ſi ſtatæ pacis cauſam inquiras, reſpondebit Abulenſis demortuo Abimelecho fuiſſe electionem maturè acceleratam, & omnem ambitionis viam ſtudioſè præcluſam, ſicque quam Abimelechi tempore tulit Reſpublica, audacia frænata eſt, & calamitas impedita: *Fortè mortuo Abimelech aliqui vellent ſimiliter inſurgere ad vſurpandum ſibi regnum*, ſcribit q. 3. *& grauiſſima ſcandala ſuſcitarent in populo: ideò voluerunt illicò inſtituere Thola, quo præſidente vt Iudex nullus auderet mouere ſcandala: quia ille imperans toti populo præ magnitudine potentiæ illa ſedaret.* Citò electus, & conſilio ad dignitatem prælatus multiplices ambitionis techinas excluſit, & perturbationis cauſas præcidit. Et fortè ſi rationabilis diu tardaretur electio, dignitatem depauperaſſet rapina, aut occupaſſet audacia.

Caſſiod.

Abulenſ.

43 Gedeon decantandus populi dux occubuit: *Mortuus eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona.* Populus electionem diſtulit, nec præficiendum curauit: interim Abimelech eligendi mora, & ambitionis induſtriâ vſus ſibi patronos conſanguineos aſciuit, Sichimitarumque Principes ſpebus corruptos traxit, regnumque tyrannicè adiuit: *Abiit Abimelech filius Ierobaal in Sichem ad fratres matris ſuæ, & locutus eſt ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matris ſuæ dicens: Loquimini ad omnes viros Sichem*: doloſis faſtigium artibus occupauit non ritè electus; ſed partialium fauore intruſus. Iam quam toti populo, Reipubli-

Iudic. 9. v. 1.

cæque exitialis extiterit, textus prodit, dum thamno lenticoſiſſimo comparauit, cuius vngues ne ſacratæ Numini pecuniæ pepercerùt, & cuius ardentiſſimæ flammæ omnia voraciſſimè deuaſtarunt. Huius ſtragis cauſam putat Abulenſis fuiſſe tractam in electione moram: ſi enim populus dignum matura deliberatione prætuliſſet, damnis omnibus obuiaſſet: ipſum audi quæſtione 3. ad Iudic. 10. *Poſt mortem Gedeonis non curabat populus quemquam iudicem inſtituere.* Addit: *Et interim ſurrexit Abimelech, & fauore Sichimitarum factus eſt rex, & poſtea concitauit ſcandala magna pugnans contra loca multa, & agens violentias.* A dignitate diu vacua omnis populi calamitas eſt exorta: nec enim Abimelechus auderet, ſi electum rite conſpiceret. Fauor pro ſuffragiis fuit, & dum fauore præficitur, totius peſtis Reipublicæ ſalutatur. O quàm fauor non inueniſſet locum, ſi prudentia, ratióque deſignaſſet faſtigio dignum!

Moyſes regiminis difficultatibus penè obrutus, 44
nullaque regendi ambitione ſtimulatus obnixis precibus Deum exorat, vt alios ſecum dignetur eligere, quorum ope graues adeò moleſtias faciliùs quiuerit tolerare: Dominus iuſtis ſerui precibus inclinatus congregari ſeptuaginta viros iubet, quorum virtus nota, & experientia non dubia: *Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus* Numer. 11. v. 16.
Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri, & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis, faciesque ibi ſtare tecum, vt deſcendam, & loquar tibi. Dato de congregandis ſenioribus præcepto, & decreto numero Moyſem adurget, nec inſumere tempus permittit: *Iam nunc videbis virùm meus ſermo opere compleatur. Venit igitur Moyſes, & narrauit populo verba Domini congregans ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos ſtare fecit circa tabernaculum, deſcenditque Dominus per nubem.* Diuina certè probatur electio, quando eligendi non referuntur frequentaſſe eligentis domum; ſed potiùs ductos ante Domini conſtitiſſe tabernaculum: & quidem dum illo verbo *nunc* electionem accelerat, ambitionis & cupiditatis ſolicitum ſtudium fruſtrat. Fortè ſi Moyſes eruulgaſſet fore ſeptuaginta ſenes eligendos in Principes, nec ſtatim electionem perficeret, dum plures præſumptionis auſu dignitatem arbitrarentur ſibi deberi, ambitioſis aggrederentur populum tumultibus inquietare: ergo quam citò electio perfecta eſt, ne ſi diu eligendo vocarit dignitas, audeat ambitionis temeritas. Innuit Caietanus, qui ex Hebræo legit: *Nunc videbis an eueniet tibi verbum, an non?* Additque: *Dubio & interrogationi admixta reſpondet ſe facto monſtraturum ſtatim, ita quòd ipſe Moyſes nunc videbit.* Ducat ſtatim Moyſes ſeptuaginta ſenes, & quàm citò Dominus electionem confirmet, ne dum quiſque ſibi eligi poſſe promittit variis ſolicitudinibus electores diuexet, & populum fortè lue ambitionis contaminet. Profectò electio ſuffragio temporis maturanda eſt; at vbi ſine prudentiæ iniuria poteſt, quàm citiùs eſt perficienda; alioquin ambitioni campus aperitur, & in ambientium tempus certamen vertitur.

Caietanus.

Deus de inaugurando rege cum Samuele diſſe- 45
rens cornu oleo impleri iubet, & ad Iſai domum celeri greſſu tendere: *Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Iſai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem.* Ignota erat diiudicandi ratio, vtque noſtræ theſis conſtet veritas, expende quid hac in electione acciderit: Samuel

1. Reg. 16. v. 1.

aduentat,

aduentat, & Iſai filiorum chorus circumſtat: *Cùm ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* Repulſam paſſus eſt maior: ſecundum pater vnctioni offert, & dum olei natura fluere recuſat, fratres omnes dignitatis ſpes inflammat: nullus indignum ſe reputauit; accedere nullus renuit; imò fratrum quiſque dignitatem ſibi promiſit: toto temporis interuallo, quo reiectaneo cornu incluſum oleum recuſauit fluere, non deſtitit ambitio contendere. Certè ſi citiùs Danid meritis conſpicuus, & à Deo electus oleo reſplenduiſſet vnctus, & fratrum ceſſaſſet ambitus; at Deus, vt electores experientia doceat, quam, ſi differatur electio, inardeſcere ſoleat ambitio, eligendum arcanè celat, & ambientium numerum manifeſtè declarat. *O ſapientiam immortalem!* ſcribit Seleucienſis Baſilius orat. 14. *O arcanam miraculi editionem, & filium tegit: non clarè dixit: Vngatur mihi rex Danid.* Addit: *Ad populum mittis vnctorem Samuelem: ibi ô propheta expecta vnctionem gratiæ.* Expectare iubet, vt dilatam electionem, quæ comitentur, demonſtret, & quam omnes electionem exambiant, ipſa experientia declaret. *Ecce*, addit Baſilius, *præſtò erat Samuel, & filiorum Ieſſe chorus circumſtabat.* Fratrum numerus electorem quodammodò obſidebat, & illorum quiſque gratum ſibi facere adlaborabat: nullus in tanto numero fuit, qui ſe regio ſceptro minus aptum crederet, aut congruis ad regendos populos nudum dotibus reputaret: *Filiorum Ieſſe chorus circumſtabat*: natu maior priuilegium allegabat naturæ, proximior fortè excedere laude arbitrabatur prudentiæ, vel aſtantium poſtremus in ſe aliquid inueniebat, quo cæteris ſe auferendum crederet, & anteferri exambiret: Vbi Danid electus eſt, ceſſauit fratrum contentio, & decertantium ambitio: vt hoc exemplo electores didicerint quantum mora attulerit detrimentum, & quam multiplicem procrearit ambientium numerum: præpropera & immatura eligendi ratio irreparabilibus ſcatet incommodis: expectandum eſt temporis, vt dicebam; ſuffragium, ſolicitum examinis adhibendum ſtudium, laudis perquirendum eſt teſtimonium; at ſi omnia iſta ad aliquem conſtet confluere, acceleranda eſt electio, ne ob tractas moras & probo dignitas careat, & ambientium numerus creſcat.

Iaſi.

---

§. XII.

Superiorem non ſolùm deces conſonam legibus ſententiam ferre; ſed maturis conſiliis iurgia vitare.

46 ANtiquitas inter deos Conſum retulit, dum reputat optima præbere conſilia, quibus deſidioſa euitarentur certamina: adeò cœleſte munus arbitrabantur antiqui maturis conſiliis anteuertere iurgia, præueniteque ex iurgiis reſultantia frequenter odia, vt Conſum cæteris diuinitate non ſolùm æqualem; imò aliquibus ſuperiorem crediderint: quia maturis monitis anteuertebat lites, & ad vtilem concordiam reducebat diſceptantes. Auguſtinus lib. 4. de Ciuit. cap. 11. exiſtimat Iouem fuiſſe Conſum, vt qui dum iudex æquiſſimam præberet ſententiam, non ſemel maturis conſilijs iurgiorum auferret cauſam: *Ipſe ſit & Deus Conſus prabendo conſilia.* Itaque Iouem æquiſſimum rebantur, dum tribunali proferebat ſententiam, Conſum ſapientiſſimum, dum componebat diſſidium, ne legis promulgaret decretum: non minorem famam, venerationemque conciliauit ſibi Iupiter conſulendo, quàm iudicando: & quidem iuris edicta deleniunt æquitati, conſilia animorum patrocinantur ſaluti, & virtutis perfectioni: *Quæ eſt ergo paracleti adminiſtratio*, aiebat Tertullianus de veland. virgin. cap. 1. *niſi hæc quòd diſciplina dirigitur, quòd Scripturæ reuelantur, quòd intellectus reformatur, quòd ad meliora proficitur.* Filio omne iudicium Pater delegauit, Spiritui Sancto omne conſilium adſcripſit: nec minor eſt qui conſiliis promouit diſciplinam, quàm qui iuſtam profert ſententiam. Hinc Thola, qui Abimelecho ſucceſſit, vt cœleſte imitaretur exemplum, coniunxit iuxta legis præſcripta ſententiam promere, & litigantes optimis conſiliis concordare, ad virtutemque promouere: *Iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis.* Non erat Thola ex illorum Iudicum grege, qui litium cauſas fouent, vt hinc indeque pecunias collegerint: non erat ex illis, qui ad auctoritatis pompam litigantium poſt ſe trahere affectant cateruam; ſed ex iis, qui conſilijs componunt iurgia, ne ex iurgijs promanauerint odia. Innuit Hugo Cardinalis: *Iudicauit*, inquit, *conſilia dando.* Tholæ tempore pax efflorui, tranquillitas viguit: malebat namque otiari ſubſellia, quàm altercantium fouere iurgia: *Iudicauit conſilia dando*; & conſilia dedit, ne iudicaret.

Tertullian.

Hugo.

Chriſtus iudex mortuorum, viuorumque conſtitutus apud Matthæum ſic aiebat: *Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dum es in via cum eo, ne* 47 Matth. 5. v. 25. *fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi: Non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.* O quàm impleuit pij integrique iudicis munus! Cauſa iam ad tribunal delatâ, ea æquitate iuſtitiam adminiſtrat, vt debitor ſuſtineat vincula, quouſque vltimum quadrantem ſoluat; at ne duriſſimis conſtringat vinculis, ad concordiam conſiliis allicit, & diſcordiarum diſcrimina oculis obiiciens ad pacem promouet: maluit optimus iudex de litigantium concordia lucrari elogium, quàm legis, ſi litigauerint, proferre decretum: *Quia nullum tempus*, inquit Hilarius apud D. Thomam, *vacuum affectu placabilitatis Dominus eſſe permittit, citò in vita noſtra via reconciliari nos aduerſario præcepit.* Ni concordia litigantes componat, dura promenda in alterum eſt ſententia: ergo iudex ipſe, ne protulerit ſententiam, litigantes allicit ad concordiam. Vt repetat Theodoricus quod 1. variar. 3. aiebat de Caſſiodoro: *Siculorum ſuſpicantium mentes ab obſtinatione præcipiti deuiaſti, culpam remouens illis, nobis neceſſitatem ſubtrahens vltionis. Egit ſalubris perſuaſio, quod vehemens poterat emendare diſtrictio.* Ni placaſſet animos, ni ad concordiam reduxiſſet, opus erat diſtrictione: ergo ipſam diſtrictionem ſalubri iudex anteuertit conſilio malens de neglecto cenſu famam augere, quàm litibus lites parturientibus pecuniam incrementare.

Hilar.

Caſſiod.

Cùm opus eſſet Abelo, Cainoque Deum oblatis ſacrificiis colere, & dignis hoſtiis maieſtatem Numinis proteſtari, Cainus ſacrificationem pœnæ loco ducens ſacrificium adulterauit, & quo 48

in

in pretio haberet, cui sacrificabat ostendit. E contra Abelus gregis datori tectiorem portionem afferebat, & quo studio Dominum coleret, publicabat: Deus sacrificium Cain respuit cum impietate coniunctum, & offerentis animum conspicatus donum neglexit; Abelis verò munus gratis oculis aspexit, & aspiciendo honorauit. Quid tunc? Cainus, quia in Deum non poterat, in fratrem stomachatur, & cùm debuisset ad pœnitudinis recurrere patrocinium, immortale præcordiis fouebat odium: Deus tristi occurrit, & in concordiam cum fratre redire mouet: *Quare iratus, & cur concidit facies tua? Nonne si benè egeris, recipies; sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit?* Mœstitudinem leuat, iustam tristitiæ non esse causam demonstrat, & ne posteà maledictionis mulctam ob perpetratam impiè fraternam cædem teneatur infligere, consiliis optimis adlaborauit placare. Abedo occiso, & ab eius sanguine interpellatus æquissimam protulit sententiam: *Nunc maledictus eris super terram*: tunc maledixit; sed anteà prouidenter admonuit, vt exhibitum anteà consilium exhibendum posteà æquitatis commendaret decretum. Opportunè Basilius Seleuciensis orat. 4. *Erat inuidentia tristitiæ parens, & animositas quadam cædis prænia: mitigat igitur per se ipsum tristitia vim Deus de more humanorum medicorum, qui, etsi malum desperent, spem tamen habent repositam in medicamine; & voce communicat, & ratione quadam, consilioque ab eo gratiam init.* Ipse iudex fuit pro aduocato, consilio tristitudinem mitigabat, & à concepta cæde animum auertebat: non suspirabat proferre sententiam; sed stabilire desiderabat concordiam: maturo, prouidentique consilio anteuertere delictum conatus est, malens, dum voce humanissima alloquitur Cainum, quid ad speciem dignitati detrahere, quàm amori. Imò consilio probauit amorem, vt impleuerit dignitatem: *Consilio ab eo gratiam init:* decet enim iudicem, superioremque iurgia placare consiliis, & ne legis districtione feriat, omnem odij occasionem præcidere; & litigantes componere.

Gen. 4. v. 6.

Basilius.

49 Moyses cum ad inuisendos suos, solandosque pergeret, Hebræos duos rixantes conspexit, & violento, vt abstineret, blandè suasit: *Egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes, dixitque ei, qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum?* Stephanus Actor. 7. testatur iam prænouisse se iudicem à Deo electum, & in populi salutem datum: *Existimabat intelligere fratres: quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis.* Vt existimauit salutarem se iudicem, non fouit iurgia; sed sopire gestiuit odia, ratus ad salubris iudicis dignitatem spectare optimis dissidentes consiliis componere, & ad concordiam reducere: ergo iniurium admonuit, qui in regem adoptatus libera fronte violentum posset punire: quia intellexit se in salutem populis datum, optimis consiliis aggressus est stabilire concordiam, ne infligere cogeretur iniurio mulctam. Profectò Moyses suis cæteros factis erudiuit, ostenditque iudices, & superiores à Deo in populi salutem datos de præstito consilio anteuertere sententiam, dum consiliis maturauere concordiam. Antè voluit Moyses regere consilio, quàm gladio: *Iam erat constitutus à Deo tutor*, inquit Lyra ad Actor. 7.

Exodi 2. v. 13.

Actor. 7. 25.

Lyra.

& defensor populi. Constitutus erat iam iudex; sed quia ad salutem, nixus est rixantium placare odia, componere iurgia, non premere delinquentem sententiâ. Quàm in contrarium nonnunquam iustitiæ ministri exorbitant, & declinant! non student anteuertere lites, non curant ad concordiam componere dissentientes; imò aliquando & inflammant, & instigant, &, vt contemnendâ expiscentur lucra, glicere permittunt odia.

§. XIII.

Nonnullis ad dignitatem expiscandam est pro meritis audacia, & ambitionis molestia.

50 PLuribus pro merito fuit ad consequendam dignitatem illatum electori fastidium, & importunas preces audiendi tædium: eâ pertinacia dignitatem exambiunt, vt Ægyptiarum ranarum instar continuis molestissimisque clamoribus aures feriant, seque vel ad secretiora introducant: vt pollent audacia, nihil formidant, vt ambitione inflammantur, nihil non tentant. Hinc aliquando contingit plures ad dignitatem efferri non meritorum suffragiis; sed ambitionis molestiis: vt se expediuerint electores, vtque à se importunissimos ambitores repellant, non semel adire dignitatem patiuntur, noscunt dotibus carere; sed se ab importunis desiderant clamoribus liberare, & iustitiæ distributiuæ dilpendio se expediunt à molestissimo ambitorum delirio. Itaque dignitatẽ præripit intrusionis pertinacia, & ambitionis molestia. Thola, de quo nullum præclarè gestum exprimitur, inter populi iudices recensetur: *Iudicauit Israelem viginti & tribus annis mortuusque est.* Nihil præclarum à Thola factum referri notauit Caietanus: *Hic*, scribit, *inter iudices supputatur: nullum præclarè gestum ab hoc recitatur.* Itaque & præclarè gestis videtur nudus, & ad iudicis potestatem euectus. Iam si quæras quomodò dignitatem occupauerit: respondebit, intrusionis titulo, & pertinacis ambitus merito. Nec refragatur Caiet. sententiæ textus: *Post Abimelech*, inquit, *surrexit dux in Israel Thola.* Nó ait, à Deo missus est, nec à populo electus; sed *surrexit*, vt coniicere possis nó tam elatum meritorũ suffragio, quam artificio. Notauit, vt dicebam, Caietanus: *Significantis dicitur quòd surrexit ad differentiam missorum à Deo, & electorũ à populo: nec describitur modus, quo ambitu officiũ Saluatoris.* En ex Caiet. sententia nec à Deo missus, nec à populo electus dignitate potius est: quia se ingessit fortè electores vexando, aut impudenter audendo. Sidonius Apollinaris lib. 1. epistolar. epist. 9. agens de Auieno Consule ait, Auienum fauore, fortunaque obtinuisse, quod debebatur virtuti: *Auienus ad consulatum felicitate peruenerat.* Quàm velociter difficultatum fluctus transmittuntur, si aura fauoris inspiret, quàm sine brachiorum lassitudine, & remigandi anxietate tenetur portus, si felicitas arriserit, patronusque adfuerit.

Caietanus.

Sidon.

51 Balac Dei populi vires extimescens detestabili prouidentia sibi consulit, & dæmonum auxilio fascinare aduersariorum vires exambit. Balaamum vocat augurijs celebrem, & apud stultos magicis artibus spectabilem: nuntios mittit, quos Balaamus hospitio recepit; verùm Deus iter prohibuit:

Numer. 22. v. 12. hibuit : *Noli ire cum eis, neque maledicas populo : quia benedictus est.* Parùit Balaam, etsi inuitè, legatosque remisit : repulsus Balac non destitit ; sed iteratis precibus, adauctis muneribus, magnificis promissis honoribus, cupiditatem ambitionemque hominis inflammauit, cúmque Dei placitum ignorare posset, nuntios iterum recepit, ac iterum Deum consulit : *Obsecro, vt hic maneatis, etiam hac nocte, & sciam quem, quid mihi rursum respondeat Dominus.* Modò facultatem obtinuit, qui priùs de non grandiendo imperium accepit : *surge & vade cum eis.* Quærit Hugo Cardinalis, quomodò Balaamus modò fuerit ire permittus, cùm anteà, netenderet, ab ipso Deo fuerit monitus : respondetque Balaamum honorum dignitú nque cupidum ea instantia, easque molestia licentiam procurasse, vt Deus, si fas est dicere, molestiæ cesserit, & abire ad regem permiserit. Ipsum audi : *Molestus est Deo Balaam, qui & improbè extorquet permitti sibi, vt eat.* Regis ambiebat latus, dignitatem suspirabat, quam si tenderet, sibi promittebat. Ergo ea improbitate institit, ea molestiâ, si fas est dicere, Dominum diuexauit, vt obtinuerit molestus, quod nullatenus acquisiuisset nisi importunus : *Improbè extorquet permittit sibi vt eat.* Eundi facultatem non impetrat; sed exprimit; sed extorquet. Et quidem eâ aliquando importunitate ambitores Reipublicæ administros diuexerant, ea molestia defatigant, vt importunitas extorqueat, quod probitas denegebat, & electores, quo se expediuerint, molestiaque liberarint, cedant audaciæ, & inflandi obstinationi.

Hugo.

52 Hebræorum Reipublicæ confusis calamitatum vorticibus vndique concussæ, iactatæque Deus aliquod solatium prouidit, sacerdotem videlicet omni sanctitate excultum, & virtutum concinnitate exornatum : *Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidam nomine Zacharias.* Herodes rex proditur, cùm tamen lux clarissimè refragaretur : non erat ex Iudææ stirpe prognatus, non legitima vena exortus, & tamen regali murice splendebat ornatus, & ad thronum radiabat euectus quod si inquiras huius electionis causam : respondebit Chrysologus serm. 86. pro meritis fuisse felicem temeritatem, & cæcam ambitionis cupidinem : luxit dignitate, non virtute parta, sed pertinacia acquisita. Chrysologum audi : *Vsque ad Herodem Iudaica genti sacerdotalis sanctitas, senum grauitas, patrum pietas præsidebat : ius erat lux diuina, ambitio nil ibi, nil temeritas, præsumptio nil valebat : quia gerebatur totum diuino ordine, non humano.* Sustinebit ingeniosissimus Doctor : *Sed Herodes veniens ex gente aliena inuasit regnum, violauit sacerdotium, confudit ordinem, mutauit mores, sprenit senes, infecit iuuenes, tribus miscuit, delenit stemmata, corrupit genus, tulit quidquid erat & diuina & humana funditus disciplina.* Vide qualia Præsidis erant merita, quibusque gradibus inscenderit dignitatum fastigia : inuasit regnum audax temeritas, iniquæ rapinæ tulerunt inaugurando suffragium, à quo exulare constabat meritum. Nec vni tantum Herodi elapsis sæculis profuit ad dignitatem consequendam audacia, quandoquidem inuenies plures meritis orbos, virtutibus prorsus nudos ; qui tamen aliis anteferuntur, & hac ant illa dignitate exornantur : illis namque importuna molestia, & molesta pro meritis est audacia.

Luc. 1. v. 5.

Chrysol.

53 Cùm vir Dei idolorum sacrificulis in sceleris pœnam flammas ardentissimas prædixisset, propheta quidam senex Dei virum fefellit, ac mentitis obsequiis mortem procurauit : *Prophetes quidam senex habitabat in Bethel, ad quem venerunt filij sui, & narrauerunt & omnia opera, quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel.* Senex habebatur prophetes, cùm tamen aliorum solùm relatu vel præterita nosceret, & tamen teste Hugone sacerdotum Princeps habebatur, & à rege vti oraculum colebatur : *Iste pseudopropheta Princeps erat sacerdotum, & valde à rege colebatur tanquam diuinus.* Quibus quibus dotibus, quibus prophetiis, qua originis prærogatiua dignitatem obtinuerit. Ad quod respondebit Lyra, se illuc introduxisse, & introductione pro meritis dignitatē vsurpasse : *Non erat inde natus, sed de Samaria, vt habetur infra 4. lib. 24. capite. Et venerat ad illum manendum propter cultum idolorum.* Venerat non alicuius ; sed vt idolis inseruiret, quæque, qua se ingerebat cultui molestia, ipsa audacia prophetæ illi nomen acquisiuit, & temporis lapsu ad dignitatem euexit. *Iste propheta*, scribit Abulensis quæstione 11. *erat malus, quia fauebat regi in cultu idolorum.* Indignis obsequiis meritorum vice obtinuit dignitatem infelici fortuna, & indigna gratiâ : cogitauit vetemosus senex, quibus dignitatem artibus quitet obtinere, cumque se meritis, virtutibus, ac nautæ dotibus nudum experiretur, confugit ad adulationis patrocinium, & ad vitiorum suffragium : *Faueba regi in cultu idolorum.* Colebat fortè rex venerem, vtque eius iniret gratiam, senis vtebatur opera, vt proficiebat industria : hoc ergo officium dignitate persoluit, & indigna gratitudine compensauit.

Hugo.

Abulens.

54 Filij Israel relicto Domino Baalim adhæserunt, eius gratiam importunâ præsentia exambientes, & muneribus sibi conciliantes : *Fecerunt filij Israel malum in conspectu Domini, & seruierunt Baalim.* Stephanus in allegor. Tilman. in Baalim superiores, electoresque designari autumat, quibus nonnulli per fas, nefasque inseruiunt, quorum atria crudis salutationibus ocupant, altaque nocte desertant, & hoc totum, vt expiscentur aliquam dignitatem : *Baalim*, inquit, *interpretatur superior, vel deuorator : illi ergo, qui ad hoc laborant, vt sint superiores, vel vt aliquos deuorent res eorum emungendo, hi seruiunt Baalim.* Lucendi phreneſi gratiam muneribus emunt, vtque habeant vnde emerint, ad rapinas miserorum confugiunt : illos deuorant, & quod deuorant, cum deuoratore diuidunt, & patrocinium ad illicitam immunitatem sibi de rapinis emunt. Ad hoc laborant, vt sint superiores, & qua carent meritis, vtuntur importunis officiis : inserunt Baalim opportunè, importuneque se ingerentes, & visque ad tædium vexantes : vnde non semel, vt ab hac se expedierit molestia, tædium afferentibus dilargitur officia.

Iudic. 2. v. 11.

Stephan.

§. XIV.

Ferè nullus acceptæ pensat ad gratiam ; sed quæ alij acceperint, solitat pensare ad querelam.

55 TErtullianus lib. de pœnit. capite 6. eorum fugillat fluktitiam, carpitque insaniam, qui Dei liberalitatem detorquent ad seruitutem, quasi necesse

neceſſe habeat Deus ad illorum palatum inſeruire, & ad arbitrium cupiditatis donare. *Liberalitatem cum faciunt ſeruitutem.* Qui plura accepit, dum cum alteri à Deo collatis confert, ſolet inſanas efferueſcere in iras, & inde ingratas format querelas, vnde ampliſſimas debuiſſet reddere gratias: de alieni beneficij exceſſu queritur, proprium non gratificatur: quaſi exceſſus ſua fuerit iniuria, ſibi datum non gratia. Thola ad populi regimen electus per viginti tres annos poteſtate viguit, & floruit; ſe illos tamen, vt videtur, non ſuſcepit. *Iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis.* Huic Iair Galaadites ſucceſſit filiorum copia ditescens; ſed anguſtiori dignitatis tempore fruens: vterque honeſtam vitæ adiecit clauſulam, quin alter orbitatis, alter anguſtioris dederit querelas regiminis. *Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos.* Anguſtius alterius regiminis tempus legitur, alterius filiorum copia nō proditur, nullius tamen aduerſus fortunam querela auditur: nec mirum, quando vterque prudentia præditus, non impotentis voti cupiditate obſcuratus: ſi ex aliis eſſent, indignarentur, quod habiti non fuerint digni longiori tempore, & ampla poſteritate, quando plurimi ſtulti (eſt namque ſtultorum numerus infinitus) ſi aliis non præferantur ſemper queruntur non cogitantes quid illis conceſſum, ſed quid aliis dilargitum. Huc voco Senecam 5. de benef. cap. 17. *Quis ſine querela moritur? Atqui hoc ingrati eſt, non eſſe contentum præfato tempore.* Qui vitæ ſuæ tempus cum aliorum longiſſimis annis confert, non ſine querela moritur, quod tempore breuioti rapiatur: quod de vitæ ſpatiis aſſerit Stoicus; cæteris rebus adapta, videbiſque quamplures de fortuna querulos, quod ſibi aliis conceſſum detraxerit, quod plus non dederit. Adiicit Seneca: *Vt prorogetur tibi dies mortis, nihil proficit ad felicitatem: quoniam mora non fit beatior vita; ſed longior. Quanto ſatius eſt gratum aduerſus percepitas voluptates non aliorum annos computare; ſed ſuos benignè æſtimare, & in lucro ponere? Hoc me dignum iudicauit Deus? Hoc ſatis eſt. Potui plus; ſed hoc quoque beneficium eſt; grati ſimus aduerſus deos, grati aduerſus homines, grati aduerſus eos, qui nobis aliquid præſtiterunt.* Beneficia deflectuntur ad iniuriæ offenſam, & offenſionis iniuriam: noſtram exprobramus: ſortem, Dei incuſamus liberalitatem: & hoc totum quia alios auguſtioribus amplioribuſque beneficiis, dignatus ſit, cùm iuſtius fuerit liberaliter accepta expendere ad gratitudinem, & in tuto collocare ad vtilitatem: citius mortuus eſt Iair accepta poteſtate; ſed ſine querela mortuus: mortuus eſt Thola ſine filiis; ſed non contulit ſibi data cum alteri conceſſis: vt noſcas liberalitatem Dei non eſſe ſeruitutem, cæcutireque quicumque ad ſeruitutem traxit Dei liberalitatem.

Tertullian.

Seneca.

56 Filius ſenior quæ illum contigerat, diuiſionis tempore accepit ſubſtantiam: pater ſecum illum retinens periculis obuiis ſubtraxit: ille paternis iuſſis obtemperabat, quin præceptis contrairet, aut iuſſionibus obmaret; verùm cum germanus poſt tot tantaſque calamitates rediiſſet, benignè à patre indulgentiſſimo acceptus eſt: ſtola prima induitur, annulo nobilitatur, ferculis ſaporatis nutritur: ea lætitia domus tota perſonabat, vt frater audierit, & iam fraterno beneficio percuſſus patri ob accepta non refert gratias; ſed ingratiſſimas dat querelas: *Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterini, & nunquam dediſti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer; ſed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam ſuam cum meretricibus, venit, occidiſti illi vitulum ſaginatum.* Memoria non retinuit, atque petitionis rubore ſe accepiſſe ſubſtantiam, potumque tot annis paternam menſam: dum non contulit cum prodigo datis à ſe recepta, paruit morigerus, ſeruiuitque gratus; at dum deſipit, & paternam taxat liberalitatem, dum illam facit ſeruitutem, è domo paterna exulauit excluſus, & querelas dedit ingratus. Ferè omnes nos hoc ſenioris filij errore tenemur: aliorum querimur firmiorem ſalutem, facultatem copioſiorem, ampliorem dignitatem, nec expendimus nil nobis deberi, deumque liberaliter dilargiri: plus alij dedit; ſed tibi nihil ſubtraxit: maiori illum honore dignatus eſt; ſed te in mediocribus collocauit: gratus eſto ob accepta, non ſtultè querulus ob non data: *Paterna charitatis memor non eſt*, inquit Chryſologus ſerm. 4. *qui eſt fraterna immemor charitatis: hœdum ſibi datum negat, qui ſubſtantiæ partem totam tempore diuiſionis accepit.* Non recordatur quanta ipſe acceperit ad obſequium; quid fratri datum, mente reuoluit ad ſupercilium.

Luc. 15. v. 29.

Chryſol.

Qui ad vineam vocati ſunt operarij, terram ſine querela excolebant: retributionis tempore neſcio quod auctarium extremis collatum eſt: cumque primi ſibi maiora promiſiſſent, nec impetraſſent, patrem familias venenatis linguis feriebant. *Accipientes murmurabant aduerſus patrem familias dicentes: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti.* Non æquitate; ſed cupiditate innitebatur obmurmuratio, quod ſapientiſſimus pater familias oblatrantibus obiecit: *Amice non facio tibi iniuriam.* Dum præſumptio merita ſua penſat, dum cupiditas aliis antecedere, aut exæquari, ſuſpirat, contra Dei liberalitatem oblatrat, nec ſe operarius gratum exhibet, quia vocatus; ſed quia alius maiora accepit, blaterat querulus: quaſi paterfamilias non fuerit ſubſtantiæ impertiendæ Dominus: ſed cupiditati dicatus ſeruus: *Nonne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade volo autem & huic dare, ſicut & tibi aut non licèt mihi, quod volo, facere? Anconlus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum.* Dum oculus aliis conceſſa intuetur, inuidia aduritur, & inuidus ſemper diſtorquetur querulus. Ad hæc Euthymius: *Oculus tuus inuidus eſt; atqui ego bonus ſum ſeruans & te & illum. Tu verò ne ex hoc turberis.* Clarebant virtute patri familias gratias agentes, quod vineam excolere digni ſint habiti, dum cum ſua ſortem aliorum non conferebant; aſt dum conferunt prolapſi in querelas & murmurationem delinquunt, ſibi adaugentes pro libidine mercedem, pro liuore aliis taxantes fauorem. Ergo vt ſcopulos vites, à te accepta cum donatis alteri non componas; ſed expende accepta indebitè beneficia, ne inſipienti prolabaris querela.

Matth. 20. v. 11.

Euthym.

57

58 Abrahamum copioſis Deus benedictionibus repleuerat, & triumphis glorioſiſſimis coronauerat: exiguo vernaculorum numero hoſtes copioſiſſimos adortus illos ſubegit, & nepotem totum reduxit, & ne aliqualis timor victoriæ gaudium interturbaret, illi Deus ſuæ offert protectionis auxilium, & cumulatiſſimum præmium: *His itaque tranſactis factus eſt ſermo Domini ad Abraham per viſionem dicens: Noli timere Abraham: ego protector tuus ſum, & merces*

Geneſ. 15. v. 1.

tua magna nimis. Quid tunc ? Obiicit ſe carere filus, & procuratorem ſuum poſteris abundare : *Dixit Abraham : Domine Deus quid dabis mihi ? Ego vadam abſque liberis, & filius procuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliezer.* Procuratori filius erat : ſed Abrahamo ingens diuitiarum copia, exundans ſeruorum familia, nobilis triumphorum gloria, & tamen ac ſi nihil haberet, quod Dominus ſerno dederat, cogitabat, & abique crimine ad noſtram eruditionem ipſi largitori querulus opponebat: *Quid dabis*, inquit, *mihi ? Ego vadam abſque liberis.* Quaſi dicat : Erga procuratorem domus meæ ſumptuoſior tua liberalitas elucet, quando illum amplioribus muneraſti beneficiis, eius nomen ad poſteritatem dernans, & in progenie vitam æternans : *Addidit Abraham*, ſubnectit textus: *Mihi non dediſti ſemen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit :* Expende Abrahamum hic non recenſere ſibi conceſſa ; ſed procuratori data : habent enim homines de more non tam expendere ad gratitudinem quæ ipſi magna acceperunt, quàm aliis collata ad querelam referre, & magnificare. *Quaſi propriy ſeminis definitionem efflagitans*, inquit Rupertus libro 5. in Genel. capite 17. *cùm dixiſſet : Ego vadam abſque liberis, & filius procuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliezer erit hæres meus. Addidit adhuc vigilanter pulſando : Mihi quoque non dediſti ſemen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit.* Inculcat alij conceſſa, ſibinon retulit data. Mores noſtros Dominus hac pia Abrahami querela depinxit, & quàm faciliùs penſent homines aliis datum, quàm ſibi conceſſum, oſtendit. Ea Abrahamus obtinuerat beneficia, quæ nec numerus capere, nec quiret lingua referre, & tamen procuratoris fœcunditatem exaggerat arcanè querulus, ſibi conceſſa modò non expendit gratus. Queſtus eſt, vt ſæpè dixi, Abrahamus culpæ expers ; ſed dum inculpatus queritur, quod nos perpetramus, exprimitur.

Rupert.

59 Cùm Chriſtus Dominus in Nazareth educatus ingentem illi perperiſſet gloriam, ciues pectore non modicas aduerſus ipſum fouebant querelas, quod videlicet apud Capharnaitas miracula perpetraſſet, & in patria ſua miraculis abſtinuiſſet : ſuorum cogitationes ſic Chriſtus depromit : *Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem : Medice cura te ipſum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.* Non expendunt ad reddendas gratias, quàm ſingulari eximioque Nazareth nobilitauerit beneficio ibi degens, patriamque agnoſcens : ſolùm recenſent quæ in Capharnaitas liberalis effuderit : *Cùm veniſſet in Nazareth Dominus*, ſcribit Chryſoſtomus apud D. Thomam, *à miraculis abſtinet, ne prouocaret eos ad maiorem liuorem ; prætendit autem eis doctrinam non minus admirandam miraculis.* Quæ illorum paſſionibus animique morbis mederetur, doctrinam Nazaræis impertiebat miraculis non infetiorem ; illi verò doctrinæ & patriæ beneficia prætereuntes illum impetebant querelis : vt noſtræ theſis veritas clarè eluceat, eſſe videlicet plures, qui aliis collata recogitant ad querelas, & ſibi dilargita prætereunt, ne debitas retulerint gratias.

Luc. 4.

Chryſoſt.

§. XV.

Prudentes ſequuntur mortem feliciter oppetentem, non vita ſplendidius radiantem.

60 HOminum ambitio cæca, & ambitioſa ſtultitia ſequendum vitandumve non iudicant ex interna qualitate ; ſed ex vmbratili vitæ ſplendore : non attendunt occaſum ; ſed ſplendeſcentem ficum ; cùm tamen non ſolùm ratio ; ſed ipſa etiam vtilitas pertuadeat vitare nitidiorem lucem infelici occaſu deturpandam, ſequique non ita ſplendidam occaſu fauſto finiendam : mors ſententiam de vita ferre debuiſſet, ni obtutus noſter tetris ambitionis nebulis caligaſſet. *Audire ſolemus*, aiebat Seneca epiſt. 82. *ſic quorumdam vitam laudari, quibus inundetur ; molliter vixit, hoc dicunt, malus eſt : paulatim enim effœminatur animus, atque in ſimilitudinem otij ſui, & pigritiæ, in qua iacet, ſoluitur : quid ergo viro non vel obrigeſcere ſatius eſt ? Deinde delicati timent mortem, cui vitam ſuam fecere ſimilem.* Lautior cibus, iucundior potus, micantior ornatus inuidetur : quia quid ſub illa cruſta lateat oculis ſplendore euanido repercuſſis non adſpicitur. Ad ferendum de vita verum iudicium oportet non ſolùm oculos expandere ad fugaciſſimam lucem ; ſed ad permanentem mortem : quid intereſt ſplendidiùs luxerit, ſi infeliciùs occubuit, aut quid illi nocebit non adeo magna poteſtate micare, ſi conſtet vitam honeſta morte finire ? *In inſuperabili loco ſtat animus*, addit Stoicus, *qui externa deſeruit, & arce ſe ſua vindicat : infra illum omne telum cadit... ſcirat quò iturus ſit, vnde ortus, quod illi bonum, quod malum ſit : quid petat, quid deuitet : qua ſit illa ratio, qua appetenda ac fugienda diſcernat, qua cupiditatum manſueſcit inſania, timorum ſauitia compeſcitur.* Quod ſequendum, quod iter vitandum ſit, terminus edocet : prudens non eliget amœnam ac iudicandam viam in præiudicium deſituram, ſed aſperam, & confragoſam in Elyſeos finiendam. Gedeoni thronus offertur regius ; at ille recuſauit, ne legi inueniretur iniurius : maluit parere legibus, quàm ampliandis fluduiſſe ſplendoribus : *Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus ; ſed dominabitur vobis Dominus.* Hic, qui ambitioſa noluit dignitatis lucere pompa, vitam coronauit felici clauſula : *Mortuus eſt Gedeon filius Ioas in ſenectute bona.* Gedeoni ſucceſſit Abimelechus, qui imperium non renuit, imò tyrannica aſtutia inuaſit. *Regnauit Abimelech ſuper Iſrael tribus annis.* Tribus annis regnauit ; ſed fractis ceruicibus infeliciter occubuit. *Ecce vna mulier fragmen molæ deſuper iaciens illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Poſt Gedeon Abimelechumque electus eſt Thola, qui delegit Gedeonis anguſtiori poteſtate vti, quàm Abimelechi ampliori dignitate micare : *Iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis, mortuuſque eſt, ac ſepultus in Samir.* Quærit Abulenſis cur non affectauerit vti Abimelechus poteſtatem regiam ; ſed ſolùm

Iudic. 8. v. 23.

Iudic. 9. v. 22.

Seneca.

ſolùm vti Gedeon iudiciariam : *Quæretur vlteriùs*, inquit *quæſtion. 4. quare Thola non ſucceſſit in Principatu Regali, in quo fuerat prædeceſſor ſuus Abimelech.* Reſpondetque imitari maluiſſe Gedeonem honeſta morte nobilitatum, quam Abimelechum infelici ſorte interemptum : *Secutus eſt exemplum boni viri Gedeonis, qui oblatum ſibi Principatum Regalem, vel dominationum repulit.* Contulit Thola vtriuſque poteſtatem cum vtriuſque morte, inuenitque Gedeonem non adeò ampla reſplenduiſſe poteſtate ; ſed feliciori occubuiſſe ſenectute ; è contra verò Abimelechum infauſta vitam finiſſe morte ; ſed auguſtiori reſplenduiſſe imperij luce, & conſultiſſimus vir elegit ſequi exemplum fauſtè-morientis, non auguſtius dominantis.

Abulenſ.

61 Abel Cainuſque ex eiſdem parentibus orti, ſortiti ſunt ingenium valde diſſimile : Abel plurima hoſtia aram nobilitauit ; Cainus munere Numine indigno offendit, & fratri inuidit : noluit æmulari honeſta facta ; ſed virtutis potiri gloria. Itaque ab exordio religio paſſa eſt inuidiam, & qui Deo placuerat, occiditur : *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* Cainus, qui orco aperuit ianuam, qui homines in proprium inſanire ſanguinem edocuit, longa vita fruitur, & in Edē plaga delicioſiſſima commoratur : *Egreſſus Cain à facie Domini habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.* Glotta interlinearis *Eden* interpretatur epulationem : *Ad orientalem plagam Eden, quod interpretatur Epulatio.* Inter epulas deliciaſque vitam degit, eumque pro Abelo Sethum ſuſcepiſſent patres : *Peperit filium, vocauitque nomen eius Seth*; ille, vt Baſilius Seluciensis expendit orat. 6. Abeli moribus acceſſit, Caini moribus repudiatis : *Sethus*, inquit, *cùm Deum ſuæ virtutis laudatorem inueniſſet, ad Abelum moribus acceſſit.* Sethus alium fratrem nouit mortem quàm citò oppetiiſſe, alium ſera vita, poſteritate ac deliciis vſum ; verùm vt erat ſapiens, maluit ad Abelum moribus accedere, quàm Caini felicitatem ambire : *Ad Abelum moribus acceſſit.* Conducibilis duxit imitari fortunata morte ſublatum, quàm proſperitate & deliciis circumfuſum. Et quidem, ni homines tetertino cupiditatis fumo obſcurarentur, non vitâ, ſed morte inuiderent felicibus ; ea tamen eſt ambitionis amentia, is cupiditatis furor, vt ſuſpirent felicium vitam, non oppetentium fortunatiſſimè clauſulam. Sethus Abelum ſequitur feliciter oppetentem, deteſtatur Cainum, deliciis, & poſteris exundantem : Deum laudatorem habuit : *Deum ſuæ virtutis laudatorem inuenit* : vt diſcant homines cupiditatis frænare inſaniam, & vtilem imitari prudentiam.

Genes. 4. v. 8

Interlin.

Baſil.

62 Cùm Chriſtus Dominus humanam redemptionem conſummaturus Ieroſolymis propinquaret, de paſſioneque diſcipulis differeret, matet filiorum impensè amans acceſſit filiis thronos exambiens, regiamque affectans poteſtatem, vt filiis thronos acquirat ; verùm Dominus diſcipulorum, à quibus hæc petitio deſcenderat, ignorantiam arguit, & thronorum vice calicem paſſionis offert : *Neſcitis quid petatis. Calicem quidem meum bibetis.* Thronum ambientes calicem inuenerunt : quia numquam ambitio ſine calice & quidem amariſſimo. Sed videamus cur Dominus thronorum vice obtulerit calicem, quando illi non ſuſpirabant calicem ; ſed regiam ſedem. Certè vti ſuorum amator quod vtilius edocuit, & ab ignorantia eorum ambitum exortum oſtendit : nam ſi hauriant calicem, ſequentur feliciter oppetentem, ſi poſſideant thronos temporarios, luce caduca imitabuntur nitentes : ergo vti vetus ſuorum amator puerilia deſideria ſolidis ac prudenti, votis digniſſimis commutauit, nos docens imprudentes ſequi ſplendorem euanidum, cordatos verò ſuſpirare fortunatum interitum : *Neſcitis*, inquit, *quid petatis* : quia ſi ſciretis, maiori in pretio vobis eſſet infame lignum, ex quo æterna pullulat vita, quam temporalis thronus, qui & calamitati obnoxius, & temporis menſura taxatus. Itaque etſi cognati libellum ſupplicem obtulerint, throni ſuſpirantes honorem ; Chriſtus illorum curam gerens propinauit calicem : *Calicem quidem meum bibetis.* Præterendus eſt calix, quo immortalis nutritur vita, fulgurantis lapillis throno, vbi ſolitat intumere ſuperbia. Opportunè Baſilius Seluciensis orat. 24. *Mater regnum poſtulauerat obtentu facile arbitrata, ſperabatque, quæ ſperabatur, ex ſola poſtulatione regnantibus obuenturum. Chriſtus Dominus regni acquirendi modum docebat : Poteſtis bibere calicem ?* Quaſi dicat ; Fœx mori throno præferenda eſt : ergo non ambiat thronis excelſis aſſimilari ; ſed me feliciter occumbentem ſequi.

Matth. 20. v. 22.

Baſil.

63 Fortaſſis hac Domini admonitione eruditus Ioannes, cùm Dominus Petrum ad dignitatis faſtigium euexiſſet, oueſque commendaſſet : *Paſce oues meas* ; ſecutus eſt non Petrum dignitate ſplendentem ; ſed ipſum Dominum felici morte triumphantem : *Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem.* Dilectus proditur, dum ſecutus ; cùm tamen Petrus ad dignitatem elatus, expreſsè non referatur dilectis. Itaque Ioannes ſecutus non eſt Petrum dignitate donatum ; ſed Chriſtum ligno confixum : quia iam didicerat conducibilibus eſſe ſequi mortem feliciter oppetentem, quam dignitate radiantem : *vidit ſequentem*, inquit Hugo Cardinalis, *poſt Ieſum.* Iam non ſequitur dignitatem, ſed crucem : quia magiſtri pectore dulciſſimum capiens ſominum didicit præferendum ſplendori felicem mortem ; quandoquidem vel eximiæ dignitates finem agnoſcunt, cùm felix mors æternitati conſecretur, & tempori ſubtrahatur. O vtinam, vt eſt vera, ſic à plurimis hæc doctrina fuiſſet amata ; verùm paſſionibus obturbati cæcutimus, & ſolùm thronos, dignitateſque ſuſpiramus.

Ioan. 21. v. 18.

Hugo.

64 Deus Aaronem recepturus iubet ad montem duci, in cacumine denudari, eiuſque ornatu, & dignitate filium veſtiri : *Tolle Aaron, & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor ; cùmque nudaueris patrem veſte ſua, indues ea Eleazarum filium eius : Aaron colligetur, & morietur ibi.* Moyſes diuino paret edicto, Aaroneque in montis culmine occumbente, cum Eleazaro inſulis ſplendenti deſcendit : *Cùm Aaron ſpoliaſſet veſtibus ſuis, induit eis Eleazarum filium eius : Illo mortuo in montis ſupercilio deſcendit cum Eleazaro.* Eodem verbo vſa eſt ſacra ſcriptura, dum Aaron dignitate exuitur, & dum ille, qui in latrones incidit, denudatur. *Incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum,* ibi aiebat ; & hîc. *Cùm ſpoliaſſet veſtibus ſuis.* Profectò Moyſes vim non inferebat, nec Aaron reluctabatur ; vt tamen quam graue ſit vel in morte dignitates relinquere, noueris,

Num. 20. v. 25.

Luce 10. v. 30.

mus, non ait exuisse; sed dispoliasse: expende Aaronem montis tenuisse supercilium feliciter defunctum, descendisseque Eleazarum dignitatis infulis exornatum: altior eminebat ille, quamuis nudatus, inferior degebat iste, quantumuis ornamentis, & dignitate conspicuus: *Quid hoc*
Oleast. *ministerij est, Domine Deus mi*, aiebat Oleaster ad mores, *Quod non vis sacerdotem, neque ducem in media congregatione mori; sed ad moriendum montis verticem conscendere iubes, vt ibi moriatur?*
Rupert. Oleastri dubio respondet Rupertus lib. 1. in Numer. cap. 9. *Hor* lumen interpretari testatus: *Hor lumen interpretatur: Aaron ergo in monte Hor moritur.* Qui feliciter oppetebat, non potuit non altior cæteris eminere, & inextinguibili claritate radicare. Ergo prudens plus desiderabit Aaronis mortem, quam descendentis suspirauerit dignitatem.

§. XVI.

Qui index solicitè abegit vitia, Reipublicæ, sibique asciuit solicitudine commoda?

65 FElix Respublica, quæ sortitur præsulem, sub cuius prædicabili conuersatione pudeat mores probabiles non habere: felix Respublica, cuius administer non solùm inuigilat, in negotiis expediendis ciuilibus; sed plus in coercendis sceleribus: nam cùm tranquillitas æquitatis sit proles, vbi floret æquitas, nutritur etiam tranquillitas: *Sacrarum largitionum honore suscepto*, aiebat
Cassiod. Theodoricus 1. var. 4. *creuit tantùm conuersationis laude, quantum profecerat dignitate. Quid prouinciis redditam disciplinam, quid diuerso generi hominum momenta iustitiæ infusa referamus? Vixit enim tanta continentia, vt æquitatem & instrueret monitis, & doceret exemplis.* Dum in suggestu lucet criminis aduersarius, cunctis inuenitur commodus. Hinc Iair probitas, & in regendo commendatur dexteritas: *Successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos.* Dum post huius mortem refertur populus idola coluisse, eo viuente claret deieraſſe: *Filij Israel peccatis veteribus iungentes nouas fecerunt malum*: dum iudicis huius tempore non refertur idolum, nec auditur adurgens bellum: quia dum iudex solicitè abegit impietatem, omnibus produ-
Abulens. cit salutem: *Dicendum*, scribit Abulensis quæst. 8. *quod non fuerint saltem tempore vltimi horum* (id est, Iair idola) *quia post mortem Iair dicitur infra in littera, quod filij Israel peccatis veteribus noua iungentes seruierunt Baalim in conspectu Domini.* Adnectit: *Item quia tempus istorum annorum Iudicum fuit tempus pacis.* Opus non fuit Iair manum legere, se periculis obiicere, nec sub diuo somnum capere, dum solicitè studuit impietatem exterminare, & idololatriæ proclines sanctitatis exemplo arcere, & pio supplicio punire. Qui ignauia torpentes impietatem permittunt, qui sceleribus aditum non claudunt, sibi ipsis inuident, & Reipublicæ etiam nocent: nec enim florere potest fortuna, si criminis obscurarit offensa.

66 Christus in editissimo monte coram electis discipulis formam demutauit, & illuminatam vestem induens mirum spectaculum edidit. Mira res ex humana forma radij promicabant, qui solares vincerent. Petrus rei nouitate captus, & gaudio delibutus tabernacula molitur construere; non tamen audet sine Domini placito fabricare:
Ait Petrus ad Iesum: Præceptor bonum est nos hic Luc. 9.
esse, & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & v. 33.
vnum Moysi, & vnum Eliæ, nescions quid diceret.
Huius erroris causam quærunt interpretes: nam non videbatur errare, qui gloriam Christo adnitebatur stabilire; imò non solùm sui oblitus gestit officium Domino facere; sed eius etiam latera stipantibus argumenta gratitudinis exhibere: cur ergo imprudentiæ subibit notam, & erroris sustinebit inuidiam? Quia duo ibi coniunxit contraria, nempe & vertice dignitatis fulgere, & calamitatem sæculi non excludere, quando iudex superiorque solùm ascisci sibi stabilem splendorem, cùm à suis solicitè depulerit prauitatem.
Audi Timotheum Antiochenum orat. de cruce, Timoth.
& transfigurat. Christi nomine sic loquentem:
Tibine parebo, an mundum saluabo? Huccine manean, quis mundum redimet? Consonat Damas- Damascen.
cenus apud D. Thomam: *Non est bonum, Petre, tibi, quòd Christus ibi moretur: quoniam si manssisset, nequaquam tibi facta promissio consequeretur effectum: neque enim claues obtinuisset regni, nec mors tyranni abolita esset.* Morte non abolita, & populû depascente, Petrus, quiregni clauis fulgere nequibat, quando superioris felicitas de abacto crimine exoritur, & de procurato subditis commodo stabilitur.

Succedat sibi idem Petrus: à Domino delega- 67
tur, vt piscem hamo capiat, & extracta ex eius ore pecunia tributum soluat: *Vade ad mare, &* Matth. 17.
mitte hamum, & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterem illum sumens da eis pro me & te. Nondum Petrus edictionem impleuerat, cùm iam cæteri condiscipuli ad dignitatis fastigium suspicantur elatum, & sub dubij specie anxium adlaborant inuestigare secretum: *In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Quis putas maior est in regno cælorum?* In qua hora? in illa videlicet, qua Petrus Matth. 18.
piscem extraxit, & tributum soluit. *Humanum* v. 1.
quiddam discipuli tunc patiebantur, scribit Enthy- Euthym.
mius, *intuiti siquidem præpositum fuisse Petrum.* Benè; sed perscrutemur, quid piscis conducat ad dignitatem, vt pisce capto Petrum honore donatum, & cæteris suspicentur præpositum. Hierony- Hieronym.
mus apud D. Thomam in pisce agnoscit Adamum: *Iste piscis primus captus est primus Adam, qui per secundum Adam liberatur, & id, quod in ore eius, hoc est, in confessione fuit inuentum pro Petro, & Domino redditur.* Adstipulatur Origenes ibi: *Cùm* Origen.
videris anarum hominem ab aliquo Petro correctum, quia abstulit de ore eius verbum pecuniæ, dices eum ascendisse de mari, id est, de fluctibus solicitudinum anaritiæ ad hamum rationalem, & comprehensum, atque saluatum ab aliquo Petro, qui eum docuit veritatem, vt pro stratere habeat imaginem Dei, id est, eloquia eius. Ecce vbi Petrus Adamum quodammodò reformat, vbi anaritiæ labia diuinis imbuit eloquiis, dignitatis resplendet insulis. Audierant Petro ob confessionem dignitatem promissam; verùm dum non intuentur erga reformationem solicitum, nondum plena dignitate cæteris arbitrabantur præpositum; maiorem verò iam suspicantur, è lutosis vndis Adamum extrahit, dum anarum veritati restituit: superior namque

dum

Digitized by Google

dum depellit vitia, Deo, sibi, & Reipublicæ acquirit commoda.

68 Psaltes tabernaculum suum testatur collocasse Dominum in sole: *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo exultavit vt gigas ad currendam viam: à summo cœlo egressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius, nec est, qui se abscondat à calore eius.* Psal. 18. v. 6. Huius regis imperium tempore non elabitur; imò ad summum vnde processit, splendore non imminuto reuertitur: ab omnibus habetur gigas dignitatis magnitudine, & luminis splendore, & ne defatigeris huius stabilis adeò dominij causam perscrutatus, iam reddit Psaltes: *Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele sapientiam præstans parvulis.* Vbi purissimo lucis candore peccatorum depellit tenebras, vbi ad veritatem conuertit animas, summum fastigium possidet, & æternum imperium tenet. Huc voco Hilarium can. 4. in Matth. *Natura luminis est, vt lucem, quocumque circumferatur, emittat, illatumque ædibus tenebras interimat luce dominante, Ex hinc ergo illud: luce dominante*: ac si dicat: lux de tenebrarum extinctione dominatur, & depulsis tenebris spectabilis cunctis habetur. Ergo qui cæteris præeminere honesta ambitione gestit, culparum depellat tenebras, & ad rationabilem splendorem conuertat animas: quisquis fastigium possidens depulit vitium, sibi, & Reipublicæ attuliſſe constat commodum: ipse sol gigantæam sibi magnitudinem stabilit, dum mortalium refouet vitam, dum tenebrarum, noctiúmque depellit audaciam: orto sole iam leo tendit in antrum, iam lupus dediscit insidias, iam agricola vtiles omnibus exercet operas: ergo dominatur lux de improbitatis exilio, & de allato homini commodo. Hilar.

69 Christus nascitur, nec mysterio inter pastores Angelus non profert regem, & profert Magus, vbi Herodes iam trepidat timore perculsus: *Vbi est*, aiebant, *qui natus est Rex Iudæorum? Audiens autem Herodes rex turbatus est.* Matth. 2. v. 2. Vbi Herodis timor auditur, & Christus rex conclamatur: quasi quousque improbitas timeat, quousque tyrannis expallescat, regni sibi non vsurparit elogium: quia ipsa criminis perturbatio erat grande dignitatis indicium: *Ecce* (verba sunt Hilarij homil. 1. de Epiphan.) *iacentem in præsepio pertimescit armatus, contremiscit humilem rex superbus, & abiecti infantiam, ac vagientem expauescit ætatem.* Vbi vidit Magos erroribus liberatos: vbi nouit curiam vtili turbatione perculsam, vbi expertus est regnum suum iam ad occasum vergens, regem æternum extimuit. Itaque ipsa Herodis perturbatio, ipsa Magorum conuersio erat recens nati imperij certissimum argumentum, & apertissimum testimonium. Quousque percussit impios, & reduxit magos, distulit regem vocari; at eius conclamatur imperium: vbi agnoscitur vltiorum excidium. Hilar.

§. XVII.

Vel ab vno prætextato omni eius cognitioni promanant commoda, & splendoris crementa.

70 PRætexta omnibus consanguineis salutifera esse cognoscitur, quando adinstar fœcundi fontis florescere facit arida, & ornat fructibus infœcunda: ad lucem redeunt, quos caligantes tenebræ possidebant, & omnis fugit reatus, vbi dignitatis fulget luminibus consanguineus. Et quidem vt à capite membra omnia arcta naturæ communione lucem accipiunt; sic à prætextato cognati veluti consanguinitatis iure dignitatum honoribus exornantur, & cæteris præluciuntur. Huc voco quod aiebat Seneca libro 5. de Benef. cap. 19. *Nullum beneficium est, cuius commodum non & proximos tangat, nonnunquam etiam longiùs positos.* Profectò qui a Principe prætextæ, iudicaturæue beneficium accepit, pro suis omnibus acquisiuit: nullum non tangit cognatum, nullum nō distantem etiam ornat consanguineum Iair index populi electus filius habuisse refertur ciuitatibus imperantes, & pompatico cultu fulgentes: *Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos, habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarum, & Principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auoth Iair, id est oppida Iair vsque in præsentem diem in terra Galaad.* Abulensis notat q. 7. non retulisse expresè scripturam, ex qua tribu fuerit Iair, nec eius patrem nominasse: *Dubium manet de isto Iair, an fuerit de tribu Gad, vel de Manasse.* Itaque cùm eius origo nec eximia nobilitate referatur conspicua, nec facultatibus opulenta, iam filij pompatiè describuntur equitantes, & ciuitatibus præsidentes. En factus; splendor, & dignitatis honor tot filiis à parente Reipublicæ administro emanauit, non ab atauis effluxit. Audi Abulensem quæst. 10 *Constituit istos triginta filios suos, vt adiuuarent eum gerendo curam de triginta ciuitatibus, & in illis iudicabant, & præerant.* Nullus inter tot filios dignitati censetur ineptus, nullus qui reiceretur, fuit dignus: nec mirum: patrem habebant Reipublicæ administrum, & si fas est dicere, prætextatum: ergo patris dignitas filiis omnibus peperit ornamenta, & ingentia parauit commoda: quando administ. orum filij pompatico non fulserunt ornatu, & resplenduerunt suggestu? Abulens. Seneca.

71 Ingens discrimen inuenies inter aquilæ & corui pullos: corui geniti famescunt implumes, & præfame clamitant oscitantes: asserente Psalmista: *Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum.* Transi modò ad Iobi 39. vbi aquilæ pulli sanguine saginantur, & opiparè enutriuntur: *Pulli eius lambunt sanguinem.* Quàm alia fors aquilæ, & corui pullis? Iam si discrimen quæras, innuit, ni fallor, scriptura, dum de aquila ita refert: *In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus: inde contemplatur escam, & de longè oculi eius prospiciunt.* Vbi cacumina possidet, vbi verticibus commoratur, vel oculis trahit prædam, quam filiis offerat ad saginam: *De longè oculi eius prospiciunt.* Quibus prospiciunt? Filiis sanè: nec enim pulli aquilæ Psal. 146. v. 9. Iob. 39. v. 30.

alta possidentis poterant indigere, aut instar pullorum corui clamare: & ne aliquis in collatione aquilæ cum coruo scrupulus insit, ipsam aquilam secum compara, videbisque aliquando familiam suam humeris connexisse, & non sine labore de loco ad locum portasse: *sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis*, aiebat Moyses Deuteronomij 33. vt Dei erga Israelitas de Ægypti ergastulo eductos, & ad terram lacte melleque fluentem translatos amorem deprædicaret: *sicut aquila*, inquit, & cur ad populi felicitatem exaggerandam aptior non fuerit omnipotentia, quam aquila? Dubium non est posse copiosiores vtilitates ab omnipotentia promanare, quàm ab aquila filiis acquiri; at cum constet aquilam alta tenere, & de sæculi more à dignitatum culmina possidentibus ingentissima inopinaq; sua soleat commoda deriuari Moyses, vt populi fortunam extolleret, aquilæ filium vocauit. Itaque aquila, quæ nuper volitabat, humerumque ad filios portandum subiiciebat, alto iam dignitatis vertice degens copiosis adeò diuitiis exundat, vt ad populi exprimendam felicitatem, exemplum opportunum exhibeat. Huc voco quod aiebat Gregorius lib. 31. moral. cap. 19. *Altitudines terræ sunt lucra rerum, blandimenta subditorum, diuitiarum abundantia, honor, & sublimitas dignitatum.* Ecce vbi altis aquila commoratur, pulli pro pastu non clamant: quia & diuitiæ exundant, & adulationes fallunt, & blandimenta ad illecebras suppetunt, & quæ aliquando filiorum baiula, iam altitudine eminens diuitiis plena.

Deuteron. 33. v. 11.

72 Sanctus Samuel sine vitij errore hanc nobis veritatem factis explicuit populo præsidebat, & quamuis Dei spiritu plenus, filios tamen præfecturis exornauit, cæterisque præfecit: *Cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel.* Quales fuerint filij, scriptura non tacuit: *Non ambulauerunt filij illius in viis eius; sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium.* Si iudiciaria potestate potiti fuissent, fas erat illos dispoliare, & constat patrem eos præfecisse: obscuris moribus sordidati dignitatis luminibus resplendebant, & dum patrem sortiuntur Reipublicæ administrum, inscendunt tribunalia, & dignitatū occupauere fastigia. Adest Gregorius in S. Reg. 8. *Ecce qui prophetiæ spiritu plenus fuerat, ij, quos iudices Israeli ponebat, quia post auaritiam postmodum declinare debebant, & munera accipere, & peruertere iudicium non cognouit.* Nil vidit in filiis pater: vt nouerimus sæpè parentes naturali affectu cæcutire, filiósque, quantumuis muneri ineptos, dignitatum honoribus præficere, & exornare. Addit Gregorius: *Aptè ij, qui iudices à Samule positi sunt, cùm ponerentur, eius filij dicebantur.* Iam prænonui Samuelem vtpote eximium Dei prophetam carnali affectione nullatenus obscuratum; scriptura tamen factis inculpabilibus culpabilia facta solet delineare, vt noscamus quàm sine examine eligantur administrorum filij, quantisque dignitatum honoribus potiatur familia, si sortiatur patrem iudiciaria potestate exornatum, & Reipublicæ præfectum. Consonat Sidonius Apollinaris libro 1. epistolar. epist. 9. loquens de Auieno Consulari: *Auienus si quid posset, in filiis, generis, fratribus promouendis molitebatur; cúmque super domesticis candidatis destringeretur, erga expediendas forinsecus ambientium necessitates minùs valenter efficax erat, & in hoc Coæuorum familia Deciana præferebatur.* Autem præferebatur familia, dum iam filius dignitatis eminebat fastigio, iam genero applicabatur muneris commodum, iam cognati omnes expectabant candidati cognationis solùm merito, consanguinitatisque titulo: nil erat alienis: quia quidquid impertiendum, dabatur propriis.

Gregor.

Sidon.

Vt imminentis calamitatis, irruentiumque malorum & declinare possent detrimentum; imò cæteris miseriarum fluctibus inuolutis adipisci prosperitatis fastigium, hanc nonnulli artem excogitarunt: conari videlicet totis nisibus aliquem è familia sua ad dignitatem promouere: quod si allequantur, sibi promittunt lætam fortunam diuitiarumque copiam. Audi Isaiam cap. 3. *Apprehendet vir fratrem suum, domesticum patris sui: vestimentum tibi est, Princeps esto noster:* sanè vt ipsi Principes essent, quandoquidem experiebantur ab vno prætextato gubernationisque munere potito plures in propinquos ac domesticos vtilitates deriuari, & commoditates oriri. Hoc illorum fuisse propositum & studium, tentatur D. Basilius ad hunc locum: ipsum cape: *Non eum eligerent, qui esset dignus, sed domesticum & familiarem, neque qui salutaris esse posset Reipublicæ; sed qui in sua gente & familia vi facultatum præpolleret.* Carebat pane, opportunaque ad gubernandum notitia; verùm sibi persuadent, si semel electus fulgeat, omnem familiam facultatibus & honoribus exundaturum. Renuit ille, vt qui maluerit Reipublicæ salutem, quàm suorum vtilitatem; illi verò dum non sine vi apprehendunt, dum importunis precibus instant, dum totis eum eligere nisibus adlaborant, splendorem, & commoditatem propriam suspirant: quia norunt, si domesticus consanguineusque Reipublicæ gubernaculum obtinuerit, sic nauim aurigaturum, vt, licèt inter calamitatum vortices, & acerrimos ventorum flatus alij naufragio tradantur, sui eluſa tempestate portum appellant, & honoribus exornati semper emineant solùm hoc prætextatis sæcularibus applicandum; sed de Ecclesiasticis etiam præsulibus est verendum. Quod & supra datus diuus animaduertit Basilius, *Id quod absit*, subnectens, *vt contingat in creatione ac delectu Præsidum Ecclesiæ.* Quibus commissum est ad Ecclesiarum gubernationem aptos inquirere, solent dignitatem cognatis ac domesticis applicare, sperantes, si infulis exornentur, nepotibus subuenturos; imò & maioratus Ecclesiasticis redditibus fore cognatis fundandos, & pauperum detrimento fulciendos. Quod Diuus Bernardus in declamationibus carpebat sic fatus: *Ille dignus Archidiaconatu, vtpote filius Principis, magis autem si sit Episcopi consobrinus, in quo nimirum tota est Episcopata progenies.* Tota Episcopi progenies ad Episcopatum peruenit, & honore indebito fulsit.

73

Isac. 3. v. 6.

Basil.

Bernard.

Diuus Paulus ad Corinthios scribens sic aiebat: *Fidelis Deus, per quem vocati estis in societatem filij eius Iesu Christi Domini nostri.* Quicumque à Deo vocati sunt, in Christi Domini societatem vocati sunt; verùm etsi omnibus hæc societas conuenire noscatur speciali tamen iure ad sacerdotes pertinere videtur, quandoquidem sunt Christi Domini coadiutores, vicariique. Ergo oportet nouerint vocationem suam, Christumque Dominum æternum Sacerdotem fuisse non secundum ordinem Aaron; sed secundum ordinem Melchisedech honestè genealogiam ignorantem, nec per

74

1. Cor. 1. v. 9.

generatio

generationum trámitem ad ſuos dignitatem excurrere permittentem. Ab hac ergo vocatione deficiet, quiſquis totum ſe cognatis, & conſobrinis impendit: quod lugebat vbi ſupra Bernardus: *Parvulo adhuc, aut forſitan nec dum nato Eccleſiaſtica iam beneficia prouida ſanè parentum ſolicitudo parabat, Hunc nos, inquiens, illi vel illi tradamus Epiſcopo, apud quem habemus gratiam, aut cui fortè ſeruiimus, vt detetur de bonis Domini, nec in tot liberos noſtra diuidatur hereditas. Illum præpoſitus, aut Decanus, vt ſibi ſuccederet, pluſquam materno educabit affectu, in deliciis nutriens & delitiis.* Bernard. Secundùm ordinem Melchiſedech ſacerdos, Paulo ad Hebræos teſtante, *ſine patre, ſine matre, ſine genealogia* debet inueniri, ne dum excurrit dignitas per conſanguinitatis tramitem, & ad ſacerdotium Aaronicum reuocatur, nouum dignuſque Melchiſedechi expugnetur. Ad Hebr. 7. v. 3.

§. XVIII.

Ad faſtigia dignitatis diuitiis felicitateque florens eſt deligendus, non tenuis, pauperculuſue ſignandus.

75 ÆQuitatis tinea paupertas eſt: non enim valet iuſtam proferre ſententiam, qui illam vendere egeſtate ſuadetur ad ſuſtentandam inopiam: tribunal inſcendenti opus eſt ſplendore, quem ſi ex ſe non habet, ex ipſo munere extorquet: egeſtate non premitur, vt prouiderit famæ, lucra odit pecuniæ; at inopia laborans dignitatis incommodo turpi inhiabit augmento. *Tribunalia conſcendimus*, aiebat Caſſiodorus 11. var. 2. *vt morum gradibus euehamur: nil vile, nil cupidum iudices decet.* Caſſiodor. Humilia deſerere opus eſt celſa petenti: nec enim frons libera eſſe poteſt ad aliorum emendanda peccata, ſi traxit iudicem cupiditas, aut venalitas ad delicta: innata omnes naturæ fragilitate delinquimus: pauperes verò, indigentelque ad maculam expromptiores inueniuntur, præcipuè ſi munus ornatus exigat auctoritatem, & paupertas rationabilem ſubtraxerit ſplendorem. Hinc qui prudentiæ lance trutinant eligendos, inter dotibus æquales diuitem ſemper & felicitate florentem anteferunt: quia norunt difficiliùs integritatem corrumpi, ſi inopiæ deſint conſilia, & ſeruari ægrè, ſi iudicem premat inopia. Ob id fortè, cùm de Iair electione agitur, copioſus & opulentus deſcribitur. *Succeſſit Iair Galaaditer, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & Principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Auothiair, id eſt oppida Iair.* Huic viro diuitiis & prudentia nobilitato, omnium ſuffragiis iudiciaria poteſtas delata eſt, ne ſi tribunalia inſcenderit pauper, more veſtium verba ſuſpendat, aut plebs malignitate qua ſolet, vendidiſſe ſententiam dicat. Montan. Innuit Arias Montanus ad hunc locum: *Viro huic propter diuitias & opulentiam communi ac publico ſuffragio adminiſtranda Reipublicæ munus delatum intelligimus: quippe conſentaneum fuerat eum haberi prudentem & fortem, quem Dei beneficio felicem eſſe conſtabat.* Cùm non dubitaretur de eius ſtrenuitate ac prudentia, plurimum conduxere ad electionem diuitiæ, quando cenſum eſt auaritia non corrumpendum, quem tanta facultatum copia conſtabat ornatum.

Hanc politicem vel ipſi trunci agnouerunt, 76
cùm de eligendo ſibi præfecto cogitarunt: priùs namque adierunt oliuam pinguedine pulchram, ficum fructibus geminatis copioſam, vitem acinis vuarum onuſtam; ac tandem repulſi rhamnum inuitarunt, quaſi veriti fuerint, ſi fructibus, ſolitique carens inſcendiſſet faſtigium, acuc.es pro manibus omnes diſpoliaturum, acquirendique deſiderio legum ſtatuta violanda, & honeſtè ſtabilita euertenda: *Ierunt ligna, vt vngerent ſuper ſe regem*, &c. *Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: veni & impera ſuper nos.* Iudic. 9. v. 8. Ni trunci ab aliis fuiſſent repulſi, nullatenus rhamnum deligere eſſent conati: quod ipſe electionis modus declarat; quandoquidem vltimo adierunt rhamnum, vt promouerint ad thronum. Innuit Hugo Cardinalis: *Cùm bonus contemplatiuus non vult dimittere pinguedinem charitatis, quam habet in contemplatione, neque dulcedinem, quam habet in deuotione, neque hilaritatem conſcientiæ, tunc ligna ſyluarum præficiunt ſibi rhamnum.* Hugo. Itaque ni ab aliis repudiata fuiſſet dignitas, nullatenus à truncis inaugurata fuiſſet paupertas. Et hinc claret efficacia argumenti, quod contra Sichimitas prodidit Ioathamus: elegerant Abimelechum relictis plurimis Gedeonis filiis nobilitate ac diuitiis clarioribus: ergo hebetiores ipſis truncis ſugillauit, & infauſtiſſimam electionem prædixit: *Egrediatur ignis de rhamno, & deuoret cedros Libani*: & quidem electionis grauior pœna ipſa electio fuit, quandoquidem rhamnus, vt ſibi auctoritatem extrueret, non ſolùm cedros concuſſit; ſed flammis ardentibus vſtulauit: *Rhamnus*, inquit Lyra, *eſt dumus paruus, qui vento agitatus ex ſe emittit ignem: ſic Abimelech.* Lyra. Dum pauperem ad faſtigium dignitatis euehunt, ſibi maturauerunt excidium: quia deſiderium creſcendi erat ſtudium depopulandi.

Cùm populus duris calamitatibus preſſus, & 77
acribus ventorum aduerſitatis adſultibus iactatus de eligendo ſibi præfecto, qui ſe tot miſeriis opponeret, cogitaret, eum apprehendetunt, cui veſtimentum honeſtus, & præ aliis ſplendidior cultus: *Veſtimentum tibi eſt, Princeps eſto noſter, ruina autem hac ſub manu tua.* Iſaiæ 3. v. 6. Qui inuitabatur, pane ſe carere reſpondit: *Reſpondebit in die illa dicens: Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite conſtituere me Principem populi: ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit.* Profectò quam ruinæ rationem opponit, ab intento conſalutantes non reuocabat; ſed impellebat: ſi illis imminet grandis ruina: quia carent Principe, cuius prudentiæ gubernaculo Reſpublica aurigetur, & calamitatum fluctus illudatur, quid intereſt careat pane, dum exundauit prudentia? Ad hæc: non erat ratio ruinam iamiam imminentem prædicere, qua debuiſſent electores quieſcere; ſed inflammari: quomodo ergo ab intento ceſſarunt, nec vt faſtigium inſcenderet, inſtiterunt? Quia vti prudentes noluerunt calamitati vires adiicere, & remedio ipſo durius laborare: nam ſi Reipublicæ adminiſtrationem obtineat diuitiis carens, opus erit ad muneris ſplendorem conſeruandum perquirere, & fors æquitatis iniuria legumque querela:

rela : ergo cum electores ornamenti cultu, exterior namque ſpecies diuitem teſtabatur, ducti inuitarint vbi paupertate vrgeri nouerunt, prudenter ab inauguratione ceſſarunt. Et quidem non poterat non luctuoſiſſimis cladibus angi reſpublica, vbi pane carens eo corporis reſplendebat ornatu, vt potuerit Princeps videri, & ad faſtigium opportunus exiſtimari. Adeſt Hieronymus ad hunc locum : *Sicut populus, qui eum, quem comparatione ſui locupletiorem intelligit, Principem habere deſiderat : ſic qui eligitur conſiderans paupertatem, & imbecillitatem ſuam indignum ſe eſſe delato honore teſtatur, nec poſſe mederi vitiis.* Quomodo vitiis mederetur, ſi ad panem pecunias inhiaret, & quomodò non inhiaret fame ſtimulatus, & ad tuendum muneris ſplendorem compulſus. Nouit pauper ſe non poſſe pro æqualitate incorruptam ferre ſententiam ; ſed forte ſcelerum diſſimulatione reum, vt lucratus fuerit pecuniam.

Hieronym.

78 Deus ad Pharaonem pro libertate populi delegaturus miniſtrum, Moyſem delegit concinnis ſanè moribus exornatum, prudentia præditum ; ſed diuitiis nudum, quandoquidem paſtorem agens rudi veſtiebatur ſoloce : ille nullatenus ſibi habendam fidem à ſuis contribulibus opponit, quandoquidem diſcalceatus non videbatur opportunus ad obſiſtendum tyrannidi, & populi prouidendum ſaluti : *Reſpondens Moyſes ait : Non credent mihi, neque audient vocem meam ; ſed dicent : Non apparuit tibi Dominus.* Et cur contribules non credant Moyſem à Deo delegatum ad libertatis negotium ? Fortè quia eius inopia citiùs ingeneraſſet ſuſpicionem, quam inueniat fidem : nam cùm à Deo delegatus ad ſalutem pro æquitate ſemper debeat ſtare, timere poterant, ne paupertatis conſilia illum corrumperent, ac violarent : eaque fuit huius rationis vis, vt Dominus miracula addiderit, quaſi ſine miraculis huiuſmodi legato arduum ſit fidem præbere. Virga in colubrum vertitur, manus lepra liberatur : quia opus erat ingeminatis miraculis ad ſtabiliendam cauſam, & legationi fidem faciendam. Adeſt Lyra : *Non acquieſceret verbis, niſi videret ſigna diuinæ virtutis.* Pro teſtimonio erant miracula : quia regentis paupertas ad ſpeciem opponebat impedimenta ; verùm vt arduum erat ſine miraculis ſalutarem credere paupertate oppreſſum iudicem, ſic pedis nuditas conducebat ad Ægypti ſpoliationem præſignandam, & prædicandam : agolo munitur Moyſes, Pharaonis Deus nudatur calceamentis, & iam nudo ait oraculum : *Poſtulabit mulier à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, ac veſtes, ponetiſque ea ſuper filios, & filias veſtras, & ſpoliabitis Ægyptum.* Dum diſcalceatus dignitatis præſtat virgam, ſuſtinet Ægyptus miſeriam, & quod in Moyſe laudabilis fuit obedientia, etiam præceſſit futurorum figura : videbant Ægyptij Moyſem virga inſtructum, qua illos poſſet ferire. Ergo ne incurrerent cognatorum ingratiam, & ob cognatorum ingratiam iudicis iram, quidquid ab eis petebatur, offerebant : vnde Moyſis virga erat ad contribules non ſine myſterio fœcunda vena. Habebat Hebræa quo exornaret filios, inueniebat, quo ſplenderet, aurum, dum Moyſis virtutem timegat Ægyptus ; & quid negaret, qui fatebatur muneribus anteuertere pœnam ? Non erat Moyſes ex his iudicibus, qui æquitatem obſtruebant : non erat ex iis, qui xeniis excæcantur : terroribus nec ſibi, nec ſuis diuitias quærebat ; verùm dum virgam præmiſſat diſcalceatus, diſpoliatur Ægyptus. Ad Ægypti diſpoliationem figuratè mittitur poteſtate munitus, & diſcalceatus.

Lyra.

Exod. 4. v. 1.

Exod. 3. v. 22.

§. XIX.

Tolerabile eſt longo tempore gubernantem diteſcere ; ſed ſuſpectum ſi exiguo diuitias contigerit exundare.

79 RErum publicarum adminiſtratio, etſi inuitè tractetur, diuitias parit : mille occurrunt occaſiones, quibus honeſtè iudex diteſcit, & acceptum à parentibus patrimonium nouis prouentibus auget, id tamen tempus expectat : aliter cenſetur contigiſſe non tam muneris gratia, quàm æquitatis iniuria. *Vicæ-Potæ filius*, aiebat Seneca in ludo, *& ipſe deſignatus Coſ. nummulariolus : hic quæſtu ſe ſuſtinebat : vendere ciuitatulas ſolebat. Ad hunc bellè acceſſit Hercules, & auricudam ei tetigit.* Hercules in deorum cenſum relatus Vicæ-Potæ filio accedit, vtpote conſulatu nummulariolo ditiſſimo ; nec mirum, quandoquidem ciuitatulas vendens eum auri cenſum ſibi adaggerauit, vt deorum iam conſortium, & colloquium exambiret. E contractibus Reipublicæ exiguum, illi lucrum ingentiſſimum promanabat, & quem Reſpublica vti fidelem adminiſtrando nummulariolo conſulatui præfecit, fraudulentum ingenti damno ſuſtinuit : eam ſibi auctoritatem, eum ſplendorem conciliarat, vt Hercules illi non dedignaretur accedere, eiuſque amicitiam ambire. Videre erat nummulariolum conſulem cum Deo degentem, colloquiaque alternantem : ciuitatum venditor grandi adeò auri ſumma diteſcebat, vt diuitiarum priuilegio cum diuis iam ageret, & colloquia miſceret. Fortè vt omnem ſcriptura ſuſpicionem à Iair depelleret, dum filios pompaticè incedentes ciuitatumque Principes retulit, longo tempore adminiſtraſſe Rempublicam declarauit, ne ſi exiguo annorum tractu tanta familia tantoque ſplendore fulſiſſe videatur, munus obſcuraſſe putetur : *Succeſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos, habens triginta filios ſedentes ſuper triginta pullos aſinarum, & Principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Auot-Iair, ideſt, oppida Iair.* Cùm ex qua fuerit tribu exortus, vertatur in dubium, copioſam à parentibus hæreditatem ſuſcepiſſe nullatenus eſt compertum. Igitur, ne, dum diuitiis auctus, & familia copioſus refertur, quis putet poteſtatis iniuriâ ad tantam magnitudinem excreuiſſe, coactus fuit ſacer hiſtoriographus longum præfecturæ tempus litteris commendaſſe : *Iudicauit Iſraelem per viginti & duos annos.* Abulenſis quæſtione 9. non ſine cauſa expreſſos regiminis annos putat, vt ſcilicet filiorum pompa, diuitiarumque ſumma deſcribatur ad patris gloriam, non ad dignitatis iniuriam : *Tot annis vixit, poſtquam ſumpſit principatum,* inquit Abulenſis, *adduque. Iſtud ponitur tanquam gloriosum*

Seneca.

Abulenſ.

glorioſum de iſto viro, ſcilicet quod tot filios habuerit, omnes ſimul viros, qui ſederent ſuper triginta pullos aſinarum. Opus fuit longum iudicaturæ tempus exprimere, ne audax ſuſpicio dignitatem præſumpſerit denigrare, aut de familiæ ſplendore aliquod crimen impingere.

80 Aaron poſt longa præfecturæ, ſacerdotiique tempora calumniis inuidentium impetitur, & de intruſione ad regimen appellatur: Deus, vt iurgia ſedet, virgas tributim accipit exuccas, viroſeque imperat denudatas, vt quæ extemporaneis floribus micaret, & fructuoſa viriditate floreret, à Deo electum omnibus teſtaretur. Moyſes Numinis præceptis parens virgas accepit, & exiguo tempore Aaronis virga detiſcit florida, floret ditiſſima: *Sequenti die regreſſus inuenit germinaſſe virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis in amygdalas deformati ſunt.* Profectò Aaronis integritatis grande teſtimonium fuit virga exucca, & ſolùm miraculo florida: virga tot annis populo præſidentis, & gubernantis pompaticis non ornata floribus, copioſis non diuitata fructibus, ſed cæteris ſine miraculo æqualis à Deo teſtabatur electum, & ſubiectis vtiliſſimum: & quod grandius probitatis teſtimonium, quàm poſt tot regiminis tempora nec floribus exornari ad venuſtatis gratiam, nec fructuum diteſcere copiâ? Miraculo floruit: citiſſimo namque tempore præ cæteris virere, ne indigno tribueretur artificio, tribui oportuit miraculo: *Sequenti die regreſſus inuenit germinaſſe:* cæleſti quidem prodigio; verùm eo prodigio nos docuit oraculum, quàm citò electi virga ſoleat effloreſcere, & ſaporatis fructibus exundare. Certè vt ſemel exundans fructuum copia diuinæ electionis indubium fuit argumentum, ita multoties à Deo non electi eſſe ſolet certiſſimum teſtimonium. Adeſt Origenes ad hunc locum apud gloſſam: *Vnus ſolus eſt Pontifex Aaron, cuius virga germinauit.* Ac ſi dicat Origenes: vnica fuit Aaronis virga miraculo indigens ad germinandum, cùm plures citiſſimè germinauerint artificio. Dum Aaronis virga tot annis manſit diuitiis orba, & dum miraculo ſolùm fructibus reſplenduit onuſta, à Deo manifeſtè conuincebat electum, & electione approbatum. Nonnullæ virgæ breui temporis interuallo vigent ornatæ, non tamen omnes omnipotentiæ miraculo; ſed rapacitatis compendio: Aaronis virga, vt poſt prolixum tempus Principatus floreret, opus fuit miraculo; aliæ florere ſolent non temporis aut miraculi ſuffragio; ſed mirabili artificio.

Num. 17. v. 8.

Origen.

81 Iacob, licèt ſumma laudabilique vigilantia ſoceri præfuerit ouibus, licèt æſtus ardoribus fatigatus, geluque frigoribus vſtus bona fide gregis incrementa curauerit, ſuſpicionis iniquæ temeritatem non fugit: leuiri criminabantur agolo abuſum, gregibuſque præfuiſſe non tam vt domino augeret, quàm vt ſuis commodis applicaret: *Tulit Iacob omnia, quæ fuerunt patris noſtri, & de illius facultate ditatus factus eſt inclytus.* Occultam philoſophiam ab Angelo edoctus virgas decorticauit, eiſque ſubſtantiam ſibi acquiſiuit; verùm dum occultum erat cæleſte conſilium, & manifeſtum diuitiarum augmentum, compulſus eſt rationem reddere, & ad temporum ſpatia confugere: *Per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregibus tuis.* Greges acquiſiuit gregibus præfectus; ſed longis interuallis; ſed annis prolixis: de temporis longæuitate calumniam repulit, ne exiguo tempore rectoris munus gerens exiſtimaretur ditatus: quia tunc & ſuperioribus haberetur obnoxius; imò ne vel amorum numeroſitas haberetur exigua cæleſte Numen comprobauit innocentiam, Labano apparens, & iuſtitiam Iacobi defendens: *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes. Afflictionem meam, & laborem manuum mearum reſpexit Deus, & arguit te heri.* Itaque etſi ſex annis ſeruierit pro ouibus, ne cui ad diteſcendum exiguum videretur ſpatium, redditum eſt innocentiæ non otioſum teſtimonium: *Protinus adiungit*, ſcribit Rupertus libro 7. in Geneſ. capite 45. *Et arguit te heri: certum namque eſt præconium iuſtitiæ Deum teſtem, aut defenſorem habere: proinde Laban iuſto victoriæ palmam concedens aliud ingreditur.* Ad diuitias longo etiam temporis interuallo arcanis virgis acquiſitas à ſuſpicionibus iniquis defendendas, opus fuit diuino pro innocentia teſtimonio. Viderint igitur quali teſtimonio indigeant, qui exiguo tempore præfecturæ potiti diuitiarum adaggereterunt copiam, & copioſam acquiſiuere pecuniam.

Rupert.

Geneſ. 31. v. 1.

82 Vt Zaræ obſtetrix primatum euulgaret, officioſa coccinum elatæ dexteræ applicuit: *In iſſa effuſione infantium vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum dicens: Iſte egreditur prior.* Putant interpretes idem coccinum & dominatus eſſe teſtimonium, & Chriſti effundendi ſanguinis infelix ſatis augurium. Ita interlineans: *Ligauit coccinum ſanguinis effundendi.* Inquiramus cur eodem momento Zara ad primatus culmen deſignatus ſplendenti coccino fulgeat, & fluenti ſanguine madeat: cur dextera illa primatum, vt obſtetrix putabat, gerens fundendum ſanguinem prænuntiauit? Ea, qualis qualis ſit, ſe mihi offert ratio, non poſſe ſcilicet rapto effuſoque ſanguine non maculari, quem nondum dignitate potitum coccino conſtabat lucere. Si plures elapſi fuiſſent anni, mirandum non eſſet pompaticis ornamentis veſtiri, & ſubnigro muricis ſplendore radiare; aſt dum vix deſignatus primatui inuenitur ſplendidus, & Chriſti ſanguine deſignatur intinctus: quaſi eſſe nequeat ſine æquitatis iniuria breuiſſimo tempore dignitate vſum diteſcere, quin ſordeat maculatus, manuque pollutus: exiguo tempore primatus dignitate fruitus coccino ornatur; ſed ipſo muricis ſplendore ſanguinem iniuſtè effuſurus prædicitur: *Illo verò*, inquit textus, *retrahente manum egreſſus eſt alter*: manum retraxit non nudam; ſed coccino ornatam: dum ergo breui adeò tempore fulget dextera, fundendi ſanguinis eſt figura.

Geneſ. 38. v. 27. Interlin.

§. XX.

§. XX.

Illustrior qui conditus nobilitauit sepulchrum, quàm qui ad æternandum nomen extruxit superbissimum mausolæum.

83 HOminum præsumptio gloriæque ardor non morte finitur; imò ad instar ignis fauillis, & cineribus tectus conseruatus, in ipso etiam sepulchro viget, ipsique in cineribus ad vanitatem splendet. Hinc inlanæ substructiones, immetatæ columnæ, extructa mausolea, & cælata artis labore sepulchra. Audi Xiphilinum in vita Traiani: *In foro suo columnam maximam collocauit, partim sepeliendi sui causa, partim, vt opus, quod ipse fecerat, circa forum pastoris ostenderet:* Vel mortuus vanitatum respirabat, & superbiebat. Qui se ardentissimis togis post mortem denouerunt, sibi aliquando insanas sepulchrorum machinas fabricarunt, vt cui cedebat vita, mortem vincere videretur superbia. Adest Seneca de breuitate vitæ capite 19. *Quidam dispouere etiam illa, quæ vitæ vsui sunt, moles magnas sepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, & ad regum munera, & ambitiosas exequias; at me hercule istorum funera, tanquam minimum vinxerint, ad faces, & ad cereos ducenda sunt.* Egent facibus, cereisque, indigent sepulchrorum superbia ad sui memoriam, qui vitam nequiuerunt producere ad lucem vtpotè maculis sordidatam, luxuque fœdam: felix est, qui ex vitæ honestis actibus, qui ex elaboratis concinnè virtutibus magnum adeò splendorem sibi thesaurizauit defuncto, vt lucem nobilitatemque impertiri potuerit sepulchri loco: *Omnibus ferè*, aiebat Tertullianus lib. de testimonio animæ capite quarto; *ingenita est fama post mortem cupido. Longum est retexere Curios, & Reguios, & Græcos viros, quorum innumera elogia sunt contempta mortis propter posthumam famam. Quis non hodie memoriæ post mortem frequentandæ ita studet, vt vel litteraturæ operibus, vel simplici laude morum, vel ipsorum sepulchrorum ambitione nomen suum seruet?* Ferè omnes teste Septimio, famæ ardor possidet; sunt tamen perpauci, qui post mortem titè perennent: nam quos obliuioni sepulchrorum eripuit superbia, admirationem lucrantur; at virtutibus eximij, in humili etiam loco iacentes occupare in eorum diuulgandis facinoribus famam, & sibi omnium conciliarunt reuerentiam. Non est magnus, qui sepulchri indiget magnitudine; sed qui sepulturæ suæ locum fecit suspici, & ab omnibus frequentari. Hinc Iair eximiis fuisse virtutibus constat, quas licèt eo superstite humilitas celarit solicita, post mortem sepultura prodidit ipso cadauere nominata: *Mortuus est Iair ac sepultus in loco, cui est vocabulum Chamon.* Locus, antequàm cadauer tegeret, erat ignotus; adeò verò fuit de posito nobilitatus, vt iam & sortitus fuerit nomen, & ipso funere lucem. Opportunè Arias Montanus ad hunc locum: *Sepulchri locus ad historiæ veritatisque testimonium, & monumentum perpetuum indicari solet, ita vt nominis celebritas ex depositi amplitudine vel obscuris oppidis parta, vel illustribus auctor acceſſerit.* Subiungit nostræ thesi opportunè: *Huius autem oppidi* (id est Chamon) *præter hanc, quæ in Annalia, & iudicium commentaria relatum legimus, nullam antea mentionem factam meminimus; sed iam ab huius sepultura vna cum viri memoria, atque fama loci etiam recolebatur nobilitas.* Vita illustris mortis caliginem depellebat, & depositi locum nobilitabat: non mutuatus est Iair à sepulchro nomen; sed locus à Iairo sortitus, est dignitatem. O si gloriosa ambitione nobis æternam famam virtutibus seminaremus! Viuit Iair vel post mortem, & eius depositio fulget locus nobilitatus, quando qui ad sepulchri sumptuositatem recurrit, censeri solùm potest auro opulentus.

Xiphilin.

Seneca.

Tertullian.

Montan.

Dei vir extra patriam moritur, & extra patriam sepelitur. Censeres æternæ obliuioni traditum; verùm cùm Iosias diuinæ vltionis minister, fatidicorum, idolorumque sacrificulorum ossa seruaretur, vt ardentibus flammis nigras reduceret in in fauillas, in sepulchrum incidit, cuius spectaculo correptus, quis ibi reconderetur, rogauit: *Quis est titulus ille, quem video?* Recondi ibi hominis Dei cadauer responsum est: *Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc.* Quærunt interpretes, quid hoc in sepulchro fuerit specialius ad detinendos regis oculos, eiusque alliciendum animum? R. Salomon apud Lyram ait, odoriferarum herbarum ipsò in sepulchro nascentium suauitate delectatum, & fragrantia ad inquirendum compulsum: *Vidit herbas bonas, & suauiter redolentes, vt balsamum, & huiusmodi.* Vir Dei notabilem fecit locum, non superba loci substructio Dei prodidit virum: ipsi cineres fragrantiam suauissimam exhalabant, & recreatis sensibus suspiciendum locum suadebant: multò gloriosius fuit vel à patria exulem nobilitasse sepulchrum, quàm si sepulchrum grandioribus litteris contra oblinionem pugnaret, & sibi admirationem acquireret. 84

4. Reg. 23. v. 17.

R. Salom.

Christus Dominus in crucem actus moritur, & vti reus non tam sepelitur, quàm absconditur: obtenta à Præside licentia, nec enim liceret aliter, Ioseph corpus sindone inuolutum in monumento suo collocauit: *Posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in petra.* Non proditur sepulchrum artis cælaturis celebre, vel substructionis nouitate mirandum, & tamen teste Isaia, omnibus inuenitur gloriosum. *In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur: & erit sepulchrum eius gloriosum.* Non ait corpus gloriosum ob sepulchrum; sed sepulchrum ob corpus. Et quid gloriosius, quàm gentes ad sepulchrum recurrere, tanquam ad salutis fontem, tanquam ad lucis scaturiginem, tanquam ad mortis exilium, vitæque suffragium. Quid gloriosius, quàm Angelum ad sepulchri aspectum vocare, vtpote cuius intuitu, serpentino veneno obtenebratus mulieris sanaretur aspectus, & vtpote optimo collyrio restitueretur saluti visus: *Venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus.* Adest Chrysologus serm. 77. *Mulieres vocat Angelus ad videndum, vt sacri corporis locus mundaret oculos, quod diabolo claudente vetitæ arboris maculauat aspectus. Ingrediuntur sepulchrum, vt consepultæ Domino totam fidei resurgerent in salutem.* Sacrum corpus sic locum nobilitauit, vt iam & Angelorum ambitiosum esset diuersorium, & humanæ salutis auxilium. Non promanabat huius loci gloria ex ingeniosis artis sudoribus, non ex operis peregrinitate, materiæue valore; sed ex sacro depositio, ex vitali defuncto. 85

Matth. 27. v. 60.

Isai 11. v. 10.

Matth. 28. v. 6. Chrysol.

Sacra

86 Sara moritur & Abraham vti peregrinus ad ſepulturam depoſcit locum: *Aduena ſum, & peregrinus apud vos: date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuum meum.* Filij Heth modeſtia Principis allecti, qua apud ipſos eſſet æſtimatione declararunt, & ſepulchrum deligere eius arbitrio commiſerunt: *Audi nos, Domine: Princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum.* O quàm laudabili fœnore honorem ſibi lucratur vrbanitas, & quàm omnium ſibi Princeps animos deuincit ciuilitate! Abrahamo relinquunt optionem ſepulchri, petentis vrbanè magnitudinem venerati laudarunt honorifico titulo, & ingeminato elogio. Abrahamus ſpeluncam emit, & ibi defunctæ corpus recondidit: *Sepelivit Abraham Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri duplici, quæ reſpiciebat Mambre.* Non elegit ſumptuoſa ſepulchra; ſed cadauere accepto redditum eſt ſepulchrum illud cunctis hominibus reuerendum. Huc voco quod aiebat Gregorius lib. 6. moral. cap. 25. *Abſcondit ſub bonæ operationis, & contemplationis tegmine.* Electa operoſaque repudiauit ſepulchra, malens bona operatione nomen loco indere, quàm memoriam à ſepulchro mutuari: arborum viror, campi amœnitas, florum venuſtas pro linguis erant ad Saræ famam: quia vitalem eius oſtendebant ſepulturam. Quis dubitet ſpeluncam illam, etſi humili loco iaceat, poſt mirabilis depoſitionem defunctæ, celſiorem, auguſtioremque eſſe regum mauſolæis, & pyramidibus, quantumuis ad ſtuporem extructis? His namque admirationem conciliant artificis dexteritas; ſed illi defunctæ claritas.

Genes. 23. v. 4.

Gregor.

87 In nidulo moriens Iobus ad inſtar palmæ ſemper victricis dies multiplicandos promittit: ſciebat namque non obſtare loculi anguſtiam, quando latiſſima rigabant merita: *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies:* Septuaginta legunt: *Sicut Phœnix.* Non ignoro apud Græcos ita vocari palmam; ſed nec vllus ignorabit alitem illum orientalem, qui non extructa ab alio pyra; ſed odoriferis lignis à ſe ipſo comportatis, digeſtiſque vitali interitu occumbit, Phœnicem etiam vocari. Ergo Iobus ſibi promittit æternam famam, non ex nidulo; ſed ex aromatis à ſe ſuperſtite comparatis. Iuſtus quouis loco de morte triumphat; imò & ipſi loco venerationem conciliat: palmæ ad inſtar vireſcit, & omnium oculos allicit. Huc voco Tertullianum de reſurrect. carn. cap. 13. *Et florebit, inquit, velut Phœnix, id eſt, de morte, de funere.* O felix ſepultura, vbi virtus floret vita irrigata defuncti! Malim Iobi nidulum, quàm Traiani ſepulchrum.

Iob. 29. v. 18.

Septuag.

Tertullian.

§. XXI.

Opus eſt aliquando, ne ingenerauerit tadium, externum virtuti gaudium.

88 VErum gaudium virtutis eſt legitima proles; imò ab illa non poteſt auelli, nec ſeparari. Bona mens vanis non nititur; ſed ſolidis, & contra fortunæ vultus firmatis: quiſquis felicitatem ac lætitiam ſuam in aliena poteſtate poſuit, plus quam gaudere, didicit trepidare: quæ vulgus hilaritates putat, mouere aliquando poſſunt riſum, non gignere verum gaudium: non ſemel oculi grata prætorum amœnitate deliciantur, oblectatur conditis cibis palatum, & tempus iucundis aſſentationibus, ac ineptis teritur: hæc tamen gaudia non ſunt niſi mentita & fucata. Audi Senecam epiſt. 23 *Hæc ante omnia fac, mi Lucili, diſce gaudere: exiſtimas me nunc detrahere tibi multas voluptates, qui fortuita ſubmoneo, qui ſpes dulciſſima oblectamenta deuitanda exiſtimo. Imo contra: nolo tibi vnquam deeſſe lætitiam: volo illam tibi domi naſci: naſcitur, ſi modo intra te ipſum ſit: cæteræ hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt.* Verum dicit: leuæ namque eſt quodcumque ex ipſa virtute non oritur gaudium; imò nec vel leue eſt; ſed perſonatum, & nomen re vacuum; verùm ea eſt humanæ naturæ ad has voluptates, quæ exhilarant ſenſus, inclinatio, vt ni virtus his condiatur, nimis habeatur tetrica, reijciaturque vti rigida & ſeuera. Vnde qui ad virtutem alios formant, opus eſt honeſtis oblectamentis ſeriùs recreare, & ſeueritatem aliquando demire; ne ſi hæc deſint externa, ſi fas eſt dicere, gaudia, ingenerentur animis tædia. Hanc occaſionis aniam, vt placet interpretibus, arripuerunt Iſraelitæ ad idolorum ſolemnitates, feſtaque amplectendum, a veroque Numinis cultu declinandum. Textum audi: *Filij Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis Baalim, & Aſtaroth, &c. Dimiſerunt que Dominum, & non coluerunt eum.* Quærunt Interpretes, cur Sanctiſſimam, totque beneficiis, & miraculis comprobatam veri Numinis abiecerint religionem, & ad idolorum inuolauerint impietatem: putantque auerſatos fuiſſe Dei cultum, vt qui prohiberet ludos, & alia ſenſuum oblectamenta, quæ ſacrilega idolorum permittebat religio, & illius politicæ ſtatus. Ita Arias Montanus ad hunc locum: *Iam nimis vetus, nimiúmque vulgaris illa quadraginta quinque annorum ſpatio producta religionis ac Reipublicæ facies faſtidioſiſſimis hominum ſeruibus vtebatur, cùm præter antiquos, veteresque ritus, & mores à duobus proximis iudicibus inſtauratos nihil præterea ludorum, nihil publicæ lætitiæ, quo populus oblectaretur, extaret.* Cum vnus tantùm locus certis ſtatiſque diebus, iſque cum magna reuerentia, cum triſti ſeueritate, eſſet petendus, atque ex priſca tantùm diſciplina colendus, idque vnico ac ſingulari ſemper modo & ordine, faſtidire inceperunt veram religionem, vti nimis rigidam & ſeueram: cúmque gentes cæteræ omnes, atque in primis hæ, quarum vicinitate & commercio vtebantur, aliis atque aliis cultibus variarent, & frequentibus ſacrorum ludorum, & ſaltationum, conuiuiorum, atque epularum ſpectaculis frueren-tur, illis inuidiam faciebant, & ad illorum ſectandam religionem prolectabant. Itaque Magiſtratus idolorum caulam agebant varia oblectamenta excogitantes, quibus animos inescarent, & ipſius oblectamenti mercede illi ſuperſtitioni deuotiſſimos deuincirent. Cúmque Hebræorum religio his ineptiis, vaniſque hilaritatibus careret, tædio affecti Iſraelitæ à maiorum pietate facilè deſciuerunt, & ad peregrina ſenſuum oblectamenta inuolarunt: errarunt impiè; verùm illorum error inſeruire poteſt doctrinæ: vt nouerint Prælati, ſuperioreſque ita ſubiectos ad virtutem promouere, vt ſeueritatem diſciplinæ condierint oblectamentis honeſtis, & ad remittendos tantiſper animos opportunis.

Externæ hilarates nõ implent pectus, ſed remittunt frontem.

Montan.

89 Pater ille prudentiſſimus, ipſaque ſenectute expertus redeuntem filium paterna amplectitur charitate

charitate, & delicta tegit amore: ſeruos iubet primam ſtolam proferre, dexteram annulo pretioſo inſignire, & pedes calceamentis elegantibus adornare: *Citò proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum ſaginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur.* Luc. 15. v. 22. Chryſologus quo ſolet acumine, ait ad primam innocentiam voluiſſe filium ſtolâ reformare, annulo ad nunquam diſſoluenda connubia adducere, calceamento ad diſſeminandum Euangelium præconem eximium conſtituere: *Dedit ſtolam primam*, inquit ſermone 5. *illam, quam Adam perdidit immortalitatis gloriam ſempiternam. Poſuit annulum in manum eius, annulum honoris, titulum libertatis, inſigne pignus ſpiritus, ſignaculum fidei, arrham cœleſtium nuptiarum. Audi Apoſtolum: Deſponsi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Et calceamenta in pedes eius, vt eſſent calceati pedes in prædicatione Euangelij.* Chryſol. Itaque totus fuit pater in filio ad perfectionem excolendo, formandoque: cumque choros, & ſymphoniam adduci non iuſſerit, domi reſonat dulcis melodia, quæ inuidas fratris aures percuſſit, & aduentantis ſenſum recreauit: *Audiuit ſymphoniam, & chorum.* Hinc oritur dubium: ſi adduci chorum, ſi reſonare ſymphoniam pater non iubet, quomodo harmonia ſenſus demulcet, & cantus lætitiam fouet? Iubeat, vt vitulum, adduci chorum, aut non audiatur melodiæ concentus, ſi à parente non iuſſus. Non adducitur, inquit Chryſologus; ſed habetur: nam cùm in paterna domo omnes eruditantur ad virtutem, & promoueantur ad perfectionem, ne diſciplinæ ſeuetitas attulerit tædium, ſenſus recreat feſtiuum concentus gaudium. Domeſtica in hac domo auditur ſymphonia, & honeſtum cantus oblectamentum non adducitur, ſed habetur: ſtuduit namque prudentiſſimus ſenex recreare ſenſus, quando ad altiores virtutum vocabat gradus. Aliquid ſuaue auſteritati miſcendum eſt, recreandus eſt animus, diſciplinæ rigor aliquantum intermittendus, ne dum nimis arcus tahitur chorda, reſiliat fracta.

90 Iobus tot calamitatibus impetitus, tot ventorum adſultibus exagitatus ad firmandam conſtantiam, ſuffulciendamque patientiam antiquum butyrum, & oleum deſiderabat: *Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos ſecundum dies, quibus Deus cuſtodiebat me..... Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Iob. 2. v. 2. & 6. Mira res: Deum eius pronuntiat cuſtodem, nec pedes butyro lauare prohibentem, nec riuos olei vetantem. Et quidem cùm hæc fuit ad ſpeciem delicioſa, ac ſenſibus blanda, videbantur non permittenda. Quomodo ergo Deus optimus virtutis pædagogus non vetuit pedes delinire butyro, vngique Iobum copioſo oleo? Imò, inquit Gregorius lib. 19. moralium cap. 11. quia Iobum eximiis informabat virtutibus, ne continuo itineris labore pedes faſtidirent ſanctitatis viam, opus fuit blando recreari butyro, & ne laſeſcerent decertando cum hoſte membra aſperitate certaminis fatigata, recreari decuit blando olei riuo. Sed nota oleum non ſtagnaſſe; ſed fluxiſſe: ſtagnans namque mollitiem adduceret; ſed tranſiens, ne membra labori ſuccumberent, recreabat. Gregorium audi: *Riui vocantur olei: quia decurrunt, & vngunt: in quibus quiſquis tingitur, quiſquis vngitur, interius impingnatur: de qua nimirum pinguedine Pſalmiſta ait: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea.* Gregor. Subnectit: *Per prophetam dicitur: Computreſcit iugum à facie olei.* Non eſt virtutis iugum excutiendum; eſt tamen aliquando laſſa ceruix oleo delinienda, ne aſperitati ſuccumbat: ergo ſenſuum recreatio erat ad inſtar fluentis olei, non iam de noxiarum voluptatum cauſa; ſed de Chriſti filice. Ob id ergo Iobus de petra, Chriſto videlicet dixit promanare oleum, nec ſtagnare; ſed fluere: *Petra fundebat mihi riuos olei.* Ergo hæc antiqua oblectamenta ſuſpirabat à dæmone attritus: quia benè nouerat intereſſe plurimum ad mandatorum viam conſtanter peragrandam, & ad perfectionem nutriendam aliquod animi leuamentum; ne ſi omnia fuerint tetrica, auſtera omnia, animum miles deſpondeat, & ſtationem relinquat.

---

§. XXII.

Præſul ambitione liber carpit ſubiectorum delicta, ambitioſus diſſimulabit peccata.

SEmper iudicio fauor officit, aiebat Seneca de tranquil. animi cap. 1. & quidem dum in eodem conueniunt iudicij poteſtas, & vlterioris dignitatis cupiditas, ne amiſerit fauentium ſuffragia, eorum cæcis de induſtria oculis tranſibit delicta. Ambitus fauor iudicio officit; imò corrumpit, cùm ſæpè in deſideriis peccator dilaudetur, & in deliriis iniquus benedicatur: neſcit corrigere culpam, qui exoptat conciliare ſibi beneuolentiam, dum timor exaſperandi impedimentum eſt corrigendi. Qui ambitu liber, æquitatis, iuſtitiæque partes ſuſcipiet: quia delinquentium nec iram nec ingratiam timebit. Malè inter ſe coeunt ſtudium placendi, & officium emendandi. Claret hæc veritas noſtro in textu, vbi Hebræi demortuis Thola & Iair, intermiſſa eorum Principatus tempore idololatriæ deliria proſecuti ſunt innouata: *Filij Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis.* 91 Seneca. Iudicio fauor officit. Dum non referuntur continuantes; ſed adiungentes, interciſum declaratur errandi ſtudium, vt furens proſequendi peccata vetera deſiderium. Quæ fuerint hæc antiqua ſcelera, quærunt Interpretes: cenſentque non ſine fundamento ex ipſo textu fuiſſe fœdera illa demortuo Gedeone cum Baal ſacrilegè ſancita, & Abimelechi Principatus tempore confirmata: *Percuſſerunt cum Baal fœdus, vt eſſet eis in Deum.* Quod ſi inquiras cur Thola, Iairque introductum iam errorem non diſſimularint, aut cur Abimelechus nunquam expunxerit: reſpondebit Abulenſis q. 13. Tholam, Iairumque nullo ambitu obſcuros; Abimelechum verò inauguratum à Sichimitis deſideraſſe ambiſſe Principatum protendere, & imperium dilatare. Ergo ne electorum ſubiret ingratiam, diſſimulabat & culpam. Audi Abulenſem: *Vocantur peccata vetera, quæ fecerunt Iſraelitæ mortuo Gedeone, dum principaretur Abimelech: nam ſupra octauo dicitur, quod poſt mortem Gedeonis Iſraelitæ fecerunt pactum cum Baalim, vt eſſet eis in Deum: Abimelech autem non curauit extirpare idololatriam: quia animus eius ſolium erat ad dominandum, & non ad iuſtitiam exequendum.* Iudic. 8. v. 33. Abulenſ.

Subnectit

Subnectit doctus Interpres : *Thola autem eſt Iair, qui poſteà ſurrexerunt, & fuerunt in tempore pacis, extirpauerunt idololatriam: ideò peccata vetera erant illa, quæ fiebant tempore Abimelech.* Dum Thola, Iairque hunc ambitu eliguntur, dentta idololatriæ extirpantur; at dum Abimelechus ſibi ſolicitat dignitatem, dum dignitatis diſcupit amplitudinem, fouetur idololatriæ dementia, ne ſi expugnatur, dignitati amplificandæ exaſperata reſiſtat ira.

92 Vt erat pronus populus ille ad falſitatem ſectandam, Deos ſibi producere tumultuoſis clamoribus requiſiuit; Aaron delirantium votis ceſſit, vitulumque conſtruxit : *Fecit ex eis vitulum conflatilem.* Exod. 32. v. 4. Deus Moyſi montis cacumine ad conſcribendas diuinas leges commoranti populi denuntiat erratum, eique promittit amplioremprincipatum, ni retardarit infligendum ſupplicium : *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam.* Moyſes poſtquam iuſtæ Numinis conatus eſt oratione ſopire indignationis ardores, deſcendens vitulum nigros redigit in cineres : *Arripiens vitulum, quem fecerant, combuſſit, & contriuit vſque ad puluerem, quem ſparſit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Iſrael.* Aaron conſtruit, & Moyſes deſtruit : nec mirum cum Aaron timuerit principatum amittere, & Moyſes nouerit repudiare. Adeſt Caietanus : *Aaron primatum nolens perdere edificat altare coram vitulo, non expectans rogari.* Caietan. Subnectit poſt aliqua : *Vide ſtudium Aaron ad accelerandum ſacrificium : vt vidit vitulum, ædificauit altare, & clamauit : Crat feſtum vituli tamquam ſummo Deo : non poterat feſtum citiùs indici.* Ecce quod pariat Principatus ambitio; dum Aaron dignitatis ſuſpirat permanere faſtigio, impietatis non aduerſatur errato; imò vt ſenioribus, Principibuſque aduletur, aram quàm citiſſimè vitulo ædificare molitur; at Moyſes omnem dignitatis amplitudinem deſpectu nobili ſupergreſſus vitulum eſt demolitus : non annuit impiiſſimis votis, quia non inhabat augmentis : Aaron verò delitiis non reſtitit, quia dignitatis ſplendoribus inhiauit.

93 Chriſtum Dominum in crucem actum iam gehennalis furor incipiebat vereri : ſuſpicabatur eius ſanguine culpam delendam, & nequitiam omnem obliteraturam, vtque periculo occurreret, hanc in Dominum machinam obarmauit: commouit Principes, perſuaſit Sacerdotibus, vt in Regem ſe acceſpturos promitterent, ſi patibulum deſeruerit : *Si rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei.* Matth. 27. v. 42. Vt patrocinentur culpis; regnum promittunt : nouerant namque, ſi ambitione titillaretur, delectionem ſcelerum impediendam; & mulctam dæmonum retardandam; at Dominus vt qui nulla vel ambitionis vmbra potuit maculari, ſeruitutis deleuit chirographum, & dæmonibus inflixit ſupplicium. Adeſt Hieronymus ad hunc locum : *Mihi hoc videntur dæmones immiſcere : ſtatim enim vt crucifixus eſt Dominus, ſenſerunt virtutem crucis, & intellexerunt fractas eſſe vires ſuas, & hoc agunt, vt de cruce deſcendat; ſed Dominus ſciens aduerſariorum inſidias, permanet in patibulo, vt diabolum deſtruat.* Hieronym. Omni ambitione carens diabolum deſtruxit, vt nobis conſtet opus eſſe præſulem omni ambitione carere, vt culpam queat libera fronte deſtruere : aliter namque dum complacere deſiderat optimatibus, dum cupit ſibi acquirere electorum ſuffragia, obſurdeſcet ad delicta; imò aliquando eorum fouebit impium deſiderium, quo ſecuriùs delinquentium lucretur calculum.

R. P. Naxera in Iudices Tom. II.

Non ignorabat impius Ieroboam antiquam populi erga vitulum intaminam, cúmque eius ſibi conciliare gratiam cupieret, foris numerum auxit : *Excogitato conſilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis : Nolite vltra aſcendere in Ieruſalem: ecce dii tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Vnde orũ fuerit conſilium. Scriptura non tacuit, dum ſecum ſic meditantem Ieroboamum induxit : *Dixit Ieroboam in corde ſuo : Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte, vt faciat ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem, & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda.* 3 Reg. 12. v. 28. Dum meditatur, quibus poſſit artibus ad regnum ſtabiliendum, gratiam ſibi populi conciliare, reperit ad vitulum adorandum procliuem, & iam non vnum, vt olim; ſed geminatum vitulum conſtruit, tantumque abeſt ab impiis dein ceps coarcendis, vt excogitato per otium conſilio, fouendis incubuerit, & adiuuandis. Repetere poſſet Tertullianus, quod aiebat lib. de pœnitent cap. 1. *Illos, qui ambitu obeunt caſſe ſe di magiſtratus, neque pudet, neque piget incommodis animæ & corporis, nec incommodis tantùm, verùm & contumeliis omnibus emi in cauſa votorum ſuorum.* Si ad tuendam votorum cauſam opportunum videtur diſſimulare cæcis oculis culpam, aut fouere temeritatis audaciam; fouebunt temeritatis audaciam, & diſſimulabunt culpam : ea namque eſt ambitionis flamma, vt non pudeat opitulari animæ incommodis, iniquiſſimis deſideriis. Conſonat Theodoretus quæſt. 41. ſic de Ieroboamo locutus : *Miſer, & ter infelix iſte accepta poteſtate aggreſſus eſt eam habere humanis & impiis artibus : cum enim apud ſe cogitaſſet, quòd lex ſacrificiorum cogit omnes ire ad ciuitatem : aſcendentes autem inter ſe coniunguntur, & aliquando temerarii ſubiici regno Dauidico, conſtruxit duas iuuencas aureas, & impoſuit in terminis regni.* Theodoret. Quibus teneretur populus votis diuinabat, eaque quantumuis impia & execranda, fouebat : quia dum adurituri ardent iſſimis ambitionis flammis, non curat ſubuenire pietati; ſed opitulari ardori : vnde populus ſi vnicum olim confinxit vitulum, ſub ambitioſo præſule ſortitus eſt geminum. Proh infelicem Rempublicam, vbi ſuffragia ad dignitatem tuendam, aut amplificandam præſul exambit : quia fauor iudicio officiet, & nulla habebitur legibus reuerentia, ſi earum incommodo electorum fuerit gratia. Qui non ambit, æquitatis eſt tutor, legum aſſertor, honeſtatis auxilium, potentiæ frænum; at ambitionis dèlirio furens, iuſtitiæ erit peſtis, æquitatis naufragium, legum ſcopulus, impietatis auxilium, temeritatis ſuffragium, probitatis venenum. Quàm felix fuit Hebræorum Reſpublica, dum Thola omnis ambitus expers gubernauit : tunc namque impietas exulabat condemnata, & religio floruit exculta : vt è contra Abimelecho ambitionis filio regnante plorauit infeliciſſima; quandoquidem eius tempore honeſtè ſancita exularunt prorſus exponcta, & impiiſſimi cultus ſacrilega ſucceſſerunt fomenta.

§. XXIII.

Iniqui ſi aliquandiu intermiſerint crimina, non ſunt contenti reuocare; ſed iacturam temporis nouis acceſſionibus reſarcire.

95 ID eſt peccatorum delirium, vt ſi quando intermiſerint culpam intermiſſionis egerint pœnitentiam: quaſi ſe obligationi ſubduxerint, cui opus eſt ablatum reſtituere, & iacturam nouis auctionibus reſarcire. Adeſt Tertullianus lib. de pœnit. cap. 1. *Vniuerſam vitæ rationem ſine gubernaculo*
Tertullian. *rationis tranſfretantes imminentem ſæculo procellam vitare non norunt; quam autem in pœnitentia actu irrationabiliter diuerſentur, vel vno iſto ſatis erit expedire, cùm illam etiam in bonis factis ſuis adhibent: pœnitet fidei, amoris, ſimplicitatis, patientiæ, miſericordiæ, prout quid in gratiam cecidit: ſemetipſos execrantur, quia benefecerint.* Vt pœnitentia delicti tempus recuperat dolore illud reproducens, & virtuti deuouens: ita peruerſi homines pœnitentiæ pœnitentia illam obliterant, & extinctæ iam culpæ miſeram reſuſcitant vitam, & ad temporis reſtitutionem nouam excogitarunt inſaniam: *Enim maximè pœnitentiæ ſpeciem*, ſubnectit Tertullianus, *qua optimis operibus irrogatur, in corde figunt, meminiſſe curantes, ne quid boni rurſus præſtent.* Itaque omne bonum expungunt, & elapſa tempora retro ad delinquendum trahunt. Innuit noſter textus, dum ait, peccatis veteribus noua Iſraelitas adiunxiſſe, vt dum vetera exercent, & noua ſuperinducunt, adiecto nouo incremento erroris tempus illud, quo ceſſauerunt, reſarciant: *Filij Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis Baalim, & Aſtaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthiim, dimiſeruntque Dominum, & non coluerunt eum.* Dum noua veteribus addita refert errata, declarat textus non antiquitatem nouitate obliteraſſe; ſed ſuperadditam delictis veteribus coniunxiſſe, vt reſtituerint ſceleri nouo ſceleris auctario, quod tempus ſeruierant Domino. Opportunè Arias Montanus ad hunc locum: *Non repetitio modò; ſed*
Montan. *cumulus & auctio hoc verbo ſignificatur: Rurſus, inquit, antiquam ſuperſtitionem illis pancis annis intermiſſam reuocare, atque temporis anteacti iacturam iiſdem quibus antea dediti erant, frequentiis repræſentandis, & nouis præter iſta inferendis, adaugendiſque reſarciendam curauerunt.* Dolebant à culpis eo modico tempore abſtinuiſſe, vtque delinirent, quo exulcerabantur dolorem, nouam veteri ſtuduerunt adiungere prauitatem, vt impietatem antiquam repetentes præſenti tempori ſatisfacerent, & addentes nouam, iacturam quodammodo reſtituerent.

96 Pſaltes hanc peccatorum proprietatem mirè exprimens ſic aiebat: *Ab increpatione tua Deus Ia-*
Pſal. 75. v. 7. *cob, dormitauerunt, qui aſcenderunt equos.* Alludit propheta ad Pharaonem, qui duris à Deo flagellis vapulans ſe tantiſper continuit, & dormitantis, non dormientis ſpeciem retulit. Permiſerat ſuppliciis coactus Hebræos abire, tantiſperque ab illorum vexatione ceſſarat; verùm citiſſimè egit pœnitentiæ pœnitentiam, vtque amiſſum captiuitatis tempus quam citò duriore compenſaret captiuitate, equos aſcendit, & adactis calcaribus vel per medios fluctuum vortices inuolauit: *Ingreſſus eſt eques Pharao*, aiebat Moyſes, *cum curribus, & equitibus eius in mare.* Equorum in perſequendo velocitate vti voluit, vt quod perſecutioni tempus ſubtraxerat dormitando, reſtitueret velociter excurrendo. Adeſt Incognitus: *Aſcenderunt ergo equos ſuperbi, qui Deo ſubijci nolunt: ſic*
Incogn. *Pharao increpatus à Deo increpationes Dei obſtinata mente contempſit.* Antiquos repetit Pharao mores, & curſus velocitate reſtituere aggreſſus eſt, quod data abeundi licentia crudelitati detraxerat. Id namque eſt peccatorum ingenium, vt putent ſe teneri ad reſtitutionem, ſi aliquo tempore intermiſerint prauitatem. In affligendo Iſraelitas dormitationem curſus celeritate compenſat, & peccatum peccato accumulat.

97 In teterrimum ſpiritum, cuius tyrannidem ſuſtinebat miſerabilis homo, Chriſtus Dominus prodit in campum, hominem abacto hoſte reſtituit libertati; verum liberatus iterum dæmonem vocat, & vt qui locant domos, quod vacarunt tempus, pretij augmentis reſtaurare moliuntur, ſic iſte illud vacationis tempus inquilinis multiplicatis ſarcire conatus eſt: *Cùm venerit, inuenit eam*
Luc. 11. v. 25. *ſcopis mundatam, & ornatam: tunc vadit, & aſſumit alios ſeptem ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi: & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Domus illa antequam vacaret, ab vno tantùm nequam ſpiritu habitabatur; ſed quia teterrimo hoſpite digito Dei abacto aliquantulum vacauit, vt vacationis tempus hoſpitum multiplicatione recuperaret, ſeptem admiſit, quò & antiquum reuocando antiquam prauitatem continuet, & ſeptem alios addendo vacationis tempus inſtauret. Adeſt Ambroſius ad hunc locum:
Ambroſ. *Quo forenſi, & perfunctoria ſpecie compta, animo maxebat interiore pollutior: neque enim ſacri fontis irriguo aut abluebat, aut reſtinguebat ardorem, meritòque ad eam ſpiritus redibat immundus, adducens ſecum ſeptem ſpiritus nequiores ſe.* Tantiſper compta fuerat domus ſordibus culpæque ruderibus vacans; verùm incrementato ſpirituum numero habitationis elapſum reuocatur tempus, nouiſſimiſque deterioribus culpa incrementatur, & iactura crementis deteſtabilibus reſarcitur: *Et fiunt*, inquit, *nouiſſima hominis illius peiora prioribus.*

98 Saulis animum nactus fuerat ſpiritus impuratus, fulgens nequibat exhilarare ornamentum, cuius præcordia virulentiſſimum exagitabat dæmonium: ſerui calamitatem Domini miſerati Dauidem adducunt non ſine patientis beneplacito, ne ſi aliter fiat, obſequium ipſum vertat delicto. Dauid adeſt, & cantus melodia dæmonem deſcrere habitationem compellit: cithara namque & pſalmus ſunt arma in dæmonem validiſſima. *Igitur*
1. Reg. 16. v. 23. *quandocumque ſpiritus Domini malus arripiebat Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* A dæmone liberatus aliquantulam requiem capiebat; verùm ad eam ingratitudinem inuidia traxit, vt non ſolùm obſequiis non compenſauerit medelam; ſed in benemerentem contorſerit etiam haſtam. Qui benefactori gratiam non habuit, ingratus eſt: qui beneficium oblitus, inuenitur ingratior; ſed qui iniuriis compenſat, deteſtãdos & ingratiſſimus: *Poſt*
1. Reg. 18. v. 10. *diem autem alteram inuaſit ſpiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ. Dauid pſallebat*

manu

manu ſua, ſicut per ſingulos dies, tenebatque Saul lanceam, & miſit eam putans quod configere poſſet Dauid cum pariete. Qui antea totum à dæmone exagitatus, modò inuenitur exagitatus furiis, & ardens odiis. Iam ſi inquiras, cur Saul haſtam commoſerit, reſpondebit Seleucienſis Baſilius duplicaſſe delictum, tempuſque illud, quo leuius habuit, incrementis reuocaſſe, quaſi illum pœnituerit aliquando intermiſiſſe conſortium, & denegaſſe dæmoni hoſpitium. *Redintegratur inuidia* (Baſilium audis orat. 15.) *& in agritudinem tranſit agritudo, rurſuſque per inuidiam dæmonem vocat, nec ſine iterum ſignificatione haſtam iacit in Dauidem.* Expende illud: *Redintegratur inuidia*: quaſi intermiſſum inuidiæ tempus nouo fuerit crimine reſtitutum, & integratum: peiora tentauit, quia aliquando à dæmone liberatus, vt ingraueſcente morbo ſatisfaceret furiis redditus.

Seleucienſ.

99 Paulus Galatas carpens ſic ait: *O inſenſati Galatæ, qui vos faſcinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus præſcriptus eſt, in vobis crucifixus?* Qui præſcriptus fuerat aliquando, id eſt, denunciatus, & admiſſus, iam proſcriptus Dominus exulabat, illudque tempus, quod veræ fidei præſtiterant, legi iterum perſoluebant, ſeque ipſos quodammodò caſtigabant: *Galatæ*, inquit Anſelmus ad hunc locum, *cùm ad Apoſtoli prædicationem credidiſſent ſe per mortem Chriſti poſſe iuſtificari, facti ſunt hæreditas Chriſti, quam ipſe ſua morte de diabolo poſſeſſione eripuit; ſed poſt ab hac fide recedentes, & iuſtificationem in operibus legis quærentes, quantum in ſe erat, Chriſtum exhæredabant ſe ſe illi ſubtrahendo. Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, id eſt, damnatus & exhæredatus in vobis ſibi ſublatis.* Legi antea feruentes ad fidei caſta tranſierant; ea tamen pœnitudine doluerunt, vt Chriſtus & ab eis fuerit proſcriptus, & exhæredatus: ſeſe antiquis inſtitutis reddiderunt, tempuſque abſtractum proſcriptione compenſabant. Iam Chriſto proſcripto negligebant eius mandata, & neglectu antiqua ſequebantur tenaciori obſtinatione inſtituta. Et quidem quod Galatis accidit erga fidem, contingit modò pluribus erga mores: recedunt aliquantulum cœleſti luce moniti, aut ſuppliciorum acerbitate deterriti à faſcinante voluptate; verùm poſteà ingeminatis delictis tempus peruerſiſſimè redimunt, & quod laudabiliter ſubtraxerant voluptati, reſtituunt cumulatiori ſalacitate libidini.

Ad Galat. 3. v. 1.

Anſelm.

§. XXIV.

Aliquando à ratione abducimur non tam ambientes culpam; quam aliorum æmulantes licentiam.

100 MEliora chariſmata teſte Apoſtolo ſunt hominibus æmulanda: *Æmulamini chariſmata meliora: & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.* Nouerat Paulus opus eſſe homines adurgere, vt præclaris virtutibus fulgenti honeſtè inuiderint, eique exæquari deſiderarint: quia vt plurimum non ſatagunt excellentiori via pergere, etſi velint acres conſcientiæ morſus ſopire: quidquid verò in aliis aut ſplendorem conciliat, aut voluptatem incrementat, inſpicientibus inuidiam parit, & ad æmulationem impellit. Adeſt Anſelmus ad hunc locum: *Deus, inquit, varia dona contulit fidelibus, nis impenderet; ſed vos æmulamini chariſmata meliora, id eſt, de his, quæ ſupra demonſtraui, deſiderate viliora, non linguas, vt ſolebatis.* Reſplendebant tunc in Eccleſia homines linguarum varietate fulgentes, alij eximiæ charitatis operibus fulgurantes, cúmque conducibilius eſſet æmulari charitatis ardorem, quam linguarum varietatē, non deerant, qui mallent linguis ſcintillare, quàm flammis charitatis ardere. Ergo Apoſtolus honeſtam æmulationem edocuit, minuſque decoram imitationis anxietatem excluſit: & quidem iure optimo, cùm non inſit hominibus is ardor, eaque æmulatio ad quæ virtuti inſeruiunt, vt ad quæ vanitati & ſplendori conducunt. Si alios viderint ſplendere pompaticè, helluari opiparè, ſeque profundere immetate vitijs, ſic eos æmulātur, vt anxiè aſſimilari conentur: nec ſemel plus ducuntur, quàm peccandi deſiderio, ardenti ſe exæquandi aliis ſtudio: quaſi aliorum licentia eos peſtilenti adurat inuidia, & ſit ſtrictius viuere indigna nota. Ecce Iſraelitæ vbi finitimarum gentium viuendi licentiam, ineptamque animaduertunt lætitiam, illos imitari molliuntur, & collectis omnium erroribus impietati dedicantur: *Filij Iſrael peccatis veteribus iungentes noua fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierunt idolis Baalim & Aſtaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthiim.* Cùm veram religionem ignorare non potuerint, vt qui toties eius veritatem miraculis comprobatam experti, ſacraque Scriptura, & magiſtri cælitus datis edocti, quærunt Interpretes quid eos impulerit ad magnam adeò idolorum cæteruam aſciſcendam, totque compactam diuerſitatibus religionem ſectandam. Arias Montanus putat contuliſſe Iſraelitas, quam exercebant ipſi auſteram vitam cum aliorum licentioſa & deliciis plena, & ne inferioris ſortis aut fortunæ viderentur, ad æmulationem inhiaſſe non tam culpæ pruritu, quàm licentiæ ambitu: *Cum gentes cæteræ omnes, ac in primis eæ, quarum vicinitate & commercio vtebantur, aliis atque aliis cultibus variarent, & frequentibus ſacrorum ludorum, & ſaltationum, conuiuiorum atque epularum ſpectaculis, deliciiſque fruerẽtur; quî tamen homines quoque erant.... huiuſmodi rationibus putatis filij Iſrael non modò intermiſſas iampridem ſuperſtitiones poſtliminio recipere; ſed nouas etiam atque recentes dedicare & à vicinis pro libidine petitas inferre decreuerunt.* Vicinarum gentium feſtiuitas & lætitia Iſraelitas adurebat, quaſi ſeueriori diſciplina adurgeri eos ſugillarit vti deterioris conditionis, & inferioris fortunæ. Itaque non tam erroris amore, quàm annexæ errori licentiæ libertatiſque libidine introduxerunt idola, vt ſaltationes, ludos, & ſympoſia celebrarint ipſi ſimilia. Quàm eleganti penicillo in antiquorum deliriis Sacer textus noſtra depingit deliria! Videas ſæpè fœminam ſeductam, vitiiſque dicatam non luxuriæ pruritu; ſed ne vicinæ inferior videatur ornatu: ſi culpa diſiungi poſſet à liberiori vitæ licentia, licentiam imitarentur, non culpam; ſed cùm diſiungi nequeant, fœdantur culpa, ne fraudentur adulationis fallacia, libertatis licentia, cultuſque pompa.

1. Cor. 12. v. 31.

Montan.

101 Iſraelitæ ab Ægyptiis, in quorum conſortio diu vixerant, iam diſiuncti, colorato neſcio quo prætextu deos ſibi producere cupiunt: Aaron, ne principatum amiſerit deteſtandis votis timidè ceſſit, vitulumque non ſine ſumptu, & auri diſpendio finxit: *Fecit ex eis* Exod. 32. v. 4.

eis vitulum conflatilem. Inquirunt Patres, cur idolum conflictutus bouem tardigradum, institutoque minus opportunum delegerit, quando & aquila conducibilior ad volatum, & leo præstantior ad bellum. Interlinearis solutionem quæstioni adhibuit latis thesi nostræ opportunam: ait namque fortè Israelitas idolum aliud non suscepturos, vt qui non tam ducerentur erroris delirio, quàm Ægyptios, imitandi desiderio. Apim bouis specie adorabant Ægyptij: ergo Hebræi illorum æmulatores sibi plaudentes de æqualitate, bouem etiam aureum finxerunt. Accipe Interlinearem: *Quia bouem adorauerunt in Ægypto, aliud forsitan idolum non susciperent.* Quia in Ægypto impendebatur cultus Api, quia illi dicabant amplas victimas, quia ducebant coram illo lætas choreas, decretum est bouem colere, & sceleris appendices amplecti. Quæuis alia idoli effigies deseruisset fouendo errori; at solus vitulus affectatæ conducebat æqualitati: ergo idolum aliud fortitan non recepissent, vt qui plus suspirabant Ægyptiam æmulari licentiam, quàm idololatriæ culpam. Interlin.

102 Vt astutissimus erat serpens, eam contra Euam molitur machinam, qui facilè ad peccatum traheret, dum æmulationem accenderet: deliciabantur in paradiso primi parentes, eratque voluptas innoxia serpentino carens veneno, cúmque adeo florida arrideret prosperitas, ad inuidiam excitatus est dæmon, serpentem efferatus induit, turpique facinori turpiter adrepens mulierem pietatis adsumpta facie insidiosus aggreditur: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederitis de omni ligno paradisi?* Id est, cur & cui reseruauit pulchram adeo & saporatam fructibus arborem tibi vetitam & interdictam? Hunc fuisse dolosæ huius interrogationis scopum, tradit Basilius Seleuciensis orat. 3. Ipsum audi: *Quo consilio, dic mihi, cibo Deus interdixit? Quid spectabilis re commonstrata vsu priuauit?* Attentius nota quæ subdit: *Cui oblectationem hanc recondit, cui vobis ablata dona reseruat?* Subdola interrogatione intelligi dabat fore aliam, quæ saporatis adeò fructibus vteretur, cui edendi pro arbitrio esset licentia, & gustus cum licentia lætitia, vt Eua dum existimat alteri plantam concessam, pomum carpat, & felicitati ignotæ adhuc ardenter inuideat: *His vocibus*, addit Basilius, *auditum subuertit, & rationem obsidet, vtque mens animi fluctuet, facit: percussit aurem, vt conscientiam lædat.* Callebat benè versu illimus serpens, quàm homines alienam æmulari conentur licentiam, quamque inflammentur, si laxiorem alterius præsumant vitam. Ergo vt mulierem subuertat, ad culpamque trahat, innuit aliam maiori licentia copiosioribusque diuitiis vsuram, sicque mentem facit fluctuare, & æqualitatis ambitu excutire. Gen. 3. v. 1. Basil.

103 Dei populus regem petiit, alias gentes regia potestate gubernari contuitus: *Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes*: Samuel eo sermone percussus est: populus namque vti Dei peculium eius speciali regimine, curaque gubernabatur; verùm ipse Deus ipsa petitione petitionis puniuit insaniam, & quodammodo parendo seueram intulit mulctam: *Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerunt; sed me, ne regnem super eos.* Non statuunt oportere circa regiminis formam inire consilia, eumque gubernationis modum præeligere, qui opportunior videatur; sed eam eligendam decernunt formam, quæ gentibus placuit; *Sicut & cæteræ nationes habent*: quia vt illarum æmulentur liberiorem viuendi licentiam, anhelarunt regiminis formam: *Statuunt viri illi proceres, natuque maiores*, scribit Noster Sanctius, *nouam induci oportere iudicandi ac moderandi formam; sed errant in eo quod illam optant, exigunt-que, quam gentiuus a vera religione alienis placuisse vident, illa repudiata, quam Deus primùm in electum sibi populum introduxit: neque ea de re Samuelem consulunt, aut per otium secum ipsi deliberant; sed præcisè dicunt: Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersa habent nationes.* Dum conspiciunt alias nationes regibus subiectas licentiùs viuere, illas desiderant imitari, ob idque non consulunt, an sit conducibilior alia regiminis forma; sed illam eligunt, cui annexa erat ambita licentia, quasi erubuerint strictiùs viuere, alios intuiti licentiùs agere. 1. Reg. 8. v. 5. Sanctius.

§. XXV.

Tot vitiis homo aliquando præstat habitaculum, vt Deus nullum inueniat hospitium.

104 SIc vitium cum hominibus inoleuit, vt censeas innatum, non ascititium. Rarum inuenias ab omni prorsus crimine alienum, vt etiam omni errore purgatum. Ita Seneca lib. 4. de Benefic. cap. 27. *Non hoc dicimus: Sic omnia vitia esse in omnibus, quomodo in quibusdam singula eminent... Hunc natura ad auaritiam impulit, hic libidini, hic vino dedituus est, aut si nondum dedituus, ita formatus, vt in hoc illum mores sui ferant*: non omnes errores quampiam inuadunt, nisi ambitiosè quærantur, & auare congregentur; ea tamen est stulta acquirendi vitia cupiditas, vt nil virtuti relinquatur, nil rationi detur. *Stultus malus est*, præmiserat Seneca cap. 26. *qui malus est, nullo vitio caret.* Iam peccare non est fragilitatis euentus; sed auaritiæ ambitus: sic peruersi sunt mores, vt pudeat, ni delicta exundauerint, & omnem virtutis speciem misero naufragio tradiderint. Probat hanc veritatem dilucidè noster textus, dum Israelitas tot idolis refert addictos, vt verum Deum prorsus abiurauerint, & expunxerint: *Dimiserunt Dominum, & non coluerunt eum.* 3. Reg. 17. Deum colebant, & idolum adorabant, testante Elia: *Vsque quo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum.* Inquires cur modò prorsus abiecerunt, cùm prorsus Dei cultum non abiurarint, etsi impietati seruierint? Consule vtrumque textum, & solutionem inuenies: Eliæ tempore Baal seruierunt; sed illo idola omnium gentium ambitiosè sibi aggregarunt: *Seruierunt idolis Baalim & Astaroth, & diis Syria ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philisthiim*: tot idolis cordis aram occupauerunt, vt nullus Deo locus relictus sit: dum vni Baal sacrilegè inseruiunt, non adeò Dei memoria extinguitur, nec totus illi affectus impenditur; at dum vitiorum copiosus animum inuadit exercitus, memoriam captiuat, intellectum obcæcat, affectum illigat: nil relinquitur virtutis, quia omnia exundarunt flumina prauitatis. Ita Arias Montanus ad hunc locum: *Sordescere* Seneca. 3. Reg. 17. v. 21.

ergo

Montan. *ergo Dei cultus & nomen cœpit, atque contemni, ac deindè quam citiſſimè iſtius nouis moribus obſolenit, adèo vt derelictus fuerit Dominus, nec vllo pacto etiam inter tam multos hoſpites ille vel ſaltèm vt hoſpes etiam inter cæteros admiſſus; quinimò illorum animo & propoſito excluſus, & contemptus fuit.* Nullum iam Religionis antiquæ extabat veſtigium, nullum ad excitandam memoriam cultæ ab auis pietatis argumentum: quia iam campus, vbi Troia fuit; nec aliter profectò his temporibus nonnullis Chriſti nomine inſignitis contingit: ſic inſeruiunt vitiis, piaculis ſic dicantur, vt ſolum remanſerit nomen, idque potiùs ad Religionis iniuriam, quàm ad memoriam.

105 Luc.2.v.7. Chriſtus Dominus naſcitur, & præſepi angusto conſtringitur, non ſolùm ſacra humilitatis, paupertatiſque ambitione; ſed etiam neceſſitate: *Reclinauit eum in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio.* Vel ad exiguum tempus illum non admiſit hoſpitium, quia beſtialis homo cordis ſui diuerſorium beſtiarum fecerat habitaculum, vnde opus Deo fuit pati exilium, & adire præſepium. Profectò hiſtoriæ penicillo depinxit Sacra Scriptura, quod Beda. moribus acciditſe cognoſces. Bedam audi apud D. Thomam. *Duri præſepis anguſtia continetur.* Subdit Cyrill. ibi rationem Cyrillus: *Reperit hominem factum beſtialem in anima, & ideò in præſepio loco pabuli ponitur.* Tranſierat in beſtiarum hoſpitium humani cordis diuerſorium: quidquid non erat brutalitas, excluſit: vnde ratio virtuſque nec arctiſſimum locum inuenit; ſed exulauit. Multorum memoria dictatur texendis ad acquirendas diuitias dolis, oculi occaſionem quærunt opportunam, vt libidinis negotia gerantur: os concinnat fraudem, pedes ad fundendum ſanguinem currunt, manus ad rapinam ſe extendunt: vnde cor vt iniquis deſideriis diuiſum ignorat cœlum. Non inuenit cœleſte verbum hoſpitium, quia cupiditates repleuerant diuerſorium.

106 Dæmon miſerum hominem nactus ea in ipſum hoſpitem vtebatur tyrannide, vt dolorem quærelis leuare non permitteret; imò labia improbo ſilentio ſignaret; ſat Chriſtus Dæmonum peſtis, & hominibus fœcunda vena ſalutis cum Dæmone congreſſus illum depulit, & hominem liberauit: *Erat* Luc.11.v.14. *Ieſus eiiciens Dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eieciſſet Dæmonium, locutus eſt mutus, & admirata ſunt turbæ.* Fauſtæ ineptæque populorum acclamationes alte adeò æmulorum animos percellebant, vt miraculum magiæ adſcriberent, & Dæmonis pacto perpetratum aſſererent: Chriſtus parabolam adducit fortis armati, qui à fortiori depulſus delectum Dæmonum ad poſſeſſionem recuperandam ſecum adduxit, ſicque adductis hoſpitibus occupauit, vt omnem aditum impediuerit: *Tunc vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi: & ſunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Et cur qui depulit priùs fortem, iterum non congrediatur; ſed acquiſitum laborioſo certamine atrium poſſidendum hoſtibus derelinquat? Quia iam, inquit Theophylactus, tot vitiis, tot Dæmonibus homo ille exhibuerat hoſpitium, vt virtuti non ſolùm non remanſerit locus; ſed neque aditus: cùm ſingularis fortis atrium cuſtodiebat, non fuit arduum deiectum pellere, atriumque adire; at vbi tot ſcatebat Dæmonibus, tot exindè ibat ſceleribus, iam fortior, olimque victor, quaſi illi nullas permittatur locus, recedit, & Theophyl. vice quodammodo verſa fugit. *Profectò hæc cogitatio hinc oritur*, ſcribit Theophylactus, *quòd Dæmones magis nunc vos, quàm olim premant: etenim habuiſtis olim immundum ſpiritum, quando idola colebatis, & Prophetas occidebatis, & viſus eſt poſteà exire à vobis: at nunc redit in domum ſuam, hoc eſt animas veſtras, cum ſeptem ſpiritibus, hoc eſt multis: ſcriptura enim ſeptem pro multis vſurpat: feciſque vobis extrema peiora primis.* Vbi homo vnico ſeruiebat Dæmoni, locus erat vni aut alteri virtuti; at vbi innumeros inquilinos recepit, & omnem cordis habitationem eis tradidit, omnis virtus exulat depulſa, & de corde exterminata: nouiſſima hominis illius fiunt peiora prioribus: quia priùs à tot ſpiritibus atrium non occupabatur, modò verò ab innumeris poſſeſſum nullum virtuti manſit hoſpitium. Nullus tot flagitiis ſordeſcit contaminatus, vt veniæ locus non ſit in quacumque enim hora ingemuerit peccator, aderit peccatorum Redemptor; verùm ea eſt aliquibus aggregandi ſcelera fames, vt in eorum cordibus nil maneat virtutis.

Eam Herodes contra Iudæorum Regem recens natum impiorum manum collegerat, ſic omnis Heroſolyma cum ipſo fuerat turbata, vt fuga opus fuerit: Angelus Ioſephum monet ad Ægyptum non ſolùm celeri greſſu contendere; ſed veluti aſſumptis pennis ocyſſimis inuolare: *Ecce Angelus* Matth.2. *Domini apparuit in ſomnis Ioſeph dicens: Surge, &* v.13. *accipe puerum, & Matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Et cur ſatis non ſit in vicina migrare, quando Dauid, vt Saülis fruſtraretur ira, confugit ſe recepiſſe in Iudæam? Si Dauidem Regio recepit vicina, cur Chriſtus latitet in remota? Quia ſic, reſpondet Chryſologus ſerm. 150. omnia inuaſerat inuidia, ſic ambitio occuparat tyranna, vt nec tuguriolum quiuerit habitare, aut hoſpitium in tota Herodis ditione, vt latuerit, inuenire Chryſologum Chryſol. audi: *Dauid perſequente Saul ad Iudæam confugit, recepit vicinas domus vnius viduæ. Elias aſſecit ad latebras: Chriſto fugiente locus deeſt, Prouincia deficit, non ſubuenit patria.* Ægyptum triſtem locum moribus barbarum petit Dominus: nec enim ſic Ægyptus impietate inhabitabatur, vt nullus Chriſto locus relinqueretur, ac Herodes ſic mores corruperat, ſic in omni ditione Religionem violauerat, ſic Regio ab illo poſſeſſa humani atem exuerat, ſic vitiorum illuuie defœdabatur, vt nec anguſtus locus Chriſto ad habitandum relinqueretur: ad Ægyptum fugiens, quàm fuerit inuaſum, occupatumque vitiorum illuuie, Iudæorum oſtendit Regnum: *Locus deeſt, Prouincia deficit, non ſubuenit patria*: quia tot Prouincia, tot patria Chriſti hoſtes receperat, vt anguſto antro nequiuerit habitare; ſed compulſus fuerit celerimo greſſu fugere: aduenerat indulgentiſſimus; ſed cum locum in diuerſorio non inuenerit, præſepis anguſtia reclinabatur contentus; verùm nec anguſto adeò hoſpitio degere licuit, quia omnia furor tyrannus inuadebat, ea omnia ambitio truculentiſſima ſanguine defœdabat. O quoties aduentat ab hominis cor paruulus & tenerrimus, qui exiguo loco poſſit Dominus contineri, & tamen, vt multiplicibus ſceleribus concedatur, non admittitur; ſed repellitur! Nonnulli, etſi quibuſdam indulgeant vitiis, aliquas virtutes colunt, nec omnino Chriſtum exuunt: carnis negotia gerunt; ſed pietati ac miſericordiæ indulgentiali verò ſic à Chriſto Domino abalienantur, vt in eis virtutis non inſpexeris vmbram; ſed innumeram vitiorum cateruam. 107

Digitized by Google

§. XXVI.

Qui virtutis iniuria sibi parauit amicos, eos hostes reperire solet infensos.

108 CÆcissima sibi homines satagunt aliquando consulere prouidentia: illorum imitari affectant mores, quos sibi verentur infensos, vt imitationis adulatione sibi emerint gratiam, & conciliarint beneuolentiam; verùm dum iniquis artibus fauorem quærunt, amittunt, imò indignationem accendunt. Audi Psaltem mendaciorum sectatores carpentem. *Filij hominum vsque quo graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Mendacium quærunt, qui fraudibus gratiam exambiunt, nam experientur non sine dolore fallaciam, & larvatam sera pœnitentia deplorabunt amicitiam: inde dignum culpæ reportare solent tormentum, vnde sibi contra ius legémque asciscere conabantur auxilium. *Ameri*, aiebat Cassiodorus lib. de amicitia, *qui ex concupiscentia carnis, aut ex concupiscentia oculorum, aut ex superbia vitæ causam & originem trahit, plerúmque affinis est amor mundi, qui totus de sola vanitate nititur.* Adulterinus est omnis amor ex virtute non genitus; sed ambitione, lucroue innixus. In huius veritatis confirmationem, recole quid acciderit Israëlitis. Rectore, iudicéque orbati adiacentes sibi exteras nationes veteri incipiunt, vtque stulta prouidentia occurrant periculis, iniquæ illius Religionis, morúmque defœdantur piaculis: *Seruierunt idolis Baalim & Astaroth, & Diis Syriæ ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philisthiim.* Obsequiis contra Religionem sibi conantur allicere Ammonitas & Philisthæos; sed dum scelesta imitatione conciliare sibi gestiunt amicitiam, grauissimam sibi maturant pœnam. Textum audi: *Contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Philisthiim, & filiorum Ammon, afflictique sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo.* Et cur Deus affligendos tradidit Ammonitis, opprimendosque Philisthæis, cùm alijs quiret committere, & veluti carnificibus tradere? Quia Hebræi, opportunè respondet Arias Montanus grandi virtutis ac Religionis iniuria Philisthinorum, Ammonitarúmque detestandam susceperunt idololatriam, vt imminentia ad speciem pericula auerterent, dum lucrantur imitatione amicitiam. Ergo hos ipsos, quos procurarunt amicos, experti sunt durissimos Aduersarios. Accipe Ariam Montan. *Ipsa expetita cum vicinis gentib. consuetudo atq; societas vitiosissima ipsis calamitosissimáq; fuit, vtpote quarum corruptissimis moribus perniciem afferri necesse erat; maximè verò cùm id externarum Religionum affectata, & studiosè quæsita communione conficeretur.* Affectabant Ammonitarum Philistinorúmque Religionem, vt de similitudine Religionis producerent sibi pacem; verum Philisthini, Ammonitæque lucris inhiantes ea vsi sunt occasione, vt illos auro nudarent, paupertatéque affligerent, vnde eorum cithara versa est in luctum, dum simulatus amicus verus extitit Aduersarius.

Psal. 4. v. 3.

Cassiod.

Montan.

109 Amalecites ille, qui Saülem interfecit, communiter habetur Filius Doeg Saülis serui ei familiarissimi. Ita Lyra ad cap. 1. lib. 2. Regum. *Dicitur communiter quòd erat Filius Doeg, & ideò verisimile est, quòd esset iuxta Patrem suum, qui erat cum Saüle.* Amalecita contra Domini præceptum seruatus, & in familiam admissus, Saülis carnifex fuit testatur ipse. *Stans super eum occidi illum*: non hostis armis instructus, iaculis armatus vitam abstulit Saüli; sed Amalecites Doeg sibi charissimi Filius, quem forte, vt complaceret Patri, seruarat, violato Domini edicto, & despecto mandato ipsũ, quem legis iniuria sibi compatauerat familiarem, experitur carnificem. Adest Theodoretus apud Glossam: *Qui significauerat, nulla affectus iniuria, morti insultabat, & irridebat. Accedit quòd erat etiam Amalecita, in quem Deus iam olim tulerat sententiam mortis.* Quem Saül inter domesticos cooptauerat; quem vti Doeg Filium honoribus insigniuerat, non solùm non est affectus compassione Saülem tot calamitatibus laborantem intuitus; sed insultabat, & irridebat contrarius. O quàm digno Dei iudicio tulit insultantem, & irridentem ipsum, quem virtutis detrimento sibi asciuerat, & inter domesticos comparauerat.

1. Reg. 1. v. 10.

Theodor.

110 Balac Israëlitarum vires extimescens, vt sibi prouideret, dum Aduersariorum vires eneruat, Balaamum ariolum muneribus, honoribus corruptum, vt maledicat populo, & allexit, & peruasit; æquitatis iniuria sibi illum parat, & ad maledicendum Dei populo instigat: *Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit faciem terræ sedens contra me. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est, si quomodo possim percutere, & eiicere eum, de terra mea.* Balaam cupiditate obcæcatus consulit, ingenti sumptu, anxio labore in montium verticibus aras ædificari, vitulos offerri, mactati arietes, & post tot expensas Dei populum benedictionibus replet, & Balaac furoris flammis adurit: *Accubans dormiuit vt Leo, & quasi leæna, quã suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit ipse benedictus; qui maledixerit, in maledictione reputabitur.* En Balaac patitur sibi Aduersarium ipsum, quem sibi conduxerat in auxilium. *Iratus Balaac contra Balaam complosis manibus ait: Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus è contrario tertio benedixisti.* Mira res, pro populo contra Balac stetit, qui videbatur pro Balac contra populum exercitationibus pugnaturus: & quidem Balac dignus fuit, qui ipsũ quem Numinis iniuria sibi comparat amicum, experiretur oppositum: *Conquerebatur*, inquit Abulensis ad huius loci explicationem, *quòd benediceret Israëlitis, sic patet precedenti capite, cùm dixit Balac, non maledicas ei, neque benedicas, nunc autem nimis benedicebat, ideò nimis iratus est Balac, & maximè iratus est: quia ex hoc significabatur ipsum esse maledictum, cùm dixisset Balaam, quòd qui malediceret Israeli, esset maledictus; sed hoc maximè faciebat Balac Rex.* Sibi infœlicitatem victimis auxit, & ab eo ipso, à quo sperabat auxilium, passus est doloris argumentum. *Conquerebatur quod benediceret Israelitis.*

Num. 22. v. 6.

Num. 24. v. 9.

Abulens.

111 Scribæ & Pharisæi liuore insanientes, æmulationéque delirantes, factiosis criminibus, veris furoribus in Christum Dominum coram Præside obarmantur: ille discussa causa in æmulorum etiam conspectu nequiuit non approbare innocentiam; verùm vt insaniæ omnes rationis terminos supergressæ de inflictis sine causa flagellis ardorem sopiuerit, Christum eis ostendit sic contumeliis ac verberibus tritum ac deformatum, vt otiosum non fuerit hominem asserere, & proclamare: *Ecce Rex vester.* Regem vocat irrisorie: sic enim à regno, eiúsque ambitu constabat remotum, vt solum despectui, ludibrióque Regis veteretur vocabulum; ast

Ioan. 19. v. 15.

aſt inuidi ipſa præſentia inflammati ardentius furunt, & crucifigi depoſcunt: ceſſit timori Pilatus, & illorum Regem patibulo affigendum promiſit: *Regem veſtrum crucifigam?* Auguſtinus apud D. Thomam notauit tentaſſe Pilatum de propria vanitate frænare, quod nequiuerat de Chriſti ſtigmis arcere: *Dixit eis Pilatus: Regem veſtrum crucifigam? De ignominia eorum volens eos frangere, quos de ignominia Chriſti mitigare non potuit.* Chriſtum verberibus proſcindi, Dei erat iniuria, Regem illorum ligno affigi, ipſorum videbatur contumelia. Ergo Pilatus, vt qui nouerat homines acriores ad propriam iniuriam propulſandam, quàm ad diuinam arcendam, eorum vocauit Regem; verum omnia poſthabuerunt, & propriæ ignominiæ detrimento vnius Cæſaris imperium ſe agnoſcere exertis vocibus conclamarunt: *Non habemus Regem niſi Cæſarem.* Ecce Chriſti iniuria imperium Cæſaris ambiunt, vtque eius ſibi conciliauerint gratiam, deglutiunt culpam. Quid tunc? Ab ipſis Romanis, quorum amicitiam ambiebant, miſerabili adeò ſtrage deleti ſunt, vt campus fuerit, vbi Ieroſolyma fuit. Largis hoc Dominus lachrymis deplorabat: *Circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te vndique, & ad terram proſternent te.* Quos modò de Chriſti morte ſibi conciliare amicos moliuntur, hoſtes infenſiſſimos præter opinionem architectantur, & dum iniquis artibus Romanorum ſibi procurant gratiam, vltimæ ſtragis ſuſtinuerunt miſeriam. Quod notauit Chryſoſtomus apud D. Thomam ad Ioan. 19 *Volentes ſe ipſos ſubuiſerunt ſupplicio: properent & Deus tradidit eos: quia enim concorditer negauerunt regnum Dei, dimiſit eos in ſuum iudicium incidere: regnum enim Chriſti refutantes, id, quod Cæſaris eſt, ſuper ſeipſos vocabant.* Qui impio Cæſarem ſibi aſtringere deſiderabant ob equio, extremo per Cæſarem iacuere attriti ſupplicio & dum truculentiſſimum hoſtem experti ſunt Romanum imperium, quod promereri ſibi procurauerunt, Chriſto Domino ſolicitantes infame lignum; futuris ſæculis noſtræ theſis veritatem comprobarunt, videlicet amicos Dei iniuria comparatos tranſire ſæpiſſimè in Aduerſarios, indéque duriſſimum promanare tormentum, vnde ſperabatur auxilium.

Lucæ 19. v. 43.

Auguſtin.

Chryſoſt.

111 Sichimitæ Abimelechum multis cognatum, aliis affinem ad dignitatem promouere ſolicitè procurarunt, & Theſauri ſuo Numini ſacrati diſpendio copioſam militum, ne quis reſiſteret, manum conduxerunt: *Dederunt illi Septuaginta pondo argenti de fano Baalberith, qui conduxit ſibi ex eo viros inopes, & vagos, ſecutique ſunt eum.* Vbi Abimelechus in Regem inauguratus inſcendit thronum, Sichimitæ ſe loco fratrum habendos & honoribus nobilitandos ſperabant, ſibique de electione plaudebant: verùm licèt tot beneficiis obſtrictus, ac titulis obligatus in Sichimitas arma conuertit, & quam militum auro Baalberith collegerat manum, ciuium ſpoliis ditauit, & rapinis innutriuit: *Oppugnabat vrbem, quam cœpit interfectis habitatoribus eius ipſáque deſtructa, ita vt Sal in ea diſpergeret.* Ecce accepti à Sichimitis exercitus Sichimitas oppugnant, & quem contra ius æquitatémque Theſauri etiam Deo ſuo dicati diminutione comparaſſe ſibi gratulabantur amicum, virulentiſſimum ſuſtinuerunt Aduerſarium: *Feritate ac ſæuitia iſtius*, ſcribit Arias Montanus, *oppidanorum ſcelus, & extincta Gedeonis domus ac familiæ omnis cladem Iudex & vindex Deus vlciſcebatur.* Sceleta quam plurima deglutiuerant, vt Abimelechi gratiam inirent; verùm dum quem virtutis iniuria conciliarant amicum, omnium ſalutis miſerum ſuſtinuerunt naufragium, noſtræ theſis eluxit veritas, videlicet quorum exambimus virtutis iniuria gratiam, experiri meritiſſimè truculentiam.

Iudic. 9. v. 34.

Montan.

---

§. XXVII.

Peccatum vt omni peccatorem felicitate diſpoliat, ſic miſeria, & ærumnis ditat:

113 CYrillus Ieroſolymitanus Cathecheſi 2. ſic ait. *Grauis eſt res peccatum, & morbus anima acerbiſſimus iniquitas, quæ & nernos illius omnes præcidit, & æterno ig i obnoxiam facit: malum liberi arbitrij, germenque voluntarium.* Vt demortuus omni bono denudatur, omni fœtore, vermibúſque repletur, ita qui peccato ſibi veram vitam abſtulit, & veram fœlicitatem præcidit. Nulla grauior peccati pœna, quàm ipſum peccatum eſt, quandoquidem exaggeratior miſeria nulla. *Qui mores ſuos emendat* (aiebat Plutarchus lib. Quemadmodum ſentiendum ſit in virtute proficere) *nullius rei amor inceſſit magis, quàm vt ſe apud bonos & honeſtos viros oſtentet: domum illis ſuam reddat conſpicuam, & aperta mentem, conuiuium, liberos ſtudium, orationes, quas habet, vel conſcribit.* Addit Philoſophus, *ſicut contra, quos pudet ſui ipſorum, & peruerſi qui ſunt, hi ne in ſomnis quidem abſque trepidatione & metu.* Peccato annexa eſt anxietas, & eius legitima proles oritur ſemper calamitas. Vbi ſerpens cum voluptate hominem ſanciauit, & pellitum orbi vt metallo dedit. Quam poſt delictum ſordeſcebat Adamus, tot animantium obſequio denudatus, & tot tribulis, & laboris duritiæ addictus. Qui iniquitatem operatur, animam ſuam odit, imò & temporalem commoditatem ſpernit, quando Cainus tremens, lugénſque obambulans omnes admonuit peccati appendicem eſſe perturbationem, & anxietatem. Probat hoc noſter textus dilucidèmam vbi Hebræi ad impietatem tranſierunt, omnem commoditatem exterminarunt. *Contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Phiſtiim, & filiorum Ammon, afflictique ſunt, & vehementer oppreſſi.* Non expreſſit textus huius oppreſſionis formam, ne excluſerit vllam. Abulenſis quæſt. 13. teſtatur inimicos in modum locuſtarum aduenaſſe, omnéſque fructus dente peſtifero detriuiſſe: *Fortè faciebant ſicut Madianitæ tempore Gedeonis: nam quolibet anno, quando omnes ſegetes erant quaſi matura, priuſquam Iſraëlitæ metere eas poſſent, veniebant Madianitæ cum omnibus populis orientalibus, & ad modum locuſtarum replebant terram, vaſtabántque ſegetes in herba, ita vt nihil relinqueretur Iudæis ad cibos.* Depauperati ſunt inimicorum violentia: quia inimicis vires illorum adiecit culpa: vanitati ſeruientes ſibi dolores acerbiſſimos procrearunt, & in ſe ſpicula infortuniorum acuerunt: captiui, nudi, vexati; & totum hoc tyrannide ſceleris id namque eſt culpæ ingenium, vt nihil reliquerit ſanum.

Cyrill.

Plutarch. impiis ea dolor ineſſe caret metu.

Abulenſ.

Dum Iudas ille notiſſimus Patriarcha ad tonſionem ouium pergeret, Thamar aſſumpto ornatu, qui meretricem indicaret, vianti in biuio obiicitur ſedens: *Mutato habitu ſedit in biuio itineris, quod ducit*

114 Geneſ 38. v. 14.

ducit Thamnam. Iudas vt ſuſpicatus eſt eſſe meretricem, ſibi noluit voluptatis occaſionem: vtinam ſic eam arriperemus ad virtutum exercitia, vt apprehendimus ad vanitatis, & cupiditatis augmenta. Electioni mulieris reliquit arrhabonem: illa annulum, armillam, & baculum non ſine myſterio expeſuit: *Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes.* Stephanus in allegor. Tilman. omni bono illum diſpoliaſſe teſtatur: *Binium eſt facere non facienda, & omittere facienda, & hæc via ducit ad defectum totius boni.* En meretrix omni bono diſponat Iudam: honore in annulo deſignato teſte Chryſologo ſerm. 5. ad illa verba Luc. 15. *Et annulum in manum eius. Annulum honoris, ſtipulum libertatis*: Armilla aurea, & baculo defatigatis membris auxilio, ad viandúmque commodo: nihil reliquit culpa, quod non conſumeret, & auferret: libertatem abſtulit, honorem maculauit, priuauit auro, diſpoliauit commodo. Iam baculo nequit inniti, vt itineris alleuarit laborem: iam armillam manus, qua reſplendeat, non induit: iam libertas tranſit in ſeruitutem, & in notam vertitur honor: quia ad totius boni defectionem ducit hæc via, ſcilicet voluptatibus inſeruiendi, & culpis ad delicias famulandi. Lazarus dum peccatorem refert, mortuus omni ad vitam commodo caret, & ſolum fœtore & vermibus feruet. Quàm alius à ſeipſo erat Chriſti amicus, aut culpæ ænigma! vbi gratiæ moritur, fœtori, & lachrymis viuit: vbi culpæ expers, honore reſplendet, & honeſtis diuitiis fulget.

Stephan.

Chryſol.

115 Deus vineæ illius à ſe vigilanti ſtudio plantatæ, & curioſo labore excultæ mutationem demiratus aiebat: *Ego plantaui te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena?* Cyrillus ſupra citatus ſic legit: *Ego plantaui vineam fructiferam totam veram, quomodo conuerſa es in amaritudinem?* Vinea dum reſpondet germini, & caret amaritudine; at vbi degenerat, iam fructus dulcedo in amaritudinem tranſit, & pro flauis, ſaporatiſque vuis acidæ ſuccedunt labruſcæ: nec enim poterat vitis culpa adulterata non exundare ingratiſſimo acore, nudaríque copioſa & ſaporata dulcedine: *In bonum plantata eſt*, addit Cyrillus, *& in malum fructificauit.* Fructificat ingrata vitis; ſed fella: in amaritudinem vertitur, & quæ diteſceret vuarum copia, ſolùm exundat calamitatum ac dolorum abundantia. Adhæc non ſufficit culpæ peccatorem depauperare, niſi ſolicitarit depauperatum morti non ſemel violentæ obiicere.

Ier. 2. v. 21.

Cyrill.

116 Moyſes conflato vitulo populum non ſine dolore intuetur, vt culpa ſorditatum, diuitiis nudum: *Videns Moyſes populum quòd eſſet nudatus: ſpoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam ſordis*, &c. Ignominia ſordebat plenus, vt auro nudus: neque ſterit hic culpæ venenum; ſed obiecit fatuos adoratores audenti ferro: *Occidat vnuſquiſque fratrem & amicum, & proximum ſuum.* Violentè occumbit, qui comedenti fœnum vitulo ſernit. In vitulo deſignari carnis appetitum, laſciuiámque nulli dubium. Ita Lauretus Cenarienſis in allegor. *Vitulus comedens fœnum eſt humani fauoris appetitus carnalem & temporalem gloriam ambiens.* Ambitioni dicarunt victimas, & vt conſequerentur, nudati ſunt: appetitui carnique oblectandæ ſtuduerunt; ſed dum offendunt proximum culpa, proximi cadunt violentia. O quot ambitu deluſi, & ſpe falſiſſima innixi amiſerunt poſſeſſa, nec acquiſiere cupita! O quot dum ſatagunt vitam producere delicarum gaudio, ad..cto finierunt ferro! Nihil eſt, quod culpa ardentiſſimi ad inſtar ignis non deuoret, & deuorando deuaſtet.

Exod. 32. v. 25.

Lauret.

117 *Numquid poteſt homo*, aiebat Sapiens, *abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta illius non ardeant, aut ambulare ſuper prunas, vt non comburantur plantæ eius? ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui.* Qui eleganti ſplendidóque fulgebat cultu, ſi flammam in ſinu abſcondent, celeriter & ſordeſcit fumo, & diſpoliatur depalcente ornamenta incendio. Quàm celeriter obſcuratur fulcatus, & erubeſcit nudus, quem adſſit incendium; & quam amittit plantas, qui nudis pedibus ardentiſſimas graditur ſuper prunas! Ergo ſapiens, vt peccatoris calamitatem depingeret, culpam flammæ voraciſſimæ comparauit: vt quiſquis peccato indulget, infamiæ nouerit fumo obſcurandum, denudandum diuitiis, & totis ſanitatis ac ſalutis caiurum præciſis neruis. Adeſt Cyrillus iam datus. *Vrit peccatum neruos animæ, & conterit oſſa mentis ſpiritalia, & lumen cordis obtenebrat.* Omnia culpa conſumit, aurum, ſalutem, honorem. Verùm etſi quiſquis peccato inſeruit, infœlix ſit, potiori iure videatur infœliciſſimus (ſi humanis dimetiaris oculis) qui cæca cupiditate deliquit, nec ad effectum cupiditatis peruenit: nam licèt ſatius ſit malam voluntatem carere effectu, cùm tæpè effectus aut ſtudium intenderit, aut in longius tempus protelarit; ſi mere tamen humano loquendum eſt, quid infœlicius potuit excogitari, quàm carere operis voluptate, & deſiderato tordere ſcelere.

Prou. 6. v. 27.

Cyrill.

118 Pharao Dei populum fugientem inſequitur, ſibi promittens auri copiam, & captiuorum caterua: *Dixit inimicus: Perſequar, & comprehendam, diuidam ſpolia, implebitur anima mea.* Dum delirij Penicillo depingit futuras delicias, & delicioſas fallacias, deſiderio impotenti exæſtuat, deſiderando delinquit, & deſideratis caret: *Flauit*, ſubiungit textus, *ſpiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus* Dum cæca cupiditate diuitiis inhiarunt, quas habebant, ſimul cum vita amiſerunt. En nec lucrati ſunt deſiderium, nec deſiderij excuſauere peccatum. Stultitia imaginationi obiecit, appetitus ambiuit; ſed effectus auolauit. Et attende ſcripturæ proprietatem; vt poſt hanc vitæ ac auri iacturam, aliam grauiorem, duriorémque calamitatem ſuperuenturam ſignaret, adiecit ad inſtar plumbi peccatorem fuiſſe ſubmerſum: *Submerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.* Si homo aquarum vorticibus intereat ſuffocatus, ab ipſis aquis proiicitur: quaſi vereantur vndæ carnis putredine fœtoréque defœdari, & perſpicuitatem corrumpere; at plumbum aquis vehementibus deuoratum profundo hæret nunquam eruendum; ſed æternùm ſordibus obſcuratum. Ergo peccator ad inſtar plumbi mergitur iam ad inſtar corporis non proiiciendus, ſed inſtar plumbi profunditate æternandus. Adeſt Oleaſter hunc locum: *Multa ſibi promittunt mali aduerſus bonos, quæ non ſunt ſuccedunt ad vota, quin potius in malum eorum vertuntur.* Non obtinuit Pharao, quod deſiderauit, & cùm non fuerit ſortitus effectum, æternum tulit impij deſiderij ſupplicium.

Exod. 15. v. 9.

Oleaſt.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Oratio expromptum eſt calamitati remedium, ſalutiſque auxilium.

119 ORatio eſt contra aduerſi rates armamentarium, & ad placandum numen optimum ſacrificium: *Ei offero*, aiebat Tertullianus in Apologetico cap. 30. *optimam & maiorem hoſtiam, quam ipſe mandauit, orationem de carne pudica, de anima innocenti, de Spiritu Sancto profectam, non grana thuris vnius aſſis, Arabica arborum lachrymas, nec duas meri guttas, nec ſanguinem reprobi bonis mori optantis.* Placatur oratione Numen vt ſolemniori victima vt ſacrificio pretioſiori, & placato arridet fœlicitas, & exulat calamitatis anxietas. Hinc quos Deus à periculis laboribúſque liberos amat, orare edocuit: nam oratio eſt roboris officina, infirmitatis medela, tentationis venenum, cœleſtis luminis fons, flagellum Dæmonis, vitæ ſuſtentaculum inimicorum excidium. Qui labiorum ſacrificio priuati, periculis ac doloribus inueniuntur obnoxij. Deliquerant Iſraëlitæ cæca idololatriæ libidine, vtque dignas darent pœnas, per decem & octo annos Deus, ſi fas eſt dicere, ad orandum abſtulit linguas; vt omni diuexarentur calamitate, tanto tempore, caruerunt auxiliari precum clamore: *Afflicti ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & octo.* Rogat Abulenſis cur graui adeò vexatione afflicti ad antiquam orationis non recurrerunt medelam, qua toties Numinis placarant iram, & experti fuerant miſericordiam. Reſpondétque quæſt. 16. dignos fuiſſe qui teuere punirentur, permiſiſſéque Deum, vt medicaminis obliti non clamarint, ne clamore ſibi proſpexerint: *Peccauerunt grauiter Iſraëlita, & ob hoc volebat Deus quòd paterentur aliquanto tempore, ſcilicet decem octo annis, & quia ſi in principio clamaſſent, exaudiſſet illos, & liberaſſet, & non paterentur pœnam, quam ipſe volebat: ideò induramit cor eorum, vt non aduerterent ad clamandum ad Dominum.* Inſigendæ pœnæ, orationis reſiſteret efficacia; ergo opus fuit orationis exilio, vt graui diuexarentur tormento. En dum impeditur, vis orationis proditur, & energia commendatur: vt ſi iacteris calamitatis fluctibus, conſcientiæ doloribus, tentationum tempeſtatibus, recurrat ad orationem ſecurum portum, & myrothecium.

Tertull.

Abulenſ.

120 Iſaias ſilentio labia maculatus ardentis calculi tulit cauterium, & aduſtionis ſupplicium. *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* Medica Seraphiçáque manus igne vſtulat labia, vt ſilentij cauterizetur offenſa. Tranſi ad ſponſæ labia, & videbis ſine externa flamma ignea, & excuſato doloris ſenſu grato rubore micantia: *Labia tua ſicut vitta coccinea.* In coccino flammeſcit non ſolùm ardor; ſed fulget ſplendor. Notauit Gillibertus ſerm. 24. in Cant. *Labia hæc iam non altaris carbonibus purgari indigent, & exteriori igni aduri.* Et quid cauterij dolore rutilantia labia exemit, & ſplendore expoliuit. Oratio ſanè, quæ eſt ros cœleſtis contra flammas, doloris obſtaculum, pulchritudinis auxilium. Audi Gillibertum. *In hoc vnum debent eſſe conſtricta, debent eſſe ſuccenſa labia tua, vt dilecto tuo ſupplicent, vt confabulentur cum illo.* Dum oratio labia obarmat, ad nitorem flammeſcunt, & cauterij dolorem fugiunt: tactis flamma vret labia ſilentio ſordida, non tamen orationis rore protecta: eſt enim oratio doloris exilium, vt ſalutis promptuarium. Bene; ſed profundiora adhuc myſteria in hoc labiorum coccino inuenit Gillibertus: allutiſſe putat (quod etiam noſtro Delrio placet) ad illum coccineum Rahabæ funiculum, quo domus pericula eluſit vti firmiſſimo ſcuto contra hoſtiles impetus protecta, & nobiliter inſignita: *Talia ſint vtinam labia mea*, inquit Gillibertus, *quæ ſubtili quodam ductu, & ſuccenſo affectu indiruptæ meditationis, funiculi coccinei ſpecimen exprimant.* Funiculus coccineus Rahabæ extitit priuilegium libertatis, teſtimonium honoris, hoſtilem fregit audaciam, & eluſit imminentem ciuitati ruinam. Ergo labia funiculi coccinei vices gerunt diuinam indignationem ligantes, & Dæmonum audaciam ac impetum calamitatum frangentes: quæ funiculo caruit domus, hoſtium fuit præda, iræque victimas; ſed quam defendit, medijs in ſtragibus permanſit libera, & inter ruentes illæſa.

Iſai. 6. v. 6.

Dauid, in quem Aduerſarius Dæmon Saülis 121
dextera vſus haſtam non ſine indignationis ſignificatione contorſit, eluſit: *Niſus eſt Saül configere* 1 Reg 19.
Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à fa- v. 10.
cie Saül: lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in parietem, & Dauid fugit, & ſaluatus eſt nocte illa. Componamus Dauidem periculo liberatum cum Achabo ſagitta in incertum miſſa percuſſo: *Vir* 3. Reg. 22.
autem quidam tetendit arcum ſagittam in incertum v. 34.
dirigens, & caſu percuſſit Regem Iſraël inter pulmonem & ſtomachum. En gregarius miles caſu eiaculatus ſagittam altum adeo Regi vulnus inflixit, cùm Dæmon haſtã collimans, manúque inuidi eiaculãs nullatenus Dauidem fauciarit. Ecqua diſcriminis ratio eſt? Eſtne minori ſagittandi dexteritate Dæmon præditus, quàm miles fuerit gregarius? Iam interuallum teli fruſtrationis caulam non extuliſſe, non tacuit ſcriptura, dum cecinit coram Dæmoniacis motibus obturbato Saüle retulit: *Factus eſt ſpiritus Domini malus in Saül: ſedebat autem in domo ſua; & tenebat lanceam, porrò Dauid pſallebat manu ſua.* Quid ergo in cauſa fuit, vt ſolum Dæmonem Saülemque caſſus vulnerarit iactus? Iam reſpondet Baſilius Seleucienſis orat. 14. videlicet Dauidem Pſalmos cecinille, ac orationis armis protectum cum Dæmone decertaſſe: eáque fuit orationis vis ad Dæmonis inuidíque hominis impios repellendos conatus, & fruſtrandos ictus, vt Dauid hoſtilis teli expectatione Dæmonem fruſtrarit, & fruſtrando altè percuſſerit. *Pſalmus, &* Baſil.
Lyra, & gratia arma ſunt in Damones: loquebatur tamiùm, & hoſtis vincebatur. Rex oratione exarmatus vel incertæ ſagittæ patuit vulneri; Dauid dum orat, dum canit Pſalmos, fugit haſtam, & reportat de confœderatis victoriam. Et ne vtile documentum prætermittamus, aduerte Dauidem ægrum medicaturum, orationis antidoto acceſſiſſe præſentum: nam vt medici cum peſtilenti morbo laborantem inuiſunt, ne inficiantur contagio, præmuniuntur antidoto, ita Dauid ſuis factis oſtendit ſpirituales medicos orationis pharmacis præmuniendos, ni velint peſtiferis vitiorum halitibus infici, & contagia peſtilentia contrahere. Vides orationem fœlicitatis eſſe promptuarium, ſalutis auxilium, & contra Dæmonis technas armamentarium. Adde vel fidei à Deo datæ præſtare quodammodò certiſſimum vadimonium.

Deus poſt oſtenſas Abrahamo graues poſterorum in Ægypto calamitates, terram fertiliſſimam 122
adituros

adituros affirmauit : ille non dubitas ; ſed ad noſtram eruditionem curioſus ſic cum Deo diſſerit : Genes. 15. v. 8. *Domine Deus vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam.* Sacrificium iubet parari oraculum : triennis vacca diuiditur , trima diſſecatur capra , trium annorum aries icinditur ; turtur verò & columba intacta ferro adiunguntur : *Sume, inquit, mihi vaccam triennem , & capram trimam, & arietem annorum trium : turturem quoque & columbam. Qui tollens vniuerſa hæc diuiſit ea per mediũm, & vtraſque partes contra ſe alterutrũ poſuit ; aues autem non diuiſit.* In cadauera ita ferro trucidata deſcendunt volucres : nam ſi ſemel promere incipiat ærumna, ſecum trahet & ærumnarum catenam : *Deſcenderunt volucres ſuper cadauera* : Volucribus abactis, *Apparuit clibanus fumans , & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.* Nota aues nec ferro tactas , nec animum roſtris percuſſas, nec flammis ardentibus vſtulatas : quòd ſi cauſam huius diſcriminis quæras , reſpondebit Theodoretus columbam turturemque gemitibus ſuis tectas , & contra irruentia pericula ſemper extitiſſe munitas : in turture & columba libertatis felicitatiſque ſigna certiſſima prænoſcuntur , & illis diuina oracula confirmantur. Adeſt Theodoretus q. 65. Theodor. *Turtur generationem illam denotabat , quæ ex Ægypto egreſſa velut auolauit.* Itaque turtur libertatis felicitatiſque præceſſit ænigma ; ſed grandis hinc oriri videtur difficultas : nam ſi promittente Domino libertatem : *Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum , vt darem tibi terram iſtam , & poſſideres eam*, ſignum poposcit Abrahamus : *Domine Deus, vnde ſcire poſſum* ? Quid fidei faciendæ addiderit turtur ? Nonne diuina promiſſio firmior ? Si ergo poſt diuinam promiſſionem ſignum ſenex cordatus expoſcit , cur turture vadimonium præſtante quieſcit ? Quia turtur vti expreſſum oranti ſis, gementiſque ſymbolum vadimonium præſtat ſacris promiſſis , & qui ſignum arcanè poſtulauit Deo felicitatem teſtante , iam omnem inimicorum rabiem detriumphandam , & promiſſionis terram adeundam non dubitat turture ingemiſcente. *Turtur* , ſcribit citatus Gilibertus ſerm. 25. Gilibert. *auis ſoli aria eſt , auis gemebunda : talem vult Paulus virginem eſſe , vt ſolicita ſit quomodò placeat Deo : qua dicere ſoleat : Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum , quando veniam, & apparebo ante faciem Domini ? An non tibi videtur vox hæc eſſe gementis* ? Vbi turtur orationis ænigma in depellendæ calamitatis profertur ſignum , præſtat , ſi fas eſt dicere, ipſi Numinis promiſſioni ſecuriſſimum vadimonium, & Abrahamus, qui orationem non intuitus , ad noſtram eruditionem ſignum depoſcit ; iam turturem , orationem videlicet aſpiciens ferro intactam , roſtris illæſam , igne liberam ſibi de felicitate plaudit , & de illatis hoſti ſtragibus ridet.

§. XXIX.

Peccator contemnit incommoda , ne cum vitio reperit fœdera.

125 FEre indiſſolubili cum vitiis confœderatione illigamur , & iniqua concordia vnimur : facilius in virtutis proſecutione cedimus , quandoquidem ſuſpectum nos periculum deterret ; imò pericula fingimus, vt fictioni noſtræ credamus. Per enſes & gladios inuolabit ambitio, vallium ima infatigabilis requiret vindicta , mundi clauſtra cupiditas perrumpet cæca , cùm ad virtutem torpeat ignauia,& ſomno reſoluatur inertia. Certe ſi quod antiqui finxerunt, fatum eſſet , delinquere vitaremus facto , & illigari fortiſſimo vinculo. Affectus peccatoris ſic vitio conglutinatur , vt laboriosius, quam rumpere , ſit auellere. Non ignorabat meretrix illa viam ſpinis & quidem acutiſſimis ſcatere , & tamen vt amatores proſequeretur , viæ periculoſæ inſiſtebat , & obſtinationis dementiam exiſtimabat conſtantiam : *Ecce ego ſepiam viam* Oſee 2. v 6. *tuam ſpinis , & ſepiam eam maceria, & ſemitas ſuas non inueniet , & ſequetur amatores ſuos.* In cauſa cupiditatis ſuæ non pudet omnibus incommodis inniti , vt verum ſit quod aiebat Tertullianus lib. de pœnit. cap. 5. *Nullum ignorantiæ prætextum tibi* Tertullian. *patrocinatur. . . . ita in quantum ignorantia ſegregaris, in tantum contumaciæ adglutinaris.* Si pedes meretricula lentibus non cruentaſſet, illi patrocinaretur ignorantia ; at dum ſanguinem & dolorem deſpicit contumaciæ deuouetur , & malitiæ adglutinatur. Miraberis Iſraelitas afflictos vehementerque oppreſſos decem & octo annos ſic, improbanda labores ſuſtinuiſſe duritia , ſic deteſtabili obdurueſſe contumacia , vt nec querelas dederint infelici fortunæ. *Afflicti ſunt , & vehementer oppreſſi per annos decem & octo.* Obſtinatio cum calamitate pugnabat , cum dolore decertabat durities , nec doloris quærebatur medela , quia doloris placebat cauſa : pepigerant cum idolis fœdus , & ne illud rumperent , idolaque cogerentur deſerere , confuſos calamitatum fluctus propoſuerunt tolerare : *Quæritur* (verba ſunt Abulenſis q. 16.) *quomodo* Abulenſ. *Iſraelitæ non clamauerunt ante iſtos decem & octo annos , cùm ſemper affligerentur ? Reſponderi poteſt vno modo quòd Iſraelitæ pepigerant fœdus cum diis ſuis.* Erat fœdus rumpendum , aut tormentum tolerandum , adeoque vitiis deditij erant Iſraelitæ, vt potiùs elegerint per incommoda animæ & corporis fœdus cum idolis inuiolatum ſeruare , quàm relictis idolis calamitatem excutere , & ceruices iugo duriſſimo liberare.

Dominus in miſericordiæ ſuæ obſequium multiplicanda ait in Ægypto miracula producendaque de omnipotentiæ promptuario portenta , nec tamen obſtinationis emolliendam duritiem, nec Pharaonem ad ſaniorem receptarum ſe mentem : *Multiplicabo ſigna , & oſtenta mea in terra Ægypti , & non audiet vos.* Miranda ſurditas ; imò ratius, ſi fas eſt dicere ipſis portentis obſtinationis delirium : omnia elementa parebant virgæ Domini imperium conteſtata , cùm Pharao tantis elementorum clamoribus obſurdeſceret , & tot immiſſis flagellis adamante durior perſiſteret. Opportunè Cellenſis Abbas lib. de panibus c. 17. *O quàm ponderoſum, quàm graue ad leuandum ſeu reuelandum cor hominis ! Laborat manus omnipotentis eripere , nec liberat : verbis præmonet , & verberibus vrget ; nec tamen de foueâ ſua beſtiam ſæuientem extrahere poteſt.* Cellenſ. Fœdus inierat Pharao cum cupiditate, percuſſerat pactum cum ſæuitia, & quamuis duriſſimis verberibus afflictetur, & elementorum repetitis concuſſionibus impetatur, datam fidem non rumpet ; imò vt ſeruauerit, ad miraculum obdureſcet.

Magi inuolant , & Chriſti Domini ortum candidiſſimis aſtri radiis edocti produnt : *Vbi eſt , qui natus eſt rex Iudæorum ? Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Herodes anxio pauore turbatur , Scribæ & Sacerdotum Principes contremiſcunt :

Digitized by Google

contremiſcunt. *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.* Mirum non erat Herodem nuntio ſibi infœciſſimo perturbari, quando inuaſerat regnum, quando ad tyrannidem detorſerat Principatum, at Ieroſolyma cur turbetur, quando noui Regis natiuitas illis ingentem afferebat gloriam, quando expectarat Meſſiam, vt abigeret, quam patiebantur, miſeriam? Qua ſic cum vitiis fœdus iniuerant, qua Herodi omnequi adeò obſtinatè decreuerant, inquit Chryſologus ſerm. 158. vt timore pulſentur, dum rumpenda cum vitio fœdera ſuſpicantur. *Eſto quòd Herodes Rex amore regni, ſucceſſoris timore coactus ſit talia moliri, quare Principes? Quare ſcribæ?* Iam rationem reddit: *Ieroſolyma varia ſe contaminatione perfuderat, Sacerdotes profanauerant ſancta.* Dum aduenientè Chriſto expendunt ad calamitatem leuandam, culpam detrudendam, malunt calamitatum proſequi incommoda, quàm abiurare delicta. Conſonat Caietanus: *Turbatur omnis Ieroſolyma, qua debuiſſet lætari, applaudens Herodi, propter quod forte Euangeliſta addidit, cum illo.* Itaque læuam Herodis experiebantur tyrannidem, verùm ne ab eius amicitia familiaritateque diſcederent Chriſto aduemente turbantur, & timore acerrimo percelluntur: eligunt namque magis peccatores calamitati ceruicem ſubdere, quam culpis, delictiſque renuntiare.

Chryſol.

Caietan.

126 *Erit in die illa*, aiebat Iſaias, *ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur, & venient, & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus fruticis, & in univerſis foraminibus.* Muſca Ægypti carnibus opipare paſcebatur, apis in terra Aſſur volitabat elationis pennis, mellis operabatur fauos, non qui vitam nutrirent; ſed qui mortem falſa tectam dulcedine ingererent; in promiſſionis verò terra fruentur commodis, carebunt delictis, eáque eſt peccatorum cum ſceleribus amicitia, vt non exigua voce; ſed validiſſimo ſibilo opus fuerit, vt ad virtutem inuolarint, & amaram culpæ dulcedinem, verámque calamitatem excuterent. Ita Drogo Oſtienſis de Sacram. Domin. Paſſion. *Horum extremum intelligitur luxuria carnis, de qua muſca immunditia ſemper amatrices naſcuntur: nec iſtam deſpicit ſuperabundantia gratiæ; ſed ſibilat, & euocat eam de extremo fluminum, & iungit api, quæ erat in terra Aſſur, vt veniant, & requieſcant ſimul in torrentibus vallium.* Addit: *In illis torrentibus & apis de ſuperbia, & muſca de luxuria ſordibus emundantur.* Quæ quieſcunt, defatigatæ inueniuntur; ſed ſi quies culpam interdixerit, ſi commoditas ſcelera exterminauerit, mallent apis & muſca in Ægypto Aſſurque tenebratum regionibus immorari, quàm amæniſſimos torrentes incolere. Si Ægyptus ſit relinquenda, & promiſſionis terra inhabitanda, opus erit validiſſimo ſibilo, & potentiſſimo gratiæ brachio. Muſcas inuenias plures mortis periculum deſpicientes, vt carnis fœtore ſaginentur: ſic contempta morte inhærere carnibus appetunt, vt ſi Ægypto Aſſurque renuntiarint, & in vallium torrentibus vixerint, ſibili mira eluceat valentia, & reluceat Dominici ſanguinis efficacia: apis in terra Aſſur mellificare non poteſt; malet tamen dulciſſimis carere fauis, quàm elationis delictis. *Quamdiu in terra Aſſur, hoc eſt, elationis* (verba ſunt Drogonis) *mel non poteſt operari, ſola repromiſſionis terra lacte & melle fluit.* Niſi promiſſionis incolat terram, non mellificabit apis; ſed dum cæca, dum elatione deluta penitat, quid ſibi menſus, carere ſcilicet dulcedine, aut elatione, promiſſionis, vbi mellificabit, auerſabitur tellurem, & Aſſur, vbi dulcedine cæcet, amplectetur vanitatem: opus eſt vt muſca & apis ruperint cum Ægypto & Aſſur fœdera, validiſſimo gratiæ ſibilo, imò & miraculo.

Drogo.

Iſai. 7 v. 18.

Elias vt vidit populum tam è cœlo, quàm è terra partis bonis luxuriantem, & in idolorum cultum conuertentem, ira pietatis adiutrice aſſumpta legem ſiccitatis impoſuit, & nubibus clauſtra iniecit: Deus Prophetæ zeli ardorem reueritus approbat ſententiam, & Hebræus duriſſimam ſuſtinere cogitur mulctam: res erat miſerabilis dictu: terra ſqualebat floribus denudata, lugebant animalia pabulo deſtituta; pereunt homines lurida fame conſumpti: omnia ſterilitas depaſcebatur, & calamitas nouis adiectionibus quotidie geminabatur. Putares hoc in rerum ſtatu peccatores deieraturos idola, vt contra famem aſſequerentur ſubſidia; ea tamen pertinacia idololatriæ indureſcebant addicti, vt maluerint fame tabeſcere, quàm idolis vaniſſimis renuntiare. Deus obſtinationi miſericorditer ceſſit, malens quid de auctoritate deponere, quàm miſericordiæ deeſſe: *Vade, & oſtende te Achab* (Eliam monet) *vt dem pluuiam ſuper faciem terræ.* Graſſante fame adeſt Elias cum Baal Prophetis decertaturus: in campum Athletæ procedunt. Quid tunc? Ingenti miraculo Eliæ victima abſumitur; Baal Prophetarum non ſine illorum confuſione repellitur: cumque vltra opinionem hoc rerum euentu Eliæ Religionem ab omnibus putares amplectendam, idololatriamque deteſtandam, ea fuit ad idola affectio, vt ni celeri ſe Propheta fuga ſubduxerit, à Iezabel mortis tulerit pœnam ad idolorum vindictam: *Nuntiauit Achab Iezabel omnia, quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos Prophetas gladio, miſitque Iezabel nuntium ad Eliam dicens: Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, niſi hac hora cras ponam animam tuam ſicut animam vnius ex illis.* Certe ni textus retuliſſet, humana fides plurimum laboraſſet: quis enim crederet Iezabel longa adeo calamitate non fractam, prodigioſo ignis miraculo non eruditam Baal ſequentium interitu non deterritam, & tamen non ſolùm ad veritatem non tranſiit; ſed pro idolis in Dei Prophetam vindex acerrima furit: *Ex hoc patet*, inquit Lyra, *eius malitia obſtinata, poſtquam viderat tot ſigna mirabilia* Nec ſupplicijs nec miraculis deſtitit pertinacia, magis eligens idolis inſeruire, quàm veritatem amplecti.

127

1. Reg 18. v. 1.

Lyra.

§. XXX.

Iniquorum vicini & cladibus ſunt expoſiti.

INter benè moratos, aiebat Caſſiodorus 5. var. 4. *Aſſeruiſſe iuſta facillimum fuit, prouincialibus autem ſe vaga libertate tractantibus, nimis arduum.* De vicinorum moribus ſemper quid fugitur? truculento vicinus perturbationibus eſt ſubiectus; pacati comes rarò non vixit tranquillus: vtque proxima mari littora fœdis ſpumis facilius aſperguntur, & vndis æſtuantibus conquaſſantur, ſic

128 Caſſiod.

qui in impiorum confinio viuit, periculis ſemper patet. Habitare lupum cum agno ſine agni diſcrimine proditur ad diuinæ omnipotentiæ argumentum, & Chriſti. Domini diuinitatis clariſſimum teſtimonium: *Habitabit lupus cum agno*, aiebat Iſaias, *& pardus cum hædo accubabit, vitulus, & Leo, & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus inhabit eos.* Per puerum paruulum Chriſtum intellexit Lyra: *Puer paruulus, id eſt Chriſtus, qui ſupra capite vocatur paruulus.* Agnum in confinio Leonis pacatè degere Chriſti virtutem in lucem extrahebat, eúmque omnipotentiam mirè commendabat, quandoquidem ſine rata immutatione naturæ nullus in peſſimorum vixit confinio, quin ſubiaceret lamento Filij Iſrael. dutam patiebantur ſortem ab inimicis oppreſſi, & incurſionum frequentia attriti; verùm qui terram Galaad incolebant, præ aliis durius afflicti, & miſerabilius diuexabantur oppreſſi: *Affliſti ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, qui eſt Galaad.* Quærit Abulenſis, cur præ aliis terris Galaad rebellis fuerit vaſtata: reſpondétque adiacuiſſe hoſtium regioni proximam: *Quæretur*, inquit quæſt. 13. *quare potius vaſtabant terram Galaad, quàm alias terras Iſraelitarum, licèt alias aliqualiter vaſtarent. Reſpondendum quod hoc fuit propter duo: primum fuit, quia terra Galaad erat valdè propinqua hoſtibus.* Galaaditæ vicinores impijs erant; ergo licet aliæ regiones aliqualiter paterentur immicorum audaciam, hæc præ cæteris ſuſtinebat inſolentiam. Infœliciſſima lugebat Galaad de hoſtium confinio, & expoſita ſemper damno.

Iſai.11.v.6.

Lyra.

Abulenſ.

Pſaltes mirè hanc veritatem edocuit Pſalmo 47. *Ibi dolores vt parturientis, in ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis.* Dum ait *ibi*, alludit ad pueros in Bethlehem, & in eius finibus ab Herode occiſos: *Ibi*, inquit. Vbi? In Bethlehem, & in omnibus finibus eius: Herodes namque ambitione furens, & illuſione excandeſcens omnes occidit pueros, qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus eius. Itaque Bethlehem Herodi proxima præ aliis recèns natos doluit occiſos. remotiores ciuitates effugerunt carnificem: proximiores tulere calamitatem; ergo ibi, id eſt in Herodis confinio dolores vt parturientis vigebant, & lamenta ob infantium trucidationem aures diuerberabant. Adde Tharſis naues ab Herode flammis ardentibus combuſtas, quia in Tharſis Magos conuexerint. Itaque Magi ob exiguum proximitatis tempus incurrebant pericula, quia non potuit maturè fugientes, infani furoris flamma combuſſit naues. Ita Incognitus ad hunc locum. *Alij, ni iſtum verſum referunt ad primam expoſitionem, ſcilicet de turbatione Herodis propter Chriſti natiuitatem: propter quod multa millia innocentium fecit occidi ſic quod hic agitur de dolore matrum puerorum occiſorum.* Subnectit: *Et ad huius expoſitionis veritatem fuit quod ſubditur: In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. In Hebræo autem habetur: In ſpiritu vredinis, quod dicitur ab vre vris: Herodes enim audiens quod Magi per aliam viam redijſſent in terram ſuam, ſcilicet per mare in nauibus Tharſis, iratus naues reuerſas igne fecerit.* Naues conflagrant, Matres lamentum ingeminant: & hæc totum *ibi*, id eſt, in Herodis vicinitate, in peſtiferam confinio, in proximitate iniquorum: Ibi dolores vt parturientis, quia ibi fatebat ambitio, quia ibi cupiditas diripiebat, quia ibi fundere innocentum ſanguinem improbitas anhelabat. Ergo fuge peruersis approximare, quia illorum proximitas indubia probatur calamitas.

Pſal.47.v.8.

Incognit.

Dauid vt animos Sauli timore perterrito faciat, & pugnandi contra gigantem facultatem obtineat, quos ab vrſis, leonibúſque triumphos reportarat, reculit, non cuandæ gloriæ ſtudio; ſed pro religione decertandi deſiderio: *Paſcebat ſeruus tuus Patris ſui gregem, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam.* Quærunt Interpretes quomodo oues agens cum Leonibus decertandi occaſionem habuerit: reſpondentque non longe a ferarum antris, & receſſibus oues curaſſe: vnde cum belluæ in agnos irruerent. Dauid Paſtor ſolicitus & ſuſtinuit bellum, & conſecutus eſt triumphum. Itaque dum non longè à ſyluis, denſiſque montibus paſcit greges, Leo audetinuadere, lupus diripere: non tulerunt impune ouem, verùm dum extrahitur, dum à Dauide redimitur, periculo adiungetur, & dentibus laceratur. Non ſemel opus fuit Dauidi periculoſam luctam inire, vitámque exponere: quia contingit à Leombus non diſtare. Quàm pacatè gregem paſceret, quàm tranquillè grex herbam decerperet, ſi alia in terra degeret, & à condenſis illis locis diſtaret! at dum vicinatur Leoni, ouis viuit obnoxia calamitati, paſtor diſcrimini, vt noueris quantum oporteat ad pericula declinanda ab improbis ſecedere, & ab illorum vicinitate diſtare: fors ibi fœcundior herba, fors paſtus vberior; ſed & periculum grauius: *Veniebat Leo vel vrſus*, inquit Abulenſis quæſt. 21. *ad accipiendum aliquod pecus: nam in terra Chanaam ſunt multi Leones & vrſi, atque animalia fera huiuſmodi.* Vrſorum vicinitas, proximitas Leonum, non poterat animum periculo ſemper anxium non premere, & in oues militare. Ergo recedendum eſt à ferocia, ne cogaris ſubire periculoſa certamina, aut obſcurari honoris, & diuitiarum iactura.

1 50

Abulenſ.

Cùm genus hominum diuino mandato diſtractum fuerit, duo ex Adamo Filij Caïnus videlicet, & Sethus originem quodammodo diuiſerunt. Caïnus fraterno ſanguine defœdatus nactus eſt Filios morum Patris hæredes; Sethus cùm Abeli moribus accederet, egregium nomen poſteris delegauit: eius námque nati Dei Filij vocabantur; verùm cùm duo iſti generis rui ab inuicem diſtracti prorupiſſent, patrem adepti meliorem filias ex Caïni poſteritate pulcherrimas intuiti rationem obſcurarunt, & à nomine factis diſtiterunt: Deus mores adeò corruptos, & peſtiferam libidinis flammam vniuerſali diluuio decreuit extinguere, & homines abolere: cœlum torrentes eiaculans omnia confuſis fluctuum voluminibus inuoluit, ac prorſus extinxit: *Deleuit omnem ſubſtantiam, quæ erat ſuper terram ab homine vſque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cæli.* Theodoretus putat voluiſſe Deum Caïni poſteritatem delere; ſed cum Sethi etiam progenies illis intexta aut vicina eſſet, eandem tulit cladem, vt quàm periculoſa ſit improborum vicinitas hoc omnibus conſtaret exemplo, eámque fugere tanto monerentur ſupplicio: *Cur diluuio multitudinem hominum deleuit?* inquirit Theodoretus quæſtione 50. reſpondétque: *Delere ſobolem Cain voluit, & quia piorum tribus illi permixta erat, ob id ſupplicij particeps fuit.* Itaque ex Theodoreti ſententia ob proximitatem reproborum, piorum tribus deleta eſt; vt enim cùm magnum aliquod labaſcit ædificium, aliquam partem ſibi adhæ

1 51

Gen.7.v.23.

Theodor.

Digitized by Google

adhæreſcentem, licèt firmis fundamentis innixam, ſolet ſecum ad terram trahere: ita improbi ſibi proximis infelicitatis occaſiones procudunt, quibus ad miſeriam trahunt. Animalia, quia hominis erant ſeruitia, cum ipſo homine perierunt vorticibus circumrotata, & abſumpta. O quàm infelices ſunt improborum ſeruuli, dum aliena ſæpè culpa, grauiſſimas ſoluunt pœnas, & ſuſtinere coguntur anguſtias!

332 Rex Ioſaphat regem Iſrael inuiſurus deſcendit: agebat tunc Achab de Ramoth Galaad recuperanda, & de Syriæ regis manu tollenda: cúmque vrbanè Ioſaphat, an ſecum ad prælium ire vellet interrogaſſet, quodammodò, vt ſocium comitemque ſe exhiberet coëgit: prælium commiſſum eſt, eumque aduerſarij in Ioſaphat impetum fecerunt, vt parum abfuerit, quin periret: 3.Reg.22. v.32. *Cùm ergo vidiſſent Principes currum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt quòd ipſe eſſet rex Iſrael, & impetu facto pugnabant contra eum, & exclamauit Ioſaphat.* Syriæ rex in Ioſaphat arma non mouebat; verùm dum Achabum comitatur, periculum tulit, & niſi clamor defenderet, mortem ſubiiſſet. Vide in quanta Achabus illum pericula coniecit, quàm extremæ calamitati expoſuit: ſecum Achabus tulit ad pericula: quia, vt ſecum iret, rogauit; at dum Ioſaphat, ne inciuilis inurbanuſque videatur, non recuſauit conſortium, ingentiſſimum ſubiuit periculum. Opportunè gloſſa moralis: Gloſſa. *Non ſolùm malum ſpirituale prouenit iuſto ex impij ſocietate; ſed etiam aliquando malum corporale, ſicut fuit in propoſito: nam Ioſaphat ex ſocietate cum Achab in prælio fuit in mortis periculo.* Iam ſi inuiſere ſemel impium graue adeò diſcrimen Ioſaphat attulit, timeat improborum ſocius, & collateralis ſpiritualem, corporalemque mortem; ſecum rapient ad iurgia, trahent ſecum ad bella; & multoties qui aduerſario carens longam produceret vitam, ab aduerſariis eius, quem comitatur, mortem tulit, & periit.

---

§. XXXI.

Peccator aliquando affectat in vitio perſeuerantiam, ne leuitatis incurrat notam.

333 INconſtantia, & in omnem partem flexibilis animus timidum ſe, & intemperantem prodit: eadem via pergere, impedimenta deſpicere, & in contrarium impellentibus obniti, ſtrenui, ac conſtantis viri argumentum eſt. Qui tranſuerſis multorum veſtigiis paſſim diſcurrentium abducitur, non it; ſed errat. Curandum eſt omnem inconſtantiæ ſpeciem fugere; imò & ſuſpicionem repellere; id tamen vbi ratio alia viâ incedere non cogit: nam qui præmonitus deuiare, errorem proſequitur, non eſt dicendus conſtans; ſed contumaciter pertinax: deſpicienda ſunt nomina, ne virtutis ſpecie vitium irrepat, & dum fugimus, incurramus: non eſt vitio inhærere conſtantia; ſed ſtultitia; ea verò eſt peccatorum cæcitas, vt ni contumaciter ſemel cœptæ inſtiterint viæ, exiſtiment fore de inconſtantia fugillandos, & de leuitate carpendos, vtque notæ effugiant chatybdin, in ſcyllam incidũt miſerabilius: in delirij namque auxilium deteſtabili contumacia errare perſiſtunt. Diſertè Seneca de tranquil. animi cap. 2. *Intelliges quantò minus negotij habeas cum faſtidio tui, quàm hi, quos ad profeſſionem ſpecioſam alligatos, & ſub ingenti titulo laborãtes in ſua ſimulatione pudor magis, quàm voluntas tenet:* Si ſpecioſam profeſſionẽ proſequi, ne mutabilitatis vitio notentur, honeſto tædio poſtponendum eſt, quid ſentiat Philoſophus de his, qui, ne inconſtantes, inſtabileſque habeantur, proſequuntur non ſpecioſa; ſed fœda? Intemperantiam, mihi crede, ſpecioſo titulo tuentur, & quia nolunt relinquere, ſatagunt fallaciter inaurare. Quod Hebræis ad gentium impietatem à vera religione transfugis accidere videas: oppreſſos afflictoſque ipſa vexatio admonebat, & tamen per decem & octo annos eiſdem ritibus ſtuduerũt, & eiſdem ſe ſacrilegiis fœdarunt: *Afflicti ſunt, & vehementer oppreſſi per annos decem & octo.* Iam ſi quæras, cur ad pœnitentiam, luctumque expertam toties calamitati medelam tanto tempore non recurrerint? reſpondebit Arias Montanus erubuiſſe inconſtantiæ notam, & leuitatis infamiam, aut, quod certius eſt, quæſiſſe ſpecioſum conſtantiæ prætextum, vt proſequerentur vitium: Seneca. Montan. *Id ex ſtudio facerent retinendi partem tam multorum cultuum tanta celeritate, & alacritate ſuſceptorum ad vrbis, regionisque ſuæ ornamentum, ne leuitatis notam apud cæteras nationes ſubirent.* Ne notarentur inconſtantes, veriti non ſunt ſugillari idololatræ, quaſi conducibilius fuerit proſequi idololatriam, quàm arripere pœnitentiam: fluctuabat animus inter ærumnarum adiultus, & idololatriæ appetitus: calamitatum tempeſtas felici iactatione illos ad veræ religionis portum impellebat; ſed errandi cupiditas reuocabat, cúmque nec grata ipſis vellent vitia fugere, & rationi erubeſcerent contraire, ad conſtantiæ ſe receperunt aſylum, vt mentito virtutis colore fallerent conſcientiam, & proſequerentur idololatriam.

334 Ochozias, cùm ingens ab Elia, videlicet prænoſcere inſtantem mortem, accepiſſet beneficium, in prophetam immortale obarmauit odium: talis eſſe ſolet in curiis veridici merces, tale bene conſulentis remunerãtio: ducem mittit militibus ſtipatum, qui prophetam, velit nolit, attulerint: paruit dux malens obedire regi, quam præſtare obſequium pietati: non ignorabat Eliam Dei virum, & eximiis virtutibus adornatum; verùm ſpreuit Numinis contrahere ingratiam, vt regis lucraretur beneuolentiam; ſua tamen illum diſcrimini obiecit temeritas; quandoquidem in nigros redactus cineres Ochoziæ obtinere non potuit beneuolentiam; & gehennalem auſpicatus eſt flammam: *Deſcendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta, qui erant cum eo.* Primis vſtulatis alios iterum delegauit, qui nec ſociorum ſtrage deterriti, nec proprio periculo retardati, dum ſimili audacia prophetam comprehendere aggrediuntur, & voraci flamma vſtulantur: Tertium quinquagenarium miſit impiiſſimus Ochozias, vel eo ſolùm titulo dignitate expungendus quod ſuorum aſpernaretur ſtragem, vt inſanam ac delirantem proſequeretur cupidinem. Quærunt Interpretes, cur Ochozias ſententiam non demutarit, nec à capiendi prophetam ſtudio cæco abſtinuerit? Noſter Sanctius exiſtimat regiâ inflatum maieſtate vindictam fuiſſe proſecutum, quaſi dedeceret regem ab inceptis deſiſtere, & ſententiam demutare: 4.Reg.1. v.10. Sanctius. *Inflammatus ſcelere ac furore ambitioſus homo, & regiâ inflatus maieſtate ad vindictam totus anhelabat.* Conſonat Abulenſis quæſtione 20. *Metuum*

Abulenſ. *eſſe poterat ex obſtinatione Ochozia circa propoſitum ſuum : nam quando aliqui deſiderant aliquam rem valde, etiamſi eueniant eis infortunia circa illam, ſemper feruntur in eam.* Leuitatis videbatur ab incœptis deſiſtere, præcipuè cùm ſtudium illud fuiſſet aggreſſus homo regiâ dignitate exornatus, quique ad ſpeciem tenebatur ad conſtantiam, ne de leuitate obſcurare videretur prudentiam : ergo inſtitit, & in ſe Numinis iram exacuit.

135 Ieremiæ 8. conqueritur Deus homines non ſolùm delicta admittere fragilitate naturæ ; ſed eis inhærere obſtinatione imprudentiæ, quaſi conducibilior illis videatur pertinacia, quàm pœnitentia : *Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa ? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.* Secum decertant peccatores, contendúntque vt in delinquendo cæteris palmam præripiant : hoc enim videtur innuere verbum illud : *Auerſione contentioſa* ; at ſi Hebræum textum conſulas, loco illius verbi *contentioſa*, inuenies *perpetua* : quod ſubſequens clauſula mirè explicat, dum teſtatur mendacium apprehendiſſe, nec tamen propoſitum demutaſſe : *Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti.* Ac ſi dicat : Nequibant ignorare ſe deliraſſe, & mendacium apprehendiſſe, quandoquidem ipſa experientia pro oculis erat ; at ne viderentur leuitate moti, & nutanti animo contraria amplexi ; auerſionem ſibi fore decreuerunt perpetuam, leuitatis fugientes notam : *Increpat incredulos* ſcribit Theodoretus ad hunc locum : *Quare auerſus eſt populus iſte, & Ieruſalem auerſione impudenti, & obfirmati in voluntate ſua noluerunt reuerti ?* Si reuerterentur, demutarent ſententiam ; ſed perueniret ad gratiam ; eâ tamen ſtultiſſimâ præſumptione tenebantur, vt maluerint facere gratiæ iacturam, quàm canere vtiliſſimam palinodiam : *Obfirmati in voluntate ſua noluerunt reuerti.*

Ierem. 8. v. 5.

Hebraica.

Theodor.

136 Pſaltes aliquos ait induiſſe Dei ad ſpeciem naturam : *Ego dixi : Dij eſtis, & filij excelſi omnes ; vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de Principibus cadetis.* Cum miſerandum caſum à diuinitate conſtet diſtare, ſic nonnulli proprietates diuidunt, vt ad ſententiæ perpetuitatem, Dei videantur ſortiti naturam, cum tertei ac fragiliſſimi ſint ad incurrendam offenſam. Itaque non modico detrimento diuinam peruersè cupiunt conſtantiam referre, ſe videlicet immutabiles exhibendo, & tenaciſſime in errore perſeuerando. Aiebat Deus : *Ego Dominus, & non mutor* : ergo iſti ſe arbitrantur Deos, ne quid ex decretis retractarint, aut ex ſtatutis deleuint : *Adyce*, aiebat Seneca lib. 6. de Benef. cap. 23. *quod non externa coegunt deos ; ſed ſua illis in legem æterna voluntas eſt : ſtatuerunt, quæ non mutarent.* Certè Deus, quæ non mutet, ſtatuit : quia eius ſtatuta ſemper rationi conformia. Ergo iſti peruerſa via Deos referunt, ſtatuunt ſæpeſæpiùs legibus & rationi contraria, & tamen pertinaci propoſito permanere cuarunt firma. *Itaque*, addit Seneca, *non poſſunt videri facturi aliquid, quamuis nolint : quia quidquid deſinere non poſſunt, perſeuerare voluerunt : nec vnquam primi conſilij Deos pœnitet ; ſunt dubio ſtare illis, & deſciſcere in contrarium non licet ; ſed non ideò quia vis ſua illos in proposito tenet, ex imbecillitate permanent ; ſed quia non licet ab optimis aberrare, & ſic ire decretum eſt.* Itaque cùm in Deo immutabilitas oriatur ex perfectione naturæ, in hominibus ex obſtinatione naſcitur pertinaciæ : frequenter cadunt vt Principes, moriuntur vt homines, & tamen videri diſcupiunt dij immutabilitate propoſiti, & perſeuerantia incœpti.

Pſal. 81. v. 6.

Malach. 3. v. 6.

Seneca.

---

§. XXXII.

Diuinæ miſericordiæ breuiſſima præfigimus ſpatia, cùm à mundo auxilium prolixa expectemus patientia.

NIhil æquè amarum eſt, quàm diu pendere : æquiore quidem animo ferunt quamplures ſpem ſuam præcidi, quàm trahi : quæ accipiendum beneficium præcedunt moræ, beneficium corrumpunt, & longo diſcruciat expectationi tormento, quæ allectat ſpes commoditatis illicio ; verùm alij inueniuntur homines, dum à mundo deſiderant conſequi, alij cùm à vero Numine ſolicitant impetrare. Si aliquantula morâ cœleſte differatur beneficium, generatur ambiendi tædium, cùm tamen humanorum ipſa dilatione inflammetur ſtudium : patientiſſima ſpe armantur, vt ab humanis impetrent, & ipſis quas ſecum dilatio affert, moleſtiis viuidiùs accenduntur, vt proſequantur. *O quanta dementia eſt*, aiebat Seneca epiſt. 101. *ſpes longas inchoantium. emam, ædificabo, credam, exigam, honores geram : tum demum laſſam & plenam ſenectutem in otium referam.* Stulti & ipſa ſua ambitione obcæcati per non dubias & præſentes moleſtias ad ſpes incertas, & laboriolas contendunt, & nunquam futuris rebus veluti ſolidiſſimis oblectantur : cupiditas futuri animo calamitatis fluctibus huc illucque iactato pro Arcto eſt : fallaciæ etiam poſt fallaciæ experientiam credit, non refert pedem votis ſuis frequentiſſimè defraudatus : quia fictis vaniſque promiſſionibus ſe erigit, & ſibi ipſis contra euidentiam imponit. Per decem & octo annos duris Iſraelitæ calamitatibus diuexati ſunt : *Afflicti ſunt, vehementer oppreſſi per annos decem & octo.* Si quo Solamine labores adeò duros emolliuerint, inquiras : reſpondebit Abulenſis quæſtione 16. ab idolis ſperaſſe calamitatum leuamentum, longaque patientia ſibi promiſiſſe ſolatium : *Iſraelitæ pepigerant fœdus cum deis ſuis, expectabantque liberationem ab eis.* Æruminarum cumulabantur fluctus, afflictionum vortices pene naufragos anxioſque torquebant, & nihilominus ſpe nunquam ventura deluſi ornabant victimis idolorum aras, indignis illorum gratiam ſatagebant promereri dimiſſionibus, & Sabæis adulabantur ſuffitibus : robuſtior erat improba, falſaque ſpes ad cupiditatem fulciendam, quàm ad ſpem præſens calamitas eneruandam. Et quidem quod Iſraelitis erga idola contigit, noſtrùm pluribus circa homines agnouerit contigiſſe : mulierculæ libidinis victimæ, paupertate preſſæ, promiſſis ſæpè fraudatæ, percuſſionibus non ſemel attritæ proſequuntur delirium, eumque ipſum, quem experiuntur fallacem, fore ſibi credunt auxiliatorem. Iam qui ambitu obeunt alicuius capeſſendæ dignitatis, humanis idolis non ceſſant offerre victimas ad eorum occurſum decreſcentes, & ipſam quam agnoſcunt fallaciam gratificantes : cúmque longa adeò expectatione improba non defatigetur patientia ; ſi à Numine quid petatur, nec quam citò impetretur, iam conſtantia facit, perſeuerantia

137

Seneca.

Spes longas inchoare imprudentis eſt.

Abulenſ.

Digitized by Google

uerantia laborat, ſpes languet; imò tolerantiæ vice ſuccedere ſolet querela.

138 Producamus huius veritatis exempla. Chriſtus Dominus diſcipulos ſuos orationis perſeuerantiam edocens exemplum attulit media nocte amici domum adeuntis, oſtiúmque pulſantis: amicus de induſtria diſtulit, egens verò iterum atque
Luc. 11. v. 8. iterum oſtium pulſauit: *Si ille perſeuerauit pulſans, dico vobis: etſi non dabit illi ſurgens, eo quòd amicus eius ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & dabit illi quotquot habet neceſſarios. Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite & inuenietis, pulſate, & aperietur vobis.* Vides ad humana impetranda patientiam pro norma adduci ad impetranda diuina; cùm tamen adeò diuerſum ſit patientiæ præmium & commodum. Amicum, à quo petitur, Chriſtum, vt panem Euchariſtiam arbitratur Ambroſius. *Vides*, ſcribit ad hunc locum, *quod iſte, qui media nocte perrexit, tres panes ab amico ſuo poſtulans, & in ipſa petendi intentione perſiſtens non defraudetur oratis. Qui ſunt iſti*
Ambroſ. *tres panes niſi myſterij cœleſtis alimentum?* Dum alimentum cœleſte quærens bis oſtium pulſat, perſeuerantiæ eſt exemplum. Tranſi modò ad Lucæ 5. vbi iuſſus Petrus rete fluentis committere, ſic reſpondit: *Præceptor per totam noctem laborantes*
Luc. 5. v. 5. *nihil cœpimus.* Si Petrus per totam noctem laborans non adducitur vt perſeuerantiæ exemplar, cur amicus; qui non totam noctem conſumpſit; ſed media pulſaturus perrexit, perſeuerantiæ deprædicetur norma, & conſtantiæ idea? Iam reſpondit Ambroſius, quia alter ab infidis fluctibus lucrum ſperabat, alter cœleſte alimentum expetebat; ergo totius noctis ſubire vigiliam, retis ſtudere labori, vt à mari quid extrahatur, vti exigua, non erat in exemplum patientia danda, at poſt primam non impetraſſe, & pulſationem iterum ad conſequendam cœleſtem alimoniam repetiiſſe, ad inſtar miraculi fuit patientia & perſeuerantia quandoquidem homines diuinæ miſericordiæ breuiſſima præſcribunt ſpatia, cùm à mundo auxilium prolixa præſtolentur patientia.

139 Poſt longa ſeruitutis ſpatia Iacob à Socero deluditur, & præmium iniquiſſimè commutatur: iuſtiſſimas dat deluſus querelas, & Labanus per hebdomadam iubet expectare, imò vt aliis placet, alios ſeptem annos implere: *Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi.*
Gen. 29. v. 27. Transfer animum ad Iudith 7. vbi ad opem à Deo
Iudith 7. v. 23. ſperandam anguſtiora deſignantur ſpatia: *Exurgens Ozias infuſus lachrymis dixit: Æquo animo eſtote fratres, & hos quinque dies expectemus à Domino miſericordiam: forſitan enim indignationem ſuam abſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo: ſi autem tranſactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba, quæ locuti eſtis.* A fœdifrago intra ſeptem dies implenda promiſſio creditur, à Deo futurum auxilium anguſtiori dierum ſpatio concluditur: violata fides Iacobo non ſuaſit deſiſtere, longa ab his experientia diu non obti-
Hugo. nuit perſeuerare. *Debuiſſet dixiſſe*, ſcribit Hugo Cardinalis: *Niſi habuerimus auxilium; tunc habebimus conſilium, & faciemus quod Deus voluerit.* Iudith Presbyteros allocuta iure reprehendit, vt qui citò animo ceciderint, nec patienter
Iudith. 8. v. 12. expectarint: *Qui eſtis vos, qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet; ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſericordiæ Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei.* Ad quæ Hugo,
Hugo. *Terminum miſericordiæ eius imponebant.* Quinque dies præſcribuntur ad impetrandam veniam, ſeptem ad accipiendam ſponſam: nec enim tam patientes ſunt homines, ſi differantur diuina, vt ſunt, licèt protelentur, vt adipiſcantur humana. Si citò non obtineat qui Deum exorat, defatigatus abibit: ſi diu non impetret, qui hominem rogat, contumax perſeuerabit.

Aberat apud Deum Moyſes diuinam legem 140
accepturus, expectant populus aliquantulũ, cúmque prolixiores, quàm ipſi crediderant, moras traheret, confuſaneis clamoribus Deos ſibi producere quærunt, & defatigata patientia ſpei terminos tranſiliunt: *Videns populus quòd moram faceret deſ-* Exod. 32. v. 1
cendendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus Aaron dixit: ſurge fac nobis Deos: Compone hanc populi impatientiam cum Thamar ad matrimonium perſeuerantia: monet Iudas Filium nondum matrimonio aptum expectare, clauſúmque paterna in domo oculos procacium fugere: *Eſto vidua in do-* Gen. 38. v.
mo Patris tui, donec creſcat Sella Filius meus. Quid 10.
tunc? *Abiit, & habitauit in domo Patris ſui, euolutis autem multis diebus mortua eſt filia ſua vxor Iudæ*, &c. Ecce expectat deponi pueritiam, adoleſcentiã præſtolata nunquam futura ſponſa: Iudas nàmque affectabat de induſtria moram. Tandem poſt multos dies mutato habitu non ſine defatigatione, & ad ſpeciem honoris nota ſolicitat votum, & lucratur deſiderium. Inquiramus, ſi placet, cur Thamar moris de induſtria tractis non defatigetur patientia, cùm exiguo adeò ſpatio populi laborauerit tolerantia? Facilis ſolutio: præſtolabatur populus diuinam à Deo legem, Thamar ab homine perquirebat humana commoda; ergo dum ab homine humana vtilitas exambitur, & tolerantia duratur, at ſi diuinorum ambitus protrahatur tantillum, animus deficit, tædiúmque affligit. Adeſt Tertullianus aduerſus Gnoſticos c. 3. *Aberat apud Deum in monte* Tert. ull.
Moyſes, cùm populus tam neceſſariæ abſentiæ eius impatiens Deos ſibi producere quærit. Quàm citò impatientia Iſraëlitas ad humana figmenta tranſtulit, cùm neceſſum fuerit decem & octo annos elabi, vt à figmentis ad diuina recurrerint: non erat Moyſis mora ſupernacanea; ſed populus neceſſariæ moræ impatiens Deos ſibi producere procurauit. Vtinam verſis vicibus, qua ab hominibus expectamus, nobis à Deo profutura expectaremus patientia, & qua à cœleſtium conſecutione, ab euanido ambitu fugeremus inconſtantia.

§. XXXIII.

Qui præ cæteris fœlicitatibus clari, & calamitati præ cæteris inueniuntur expoſiti.

FOrtunatis fœlicibúſque ad tuendam fortunam 141
alia fortuna opus eſt, dum aurum placet intuenti, dum arridet proſperitas æmulo, arma capit, vt ſuæ aduletur libidini, & morem gerat cupiditati nullus præcipitio vicinior, quàm qui difficili vertice cæteris eminentior: *In eadem vr-* Seneca.
na, aiebat Seneca Epiſt. 87. *& aurum eſt, & vipera*, nunquam ſine periculo aurum, nunquam fœlicitas ſine æmulo. Addit Stoïcus: *Si per diuitias in multa mala incidimus, non tantùm bona diuitiæ non ſunt, ſed malum ſunt.* Pecunia improba deſideria inflammat, furis manus excuſit, & dum diues auro videbatur munitus contra in-

Digitized by Google

gregario milite, alter copioſiſſimo hoſte: vt certum ſit ſplendentem quamplurima diſcrimina diuexare; non ſplendentem vnum aut alterum periculum ſuſtinere. Adeſt Caietanus: *Dixerunt: Certè rex Iſrael ipſe: fuit vox publica, & excitatiua omnium ad pugnandum contra illum reputatum regem Iſrael.* Vt clarum veſte, & excellentiori reſplenduit curru, voce publica impetitur, & manu facta impugnatur; vt verum ſit grauioribus periculis ſubiacere, quos conſtat præ cæteris rutilare: in eos ferè ſemper cæteri collimant iacula æmulatione agitati, ſtimulati ambitu, aut impulſi multiplici deſiderio: *Auida felicitas eſt*, aiebat Seneca epiſt. 19. *& aliena auiditati expoſita.* Dum felicitatem cæteri diſcupiunt, quibus illam poſſint venari dolos captioſiſſimos extruunt: vt graſſatores, quò auferant aurum, non parcunt vitæ; ita ambitioſi, quò auferant dignitatem, nec vitæ parcunt, nec famæ: vnde difficulter faſtigium poterit quis ſine diſcrimine poſſidere, aut dignitatis culmine ſtare. Adde quod licèt periculum deſit, periculi timor deeſſe non poteſt: eſt namque proles felicitatis vmbraque ſplendoris. Cantat vacuus inter latrones viator; ſed qui viam carpit diuitiis onuſtus, ipſas arborum vmbras latrones ſuſpicatur, & timore acri concutitur: vnde etſi celſitudo careat aliquando periculo, nunquam poteſt carere metu.

Caietanus.

Seneca.

§. XXXIV.

Qui delicta ſua non integrè confitetur, non medicamentum, ſed augmentum criminis experitur.

145 MOrbus contrahere fragilitatis tributum eſt, vires deficiunt aut ciborum qualitatibus, aut tacitis temporis fluxibus: vnde remedio opus eſt ad vires reficiendas, & amiſſas reſtaurandas: cúmque homo vti ratione præditus hac in parte debuerit animantibus præſtare, non ſemel ſtulta verecundia impeditum, aut ipſis criminibus illigatum conſtat infirmitatem ipſo medicamine augere. *Nominandus eſt*, aiebat Tertul. lib. de pallio c. 3. *& ſerpens licèt ponè parum: nam & quod ſortitus eſt, conuertit corium & æuum: ſiquidem vt ſenium perſenſit, in anguſta ſe ſtipat, pariterque ſpecum ingrediens & cute egrediens ab ipſo ſtatim limine eraſus exuuiis ibidem relictis nouum ſe explicat, cum ſquamis & anni recurantur.* Subnectit: *Taceo ceruum, quòd & ipſe ætatis ſuæ arbiter ſerpente paſtus veneno langueſcit in iuuentutem.* Serpens compreſſionis anguſtiam non refugit, vt corium exuat, nec adimit ſibi partem parte relicta; ſed ſi ſemel in anguſta ſe ſtipare decreuerit, exuuias omnes deponit, totúmque ſe nouum explicat. Ceruus non ignorat ſubeundas infirmitatis moleſtias, ſi diſcerptum dentibus ſerpentem mandat; at cùm innouare deſiderat æuum, non refugit infirmitatis incommodum. Solus homo ſuæ etiam ſalutis arbiter recuſat morſu confeſſionis dilaniare ſerpentem, vt integram recuperarit ſalutem: ipſo remedio abuſus veteſtatem auget deprauatæ medelæ auxilio. Duris conſcientiæ morſibus ad venenum euomendum impellitur, & tamen veneni partem pectore retinere molitur, dumque imprudenter conſulit infirmitati, noxio auxiliatur languori. Filij Iſrael calamitatibus preſſi, & conſcientia ſtimulati ad ſalutiferum confeſſionis recurrunt vomitum: *Clamantes ad Dominum dixerunt: Peccauimus tibi: quia dereliquimus Dominum Deum noſtrum, & ſeruiuimus Baalim.* Expectares Deum benignè clamoribus reſponſurum, & tamen non ſolùm clamantes non ſuſcipit; ſed repellit: *Reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos: idcirco non addam vt vltra vos liberem.* Mira res, cùm clamoribus, peccatorumque confeſſione debuiſſet deliniri, videtur exaſperari: libertati ſpem ad ſpeciem aufert, & qui ad ſpei confugiebant portum, ſpei videntur incurriſſe naufragium. Ecqua huius nouæ calamitatis eſt cauſa? Ipſe Deus confeſſione exacerbatus miſericordiæ in ipſa ira memor declarat, vt eos veram arripere pœnitentiam edoceat. Recole quibus diis inſeruierint? *Seruierunt*, inquit textus, *idolis Baalim, & Aſtaroth, & diis Syriæ, ac Sidonis, & Moab, & filiorum Ammon, & Philiſthiim.* Vides quam magnâ exceperint idolorum corde catenuam: audi quid vomant: *Peccauimus tibi: quia dereliquimus Dominum Deum noſtrum, & ſeruiuimus Baalim.* En morbum aggrauant, dum confeſſionem anguſtant? Baalim proferunt; ſed plurima idola tegunt: ergo dignè exacerbauere iram, dum importunè arripuere medelam. Ob id eis exprobrat Dominus: *Coluiſtis deos alienos: idcirco non addam, vt vltra vos liberem.* Quaſi dicat: Dum omnia delicta confeſſione non proditis, vobis ipſis ſpem aufertis: nam cùm tota ſalutis ſpes conſiſtat in integræ confeſſionis remedio, dum decurtatis delicta, noua additis ægritudinis incrementa. Opportunè Arias Montanus: *Vos, inquit, vnum tantum crimen confeſſi meam ſolicitatis clementiam, quam tamen multis aliis, nec iſto minoribus flagitiis vobis abalienaſtis.* Plurimis abalienabant, & vnius tantùm criminis confeſſione quærebant: vnde laborabant ipſo remedio, & languori addebant vires ipſo ſalutis auxilio.

Tertull.

Montan.

Homo ille, qui ad Chriſti Domini præſentiam ſepulchrum deſeruit, torqueri ſe, dum clamat, exerta voce fatetur: *Ne me torqueas.* Mira res: dum ad ſalutem inuolare videtur, durius diriuſque diſcruciari probatur. Et quæ huiuſmodi tormenti cauſa? Fallar, ni textus inuenerit, dum hominem in ſpiritu immundo occurriſſe retulit: *Occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo.* Se immundo ſpiritu inhabitatum fatebatur, cùm integra immundorum ſpirituum legione premeretur: illa ergo confeſſio non tam erat à cordato homine edita, quàm à verſutiſſimo dæmone conſulta, quandoquidem vt ad ſalutem aditum prorſus occluderet, non docuit, quod ſatius eſſet, tacere; ſed totum morbum non prodere: *Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Dominus omnem vlceris ſaniem detegit, vt ſalutem homini infuderit: *Quod tibi nomen eſt? Et dicit: Legio mihi nomen eſt: quia multi ſumus.* En multis dæmonibus preſſus ſingularem prodebat vnum, & ipſa voce, qua ſolicitabat tormentis medelam, exacerbabat iudicis iram. Adeſt Chryſologus ſerm. 17. *Quid agit, quid patitur fragilitas humana talibus, & tantis ſubiecta miſeriis? Ecce diabolus patrona voce hominis hominem petiturus inclamat, & tota membra hominis hoſti ſuo ſuam militant in ruinam.* Subdit ruinæ cauſam: *Timet tergiuerſator & ſimulat*: timore perſuaſus tormentum fatagit anteuertere, ſed ſimulatione inuenitur incrementare: *Timet tergiuerſator & ſimulat*: timore perſuaſus tormentum fatagit anteuertere, ſed ſimu-

146

Matc. 5. v. 7

Chryſol.

latione inuenitur incrementare : *Timet tergiuersator & simulat* ; verùm Dominus, qui præstitutus aduentarat remedium, interrogat, vt dum totam euomit saniem, opportunam acceperit curationem. Non dubites plures hanc dæmoniaci confessionem imitati. Timent, & simulant: recurrunt ad confessionis remedium timore compulsi; sed plura abscondunt stulta verecundia illigati: vnde contigit morbum ingrauescere, & damnum incrementari.

147 Achan filius Charmi nescio quid de anathemate tulit, & in tabernaculo abscondit; verùm etsi potuerit industriè humanos oculos deuitare, diuinos nequiuit fugere : Deus reum condemnat ignibus vstulandum : *Quicumque ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua.* Iosue Achamum, quem tors iam inuenerat, miseratus paterno affectu consulit ad confessionis confugere patrocinium, quo vitare valeat incendium : *Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, & indica mihi quid feceris, ne abscondas.* Ne quid absconderit, monet: aliter namque non solùm non proderit dimidiata confessio vt vitetur flamma; sed acrior aduret de noua iniecta sacrilegæ confessionis materia. Achan peccati ordinem promit, numerum aureorum refert : *Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamque auream quinquaginta siclorum, & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumque fossa humo operui* : iam confessione ritè perfecta non ille; sed quæ illum dicarant igni, flammis sunt commissa & deleta : *Cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt.* Quærunt Patres, cur Iosue flammis non tradiderit Achamũ, quando id statuerat oraculum. Respondentque oraculum damnasse culpa pollutum, non confessione purgatum. Ergo vbi Achan numerum ponduſque expressit, nec sceleris circumstantias abscondit, ardẽtes flammas elusit. Adest Diuus Augustinus q. 9. in Iosue: *Non potuit melius facere Iesus, qui diuina verba, sicut propheta intellexit, qui hoc ipsum propheticè fecit, quàm vt illum lapidibus magis, quam flammis perimeret.* Vt propheta agnouit aliter contumacem, aliter confessum puniendum, & quamuis contumax flammis fuerit addictus, flammas elusit confessus. Consonat Tertullianus lib. de pœnit. cap. 8. *Tantum relevat confessio delictorum, quantum dissimulatio exaggerat : confessio enim satisfactionis consilium est, dissimulatio contumacia* : Si Achan angustaret numerum, si quid dissimularet peccati, decretam contumaciæ subiret sententiam: ergo Iosue paterno affectu suadet confessionem integram reddere, & ignem integritate sopire : *Ne abscondas.* Achan non comburitur, dum fatetur; at si quid celasset, ardentes flammas tulisset.

Iosue 7. v. 15.

Lyra.

Tertullian.

148 Inter Deum confitentemque quoddam est commercium cœleste : offert pœnitens peccatum dolore inauratum, vt acceperit cœlum : largitur Deus culpæ veniam, & accipit confessionis pecuniam. Audi Ezechielem : *Viuo ego, dicit Dominus Deus, nolo mortem impij; sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.* Vides vitam promittit pœnitenti. Itaque pœnitentiæ nummo emitur vita, & vita redditur pœnitentiæ : vtque qui erasum, scalptúmve nummum offerret, iniuriam vendenti faceret, eiusque indignationem accenderet : sic qui dimidiata confessione Deum fallere tentat, contra se indignationem exufflat. Adest Tertullianus lib. de pœnit. cap. 6. *Quàm porrò ineptum, quàm iniquum pœnitentiam non admittere, & veniam delictorum sustinere : hoc est pretium non exhibere, ad mercedem manum emittere : hoc enim pretio Dominus veniam addicere instituit, hac pœnitentiæ compensatione redimendam proponit impunitatem. Si ergo qui venditant, prius nummum, quo paciscuntur, examinant, ne scalptus, neue rasus, ne adulter? etiam Dominum credimus pœnitentiæ probationem prius inire, tantam nobis mercem, perennis scilicet vitæ, concessurum.* Si erasò nummo quis tentet emere, fraude cognita pactum rescindetur, & vltra pacti rescissionem ob fallatam monetam pœna aggrauabitur. Itaque nec contractum perficiet, nec legis pœnam euadet. Ergo non aliter qui confessionis pœnitentia veniam accedit empturus, si offerat scalptam, adulteratámve, veniam non mercabitur; sed indignationem merebitur. Ergo quisquis iuxta Domini promissum exambit viuere, studeat integram confessionem offerre.

Eccch. 33. v. 11.

Tertul.

---

§. XXXV.

Peccatores Deum inuocant in necessitate deuoti; sed post fastidiunt ingrati.

INgratitudo vt à ratione aliena, si probatur nonnullis innata benefactores suos elapsa iam beneficij occasione non solùm prosequuntur tædio; sed odio : vtque se nil illis debere persuadeant, maleuolentiam ostentant. Si ambitio inflammet, si necessitas vrgeat, si dolor premat, accurrent officiosissimi, cadentes adorabunt, & nihil non ad gratiam ineundam deuotè adibunt; at si voti compotes, si doloris expertes, iam nec vicem reddent, nec beneficiorum memoria gratitudinem honorabunt, imò benefactoris affectabunt fastidium, aut non semel creabunt odium. Adest Seneca lib. 5. de benef. cap. 15. *Beneficia in scelus versa sunt, & sanguini eorum non parcitur, pro quibus sanguis fundendus est* : Subnectit cap. 17. *Ipsa Respublica quàm ingrata in optimos ac deuotissimos sibi fuerit; Camillum in exilium misit, Scipionem dimisit, exulauit post Catilinam Cicero, diruti eius penates, vota direpta, factum quidquid victor Catilina fecisset. Rutilius innocentiæ pretium tulit in Asia latere; Catoni populus Romanus præturam negauit, Consulatum perneganit.* Populus bellis vrgentibus Scipionis fortitudinem, dexteritatemque solicitis importunisque precibus exambierat; at occasione lapsa beneficij oblitus beneficium fastidiuit : nec aliter crediderit erga ipsum Deum se gerere peccatores : si periculum instet, clamabunt, cadentibus iustè lachrymis implorabant opem, immortalia obsequia anxia ambitione promittent; si tamen pericula euaserint, beneficium ingratitudine compensabunt, & benefactorem fastidio habebunt. En Israelitæ vrgente periculo diuexati, & calamitatibus triti Dei opem implorare festinant, & exertis clamoribus, vt auxilietur, exorant : Afflictus est Israel nimis, & clamantes ad Dominum dixerunt : *Peccauimus tibi : quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Baalim.* Clamantibus exprobrat Deus auxilium suum expetere non tam persuasos piâ deuotione, quàm vrgente diuexatos necessitate : nec aliter si liberentur, quàm fecerunt aliàs, facturos : *Quibus locutus est Dominus : Numquid non Ægyptij, & Amorrhæi, filiique*

149

Seneca.

filiique Ammon, & Philiſthiim, Sidonij quoque, & Amalec, & Chanaan oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum, & tamen reliquiſtis me. En quem afflicti adierunt, tranſacta iam afflictione ingratiſſimè repudiarunt; imò non ſolùm accepto beneficio reſponderunt tædio; ſed nihil debentium argumenta cæciſſimo quæſierunt odio: addit namque oraculum: *Reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos.* En qua gratitudine beneficia compenſent: non ſolùm eius maieſtatem non proteſtantur obſequiis; ſed diuinitate exaugurant illam adſcribentes idolis: quaſi liberati ſint, vt expeditiùs in liberatorem inſurgant, & ſumma ingratitudine veluti in exilium mittant. Adeſt Arias Montanus ad hunc locum. *Eſt itaque reprehenſionis pondus & vis illa, Iſraelis populo verum ac proprium Deum temporibus duris tutelarem, & beneficium exiſtimatum, aduocatum, & beneficentiſſimum auxiliatorem, ſeruatoremque probatum fuiſſe, eumdem rebus commoditis, & pace quietaque parta contemptum, repulſumque, quaſi cum neceſſitatis tantum causâ admitteretur, deinde verò erepti faſtidiendum cenſerent.* Quàm miris hiſtoriæ penicillis facer textus ingratorum depinxit mores: ingraueſcente morbo, morte imminente, periculo ſtimulante Deum anxiè inuocamus, & impendendum gratitudinis obſequium vtpote liberatori fixè ad ſpeciem promittimus, ſi tamen vitam ſalutemque fuerimus adepti, iam virtutem faſtidimus, & ineptias voluptatum repetimus.

Montan.

150 Hic ipſe populus dirè adeò ab Ægyptiis vexatus eſt, dum recentes pueros, & nondum iubar contuitos horrenda fluentis immanitate tradebat, dum patres ſordidis, ac duriſſimis luti operibus feraliter diuexabat, vt dubitandum ſit, an ſatius fuerit celerem oppetere mortem, aut prolixam ſuſtinere calamitatem: anxiis ergo clamoribus opem à Domino poſtularunt, & ad illius patrocinium recurrerunt, teſtante Numine: *Clamor filiorum Iſrael venit ad me, vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.* Gemitibus interpellatus non ſine grandi miraculorum ſumma ad felicem libertatis ſtatum oppreſſos tranſtulit, & per maris profunda ſtupentibus vndarum voluminibus ſicco veſtigio perduxit. Putares diuino obſequio ſemper addicendos; verùm cùm iam omni moleſtia liberi, & cœleſti pane alti ad vomitum redierunt antiquum, & faſtidito liberatore, ingratiſſimis clamoribus deos ſibi producere procurarunt, auriquè non modicis impenſis finxerunt: *Surgentes mane obtulerunt holocauſta, & hoſtias pacificas, & ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Dei cultum ad vitulum tranſtulerunt, & dum deliciis affluunt, liberatorem faſtidiunt: vt compertum fuerit clamorem non tam cordis deuotione prolatum, quàm neceſſitate extortum. Adeſt Tertullianus aduerſus gnoſticos cap. 3. *Sapiens ignis effigiem vituli defundit illis, fugillans illic cor habentes, vbi & theſaurum, apud Ægyptum ſcilicet inter cætera animalia bouis etiam cuiuſdam conſecratricem.* Ecce dum mors imminet, dum vexatio premit, quidquid colunt Ægyptij, deteſtantur: quia ab illorum tyrannidè liberati diſcupiunt; at dum ſpoliis ditati, dum oblectati ludis, dum ingurgitati cupediis, liberatorem prorſus ignorare affectant, & Apim Ægyptium amant: *Sapiens ignis fugillat illic cor habentes.* Quam olim religioſis clamoribus dicarant linguam, impiis modò plauſibus conſectant, & vitulum liberatorem concelamant: *Hi ſunt dij tui.* Vocem neceſſitati dicarunt, ſed idololatriæ corda vouerunt. Quàm differt idoli feſtinitas ab illo clamore, quem extorſit olim calamitas!

Exod. 3. v. 9.

Exod. 32. v. 6.

Tertullian.

Sitis penuria animam ferè agentes Deum inuocant Iſraelitæ: Deus pientiſſimus pater ad petram copiolam cryſtallinæ vndæ ſcaturiginem mittit: ruper ingenium fontis imitata eſt, teſtante Paulo: *Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra.* Quis crederet petram hanc ab illis reprobandam, & faſtidiendam? & tamen faſtidita inuenitur, & reprobata teſtante Chriſto Domino: *Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Eamdem, ad quam recurrerant petram ſitientes, reprobauerunt ædificantes: ſiti aduſti ſibi ſolicitauere à lapide auxilium: ſaturati iam oſtenderunt lapidis tædium. Adeſt Chryſoſtomus apud D. Thomam: *Lapidem Chriſtum vocat; ædificantes autem Doctores Iudæorum, qui Chriſtum reprobauerunt dicentes: Hic non eſt à Deo.* Eadem erat petra; ſed diuerſa illorum fortuna: ergo dum magnificum ædificium ſibi conſtruunt, dum dignitatis faſtigia inuadunt, petram reprobant, & ignorant, quam ſitientes adierunt & exoratunt: Nec ſolùm erga Deum ita homines proceſſiſſe conſpicias: erga ſe ipſos eumdem ſeruant ſtylum, & ingratitudinis magiſterium: qui inopes & dura fortuna preſſi dictioris benefactoriſque auxilium implorarunt, ſi poſteà, vt accidere ſolet, ſors in contrarium vergat, iam benefactorem faſtidiunt, ab eoque ſtomachantes recedunt.

1 Cor. 10. v. 4.

Matth. 21. v. 42.

Chryſoſt.

151

Petrus per marinos vortices incedebat, cùm acriùs adſpirans votus labiles ſolicitat vndas: vento inflatus gurges pondus non ſuſtinet, & abſorbere trementem contendit: Petrus naufragio pene abſortus ad Domini recurrit auxilium, & in ipſo æquore inuenit clamore portum: *Videns ventum validum timuit, & cùm cœpiſſet mergi, clamauit dicens: Domine, ſaluum me fac.* Chriſtus naufraganti dexteram præbet, & ſecuritati reſtituit: *Et continuò Ieſus extendens manum apprehendit eum.* Poſteà cùm in Principis atrio ſederet, de Chriſto interrogatus negauit: *Negauit cum iuramento, quia non noui hominem.* Drogo Oſtienſis de Sacramento Dominicæ Paſſion. notauit in domo Caïphæ ſolùm hominem protuliſſe, eumque negaſſe, quem in fluctibus & dominum agnouit, & liberatorem inuenit: *Domine, ſaluum me fac.* Audi Progonem: *In domo Caiphæ colaphizatur Petrus.* Quàm duriores, acrioreſque ſunt in virtutem aulæ miniſtri, quàm venti! Petrus mergi incepit validiſſimis ventorum flatibus exagitatus; at naufragium patitur à miniſtris impetitus; cuius clamoribus exorauit, dum naufragaretur, auxilium, hunc ipſum iam in domo Principis exiſtens non noſcit. In pelago anxiè auxiliarem ſibi poposcit dexteram Dominum conteſtatus: *Domine ſaluum me fac*: iam in domo Principis titulo exaugurat, & vel hominem ignorat: *Non noui hominem.* Vel hominem ignorat ad compatiendum, quem deprecabatur Dominum ad impetrandum. Et quidem non alius erat Chriſtus; ſed aliùs Petrus: quia fortuna Circes ad inſtar adeò mutat ingenia, vt qui paupertate preſſus ob ecrabat deuotus, negarit ad ſtatum fortunatiorem tranſlata.

Matth. 14. v. 30.

Matth. 26. v. 72.

Drogo.

152

Corvorum pulli à parentibus derelicti diuinam opem exertis clamoribus deprecantur! *Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum inuocantibus eum*: peritent egeſtate conſumpti, niſi à Domino liberaliter educati. Tranſi modò ad Noë. Domini ænigma: corui operâ vtitur, vt facie orbis explorata

Pſal. 146. v. 9.

153

explorata nuntium reportarit, cúmque facile esset intunctæ cutæ negotium, egressus non rediit; sed cadaueribus inhiauit: *Egrediebatur, & non reuertebatur.* Quàm alius ille fuit coruus, dum pullus opportunis indiguit alimentis ad vitam, & dum grandior cadaueribus exundabat ad voluptatis insaniam: ibi totus clamor, vocalis totus opem implorabat; sed alium ad statum transiatus vel responsum reddere fastidiosus nolebat; vt noueris creaturarum ingenium, & demireris ingratitudinis, si dicere licèt, miraculum. Adest opportunè Oleaster hìc ad mores: *Præferri eorum iste illos, qui domum frequentant alicuius, quandiu eâ opus habent; cùm verò quæ sibi sunt necessaria acquirunt, neminem nouerunt.* Quid aptius? Quid certius?

Genes. 8. v. 7.

Oleast.

§. XXXVI.

Ea est peccatoris cæcitas, vt vno eodemque tempore velit & vitiis famulari, & Deum auxiliatorem sortiri.

154 Seneca.

NVllum vitium est, aiebat Seneca epist. 116. *sine patrocinio.* Ob id peccatores vt vitium colant, patrocinium anhelant; ea tamen cæcitate, vt ab ipso Deo pro vitiis expetant patrocinium: in eam amentiam deuenerunt homines calamitatibus pressi, voluptatibusque addicti, vt eo ipso tempore, quo pro vitiis ferunt suffragium, sibi à Deo perquisierint auxiliũ. Qui libidini impendit, Deum orat pro salute, qui ludo & tempus terit, & diuitias prodigit, faustam suspirat à Deo ad nummos lucrandos sortem, qui ad duellum properat contra legem, in certamine à Deo exoptat felicitatem. Et quidem vti sibi occurrentes & compugnantes fluctus scapham contrariis impulsibus eodem tempore impetitam huc illucque iactatam circumferunt, ita humani affectus è diuersis causis pullulantes se humano corde confundunt, vt nescias an peccator oret, an deliret, dum ad voluptatem orationis assumit patrocinium, eaque à Deo flagitat, quæ siquis audiat, & tacere cogat. *Turpissima vota* (verba sunt Stoici epist. 10. *diis insusurrant.* Hanc hominum dementiam sugillare videtur Deus Israelitas alloquens: *Numquid nõ Ægyptij & Amorrhæi, filiique Ammon, & Philisthiim, Sidonij quoque & Amalec, & Chanaan oppresserunt vos, & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum, & tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos?* Eodem tempore ad Deum clamant & Deum deserunt: vitiis dicati, & doloribus oppressi sic affectum, linguamque diuidunt, vt Dei auxilium soliciter lingua ad dolorem deliniendum, cùm ipsam cor velit ad vitiorum cultum salutem. Adest opportunè Arias Montanus: *Veteri culpæ aliam nunc demum adiunctam oratio arguit, nimirum retentæ adhuc superstitionis.* Itaque superstitionem tenaciter retinebant, & opem anxiè à Domino postulabant. Exemplum addit doctus interpres Dei nomine: *Perinde ac si impudica fœmina erumnis pressa à legitimo viro opem, auxiliumque imploret, & tamen interim adulteris domi retinendis, ac fouendis det operam: ita mihi vestri curam, & liberationem imponendam, alienis verò diis cultum impendendum decreuistis.* Ad libidinis negotia robore est opus, ad fœda lucra felicitate, ad dolores depellendos salute. Ergo homines Deo adiungunt salutis, roboris, ac felicitatis curam, cùm vitiis impenderint reuerentiam.

Montan.

Ieroboamus sacrilega manu thus altaribus efferebat, & quasi parum fuerit idolis vanissimis inseruire, in Dei prophetam ausus est manum extendere: nerui soluuntur, & extensionis audacis pœna ipsa fuit extensionis perseuerantia: *Exaruit manus eius, quam extenderat contra eum, nec valuit retrahere eam ad se.* Manus infirmitate anxius per prophetam sanitatem sibi restitui orat, & ipsa exceptione diuinitatem Numinis negat. *Et ait rex ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi.* Expende non dixisse: deprecare faciem Domini Dei mei; sed *Domini Dei tui.* Si prophetæ Deo nullum exhibet cultum, si ea ipsa dextera idolis detestandum offert suffitum, cur exigit sanitatem? Quia hæc est hominum stultitia, inquit Theodoretus, retinere culpam, & à Domino dolori deprecari medelam. Ipsum audi qu. 42. *Cùm esset valde stultus, suplex rogauit prophetam, vt sibi ei peteret ab eo, qui miserãi non sceleris remissionem; sed manus curationem.* Ecce in ordine ad colendum, prophetæ Deum, ignorabat; sed in ordine ad sanitatem impetrandam, ad illum suppliciter recurrebat non ignorabat ab idolis exhiberi sanitatem non posse, sic tamen eis desiderabat seruire, vt ad Deum non erubuerit ad impia obsequia pro sanitate clamare. Quia ad thura adolenda idolis opus erat dextera iana, Deum voluit salutis auxiliatorem sortiri, & idolis famulari. Nonne ita accidere non semel videas? Decumbit peccator infirmitate depressus, & cùm detrectet vitia de corde expellere, à Domino sanitatem discupit impetrare: cordis affectus diuidit, Deo contectat petitionem, vitio deuouet seruitutem.

155

3. Reg. 13. v. 4.

Theodor.

Senior filius patri exprobrat hœdum sibi nunquam dedisse: *Numquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.* Qui fuerint hi eius familiares, quærit Chrysologus, existimatque non patris famulos; sed aduersos: *Amicos paternos suos esse non computat*, inquit serm. 4. *hos non amicos; sed extraneos, credit, à quibus vidit in patris gratiam se amari.* Itaque amicos patri extraneos credit, & parenti aduersos colit amicos. Iam vide querelæ delirium: patrem vult hœdum dilargiri, vt patri aduersis valeat opiparum conuiuium præbere: vult patri aduersos amare, & patrem hœdum ad improbi amoris commercium liberaliter exhibere. A Deo petuntur deliciæ, vt vitiis prodigantur: à Deo expetitur aurum, ex quo fingatur idolum: cúmque hoc Numini imponatur tributum, vitiis offertur obsequium.

158

Luc. 15. v. 30.

Chrysol.

Niniue euersione interminata ad pœnitudinis arma confugit, & clamoribus calamitatem ac ruinam prouidenter auertit. Verùm Ionas non rectis oculis eorum partam pœnitentia salutem, vt videtur, aspiciebat: *Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.* Non erat propheta bonus pietatis administer, dum dolore stimulatus ciuitatem egreditur, & ardore vstus florida hedera pro tugurio vtitur: *Egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis, & fecit sibimet umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec videret, quid accideret ciuitati.* Itaque sessio ruinam ciuitatis expectabat, & Domini quodammodo pietati propheta arcanè iracundus resistebat. Hoc rerum statu hedera à Domino præparata super Ionæ caput ascendit, & vsque ad delicias expansis flosculis oblectauit: *Lætatus est Ionas super hedera lætitia*

157

Ionæ 3. v. 10.

Digitized by Google

Lætitia magna. Elata virensque floreſcebat hedera; verùm vt omnia varietatibus obnoxia ſunt, quam citò exiguo percuſſa vermiculo emarcuit, & ſolaribus radiis ad Ionam percutiendum conceſſit aditum. Sole vitus iraſcitur, quaſi debuerit Deus hedera circum tegere, eiuſque ſaluti conſulere. *Benè iraſcor ego uſque ad mortem.* Ecce propheta non vult ſeruire pietati, & vult Deum conſulere illius ſaluti: a Deo expetit colocynthum in faciem tecti explicari; ſupra eius caput vult textilem ſyluam floribus, & deliciis amœnam omnem ſolis vel exiguum radium retundere; cùm tamen ipſe refugerit obedientiam, & in peccatorum armetur vitam. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 12. Dei nomine: Seleucienſ. *Clementiam meam vituperas, ô propheta? Etiamne me lenitatis accuſas? Non te emollunt teti terror: Etiamnum aduerſus peccatores immiſericors es? quos ſui pœnitet, eorum te non miſeret? Sententiam non demutas? Numquid te malè pertinacem arguet colocynthe, & cinereis non parcam? Numquid floſculi deplorabis exitium, & tot hominum myriadas pœne dedam?* Eodem tempore iraſcitur Ionas: quia Deus illum floſculis non texerit, & eius pietati non ſine myſterio reſiſtit: non vult obedire, & floſculis deſiderat tegi: Deo commoditatis ſuæ imponit curam; detrectat obedientiam. Et quidem in Ionæ geſtis mirè noſtri adumbrantur mores: deſideramus omnem à Deo commoditatem nobis impertiri, nulla calamitate tangi, nullo dolore adurgeri: & ſi aliter fiat, aliquando iraſcimur diuinam prouidentiam inculantes, & cæcum numini odium impingentes: cum tamen has omnes quas deſideramus delicias, quam ambimus ſalutem, quam diuitiarum ſulpiramus copiam, dedicemus voluptatum culpis, & culparum delitiis.

158 Saul Dauidem aſciſcit, quo morbum depellat cantu, & canentem ferire conatur telo: *Poſt diem autem alteram inuaſit Spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus ſuæ; Dauid autem pſallebat manu ſua ſicut per ſingulos dies: tenebatque Saul lanceam, & miſit eam putans quòd configere poſſet Dauid cum pariete.* 1. Reg. 18. v. 10. Si Saul vult canentem configere, cur cogit canere? Vitet cantum, aut vitet telum. Proh fraudulentos hominis mores! eodem tempore vult Dauidem cantu eius prouidere ſaluti, & inſeruit contorto telo ambitioni: telum eiaculatur dæmonem vocans, cantum aſciſcit ſalutem procurans, ſicque eodem tempore à Dauide exigit ſalutis medicamentum, & dæmoni præcordiis præparat habitaculum. Redeat iterum Seleucienſis Baſilius orat. 15. *Saule furore percito, & mente alienato Dauid lyram, qua medicinam faceret, retractabat cantione vice medicaminis malum leniens.* Baſil. Subnectit: *Redintegratur inuidia, & in egritudinem tranſit ægritudo, rurſuſque per inuidiam dæmonem vocat, nec ſine iratum ſignificatione haſtam iacit in Dauidem.* In ipſum, à quo expetit medicinam, contorquet lanceam, vultque Dauidem ipſi impertiri ſalutem, cùm ipſe impertiri velit cordis dæmoni habitationem. Vt noſtræ theſis veritas dilucidè his exemplis comprobetur, conſtetque eam eſſe peccatoris cæcitatem, vt vno eodemque tempore velit vitiis famulari, & Deum auxiliatorem ſortiri.

§. XXXVII.

Nonnulli detorquent redundantiam clementiæ cæleſtis ad fouendam audaciam humanæ temeritatis.

INdignum eſt in peccati auxilium indulgentiis 159
vertere ingenium, & inde nouis temeritatis incrementis fouere audaciam, vnde depelli fas erat culpam. Periculoſa præſumptio eſt indulgentiam ſibi promittere, & indulgentem nouis offenſionibus irritare. Qui venia abutitur, Deum non tam videtur credere indulgentem, quam puſillanimem: æquitati detrahit, quidquid adijcit non ſine procacia pietati. Nullus quantumuis peccatis infectus deperatione augeat; ſed pœnitentiæ patrocinium aſſumat; ſi verò ſemel & iterum diuinam miſericordiam adeptus eſt, non detorqueat beneficium ad impudentiæ ſuffragium. *Plerique*, aiebat Tertullianus lib. de pœnit. cap. 7. *naufragio liberati, exinde repudium & naui, & mari dicunt, & Dei beneficium, ſalutem ſuam ſcilicet memoria periculi honorant. Laudo timorem, diligo verecundiam: nolunt iterum diuinæ miſericordiæ oneri eſſe, formidant videri inculcare, quod conſecuti ſunt. Bona certè ſolicitudine iterum experiri vitam, quod ſemel didicerunt timere: ita modus temeritatis teſtatio eſt timoris; timor autem hominis Dei honor eſt.* Tertull. Timor hominis honor eſt Dei. Qui naufragij periculum expertus portum appulit feliciter, ſi ſapit periculi memoria nauigandi iterum frænat cupiditatem, nec de euaſione repetendo periculo inſeruit. Repudium & naui & mari dicere prudentiam honorat; iterum verò fluctus intrare, & infidos vortices experiri ſugillat temeritatis audaciam, & prodit audaciſſimâ imprudentiam. Diſce ex oraculo filiis Iſrael exprobranti clementiam numinis ad nutriendam audaciam detorſiſſe, & ad fouendam iterum culpam vocaſſe: *Numquid non Ægyptij & Amorrhæi, filiique Ammon & Philiſthiim, Sidonij quoque, & Amalech, & Chanaan oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & erui vos de manu eorum; & tamen reliquiſtis me, & coluiſtis deos alienos. Idcirco non addam, vt vltra vos liberem.* Non vult clementiæ ſuæ præuaricatorem eſſe, quando à periculis occaſionem in auxilium periculi conuertebant, & abuſi confidentia declinabant. Proh dignam & duram peccatori ſententiã: *Non addam*, inquit, *vt vltra vos liberem.* Et quare? Quia libertas non vobis ſuadet oppreſſionis memoria culpis repudium dicere; ſed ſtulta confidentia nouas ac deteriores culpas augere. Huc voco datum Tertullianum: *Abſit, vt aliquis ita interpretetur quaſi eò ſibi etiam nunc pateat ad delinquendum, quia patet ad pœnitendum, & redundantia clementiæ cæleſtis libidinem faciat humanæ temeritati. Nemo idcirco deterior ſit, quia Deus melior eſt toties delinquendo, quoties ignoſcitur. Caterum finem vtique euadendi habebit cum offendendi non habebit. Euaſimus ſemel, hactenus periculis noſmet inferamus, etſi iterum euaſuri videmur.* Tertullian. Arceant pericula audaciam, conſeruet diſcriminis memoria, quo tunc vrgebamur timorem: nam ſi auolauerit timor, & Numinis deficiet honor, quando ſeptimio teſte, timor hominis Dei honor eſt.

Ingentis talentorum ſummæ debitor objicitur: 160
cauſa explorata, rationeque diſcuſſa ſub haſta licere iubetur; ille verò ad precũ lachrymarumque patrocinium

patrocinium recurrens impetrauit : *Iussit eum Dominus eius venundari, & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum dicens : Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Non modico patientiæ censu opus est ad sustinendum hominem debita morosissimè compensantem, & aliena velociter prodigentem : verùm qui exorabat patientiam, inuenit misericordiam : rex namque pro generositatis ingenio remisit debitum, & exterminauit periculum : *Misertus dominus serui illius dimisit eum, & debitum dimisit ei.* Nullas ab hoc seruo exhiberi conspicias gratias ; sed vbi periculo ereptus conseruum debitorem inuenit, eum inexorabili duritie carceri illigatum tradidit : *Mist eum in carcerem, donec redderet debitum.* Immisericors Domini incurrit indignationem, & ad tribunal iterum appellatus *nequam* audit, & tortores seueriſsimos subit : *Serue nequam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me : nonne ergo oportuit te misereri conserui tui ?* Vides misericordiam adeptum, periculaque frustratum, maiora iterum incurrisse, & subisse detrimenta. Iam si scruteris, cur modò appelletur nequam, tortoribusque tradatur, eurque ipse orationis lachrymarumque vim expertus, ad eas iterum non confugerit, respondebit Origenes apud D. Thomam fuisse Dei benignitate abusum ad iterum delinquendum, ob idque desponditse animum, & desperatione aggrauasse tormentum : deliquerat malus ; sed dum Dei patientia ac benignitate abutitur, proditur peruersissimus. Origen. *Ideò*, vt arbitror, *suffocabat, quoniam à rege exierat : non enim suffocaret conseruum suum, si non exisset à rege.* Accinit ibi Chrysostomus : Chrysost. *Per hoc etiam quod dicitur egressus, ostenditur quòd non post multum tempus ; sed confestim adhuc quasi in auribus habens beneficium, in malitiam abusus est liberatione à proprio domino sibi data.* Quia vinculis non traditus, quia sub hasta non venditus plus capiebat audaciæ ; & in ipso misericordiæ confinio anhelabat iam indulgere peccato, adeoque graue crimen est exundan ia clementiæ cœlestis abuti ad fomentum humanæ temeritatis, vt miser iste ora silentio signarit, & Dominus nequitiam exprobrans tortoribus durè verberandum tradiderit. O ! vereamur diuinam indulgentiam periculo erepti, ne dum stultè confidimus, miserabiliter prolabamur. *Erui vos*, inquit, *de manu eorum, & tamen reliquistis me, & coluistis Deos alienos : idcirco non addam, vt vltra vos liberem.* Quasi dicat : Cùm nondum peccatorum ærumnas fueratis experti, erroris vestri misertus sum, at postquam clementiæ beneficium sortiti liberalitatem meam seruitutem arbitramini, supplicio vestro ostendam eruisse vos fuisse misericordiæ, non iustitiæ.

161 Miser homo dum dæmoni præbet habitaculum, pro hospitij mercede cogitur sustinere tormentum : voce priuatus est, vt dum confessionis, clamorisque orbatus medela, productore vrgeatur angustia ; verùm Christus nondum inuitatus, nondum precibus allectus, pro sua benignitate dæmonem depulit, & homini linguam, & sanitatem restituit : *Cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus:* Luc. 11. v. 14 vt affectio nomen rebus imponit, idem miraculum apud candidos fuit admirationi, crimini apud æmulos : hac Dominus occasione inducit fortiorem cum forti depræliantem & excludentem : liberatumque semel aduersario iterum parusse, & cum aliis comitibus receptasse : *Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Non sine timore, quæ textus adijcit, percipienda : *Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Quàm infelix fuit, qui sic nouissima clausit ! Et quidem censeres allectorem iterum subuenturum, ne triumphus marceret, hostisque blateraret : verùm nec prænsat arma, nec repetere curat tropæa : quia forte veritus est, ne si modò etiam nequissimi spiritus depellantur, homo plures acceptæ salutis occasione asciuerit, & Dei benignitatis abusione benignitatem ipsam infamarit : à dæmone oppressum liberauit ; sed dum liber ad plus delinquendum audet, hostibus vti reiectanea præda relinquitur, & vinculis soluendis nunquam iusta sententia illigatur : *Fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.* Euthym. Innuit Euthymius ad Math. 12. *Inuenit, inquit, priorem domum suam vacantem & vacuam Spiritu Sancto, seu virtute : præterea scopis purgatam, & mundatam, hoc est instructam ad ipsius susceptionem.* Aptiùs Seleucienſis Basilius simili in calu locutus : *Dæmon pellebatur*, inquit Basil. orat. 16. *& dæmone liberatus arma capiebat : dæmon vincebatur, & hominis mores plus sumebant audaciæ.* Plus ausus est : recepit namque alios septem primo nequiores : quia primo illo liberatus, quasi sine timore potuerit vitijs iterum inseruire, vt qui iterum propugnatorem sortiatur, & per illum liberetur ; at digno supplicio punitur audacia, dum extrema hominis gehennales occupant furiæ, & æternæ contingunt flammæ. Non seruit diuina misericordia temeritatis arbitrio, non pro libito famulatur peccantis : clementia Dei res est, ea vti potest vt bono suo : mouetur sæpissimè ad commiserationẽ ipsis ærumnis interpellatus ; verùm si recepisse sanitatem nouæ sit, grauioriſque infirmitatis occasio, misericordiam continet, & audacem flammis ardentissimis vrit.

§. XXXVIII.

Lucet regentis dexteritas, si vitiorum subueniat morbo, dissecante non vsus ferro.

SVperior medici munus gerit, & ille inter me- 162
dicos magni habendus, qui ea peritia morbos abigit, vt sine ferro cauterioque salus constiterit : secare, vt morbum scindas, est auxilium ; sed earum, & laborioſum : delinimentis, facilique pharmaco ingraueſcenti infirmitati auxiliari, medici commendat artem, & peritiam extrahit in lucem. Admirationi est ars, si non ferro & igni in belli modum vim mali edomet ; sed cum leuibus medicamentis dolorem sopiat, & ægrum sanitati restituat : seueriora artis præcepta morbis desperatis inseruiunt, mitia interim affectis partibus prosunt, & vtili adulatione dolore abacto sanitati restituunt. Serpentem morbum cauterio frænare, & ferè adæque graui dolore sopire, non est miranda peritia ; lucebit verò sapientia, si de leui medicamento graui subuenerit morbo. Huius miræ artis exemplum habes nostro in textu : Filij Israel diuturnissima idololatriæ ægritudine laborantes ad Dominum vti ad medicum recurrerunt : ille vtilissima exprobratione illos confundit, & prorsus eius auxilio priuandos adstruit : *Clamastis ad me, & erui vos de manu eorum, & tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos : idcirco non addam, vt vltra vos liberem.* Hac durissima comminatione

minatione sic eorum animos perculit, vt peccata dolenter retractarint, & omne idolum proiecerint: *Dixerunt filij Israel ad Dominum: Peccauimus: redde tu nobis, quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Quæ dicentes omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo.* Vtilissimis minis plagas anteuertit, &, ne percusserit, comminatus bellum idolis intulit, & mores Israelitarum exprobrationis pharmaco reformauit. Ita Abulensis quæstione 27. *Postquam Deus fecit istam increpationem, dixerunt: Peccauimus: redde tu nobis quod placet, & hac dicentes omnia de finibus suis alienorum Deorum idola proiecerunt.* Non medicamentorum mole vsus, non ferri operam mutuatus; sed vtili exprobratione, & indigentis suppilcij minis morbum abegit, & Israelitas sanitati restituit: vt superiores edocuerit recurrendum antequam ad plagas, ad minas, & sanitatem tentandam, antequam inflicto vulnere, vtilissima exprobratione. Videas aliquos, qui vt incussis diuexent plagis, abstinent minis, & cùm nunquam exprobrauerint delinquenti errores, durissimam sententiam fulminant, & non monitum graui supplicio condemnant. Non sic Dominus; imò vt qui suorum doluerit miserias, priùs increpat exprobratione criminis fœditatem criminis ostendit, & peccatores ostensa corripit.

Abulens.

163 Non imprudenter ab studio illo salutandi Principem destiterunt, qui inaugurandum medicæ artis agnouerunt imperitum, & curandi prorsus ignarum: *Vestimentum tibi est, aiebant, Princeps esto noster: ruina autem hac sub manu tua. Respondebit in die illa dicens: Non sum medicus.* Profectò videtur desipuisse, qui medicæ artis inscitiam, ne Princeps inauguraretur, opposuit: quid enim medicinæ cum regno, quid huius artis peritiæ cum fastigio? Si vocaretur ad depellendos languores, sapienter opponeret medicæ artis imperitiam; at cùm vocetur ad regimen, quid interest notitiâ medicinæ caruerit? Plurimum sanè, inquit Seleucensis Basilius orat. 30. nam vt imperitus medicus de cauterio, de sinapis incendio, de membrorum scissione nititur non semel opitulari saluti, quam peritus leni pharmaco, & facili remedio redintegrat, ægritudinemque persanat: sic superior ni facili remedio nouerit morbis occurrere, dignus non est fastigium dignitatis inscendere. Medicus ex vultu animi passionem agnoscit, in ægroti pulsu futura videt & præcauet: ergo regimini aptus non videtur, qui huiusmodi artis inuenitur ignarus. Basilium audi: *Periti scientesque medici tunc plus de arte cient admirationis, non cùm ferro & igni in belli modum vim mali domant; sed cùm lenibus pharmacis affecta parti adulantes agrum scitè persanant, & artis seueriora præcepta cohibent. Miti interim ab familiari quodam victu dolore sopito agrum à morbo liberum ostendunt.* Superior non est subiecti hostis; sed medicus: ergo affectæ parti adulari aliquando oportet, & pharmaci acrimoniam dulcedine delinire, & suscipienti adaptare. Ergo qui peritus non erat medicus, iure se curâ regiminis exuit, & qui inuitabat, cordatè non instituit, quandoquidem leni pharmaco vti nescius; sed ferro igneque morbum impetens gloriam innubilare solet regiminis, vt etiam non semel adaugere causas infirmitatis.

Isai. 3. v. 6.

Seleucens.

Ioannes Iacobusque Samaritanorum inciuilitate offensi ignes è cœlo trahere discupiebant, quibus illorum castigarint audaciam, & compressérint insolentiam: *Domine, vis dicimus, vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos?* Quid tunc Dominus? *Nescitis cuius spiritus estis.* Curandi ægritudinem inscitiam sugillauit, &|Ioannis 4. Quomodo Samaritanos curare oporteat, ostendit: nam cùm Samaritanæ viuam aquam offerret, eiusque culpas remotis arbitris aperiret: illa conciues suos vocat, & clamat: *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci.* Mulieris consilio Samaritani, qui olim non receperant: *Non receperunt eum*; iam obnixè rogant *Rogauerunt eum, vt ibi maneret.* Vide quàm facili pharmaco Samaritanorum cæcitatem depulerit, & ad veritatem traxerit. Nesciebant Ioannes & Iacobus efferuescentes optimam curandi artem, dum eiaculari exambiebant ignem; at Christus optimus humanarum affectionum, ægritudinumque medicus non Samaritanos contumpsit flammâ; sed sanitati restituit vndâ. Adest datus supra Basilius: *Rex Dominus noster Iesus Christus medicus, qui totus sapientia est, impietatis ægritudinē terram laborantem conspicatus, ac per mundanas deceptiones ardentem idolomaniâ, non igneos imbres cœlo deiicit, non maris fluctus in continentem impetum dare iubet, neque violentiam elementorum contra impietatem armat; sed miraculis fidem facit, & beneficentia pellicit, verbisque cœlestibus imensas animæ passiones sedat.* Ingratitudinem expertus munusculis traxit ingratos, malens, si fas est dicere, quid de auctoritate minuere, quàm de peritia detrahere: non erant tunc boni pietatis administri discipuli, cùm ignes trahere discupiebant: esset enim allatus ignis potestatis argumentum, non infirmitatis subsidium: ergo Dominus depellit morbos dissecante non vsus ferro; sed leui ac facili pharmaco: *De remediis potius*, aiebat Cassiodorus 11. var. 9. *quàm de lasione tractetur.* Læsio, etsi culpæ præciderit malum, superioris non semel sæuum euulgat ingenium, dum creditur voluisse potiùs adulari fecitati, quàm subuenisse saluti.

164

Luc. 9. v. 54.

Ioan. 4. v. 29.

Basil.

Cassiod.

Moyses, vt aquarum elementum frænarit, virga vsus est, mare percussum purpurascebat; sed ingenium non demutabat; imò scaturigine in sanguinem non pauci posteà Hebræorum infantes deleti sunt: *Eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone, & seruis eius, quæ versa est in sanguinem.* Repercussus fluminis sanguinem referebat; non tamen Pharao vel tanto sanguine viso medici peritiam deprædicauit; imò præstigiis adscripsit, & Magos idem imitari suasit: *Fecerunt similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis, & indouratum est cor Pharaonis.* Transi modo ad Dominum, qui Lucæ 8. cùm sæua tempestas nauim, qua discipuli nauigabant, naufragio tradere conaretur, in tranquillitatem vertit modico verbo furorem reprimens, & ad tranquillitatem traducens: *Increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas.* Quid tunc? virtutem Domini admirantes aiebant: *Quis putas hic est, quia ventis & mari imperat, & obediunt ei?* Si inquitas cur fuerit admirationi aqua verbo repressa, & præstigiis adscripta virgâ in sanguinem commutata. Audi Bedam apud

165

Exod. 7. v. 10.

Luc. 8. v. 24.

Beda. D.Thomam ſic aientem : *Furorem maris vt Deus verbo coërcet.* Vt viderunt aquam coercitam non repetitis virgæ ictibus, ſed modico verbo, dexteritatem rectoris allaudarunt, eiuſque virtutem nouerunt. Profecto diuerberare, ſanguinemque elicere aliquando animum indurat, & pertinaciam inflammat; at leuiter, blandéque perturbationem ſedare, & furorem cohibere eſt ſapientis medici, & ſuperioris induſtrij. Moyſes, dum diuerberat elementum, habetur præſtigiator; Chriſtus voce modica reprimens agnoſcitur Deus: & quidem qui non diſſecante vtitur ferro, & facilius ſibi ſolet animos deuincire, rationique reddere; at qui virga vtitur, vt feriat, vt ſanguinem emungat, & linguas, etſi mendaces, in ſe ad calumnias obarmat, ad criminationeſque excitat. Non negauerim opus eſſe ſæpeſæpius ſeueritate; at ad auſteriora medicamenta ſolùm veniendum eſt poſt lenia pharmaca, & poſt benignitatis remedia.

§. XXXIX.

Probroſa ſubſannatione irridendus, qui prolixum ſeruitutis pendit tributum, à quo nullum neceſſitati remedium.

166 Tertull. O *Mnia colit humanus error*, aiebat Tertullianus lib. de idololatria capite 4. *præter ipſum omnium conditorem: idola, imaginum conſecratio, idololatria. Quicquid idololatria committitur, in artificem quemque, & cuiuſcumque idoli deputetur neceſſe eſt.* Iple ſubſtructionis labor: impenſum adorationis obſequium, exhibitum ſeruitutis officium in auctorem militat, quando defatigatur auxiliatorem fictura, cuius neceſſitate adurgente eſt ope deſtituendus. Commodi lucrum quodammodò ſceleris excuſat erratum; at ſpes eluſa ruborem ingerit, & laboris ærumnam auget. Hinc cùm Iſraelitæ longiſſimis annorum tractibus idola colentes grauiſſimis depreſſi ærumnis ad Deum confugerẽt, iuſtiſſimè ſubſannauit: *Ite & invocate deos, quos elegiſtis: ipſi vos liberent in tempore angustiæ.* Premens anguſtia, quàm vanè officia collocarint, oſtendebat, pudoremque incrementabat, quando cogebantur aliunde aſciſcere ſibi ad calamitatem auxilium, cùm idolis tam longo tempore victimis, thure, & ſanguine amoris reddiderint teſtimoniũ. O quàm anxios durè feriebat illud: *Ite & invocate deos, quos elegiſtis*: cùm ſerò agnoſcerent nullum ipſis fore ab idolis auxilium, ſed illorum ob cauſam natum tormentum. Adeſt Abulenſ. q. 28. *Deus non dixit Iſraelitis iſtud iubendo eis ire ad Deos; ſed dixit increpando, & ſubſannando: nam ipſe ſciebat quòd non erant dij, nec habentes poteſtatem vllam: etiam ſciebat quòd Iſraelitæ iam hoc nouerant: nam ipſi priùs expectabant, an dij illi poſſent liberare illos in angustia, & cùm non poſſent, recurrebant ad Deum Iſrael, & tunc ad inferendum eis verecundiam, & confuſionem dixit: Ite ad deos quos elegeratis, & ipſi vos liberent.* Grauiſſimum erat anguſtiæ auctarium idolis ſtudioſè, ſolicitéque inſeruiſſe nullo alio lucro, quàm ſubſannationis probro, & ſtultitiæ argumento.

Abulenſ.

167 Decertabat Elias cum Baal cultoribus & prophetis: ſacrificuli bonem iam obtulerant; verùm cùm nullum reſponſum ederet, arbitrati ne aliqua culpa diſſimularet offenſus, ſanguine placare tentarunt: *Clamabant voce magna, & incidebant ſe iuxta ritum ſuum cultris & lanceolis, donec perfunderentur ſanguine.* Pro honore & dignitate certabant, nullique dolori, vt eorum Deus ad impertiendum auxilium ſuadere, parcebant: tunc Elias, vt dignas ab eis pœnas repeteret, ſubſannabat, & illudebat: *Illudebat illis Elias dicens: Clamate voce maiori: Deus enim eſt, & forſan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excitetur.* Quàm dirè illorum diſtorquebat corda, dum graui adeò anguſtia laborantibus dormitaſſe aſſerebat Deum! Quàm feriebat, dum poſt ſanguinis effuſionem, poſt lachrymoſum clamorem, poſt cõtractam ob clamores raucedinem, poſt cultus ac ſacrificiorum impenſas, nullum alium præter illuſionem, deſertionemque teſtabatur fructum colligendum, aut commodũ reportandum. Adeſt Theodoretus q. 56. *Cùm nihil effeciſſent, eos ludibrio habens dicebat: Eſt veriſimile eum dormire.* Vrgebantur ludibrio, nec adeò acriter illos adurebat ſanguinem fundere, quam ſubſannationem audire: vtque fuit Baalis prophetis propudioſiſſimum tot ei pependiſſe tributa, à quo nullum ipſis commodum, aut auxilium, ita ingens gloria Eliæ erat ei præſtitiſſe obſequium, à quo & in certamine flammam, & contra inimicos promanabat victoria.

3 Reg. 18. v. 28.

Theodor.

168 Pſal. 113. v. 4. *Simulachra gentium*, aiebat Pſaltes, *argentum, & aurum, opera manuum hominum: os habent, & non loquentur: aures habent, & non audient.* &c. *Domus Iſrael ſperauit in Domino, adiutor eorum, & protector eorũ eſt.* Mira antitheſi opponit Dei adiutoriũ idolorũ ſurditati: quaſi dicat: Idola non ſolùm conſtant argento & auro; ſed poſt tot impenſas, & laboriоſas exigunt operas. *Argentum & aurum opera manuum hominum*: cúmque tanta ad illorum ſibi fauorem neceſſitatis tempore conciliandum idololatriæ profuſè impenderint, ingenti pretio ſurditatem ſibi excuderunt, & ſomniũ elaborarunt, quandoquidem nec poſſunt compati, nec calamitatum tempeſtate naufragis dexteram porrigere aut miſereri; at Iſrael ſemper apparebit glorioſus, quando in eo firmiſſimam ſpem collocauit, à quo opportunum experitur adiutorium, & contra calamitates auxilium: *ſperauit in Domino; adiutor eorũ, & protector eorum eſt.* Tegit contra imminentia, adiuuat contra vexantia: vnde prudentiſſimum fuit tam cœleſti auxiliatori cultum exhibere, & ſeruitutis tributum hilariter dilargiri. Adeſt Tertullianus iam datus: *In diem ſanguinis perditionis pœnitentia parata eſt: qui ſeruitis lapidibus, & qui imagines facitis aureas, & argenteas, & ligneas, & lapideas, & fictiles, & ſeruitis phantaſmatibus, & dæmoniis, & ſpiritibus infamibus, & omnibus erroribus, nõ ſecundum ſcientiam, nullum ab his inuenietis auxiliũ.* Nullum proueniet neceſſitati remediũ ab his omnibus, quos infamis cultus adorauit, quibus pretioſos, Sabæoſque ſuffitus adoleuit, quibus inaurauit victimas, & ſacrificiorum multitudine preſſit aras. Ergo ſera huius ſtultitiæ pœnitentia illos affliget, & ipſa cæcitatis declaratione acribus doloroſæ, tardæque notitiæ moribus lacerabit.

Tertullian.

169 Deuter. 32. v. 36. Non diſſimilis ſubſannatio habetur Deuteronomij 32. *Iudicabit Dominus populũ ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur: videbit quòd infirma ſit manus, & clauſi quoque defecerunt, reſiduique conſumpti ſunt. Et dicet: vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?* Adiicit: *ſurgant & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant.* Ad inſtar ignis illos adurebat illa increpatio: *Vbi ſunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?* quandoquidem non ſolùm augebantur

tur cõfusis calamitatum voluminibus impetiti; sed illusoria confidentia vexati, veluti duobus in se ipsos altercantibus fluctuum voluminibus submergebantur miserrimè, quãdo & premebat angustia, & ipsa angustię opitulabatur stultissima confidentia: *Quasi dicat*, scribit Abulensis iam datus: *Cùm seruieritis eis tempore latitiæ, liberem vos tempore angustiæ: quia non sunt boni dij, qui non proficiunt ad omne tempus.* Præmiserat: *Quasi dicat: Apparet quod stulti fuistis, qui tales deos elegistis, qui vos liberare non possunt.* Pro telo præpilato subsannatio erat, nec poterant non dilacerari de impensis sacrificiis, de stultissima confidentia, dum circumdabantur angustia.

Abulens.

170 Psalmista iniquissimã Christi aduersariorũ consilia profert, dum de eius morte concinnatis fraudibus perpetrata vineam sibi promiserant possidẽdam, & felicitatem incrementandam: *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania:* Non sine grandi labore aranearum texebãt telas: regno illi habant, verùm dum conantur iniquis artibus illud stabilire, sibi probantur imprudentissimè auferre. Hunc esse pemtiorem huius Psalmi sensum, tradit ad hunc locum Incognitus: *Timebant locum & gentem perdere: propter quod dicebant: si dimittimus eum sic, secce totus mundus post eum abit, & sic perdemus locum nostrum & gentem: & ideò antequam inualescat, dirumpamus vincula eorum.* Nullum præter Cæsarem regem habere cõtestati sunt, vt leue iugum Christi discuterẽt; verùm ab ipso Romano imperio obsessi, & coarctati perierunt: vnde grauì pœnâ irrisionis, subsannationisq, sunt puniti, quãdo inde promanauit dignum sceleris supplicium, vnde speraram proũctum. *Qui habitat*, addit Psaltes, *in cælis, irridebit eos, & Dominus subsãnabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos.* Non erat modica pars conturbationis irrisio: nam exigua doloris flãma subsannatio. Dum omnia studiis opposita contigerunt, sera pœnitẽtia, tardaq; notitia illos vrgebat, & ardentissima rabies inflammabat: *Irrisi fuerunt à Domino*, addit Incognitus: *quoniam totum oppositum eius, quod intendebant, effecit.* Spes suas collocauerant in Cæsare: *Non habemus regem nisi Cæsarem*, succlamantes; & à Cæsare delecti sunt: Christi sceptris obsistebant, & tamen regnum eius præualuit, & omnibus detriumphatis hostibus viguit: ergo digni fuerunt subsannatione, qui eius elegerunt imperium, à quo promanauit illis excidium: digni irrisione fuerunt, dum Christo aduersantes eius militarunt triumpho, & puniti sunt lauro.

Psal. 2. v. 1.

Incognit.

§. XL.

Aliquando Deus se præbet inexorabilem; quò se præstiterit cumulatiùs misericordem.

171 *Depositum reddere*, aiebat Seneca lib. 4. de Benef. c. 10. *per se res expetenda est; non tamen semper reddã, nec quolibet loco nec quolibet tempore. Aliquando nihil interest, virũ inficier, an palàm reddam. Inuehor vtili atem eius, cui redditurus sum, & nociturum illi depositum negabo.* Non semel negare, quod imprudẽter petitur, beneficiũ fuit: nam cùm beneficium accipientis vtilitatem respiciat, vtilitas erit lanx an negandum, an concedendum trutinãs, & commendans. Furenti non erit beneficium gladium dilargiri; sed negare: mora quæ beneficium solet obscurare, dum arguit dantis lentitudinem; augebit, si accipientis cumuluerit vtilitati; foedum deprauat munus dantis ipes aut inertia, aut alicuius voluptatis vsura. Beneficij pars est lentitudo, si salubris, vt pœnitentia caulam gerens honesta obiurgatio, & confusio. Benè Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem cap. 17. *Ipsum Israel totus restituis, quoties iudicauit, toties refouit, quoties & increpuit.* Israelitæ angustia oppressi Deum pro libertate repetitis clamoribus interpellant; ille verò se inexorabilem præbet; non tamen beneficium mora corrupit; sed auxit: *Non addam, vt vltra vos liberem*, inquit: & quare? vt ipsi impetrandi difficultate stimulati idola proiciant, & delicta cõfiteantur: *Dixerunt filij Israel ad Dominum: Peccauimus: redde tu nobis, quidquid tibi placet, tantùm nunc libera nos. Quæ dicentes omnia de finibus suis alienorũ deorum idola, proiecerunt & seruierunt Domino Deo, qui doluit super miseriis eorum.* En dilatæ libertatis effectus, idolorũ videlicet depopulatio, & diuinæ misericordiæ fructus copiosior. Notauit Abulensis quæst. 27. *Non fuit frustra ista commination: nam tunc Israelitæ doluerunt magis quàm prius, etiam expulerunt idola à se, quod aliter facturi non erant.* Si eorum annuisset clamoribus, eosque retentis idolis liberasset, non allequerentur culpatum medicinam, etsi pœnarum impetrassent indulgentiã: sorderent vinculis liberi, non elutis criminibus repurgati: dum verò Deus se alperũ præbet, & quodammodo clamoribus obsurdescit, ad pœnitentiã ipsius laboris oppressio manu ducit, dignéque pœnitentes vinculo genuino absoluit. Itaque se præbuit ad speciem inexorabilem, quò se exhibuerit cumulatius misericordem.

Seneca.

Abulens.

Basil.

172 Ingens calamitas amarissimi luctus causa extitit Chananææ: finam dolori genuit: à dæmone namque occupato matri spectaculum morte erat acerbius: verùm tyrannus aduersarius cõgrediebatur cum puella, & inuisus hostis depopulabatur virtutes: puella domo exiliens peruagabatur vrbem capillis defluentibus, oculorum pellacia, oris immodestia: verecundiam omnem calamitas excusserat, & ingenium à natura pudorem hostis captinabat: ergo mater Christum adit, & tantæ auxilium calamitati lachrymis perfusa petit: *Miserere Dei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur.* Christus arcano silentio illam ad speciem vitæ medelamque differt: *Non re spondit ei verbum.* Cunctationis dilatio testabatur inexorabilem, præsertim cùm Apostolorum chorus neque arcani Dominum silentij satis sapientiam callens, nec lachrymabiles mulieris clamores ferens intercessor apud Saluatorem accesserit, ac mulieris causam tractarit: instituit mulier, & Dominus canis eam iterum vocabulo exulcerat, & ad speciem calamitatem ignominia incrementat: *Non est bonum sumere panem filiorũ, & mittere canibus.* Ingeniosè mulier Dominum arguit, & iam dilaudans fidẽ, eius arbitrio committit filiæ liberalissimus sanitatẽ: *O mulier magna est fides tua; fiat tibi sicut vis.* Ecce dilatio non erat immisericordiæ filia; sed potiùs progenies legitima humanitatis: distulit, vt cumulatiùs donaret, distulit, vt, quod potius erat, virtutis augeret laudẽ, & impertiretur simul salutem. Adest Basil. Seleucensis orat. 20. Dei nomine: *Ideò tibi gratificari distuli, vt fidẽ tuam in exemplũ proponerẽ: non hoc dicebam ex inclemẽtia; sed vt præsciens quiescebam: expectabam, dum fidei tuæ ampliudinem patefacerem: præsentes doceri volebam, quantum in Chananæa margaritum lateret,*

Matth. 15. v. 22.

Digitized by Google

toram tibi curationis mensam explico, non vt cani micas; sed vt filia panem largior. Micam Chananæa loco canis habita deponebat; at Dominus fontes benignitatis continuit; verùm vt de cane fidei & constantiæ merito transeat in filiam, eique vti filiæ explicetur lautissima mensa, nec solùm offeratur vt cani mica. O Domini misericordiam! micam distulit cani, vt panem præberet filiæ: & quo se præstaret cumulatiùs in sericordem, se ad speciem exhibebat inexorabilem.

173 Lazarus pestilenti morbo pressus decumbit, sorores Domino infirmitatē denuntiant, vtque affectum vlutiùs pulsent, vt interpellent amorem, vt conuenerint charitatem, amatum & dilectum, & morbo confitentur diuexatum: *Ecce quem amas, infirmatur.* Christus locum dat morti, sepulchro licentiam, corruptioni posse permittit, vt ij; Lazarus è viuis excedat, immoriatur: verùm quidquid moræ Christus permisit, in vtilitatem tororum, & Lazari redundauit: rogatus distulit infirmitatis medelam, sed quia plus erat mortem vincere, quàm remouere languorem; ipsa mortis productio, cōcessa languori licentia non erat beneficium denegare; sed adaugere: suscitauit Lazari filium; sed calente funere: matris vnicum vitæ restituit; sed antequā pateretur sepulchrum; at vt quod circa Lazarū fieret, totū esset singulare, vt eius mors, eius reluresctio nil commune haberet cum cæteris, in eo tota mortis vis est impleta & plena resurrectione deuicta.

Ioan. 11. v. 3.

Chrysol. *Videris*, inquit Chrysologus serm. 6. *quem admodū dat locum morti, licentiam dat sepulchro, corruptioni posse permittit: negat nil putredini, nil fœtori, atq. vt tartarus rapiat, trahat, habeat, admittit, atq. agit vt humana omnes tota pereat, & sic tanquam mūdana desperationis accedat: quatenus quod fallurus est, diuinum sit, non humanum.* Remouere languorem plures nouerunt medicinæ præsidio. Elias Elisæusque morti vim intulerunt, & demortuos suscitarunt; at solus Christus quatriduanū fœtentemque saluti, luciq; restituit, quo in Lazaro mors plenā tulerit stragē, & Lazarus singulari triūpho vinceret mo tē: ergo distulit iuuare, vt posset resuscitare, dumq; videtur ad preces obsurdescere, Lazarum disponit magnificare. *Sic facit*, ad hæc Chrysologus, *qui & viuis & mortuis cōsulturus aduenit, nec pertimescit faciendi moras, penes quem falli & effectus permanet & potestas.* Expende illud: *Sic facit, qui viuis & mortuis cōsulturus aduenit.* Si statim oratione pulsatus inuolasset, Lazarus nobilem adeo triumphum de morte nó tulisset, nec Martha resuscitaretur in fide. Ergo opportuna dilatio beneficij fuit incrementum, non probrum, dum Martha in fide, & Lazarus resuscitatur in carne. Plures sunt, qui putāt Deum preces suas contemnere: quia cùm semel, & iterum clamarint, nec impetrauere vota, nec assecuti sūt desideria; nosse tamē debuissent, non semel se inexorabilem Deum ad postulata præbere, quò beneficium adaugeat, & quod plus nobis expediat, tribuat: languorē non depulit, sed ad inferis mortuum & quatriduanum extraxit. Ergo patienter morbum sustine, languorem tolera: quia de patientia nobiliorem allequeris triumphum, & gehennæ vitabis etiam tormentum; vt ab inferis te eximat, exoratus sæpè Deus dat calamitati locum, & vrgere doloris permittit stimulum.

174 Psalmista die noctuq. clamasse, neque exauditum se refert; verū insipientiæ non adscribendum, sed prudentiæ dandū: *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi.* Quasi dicat: Minus cor datus cū forte videbor, dū

Psal. 21. v. 3.

nullum intermitto: ēpus pulsans, & clamoribus iteratis Deum interpellans, cùm tamen postulata non assequar; verùm vt non sit insipiens, qui vehementē sibi rem, quā suspirabat, clamoribus impetrauit: ita mihi non est insipientiæ vertendum clamasse, instituisse, preces diu noctuque iterasse, quandoquidē non Deū aliquando obsurdescere; sed vt ipsa lucditate possit beneficium incrementare: votis se inexorabilē præbet; sed mihi consulens, & quod vtilius, attendens. Ita Incognitus ad hunc locum: *Hoc quod clamantes non exaudiuimur, vt petunt, non est eis ad insipientiam, sed magis ad vtilitatē, sicut quod infirmus non exaudiatur à medico, non imputatur insipientia infirmi, sed ad vtilitatem. Quasi dicat: etsi non exaudiat ad voluntatem, tamen exaudit ad vtilitatem.* Vti medicus ab ægroto ardentissimis febrium æstibus æstuanti obmixis precibus, iteratis clamoribus, fusis gemitibus exoratus, vt frigidam illi concedat, non solùm precibus non annuit; sed rigidiori præcepto prohibet, vtque salutem studiosiùs procurat, dum seueriùs aquam vetat: ita Deus à nobis anxiis iteratisque precibus pulsatus votis annuit: quia nobis ipsis noxia ambimus, & mortifera procuramus; at dum postulata denegat, quæ magis oportet, parat, & exaudit ad salutem, etli non audietit ad voluntatem. Itaque vt se cumulatiùs exhibeat misericordem, exhibet se aliquando inexorabilem. Incognit.

§. XLI.

Verè pœnitens de anxietudine culpæ, cuicumque se exponit pœnæ.

INfirmus, qui salutis tenetur desiderio, medici se committit arbitrio, ipse non decernit medicamenta; sed fulciputenter medici manus vlulat gemitque, nec dolorem taxat, quia sanitatem exoptat: velle leuibus curari, medicinæ qualitatem præscribere, ēpus est temę. & infirmitati adulari: *Est plane quasi sanitia medicina*, iebat Tertullianus aduersus Gnostic. c. 5. *de sale, ello, deque cauterio, de sinapis incendio, non tamen secari, inuri, & extendi morderique idcirco malum, quia dolores vtiles adfert: nec quia tantummodò contristat, recusabit; sed quia necessariò contristat, adhibebitur: horrorem operis fructus excusat.* Dissecandi cādenti ferro animum instrumenti visus percellit; sed si serpenti contagio desideret refragari, horrorem cauterij vincet, & se optimi artificis manui tradet. Qui cum medico de remedijs pacisci tur, infirmitati auxiliatur: qui ægritudinem animitus odit, curandi modum medico non præscribit. Hinc Hebræi dum veram salubremque pœnitentiam arripiunt, dum culpam gemitibus ardēter desiderant abolere, pœnam Dei placito non refugiunt committere: *Peccauimus, reddere tu nobis, quidquid tibi placet: tantùm nunc liberanos* Dum à culpę morbo satagū: liberari, se medici arbitrio committunt, pœnis modum nec taxantes, nec præscribentes. *Quod hæc pœnitentia vera fuerit*, scribit Lyra, *patet ex sequentibus.* Salubri odio se ipsos prosequebantur, vtque dignam de se ipsis vltionem expeterent, nullām non acerbitatem amplectebantur: nec adeò vera esset pœnitentia, si apponeretur dolori modus, quandoquidem vehemens desiderium cætera incommoda despicit, & solum optatum ardet. 175 Tertull. Fructus operis laborem excusat. Lyra.

Fugiebat Dauid filij proditoris insaniam: ea namque ardebat immatura Absalon, cæcaque regnandi 176

regnandi cupiditate vt parenti necem ſuſpirauerit,& ad vitâ diſpoliandum quæſiuerit. Fugit Dauid matura prouidentia iuuenis audaciam;fugiensque in Semei incidit non mitiorem inuidiam,quandoquidem inito inter linguam manumque fœdere execrandis altera maledictis proſcindebat, & altera dura lapidum grandine diuexebat: *Maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid, & contra vniuerſos ſeruos regis Dauid.* Procacia hominis Dauidis ſerui exaſperati dignum ſupplicium intentant, verùm Dauid,qui patiebatur iniuriam,Semei tuetur cauſam, dum ad memoriam perpetrati à ſe criminis reducit offenſam: *Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini:* ac ſi dicat:Maiori dignus ſum ſupplicio, vt quitot tantiſque beneficiis a Deo acceptis eius tranſgreſſus fuerim mãdatum, ac violarim præceptum. Ergo vt cupiditatis deleam propudioſam notam,maiorem dilcupio mulctam. Adeſt Gregorius lib. 30.moral.c.9. *Quia pro perpetrato Berſabee ſcelere exurgentem contra ſe filium fugiens reduxit ad animum malum, quod perpetrauit, & æquanimiter pertulit, quod audiuit, & contumelioſa verba non tam conuitia,quàm adiutoria credidit, quibus ſe purgari,ſibiq; miſereri poſſe iudicauit:tunc enim illata conuitia benè toleramus,cũ in ſecreto mentis ad mala perpetrata recurrimus.* Addit Sanctus Doctor: *Leue quippe videbitur,quod iniuria percutimur,dũ in actione noſtra cõſpicimus,quia peius eſt,quod moremur; ſic fit, vt contumeliis gratia magis quàm ira debeatur, quarum interuentu Deo iudice pœna grauior declinari poſſe confiditur.* Dum quàm grauiter deliquerit,recordatur,quod patitur, leuiſſimum retur:non exaſperatur iniuria:quia durius, ditiuſque non percuti habet pro gratia.Hinc diſces quantũ à vera pœnitentia nonnulli diſtent, qui cùm immeritis, innumeriſque facinoribus Deum offenderint,indignanter ferunt, ſi quid aduerſum acciderit, cùm tamen debuiſſent ad detergenda vlcera auſteriora ſuſpirare medicamenta.

177 Ioſephi fratres vſque ad ſomnia inuidentiam extendunt, ex ſomnio coniiciunt cæteris anteferendum, & fitiunt ſanguinem, necem commutarunt in ſeruitutem; verùm vt noueris quàm ſibi aduerſetur malitia, quamque ſit vel ad mundialem ſplendorem conſequendum conducibilhor patientia,Ioſeph in Ægyptum ductus, ibique ſeruus, dum patienter ſuſtinet vincula, dum interpretatur ſomnia, modiperator conſtituitur in fame, & ad eum inuolant fratres neceſſitate adducti, & penuriâ ſtimulati:Ioſeph fratres nactus iras hiſtrionicè repræſentat; verùm nec ipſam iracundiæ ſimulationem ſuſtinens lachrymis non fictis actum plangit: fratres venditionis recordatione adurontur, & digniſſimum promulgant quod patiebantur: *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes angustiam animæ illius, cùm precaretur nos,& non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.* Non fortunæ adſcribunt, quam patiuntur calamitatem; ſed culpæ ſuæ vertunt,& quia iam expuncto liuore arripuerant pœnitentiam ſuæ calamitatis agnoſcunt cauſam, & approbant inflictum ſibi ſupplicium, quia iam auerſabantur peccatum. *Meritò hæc patimur.* Ita Lyra ad hunc locum: *Quoniam afflictio dat intellectum: ideò hic conſequenter poſt afflictionem fratres Ioſeph confitentur diuinam iuſtitiam dicentes: Meritò hæc patimur: vnde & ſubditur: Ecce ſanguis eius exquiritur, id eſt, vindicta de ſanguine ipſius.* Addit: *Patet etiam per hoc pœnitentia eorum de venditione Ioſeph, quam ille intendebat requirere.* Vt an verâ pœnitentiâ delere peccatum cuperent, nouerit, pœnam intulit Ioſephus, vtque vidit patienter admitti; & dignam peccatorum retributionem luſtineri, fraterna eos benignitate amplexus eſt: & quidem ni verè pœniterent, calamitatem fortunæ adſcriberent, ſe infeliciſſimos plangerent, furias inuocarent, aut illis ſe deouerent: vt plures faciunt, qui vel in ipſa vexatione cæci nolunt culpam ſuam calamitatum agnoſcere originem; ſed deplorant ſortem ſibi contrariam,& fortunam fugillant cæcam.

178 Pſaltes non modicis pœnis diuexatus animi præparationem ad illas ſuſtinendas confeſſus eſt: *Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper: quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.* Ac ſi dicat: Inimici mei multiplicantur,domeſtici obtendunt dolos, Deus peſtilentiam immittit; ergo verò ſcapulas ſubijcio flagris: quia agnoſco quam miſerum ſit deſœdari delictis:Dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper, quo adeò acriter vror, vt commodius iudicem quæuis flagra ſuſtinere, ſi eis poſſim cor exedentis cauſam doloris expungere. Adeſt incognitus: *Quaſi dicat ſecundum gl ſ ſam: ſciens me deliquiſſe, paratus ſum pœnam ; or- tare: ſatisfactio enim quæ ſtat in labore & pœna pro peccato portanda, eſt neceſſaria ad purgandum peccati venenum.* Addit: *Ideo ſi aduerſa & flagella acciaui pœnitenti,omnia patienter ferre debet qui paratus.* Quam odit animitus, culpæ oppoſitam aduerſantem pœnitentiam, & quia pœnitentia conſtat interna anxietate, & etiam ſatisfactione, doloſum flagellis nudat non indignans percuti, exambiens vel repetitis flagris purgari: *In flagella,* inquit, *paratus ſum.* Et cur non refugis flagra? *Quia dolor meus in conſpectu meo eſt ſemper.* Vt interno dolore leuetur,etſi mugiat inter medici manus, etſi vlulet de cauterio, etſi de ſinapis incendio rugiat, non ſæuas medici manus quæritur;ſed pias dicit, & gratificatur.

179 Prodigus de reditu cogitauit, & qui abſceſſerat filius rediens in ſeruorum cenſum redigi exoptat: ſurgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: *Pater non ſum dignus vocari filius tuus. Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis.* Mercenarij exercitium anxios ſecum affert labores, ſuſpirat exiguæ vernula ſemper mercedis in opere,& à mane vſque ad veſperam colluctatur cum tellure. Quomodo ergo qui ſe filium nouit, vernulam eſſe ſitiuit? Quia iam pœnitens,inquit Chryſologus ſerm. 2.ſibique redditus. *Confeſſio patrem pandit, genitorem loquitur pœnitudo: Peccaui in cœlum & coram te.* Subiicit: *Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis, & locatione annua ſeruitus innouetur, vt labore ſupplicio conducta deleatur, vt die toto in opere ſuſpiret miſera verna mercedis, vt ſit ſemper venditor ſui, nec vnquam negare ſuam valeat ſeruitutem. Et hoc petit.* Quia ſibi indulſerat inſanâ cupiditate; laudabili modò odio ſe inſectatur, & quia ſemel à patre diſceſſit, repetita ſæpe ſæpiùs ſui traditione deſiderat inſeruire.Sui ipſius honeſtiſſimus aduerſarius ſuſpirat laborem, quia inimicatur ſibi operanti iniquitatem. Ergo dum ad pœnitentiam inuolat, laborum non refugit ægrimoniam; imò ſolicitauit ſibi moleſtiam.

a.Reg. 16. v.5.

Gregor.

Incognit.

Lũc. 15. v.18.

Chryſol.

Gen 42. v.21.

Lyra.

§. XLII.

Vrgente angustia plura promittimus, quæ transactâ minime implemus.

180 Plato. Seneca. DIfficilis, aiebat Plato apud Senecam lib. 4. de Benef. capite 33. *humani animi coniectura est.* Addit Socius: *Omne hac via procedit officium, sic ferimus, sic nauigamus, sic militamus, sic vxores ducimus, sic liberos tollimus, cùm omnium horum incertus sit euentus.* Ferè omnia promissis non respondent; sed spes eludunt; imò non semel contrarium pariunt euentum; verùm etsi rerum omnium sit promissio fallax, illorum præcipuè claudicat fides, qui aliqua oppressi angustia promittunt: hi namque tardè aut nunquam fidem suam liberant, & promissionem honorant vt enim qui equuleo à carnifice diù cruciatus & tortus delictum confessus est, fidem non facit, nisi extra torturam confirmet: tunc namque dolore victum persuasus, non veritatem confessus; ita qui doloris torturâ promiserunt diuexati, putant promissione non teneri, quasi tunc non promiserit homo; sed labor, & angor. Quid non promiserunt Israelitæ calamitatibus fracti, & durissimis aduersitatibus impetiti? Ad Deum recurrunt: sed ab eo vt qui sæpè sæpiùs fidem fregerint, promissionesque violauerint, repelluntur; verùm repulsi instant, & nequaquam iterum, si semel his liberentur anxietatibus, idolis exhibendum cultum asseuerant: *Peccauimus: redde tu nobis quidquid tibi placet, tantùm nunc libera nos* Id est, si hac tantùm vice nos tot calamitatum vorticibus naufragosin portum duxeris, idolis vale dicemus. Hunc esse penitiorem huius sententiæ sensum tradit Abulensis quæstione 28. *Tantum nunc libera nos: quasi dicant: si iterum peccauerimus, nunquam nos liberes:* id est, si modò auxilium tuum fueris imperitus, eo iterum non egebimus, vt qui fixè, firmiterque proponimus idolis nunquam inseruire; sed animitus abiurare. Promissionem audis: violatam sæpe sæpiùs intuere: *Rursum filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini.* Felicitate arridente, iugo excusso, firma iam salute obliti sunt promissionis, quasi illam non tam deuota ediderit voluntas, quàm extorserit grauis necessitas. Quæ non promisit à morte iam iam vorandus, & deglutiendus? Quæ non vouit periculis circumseptus? Sed cum periculo promissionis deletur memoria, & in contrarium transeunt promissa.

Abulens.

181 Iudic. 11. v. 9. Cùm Israelitæ Ammonitarum agmine premerentur, Iephte adierunt, illæ iustæ pepercit indignationi, vt subueniret necessitati; ea tamen conditione, vt detritis iam hostibus, & abactis assumeretur in Principem: *Si verè venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester Princeps*: illi sacramento se obstringunt promissis standi, & quæ modò vrgente necessitate promiserint, adimplendi. *Responderunt ei: Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa facimus.* Quid opus fuit iuramento se obstringere, quando satis videbatur simpliciter id asserere homines præcipuè tantæ auctoritatis, & fidei: Non fuit otiosum iuramentum, inquit Caietanus: quia cùm de more pluta homines promittant vrgente necessitate, quæ posteà ingratitudine compensant, aut obliuione affectata obliterant, oportuit Deum adducere in testim, ne Iephte verbis diffideret: *Deum testem ac iudicem inuocant, si non fecerint secundum verbum Iephte.* Homines erant magnæ auctoritatis; verùm & necessitate modò compulsi: ergo promissam fidem iuramento confirmarunt, vt omnem sic suspicionem abigerent, & dubietatem repellerent.

Caietan.

182 Filij Israel Sinai fumante eo timore perculsi sunt, vt cunctis artubus trepidarent, & ingens sibi periculum imminere cognoscerent. Ergo vt euitarint periculum, à se nullo modo tranigrediendum asseuerauere mandatum: *Cur moriemur, & deuorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus vltra vocem Domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audiuimus, & possit viuere?* Addunt Moysem alloquentes: *Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisque ad nos, & nos audientes faciemus ea.* Vides hìc firmiterque promittere se omnia facturos, nec vnquam ab eis Domini præceptum violandum, aut mandatum transgrediendum; cùm tamen vbi abscessit metus, vbi sacrum illud flammarum incendium non deterruit animum, nec fulgurantibus radiis pulsauit aspectum idololatriæ studuerint, & exquisitissimos ac peregrinos idolorum modos excogitarint; à se ipsis prorsus alij erant ardentem ignem intuiti, & ab eius visu remoti. Opportunè Oleaster hìc ad mores: *Mentiuntur isti: quoniam ratò homo seruat, quæ ex timore promisit: vnde Dominus futurorum præscius verba eorum commendat; cor tamen in posterum formidolosum in eis desiderat, sciens quàm citò omnium horum obliuiscentur.* Deus illorum sententiam approbauit: *Benè omnia sunt locuti*; ostendit tamen abiente timore illorum mentem de mutandam, & promissionem prorsus eludendam: *Quis det talem eos habere mentem, vt timeant me?* Ac si dicat: Dum acet timor illorum animos pulsat, nihil non promittent, vt promissis timoris caulam depellant; ac si timor abscesserit, promissorum obliuiscentur, & in contrarium transibunt. O quot videbis glisscente morbo, mortisque tamiam appetente periculo vitiis abrenuntiantes, & se virtutibus spondentes; qui tamen, si effloreat salus, si abscesserit morbus, promissionis non recordantur; imò, vt illud tempus, quo infirmitate laborarunt, vitiis restituant, cæciùs delinquunt, & pœnitentiæ pœnitentiæ studiosiùs incumbunt. Adde aliquos facillimè promittere; sed eadem facilitate promissionem frustrare: conantur animum sibi allicere promissione, dum mentiuntur officium; recusant tamen impletionis incommodum.

Exod. 24. v. 7. Oleast.

183 Matth. 21. v. 28. *Homo quidam*, aiebat Dominus, *habebat duos filios, & accedens ad primum dixit*: *Fili, vade hodie, operare in vinea mea: ille autem respondens ait, nolo; posteà autem pœnitentiâ motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter; at ille respondens ait*: *Eo, Domine, & non iuit.* Non ait, vadam; sed, eo: quasi eâ promptitudine obedire gestiat, vt vel exiguam moram rumpere exambiat; at dum patrem vocat dominum, dum accelerare simulat gressum, tam longè est ab obedientia, quàm proximus sit fallaciæ: *Multi*, inquit Theophylactus ad hunc locum, *etiam hodie pollicentur Deo, & Patri monachos se futuros fore, vel sacerdotes; post promissionem autem negligentes sunt.*

Theophyl.

Morbo

Morbo discriminique opponunt religionis studium; posteà verò obliuiscuntur propositum.

184 Cùm Nabuchodonosor ferè immenso exercitu, milite copiosissimo, & armorum vi Ierusalem subiugasset, Ioachimque regem in Babylonem transtulisset, Mathathiam regem constituit, vt qui interposito sacramento perpetuum seruitium, & tributum promisisset: *Constituit Mathathiam patruum eius pro eo, imposuitque ei nomen Sedeciam.* Hic cùm iam Reipublicæ status pace frueretur, cùm longè abesset Nabuchodonosor, promissionis de industria oblitus, non solùm tributum non pependit, sed officium omne negauit: *Recessit Sedecias à rege Babylonis.* Ab illo rege recessit, qui eum ad regnum extulerat, qui glorioso Sedeciæ vocabulo nobilitauerat. Sedecias namque iustitia Domini interpretatur: promiserat seruitium, vt imminentem captiuitatem frustraretur, vt insulas dignitatis aditet, vt regio throno sp̃lenderet; at vbi credidit pericula iam abacta, & promissa denegauit tributa: *Imposuit nomen ei Sedeciam*, scribit Lyra, *quod interpretatur iustitia Domini: fecit enim rex Babylonis eum iurare per Dominum, quòd seruaret sibi fidelitatem, & tributum redderet, vt habetur 2. Paralipom. 36. & propter hoc sic vocauit eum, vt esset memor iuramenti, quod sibi fecerat, sicut iustum erat.* Addit Lyra: *Recessit Sedecias veniendo contra iuramentum suum.* Emit iuramentum, cùm adurgebat calamitas, iuramento se obstrinxit, cùm ambitiosa inflammabat cupiditas; at iam periculo abacto, desiderioque impleto non solùm tributum non pependit; sed exercitium instruxit. Profectò historiæ penicillo mirè depinxit sacra scriptura, quod ambientibus, & pericitantibus accidit. Quid non promittit dignitatis voluptatisue cupiditate adductus, & desiderio inflammatus? Quid non vouet iuramentoque firmat vrgenti periculo territus, & timore acri percussus? At abactâ procellâ, expletâ cupidine, obtentâ iam dignitate, iuramentum æterna obliuione tumulat, & promissionem ignora

4. Reg. 24. v. 17.

Lyra.

§. XLIII.

Suspecta sit pœnitentia, si occasioni mansit vicina.

285 Blesens. PŒnitentia teste Blesensi lib. de peregrinat. Ierosolymit. est; *Cœlorum scala, reconciliatio pacis, acquisitio vitæ, vitiorum abolitio.* Pœnitens bellum vitiis infert, & triumphum consequitur, si penitus aboleuerit: inuisceranda est animo pœnitentia, & si fas est dicere, vel in ipsa securitate amplectanda. Cecidit Adamus, verùm adeò immortali odio delictum suum prosecutus est, sic prolabi iterum veritus, vt si fas est dicere vel in ipso cælo suam pœnitentiam non taceat. Audi ex Tertulliano lib. de pœnit. capite 12. *Ipse & stirpis humanæ, & offensæ in Dominum Princeps Adam exomologesi redimitus in paradisum suum non tacet.* Securus degit, verùm ac si periculum aliquod præcordia solicitaret, pœnitudinem loquitur, non quia iam doleat; sed vt filios ad pœnitendum erudiat: cúmque veluti immortalem pœnitentiam oporteat arripere, omnis culpæ species quàm diligenter fugienda est: nam alius prorsus videtur animus ab occasione remotus, eique vicinus. Dum serpens virginea adsumpta faciet oculorum adulatur pellacia, dum adulationibus ferit aures, dum gesticulationibus seueritatem emollit, vel Samson cedit, etsi leonem sæuissimum fortis occiderit. Quam benè Seneca de tranquil. anim. cap. 5. *Nec accedendum eò, vnde liber regressus non sit: his admouenda manus est, quorum finem aut facere, aut certè sperare possis. Relinquenda quæ latius actu procedunt, nec vbi proposueris, desinunt.* Non solùm pes in vincula non est coniiciendus; sed nec accedendum loco, vnde liber non sit regressus: & quidem plures, qui elusi facilem sibi promiserant exitum, imprudenter ferè inextricabile sustinere coguntur vinculum. Dignior pœnitentia non solùm armatur in peccatum; sed in periculum. Hinc discès, cur Deus Israelitis clamantibus salutem non promiserit, quousque perfectioris pœnitentiæ arrepto patrocinio renuntiarunt prorsus idolo: *Non addam vt vltrà vos liberem*, minabatur Deus. Quid tunc? *Dixeruntque filij Israel ad Dominum; Peccauimus: redde tu nobis quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Quæ decentes omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt.* Suspecta fuisset pœnitentia, si idola intra illorum terminos remansissent; at dum confringunt, dum prorsus demoliuntur, dum quàm longè abiiciunt, pœnitentiam honorauerunt, & sibi prouidentissimè consuluerunt. Adest Lyra: *Quòd hæc pœnitentia vera fuerit, patet ex sequentibus.* Concinit Theodoretus quæstione 17. in Iudices: *Clamauerunt ad Deum conseruatorem seipsos accusantes quòd relicto beneficio, ac vero Deo & Domino falsos deos consuluissent... Non addam, inquit, vltra, vt liberem vos: ite & inuocate deos, quod si si vobis elegistis, & liberent vos in tempore afflictionis vestræ. Vbi, inquam, suas iniquitates confessi sunt, alios quoque deos abstulerunt è medio seruientes Domino, beneficientiam eius perseuerunt.* Clamantibus negasse videbatur misericordiam idolis non detritis, quasi hoc non tam esset beneficium impertiri, quàm naufragio tradere: occasione præsente clamor non videtur pœnitudine culpæ genitus; sed temporali ærumna suasus: ergo salutem Deus non promittit tueri præscius quàm validè occasio inrationem monerit deprælianti. Fugienda est omnis periculi proximitas: quia vel inficit, vel robur extenuat, vel prudentiam fascino pestilenti euigorat.

Seneca.

Lyra. Theod.

286 Deus lucis artifex, dum eam condidit, à tenebrarum caliginibus separauit: *Vidit Deus lucem quòd esset bona, & diuisit lucem à tenebris.* Ipsa lucis natura sic tenebris aduersatur, vel illarum semper existat exitium. Quid ergo quæ ipsis essentiis constat disiungi, necessum fuit accuratè separare? Ad nostram eruditionem putat Basilius homil. 2. in Genes. magnum hîc documentum exhiberi: nam etsi lux tenebris animitus aduersetur, eam nihilominus Deus longo interuallo disiunxit, ne de tenebrarum confinio splendor obtenebresceret, & radiorum nitor langueret. Basilium audi: *Naturam ipsarum talem effecit, vt misceri non possint, oppositaque sint perinde atque contraria: nam maximo interuallo eas seiunxit.* Vt lux diuinis oculis perfectò integroque splendore placuerit, à tenebris quàm longissimè seiungatur: esset namque proximitas si non periculo, probro. Euchetius putat in tenebris apostatas Angelos designari, in luce morigeros, hîcque symbolicè referri, quod Ioannes 12. Apocalypsis explicatiùs tradidit

Genes. 1. v. 4.

Basil.

didit: pugnabant illic Michaelis copiæ cum draconis phalangibus, versutas serpentis detriumphaerunt insidias, vtique nobilior splenderet victoria, non solùm coronati sunt triumpho; sed interuallo: *Proiectus est draco.* Angeli pro veritate stantes semel deuicto dracone iam periculi prorsus splendescebant expertes, immarcescibilique lauro nobiles, & tamen non solùm curarunt vincere; sed depellere, quasi ipsa vicinitas triumphi esset iniuria, & tranquillitatis offensa. Audi Eucherium apud glossam ad Genes. 1. *Diuisio lucis à tenebris boni Angeli separati à malis.* Michael non solùm reportata gaudet victoria; sed & inimici distantia: *Proiectus est draco.* Vt discas ad planam victoriæ pompam oportere non solùm hostem deuicisse; sed quàm longè propulasse: si enim occasio titillarit, si adhuc delinquendi opportunitas allexerit, virginem non reportabis victoriam; sed ipso periculo constupratam.

Apocal. 12. v. 9.

187 Herodes recèns nati Domini proclamatione perculsus adeò insaniuit, vt ad fraudes confugerit, vt promiserit adorationem, quo faciliùs perpetrare quiuerit necem, verùm vt nulla sunt humana consilia contra diuina decreta, Angelus Iosepho apparet, & charissima illa pignora in Ægyptum quàm citiùs deferte iubet: *Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph dicens: surge & accipe puerum & matrem eius & fuge in Ægyptum, & esto ibi vsque dicam tibi: futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Non timebat Herodem, qui vt infans erat timoris expers, & vt diuinus omnipotens; verùm quia nos suis venerat exemplis instruere, vsque ad Ægypti regionē nullatenus Herodi subiectam; imò nec ditioni proximam, voluit contendere. Fugam arripuerat Dauid; sed in vicinia mansit; at Christus longiùs aufugit, edocens eos, qui Herodis truculentiam cupiunt euadere, longissima interualla disponere, quandoquidem periculo proximus, non tam videtur fugere, quàm amare. *Dum migrat,* inquit Chrysologus serm. 150. *non vicinæ gentes, non finitimæ sufficiunt regiones; sed in Ægypti tristem locum, exterrem habitu, lingua, moribus barbarum procuratur exilium: Accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Distantissima regio cæleste publicabat decretum, solicitumque Iosephi asseruandi puerum & matrem commendabat studium. Certè exigua interualli distantia esset amoris, & solicitudinis nota, quando quod plurimi æstimatur, ab vmbratili etiam suspicione periculi eximitur: qui hosti substitit vicinus, non tam videtur periculum timere, quàm conscientiæ morsum sopire.

Matth. 2. v. 13.

Chrysol.

188 Dauid ob perpetratum scelus à propheta redargutus, & à proditore collecta manu ad mortem indagatus pedes fugit, & pœnitentiæ formam pœnitentibus expressit: *Egressus rex, & omnis Israel pedibus suis fletit procul à domo.* Addit textus: *Porrò Dauid ascendebat clivum olivarum scandens, & flens nudis pedibus incedens, & operto capite.* Cùm plures Dauid paterent viæ non sine mysterio oliuarum montem inscendit, ex quo Chrystus Dominus ad cœlū viam arripuit, triumphumque consummauit: illuc se pœnitens contulit, vbi & periculum remotius, & cœlum vicinius. Notauit Cyrillus Ierosolymitanus catechesi 2. *Beatus Dauid, quamuis audiuerit Dominum transtulisse peccatum ipsius non abstinuit tamen à pœnitentia.* Subnectit post aliqua: *Porro cum Absalon aduersus illum arma cepit, quamuis multa illi ad fugam via pateret; per montes tamen oliuarum fugere maluit, fermè innocans mente liberatorem illum, qui istinc cælos erat ascensurus.* Ecce fugiens elongauit, ecce ad eum verticem se contulit, vnde valeret triumphare, & nequiuerit perire. O quàm verâ solidáque pœnitentiâ perpetratum scelus videbatur abradere, qui ad misericordiæ montem maluit confugere! Plures illi ad fugiendum patebant viæ; elegit tamen oliuarum cliuum, quia & misericordiæ ænigma, & Dominici triumphi pompa. Certè dum misericordiam exercet, dum ad diuinam etiam misericordiam confugit, dum longam distantiam prouidus interponit, futuris exemplum pœnitentibus existit: non aduritur ardentibus pœnitentiæ flammis animus, si à culpa non distet: nam qui vere pœnitet, occasioni nunquam manebit vicinus, ne & lapsui probetur obnoxius.

2. Reg. 15. v. 17.

Cyrill.

Mulier illa magna vt serpentis astutias fugâ eluderet, se ad solitudinem contulit: *Mulier fugit in solitudinem*; verùm draco ad terram pulsus, & per terram turpi incessu voluptatus mulierem insequitur: *Persecutus est mulierem:* mulier veloces aquilæ mutuatur alas, & iam serpens spebus destitutus torquetur, & prælium aliorsum vertere obnititur: *Abiit facere prælium cum reliquis.* Inquires, cur se modò ad alia prælia conuerterit, qui meliorem nuper eminere procurauit? Si modò despondet animum, cur antea adorsus est prælium? aut si anteà adornabat prælium, cur modò despondet animum? Quia anteà mulier adhuc degebat in terra, quà serpens reptat; modo verò aera tranat, quo serpens nequit ascendere. Ergo etsi fugientem viderit, improbas spes non abiecerat, dum proximam terræ nouerat; at dum longa fuga intuetur distare, cogitur ab inceptis desistere: *Mulier priùs fugit quasi pede*, inquit Hugo Cardinalis, *& quasi adhuc amans terrena; sed sub Deo modò volat: quia iam pedibus non tangit terram.* Serpens terram inhabitans non veretur terram tangentem: quia de periculi proximitate confidit; at mulier & venenatum serpentis caput conterat, terram deserit, & veloces ad inuolandum pennas assumit. Disce, si fugam cupis consummare, proximè non subsistere; sed quàm longè à fraudibus serpentinis distare.

189 Apocal. 12. v. 6.

Hugo.

§. XLIV.

Salubris cunctis probatur electio, quam non inclinationis suffragium; sed virtutis perfecit meritum.

190 EA est salubertima cunctis electio, vbi electores tenentur gratias rependere, quia electus admisit: nam vbi electus grande accepit beneficium, non adeò generale fulcitur commodum. *Dignitas*, aiebat Cassiodorus 5. var. 4. *quæ nec diuitiis, nec solis natalibus inuenitur; sed tantùm eam doctrina cum coniuncta potest impetrare prudentia: nam licet in honoribus alios beneficia conferamus, hinc semper accipimus.* Meritis exhibitum munus, non natalibus, aut diuitiis, generalitati inuenitur commodum, nec tam electus gratias debet agere, quàm accipere: pensanda sunt munia, & cùm viribus accipientis taxanda; alioquin electio suffragabitur calamitati, non salu-

Cassiod.

luti.

Digitized by Google

Seneca. luti. Quàm benè Seneca de tranquillit. c. 5. *Æſtimanda ſunt deinde ipſa, quæ aggredimur, & vires noſtræ cum rebus, quas tentaturi ſumus, comparandæ: debet enim ſemper plus eſſe virium in latore, quàm in onere: neceſſe eſt enim opprimant onera, quæ ferente maiora ſunt.* Vbi dignitas cum eligendi meritis ac virtute non confertur; ſed pro eligentium affectione præſcribitur, multorum ſaluspericlitatur.

Onera ferè maiora vires premunt, & ſalutem extinguunt.

Iſraelitæ eum contra Ammonitas decreuerunt ducis munus ſubire, qui cæteris audacior, & fortior. Multi erant Principes; verùm vbi de ſalute publica agebatur, præualuit meritum, non cognationis, aut diuitiarum ſuffragium. *Dixerunt Principes Galaad ſinguli ad proximos ſuos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.* Hîc eligebatur ſtrenua audacia, & audax peritia: quia ingens inimicorum copia cogebat ad eligendum,

Abulenſ. non ad affectibus adulandum. Adeſt Abulenſis quæſt. 29. *Qui cœperit pugnare, & obtinuerit contra illos, vel aederit aliis audaciam pugnandi, erit dux populi Galaad.* Addit quæſt. 30. *Quia nullus iſtorum Principum Galaaditarum erat vir fortiſſimus corde, nec in bellis inſtructus ad hoc quod efficeretur dux, ideò concordauerunt poſteà, quod nullus eorũ pugnaret vt dux.* Si nobilitati munus deferretur, ſi eligeretur diues, periret populus, ipſaque electio aduerſariis opitularetur, dum ignauus ſtrenui ſortitur locum, & dehonorat dignitatis faſtigium; at vbi fortiſſimus robore, vbi bellicæ artis expertus quæritur, periculo occurritur, & triumphis populus coronatur.

191 Pharaonis filia Moyſem delegit in Principem eius pulchritudine illecta, affectioneque perſuaſa: *Adoptauit in locum filij.* Si quod ad hanc electionem præceſſerit meritum, inquinas, inuenies pro Moyſe ſolum extitiſſe voluntatis ſuffragium, non rationis conſilium: *Maſoreta eius ait: De infantibus Hebræorum eſt hic.* Grandis factus in deſerto omnium agebat curam, cùm illum Deus populi ducem delegit, & felicem electionis exitum oſtenſo rubo inter ipſos ignium vortices flortulento clariſſimè præſagiuit: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Itaque idem Moyſes ab Ægyptiis, Deoque eligitur; verùm diſſimilimis electio contrarium prorſus effectum ſortita eſt: Moyſes namque apprehenſa virga inter confuſa fluctuum volumina peruium iter Hebræis aperuit, & Ægyptiis naufragium miſerè attulit: nec mirum, quandoquidem Ægyptus in Principem illum elegit non ob meritorum ſuffragium; ſed ob mulieris affectum; at Deus ad dignitatem euexit non inclinationis conſilio; ſed virtutum merito, vt conſtaret omnibus electionem virtutibus approbatam eſſe generalitati opportunam, & cæcutientibus ſolũ affectibus editam non ſemel omnibus perniciosam. Moyſes Ægypti Princeps electus mulicbri affectu, & inclinationis calculo fuit Ægyptiorum ſtrages, & regni luës: *Expende quæſo, quanta ſit dignitas ſanctè Moſeh,* inquit Oleaſter hic ad mores, *Quem Deus ſic euexit, vt Deum Paroch conſtituerit.* Addit Seluciensis Baſil. orat. 9. *Cum ſuccreuiſſet infans, ad ſues trãſfugit, & regiæ dignitatis ſpes excutiens Abrahami cognationem affectauit, immiſſique diuitiis tiam paupertatem duxit potiorem.* Electus ob virtutem, autique contemptum virgam prænſauit magicos dracones deuorantem, nec à rectitudine diſcedentem, at electus ob inclinationem & eligentium pernicies, & totius extitit Ægypti peſtis.

Exod. 2. v. 10.

Exod. 7. v. 1.

Oleaſt.

Baſilius.

Deus cum Samuele & inaugurando rege diſ- 192
ferens, iubet cornu ſacro vnctionis oleo implere, & ad Iſai domum greſſu celerrimo properare: Propheta diuinis obſequens iuſſis domum intrat, & peracto ſacrificio ad electionem ſe comparat: Eliab cæteris fratribus maior ſic prophetæ oculos rapuit otis elegantiâ, & commendabili corporis ſtatura, vt illum eligere feſtinarit: *Cùm ingreſſi eſſent, vidit Eliab, & ait: Num coram Domino eſt Chriſtus eius?* Dominus prophetam properantem detinuit, & vultus decore quodammodò captum coarguit: *Non reſpiciat vultum eius, nec altitudinem ſtaturæ eius: quoniam abieci eum.* Eligendus erat, qui populo non modicis calamitatibus laboranti ſalutem afferret, qui hoſtilem truculentiam reprimeret, qui virtutem factis nobiliſſimis commendaret; aut namque oraculum: *Prouidi in filiis eius mihi regem:* ergo arcetur omne inclinationis ſuffragium, omne affectionis ſtudium, quandoquidem ob inclinationem electus eſſe non poterat ad populi ſalutem prouiſus. Dauid, in cuius electione ipſe pater omnis affectionis expers inuentus eſt, omnibus inungitur ſalutaris: & quidem nequibat non eſſe ſalubertima cunctis electio, quam nec cognatorum ſolicitudo aurumue emerat, nec affectio eligentis procurauerat: Dauid ob merita electus omnibus habetur proficuus, Eliab haberetur aduerſus: *Conſpectum hominem,* inquit Baſilius Baſ. iuñ. Seluciensis orat. 14. *humanis menſus oculis miratur; ſed gratia, quod videbatur, repudiabat decreti diuini gnara.* Adnectit: *Cornu inuergens reiectaneum, vt vngeret, cogebat; ſed oleum fluere recuſabat, ne cum errante prophæta faceret.* Errabat quidem propheta dum ambiebat ad communem elegiſſe ſalutem, & naturalem ſequebatur ſolum inclinationem; at oleum diuini decreti de eligendo ad omnium ſalutem Principe gnarum reſtitit inclinationis violentiæ, vt obſequeretur gratiæ: Dauid, in cuius anima omnigenarum vernabant virtutum prata, fuit calamitatis medela, Eliab fortè extitiſſet ruina: adeò infauſta eſt electio, qua inclinationis, gratitudinisue ſolicitauit affectus, fauſta adeò, quam electi perfecit virtus. Adde eum, qui prouidere cupit Reipublicæ commodis, ſic ab omni degeneri adfectione expurgandum, vt ſi concurrant plures eiuſdem meriti, eum eligat, cum quo nulla conſanguinitatis neceſſitudo, aut ob neceſſitudinem interceſſerit inclinatio.

1. Reg. 16. v. 6.

Cũ Moyſes populi sũma ingratitudine afflictus, 193
& duris laboribus diuexatus, regiminis particeps, non, vt fieri aſſolet, fucatis; ſed veris obſecrationibus à Domino poſtulaſſet, iubet Deus ſeptuaginta ſenes deſignari, quos ipſe ſpiritu priùs ornatos ad dignitatem extulerit: paruit Moyſes, & *Congregans ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael fecit eos circa tabernaculum. Deſcenditque Dominus per nubem, & locutus eſt ad eum, auferens de ſpiritu, qui erat in Moyſe, & dans ſeptuaginta viris:* Electione peracta duo viri, qui in caſtris remanſerant, eodem ſpiritu prophetauerunt afflati: *Remanſerant autem in caſtris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, ſuper quos requieuit ſpiritus: nam & ipſi deſcripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum.* Quærunt interpretes, cur hos duos viros ſpecialiter Moyſes non duxerit, & cur Deus non ductos eodem ſpiritu ac reliquos nobilitarit? Reſpondentque fuiſſe Moyſis fratres, quos, etſi non inæqualis meriti

Numer. 11. v. 24.

agnoſceret,

agnoſceret, deferre ad tabernaculum recuſauit, vt omnem humanæ affectionis ſpeciem in eligendo vitaret; Deus attamen, ne electoris fratres dignitate, quam aliàs merebantur, careret, illos addit numero, & nobilitauit dignitatis priuilegio. O quam optimum vterque Moyſes videlicet & Deus optimæ politices perſtiterunt exemplum, Moyſes, dum ſuos non euexit; Princeps, dum adminiſtri fratres alioquin benemeritos dignitatis inſulis nobilitauit: *Iſti duo*, inquit Hugo Cardinalis, *ſecundum Hebræos erant fratres Moyſi ex parte matris, non patris.* Ipſe effectus ſpiritu dignos oſtendit; Moyſes tamen omnem adfectionis ſpeciem fugit malens extraneum adæque benemeritum eligere, quàm conſanguineum, erga cuius electionem verſatur ſemper iuſpicio, ad dignitatem euehere; at Princeps adminiſtri modeſtia allectus, & ipſorum meritis perſuaſus eius fratres honoribus amplißimis nobilitauit, & dignam Moyſi pro tot exantlatis laboribus mercedem ſoluit.

§. XLV.

Ad depellendam calamitatem oportet diuinam opem implorare, & dexteram ad operationem extendere.

194 SIne cœleſti ope in vanum laborauerunt, qui ciuitatē ædificarunt; ſed & præſenti diuino auxilio opus eſt animum erigere, & inertiam omnem depellere. Implorare manibus otioſis ſubſidium, non eſt petere; ſed tentare. Qui ſuis viribus fidit, qui de prudentia, induſtriaque præſumit, periculum ſibi creat, & calamitatem imprudenti audacia maturat. Qui totum Numinis committit auxilio, patet aduerſariorum triumphis, & & obiicitur prædis, ni eruatur miraculo; ille verò prudentiam honorat, qui Dei ſic implorat opem, ac ſi nullo humano vteretur medio, & ita ſolerter, induſtriéque opportuna adhibet media, ac ſi cœleſtia non cogitaret auxilia: *Nos decet*, aiebat Caſſiod. Caſſiodorus Pontificem alloquens 11. var. 2. *cuſtodire aliqua; ſed vos omnia.* Animum inducebat ad pro viribus laborandum, & nihilominus exiſtimabat orationibus ſanctorum omnia fulcienda, & cœleſti auxilio firmanda: ob orationes prouenturam ſperabat felicitatem; non tamen intermittebat ſolicitudinem: *Nos docet*, inquit, *cuſtodire aliqua; ſed vos omnia.* Contrariari ſibi videtur, dum aliis omnia delegans, ſibi aliquid vendicat, & dum ſibi aliquid vendicans omnia orationibus applicat; verùm docuit ſapientiſſimus Princeps Numinis auxilio omne adiectibendum; ſed ab opere non ceſſandum. Ita videntur peregiſſe Iſraelitarū principes, dum recurrunt ad diuina patrocinia, & diſponunt ſolicitè caſtra: *Dixerunt filij Iſrael ad Dominum: Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet, tantùm nunc libera nos:* ſubiungit textus: *Cõtra quos* (hoſtes) *congregati ſily Iſrael in Maſpha caſtrametati ſunt.* Fidentes à Deo fruſtrandum periculum copioſum diſpoſuerunt exercitum: vt enim temerarium eſt recurrere otioſis manibus ad miraculum, ſic eſt impium humanis ſolùm ſpectatis viribus fortunatum promiſiſſe ſibi ſucceſſum: *De conuentu bellico faciendo*, ſcribit Arias Montan. Montanus, *atque conſilio aduerſus hoſtem capiendo ſtudiosè ac diligenter actum eſt; ea verò celebritas & frequentia apud Maſphamſine Miſpham habita eſt, qui locus ab altitudine & eminentia nomen acceperat.* Omni ſtudio per excurſores in vnum locum recipi Iſraelitas iuſſerunt; & ad Dominum conclamarunt: nec ſua illos fefellit opinio, quandoquidem, vt videbimus ſequenti capite detritis inimicis triumphalibus redimiti ſunt lauris.

Dauid ſtrenuus miles contra gigantem prodit in 195
campum, & cœleſte ſibi inuocat, creditque affuturum auxilium: *Ego venio ad te in nomine Domini* 1 Reg. 17.
exercituum Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti hodie, & dabit te Dominus in manu mea. Totum v. 45.
gratiæ adſcribit, ſed nihilominus lapidem in vſum certaminis præparat, & fundam aptat: *Miſit manum ſuam in peram, tulitque vnum lapidem, & fundā iecit, & circumducens percuſſit Philiſthæum in fronte.* Dum armorū auxilio nimis fidit Philiſthæus, iacet ab inimico proſtratus, Dauid vincit, dum cœlum in auxilium vocat, & fundam lapide obarmat. Adeſt Baſil. Seleucienſis orat. 15. *Verborū fuſtui* Baſil.
Dauid auxiliatorem, quem promulgabat, opponebat, oſtentans illi de cœlo aduerſarium, prædicens victoriam, & eum victor conteſtatus: gratus ſeruus, qui vel ante operam operis fructum offert Domino. Subiungit poſt pauca: *lingua de fide cum incredulo diſputabat; manus autem fundā in vſum certaminis pro fide ſuſcepti aptabat.* Potitus eſt glorioſè triumpho: quia nihil omiſit ex his, quæ intererant ad victoriam: omnia Deo adſcripſit: *Dabit te Dominus in manu mea*: & omnia vigilantiſſimè præparauit: *Manus fundā in vſum certaminis aptabat.* Et expēde, ſi placet, nō dixiſſe, dabit te Dominus mihi; ſed in manu mea: in illa ſcilicet funda obarmata, & præuento lapide præmunita. In hanc manū facilè tradit Dominus aduerſarium: quia in ea mire conuenit cum ſolertia fiducia: aliter namque procedere Dominū eſſet tentare. Armorum gigas gloriabatur potētia; ſed dum cœleſti caret auxilio, inimici pugnauit trophæo: Dauid victoriæ fructum vel ante victoriam offert Deo, de cuius fidit auxilio; at non ob id indulgere ſuſtinet otio; imò fundam munit, & lapidem iacit. Vtraque iungenda eſt fiducia indubia, & ſolertia ſolicita: ſic enim facilè obtinetur victoria.

Iudith quomodo de inimico triumphandum 196
fuerit, oſtendit: populus ab hoſtibus circumuallatus diuinum implorabat auxilium; non tamen, vt videtur, ad pugnandum armabat manum: cœleſtem expectabāt opem; non tamen producebant in hoſtes militē: Ozias lachrimis infuſus tempus miſericordiæ præſcripſit, & miſericordiā cōfidenter expectauit: *Æquo animo eſtote fratres, & hoc quinque* Iudith 7.
dies expectemus à Domino miſericordiā. Hanc Oziæ v. 33.
ſententiam Iuditha improbat, vti non miſericordiæ illicium; ſed indignationis ſuffragium: *Qui eſtis* Iudith 8.
vos, qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo, qui v. 12.
miſericordiam prouocet; ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Poſt ſententiam improbatam illos edocet arripiendæ modum victoriæ, dum ante aduerſarij lectum diuinam opem implorat, & arma prenſat: *Stetit Iuduh ante lectum orans* Iudith 13.
cum lachrymis & labiorum motu in ſilentio dicens: v. 6.
Confirma me Domine Deus Iſrael, & reſpice in hac hora ad opera manuum mearum, vt ſicut promiſiſti, Ieruſalem ciuitatem tuam erigas, & hoc quod credens per te poſſe fieri cogitani, perficiam. Audiſti linguam; attende dexteram: *Cùm cuaginaſſet illum* (pugionem) *apprehendit cōmā capitis eius, & ait: Confirma me Domine Deus in hac hora: & percuſſit bis in cernicem eius, & abſcidit caput eius.* Bis orauit, & bis percuſſit: ad opera manuum Dens oculos conuertere exorat, & dum exorat,

in

in aduerſarium armatam oſtentat dexteram: *Reſpice in hac hora ad opera manuum mearum.* Profectò ſi manuum non eſſent opera, Deus quid reſpiceret, non haberet: & forſan ſi non haberet, nec hoſtem traderet; aſt dum Iudithæ fiducia ſibi aſciſcit opem, dum armatur pugione dextera, hoſtis truncatur, triumphuſque acquiritur. Et expende non dixiſſe ad opera manus vnius; ſed ambarum: nihil enim inerti vacabat otio, dum grauí adurgetur periculo: expectare namque à Domino miſericordiam otioſis manibus, non eſt teſte Iuditha miſericordiam prouocare; ſed indignationem accendere: nec enim ſunt expectanda miracula, aut requirenda prodigia; ſed cœleſti auxilio fidendum, & in hoſtem decertandum.

Ambroſ. Adeſt Ambroſius lib. de viduis, & apud gloſſam: *Abſtulit vidua gladium, exeruit manum, bellatoris abſcidit caput, per medias hoſtium acies intemerata proceſſit.* Dum labia orationis muniuntur auxilio, dum armatur dextera ferro, reportatur victoria, & inimicorum detriumphatur audacia.

167 Huius veritatis aptum apud Ioannem Apocalipſis 12. inuenitur exemplum. Signum magnum, mulier videlicet apparuit aſtris fulgurantibus redimita, ſolis immerſa luminibus, lunæque cothurnata ſplendoribus; verùm lux, quæ ſuadere debuiſſet venerationem, ſerpentinam exacuit rabiem, gehennalibus flammis totus ignitus, doliſque armatus bellum ſplendenti infert; verùm cœleſtis mulierem tuetur exercitus, & draco exulat debellatus: *Factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli eius præliabatur cum draco-*

Apo v. 7. cal. 12. *ne, & draco pugnabat & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo, & proiectus eſt draco ille magnus.* Adhuc proculcata malitia non deſtitit; ſed bellum contra mulierem inſtaurauit: *Perſecutus eſt mulierem, quæ peperit maſculum.* Contra ſerpentinam aſtutiam, contra temeritatis audaciam duabus mulier aquilinis alis inſtruitur, & iam ſerpens pedem retuliſſe cogitur: *Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ.* Dum alatam intuetur, iam deſerit, & iræ flammis exæſtuans certaminibus ſe ſubducit: *Abiit facere prælium cum reliquis.* Si inquiras cur in alatam continuare detrectet pugnam, cùm cœleſte auxilium expertus continuarit inſaniam: reſpondebit Lyra alas illas fuiſſe exercitus militares: dum ergo cœleſti auxilio ſtudium accedit humanum, iam ſerpens diffidit, & in imis deliteſcit: *Aquila ſignum eſt imperij Romani: ideò per ipſam intelligitur Heraclius: alæ verò eius ſunt acies ſui exercitus.* Cœleſti auxilio & exercitu copioſo vincitur draconis audacia, & frangitur ira: non eſt plenè acquiſita victoria, dum Michael arma in auxilium prehendit; ſed dum mulier Michaelis tecta patrocinio conſtitit armata milite in campo: vtrumque neceſſarium fuiſſe compertum eſt, cœleſtibus ſuppetiis frui, & in hoſtem alis militum depræliari: animum non deſpondit draco, nec fugit Michaelem intuitus; ſed dum auxilio cœleſti aſſociari vidit apparatum militarem: quia benè nouerat opus eſſe ad reportandam victoriam militaribus alis, & cœleſtibus auxiliis: Dum tentat, & draconem iuuat, quiſquis non aſſumit alas; ſed cœleſtes expectat auxiliares otioſiſſimè copias: Deus inuocandus eſt: ſine eius namque ope nihil poteſt mortalis infirmitas; ſed dum os inuocat, dum cor tacitis vocibus clamat, exercere debet prudentia vires, obarmarique prouidentiſſima vigilantia contra vitiorum aſſultus, & aduerſariorum impetus.

Lyra.

198 Iobus ſe naui comparat: *Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt, & non viderunt bonum, per-*

Iob. 9. v. 25. *tranſierunt quaſi naues poma portantes.* Nauis per medios vortices equitat, ſi gubernator oculos ad Helicen leuet, & dexteram gubernaculo applicet: ſatis non erit, ni obſeruet Helicen, nauem aurigare: nec enim itineris inſcius ducet in portum; ſed nec ſatis eſt ſyderis obſeruare ingenium, ni mouerit gubernaculum; ſi tamen coniungatur vtrumque, fluctus ſecabit feliciter portum appellet. Adeſt Selucienſis Baſilius orat. 8. *Gubernator incumbens gubernaculo tollit in cœlum oculos, aſtrorum motibus aurigans nauem, curſumque per mare cœleſti lumine contorquens fertur in portum.* Itaque nec ſat eſt gubernaculum ſine lumine, nec ſydus ſine gubernaculo; ſed vtrumque aſſociari debet, incumbere ſcilicet gubernaculo nauem aurigando, & viam à cœlo diſcere, & in cœlum oculos ſuſtollendo.

Baſil.

CAPVT.

CAPVT VNDECIMVM.

VERS. 1. VIT illo tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus eſt de Galaad. 2. Habuit autem Galaad vxorem, de qua ſuſcepit filios: qui poſtquam creuerant, eiecerunt Iephte, dicentes: Hæres in domo patris noſtri eſſe non poteris, quia de altera matre natus es. 3. Quos ille fugiens, atque deuitans habitauit in terra Iob: congregatique ſunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quaſi principem ſequebantur. 4. In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Iſrael. 5. Quibus acriter inſtantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephte de terra Iob: 6. dixeruntque ad eum: veni, & eſto Princeps noſter, & pugna contra filios Ammon. 7. Quibus ille reſpondit: Nonne vos eſtis, qui odiſtis me, & eieciſtis de domo patris mei, & nunc veniſtis ad me neceſſitate compulſi? 8. Dixeruntque Principes Galaad ad Iephte: Ob hanc igitur cauſam nunc ad te venimus, vt proficiſcaris nobiſcum, & pugnes contra filios Ammon, ſiſque Dux omnium, qui habitant in Galaad. 9. Iephte quoque dixit eis: ſi verè veniſtis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero veſter princeps. 10. Qui reſponderunt ei: Dominus, qui hæc audit, ipſe mediator ac teſtis eſt, quòd noſtra promiſſa faciemus. 11. Abiit itaque Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem ſui. Locutuſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos coram Domino in Maſpha. 12. Et miſit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex perſona ſua dicerent: Quid mihi & tibi eſt, quia veniſti contra me vt vaſtares terram meam? 13. Quibus ille reſpondit: Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcendit de Ægypto, à finibus Arnon vſque Iaboc, atque Iordanem: nunc ergo cum pace redde mihi eam. 14. Per quos rurſum mandauit Iephte, & impetrauit eis, vt dicerent regi Ammon: 15. Hæc dicit Iephte: Non tulit Iſrael terram Moab, nec terram filiorum Ammon: 16. Sed quando de Ægypto conſcenderunt, ambulauit per ſolitudinem vſque ad Mare rubrum, & venit in Cades. 17. Miſitque nuntios ad regem Edom, dicens: Dimitte me, vt tranſeam per terram tuam. Qui noluit acquieſcere precibus eius. Miſit quoque ad regem Moab, qui & ipſe tranſitum præbere contempſit. Manſit itaque in Cades; 18. & circuiuit ex latere terram Edom, & terram Moab: venitque contra Orientalem plagam terræ Moab, & caſtrametatus eſt trans Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe confinium eſt terræ Moab. 19. Miſit itaque Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon, & dixerunt ei: Dimitte, vt tranſeam per terram tuam vſque ad fluuium. 20. Qui & ipſe Iſrael verba deſpiciens, non dimiſit eum tranſire per terminos ſuos: ſed infinita multitudine congregata, egreſſus eſt contra eum in Iaſa, & fortiter reſiſtebat. 21. Tradiditque eum Dominus in manus Iſrael cum omni exercitu ſuo, qui percuſſit eum, & poſſedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, 22. & vniuerſos fines eius, de Arnon vſque Iaboc, & de ſolitudine vſque ad Iordanem. 23. Dominus ergo Deus Iſrael ſubuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo ſuo Iſrael, & tu nunc vis poſſidere terram eius? 24. Nonne ea, quæ poſſidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem: 25. niſi fortè melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes quòd iurgatus ſit contra Iſrael, & pugnauerit contra eum, 26. quando habitauit in Heſebon, & vinculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem, per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis? 27. Igitur non ego pecco in tu; ſed iu contra me malè agis, indicens mihi bella non iuſta. Iudicet Dominus arbiter huius diei, inter Iſrael, & inter filios Ammon. 28. Noluitque acquieſcere rex filios Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat. 29. Factus eſt ergo ſuper Iephte ſpiritus Domini, & circuiens Galaad, & Manaſſe, Maſpha quoque Galaad, & inde tranſiens ad filios Ammon, 30.

votum

Digitized by Google

Votum vouit Domino, dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas, 31. quicumque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino. 32. Transiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius. 33. Percussitque ab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis, humiliatique sunt filij Ammon à filiis Israel. 34. Reuertente autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. Non enim habebat alios liberos. 35. Qua visa, scidit vestimenta sua, & ait: Heu me filia mea, decepisti me, & ipsa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero. 36. Cui illa respondit: Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. 37. Dixitque ad patrem: Hoc solùm mihi præsta quod deprecor: Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. 38. Cui ille respondit: Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. 39. Expletisque duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increbruit in Israel, & consuetudo seruata est: 40. vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

§. I.

Commentarius Litteræ.

Vers. 1. Fuit illo tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad.

Vers. 2. Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios, qui postquàm creuerunt, eiecerunt Iephte dicentes: Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es.

Vers. 3. Quos ille fugiens, atque deuitans habitauit in terra Iob. Congregatique sunt ad eum viri inopes & latrocinantes, & quasi principem sequebantur.

1 QVM Ducem desiderassent Galaaditæ, vt se Ammonitarum castris opponerent, decreuerunt Iephte asciscere, qui ob causas a textu relatas terram Iob habitabat, & fortunam sibi fecerat. Ergo hic Iephte erat Galaadites, tum quia in terra Galaad ortus, tum quia patrem Galaad sortitus: Galaad namque nomen est æquiuocum virum & tellurem significans. Abulensis q. 7. testatur non constare manifestè de qua tribu fuerit: nam licèt dicatur fuisse Galaaditem, cùm terra Galaad diuisa fuerit non solùm tribui Gad; sed dimidiæ etiam tribui Manasse, vt constat ex Deuteronomij 3. non apparet clarè de qua istarum tribuum fuerit; communiter tamen Manassita putatur. Filius meretricis dicitur, & expressiùs apud Septuaginta *filius mulieris fornicariæ.* Septuag. Chaldæus sic habet: *Fuit vir virtutis, & ipse filius mulieris tabernariæ.* Chald. Hinc cùm Hebraicum nomen *Zonah* pro hospitalaria, aut meretrice accipi queat, existimant nonnulli matrem Iephte à Galaad non legitimis ductam ritibus, ob idque meretricem vocari: itaque non erat propudiosa libidinis victima; sed mulier paupercula, quæ ex taberna victum procurabat, cumque locupleti viro placuerit, etsi non legitimo coniugio, fide tamen ei vni inuiolatè semper promissâ illam accepit in concubinam. Ergo huius filium spectatæ virtutis virum fratres ex legitima vxore suscepti inuidia & cupiditate sic vrserunt, vt maluerit paternam domum relinquere, quàm fratribus cohabitare. Asserebant, nullo iure quid paternæ hæreditatis ad illum pertinere, cùm non ex legitimo concubitu fuisset procreatus; sed spuriè ortus. Textus Hebræus sic habet: *Quia de altera matre natus es*; debet tamen, vt ait Tostatus quæstione 7. sic intelligi: *Quia de adultera natus es.* Neque hoc iurgium videtur solùm inter fratres definitum; sed ad tribunalia delatum, vt innuere videtur textus, quandoquidem Iephte à primoribus asciscitus illos ob expulsionem obiurgauit carpsitque: ergo hos aut illo modo paterna domo depulsus exterminatusque in terra Iob, quæ erat parua regio terræ Galaad, sedem sibi constituit; cúmque ab omnibus haberetur vir magno animo, inuictoque robore, in eius tutelam plures, qui fortè ære alieno premebantur, aut vexabantur inopiâ, se receperunt: ibi ad victum prædas agebant, fortè non de Hebræis; sed de Philisthinis. Ita Abulensis quæstione 11. Ergo cum iustum semper fuerit bellum Hebræis contra Ammonitas, non erat iniustum illos dispoliare, prædasque auferre. Nec aliter Dauidi contigit, vt apparet 1. Reg. 27. agebat namque ipse prædas contra Gessuri, & Iezre, & Amalecitas. Qui ad Iephte confugerant, sic eius disciplinæ erant addicti, vt promptissimum præstarent obsequium, nec aliquod detrectarent mandatum. Igitur cùm Ammonitæ durissimo Galaaditas bello premerent, ipsa cogente necessitate decreuerunt Iephte bellicæ artis gnarum, & aduersus hostes variis irruptionibus satis exercitum vocare, Ducemque constituere. Hebr. Abulensi

Vers. 4. In illis diebus pugnabant filij Ammon contra Israel.

Vers. 5. Quibus acriter instantibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de terra Iob.

Vers. 6. Dixeruntque ad eum: Veni & esto Princeps noster, & pugna contra filios Ammon.

2 Lyranus conijcit ipsius Iephte fratres ad illum vocandum missos, aut saltem inter legatos misse: quod Iephte exprobratio indicare videtur: *Nonne vos estis*, &c. Abulensis q. 12. prorsus huic opinioni refragatur: & quidem imprudentiæ tribuendum esset, ad conciliandam Iephte gratiam fratres delegasse, à quibus non solùm pulsus; sed ignominiis etiam affectus. Tostatus autumat aliquos ex his fratrum partes adiuuisse, qui iam versa fortuna ipsi Iephte præstiterunt obsequium, & inuitabant ad thronum. Non multum errabit, qui putet fratrum crimen in omnes Iephte Galaaditas transtulisse, & ob aliquorum culpam omnibus improperasse. Quod si mauis delata ad tribunalia inter fratres quæstione ab aliquibus ex modo opem exorantibus fuisse sententia lata depulsum, quos modò carpsit, non inficiabor.

Vers. 7. Quibus ille respondit: Nonne vos estis, qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate compulsi?

Vers. 8. Dixeruntque Principes Galaad ad Iephte: Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque Dux omnium, qui habitant in Galaad.

3 Videbantur Galaad principes oblato libenter principatu Iephte obstringere, & ad rependendam gratiam quodammodo cogere; ille verò, vti erat prudens, noluit in beneficium erga se impensum recipere, quod in offerentium vtilitatem constabat vergere. Ac si diceret: Vestros animos satis expertus sum: ergo ad Ducatum modò compellari non adscribam vestræ affectioni; sed tempori, quandoquidem non venitis affectu persuasi; sed necessitate compulsi. Et quidem, vt inquit Tertullianus lib. ad vxor: cap. 3. *Quod necessitas* Tertull. *præstat, deprætiat ipsa.* Galaad Principes vti optimi politici exprobrationem dissimularunt, & desideratis insiterunt: est enim prudentis aliquid deuorare, & sapientem stultitiam profiteri, ne quod magni momenti vniuersalisque vtilitatis est, aut disceptationibus differatur, aut denegetur. Itaque annuerunt eius dictis; imò ab ipsa necessitate desumpserunt argumentum, quandoquidem nulla causa esse poterat, quæ eum ab impertiendo auxilio retardaret, cùm summa vrgeret necessitas, & hostilis in omnia auderet procacitas. Optimè Abulensis quæstione 13. *Responderunt isti Seniores,* Abulens. *qui erant principes Galaad, verum esse, quod dicebat Iephte, scilicet, ob hanc causam venimus ad te; & tamen non ob hoc minùs confidendum nobis est.*

Vers. 9. Iephte quoque dixit eis: Si verè venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps.

Vers. 10. Qui responderunt ei: Dominus, qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quod nostra promissa faciemus.

Septuaginta habent: *Si non iuxta verbum tuum* 4 Septuag. *sic faciemus.* Idem fere Hebræus, & Chaldæus. Hebræus. Chaldæus. Cordata ciuilique senum responsione placatus iam de conditionibus ad munus suscipiendum agit, & ab eis iterum inquirit, an principatum irrisoriè, seriòve offerant, ne, si Deo iuuante attriuerit inimicos, angustiâ iam liberi, & meliori fortunâ vsi promissionem obliuiscantur domestici ac intestini certaminis occasionem exhibentes, & nouis discriminibus materiam subministrantes: quæ omnia arduum non erat modò vitare, si ipsum mihi appetentem reliquerint, & studium ad alium verterint. Se parum ambitiosum Iephte probauit, dum detrectat oblatum statim principatum accipere, & in aliud differt tempus: voluit tamen reportata victoria, & pace populo acquisita meritorum iure salutari, non cogente necessitate præferri. Principes, vt nullus Iephte scrupulus manserit, fidem suam sacramento confirmarunt, & omnem dubitationis vmbram depulerunt.

Vers. 11. Abijt itaque Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutusque est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha.

Vers. 12. Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam?

Etsi Iephte principatus honorem in futurum distulerit; populus tamen cum magno eius teneretur desiderio, & exprompto obligare vellet officio, statim principatu donarunt, & vt videtur, in Maspha ad electionem duxerunt. Ibi inter Iephte & populum pacta inita, & omnia ad suscipiendum bellum necessaria composita: cúmque hoc publicè fuerit peractum, coram Domino factum fuisse dicitur. Iephte iam inauguratus, optimo principis officio, vt ait Caietanus, fungi incipit, placare videlicet discupiens, si possit, aduersarios humili demissione, & prudenti humilitate: docuit strenuus bellator, & prudentissimus princeps, omnibus curandum esse bellorum perturbationes excusare, si possint aliter pacem inire. Addebatur Deuteronomij 20. præceptum de offerenda pace, antequam perstreperet bellum: videri etiam recusabat adoriri pugnam pugnandi libidine, aut cæca gloriæ cupiditate. Ergo voluit omnibus notum esse Ammonitarum regem pro iure vti violentiâ, & pro legibus audaciâ. 5

Vers. 13.

Digitized by Google

Verſ. 13. Quibus ille reſpondit: Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcendit de Ægypto, à finibus Arnon vſque laboc, atque Iordanem. Nunc ergo cum pace redde mihi eam.

6 Humana cupiditas nunquam non aliquod prætextum fingit, aut colorem prætendit. Ergo Ammonita Iſraelem eripuiſſe ſibi ait olim, quam modò occupabat terram, falſque eſſe, vt domino eam reſtituat, quandoquidem iniuſte ablati, & notoriè alieni nulla temporis præcriptio poſſeſſionem valet honeſtare, nulla antiquitas ius poſſidenti conferre.

§. II.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 14. Per quos rurſum mandauit Iephte, & imperauit eis, vt dicerent regi Ammon.

Verſ. 15. Hæc dicit Iephte: Non tulit Iſrael terram Moab, nec terram filiorum Ammon.

Verſ. 16. Sed quando de Ægypto conſcenderunt, ambulauit per ſolitudinem vſque ad mare rubrum, & venit in Cades.

Verſ. 17. Miſitque nuntios ad regem Edom dicens: Dimitte me, vt tranſeam per terram tuam. Qui noluit acquieſcere precibus eius. Miſit quoque ad regem Moab: qui & ipſe tranſitum præbere contempſit. Manſit itaque in Cades.

Verſ. 18 Et circuiuit ex latere terram Edom, & terram Moab venitque contra orientalem plagam terræ Moab, & caſtrametatus eſt trans Arnon nec voluit intrare terminos Moab. Arnon quippe confinium eſt terræ Moab.

7 ETſi Iephte agnouerit Ammonitam iniuſtam excuſationem afferre officio, demiſſione, ſimulque clariſſima oſtenſione veritatis iterum aggreditur ſatisfacere, & eius flammam extinguere. Conſulebat Ammonita Iephte tempus non terere, nec diſceptationibus laborare, cum ipſe iure potentiaque armatus terram illam è poſſidentium manibus eſſet ablaturus: hoc enim ſignificant verba illa. *Nunc cum pace redde mihi eam*: ac ſi dicat: ſi modò reddis, abſtinebo bello; ſi tamen illud aggredi fuero compulſus, non ſolùm terram repetam; ſed offenſam vindicabo omnis clementiæ ignarus, & miſericordiæ obitus. Certè huiſmodi erant verba, quæ audaci Duci iram crearent, & ad certamen acuerent; verùm Iephte maluit d finitis itineris ſtationibus, adductiſque exemplis oſtendere Iſraelitas nulli terram ſuam eripuiſſe; imò repulſos neciuiliter, & iniuriè ſpretos patientiſſimè offenſam toleraſſe, maluiſſeque, ne tolerantiæ, innocentiæve laudem amitterent, magna incommoda, ingentemque temporis dilationem proferre, iterque moleſtiſſimis, & longiſſimis circuitionibus proſequi, quàm in arma contra reges aliquos irruere. Ergo omni iniuriæ rapinæque ſuſpicioni tot tantiſque exemplis abacta pergit ad monſtrandum qua occaſione cum Sehon Amorrhæorum rege Hebræi pugnarint, quámque iuſtè, quam Ammonita ſuam appellabat, terram poſſederint.

Verſ. 19. Miſit itaque Iſrael nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon, & dixerunt ei: Dimitte, vt tranſeam per terram tuam vſque ad fluuium.

Verſ. 20. Qui & ipſe Iſrael verba deſpiciens non dimiſit eum tranſire per terminos ſuos: ſed infinita multitudine congregata egreſſus eſt contra eum in laſa, & fortiter reſiſtebat.

Verſ. 21. Tradidit eum Dominus in manus Iſrael cum omni exercitu ſuo, qui percuſſit eum, & poſſedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius.

Verſ. 22. Et vniuerſos fines eius de Arnon vſque laboc, & de ſolitudine vſque ad Iordanem.

8 Relatis iam quæ ab aliis regibus repulſi egerint Iſraelitæ accedit ad reddendam rationem, iuſque demonſtrandum, quo eam hæreditauerint terram: nam cùm Sehon Amorrhæorum princeps non ſolùm tranſitum denegarit; ſed in campum contra Iſraelitas prodierit fere infinita multitudine ſtipatus, & militum copia munitus; Iſraeli pugnandum fuit, non alienam terram poſſidendi ſtudio; ſed propriæ tuendæ ſalutis deſiderio. Ergo collatis hinc inde ſignis etſi Sehon ferè infinitis militum copiis exceſſerit, Deus iniuriarum vindex, & bellorum arbiter eum tradidit Iſraelitis, quibus conſumpto detritoque iam Amorrhæo licuit regionem occupare, & tellurem poſſidere. Ergo, etſi Sehon eam terram ab Ammonitis tulerit, Iſraelitæ Ammonitas ea non priuarunt; ſed iure belli detritis Amorrhæis, deuaſtatiſque poſſederunt.

Verſ. 23. Dominus ergo Deus Iſrael ſubuertit Amorrhæum pugnante contra illum populo ſuo Iſrael. Et tu nunc vis poſſidere terram eius.

Verſ. 24. Nonne ea, quæ poſſidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit in noſtram cedent poſſeſſionem.

Verſ. 25. Niſi fortè melior & Balac filio Sephor rege Moab, aut docere potes, quod iurgatus ſit contra Iſrael, & pugnauerit contra eum.

Vers. 26. Quando habitauit in Heſebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis?

Relatis ad eam terram poſſidendam rationibus aliam addit non modici ponderis, videlicet Iſraëlis Deum, cui totius orbis imperium, Iſraelitis non ſine bellicis ſudoribus eam terram conceſſiſſe: vnde ſicut quæ ad Chamos, quem Amorrhæi Deum, etſi falſi colebant, pertinere rebantur, ad ſe ſpectare non dubitabant, ita quæ ad Iſraëlitarum Deum notum erat pertinuiſſe, ad Iſraelitas etiam conſtabat ſpectaſſe. Auguſtinus quæſt. 44. innoxium tranſitum denegari non poſſe ait, quandoquidem iure ſocietatis humanæ concedi ſine diſcrimine debet. Ergo cùm Sichem iura fregerit, meruit à Deo regno ſpoliari, & inimicis concedi. Auguſtinum plures ſequuntur. D. Thomas lib. 2. de regim. Princip. cap. 12 Rupertus lib. 2. in Numer. cap. 14. & alij. Adnectit Iephte Balac filium Sephor Moabitarum regem nunquam pro huius telluris repetitione cum Iſraëlitis turgatum: ex quo manifeſtè conſtabat nullum ius Ammonitis adeſſe. Huius rationis pondus examinat Abulenſis quæſtione 34. atque Balac non ſolùm fuiſſe regem Moab; ſed etiam Ammon, etſi ab ampliori principaliorique regni parte Moabitarum rex diceretur: ergo cùm ille rex Ammon, cui Ammonita ſucceſſit, nunquam ſibi perſuaſerit, tentauerítve terram repetere, manifeſtum eſt, ius non habuiſſe: vnde ſucceſſor adeò magni, & potentis regis, ni ipſe ſibi confingeret, & excuderet, habere nequibat ius, præcipuè cùm prædeceſſorem nec nobilitate vicerit, nec regni amplitudine ſuperauerit: hanc enim vim habet illa ſententia: *Niſi forte meliores Balac filio Sephor rege Moab?* Iam ſi quis inficietur Ammonitas ad Balac imperium pertinuiſſe, adhuc tenet ratio: nam Sehon, quo expulſo eius terram Iſraelitæ occuparunt, non ſolùm diſpoliauerat Ammonitas; ſed Moabitas etiam: conſtat enim Num. 21. Sehon tuliſſe Heſebon & alias vrbes, quæ fuerant regis Moab. De Ammonitis patet Ioſue 13. Itaque cùm hæc terra à Sehon inuaſa partim fuerit Moabitarum, Ammonitarum partim, nec tamen Balac ad partem ſuam reſtaurandam vllum ius eſſe putarit, nec illam repetere vnquam contenderit, cùm nec illi deeſſet potentia, nec armatorum copia, clarè conſtabat Ammonitarum cauſam non eſſe melioris conditionis, nec bellum hoc moueri poſt tot tempora æquitatis lege; ſed ſolum coloratâ cupidine. Concluditque etſi potentia rex Ammonitarum ſuperbè fidat, Dei ſubiturum iudicium, nec eum poſſe fallere fucatum aut artificioſum reſponſum.

9

Auguſtin. D. Thom. Rupert.

Vers. 27. Igitur non ego pecco in te; ſed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iuſta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Iſrael, & inter filios Ammon.

Vers. 28. Noluitque acquieſcere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat.

Proteſtatur bellicoſus Dux ſe compulſum, coactumque bellum illud adoriri, & Ammonitam nullo iure nullaque ratione poſt tot ſæcula pugnam mouere, ſperatque victoriam in ſui partem ceſſuram, quandoquidem iuſtitiæ oculus animos perſcrutetur. Septuaginta reddunt: *Nunc ego quidem non peccaui tibi.* Ammonita nullum legatis reſponſum dedit, nec tot diſceptationibus argumentationibuſque aures præbere paſſus eſt, præcipuè in negotio, quod potentia, & armis deſiderabat abſoluere, non ratiocinationibus definire. Ergo iam Ammonita ducebat in campum copias, cùm Iephte non tam inciuilitate ſtomachatus, quàm Dei ſpiritu impulſus manum adlegit non modicam, ſeque voto Deo obſtringens manus cum hoſte conſerere maturauit. 10

§. III.

Commentarius Litteræ.

Vers. 29. Factus eſt ergo ſuper Iephte Spiritus Domini, & circuiens Galaad & Manaſſe, Maſpha quoque Galaad, & inde tranſiens ad filios Ammon.

Vers. 30. Votum vouit Domino dicens: Si tradideris filios Ammon in manus meas.

Vers. 31. Quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihíque occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocauſtum offeram Domino.

DOcet textus Iephte bellicis in expeditionibus ſatis peritum, viribus, & animo ſtrenuum non proprio & peculiari conſilio indulſiſſe; ſed omnia ex Dei placito voluntateque procuraſſe. Numinis ergo conſilio nouit Ammonitarum impetum intra propriæ regionis terminos non expectandum; ſed antequam acceſſerint, reprimendum. Ergo ea loca, ex quibus copiis ſuis maiora commoda videbantur emanatura, & incolis ac regioni minora damna afferenda, celeri greſſu luſtrauit, & exercitum inſtruxit. Ex Maſpha in Ammonitas irruere voluit, vt feliciſſimo omnia auſpicaretur initio: nuncupatis votis Numen obligare inſtituit, votumque conceptis verbis expreſſit. Lis magna eſt Interpretibus erga emiſſum à Iephte votum. Se facillimè his difficultatibus expediunt, qui ſpeciali Dei pulſu motioneque factum fuiſſe teſtantur. Cui opinioni fauere videtur textus, dum ſuper Iephte ſpiritum Domini factum immediatè ante votum adſeruit. Pro hac etiam parte militare videtur, quod vir adeò prudens nequibat ignorare lege eſſe prohibitum creaturam rationalem aris offerri. Septuaginta ſic vertunt: *Et erit, exiens quicumque exierit de ianua domus mea in obuiam mihi in reuertendo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino offeram eum holocauſtoma.* Textus 11

Septuag.

Digitized by Google

Textus Hebræus neutro vtitur : & Chaldæus similiter : *egressum fuerit è foribus*, &c. *offeram illud in holocaustum.* Chaldæus : *Quod egredietur extra*, &c. *ascendere faciam holocaustum.* Ob id Rabbini existimant tolùm de brutis animantibus, eisque sacrificio aptis cogitasse ; verum somniant quandoquidem obuiante filia non obturbaretur Iephte, neque eam immolasset, si animalia tolùm deuouisset : alij generatim, indiscriminatimque votum emissum tradunt : ita D. Thomas 2. 2. q. 84. ar 2. ad 2. adstipulantur Procopius, Chrysostomus, Lyranus, Theodoretus q. 19. in Iudices, Augustinus q. 49. ex ipso vulgato textu colligit hominem vouisse in holocaustum, ne si illicitum, aut animal contemptibile dicaret, exorati maiestatem offenderit. Audi Augustinum : *Nec ait : Quodcumque exierit de ianua domus mea obuiam mihi, offeram illud in holocaustum ; sed ait, Quicumque exierit, offeram eum ; vbi proculdubio nihil aliud, quàm hominem cogitauit ; non tamen fortasse vnicam filiam.*

August.

12 Qui speciali Dei spiritu motum non astruunt, peccato non liberant, nam licet indiscriminatum fuerit votum, occurrere poterat aliquid, quod immolare esset impium, vt homo, aut etiam animal à lege reprobatum, vt canis, vel asinus, quod immolare esset legi violentiam inferre. Hieronymus aut fuisse viuendo indiscretum, in reddendo impium. Alij, in quorum censu Arias & Vatablus, cùm in Hebræo textu inueniatur : *Erit Domino, & offeram illud in holocaustum*, existimant votum veluti hypothecum esse, duasque includere actiones, nempe sanctificare, aut offerre, tunc-que sensum accommodè distribuendum putant : ac si dixerit : Quodcumque è domo egressum, si holocausto aptum, offeram ; sin autem ineptum, vt homo, sanctificabo. Hanc interpretationem improbat Nolter Seratius quæstione 14. Ego quidem rem diffinire non audeo : speciali instinctu emissum votum dicerem, ni diuinam pietatem ad speciem lædi timerem : nam licèt vitæ mortisque Deus tortiatur dominium, cùm lege humanum holocaustum prohibuerit, id generis sacrificia constat odisse ; si verò temerè emissum votum adstruxero, vereor Iephte, quem in Sanctorum cætum retulit Paulus, magnum adeò piaculum adscribere. Ob id in Vatabli & Montani opinionem propendeo, scilicet vouisse sanctificationem, aut mactationem. Nec dissentiet ab hac opinione Lyra, cùm existimet votum fuisse adimpletum non filia aris imposita ; sed à consortio hominum separata, & sequestrata domo semper occlusa. Quod si huic interpretationi non annueris, in qua nec ego quiesco, dicito emissum absolutumque votum tantâ ignorantiâ, vt crediderit Iephte Abrahami exemplum secutus rem Deo se gratissimam facere, si quem è familia ad gratitudinis argumentum aris imponeret, aut holocaustoma Numini offerret. Nec ægrè feret Iephte, dum excusemus à culpa, tingi ignorantiâ, etsi plures, qui Sanctitatem non adeò æstimant, malint, quàm sugillari ignorantes, haberi ab omnibus peccatores.

Hieronym. Montan. Vatabl.

Vers. 32. Transiuitque Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus eius.

Vers. 33. Percussitque ab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magnâ nimis. Humiliatique sunt filij Ammon à filiis Israel,

Voto iam emisso alacris, & magna concepta 13
fiducia hostes aggressus est, adeoque feliciter dimicauit, vt aduersarios primo congressu fuderit, tamque ingenti illos plagâ vastarit, vt ipsas, ad quas confugiebant, ciuitatulas aut intrauerit, aut euerterit. Hac clade accepta Ammonitæ referuntur humilitati, vel, vt Chaldæus : *Fracti sunt filij Ammon ante filios Israel.* Abel significare aiunt latam planitiem vineis consitam, quod indicat Hebræus : *Vsque ad Abel vinearum.* Adeò facilè obtinetur victoria, si Numen bellum promoueat & iusta ratio suadeat.

Chaldæus. Hebræus.

Vers. 34. Reuertente autem Iephte in Maspha domum suam occurrit & vnigenita filia sua cum tympanis, & choris : non enim habebat alios liberos.

Vers. 35. Qua visa scidit vestimenta sua, & ait : Heu me, filia mea, decepisti me, & ipsa decepta es : aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.

Vers. 36. Cum illa respondit : Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fas mihi quodcumque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis.

Cùm fama eximiam à Gedeone victoriam par- 14
tam ad Maspha ciuitatem suam detulisset, aduentareque iam ouantem denuntiasset, filia, quæ ei erat vnigenita, vt lætitiam suam cumulatiùs ostenderet, & iucundissimas parentibus referret grates iuuenculatum stipata choris, quarum ipsa dux erat, patri occurrit ; ipse verò voti conscius eo dolore perculsus est, vt discussis vestibus in victoriæ quodammodò tædium deuenerit. Verùm filia tantâ animi constantiâ, tam virili animo se ornatam prodidit, vt patrem solaretur, animosque ferè exanimi inderet, & deiectum eleuaret : *Fac mihi*, inquit, *quodcumque pollicitus es* : ac si dixerit : Dum tu pater decantanda adeò sæculis victoria coroneris, omnisque populus attritis hostibus stabili fruatur pace, non detrectabo necem : in quo eximia puellæ pietas sic eluxit, vt plures historiis celebratos longè superarit ; verùm licèt annuerit, seque morigeram præbuerit, aliquas sibi temporis inducias dari postulauit, quo montibus exerrans virginitatem suam plangeret non sola ; sed sodalibus, quam flebat, virginitatis custodibus associata.

Vers. 37. Dixitque ad patrem. Hoc solum mihi præsta, quod deprecor : Dimitte me, vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis.

Verſ. 38. Cui ille reſpondit: Valde. Et dimiſit eam duobus menſibus. Cumque abiiſſet eum ſociis ac ſodalibus ſuis, flebat virginitatem ſuam in montibus.

Cùm Iſraelitæ generis propagationem feliciſſimam ducerent, magnique facerent, tuncque ſolùm mortem integram oppetere crederent, cùm nullam ſui imaginem, aut naturale ſimulacrum relinquerent, doluit puella ſine poſteritate decedere, vtque altiſſimum aliquomodò dolorem ſolaretur, montibus voluit exerrare, & hominum conſpectum fugere. Abulenſis q. 49. cùm textus non ſolùm ſodalibus cinctam; ſed tociis etiam ſtipatam expreſſerit, putat parentem addidiſſe famulos, eoſque eximiæ virtutis, vt puellarum cuſtodes eſſent, imò veritum fuiſſe, ne filia animum verteret, & timore mortis aufugeret. An peccauerit puella ſacrificij tempus protrahendo, diſputat q. 51. Non deſunt, qui piæ adeò fœminæ libidinoſæ delectationis deſiderium adſcribant, cuius cauſa ſi fleret, peccaret; verùm ab hoc eam pruritu Abulenſis liberat, & iure. Cur bimeſtre tempus petierit, diſputat Seratius quæſtione 21. illum adeat curioſus.

Verſ. 39. Expletiſque duobus menſibus reuerſa eſt ad patrem ſuum, & fecit ei ſicut vouerat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increbruit in Iſrael, & conſuetudo ſeruata eſt.

Verſ. 40. Vt poſt anni circulum conueniant in vnum filiæ Iſrael, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

Non ſolùm huius puellæ luxit conſtantia in ſacrificio non recuſando; ſed etiam in tempore non extrahendo. Lubens ſacrificio ſe obtulit, & in patris manus dedit: Iephte voto ſuo ſatisfeciſſe, in confeſſo apud omnes eſt; de modo dubium. Tertullianus lib. 3. contra Marcionem ſic ait: *Pro ſcelere obtinuit famam, pro crimine laudem.* Sequuntur ferè omnes Patres. Alij putant puellam ciuiliter mactatam, vtpote quæ è conſortio aſpectuque hominum ſecluſa virginitatem ſuam coluerit. Pro hac parte ſunt plures Rabbini, Pagninus, Lyranus, Noſter Mariana, & alij. Hinc oritur alia quæſtio, videlicet an peccauerit Iephte votum ſoluendo; ſed hoc iam ſuperiùs diſceptatum eſt. Abulenſis diſputat quæſtione 48. an filia ipſa peccarit patri conſentiendo: reſponderque ſic: *Dicendum quòd puella voluit occidi, & non peccauit; imò valde meruit.* Et quidem cùm filia crederet patris voto teneri, non recuſauit occidi. Puellæ ad huius virginis immaturam mortem lamentandam quatuor diebus ſingulis annis conueniebant: qui planctus ſumptuoſius erat virginis epitaphium, & immortalius elogium.

§. IV.

Conſilia ſolo rationis ductu inita, vt plurimum fortunatum ſortiuntur euentum; affectu verò elaborata incrementaſſe ſolitant damnum.

QVi marinos ſecant fluctus ingruenti ſæuaque procella impetiti, gubernaculo vſi, & ad Helicen dirigentes conſpectum, eludere ſolent naufragium: inuocandus eſt Deus, inſpiciendum cœlum, & rationis gubernaculo aurigandum nauigium. *Longa maria traiicientibus*, aiebat Baſilius Seleucienſis orat. 8. *ad curſum regendum pro teſſera ſunt aſtrorum vndequaque ſplendentium motiones, & gubernator incumbens gubernaculo tollit in cœlum oculos, aſtrorum motibus aurigans nauim, curſumque per mare cœleſti lumine contorquens fertur in portum.* Quod nautis vides contingere mari, & Reipublicæ gubernatoribus accidere videas tellure: ſæua calamitatum tempeſtas ſæpeſæpiùs nihil non concutit; verùm contra perturbationis impetus cordatum conſilium eſt gubernaculo: dum quid expediat, candida intentione conſulitur, & ſyncero affectu tractatur, tempeſtas deferueſcit, & allata tranquillitas conceſſiones omnes componit; at ſi pro gubernaculo ſuccedat affectus, ſi non quid generalitati conducibilius; ſed conſulenti ſpectetur commodius, vires calamitati ipſo remedio adiiciuntur, & tempeſtatũ fluctus incrementantur: vndique Hebræorum Reſpublica inimicorũ inſtructiſſimis copiis impetita circumferebatur miſero naufragio vicina; verum natu maiores conſilij gubernaculo vſi habitis comitiis Iephte elegerunt robore fortiſſimum, & militari peritia clarum. dumque affectus abeſt, & ratio præſidet, inſanientium inimicorum fluctus deferueſcunt, & procellæ ſedantur. *Fuit illo tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator.* Quo tempore? Illo videlicet, quo acerrimum inſtabat aduerſitatis diluuium, quo horriſonis armorum fragoribus feriebat aures belli tempeſtas, quo inimici veluti ad ſecuram prædam inuolabat rapacitas. *In illis diebus*, addit textus, *pugnabant filij Ammon contra Iſrael. quibus acriter inſtantes perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephte de terra Iob.* Conſilio inito legationem inſtituunt, dumque non mouentur propriæ vtilitatis commodo, dum nobilitatis, diuitiarumve non inclinantur ſuffragio; ſed quid vtilius, meritis expenſis, attendunt, calamitatis vires infringunt: Iephte namque inuicta fortitudine contra aduerſarios procedens in campum, celeberrimum tulit triumphum: *Tranſiuit Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manus eius.* Si affectio nó elegiſſet induſtrium; ſed ſibi aut ſanguine coniunctum, aut amicitiæ titulo illigatum, hoſtis triumphaſſet; at dum nullus ſibi atendit; ſed generalitati conſuluit, ſedata eſt tempeſtas, & allata Reipublicæ optanda ſemper tranquillitas. Adeſt Arias Montanus ad hunc locum: *Bona conſilia, atque conſtanti ratione inita & curata, bono demum euentu firmari, probarique ſolere hiſtoria docet illuſtri exemplo fortiſſimi viri, eiuſdemque non tyrannidem adorti; ſed propter ſpectatam virtutem exoptati, & aſciti.* Virtutis, meritorumque ſuffragio electus inimicis fuit formidãdus, & quàm cælum proſperarit omni prauo affectu nuda

nuda conſilia, reportatus oſtendit triumphus, & Reipublicæ allata ſalus.

18 Cùm Pharaoni per ſomnium ænigmatibus inuoluta futura vbertas, & calamitas fuiſſet obiecta, nactus Ioſephum optimum ſomniorum interpretem de adminiſtro ad fruges opportunè colligendas, famiſque tempore, provt neceſſitas exigeret, cuique adminiſtrandas conſilium capit, & conſilio inito Ioſephum deligit: *Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Conſilium opportuniſſimam fuit ſortitum effectum: Ægyptus namque Ioſepho modiperatore grauiſſimum luridæ famis euaſit naufragium, & iteratæ vbertatis appulit portum. Tranſi modo ad Exodi primum caput, vbi alius Pharao, vt animaduertit numeroſiſſimam Iſraëlitarum ſobolem, præcauere incœpit, & in conſilium odium vocauit: *Oderant filios Iſrael Ægyptij.* Conſilio inito decretum eſt, vt oneribus vires ſupergreſſis atterentur maiores, & fluctibus traderentur infantes: *Venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur, & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris, expugnatiſque nobis egrediatur de terra. Præpoſuit itaque eis magiſtros operum, vt affligerent eos oneribus.* Deſignati exactores Ægypto extiterunt calamitas diuinam truculentia exaſperantes iuſtitiam, & naufragij vniuerſalis adducentes miſeriam: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto*, inquit Dominus, *& clamorem eius audiui propter duritiam eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem eius deſcendi, vt liberem eum de manibus Ægyptiorum.* Inquiramus, ſi placet, cur diuerſum adeò conſilia ſortita fuerint effectum: ſi Ioſephus conſilio electus Ægyptum contra famis ſeruauit adiultus, quomodo exactores conſilio deſignati Ægypto attulerunt naufragium, & miſerandum excidium? Textum conſule, & inuenies alibi conſilia non affectu inita; ſed ratione ſolùm parta; alibi verò odio elaborata, & contra rationem producta. Ergo vbi ſolùm ratio conſulit, à conſilio populi ſalus emanat; at vbi ſuffragium fert odium, vbi calculum improbus, & obcæcatus affectus, ea decernuntur quæ generalitati aduerſentur. Quàm miſerum toti Ægypto fuit de exactoribus conſilium! quàm de Ioſepho fuit fortunatum! Elegit hunc virtus, non adfectio; alios deſignauit improba adfectio, non ratio, & vbi conſilium ſola ratione initum, attulit fœlicitatem; at vbi elaboratum odio, infortunium inuexit, & clamores miſerorum exciuit: *Alloquitur gentem ſuam*, inquit Origenes apud Gloſſam, *id eſt, corporeas voluptates; & vitiorum ducibus ad conſilium vocatis deliberat contra filios Iſraël, quomodo circumueniantur, opprimantur luto, & latere affligantur.* Quem alium poterant effectum ſortiri conſilia vitio inita, odio dictata? Ægyptus perit naufragio, & exactor refragante ratione electus generale maturauit excidium, vt Ioſephus ratione promotus commodum.

Gen. 41. v. 38.

Exod. 1. v. 13.

Exod. 3. v. 7.

Origen.

19 Dauid à filio immatura ambitione coronam exambiente, throno, regiáque depulſus totus erat in exorando Domino, vt Achitophelis conſilium infatuaret, nec admitti ab Abſalone permitteret: *Infatua, Domine, conſilium Achitophel.* Anxia Dauidis oratio qualiter ſortita fuerit effectum, textus edocuit: nam cùm Achitophel ea tempeſtate opportuniſſimum conſilium daret, regémque deſolatum, & à ſuis deſertum facilè percutiendum aſſereret, conſilium Abſalon cogit, vt quid faciendum, interroget: Chuſai vocatur, qui longas de induſtria moras trahens fucatam adducit rationem, colorat cautam in maturius tempus differendam irruptionem teſtatur, & populus ſententia vtriuſque audita, Chuſai amplexus ſententiam, Achitophelis repudiauit conſilium, & Dauidis oratio ſortita eſt deſideratum effectum: *Dixit Abſalon, & omnes viri Iſrael: Melius eſt conſilium Chuſai Arachitæ conſilio Achitophel.* Adiicit textus: *Dominus autem nutu diſſipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſalon malum.* Achitophel quod tunc ratio ſuadebat, conſulit, Chuſai quod affectus pro Dauide dictabat. Ergo vt tanto ſceleri debitas pœnas Abſalon, eiuſque partes ſecuti ſoluerent, diuina diſpoſitione factum eſt, vt Chuſai aſcitus conſiliarius duceretur affectu, & qui tunc generalitati prouidebat, Achitophel repudiaretur conſultus: *Hic quoque fuit ſimulatio*, ſcribit Theodoretus quæſt. 31. *non propter lucrum pecuniæ, neque ad damnum aliorum; ſed propter vitam Prophetæ, & pij Regis.* Rationabile erat pientiſſimi Regis vitam tueri aduerſus proditoris Filij deteſtandique tyranni audax delirium, & ambitionis incendium, ſed vt conſtaret omnibus, quam vtilia ſint conſilia occationi ac tempori accommodata, quámque nociua peculiari affectu, aut peculiari commodo ducta, quo Abſalon perueret, Chuſai prælatum eſt peculiari affectione ſimulatum conſilium, & reiectum Achitophel tempori opportunum monitum: *Domini nutu diſſipatum eſt conſilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus ſuper Abſalon malum.* Quam graue malum ſuper antiquas Reſpublicas vult Deus inducere, dum permittit conſiliarios, & conſcriptos Patres elaborare conſilia in affectus officina, nec duci rationis, & communis ſalutis regula? Nil tam ſalubre Reipublicæ, vt conſilium æquitatis ac rationis luce & amore partum: nil tam peſtiferum, vt peculiari affectu productum, & generalitatis conuenientia fucatum: admittitur namque venenum pro Antidoto, & cùm ſperabatur ſalus peſtiferum mordet virus.

2. Reg. 15. v. 31.

2. Reg. 17. v. 14.

Theodor.

---

§. V.

Maria Sanctiſſima nullum à ſe confugientem reſpicit, quia ſe omnibus veluti debitricem conſtituit.

SOl veluti curſu defatigatus nocte decumbit; Luna poſt nocturnos labores die quieſcit; at Maria nullo tempore fauendi hominibus intermittit ſtudium: quia fauere dignationis reputat commodum. Fortè ob id ſolaribus apparuit radiis amicta, Lunæ argenteis ſplendoribus calceata, & luminoſis ſtellis quodammodò inſerta: *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Cæca gentilium amentia ſolem Deum adorabat, lunámque inter Numina referebat; putabat tamen ſolem nocte munus intermittere, & lunam ab officio die vacare. Ita Cyrillus Ieroſolymitanus Catecheſi 4. *Quidam ſolem Deum fecerunt, vt occidente ſole nocturno tempore ſine Deo permanerent: alij lunam, vt de die Deum non haberent.*

20

Apoc. 12. v. 1.

Cyrill.

rent. Sibi perſuaſit ſtulta cæcitas Deum aliquando otio indulgere,& ab officio ceſſare ; ergo,ne quid ſimile de Domina noſtra exiſtimare poſſit inſania,aſtris fulget omnibus redimita: vtque conſtet omnibus per Mariam facilè venire in concordiam , quæ ab ingenio diſcrepant , amico fœdere Sol Lunaque conueniunt , etſi antea ſibi mutuis diſſidiis hæc aſtra oppoſita, & continuis iurgiis aduerſa. Nocte deerrantibus blando auxiliatur iubare Maria,vt in viam poſſint redire iuſtitiæ;oculis vtentibus viuidiorem ac ſolarem lucem miniſtrat,& eorum aſpectum claratinullus eſt,qui ſe ab eius calore abſcondat , aut pietate ſecludat : quia Luna candidiſſima cœlo præſidet, & mundo Dianæ ad inſtar quæſtuaria feras ima vallium perluſtrat, & abſque errore montibus errat : totúmque hoc non vt homines , quos culpa in feras tranſtulit , ſagittis confodiat ; ſed vt ad ſalutem adducat: omnes recipere, excludere nullum veluti ſolemne munus Virginis eſt:vnde dicere poſſumus:De plenitudine eius omnes accepimus. Iephte Chriſtum teſtens vocatur in originali. *Filius mulieris hoſpitatricis*: quaſi eius Mater pro munere habuerit, quoſcumque hoſpites recipere , domique fouere. Nec abs re fuit hoſpitatrice Matre exorti , quandoquidé Maria delectis præbet hoſpitium, & miſeris pietatis fomentum. Adeſt Gloſſa moralis opportunè : *Benè dicitur Filius mulieris hoſpitatricis, id eſt,Virginis Mariæ,quæ ex plenitudine ſuæ pietatis recipit omnes ad eam debitè recurrentes in hoſpitium ſuæ miſericordiæ.* Vt hoſpitatrix omnes admittit lucri ſtudio , ita Maria nullum reſpuit lucri honeſtiſſimi, ſcilicet pietatis exercendæ deſiderio; ergo quiſquis es,non timeas ad eius recurrere patrocinium, quandoquidem vt miſericordiæ Mater omnibus ſinum expandit, & omnes recipit:ea honeſtiſſima fauendi omnibus ardet auaritia,vt cunctis fauere grande ſibi exiſtimet lucrum, & ob id, ne excludatur vllus,extendit miſericordiæ habitaculum.

Gloſſa.

21 Adam , vt ſeductam ſolaretur Euam vitali elogio exornauit, & viuentium Matrem aſſeruit:*Vocauit Adam nomen vxoris ſuæ Eua, eo quòd Mater eſſet cunctorum viuentium.* Filij ius ad parentum bona ſortiuntur, nec Mater poterit denegare,quibus Filium conſtat egere ; ergo Eua Mariæ vmbram gerens Mater omnium conſtituitur , vt nouerint omnes Mariam pietatis ſuæ iure teneri ad vtilitatem filiorum procurandam,& ſalutem dilargiendam : omnibus omnia facta eſt eximiæ charitatis conſilio,& maternitatis elogio.Quod expendens Bernardus ſerm. de ſigno magno ſic aiebat: *Prudentiſſimus & clementiſſimus artifex quod quaſſatum fuerat,non confregit ; ſed vtiliùs omnino refecit , vt videlicet nobis nouum formaret Adam ex veteri, Euam transfunderet in Mariam.* O qualis eſt Mariæ puritas , quæ transfuſam Euam potuit emundare, nec eius veneno inficí!Certè vt à Deo oſtenſa virga Mara fluenta inueniuntur dulcorata ; ita hac regia virga Euæ etiam amarus luctus tranſiuit in riſum : Mater viuentium conſtituitur , quia gaudet noua liberalitatis arte ſe omnium aſſerere debitricem. Audi iam datum Bernardum: *Denique omnibus omnia facta eſt, ſapientibus,& inſipientibus copioſiſſimâ charitate debitricem ſe fecit , omnibus miſericordiæ ſinum aperuit , vt de plenitudine eius accipiant vniuerſi:captiuus Redemptionem,æger curationem,triſtis conſolationem, peccator veniam, iuſtus gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam.* Maria omnium Mater

Gen.3.v.20.

Bernard.

ius cum filiatione transfudit , vt iam omnibus benefacere gratuitum non pertineat ad donum , ſed legitimum quaſi ſpectarit ad debitum. In Maria omnium vita ; ergo Filij ius obtinent, vt eam illis communicet , nec quod filiationis titulo conſtat obtingere , quiuerit denegare. Hinc ſinu aperto, vbere copioſo paruulos enutrit,ſole veſtita cœleſti omnes calore refouet, ſtellis ipſis impertit lucem, Lunæ replet vacuitatem , lippientibus noctúque ambulantibus opportunum exhibet ſplendorem. Denique vti omnium Mater omnibus debitrix conſtituitur , ne quis vereatur accedere , quando iure cognoſcitur poſtulare.

Variis picturatum floribus , redolentibus roſis, 22
liliis candicantibus plantauit Dominus Paradiſum: inde ſubtiliens cryſtallinus fons indefeſſa ſcatugine vniuerſam terræ ſuperficiem irrigabat, & graram floriditatem nutriebat: *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* In hoc fluuio gratiarum ſemper pleno agnoſcunt Patres Sanctiſſimam Virginem. Ita Hugo Laurentinus lib.1. de laud.Mariæ cap.4.*Curre ad plenam gratia, quæ dat omnibus affluenter,cui dare gaudium eſt ,alioquin iam larga non eſſet.* Fluuius immetatis gratiarum fluentis exuberans eſt Maria , quæ omnem terræ faciem irrigat,quæque irrigare gaudet,& gratum tributum ſoluit : nullus eſt huius benignitatis expers, nullus ab hac dulcedine extorris : & quidem vt aqua vitæ neceſſaria habetur , ita Maria viuentibus omnibus præ ipſa aqua neceſſaria conſtituitur.

Gen.2.v.10.

Hugo Laur.

Sponſus dilectiſſimæ ſuæ ſponſæ eximias dotes 23
commendant ſic aiebat:*Dentes tui ſicut greges tonſarum , quæ aſcenderunt de lauacro,omnes gemellis fœtibus.* Satis non fuit conferre ſponſam cum tonſarum grege,ſed gregibus : *Sicut greges tonſarum,* inquit,ſicut quot greges?ſicut greges omnes:æquualet namque Maria in ordine ad nectareum paruulis lac præbendum cunctis gregibus niueo lauacro candicantibus, & ad montium cacumina lætè aſcendentibus;verùm ſi Maria non naturæ lege; ſed benignitatis iure teneram ſobolem paſcit,quomodo gregibus poterit comparari,quandoquidem ouis ſaporato lacte vber præbet gemellis diſtentum non benignitatis iure ; ſed ipſius naturæ lege; imò ob id ipſum optimè confertur gregibus fœtus geminos & opimos alentibus:nam vt ouem natura Filiis fecit debitricem , ita Mariam eius benignitas , & miſericordia cunctis reddidit vectigalem:quiuis homo vti ad Matrem poteſt accedere, & miſericordiæ lac ſibi quodammodò debitum fugere:*Tam oculi,quàm caput & demes,* inquit Anſelmus ad hunc locum , *ſunt generantes Deo filios ex vtroque populo,ſcilicet Iudaico,& Gentili.* Adſtipulatur Ambroſius hic : *Cernere licet vberi lacte diſtentas ſuper teneram ſobolem materna pietate ſolicitas.* Quis naturali lege, ſolicito amore teneram ſobolem alit , & protegit. Ergo Maria ex vtroque populo homines Dei genauit in Filios , & dum Mater miſericorditer efficitur, omnes nutrire iure tenetur. Adde quòd licet Maria omnibus omnia facta ſit, eis præcipuè conſulit , qui teneriori affectu eam vti Matrem diligunt, & ardentiori deuotione adhæreſcunt. Pro qua fulcienda veritate attende comparaſſe capillos capris, non tamen tonſis , nec fœtantibus ; dentes verò gemellos fœtus alentibus comparaſſe : nam dens vt intimiùs concarnatur, & radicatur validiùs, capram refert non ſolùm aſcendentem,ſed geminis fœtibus exundantem.

Cant.4.v.2.

Anſelm.

Ambroſ.

Digitized by Google

Rupert. tem. Quod interpretatus Rupertus lib. 3. in Cant. ſic ait: *Huiuſmodi tonſæ omnes ſunt gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. In quo gemellis fœtibus? In eo videlicet quòd & præceptum impleuerunt, vel cuſtodierunt, & conſilium de ſuo addiderunt. Quod eſt præceptum, aut quod conſilium? vtique præceptum eſt non rapere aliena, conſilium relinquere etiam ſua.* Subiicit Rupertus: *Hæc eſt fœcunditas fœtuum gemellorum: ſic ſunt, ô amica, dentes.* Quaſi dicat ſponſus: Qui caput tuum ornant, & vt capilli inhærent, virtutem agilitate imitantur capras; non tamen tot fructibus ornantur, vti illi, qui ad inſtar dentium & fortius inhærent, & intimiùs. Hi namque laudabili virtutum fœcunditate diteſcunt, nec ſolum ſtudent perfectè adimplere mandatum; ſed & addidiſſe conſilium. Nec miteris Mariæ vti Matri adhæreſcentes fœcundiori virtutum pompa efflorere, quando conſtat præcipuis, vberioribúſque gratiarum dilectos vndis rigare.

24 Cant. 4. v. 15 Sponſus ſponſæ ſuæ fontis & putei impertitur vocabulum: *Fons hortorum puteus aquarum viuentium.* Richardus Laurentius lib. 1. de laud. B. Mariæ cap. 4. differentiam inter fontem puteúmque meditatus ait Mariam cunctis eſſe veluti fontem expoſitum copioſis vndis ſcatentem, & niueis fluentis ſemper manantem; puteum verò eſſe ſpecialiter dilectis, & affectuosè deuotis: nam vt puteus copioſiores habet vndas, vti diu collectas, ita Maria filiis ſuis copioſiores habet gratias. Audi Richardum: *Ipſa fons quantum ad communia beneficia, quæ exhibet omnibus, puteus quantum ad profundas & ſpeciales deuotiones, quas ſuis ſpiritualibus* Richard. *ſubminiſtrat.* Omnibus omnia facta eſt; ea tamen diuerſitate, vt deuotis, & chariſſimis filiis non ſolùm ſit fons vndas præterfluentes miniſtrans; ſed puteus latices copioſiores reſeruans. Ergo ſi vis indefeſſum puteum experiri Mariam, ſi vis copioſiori virtutum fœtu exornari: eam affectuoſius cole, & vti matri firmius adhæreſce.

§. VI.

Auri cupiditas eſt fraternitatis exilium, virtutis probrum.

25 Chryſol. *Facultates*, aiebat Chryſologus ſerm. 1. *vnitatem ſcindunt, fraternitatem ſeparant, cognationem ſpargunt, parentum perdunt, & violant charitatem.* Prudenter dixit: nihil enim auaro ſacrum, nihil veneratione ſuſpectum: ſe ſolum agnoſcit, & ſibi ſoli omnia hydropica ſiti diſcupit: fratribus infert bella, cognatis procreat diſſidia, genitorem ignorat, vt aurum rapiat. Iephte vir omni virtute conſpicuus, fortitudine clarus à fratribus expungitur, ne paternæ ſortem adierit hæreditatis: *Eiecerunt Iephte dicentes: Hæres in domo Patris noſtri eſſe non poteris: quia de altera Matre natus es.* Interlin. Interlinearis in Iephte Chriſtum agnoſcit: *Eiecerunt Iephte, Chriſtum.* Ecce cupiditas Chriſto aduerſatur, fraternitati opponitur, & ne amiſerint fratres obolum, fratrem mittunt in exilium. Conſonat Auguſtinus quæſtione 49. in lib. Iudic. *Iephte interpretatur aperiens, qui Chriſtum ſignificat: ipſe enim diſcipulis ſuis aperuit ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Hunc* Iephte *fratres de domo Patris expulerunt, tanquam legitimæ vxoris Filij.* Ne hæreditatem diuiderent, fraternitatem diuiſerunt, maluerúntque carere fratre, eóque ſtrenuo, quàm auro.

Rachel idola Patris furata eſt; aurum rapuit cupida, diuitiarúmque ſtudioſa: Pater aduentat, cúmque omnia ſcrutaturus eius tabernaculum intraſſet, ſedens idola abſcondit, & paternæ reuerentiæ detrimento ſeruauit: *Ne iraſcatur Dominus meus, quòd coram te aſſurgere nequeo: quia iuxta conſuetudinem fœminarum nunc accidit mihi.* Veluti in arena decertabant: reuerentia Patri exhibenda, & auri ſeruanda copia, & Rachel, vt conſuetudini cupiditatis pareret, reuerentiam parentibus non exhibuit, quaſi plus debuerit auaritiæ, minus pietati. O quoties pietatis iniuria, fraternitatis querela auro inhiatur, & ſanguine pollutum acquiritur! Innuit Hugo Cardinalis: Hugo. *Per hoc ſignificantur quidam, qui ſecum in clauſtrum ferunt de ana hæmate Jericho habentes in corde cupiditatem, ambitionem, & huiuſmodi idola.* Illa verba, *Quia iuxta conſuetudinem*, interpretatus ſic ait, *Qui immunditiam auaritiæ ſequitur, quaſi mulierbria patitur.* Vt ſequatur auaritiam, dedicit debitum parenti obſequium, negátque reuerentiæ tributum: auaritia namque vtpote prorſus exoculata, omninoque cæca Patrem non agnoſcit, fratrem non videt, conſanguineum non adipiciſcitur, ſed omnia ſitit. 26 Gen. 31. v.

Petrus & Ioannes ad orationem tendentes in deſidioſum claudum inciderunt: ille nouercam experiebatur naturam, non ſolùm dum priuat greſſu, ſed etiam dum mendicitati reddit obnoxium: eius vicem miſerati Apoſtoli à pecuniarum deſiderio iubent abſtinere, quo veſtigia quiuerint reformare: *Reſpice in nos.* Oculos dirigens nondum de pectore cupiditatem excluſerat: *Intendebat in eos ſperans ſe aliquid accepturum ab eis*; verùm Petrus omni ſpe nudauit, & greſſum reddidit: *Argentum & aurum non eſt mihi, quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.* Mira res: vt reformet greſſum, ſpem auertit ab auro, quaſi ſi claudus pecunias ardenter inhiauerit, obicem miraculo opponat: nequibat firmis virtutis viam metiri greſſibus, nequibat ad diuinas fundendas laudes templum intrare reformato veſtigio, dum pecuniæ ſtudebat lucro, & ſedebat acquirendi implicitus deſiderio. Ergo Petrus omne pecuniarum excluſit ſtudium, vt excluſo reſurrectionis procuderit ſimulachrum. Ita Baſilius Seleucienſis orat. 21. *Deſidioſum claudum* Baſil. *iubet nonnihil lucelli curam remittere: Ne, inquit, obolos modò quæſieris, gratia mendicus eſto, non pecunia.* Addit. *Reſurrectionis ſimulachrum procudit claudum conſolidando.* Dum ſuſpirabat pecunias, iacebat claudus, dum cupiditatem omnem abiecit, fuit reſurrectionis typus: nec enim pecuniæ auidus poterat rectis veſtigiis incedere, vt nequibat etiam auri ſpretor Chriſtum non repræſentare: tantum obeſt virtuti cupiditas, tantum rectis greſſibus cupiditatis anxietas. 27

Succedat ſibi Petrus: à Domino ad mare mittitur, vt hamo piſcem capiat ex cuius ore ſtaterem eripiat: *Eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me, & te.* In piſce auro denudato Adamum agnoſcit Hieronymus virtuti reſtitutum: *Iſte piſcis primus captus*, inquit apud D. Thomam, *eſt primus Adam, qui per ſecundum Adam liberatur, & id, quod in ore eius, hoc eſt in confeſſione fuit inuentum,* Hieron. Matth. 17. v. 26. 28

Digitized by Google

Origen. *pro Petro & Domino redditur.* Adiicit ibi Origenes: *Cùm viderit auarum hominem ab aliquo Petro correctum, qui abſtulit de ore eius verbum pecuniæ, dices eum aſcendiſſe de mari, id eſt, de fluctibus ſolicitudinum auaritiæ ad hamum rationalem, & comprehenſum, atque ſaluatum ab aliquo Petro, qui eum docuit veritatem, vt pro ſi'atere habeat imaginem Dei, id eſt eloquia eius.* Vides eum, qui in brutorum cenſum referebatur, dum ſtaterem poſſidebat, ſtatere iam abiato in hominem transformari, & diuinam quodammodò naturam redinduere: vt muta labia laudes diuinas proferrent, opus fuit auro priuari: nam dum os poſſidebat aurum, diuinum ignorauit prorſus eloquium: ſic dementat homines auri fames, ſic fluctuoſis, & incertis committit vndis, ſic ad nauigandum per ſyrtes tranſmutat in piſces. Ergo Petrus à corde, orèque aurum facit exulare, vt auarum poſſit luci reddere, rationique reſtituere.

29 Pater ille Euangelicus duos ſuſcepit filios, quorum alter fame tabidus, ignominia ſordidus, gloria nudus ad Patrem redit, & de ipſo errore contra errorem arma procudit: quia noxiæ olim libertatis percupidus, iam ſeruitutis vtilis ſtudioſus. Suſcepit alacriter miſericors pater venientem, nec amiſſum dolet cenſum, dum ſaluum recipit filium. Senior frater ſic odit cohæredem, vt auerſatus ſit fratrem: à Patre rogatus domum non intrat; ſed

Luc. 15. v. 28 foris perſtat: *Indignatus eſt autem, & nolebat intrare: Pater ergo illius egreſſus cœpit rogare illum.* Ampla domus duos non capit germanos, & qui fratris reditu debuit lætari, fratris reditum cœpit dolere: excluſus manſit: quia auaritia aditum auaro

Chryſol. occluſit: *In ſegete cupiditatis*, inquit Chryſologus ſerm. 4. *fructum zeli colligit & liuoris.* Diuitiis inhians fraternitatis fuit immemor, & dum ſibi diſcupit omnia auarus, extra paternam domum manſit excluſus. Et expende (amabo te) paternæ domus oſtium patuiſſe libidinoſo, aditum ignorante auaro: neſcit namque auaritia fraternitatis leges, pietatis dediſcit iura, & ad cœleſtis domus non intrat gaudia: *In ſegete cupiditatis fructum zeli colligit & liuoris.* Copioſiſſimam tribulorum meſſem, quibus miſerè cruentaretur, collegit ſemper auarus: nam dum ſibi omnia diſcupit, quidquid dilargitum cæteris dolet: naturam cenſebis exuiſſe humanam, & adaptaſſe ſibi belluinam.

30 Pharao duris flagellis à Numine inflictis populum permiſit abire: tendebat Iſraëlita vorticum voluminibus tectus, & in faciem murorum ſtipatis; verùm qui abire permiſerat, iam diſcupit aurum, & ſibi promittit aduerſus miraculum triumphum;

Exod. 15. v. 8. *Stetit vnda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari. Dixit inimicus. Perſequar, & comprehendam.* Quo cæca adeò hæc ſpes ſuffulta? Quo barbaries innixa? Fallar, ni ipſo auro, quod populus expetiuit, ſecúmque tulit. Certè Iſraëlitæ Numinis inſtru ſecum deferebant diuitias, at Pharao, dum arbitratur cupidos, futuros non dubitabat captiuos: conſpicatus vndas vitreos conſtipatas in muros adhuc non deſiſtebat perſequi, quia pro illo contra ingens miraculum auri militare reputauit ſtudium. Innuit Rupertus lib. 2. in Exodum

Rupert. cap. 31. *Ea ipſa cauſa non parum innuit, vt ſpoliis Ægypti poſiti Filij Iſrael, quantò cupidius onuſti, tantò libentius ac properantius irent ad imperium Domini; Pharao autem tantò ad proſequendum promptiorem haberet exercitum, quantò inſanius acceptiſſent auro vel argento ſuo ſe eſſe ſpoliatos ab eis.* Ægyptij præceptum Domini de aſportando auro ignorantes, & Iſraëlitas laboraſſe cupiditate credentes ſibi promiſerunt triumphum, quantumvis ſciſſi maris aduerſaretur miraculum: nec enim rebantur poſſe vitiis non inſeruire, quos credebant auri cupiditate inflammari. Vt hinc coniicias, quantum noceat virtuti cupiditas, & quàm ſit ſeruituti Ægyptiorum obnoxia auri & argenti tenacitas. Non credidit Pharao poſſe Iſraëlitas inceptum iter abſoluere, quia deluſus exiſtimabat cupiditatibus ſtudere. Aut, ſi mauis, expende Ægyptios poſt tot pertinacis obdurationis ſcelera, poſt tot inſani furoris deliria à Numine patienter latos, & dum auro inhiant, confuſis vndarum voluminibus fuiſſe ſepultos, quaſi cupiditas auri, quaſi diuitiarum fames, quaſi argenti deſiderium quàm proxima ſint naufragio.

§. VII.

Non ſemel præclari viri à ſuis exulauere repulſi, apud exteros fulſerunt glorioſi.

INuidia vetuſtũ malũ in meliores deſæuit ſẽper 31
armata, & præclaris ſemper aduerſa; nihil, ſecurũ eſt, ſtabile nihil, ſi inuidentium vota illicitas diſponant inſidias: quia inde creatur periculũ, vnde oriri debuit elogiũ. *Inuidioſa eſt contra eum querela,* aiebat Caſſiodor. 4. var. 44. *cui ſunt reuerentia iura ſeruãda: quia neſcio quid admiſſum graue creditur, vbi contra tales ſi'entium non tenetur.* Inuidentiæ aries in muros audet reuerentiæ: & quia de euerſione requiem placidiſſimam capit, euertere ſemper ſtudet; verùm licèt inuidia ferè omnes adurat, non ſemel propinquiores viuidius occupat, & ardentius in ſibi cohærentes ſtimulat. Audi Zenonem Veronenſem ſerm. de liuore & inuidia: *Secundum Salomonis ſermonem inuidia viro ab amico ſuo eſt: verè enim ita res ſe habet: non enim Ægyptio inuidet Scytha, aut Britanno Indus æmulatur; ſed vnuſquiſque gentis ſuæ hominibus, & conuibulibus inuidet.* Rationem ſubiicit: *Armat enim proximas ætates morbus inuidiæ: nonnunquam & in propinquos ſanguinis, atque inter ipſa ſæpè fraternitatis iura graſſatur.* Frater fratri inuidet, & obſcurare ſæpè contendit: vnde qui apud exteros magni habetur, apud ſæpè deſpicitur. Adeſt in huius veritatis exemplum Iephte vir fortiſſimus, & pugnandi peritia clarus: hic talis ac tantus à fratribus ſuis exulabat expunctus, & odij iniuria degebat exterminatus: *Erecerunt Iephte dicentes: Hæres in domo Patris noſtri eſſe non poteris: quia de altera Matre natus es;* cùm apud alios haberetur ſuſpiciendus, & ob eximias animi dotes decantandus. Expulſionis cauſam colorant; eam tamen non fuiſſe quam attulerant, cenſent interpretes; imò putant inuidia aductos contra ius faſque illum depuliſſe, & exhæredaſſe. Adeſt Arias Montanus. *Erat illa ipſa tempeſtate vir quidam & virtute & rei militaris peritia inſignis, eiuſdem quidem regionis hominum concinis natus, atque adeò congener; ſed fratrum inuidia, atque inſolentia excluſus ac neceſſariò exul.* Quem fratres ſpreuerant & expulerant, maiores natu de Galaad Principem & auxiliatorem exambiunt, ſibique præficiunt: *Perrexerunt maiores natu*

Caſſiod.

Zeno.

Inuidentia inter fratres durè graſſatur.

Montan.

natu de Galaad. vt tollerent in auxilium sui Iephte. Ad Iephte accurrunt externi virtutem, dexteritatem, ac fortitudinem demirati: veluti inutilem ad exulandum coëgerant consanguinei. Nec Iephte solùm id accidere videas, cùm sæpesæpiùs qui syderis clarissimi ad instar ab exteris conspicitur ac laudatur; à suis obscuretur despectus, & despiciatur luoris caligine obscurus.

32 Puer membra dissolutus hero ducatum præbet ad Dominum: ferut morbus sibi procurantique sanitatem conciliauit; ergo centurio ad Christum accedit non herili fastu turgens; sed animi moderationem ostendens: Dominum vocat, & miraculorum profitetur artificem: *Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur.* Christus solita benignitate domum adire promittit; verùm centurio sola iussione posse morbis mederi credit: Dic verbo, & sanabitur puer meus. Confer centurionis fidem cum Christi Domini fratribus: post multa miracula aliquid latere artis suspicabantur: dicebantque. *Si hæc facit, manifesta te ipsum mundo: nec enim fratres eius credebant in eum.* Ecce centurio alata fide veneratur, & à fratre Christus suspicioso tenetur. Quod expendens Seleucienſis Basil. orat. 19. sic nomine centurionis ait: *Noui potestatis tuæ vim: ex his, quæ habeo, quæ supranę sunt, didici: video ego quoque tuarum curationum agmina, video miraculorum virtutes esse in expectatione, dum annuas.* Addit Basilius: *Nondum enim, inquit, discipuli eius credebant in eum.* En consanguineus fugillat, centurio deprædicat: hic ad miraculum fidit verbo, ad calumniam ille diffidit miraculo: vt noueris nostram esse verissimam thesim, eximiæ scilicet virtutis viros apud suos haberi despectui, apud exteros admirationi.

Matth. 8. v. 6

Ioan. 7. v. 5.

Basilius.

33 Iosepho sydera gratissimum præstant adorationis obsequium; verùm obsequium ipsum fratrum adeò inflammauit inuidiam, vt pro notho vendiderint, & veluti vanissimum illusorem insimulatint. *Ecce somniator venit, venite occidamus eum.* Somnia apud fratres extiterunt venditionis causa, cùm ob somnia fuerit apud exteros redimitus corona. *Numquid*, aiebat Pharao, *inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergò ad Ioseph. Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, numquid sapientiorem, & consimilem mi inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Ab Ægyptiis sapientissimus colitur, à suis somniator vanissimus colitur, à suis somniator vanissimus irridetur, fratres ferè nihili vendunt: Ægyptij ad regiminis culmen extollunt; apud exteros conclamator diuinus, apud fratres audit vanitulus, & superbus. Adest Chrysostomus homil. 61. in Genes. *Hic morbus (inuidiæ) ab initio & Cain, vt fratrem occideret, armauit: & similiter isti propter benenolentiam Patris, quam erga puerum declarabat, & odio illum prosequebantur, & impugnare moliebantur, & quotidie ipsius eadem patiebantur.* Fratres patiuntur cædem, externi efferunt ad fastigij dignitatem: quia fratres durè premebat inuidia, & adurgebat maleuolentia. Qui oculis inuidentiæ expertibus adspiciunt, deprehendere solent esse aliquem multis nominibus suspiciendum, & multis titulis venerandum, cùm aliquando cognati affinésque proximitate luminis repercussi nil laudabile aspiciant, & multa quæ liuido momorderint dente, inueniant.

Gen. 37. v. 19.

Gen. 41. v. 38.

Chrysost.

34 Christus Dominus patriam repetit, quo mira cœlestique Doctrina suorum mores reformarit, & ad virtutem tenebris depulsis allexit; verùm cùm oporteret illum repetitis acclamationibus extollere, & sapiennam demiran obscurare gestiunt, & fabri filium despiciunt: *Nonne hic est filius Ioseph?* A suis exasperatus factionis calumniis ad Sidonios transit, vbi Chananæa mulier Dauid Filium proclamat, & Dominum exertis clamoribus prædicat *Ecce mulier Chananæa à finibus iis egressa clamauit dicens ei: Miserere mei, Domine Fili Dauid.* Si idem est apud Nazaræos & Sidonios; cur alibi vt regia ortus stirpe commendetur, & thesaurus miraculorum habeatur; alibi verò fabri filius dehonestetur, & despiciatur? Ipsa dubitandi ratio est dubitationis solutio: dum apud suos degit, iniquis denigrantur suspicionibus miracula, & de origine dehonestatur etiam persona: dum apud exteros versatur, nobilissimus, & demirandus habetur. Opportunè Basilius Seleucienſis orat. 20. *Egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis. Inde: vnde? Vbi dum mira perficit, calumnijs petitur: vbi dum morbos sanat, feri contumeliam, dum beneficentia vtitur, non creditur: Et ecce mulier è finibus illis clamauit dicens ei: Fili Dauid Miserere mei.* Ab exteris exul suspicitur, & dæmonum flagellum habetur, cum apud suos miracula haberentur præstigiæ, & inde ferret contumeliam, vnde conciliare tibi debuisset æternam famam: *Stulti*, inquit Chrysostomus apud D. Thomam, *admirantes sermonis virtutem parui pendunt ipsum ab eo, qui parabatur, pater.* Ecce apud suos quantumvis Doctrina commendat celeberrimum, fugillatur despectus, qui apud extraneos magni æstimatur depullus.

Matth. 15. v. 22.

Basil.

Chrysost.

35 Thesin claudat Elias, qui ab Achabo populi habetur conturbator, pacis pestis, & promptuarium calamitatis: *Venit Achab in occursum Eliæ, & cùm vidisset eum ait: Tune es ille qui conturbas Israël?* Cœlum clauserat, claustra nubibus iniecerat, sitque intra patrauerat, quæ admirationis terminos supergrederentur; & tamen audit conturbator, & calamitatis assertor: hic ipse cœlestis homo, & integerrimus Dei minister à sareptana deprædicatur: ipsam audi: *Nunc in isto cognoui, quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.* Quàm alius erat sareptanæ & Achabo! Discriminis causam textus expressit, dum sareptanam testatur extraneam: est enim apud sæculum latis solemne viros eximijs virtutibus præditos, & miris dotibus exornatos apud suos non solum magni non habere; sed studiosè deprimi, & maligne fugillari: cùm tamen apud exteros magni deprædicentur, & veluti cælites habeantur. Deprædicabat vidua Eliæ virtutem, Filij demirabatur resurrectionem; Achabus verò iniecisse nubibus claustra non putabat virtutis argumentum; sed tumultuosi hominis, Reipublicæque pestis reputabat clarissimum testimonium: *Conturbas Israël*: Audi Caietanum: *Nunc cognoui quòd vir es Elohim. Ad internam Eliæ bonitatem refertur esse virum Dei: credidit enim ex hoc facto, quòd verè cor Eliæ erat sanctum coram summo iudice.* Conducibilius fuit Eliæ apud Sareptanos commorari, quàm apud suos: exteri namque cùm nullas inuidentiæ tenebras paterentur, eius virtutem & sanctitatem demirabantur; sui tamen liuore corrupti, & improbitatis tenebris obcæcati ad necem quærebant, & tranquillitatis perturbatorem exertis vocibus proclamabant.

3 Reg. 18. v. 16.

Caietan.

3 Reg. 17. v. 24.

§. VIII.

Humana fælicitas vti angusta consortem respicit, cælestis vti amplissima exambit.

36 EA est ardentissima nostra hydropisis, vt maria præsumat absorbere, & quasi parum fuerit, nondum dedisca sitire: necessitati plurima sunt superuacua, omnia videntur inlanæ cupiditati angustissima. Quidquid adieceris, non est finis cupiditatis; sed gradus: inuentus est: qui aliqua concupiscat post omnia. Nec solùm ardor cupiditatis inlanit, nec siti modum imponit, verùm etiam ipsæ res humanæ eius sunt ingenij, vt inueniantur exiguæ, nec inter multos diuidi possint. Babylon illa, quæ Marinis videbatur fluctibus exundare, quæ sedebat super aquas multas, haustum satis angusto calice inclusum offerebat, & sitientibus propinabat: Apoc.17.v.1 *Habens poculum aureum in manu sua.* Fortassis quod præst gis latissimum videbatur mare, reuera erat exiguum poculum, & ad hæc is erat cupiditatis ardor, vt placari nequiret mari. Quàm benè Maximus Taurinensis Episcopus homil. de Martyribus. *Cunctos penè homines agitat auaritia, nullum de his quietum esse permittit: hi enim, qui nihil habent, cupiditate torquentur: illi, qui diuitias possident, solicitudine cruciantur; nec ipsis enim benè est, qui recondito auro incubant: imò ipsis est grauius: semper enim sunt anxij, mœsti, solicits, ne hoc seruus auferat, ne fur effodiat.* Quod vel copiosum aurum nolunt diuidere, est auaritiæ; quod vel copiosum angustum credant, posset esse prudentiæ: nil enim humanum esse potest non angustum, & pluribus limitatum. Hinc prodigi frater domum non ingreditur, dum frater ferculis opiparis fruitur: Luc.15.v.28. *Nolebat introire.* Et quare? Iam respondit Chrysologus serm.4. Chrysol. *Quos non capit domus ampla germanos.* Neque his solùm germanis fuit domus angusta; sed & Iephte fratribus fraterna hæreditas limitata: ne quid fratri contingat, domo expellunt fratrem: *Hæres in domo Patris nostri esse non poteris*, nec solum, vt Caietano placet, causa inter fratres acta; sed ad tribunalia delata est: *Nonne vos estis*, aiebat maiores alloquens Iephte, *qui odistis me, & eiecistis de domo Patris mei?* Audi Caietanum. Caietan. *Hinc apparet quod senium auctoritate expulsus fuerit Iephta è domo Patris sui publico mandato, ita vt fugere illum oportuerit.* Ob hæreditatem apud tribunalia certatum est, & qui naturæ vinculo vniti, cupiditatis ingenio sunt diuisi, & alienati.

Maximus Auaritia pauperes cupiditate torquet. diuites solicitudine angit.

37 Abraham Lotque eisdem campis alebant pecora; verùm opus fuit ad inuicem separari, quia Gen.13.v.6 illos nequibat capere terra: *Nec poterat eos capere terra: vt habitarent simul.* Vides duos terram vti angustam non capere: transi modò ad ferè innumeros Abraham filios cœlorum syderibus designatos, illósque videbis nullatenus angustari; sed latè ac simul fugere: *Suspice cœlum*, aiebat Dominus, Gen.15.v.5. *& numera stellas, si potes. Et dixit ei, sic erit semen tuum.* Inquires: si tot filij queunt communiter habitare, cur opus est Abrahamum, Lotúmque diuidi? Aut si necessum est duos diuidi, quomodo tot poterunt simul coniungi? Iam textus explicuit: *Nec poterat eos*, inquit, *capere terra, vt habitarent simul.* Terra vti angusta plures non capit; at cœlum vti latissimum ferè innumeros admittit: dum stellis fratres delineantur, & plures simul habitare videntur: dum in terra degunt, vel duo iam angustantur, & comprimuntur. Opportune Gregorius lib. 5. moral. cap. 31. Greg. *Qui liuoris peste plene carere desiderat, illam hæreditatem aliget, quam coharedum numerus non angustat, quæ & omnibus vna est, & singulis tota, quæ tanto largior esse ostenditur, quanto ad hanc percipiendum multitudo dilatatur.* Accrescit nescio quid possessori, si sortiatur in cœlestibus consortem: detrahitur in humanis, si habuerit participem ita angusta sunt caduca; ita ampla inueniuntur æterna.

Ezechiel iustè luciferum imprudentiæ sugillat: 38 Ezech.28. v.17. *Eleuatum est cor tuum in decore tuo: perdidisti sapientiam tuam.* Superbia eo oculos fumo obcæcauit, vt æterna quodammodò putarit caduca, quandoquidem excluserit participem, cùm deberet exambire consortem: Isai.14.v.13. *Sedebo in monte testamenti.* Solus sedere voluit, & dum solitudinem ambiuit, de cœlestibus iniquam sententiam tulisse ostendit: ea namque cœlestia sunt, vt si à plurimis possessa, noua accrescat possessoribus gratia. Adest Bernardus serm.5. de verb. Bernard. Isaiæ: *Væ tibi superbe spiritus, solitudinis, & solitaria præsumptionis amator: non stetisti in veritate, expulsus est pes superbiæ, stare non potuit. Solus sedere volens, tanquam fulgur cecidisti de cœlo.* Non poterat, qui cœlum terræ ad instar cogitabat, cœlo consistere, quandoquidem cælites amant fœlicitatis participem, & Lucifer non admittebat prosperitatis consortem.

Ioannes Didacusque dum crucem audientes 39 ad thronos inuolant, & sedere discupiunt, alter ad dexteram, alter ad sinistram: Matth.20. v.21. *Dic vt sedeant hi duo Filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo*; stulti audiunt, & iure, vt qui sibi ipsis aduersentur, & votis imprudenter opponantur: *Nescitis quid petatis.* Et quæ stultitia est geminum ambire thronum, quando constat sedenti adstare geminum Seraphinum? *Vidi Dominum*, aiebat Isaias, *sedentem super solium* Isai.9 v.1. *excelsum, & elevatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum. Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alæ alteri.* Si non desipiunt Seraphini, cur nesciant germani? Quia germani, inquit Chrysostomus apud D. Thomam temporalia cogitabant. Ergo vt amisit sapientiam Lucifer, dum sibi vni exambit thronum, ita nesciunt quid petant fratres, dum communem quærunt suggestum, quandoquidem nec humana sufficiunt pluribus vti angusta, nec cœlestia vni soli adscribi debuerunt vti amplissima Chrysostomum audi in catena: Chrysost. *Manifestum est quod nihil spirituale petebant, nec intelligentiam superioris regni habebant.* Dum Dominus cœlesti insidet throno, adstantes apparent Seraphini: nec enim coarctantur suprema; imò illorum alter exultat de alterius fœlicitate; at fratres in ipsa ambitione inueniuntur ignari, quando solicitantes humana fore pluribus existimauere communia.

Quàm alia sunt sponsæ, & fratris prodigi vota! 40 Aiebat illa: Cant.1.v.3. *Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me Rex in cellaria sua; exultabimus, & lætabimur in te.* Ista amat reconditorum consortes, socias cellariorum; ille indignatur rediisse fratrem. *Indignatus est autem, & nolebat introire* Luc.15.v.27. Huius indignationis causam putat Chrysologus sermon. 4. Chrysol. Patris hæreditatem diuidendam, & vtrique fratri applican

applicandam : *Frater credit damnum, qui redisse conſpicit coheredem.* Hinc difficultas oritur: ſi damnum putat frater cohæredem habere (quomodo ſponſa ſolicitat ſponſi bona adoleſcentulas plures ſimul cum illa ſortiri ? Frater indignatione flagrans dolet paternam intraſſe prodigum domum, & ſponſa videns vſque ad cellaria introductas plures exultat? Profectò alterius luor, & ſolicitudo alterius, quam diuerſa ſint cœleſtia, & humana argumentis claris oſtendunt. Sponſa cœleſtibus inhians gaudium ſuum de conſortium numero adornat. Frater de fratris reditu dolet, quia fœlicitatem anguſtat : non eſt humana fœlicitas, quæ admittat plures, quandoquidem inuenitur arctiſſima : non eſt cœleſtis fœlicitas, quæ ſocios reſpuat, quando laxis probatur ſinibus ampla. Adeſt Bernardus ſerm. 21. Cant. *Non curram ego ſola, etſi ſolam me trahi petierim: current & adoleſcentulæ mecum: curremus pariter, curremus ſimul.* Addit ; *Non ait, ſingulariter curram ; ſed, curremus.* Cœleſtia promptuaria omnibus exundant, & dum admittunt plures, recreant hilariores. Ergo ſponſa, vt fœlicitate ſua cumulatius perfruatur, conſortium ambit, nec ait : Curram ego ſola ; ſed, curremus : nec timet quid ſibi detrahendum, ſi habuerit conſortes ; at frater in humanis habere doluit participem. O ! cœleſtia appete, vt omnem excluſeris auaritiam : fuge humanorum cupiditatem, aliter tetram non exues inuidiam : ea namque eſt humana fœlicitas, vt nequeat plurimos fortunare : ea ſunt cœleſtia, quæ de numero adeuntium poſſint fœlicitatem augere.

Bernard.

§. IX.

Virtus etſi ad tempus exulare cogatur, honori ſibi debito tandem reſtituitur.

41 INuidia, ambitio, & aliæ ſexcentæ peſtes in virtutem inſurgunt, & non ſemel exulare compellunt ; verùm etſi aliquo tempore violenta vitiorum regnet tyrannis, infirmo fundamento innixa & corruit & petit : dignitatis non patitur ambitioſus conſortem, probus non ſuſtinet ambitioſi conſortium : vnde alter exilium amat, quod alter illi ſolicitat : *Ille vir ſyncerus ac purus*, inquit Seneca Epiſtola 73. *qui reliquit & curiam & forum, & omnem adminiſtrationem Reipublicæ, vt ad ampliora ſecederet, diligit eos, per quos hoc ei facere tutò licet : ſoluſque illis gratuitum teſtimonium reddit, & magnam rem neſcientibus debet.* Neſciunt cupiditate tincti, ambitione meſſi, quàm grande beneficium ſit illorum deuitaſſe conſortium, & fugiſſe commercium, at virtutis alumnus, quia agnoſcit, fugit: vnde ex diſſimili cauſa conuenire ſolent ſtudia: nam cupidus anhelat expellere probum, & probus fugiſſe cupidum : neſcit ambitioſus virtutis ſe negotium gerere, dum aduerſatur virtuti. nam licet expulſa exularit tantiſper, tandem exilium ipſum vertitur in ſuffragium, & quæ abacta exulare videbatur, quæſita honori ſibi debito tandem reſtituitur. Huius veritatis adeſt Iephte clariſſimum teſtimonium : eius fratres paterna exhæredant facultate, ille fugit cupidos, ambitioſoſque ; verùm exul quæritur, & quæſitus honoratur : *Ejecerunt Iephte dicentes : Heres in domo Patris noſtri eſſe non poteris : quia de altera matre natus es : quos ille fugiens atque deuitans habitauit in terra Job.* Hic degebat, cùm populus legationem inſtituit, ducemque præfecit : *Dixerunt ad eum : Veni & eſto Princeps noſter ; & pugna contra filios Ammon.* Ceſſit cupiditas, ambitio erubuit, & Principatui quæritur, qui exulauit. Adeſt Arias Montanus : *Indicat* (textus) *nullam egregiam virtutem, & facultatem eſſe, quam tametſi vulgaris opinio atque temeritas, inimica vnicuique loco ſuo aliquando dimoueat ; tamen beatior occaſio multo cum fœnore demùm non reſtituat ; imò anguſtiore, honeſtioreque amplificet.* Quæſitus eſt in Principem, quem fratres depulerant exhæredem : virtus namque etſi tantiſper ab inuidis, æmuliſque diuexetur, honori tandem debito reſtituitur.

Montan.

42 Dauid miris virtutum dotibus excultus, fortitudinéque præditus cogitur montibus exerrare, antriſque obſcuriſſimis delitescere ; imò ibi viuere non licebat : quia liuor lynceis oculis indagabat. *Ecce Dauid in deſerto eſt Engaddi*, nuntiant adulatores Saul : *Aſſumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Iſrael perrexit ad inueſtigandum Dauid, & viros eius etiam ſuper abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt.* Libertatis aſſertor odio erat, & qui hoſtem deuicerat, quærebatur ac ſi prodidiſſet Dominum ; verùm poſt tot calamitatis procellas, poſt tam captioſas inuidiæ inſidias, poſt moleſtam adeò in montibus deerrationem & quæritur & adoratur, & vngitur : *Venerunt vniuerſæ tribus Iſrael ad Dauid in Hebron dicentes : Ecce nos os tuum, & caro tua ſumus.* Et adiciunt : *Tu eris dux ſuper Iſrael.* Virtus deuictis calamitatum vorticibus portum appulit, Dauidémque regem ſalutarunt tribus, eius mitis dotibus perſuaſæ, & propria neceſſitate compulſæ. Adeſt Baſilius Seleucienſis orat. 15. *Dauidem Saulis moribus obluctari permittit Deus, vt athleta ope diuina inuidentia victor euadat ? tentationem permittit, vt mentem coronet.* Permiſit exilium ; ſed vt præparauerit thronum : exerrauit montibus diuexatus periculo ; ſed quæſitus eſt poſteà regno : vincit namque probitas, & dum in ſui admirationem adducit, honor illam quærit, & exambit.

1. Reg. 24. v. 3.

2. Reg. 5. v. 1. & 3.

Baſil.

43 Ioſeph caſtitatis ſpeculum, prudentiæ Theſaurus, humanitatis prodigium cum periculis pro virtute retinenda vel ab ipſa iuuentute colluctatus eſt : inuidentiæ, odiique fraterni fluctibus impetitus à paterno latere abducitur, & vſque ad Ægyptum deferitur: inuidentia percuſſi fratres turgebant, iſque erat morbus, vt vel ad ſuſpectam ex inſomnis pueri fœlicitatem recrudeſceret, & animos vſque ad phrenitidem inflammaret. *Ioſeph ductus eſt in Ægytum, emitque eum Putiphar Eunuchus Pharaonis.* Venditus, manciptique loco habitus exulabat ; nec tamen ſtetit calamitas ; imò durior pudicum adorta eſt : nam fratrum odia excepit mulier habens amores impotentes. Domina libidinis ſerua ſeruo adulabatur ; ille verò ipſa in ſeruitute liber animum gerebat virtutibus nobilitatum, & æquanimitate imperterritum: optimus athletes continentiæ præſidio colluctatus eſt, quin ſeruitij humilitas generoſum animum depreſſerit, quin blandæ dominæ adulationes, vanæ

Gen. 39. v. 1.

variaque ſpes à virtute vnquam deuiare ſuaſerint. Attmauerat cæca mulier, luique oblita fucorum inſidias, verborum fallacias, veſtium varietatem, & quidquid ſe per ſenſus inſinuans animam ſolet obſidere, & virtutum obſidionibus captiuare, at Ioſephi temperantiam deprædari libido non potuit; vt tamen furorem ſolaretur, famam obſcurauit, & in opinionem irruit. Ioſephus à domina accuſatus ſuſtinuit vincula, intrauit carcerem; verùm dum ſapienter regis ſomnia interpretatur, dum innocentia interpretatione proditur, honori debito

Gen.41.v.38 reſtituitur: *Num inuenire poterimus*, aiebat Pharao, *talem virum: qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph: Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid ſapientiorem, & conſimilem tui inuenire potero?* Iam audit Dei ſpiritu plenus, qui aliquando audiebat adulteriam fulget throno, qui premebatur inexorabili ferro: nam licèt aliquando virtus exulare cogatur, honori tandem debito reſti-

Baſilius. tuitur: *Per omnes virtutum gradus* (inquit Baſilius Seleucienſis orat. 8.) *pedem promouens ac velut inter ignes tentationibus colliquefactus, & probiſſimus athleta exigens præmium virtutis regiam tulit dignitatem, carcerem thronus excipit, & ſit Ægypti Dominæ adulteræ captiuus.* Delituit in carcere infamia denigratus, exulauit in Ægypto ab ipſis fratribus venditus; verùm virtutis temperantiæque gubernaculo vitam aurigans procelloſos per amoris & odij vortices portum appulit, & thronum inſcendit, & quantumvis maleuolentia tentarit obniti, non potuit ad propulſandam penuriam ſeruandamque prouidenter abundantiam eius ſapientia non quæri: illum Princeps extulit, quia eius operis indigebat, & conſiliis infauſta tempora propulſabat. E contra accidere vitio videbis: honore aliquando fruitur, dignitatum luminibus honoratur; verùm vt eſt ignominiæ, calamitatique obnoxium, tandem deſpectui, probroque habetur, & digniſſima pœna ſoluit, quem dolis ac præſtigiis honorem rapuit.

44 Extat Amanus huius mirum veritatis exemplum. Ab Aſſuero exaltatus ſic intumuit, vt vanos fortunæ vultus ſpreuerit, & in Dei ſeruos innocuoſque exarſerit: quaſi parum ſæuitiæ fuerit vnius alteriuſue manus ſanguine cruentare, Hebræos omnes falſis accuſationibus impetitos delere aggreditur, vt vno eodémque tempore & vita

Eſther.3.v.6 mulctarentur & fama: *Pro nihilo duxit in vnum Mardochæum mittere manus ſuas.* Mardochæus lugebat morti damnatus; Amanus gloriabatur ſuperbus; verùm citò præmium tulit, quod merebatur peruerſitas, & reſtituta eſt honori probitas:

Eſther.7.v. 10. *Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardochæo.* Subnectit textus: *Tulitque rex*

Eſther.8.v. 2. *annulum, quem ab Aman recipi iuſſerat, & tradidit Mardochæo:* Ecce Aman tantiſper regio annulo honoratus eſt, Mardochæuſque patibulo condemnatus, verùm patibulum, quod Mardochæo minabatur, Amanum cruciauit, & annulus Amano ereptus Mardochæo in honoris ſignum eſt traditus: nequibat virtus debito ſibi honori non reſtitui, nec malignitas poterat ignominiæ non reddi. Tandem fraus luxit prodita, & virtus tandem exultauit honorata: *Mardochæus ingreſſus eſt ante faciem regis, tanquam ſibi familiaris*, in-

Lyra. quit Lyra, *& amabilis, tum quia vitam eius ſeruauerat, vt patet ex precedentibus: tum quia regine patruus erat: tulitque rex annulum ſuum, quem ab Aman recipi iuſſerat, cum à dignitate priſtina degradando, & tradidit Mardochæo ipſum loco eius promouendo.* Ab honore ſibi debito tantiſper exultauit Mardochæus; ſed tandem reſtitutus fulſit: honore ſibi non debito vlus eſt Amanus; ſed citò priuatus, expulſuſque eſt, quia nec poſſunt diu perſeuerare infirma, nec ruere ſolida.

Vtrique propoſitioni ſuffragatus relata hiſtoria 45
à Seneca lib. 4. de Benef. cap. 37. Philippus Macedonum rex militem habebat manu fortem, cuius in multis expeditionibus vtiliſſimam operam expertus, honoribus eſt, & auctoramentis dignatus: hic naufragio in cuiuſdam Macedonis prædium delatus eſt: quod vt Macedo nouit, accurrit, in domum ſuam tranſtulit, ſuo lectulo collit, & ſemianimem recreauit. Promiſit iam ſaluti reddi-
tus referre gratiam: verùm vt peruenit ad Principem celato auxilio, diſſimulato beneficio ipſius hoſpitis prædia dari ſibi ab Imperatore obnixè poſtulauit. Annuit Princeps: expunctus bonis ſuis Dominus Epiſtolam Principi ſcripſit, qua
Seneca. accepta & ingratum iuſſit notis inuri, & hoſpiti facultates omnes reſtitui. Audi ex Seneca. *Induxi in bona quæ petebat, iuſſit: expulſus bonis ſuis ille, non vt ruſticus iniuriam tacitus tulit, contentus quod non & ipſe donatus eſſet: ſed Philippo Epiſtolam ſtrictam, ac liberam ſcripſit, qua accepta ita exarſit, vt ſtatim Pauſaniæ mandare bona priori Domino reſtitueret, cæterùm improbiſſimo militi, ingratiſſimo hoſpiti, auidiſſimo naufragio ſtigmata inſcriberet ingratum hoſpitem teſtantia.* En etſi aliquandiu liberalis, bonis ſuis interdictus exulauit, tandem vt ute cognita reſtitutus eſt. Vt è contra qui fraudibus, technisque poſſeſſiones adierat, veritate comperta ſtigmatibus impreſſis ſorduit, & à conſpectu hominum exulauit.

§. X.

Prudens ipſum infortunium vertit fœlicitatis augmentum.

SApiens dominabitur aſtris, dum eis obedit; 46
ſed vt obſequantur ſibi, ſapienter detorquet: quidquid acciderit, in virtutis colorem trahet, & ipſa de calamitate ſibi fœlicitatem procudet. Audi
Seneca. Senecam Epiſt. 66. *Animus intuens vera peritus fugiendorum ac petendorum, non ex opinione, ſed ex natura pretia rebus imponens toti ſe inferens mundo, & in omnes eius actus contemplationem ſuam mittens, cogitationibus, actionibuſque intentus, ex æquo magnus ac vehemens, aſperis blandiſque pariter inuictus, neutri ſe fortunæ ſubmittens, ſupra omnia quæ contingunt, accidunt que, eminens.* Subnectit: *Quidquid attigerit, in ſimilitudinem ſui adducit, & tingit.* Calamitas vexat, emollit, diſcruciat paupertas, ſuſtinet, aut induſtriè pellit: ea nonnullis accidunt, quibus poſſent miſerandi cenſeri; ſed inde eorum nata eſt fœlicitas, vnde pullulabat durior calamitas: voluit namque Deus oſtendere poſſe ingenium, virtutémque cum fortuna aduerſa colluctari, & vincere. Non ſemel acriori tempeſtate exagitatum appulit nauigium celerius portum. Ita Tertullia-
Tertull. nus lib. 1. de anima cap. 2. *Nonnunquam & in procella confuſis ventis cœli & freti, aliquis portus offenditur proſpero errore, nonnunquam & in tenebris aditus quidam, & exitus deprehenditur cæca fœlicitate.*

Ecce

Digitized by Google

Ecce de errore proſperitas, & de obſcuritate aliquando naſcitur claritas, quod Iephte accidiſſe dignoſces: ni à fratribus expulſus, fortaſſis ad regimen non fuiſſet alcitus; at dum expungitur, terram Iob, id eſt bonitatem habitare compellitur, ibique habitans Princeps aliquorum efficitur, & tandem ad Reipublicæ clauum vocatur: *Quos ille fugiens atque deuitans* (id eſt fratres) *habitauit in terra* Iob, *congregatique ſunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quaſi Principem ſequebantur.* Fors inopes docuit induſtria laudabili neceſſitate ſuccurrere: fors quos latrocinantes antea recepit, milites ſtrenuos procudit: Iob habitauit regionem à fratribus expulſus, nec habitaſſet, ni proſligatus. Huc voco Auguſtinum apud Hugonem Cardinalem: *Felix*, inquit, *neceſſitas, quæ ad meliora compellit.* Erectus coluit virtutem, & virtutis cultor de ipſa erectione ſibi finxit proſperitatem: vt edoceret poſſe infortunium verti in proſperitatis exordium. Auguſt.

47 Pergebat Samſon nuptias cum alienigena celebraturus; verum cogitanti thalamum inopinè occurrit leo viantem ad ventris tranſlaturus ſepulchrum: ipſa neceſſitas audaciam armauit, diuinuſque impulſus ad reportandam de hoſte victoriam impulit: Samſon in leonem intrepide irruens dilacerauit, & qui minis cædem ſpirabat, ſtragem tulit. Poſtea mellis fauum dilacerationis præmium inuenit: & qui viuens aſpectus torpitate terrorem ingeminabat, deuictus iam leo dulcedinem offerebat: *Ecce exámen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis, quem cùm ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via.* De comedente exiuit cibus, & de terrore dulcedo: quod ad mores adaptans Hugo Charenſis eos inquit in Samſone deſignari, qui cœleſti ſpiritu adiuti nouerunt ex ipſis infortuniis ſibi elaborare felicitatem, & ex ipſa amaritudine conficere ſibi dulcedinem: *Fauum de ore leonis extraxit, dum ſe vel alios à ſuggeſtionibus diaboli eruit, vel de tentatione pronentum accipit, vel de tribulatione ſuæ iniquitatem dulcedinis elicit.* Sapiens fortiſque dominatur aſtris, & medicatis oſſis ipſi Cerbero ſomnium creat, quo digna ſpolia ac tropæa ditiſſima acquirat: vt morientes muſcæ vnguenti corrumpunt ſuauitatem, ſic prudentia corruptionem transferre didicit in dulcedinem. Ecce Samſon de comedente ſibi cibum elicuit, & adurgens infortunium dulciſſimum mutauit in fauum: eſt enim ars, & quidem cœleſtis, quæ Circes ad inſtar mirum ſortiatur ingenium, quæ qualitates tranſmutet, quæ ſibi de ipſis calamitatibus fortunam creet. Ediſce à Sanctis hanc vtiliſſimam artem: muta dolorem hilariter ferendo in gaudium, de tribulis vuas collige, & appetitum leonis inſtar furentem ac rationis mortem ſpirantem ſubige, cœleſti virtute armatus audentem dilacera, & frueris ſaporatiſſimis ferculis de ipſis induſtriè detriumphatis periculis. Iudic. 14. v. 9. Hugo.

48 Magi illi, qui Chriſti Domini infantiam petitioſis muneribus honorarunt, exertis vicibus recens natum regem, conclamant, & iam ſtellam diuinitate exaguratam pronuntiant ſeruam: *Vidimus ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* O Magiam cœleſtem, quæ fictum Deum in verum mutauit ſeruum! O Magorum prudentiam, quæ ipſam materiam erroris conuertit in indicem veritatis! *Dies eosdem*, aiebat Chryſologus ſerm. 156. *quos ſyderibus ſeruiebat.* Lucis venuſto candore obcæcatus Magus, ſyderis pulchritudine illectus longè adeò à veritate aberrabat, vt creaturam pro Deo coleret, & victimis inſeruiret; verùm cœleſti ſole exorto excuſſit tenebras, vtque reſtitueret rationi, quod erroribus applicuerat, ſtella vtitur ad veritatis obſequium, ſi vius fuerat ad vanitatis delirium. Audi Chryſologum ſerm. 157. *Stella hæc miniſtra viæ, non vitæ, comes Magorum, non cognata Chriſti, non dominantis domina: ſed ancillula ſeruorum. Sed dicit aliquis: Quare Magi, quare per ſtellam, ſi cum ſtellis, cum origine nulla cauſa eſt, nulla ratio cum natura?* Iam quæritis reſpondet: *Quare Magi, quare ſtella? vt per Chriſtum ipſa materia erroris ſic fieret ſalutis occaſio.* Docuit recens natus Magos quam non didicerant artem: ipſam ſcilicet quam cæcutientes materiam in veritatem armarant, ad veritatem indagandam honeſtè detorquere, & de ipſo errore ſibi indicem veritatis procudere. Iam ſtella eſt nouus regis præconium, ſi antea Magis ad erroris deſeruierat delirium, quam adorauerat deam, iam per Chriſtum nouit conuertere in famulam, & mutauit periculum in tropæum. Matth. 2. v. 2. Chryſol. Ambroſ.

Conuenerant ad Eliſæum prophetarum filij, 49
vtque ille erat humaniſſimus, ac prouidus, parari iuſſit filiis prophetarum pulmentum: nec enim dedecet ſuperiorem curam erga ſuorum commoditatem impendere, quantumuis magnis negotiis, & contemplationi aſſiduæ conſtet dicari; imò dum ſubiecti omni nudantur curâ, & ſuperior attendit ſolicita prouidentia, mirè elucet mortificationis concinnitas, & mirè reſplendet charitas: dedecet ſubiectos erga ſe ſolicitudinem gerere; decet maximè ſuperiorem decentem illis commoditatem ſolicite procurare. Ergo filij prophetarum orationi obedientiæque vocabant: Eliſæus verò religioſa illis alimenta prouidebat: *Dixit vni de pueris ſuis: Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum.* Puer plus obediendi peritus, quàm cibum parandi expertus ſyncera intentione amaritudinè; imò & mortem pro prandio non ſine labore diſpoſuit: *Inuenit quaſi vitem Sylueſtrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & implenit pallium ſuum, & reuerſus concidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid eſſet.* Velim hanc omnes, qui religioſos opiparè alij obmurmurant, hiſtoriam legerent, vt nouerint miraculo opus eſſe, vt mandi poſſint, quæ communitati ab inexperto, inſcioque parantur. Vt filij prophetarum guſtarunt, venenum agnouerunt, & promulgarunt: *Mors in olla vir Dei, & non potuerunt comedere.* En prandium conuerſum eſt in venenum, & quod vitæ videbatur alimentum, mortis inueniebatur illicium. Quid tunc? Eliſæus Chriſti Domini figuram gerens non iuſſit coctionem proijcere; ſed edocuit in ſalubres cibos conuertere: *Afferte*, inquit, *farinam: cúmque tuliſſent, miſit in ollam, & ait: Infunde turbæ, vt comedant. Et non fuit amplius quidquam amaritudinis in olla*: Venenum arte tranſiuit in cibum, & amaritudo degeneranit nobiliter in commodum ſaluti alimentum: ſuo facto docuit diſcipulos Eliſæus cœleſtem eſſe artem, qua mortifera tranſeant in ſalutis materiam, quaque infortunium conuertatur in commodum: *Leuis farina aſperſione*, inquit Ambroſius lib. de Elia cap. 6. *omnem illam amaritudinem temperauit, abſtinentiæ prophetæ munere venenum vires euacuans.* Euacuauit arte venenum, & virtute vertit in pabulum. Et cur neſciat Dei ſeruus de noxiis conficere ſalutaria, quando vitiorum vernulæ de ſalutaribus conficere norunt noxia? Cœleſtem 4. Reg 4. v. 38.

panem assumant sibi venenum, salutem faciunt libidini seruulam, potentia vtuntur ad laqueos imbecillibus struendos, auro vtuntur ad voluptatis commercium, vino ad appetitus delirium. Discant igitur Dei serui de abstinentia procudere sibi salutem, illos infortunia doceant quam omnia fuerint caduca, & quam calamitatibus plena: sic enim erit salutis corporis & animæ occasio, quod aliter eilet salutis ac virtutis venenum.

50 Christi Domini æmuli dum impias manus omnium Domino crucifigendo commodant, de
Matth. 27. v. 45. ipsa luce caliginem sibi horribilem creant. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam.* Lucem illam splendidissimam, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum sibi impietas densas conuertit in tenebras, & sceleris arte dum lucem extinguit, tenebrosissimam sibi noctem concinnauit; at ne sibi plauderet iniquitas, Deus ipsas tene-
2. Cor. 4. v. 6 bras mutauit in lucem, testante Paulo 2. ad Corinth. 4. *Dixit de tenebris lucem splendescere.* Fas non erat, vt malitia lucis florem conuerteret in caliginem, & Dei virtus caliginem non verteret in candidissimum splendorem? *Sub Christo factæ sunt tenebræ super omnem Iudæam tribus horis*, scribit
Origen. Origenes apud D. Thomam, *quoniam propter peccata sua priuati sunt à lumine Dei Patris, & à splendore Christi, & ab illuminatione Spiritus Sancti.* Fœlicitas lucem in tenebras conuerterunt; sed ne minus virtus efficere videretur, de tenebris lux producitur, & chaos tenebrosum illuminatur. Ita Doctor Angelicus lect. 2. ad cap. 4. Epistolæ 2. ad
D. Thom. Corinthios: *Fecit lucem splendescere: quod fuit in separatione elementorum, quando chaos tenebrosum illuminauit per lucem, quam fecit.* Chaos illuminatur, si candor obtenebrescit: vt noueris contraria via peccatores æmulari, & dissimilitudine artem similem exercere.

§. XI.

Pauperes alti, benigneque accepti optimi sunt contra aduersitatem patroni.

51 FElici infelique opus est patrocinio vel ad tuendam fortunã, vel ad propulsãdam miseriam: ad tuendã fortunam alia fortuna opus est, qua si quis careat prædis patet inuidorum, & quo fœlicior re splendet, grauiora pericula sustinet: quisquis fortunatus luxit, & multorũ iaculis patuit, iam extra dubiũ est calamitate impetito opus esse auxiliũ quærere, & patrocinio obarmari; verùm si inquiras quale quærendum sit patrocinium: pauperis dixerim alti, & calamitati erepti. Reportatis de hoste copiosis trophæis Deus Abrahamo apparet, &
Gen. 15. v. 1. patrocinium promittit: *Noli timere Abraham: ego protector tuus sum.* Ille, cui dum in tabernaculi ostio sederet, occurrit alacriter, quem inuitauit comiter, liberalitérque pauit sub arbore, Abrahamo patrocinatur, ac eius fœlicitatem tuetur. Vitulum, butyrum, & lac expenderat Abrahamus ad peregrini refrigerium & cibum, testante scrip-
Gen. 18. v. 8 tura: *Tulit butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis*; verùm modò inuenitur patronus, qui peregrini pauperisque specie humanè
Tertull. exceptus, & opiparè cibatus. *Apud Abrahamum*, aiebat Tertullianus contra Praxean cap. 16. *sub quercu refrigerauit.* Refrigeratus ad tuendam fœlicitatem optimus patronus extitit, & quem fœlicitas, timorem sui appendicem afferebat, exclusit. Ob id Iephte de paterna domo expulsus, qui ad se venerant, excepit inopes: quia nouit de impertito eis obsequio suam fore calamitatem leuandam, & fortunam ascisendam: *Habitauit in terra Iob: congregatique sunt ad eum viri inopes.* Inopum receptor in Principem auguratur, & à natu maioribus quæritur: *Perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de terra Iob.* Inde adductus, electúsque est in Principem, vbi ipse humanè receperat pauperem. Iam recepisse pau-
Abulenſ. peres, vt ipsos defenderet, tueretúrque, tradit Abulensis quæst. 10. *Iephte non conduxit viros inopes; sed ipsi conuenerunt ad eum gratis, scientes sibi vtile fore.* Vtile fuit inopibus Iephte accedere; sed & Iephte vtilissimum fuit recipere. Audi rursum Abulensem: *De Iephte dicendum est, quod congregauit apud se viros inopes & vagos, & illi sponte venerunt ad eum: quia vtrisque vtile erat: & hoc fuit ad defendendam vitam: nam Iephte expulsus de domo paterna, cùm illegitimus esset, nihil possidebat, quo vitam defendere posset.* Calamitate oppressus, fraternoque liuore pulsus apud se cogitauit, quibus sibi posset fœlicitatem artibus comparare, reperitque auxiliari pauperibus, vagos recipere, miserosque contra violentiam potentium tueri, fœlicitatis esse fœcundam venam, & aduersitatis repulsam. Ergo inopes recepit, & fouit, & dum fouit, sibi patronos asciuit.

Sponsus de auxilio sorori impertiendo cogitans 52
Cant. 8. v. 8. vtpote paruulæ vberibusque carenti sic aiebat: *Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est? si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea.* Ad instar muri fortis est vel in ipso iuuentutis flore; sed nihilominus de propugnaculis construendis prouida sponsi cogitauit solicitudo, vt nos edoceat nullam erga adolescentulam curam fore otiosam, quando omni indiget patrocinio ad fraudulentas adulationes repellendas, & insidiantium æstutas artes frustrandas. Audisti paruulam esse, audi modò quid ipsa de se retulerit non præsumptione delusa; sed veritatis agnitione fundata: *Ego murus, & vbera mea sicut turris.* Profectò si ex vanitulis esset, nil mirum sibi vbera esse turris ad instar iactaret; at cùm de se iudicium protulerit non superba, sed gnara, videndum est quibus artibus vbera fuerint turris celsitudinem imitata. Iam textus explicuit, dum materna solitudine paruulos indigentésque aluisse retulit: *Duo vbera tua*, inquit, *sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis.* Cant. 4. v. 5. Dum vberibus hinnulos alentibus caret, paruula est; at dum habet vbera hinnulis pastum vberem ministrantia, exiguisque alimentum prabentia, iam turri assurgit celsior & fortunatior: quasi ipsa paruulorum leuata inopia fuerit leuanti fixa fortuna. *Mater est paruula*, aiebat Gilibertus Abbas Gillibert. serm. 28. in Cant. *Alios pascens, & pasci non indigens.* Quæ olim paruula, hanc honestam crescendi inuenit industriam, paruulos videlicet enutrire, indigentésque alere, dúmque saporatum lac ministrat, iam turris ad instar fortitudine assurgit firmata, & altitudine excedit firma.

Dauid huoris fluctibus impetitus, furorisque 53
machinis diuexatus, quò vitæ suæ prouidere posset, afflictos inopesque humanissimè admisit, & vt
1. Reg. 22. v. 2. poterat, fauit: *Conuenerunt ad eum omnes, qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo, & factus est eorum Princeps.* Non potuit inuidia expectatione iniqua non frustrari, dum Dauidem constat subleuatis

paupe

pauperibus communiri. Saül prædator iniuſtus montes arcta circuit indagine, luſtrat curioſis oculis ſyluas, campis exerrat; verùm Dauid pauperum patrocinio protectus omnes eluſit iniquitatis conatus & peruerſitatis adſultus; imò non ſolùm dum pauperes alit, fugit hoſtem; ſed Chriſtum refert. *Conuenerunt ad illum*, ſcribit Rabbanus & Angelomus apud Gloſſam, *Omnes qui erant in angustia conſtituti, quibus ſcilicet ait: venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos.* Dum laboribus diuexatos reficit, dum afflictos fouet, Chriſtum imitatur, & honorem imaginis imitatione ſortitur. Iam quantos illi indiderint animos pauperes benignè recepti, audi ex Ioſepho lib. 6. antiquit. cap. 13. *Dauid liberatus de terra Geth venit in tribum Iuda, & habitans in ſpelunca circa ciuitatem* Odollam, *miſit ad fratres ſuos, eſſque, vbi eſſet ipſe, mandauit; illi verò ad eum cum omni cognatione venerunt.* Animaduerte quæ ſubdit: *ſed & alij, quibus aut odium, aut timor erat Regis Saül, ad eum pariter concurrerunt, fallaxque ſe quæcumque placerent illi, dicebant: fuerúntque omnes ſimul quaſi quadringenti. Tunc ille ſecurus, quaſi auxilium ei fuiſſet adiectum, ſurgens inde venit ad Regem Moabitarum.* Expende illud: *ſecurus quaſi auxilium ei fuiſſet adiectum.* Et quidem grande eis adiiciebatur auxilium, dum pauperes foti, inopes alti eius circumcingebant latera, & abigebant pericula: eleemoſyna pro ſcuto eſt contra aduerſitatum fluctus, & miſericors à ſeipſo petit auxilium: quia dum alienam redimit calamitatem, obſiſtit ſuæ.

Rabban.

Ioſeph.

54 Sponſa moras rumpit, & amoris dulciſſimis perculſa ſtimulis ſe foras ſponſum temporis iniuriis laborantem quæſitura protipuit: in circitores offendens (quod miſeris) nullum detrimentum paſſa ſponſum inuenit, & in maternam domum obſecutura introduxit: *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem. Num quem diligit anima mea, vidiſtis: Paululum cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum Matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Quo animo genitricis in domum tulerit, ipſa explicuit: *Ducam in domum Matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.* Potat ſitientem, cibat famelicum, non tamen ſine ingenti lucro; quandoquidem per deſertorum inuia ſecurè aſcendit, & vſque ad admirationem refulſit: *Quæ eſt iſta*, demirantur filiæ Ieruſalem, *quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Non potuit non aſcendere, omneſque in ſuæ fortunæ admirationem rapere, quæ algentem fouit, & pauperem, vt foueret, quæſiuit. In deſerto aſcendere, vt placet Gregorio ad hunc locum, eſt inter beſtiarum dentes, & iniquiſſimi Dæmonis tentationis illæsè degere & viuere: *In deſerto* (verba ſunt Gregorij) *vtique in hoc mundo ſancta quæque anima viuit, dum à regno exul inter beſtias, Dæmones videlicet degit.* Pericula eluſit, altitudinis ſublimitatem obtinuit, in ſui omnes admirationem rapuit, dum Chriſtum domi recepit: ſæuiebant, vt dilaniarent truculentiſſimæ beſtiæ: Dæmones furebant, vt impedirent; aſcendit tamen illæſa, & obſequiis præſtitis obarmata: nec mirum eluſerit periculum, quando innitebatur dilecto: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto*, inquiunt alibi, *deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Super illum innititur, quem quæ-

Cant. 3. v. 3.

Greg.

Cant. 8. v. 5.

ſiuit, quem maternam introduxit in domum, cui conditum præbuit muſtum, & cuius in obſequium lucroſè expendit malogranatum. Et nota fragranti ſimul famæ odore, & deliciarum affluentia aſcendiſſe: deliciis fruitur fama integra, nullaque honoris offenſa; imò vt virgula fumi ex aromatibus procreati omnium ſenſus recreat, ſic ſponſa omnium oculos caſtiſſimè recreabat, ſanctitatémque redolebat. Dominus ſuis in pauperibus benignè receptus ac liberaliter paſtus hanc deuotæ animæ fœlicitatem pertoluit, pertolutámque cuſtodiuit; cùm tamen dum minus vrbana ac liberalis hoſpitio recipere algentem recuſauit, ſalutis ac diuitiarum diſpendium tulerit.

Aduentauit ſponſus aliquando noctium rore madidus, & temporis iniuria gelidus, ſéque recipi obnixè poſtulauit: *Aperi mihi ſoror mea... quia caput meum plenum eſt rore, & vincinni mei guttis noctium.* Netcio quas friuolas excusationes prætexuit: *Expoliaui me tunica mea: quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodò inquinabo illos?* Fugit ſponſus & vt ſæpè fœminis accidit, relicta exarſit. & excedens domo quæſiuit: modo vt antea in circitores offendit, qui diſpolhauerunt, diſpolhatámque vulneratunt: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Quam illæsè tranſire permiſerant, modò vulnerant, & diſpoliant: nec mirum, quandoquidem carebat modò eleemoſynæ patrocinio, & miſericordiæ ſcuto: pergebat antea, vt famelico, ſitienti que miniſtraret; ergo liberum inuenit tranſitum, & fruſtrauit periculum; at modò dum hoſpitium denegat, periculum ſibi maturat. Adeſt Ambroſius in collectis ad hunc locum: *Habuit certamen: ſed qua vacatione ſupra non tulerint pallium: hæreo reperire: niſi forte quia ibi interrogaſſe ſe dixit. Numquid quem diligit anima mea, vidiſtis? Quæ Chriſtum loquebatur: nec exuta eſt pallio, & quem quærebat inuenit.* Inuenit quem, vt maternam ad domum duceret, inquirebat, cui ſitienti propinauit; ergo ipſo miſericordiæ ſtudio protecta detrimentum non nouit; at dum miſericordiâ diſtulit, vulnus accepit, palliumque amiſit.

55

Cant. 5. v. 2.

Ambroſ.

§. XII.

Eligendi ſunt ad munia virtute ornati, & experientia expoliti.

56 VT virtus animi eſt ornamentum, ſic experientiam, exercitationémque eſſe conſtat virtutis ſubſidium: nec enim munus rectè geret inexpertus; quantumvis rutilet virtutibus exornatus. Venatici canes, quia initio nondum nouerunt inuadere prædam, è manibus elabi ſinunt victoriam. Virtus prohibet delinquere, docet experientia triumphare. Qui munus adiit inexpertus, mirum erit, ſi non labatur errore, cùm ſe rectè aliquando expertus gerat, & ſi caruerit virtute. *Fidareipublicæ ſalus eſt defenſor armatus*, ſcribebat Caſſiodorus aureo ſtylo 1. var. 40. *Diſcat miles in otio, quod proficere poſſit in bello. Animos ſubitò ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos præmiſſa exercitatione confidunt: gerunt virtutis certamina, quæ impleant ætate robuſta: catuli in nouellis venationibus ludunt.* Ars bellandi, ſi non præluditur, non habetur exercitatio hoſtiles eludit technas, & animo inſpirat audaciam:

Caſſiod.

Ars quæuis, ſi non exercetur, amittitur.

inexcitus dum illigatur formidine, elapſa rumpet vinculum occaſione. Hinc Galaaditæ ducem inaugurantur Iephte pro cæteris elegerunt, non ſolùm fortitudine præditum; ſed exercitatione expolitum. *Fuit illo tempore Iephte Galaadites vir fortiſſimus atque pugnator... Perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium ſui Iephte.* Senilis luxit prudentia, dum nec ſolum elegerunt expertum fortitudine nudum, nec ſolùm ſortem exercitationis ignarum; ſed Iephte, in quo virtus & experientia conuenerant, & mirificè ſe iuuabant. Notauit Abulenſis quæſtione 3. *Veramque habebat Iephte: ideò erat ad bella aptiſſimus, ſcilicet non ſolum habebat fortitudinem; ſed etiam erat pugnator, id eſt, exercitatus in pugna, & iſtud maximè valet: nam ſi quis ſit vir fortis, & non eſt ſic exercitatus ad actus bellicos, per defectum prudentiæ bellica faciliter corruet.* Qui inexpertus, inſtante occaſione reperitur ambiguus: vnde eligere oportet virtute ei experientia probatum, vt Iephte ad inſtar de hoſtibus reportauerit triumphum.

Abulenſ.

57

In die illa ceciderunt Sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prælium. Fortitudine non carebant; imò eam ostendere illorum erat ſtudium; at dum inexperti audacias ſtruunt, & certius corruunt. Adeſt Rabbanus apud Gloſſam: *Nimis formidanda ſententia eſt, ac prouidendum, ne quis dum attendit aliorum errores expugnare, pertulantia ſua atque in cautela mortem ſibi acquirat perpetuam.* Conſonat Iatus Caſſiodorus: *Animi horum nunquam niſi priùs leuiter fuerint imbuti, ad hoc quod tendis, idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pauida ſunt & aliter timiditas non tollitur, niſi cum rebus neceſſariis nouitas abrogatur.* Ipſa bellici ſtrepitus nouitate vel fortis impeditur, & ipſa perturbatione illigatur: nec aliter cenſendum eſt de eum agminibus vitiorum certamine inexpertus Doctor inexercitatus ſuperior, ſi fortiter velit agere, incautus tuetur. temperandæ ſunt experientia & virtutis medicina, ne ſi delicti feruor aliquando non ſuſtineatur, ipſa medela irritetur.

1. Machab. 5 v. 67.

Rabban.

58

Dei verbum Ioannem deligit adminiſtrum: *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ.* Dum deſertorum refertur incola, & virtutum proditur ſumma, dum vox totus, prædicationi probatur aptus; ergo hæc electio relucet digniſſima Numine, & vtiliſſima homini. Certè etſi Ioannes eſſet vox, ni virtutibus luceret ornatus, non adeò nutricandis virtutibus opportunus: vt è contra etſi virtutibus reſplenderet excultus, ni vox eſſet, non ita muneri exiſteret aptus, at dum clamare edoctus, dum virtutibus concinnatus, complanare potuit vias, & hominum depulſe fallacias. Opportunè Chryſologus ſerm. 147. *Quia Ioannes vox eſt, Deus verbum, factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem, Deus ſuper Ioannem, ſuper ſeruum Dominus, ſuper vocem verbum.* Itaque cœleſtis omni ex parte hæc probatur electio, quando & muneri opportunus, & virtutibus eligitur exornatus. Et expende, amabo te, mirum Chryſologi acumen, videlicet electionis debitum ſeruatum ordinem quando manſit ſub ipſo Domino miniſter, non miniſter ſuper Dominum: *Super Ioannem*, præmiſerat Chryſologus: *quare non ad Ioannem, ſed ſuper Ioannem?* Rationem reddit: *quia quod de ſurſum eſt ſuper omnes eſt. Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem: quia Ioannes vox eſt, Deus verbum.* Itaque dum ſeruus ſeruitutis non tranſgreditur metas, nec dominus dominationis ignorat vtilitas, prauа exeunt in directa, & aſpera in vias planas. Sibi obijcit Chryſologus argumentum, vocem videlicet verbum præire, & antecedere: *Sed dicis mihi: Quid quòd vox precedit verbum?* Audi acumine plenum reſponſum: *Precedit; ſed non precellit: antecedit ad ſequentis obſequium, non ad propriæ poteſtatis indicium: vox non eſt ipſe iudex; ſed eſt nuntia iudicantis: verbum iudicat, vox pronunciat, iubentem poteſtas reſpicit, vox clamantem.* Vox præcedit; ſed ad obſequium, non ad dominantis dominium. Ergo dum eis dotibus præditus adminiſter deligitur, dum intra adminiſtri limites, & ſeruі metas arcetur, omnium efflorescit vtilitas, & viget populi ſanitas: vt è contra ſi improba adfectio munera adſcribat ignarum, & repellat, arceatque exercitio doctum, experientiaque exercitum calamitas gliſcet, & omnis ſalubritas auolabit.

Lucæ 3. v. 3.

Chryſol.

Poſtquam Moyſes ſtupentibus vndarum aggeribus per mare Iſraelitas ſicco veſtigio tranſuexerat, poſtquam per deſertorum inuia erroribus excuſatis ductarat, vt ad Sinæum peruenerunt neceſſariæ eius abſentiæ impatientes, & aliqualem colorem nacti in maleuolentiæ obſequium munere ptiuarunt, & brutum animal itineris prorſus inſcium ducem delegerunt: *Fac nobis Deos, qui nos precedant*, vociferabantur Aaronem alloquentes: *Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.* Dum fatentur ignorantiam, producere debuiſſent patientiam; quandoquidem iniuſtum erat de Ægypto eductorem ducatus ptiuare munere, dum non conſtabat, an vitam clauſiſſet morte. Adhæc, ſi factitius Deus modò conflatur: ergo nullâ itineris floret experientia, aut exornatur notitia: quomodò ergo & peritum excludunt, & indoctum euehunt? Quia erga vitulum inclinati, erga Moyſem malè affecti. Ita Ambroſius ad Pſalm. 38. *Populus ipſe electus à Domino, cui tacitus Moyſes aperuit mare, ingratus cœleſtibus beneficiis obmurmurabat, quo diuinam contraxit offenſam: deinde ipſum ducem inuij illius, atque inuſitati itineris Moyſem reſpuit, & à fratre eius Aaron deos ſibi fieri, quos coleret, poſtulauit.* Ingratus populus Moyſem ſæpeſæpiùs lingua feriebat, illumque depellere exoptabat: erga vitulum benè affectos fuiſſe tradit Tertullianus aduerſus gnoſtic. cap. 3. *Sapiens ignis vitulum defundit illis fugillans illic cor habere.* Ecce ducatus munus competunt Moyſes, & vitulus: Moyſes longa ducendi experientia præditus, & ducatus etiam felicitate commendatus: vitulus brutalitate poſſeſſus, & ducendo nullus; & tamen dum vitulus affectionis ſortitur ſuffragium occupat dignitatis faſtigium; at Moyſes quantumuis eruditus, & expertus, dum patitur odium, repudiatur vti ineptus ad miniſterium, factitias confingunt cauſas, aduerſos illi ſucceſſus impingunt, ac denique ſtudiosè obcæcati abijciendum eligunt. Iam qualem electio effectum ſortita fuerit, attende: Populus diuitiis nudatur, diſpoliatur auro, & vitam impendit cultro: *Ceciderunt in die illa quaſi viginti tria millia hominum.* Sæuam adeò calamitatem inuexit cæca & imprudens electio, Moyſes populum duceret ſine damno; at dum improbis affectibus adulantur, generalitatis vtilitati opponuntur: dum mentitæ vtilitatis colore perniciem promouent, dum peſtem eligunt, dum

59

Exod 32. v. 1.

Ambroſ.

Tertull.

Digitized by Google

dum Moysem abijciunt, populum miseriæ tradunt. Certè quod aliquando populo contigit, multoties accidit: eliguntur ad munia qui placent, non qui deberent, dumque & opportunius abijcitur, & importunius euehitur, rerum diuexat inopia, & premit generalitatem miseria.

§. XIII.

Sapientis est semel decretis fixè non insistere; sed si appareant vtilioribus applicari.

60. COnsilium vitæ nostræ gubernaculum est; imò & exordium: nemo quamuis paratos habeat colores, similitudinem reddet, nisi quis vultus pingendus sit, secum decreuerit: necesse est multum in vita nostra casus possit, quia casu viuimus; imò non viuimus; sed deerramus: vt enim ignorans, ambiguique quem portum petat, nullum suum ventum fortitur; sed ipsa confusione iactatur, ita qui consilium non capit, nullum non periculum subit; verùm ita consilium capiendum est, vt locus pateat meliori: aliter dum fixè firméque semel decretis hæremus, non vtilitati; sed vanitati consulimus: quasi eò se extenderit nostræ prudentiæ perspicacia, vt nulla denuò possit exoriri notitia: cúmque sapientis sit mutare consilium de consilij immutabilitate nostræ adulamur sapientiæ; imò ignorantiæ. Quàm benè Seneca epist. 71. *Consilia rebus aptantur, res nostræ feruntur; imò voluuntur. Ergo consilium sub die nasci debet, & hoc quoque tardum est inimis: sub manu, quod aiunt, sub manu nascatur.* Vt medicus semel decreta nouis morbi accessionibus inspectis, oppositio non semel medicamine commutat, ita sapiens nouis rerum euentibus consilia accommodat: nec enim est sapientis nebula cùm omnia voluantur, denolui simul consilium, & mutare cum mutatis decretum; imò aliter prudentia transiret in contumaciam. Maiores natu Galaad consilio habito decreuerant, vt qui primus hostes adoriretur, esset cæterorum dux: *Dixerũt Principes Galaad singuli ad proximos suos: Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.* Posteà meliora sapientes Iephte elegerunt, & in Principem salutarunt: *Perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte.* Priùs decreuerant in Principem deligendum, qui cæteris infudisset exemplo audaciam, & adoriretur pugnam; verùm dum expendunt præmium non deberi audacter incipienti; sed feliciter consummanti, diem verentur plures ambitione inflammatos hostem impetituros, ipsaque audentii temeritate moderationeque deuincendos, meliora sapiunt, eligereque decernunt non ambitione audacem; sed animi virtute ac constantia fortem: cúmque omnibus probatus esset Iephte, saniori illum consilio adierunt, & dignitate honorarunt. Adest Abulens. q. 1. *Principes tempore Galaad inter se conueniebant, quòd qui primus eorum p g aret contra filios Ammon, efficeretur dux Galaad; sed posteà indicantes non esse hoc competens consilium, voluerunt habere ducem, antequam inchoarent pugnã. & tunc castris fixis in Maspha b. deliberato consilio inter Israëlitas, miserunt maiores natu de se ipsis, orantes Iephte, qui morabatur in terra Iob, vt veniret ad principandum.* Mutato in melius consilio occurrerũt feliciter detrimento; imò coronati sunt triumpho. Et quidem si dum prudentiæ suæ arbitrantur probrum, semel decretum non tueri consilium, perculosè insisterent, & aduersariorum vota complerent. Seneca 4. de benef. c. 38. thesim nostram relata ingratissimi multis historia confirmat: Cùm naufragus à Macedone quodam humaniter fuisset exceptus, & non sine solicitudine impensisque longo tempore, quousque vires recolligeret, curatus, eas hospiti retulit gratias: ab Imperatore, cuius sibi gratiam conciliarat, cùm multis in expeditionibus vtilissimam nauasset operam, ipsius hospitis dari sibi prædia postulauit: Princeps dari iussit; verùm cùm posteà qui bonis expulsus, veritatem probasset, sententiam Philippus retractauit, & loco munerum impressis stigmatibus ingratissimum fugillari hospitem iussit. Itaque sententiam retractauit, ne prudentiæ laudem amitteret, quandoquidem erat laudabilis pœnitentia, damnabilis pertinacia. Senecam audi: *Non est leuitas à cognito & damnato errore discedere; & ingenuè fatendum est: aliud putaui, deceptus sum. Hæc verò superba stultitiæ perseuerantia est: quod semel dixi, qualecumque est, fixum ratumque sit. Non est turpe cum re mutare consilium. Age, si Philippus possessorem illum eorum littorum reliquisset, quæ naufragio ceperat, nonne omnibus miseris aqua & igni interdixerat?* Si Philippus perseueraſſet in sententia, obscuratus sordesceret iniustitia: ergo cum re mutauit consilium, ne si pertinaci superbia insisteret, famam suam stultè læderet. Seneca.

Deus omnis mutationis expers non semel, quo nos erudiat, à se decreta retractat. Saulem ad fastigium regni extulerat, vt communis salutis causam ageret, & religioni inseruiret, ille verò dignitate abusus diuina præcepta violauit iussum Dauidem infectatus, & detestabili Agag vitam impiè misericors dilargitus. Itaque legem confundit, pietatem violat, religionem spernit. Quid tunc? De alio rege inaugurando Deus cogitat, & sententiã mutat: *Vsque quo tu luges Saul, cùm ego proiecerim, eum, ne regnet super Israel?* aiebat Samuelem alloquens, & ad regem alium inaugurandum impellens: *Imple cornu tuum olei, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in filiis eius mihi regem.* Videbatur electus Saul patienter tolerandus, ne eius repulsa eligentis prudentiæ euaderet nota, quandoquidem censetur inconsultè decretum, quod agnoscitur retractatum. Ergo Deus vitet oblatrantium calumniam protelando Sauli coronam. Imò, vt erudiat gubernatores, vt omnes instruat non esse prudentiæ probrum variatis rebus demutare sententiam, sed contrarium vergere ad superbiæ pertinaciam; Saulem, quem cæteris excellentiorem, virtutibusque exornatum ad dignitatis fastigium sapienter euexerat, æquitatis fani prævaricatorem, legumque corruptorem sapienter deturbat, & sententiam non sine prudentiæ elogio retractat: *Quid est ergo quòd pœniteri Dominus dicitur*, inquit Gregorius ad c. 15. Regum, *cùm mutari affectibus non credatur; sed quia cum mutabilibus summa immutabilitas loquitur, more eorum quibus loquitur, dum pœnitere dicitur, displicere sibi superborum temeritas designatur.* Addit moralissimus Doctor: *Quia ergo more nostro omnipotens Deus de superbi regis ingratitudine queritur, dignitatem regiam contulisse se illi pœnitere perhibetur.* Semel decretis insistere, quantumuis emergentes causæ sententiam peruadeant mutari, non est prudentis; sed cestumacis. Ergo Deus, cui nihil nouum, nihil non visum, quique immutabilitatis fortitur ingenium, non refugit, vt nos erudiat retractare 61

Consilium cum rei ipsius executione nascatur.

Iudic. 10. v. 18.

1. Reg. 16. v. 1.

Gregor.

Abulens.

ad ſpeciem ſententiam, dum ad retractationem ſuperueniſſe conſtiterit cautam. Fructuoſior populo, religioſiorque Numini inuenebatur Dauid, vt qui concinnis virtutibus exornatus. Ergo Deus Saulem exaugurat, & Dauidi ſceptrum commendat.

62 Aſſuerus Amano: quem fidelissimum ac ſolicitum ſeruum putabat, quo vtebatur ipſe, annulum
Esther 3. v.10. largitus eſt: *Tulit rex annulum, quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag hoſti Iudæorum* Amanus ſic honore abuſus eſt, vt Iudæos innocuos; imò regi vtiliſſimos (Mardochæus namque inſidias aperuerat, & regis vitam ſeruarat,) morti damnarit, & annulo ſententiam munierit: *Statim in Suſan pependit edictum.* Fraude cognita hunc ipſum annulū tranſlatum videas ad Mardochæum: *Tulit rex annulum,*
Esther. 8. v. 1. *quem ab Aman receperat, & tradidit Mardochæo.* Additque textus primas litteras petente regina fuiſſe reuocatas: *Si placet regi, & ſi inueni gratiam in oculis eius*, aiebat Esther, *& deprecatio mea non videtur eſſe contraria, obſecro, vt nouis epiſtolis veteres Aman litteras inſidiatoris & hoſtis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur.* Eodem annulo primæ litteræ reuocatæ ſunt, nec regi vtpote ſapienti viſum eſt ſibi indecorum ſtylum vertere, & ſententiam demutare, quando non erat regiæ auctoritatis imminutio prudentiſſima pœnitentia; imò eſſet maximum dedecus irrationabilis pertinacia. Edicta regiâ auctoritate pro nullo habebātur ſignata, verùm vbi rex comperit contra rationem militare decretum, maluit obſequi rationi, quàm ſeruire auctoritati: non putauit regiæ maieſtatis eſſe decretis inſiſtere, ſed nouâ exorta luce mutare: *Mardochæus ingreſſus eſt*
Lyra. *ante faciem regis*, ſcribit Lyra, *tanquam ibi familiaris, & amabilis, tum quia vitam eius ſeruauerat, vt patet ex præcedentibus, tum quia reginæ patruus erat.* Addit Lyra: *Tradidit Mardochæo* (annulum) *ipſum loco eius promouendo.* Certe ſi Aſſuerus pertinaciter primæ ſententiæ adhæſiſſet, & in auctoritatis ſuæ defenſionem ſancitam legem non demutaſſet, prudentiæ, vtique contrairet; at dum mutat, nouis, rationabilibuſque cauſis inuentis ſuam exornat prudentiam, & auctoritatis adauget glorā.

63 Obtinuit Ezechias lachrymis mortis decretum reſcindi, & vitam nouis adiectionibus protelari,
4. Reg. 20. v. 11. etiam propheta Dei nomine Solem retorquet, quo reuocatam à Numine interminatam ſententiam indicet: *Reduxit vmbram per lineas, quibus iam deſcenderat in horologio Achaz retrorſum decem gradibus.* Certè videtur Sol auctoritatis ſuæ detraxiſſe, & ſplendorem luminum obſcuraſſe: ſi tot iaculis eadem via in cœlo luxit, cur modò contrariam tenet? Cur gradum reuocet, quando cœpta non perficere, aut eſt prudentiæ nota, aut poteſtatis iniuria. Ergo ſolitam proſequatur viam, nec amplectatur contrariam. Imò quia Sol, inquit Auguſtinus, eſt luminis fons, ceſſit, & dum vtilius ac ſalubrius viſum eſt, curſum contrarium ſubiuit. oportuit ad Ezechiæ ſalutem regredi: ergo vbi noua ratio ſuadebat regreſſum, Sol antiquum mutauit curſum: *Solis in ortum ab occaſu*, inquit Auguſt. Auguſt. lib. 2. de mirab. Sacræ Script. *per decem horas curſum recidiuo Deus tramite retorquet.* Addit ſapientiſſimus Doctor: *Conueniebat autem tale ſignum euenit.* Conueniebat Solem retrocedere: ergo retroactus ſibi non inuidit; ſed lucem ipſo regreſſu multiplicauit: eſt enim ſapientis demutare, ſi appareat ratio, ſententiam, non, quia ſemel decreta, proſequi viam.

§. XIV.

Dignitas offerenda non eſt ad ſolùm electi, eligentis ve commodum; ſed ad cunctorum ſolatium, & iniuncti muneris exercitium.

64 Q*Vidquid digno creditur*, aiebat Caſſiodorus Caſſiod. l. 1. var. 1. *hoc multis ſine dubio collatum eſſe ſentitur:* nam quod multis vtile neſcitur, indigno ſine tergiuerſatione applicatur: qui miſerandus ſuporum aſſibus, leonum adulterius grex patuit, non paſtorem; ſed idolum ſortitus eſt. *O paſtor,* Zachar. 11. v. 17. aiebat Zacharias, *& idolum derelinquens gregem.* Gregi paſtor præficitur, qui æſtus tolerantia, frigoriſque patientia ouium inuigilauerit commodis, ſeque viriliter oppoſuerit periculis: nec grauior potuit gregem calamitas adurgere, quàm idolum pro paſtore ſortiri, quandoquidem locum occupat, munuſque deſeruat. Eligendus eſt, qui dignitatis faſtigio ſplendens vigilantiæ remanſerit tributarius, & commodis cunctorum adſcriptus. Audi de digne faſtigium occupante datum Caſſiodorum: *Scitu quàm bona noſtro ordini cœleſti benignitate largita eſt*: (regina) *nihil eſt auditum, vbi eſt teſtis Senatus. Afflictos ſtatu meliore reſtituit, illaſos ſublimauit honoribus, & ſigillatim bona tribuit, quos ſub*
Caſſiod. *vniuerſali nomine cuſtodiuit.* Præmiſerat de regina illa Lacidia: *Paucis hi igitur nodoſa diſſoluit, bella feruentia ſub quiete diſponit, ſilentioſe geritur publicum bonum. Non audis prædicari, quod palam videtur geſtum, & temperamento mirabili diſſimulando peragi, quod accelerandum eſſe cognoſcit.* Felix Reſpublica, vbi ſolicita inuigilat prouidentia, & ſine ſtrepitu geritur, quod generalitati profuturum cognoſcitur, ea tamen eſt temporum aliquorum calamitas, vt plures ad dignitatis culmina euecti ſolum fruantur commodis, nec dignis inuigilarint ſtudijs: non attendunt nonnulli electores, qualiter ſe geret electus: quia ſolùm intendunt, vt aſſequatur ſublimitatem elatus: vnde dignitas, quæ cæteris amabat induſtrium, ſuſtinet grauanter otioſum. Galaaditarum ſeniores de eligendo Duce cogitarunt, non qui muneris reditibus otiaretur ditatus; ſed qui hoſtes detriumphauerit animoſus: *Veni, & eſto Princeps noſter* (Iephte alloquuntur) *& pugna contra filios Ammon.* Elegerunt pugnacem, non deſidiotum: & quidem ſi Principatum inactuoſus ſuſciperet, grauiſſimum eſſet omnibus detrimentum, quandoquidem ipſius otium opportuniſſimum aduerſariis eſſet auxilium. Accipe Ariam Montanum ad hunc Montan. locum: *Non inquiunt, te otioſum Principem eſſe volumus: quis pecunia nec mens, nec ætas iſta ad otium vel ad vmbram comparata tibi videatur.* Subnectit: *Ad pugnam vocaris, eamque longè honeſtiorem, ac iuſtiorem iſtis, quibus das operam.* Principatus annexam habet ſolicitudinem, gloriamque: ergo non eligunt Iephte, vt ſolū reſplendeat gloria; ſed vt pro ipſis pugnet prouidentiſſima vigilantiā: dumque ſic eligunt, nos erudiunt eſſe legitimam, dignamque electionē, qua non tam attenditur electi commodum, quàm procuretur cunctis ſubſidium.

Hanc vtilem ac honeſtam politicem Apocalypſis nobis tradidit textum caput: vno de ſeptem ſigillis reſerato equus producitur niuem candore exuperans, ſeſſorem paſſus ſtrenuum, cui & ar- 65
cus,

Digitized by Google

cus, & corona: *Ecce equus albus, & qui ſedebat*
Apoc. 6. v. 2. *ſuper illum habebat arcum. Et data eſt ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.* Vtrumque iunxit, arcum videlicet & coronam: quia arcus ſine præmio vires defatigaret præliantis, & corona ſine arcu prudentiam ſugillauerit eligentis; at vbi arcus coronæ iungitur, & coronâ arcus remuneratur: cœleſtis lucet electio, & cœleſti digna ſigillo. Habuiſſe arcum teſtatur Hugo Charenſis, vt dum aduerſarios vulnerat, ſuos defendat: *Bonos defendit, & hoſtes occidit.* Lucet redimitus, ſed & arcus exercitio, iactibuſque dicatus. Quia ſtruit in
Hugo. hoſtes, lauro coronatur, & quia lauro cingitur, hoſtes aggreditur, ne à Deo electus aut arcus careret exercitio, aut digno laboris præmio.

66 Expendebam Chriſtum Dominum in Petri ad dignitatem promotione à voce vium, quæ operam actualem denotat: non an, poſſide oues meas; ſed, paſce oues meas: *Dixit ei: Paſce oues meas.*
Ioan. 21. v. 17. Ouium poſſeſſor ſæpe temporum vitat iniurias domi degens, & otio fruens: ſeruos habet gregis curatores, qui campis exerrent, qui deſpectis temporum iniuriis ſolicitè ouium ſtudeant commodis, qui defatigentur exercitio, at renuntient otio. Ergo Chriſtus Dominus Petrum non extulit, vt ſolùm reſplenderet dominio, ſed vt attenderet paſtui: *Paſce*, inquit, *oues meas.* Quaſi dicat: Ouibus ſit certum ſubſidium te accipere dominatum: fruere paſtoris dignitate; ſed fruantur oues vbertate camporum: tua ſolicitudo pinguem illis procuret paſtum; agni tibi pendant ſubiectionis tributum: erit enim electio meâ ſapientiâ digna, ſi tibi fuerit honori, & agnis vtilitati. Imum Chry-
Chryſoſt. ſoſtomus apud D. Thomam: *Si diligis me, præſiſte fratribus, & feruentem amorem, quem per omnia demonſtraſti, nunc oſtende, & animam, quam dixiſti te eſſe poſiturum pro me, hanc da pro ouibus meis.* Agere iubet ouium curam, & pro agnorum ſalute vitam exponere: nec enim eligebatur ad fulgendum ſolùm dignitatis luminibus; ſed ad prouidendum ouibus.

67 Ieruſalem ruinam copioſis lachrymis deplorabat Iſaias, cùm vidit electores non attendere populi ſalutem; ſed propriam vtilitatem: *Apprehendet vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui: Veſtimentum tuum eſt, Princeps eſto noſter; ruina autem hæc ſub manu tua.* Quæ ruina? Ipſa meo videri electio, quandoquidem non poterat non grauiſſimâ populus ruinâ afflictari, & violentiſſimis calamitatum vorticibus ſepeliri, dum in promouendis, & ad dignitatum faſtigia leuandis non attendebatur populi vtilitas; ſed electi, aut eligentium commoditas, cùm dignitas adſcribebatur medicæ artis ignaro ad regimina opportuniſſimæ. Audi D. Ba-
Baſil. ſilium ad hunc locum: *Non eum eligerent, qui eſſet dignus; ſed domeſticum, & familiarem, neque qui ſalutaris eſſe poſſet Reipublicæ; ſed qui in ſua gente ac familia vi facultatum præpolleret.* Quàm erat luctuoſa calamitas, dum qui communi ſaluti prouidere debuiſſent electores, ſolùm moliebantur euehere ſibi vtilem, non Reipublicæ ſalutarem; ornatu ſplendidum, non virtutibus excultum. Certè electio cœleſti approbatione digna non attendit extrinſecum pompæ ſplendorem; ſed animæ ac virtutum cœcinnitatem: quid enim populi intererat apprehendum eleganti ornatu fulgere, quando interna cœleſtis panis premebatur inedia, & gubernandi notitia? *Verus Princeps*, inquit diuus Baſilius, *non per hæc externa inſignia internoſcitur, cuiuſmodi ſunt purpura, torques, ſeu amiculum pertenue, ac mollicinum, & diadema; ſed per id, quia in primis virtutem obtinet. Principe dignam: qui enim miſerabili iugo voluptatum premitur, ac ſeruit variis ac* Baſil. *multiplicibus concupiſcentiis, ſeruus cùm ſit peccati, idoneus non eſt, nec accommodus obeundo Principatui. Præſenti quidem loco argumentum quòd poſſit gerere Principatum, ſumitur non ex eo quod animam expoliuerit; ſed ab ambitu & cultu veſtimentorum.* Populus ſeruitutis premebatur iugo, cùm donabatur dignitate veſtimento ſplendens, non virtutibus affluens: ſalubris dignaque electio de meritis venit, tuncque ritè confertur, dum nulla vtilitas prouentura electoribus expectatur. Non inficiabor electum honeſtè frui dignitatis appendicibus, nempe honore, reuerentia, diuitiis; verùm vt cœleſtis probetur electio, priùs curanda eſt generalis commoditas, quàm priuata, & particularis vtilitas. Extat in huius veritatis confirmationem Ioſephus à Deo dignitate donatus.

Duplex Ioſephus vidit ſomnium, quod fratribus retulit, vt lætitiæ ac felicitatis haberet participes: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi* Geneſ. 37. *conſurgere manipulum meum & ſtare, veſtroſque ma-* v. 7. *nipulos circumſtantes adorare manipulum meum.* Secundum ſomnium ſubiecit: *Vidi per ſomnium quaſi Solem, & Lunam, & ſtellas undecim adorare me.* Certè ſi humanis oculis auſpicia futuræ dignitatis dimetiatis, videbitur ſomniorum ordo inuertendus, quandoquidem Solis, Lunæ, aſtrorumque reuerentia radiorum linguis dignitatem eloquentiùs publicabat, quàm manipulus ariſtarum voce prodiderit. Cur ergo, vt à Deo ſignificetur electus, priùs manipuli ænigmate deſignatur, & poſteà luce & adoratione potitur? Quia manipulus, reſpondet Theodoretus q. 93. deſignabat fratres per ipſum de famis periculo liberandos, nec illis ſoliis; ſed plurimis opportunè cibos impertiendos; at ſolaribus adorari obſequiis, redimiti fulgentiſſimis radiis eius erat gloria, & debita dignitatis culmini reuerentia: ergo priùs (vt diuinæ congruebat electioni) refertur communis vtilitas, & poſteà dignitatis auctoritas: *Manipulorum ſomnium denotat futuram frumenti cauſa adorationem.* Priùs ca- Theodor. lamitati conſulit, priùs impertitur alimentum, priùs omni cura ſolicitudineque prouidentiſſima occurrit periculo, & poſteà claret luminibus, & fruitur adorationibus. Debitum eſt Principi, Reipublicæque ſaluti venerationis tributum; vt tamen à Deo cognoſcatur electus proprium poſtponet ſplendorem ſaluti. Ioſephus priùs manipulus alit, & poſteà luce redimitus nitet.

---

§. XV.

Felicius eſt præclaris dotibus eminere, quàm natalium luminibus rutilare.

VT ſunt homines externo honoris ac nobilitatis ſplendore obcæcati, magni habent atrium fumoſis imaginibus exornatum, maiorum ſtemmatibus inſignitum, nec quid glorioſius, aut felicius exiſtimant, quàm illuſtri vena exoriri, & ſplendidis incunabulis procreari: & quidem magna æſtimatione dignum eſt decantandos progenitores ſortiri, & maiores omni laude dignos habere; verùm honeſtius eſt ac præclarius ſibi nomen facere virtutibus ac mirandis operibus, quàm

transfuſam

transfusam nobilitatem ignauia obscurare, & natalibus iniuriam factis inferre. Qui origini non respondet, de ipsa sibi origine notam procudit, & dedecus auget: clara stirpe procedere, & eximis dotibus exornari fortunatissimum est; at si quid desit, prudens pluris æstimabit eximis dotibus, & virtutibus excultum, quàm cunabulis regis ortum. Cassiod. *Benè noti sunt,* aiebat Cassiodorus 9. var. 22. *qui meritis asseruntur, & abundè cognoscitur, quisquis fama teste laudatur.* Nobiles debent haberi, qui sibi famam meritis elaborarunt: nec obest si transmissam à maioribus nobilitatem non receperunt. Ecce Galaad Iephthe suscepit ex meretrice, eius fratres ex vxore, & tamen Iephthe ob strenuas animi dotes ad fastigium dignitatis eligitur, germanus non quæritur. *Fuit illo tempore Iephthe Galaadites vir fortissimus, atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad; habuit autem Galaad vxorem, de qua susce, it filios* Legitimi non referuntur virtutibus exornati, Iephthe etsi origine claudicarit, gestis resplenduit: hic ergo Princeps inauguratur, & ale ipso regiminis honorem sortitur. *Dixerunt ad eum* (maiores natu) *veni & esto Princeps noster, & pugna contra filios Ammon.* Fortis strenuusque fortunam suam procudit, & facinorum luce natalium obscuritatem detersit: numero solum nati fuerunt, qui clarius orti, quia dotibus nudi. Audi Arianum Montanum ad hunc locum maiorum nomine: *Tu vnus nobis præter cæteros idoneus ac legitimus præcipuè iudicatus es.* Subnectit: *Atque ita nos populo consilium acceptum ferimus: tu nobis iudicium debes, qui te populo & nobis statueris Principem.* Animi virtus ad Principatum euexit: nec obfuit origo, quia eam morum probitas refutauit.

Nobilis est qui fama teste laudatur.

Montan.

70 Centurionis puer membra dissolutus iacebat: Dominus, quod miraculi ad instar est, salutis curam gerens Christum adire non recusat: Christus hominis charitate oblectatus adire domum spondet; sed quod mireris, Centurio omni præsumptione, tumoreque nudus, se honori imparem fatetur gratus: eius fidem Israëlis fidei Christus antefert, & nobilissimis anteponit: *Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel; dico autem vobis quòd multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum; filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores.* Centurio non adeò nobili protapia ortus, vt qui se Abrahamum antiquitate nobilem, nobilitate conspicuum patrem habere gloriabatur vanissimus; verùm dum alter moribus originem honestat, alter sceleribus obscurat, nobilis postponitur, & minùs clarus præfertur, ad mensam felicitatis, ad consessum honoris probitate excultus admittitur, exterioribus tenebris, claris stemmatis amandatur. Adest Basilius Seleucienſis orat. 19. *Qui hospes in Dei vocatione, qui è testamento alienus, qui Mosaicorum miraculorum ignarus, qui legum eius profanus, qui prophetiarum expers, Iudæorum fidem superauit.* Victus est Centurio ab Israëlitis originis claritate; sed vicit fide: ergo hic ad mensam sedet honoratus, Israëlita luget depulsus: est enim felicior, laudeque dignior, qui originem gloriosis factis honestauit, quàm qui ignauia, inertiáque tenebrosam originis venam reddidit: quid enim Israël lucri ex miraculis in Ægypto editis? Ecqua vtilitas ex illa virga elementis imperanti? Certè etsi ad illius populi claritatem exertis vocibus promulgandam omnia conuenerint elementa, etsi aër transierit in ignem, dies tenebris spatia concesserit, etsi mare supra naturæ leges duratum, etsi rupes ad inexpectatas aquarum scaturigines offerendas fontis imitata fuerit ingenium, dum tot nobilitatis stemmatis desidiosa vita contumeliam irrogauit, obscuris tenebris sepeliuit.

Basil.

Ioannes Pharisæorum, Sadducæorumque gregem ad baptismum venientem conspicatus, perculit, vt qui de generis claritate iactabundi originis fructum respondentem non promerent; imò originis excellentiam adulteratis fructibus infamarent: *Facite fructum dignum pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis: quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* De lapide emptus, si factis se Abrahamiticæ nobilitati inseruerit, laudabilior est, quàm si quis de Abrahamo originem trahens, se actionum macbilis sordidarit. Multò felicius est talem esse, de quo possit gloriari genitor, quàm à genitore gloriam quærere, & acceptam factis obtenebrare. Opportunè Chrysostomus apud D. Thomam. *Quid enim prodest ei, quem sordidam mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Melius est enim alicui, vt in eo glorientur parentes, quia talem filium habent, quàm vt ipse in parentibus glorietur. Sic & vos nolite gloriari dicentes: Quia patrem habemus Abraham; sed magis erubescite quia filij estis eius, & Sanctitatis eius non estis hæredes: de adulterio enim natus videtur, qui non assimilat patrem. Parentum igitur gloriam excludit dicens: Et ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham.* Spurius est quisquis paternæ virtutis tapetem non traxit, legitimus quisquis probitate similitudinem retulit. Opera pro origine sunt: inde censendus est ingenuus, aut nothus: alia namque prorsus sunt extrinseca, ista sunt propria.

71

Matth. 3. v. 8.

Chrysost.

Et fortassis, vt hanc ipsam veritatem confirmaret Baptista, protulit de arbore exemplum. Iam, inquit, falx arbori fructum non facienti imminet, vt nobili radicis succo expoliata marceat, & marcida lugeat: *Iam enim securis,* inquit, *ad radicem arborum posita est: omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur:* Expende non dixisse: Omnis arbor ignobili radice orta excidetur; sed prætermisso radicis ingenio arboris felicitatem mensus est fructu. Quasi dicat: Licèt aliæ arbores dignioribus aliis radicibus pullularint, securis attendit fructum, non ortum: vnde deteriori radice frutex exortus, si saporata tulerit poma, honore resplendebit alterius, vt qui antiquissima radice, & longissimis tractibus pullulans, si fructibus denudetur, flammis ardentioribus crepitabit addictus. Redeat iterum Chrysostomus iam datus: *Cùm dicit omnis, excludit primatum, qui est à nobilitate, quasi dicat: Etsi nepos fueris Abrahæ, sustinebis pœnam sine fructu manens.* Ex fructibus felicitas arboris taxatur; imò quæ ex radice non adeò ingenua pullularit fructifera, sibi incrementabit gloriam, vt quæ nobiliori sata non responderit, ignominiam.

72

Chrysost.

Iobus palmam imitari exanibebat, & Phœnicis illius Arabicæ alitis referre originem exoptabat: *Sicut palma multiplicabo dies:* Septuaginta legunt: *Sicut Phœnix:* est enim apud Græcos Phœnix idem quod apud Latinos palma; verùm cùm vocabulum sit æquiuocum, nonnulli de alite illo Arabico intellexerunt: ergo iuxta vtrumque sensum doctrinam opportunam componendis moribus eruamus. Adinstar palmæ dies multiplicari desiderat:

73

Iob. 29. v. 18. Septuag.

Digitized by Google

deſiderat : quia, vt notauit Gregorius lib. 19. moral. cap. 16. palma radici proxima pullulat aridis corticibus inuoluta, tactu aſpera, oculis horrida; at dum plus ab origine diſtat, frondeſcit mire expanſa, & ſaporatis fructibus pulchra. Gregorium accipe : *Palma inferiùs tactu aſpera eſt quaſi aridis corticibus obuoluta; ſuperius verò & viſu, & fructibus pulchra. Inferius corticum ſuarum inuolutionibus anguſtatur ; ſed ſuperius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur.* En palma obſcuris ad ſpeciem cunabulis ſordeſcit, & pro infantiæ pannis cortice ignobili inuolutur ; at dum diſcit auram vincere, cœloque approximare, vireſcit ad gratiam, floreſcit ad pulchritudinem, fructificat ad ſaporem : non vult ergo Iobus dies multiplicari ad inſtar arboris nobiliſſima radice exortæ, & fructibus viduatæ ; ſed palmæ ad inſtar, quæ ignobilibus corticibus originis inuoluta didicit ſibi amplitudinem eluctari, & victrici manui ornamenta ſemper præbere. Iam ſi aliti comparauerit dies, ſcito Phœnicem à ſe ipſo ortum petere, & honeſtum ſibi natalem facere : ſua ſibi origo eſt, nec gloriam accipit ; ſed ſibi reddit. Ita Tertullianus de reſur. carnis cap. 15. *Illum dico alitem orientis peculiarem de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum, qui ſe ipſum lubenter funerans renouat, natali ſine decedens, atque ſuccedens iterum Phœnix.* Sibi debet quòd felix eſt : neſcit originem, proſapiam ignorat ; & tamen ſibi nobilitatem excudit. Ergo huius vitam Iobus diſcupit æmulari, & actionum factis exprimere : quia nouit felicius ac glorioſius eſſe factis ſibi æternare famam, quàm de natalium ſplendore nutrire inertiam.

Gregor. Tertull.

---

§. XVI.

Nil ita iucundum ſtrenuo militi, quàm ad congreſſum citari.

74 STrenuum aut deſidioſum militem deſignat torpor, aut ardor ; ſi opus ſit militem cogere, adactiſque ſtimulis incitare, & duci erit grauiſſimum, & certamini minùs aptum, quandoquidem qui ante periculum timet, præſente plus aduerſario expaueſcet. *Non dubitamus*, aiebat Caſſiodorus 7. var. 12. *eſſe grauiſſimum, quando quis commonetur, officium implere ſuſceptum : quia illud eſt potiùs graue, ſi miles viuat otioſè, cui quæſitus eſt actio ſua, honor principalis iniunctio : ſimilis enim diſtinctio habetur, qui ignobili torpori relinquitur.* Otioſè militis gens vocabulum, qui refugit cum hoſte congreſſum : vt è contra ſtrenuus honorem reputat ſpecialem ad ardua mitti, & periculoſiora ſectari. Optimus miles ſuſpirat bellum : quia laudabili ambitione deſiderat triumphum : inertis eſt vmbram ſectari : omnem deſpicere imbonitatem eſt militis ; imò ſi hoſtilis deſit congreſſus occaſio, quia neſcit otium velitando adornabit bellum. Iephte citant primores ad cum Ammonitis bellum, arbitrati fore illi gratum : *Pugna contra filios Ammon.* Non inquiunt : veni, & accepto Principatu ſectare otium ; ſed, progredere ad campum : quia nouerant iucundiorem illi fore congreſſum, quàm otium : ſtrenuo namque, & animi dotibus exornato, qui exercendæ virtuti tribuit occaſionem, adulatur, & ad placitum blanditur. Adeſt Arias Montanus ad hunc locum : *Viro fortì, & maximi ad res gerendas animi nulla res gratior contingere poteſt, quàm propria virtutis exercendæ opportunitas & occaſio.* Subnectit : *Cùm hoc vno ſtudio, atque negotio & rem & decus ſibi comparare Iephte conſtituiſſet, opportunè & ſapienter ad id imitatur agendum, quod ipſi dulce ac decorum in primis habebatur.* Vt inertibus nil adeò oneroſum eſt vt virtutis exercendæ opportunitas, ſic ſtrenuis, honeſtiſque viris nil iucundum, vt muneri ſatisfaciendi commoditas : non erit neceſſarium vrgere, non calcaria adigere : quia ipſe ſua ſponte proſilit, & exercendæ virtutis occaſionem exambit.

Caſſiod. Montan.

Deus generoſi equi ænigmate virum miris ornatum virtutibus depingens ſic ait : *Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Terram vngula fodit, exultat audacter, in occurſum pergit armatis : vbi audierit buccinam, dicit, Vah.* Cùm equus vah exultationis ſignum nequeat expromere, ipſo verbo fortem conſtat ſub equi ænigmate deſignari. Vir ergo fortis dum buccina cantu accendit, non timidè detrectat pugnam ; ſed certaminis ardet palmam. Opportunè Gregorius lib. 21. moral. c. 16. *Dum aſſeritur dicere, quod omnino dicere non valet, inuitur quem deſignet : Vah quippe ſermo exultationis eſt : equus ergo, cùm audit buccinam, vah dicit : quia fortis quiſque prædicator, cùm certamen paſſionis ſibi propinquare conſiderat, de exercitio virtutis exultat, nec terretur pugnæ periculo : quia victoriæ lætatur triumpho.* Quia nouit de congreſſu oriri triumphum, lætatur, dum odoratur congreſſum, nec terga indecorè vertit, quia laudabiliter palmam exambit.

75 Iob. 39. v. 18. Gregor.

Herodes fraudulentum moliebatur nato Domino initare conflictum ; verùm ipſe Dominus prodire maluit in campum : in Ægyptum fugit non hoſtem expauens ; ſed aperto Marte confligens. *Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum*, monet Angelus Iosephum. Chryſologus ſoluto ingenij acumine expendebat fugam non fuiſſe à timore ; ſed ab arte militari profectam. Ipſum audi ſerm. 150. *Bellicoſus quòd in bello fugit, artis eſt, non timoris : Deus quando fugit hominem, Sacramenti eſt, non pauoris? potens quando ſe ſubducit infirmo, inſequentem non fugit ; ſed foris producit : vult enim in aperto vincere, qui publicam referre cupit ex hoſte victoriam.* Fugiendo pugnat, & vt pugnaret, aufugit : publicum geſtuit inire conflictum : quia ſtrenuo militi nunquam deprædari eſt ingratum. Ergo quod fugit, artis eſt, non timoris : nec enim qui dux fuerat in lucem editus ipſis ſcribis teſtantibus. *Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in Principibus Iuda : ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Iſrael :* hoſtem fugeret, niſi vi fuga ſubiugarit.

76 Matth. 2. v. 13. Chryſol.

Iacob luctator ſtrenuus dum ſolus remanet, pronocatur ad luctam, nec detrectat ; ſed conſertis brachiis adeò viriliter pugnat, vt pugnæ incenſum amore, vulnus de ſtatione non dejecerit, nec vigorem expectorarit ; imò cùm iam athleta alter aduentante aurora inducias peteret, Iacob teſte Oſea in lachrymas fuſus, ne diſcederet, poſtulauit : *Fleuit, & rogauit eum.* Profectò Iacob à ſe ipſo diffidere videre videtur : ſi dum cum Athleta componitur, dum confligit, dum accepto

77 Oſee 12. v. 4.

a recepto vulnere dolet, non fundit lachrymas, cur fundat, dum alter petit inducias? *Flevit, & rogavit eum.* Quid rogauit? Vt profequeretur certamen, vt non intermitteret pugnam, vt non recederet ab arena: erat Iacob vti ſtrenuo ab vtero luctatori certamen iucundum, obidque intermittere amarum: ipſo triumphi deſiderio ſopiebat dolorem, ipſo gaudio abſtergebat ſanguinem. Ergo quia luctator ſtrenuus, timebat otium, & exambiebat conflictum. *Dum fingebat*, ſcribit D. Thom. D. Thomas ad Geneſ. 32. *ſe omnino velle diſcedere impellendo ſe ad receſſum, tunc Iacob firmiùs tenebat, & ad ſe trahebat, quaſi nitens ipſum apud ſe retinere.* Luctamen proſequi geſtiebat laudabilis lucri cupidus, palmæque honeſtè ambitioſus. Et quidem iuſti cum infirmitatibus colluctantur, aduerſitatibus pectore exerto obijciuntur, nihilque illis iucundius, quàm dolores patientiâ vincere, aduerſitateſque tolerantia ſubiugare: ardent palmam: & detrectant intermittere luctam, dum ob idolores, ob ærumnas, ob paupertatem benedictionem conſequi exambiunt, nolunt diſcedere; ſed durare.

78 Diabolus virtutis æmulus, iuſtorumque calumniator, Iobum impetendi licentiam rogat iactans primo conflictu ſubiugandum; imò terendum. Deus virtutis ſui athletæ conſcius, & queis illum poſſit auxiliis fulcire gnarus hoſti virulentiſſimo facultatem fecit: ille impatientiæ flammis ſtimulatus hoſtes armat, ventos ciet, eluctantes flammas impellit, ædificia ſubruit, filios occidit. Quid tunc? Iobus ſurgit, & detracta veſte vti ſtrenuus athleta hoſtem prouocat, non recuſat: *Tunc ſurrexit Iob, & ſcidit veſtimenta ſua,* Iob. 1. v. 20. *& tonſo capite corruens in terram adorauit.* Putares tot ſtragibus, tot calamitatum vorticibus opprimendum; verùm ſingularis monomachus proceſſit in campum; imò tunc ſe putauit inſcendiſſe thronum, cùm ſortitus eſt aduerſarium: nam vt Ioſeph triumphalem inſcenſurus currum comam totondit, ita Iobus cum aduerſario conflicturus totondit crinem. Notauit Origenes lib. 1. in Iob. *Tunc ſurrexit Iob. Surrexit ad prælium,* Origen. *ſurrexit ad virtutem, ſurrexit ad officium conſtantiæ. Tunc ſurrexit Iob Certum: quia cùm ſurrexiſſet, dicit: Nunc belli tempus, nunc approbatio, nunc victoriæ acceptio, nunc coronarum compoſitio, nunc retributionis expectatio, nunc audaciæ manifeſtatio.* Addit poſt aliqua: *Totondit comam capitis ſui non vt lugens; ſed vt luctum deponens, atque proijciens omnique luctu per tolerantiam ſuperior exiſtens. Totondit comam capitis ſui, ſicut Ioſeph, cùm de carcere à Pharaone educeretur.* Nouerat fortiſſimus athleta eo conflictu poſſe ſe multiplicare coronas, adipiſci poſſe immortales palmas. Ergo gaudet occaſionem depræliandi nactus, & comam tondet quaſi iam ad regnum aſcitus: non erat graue patientiſſimo confligere cum dolore: non erat conſtanti durum decertare cum aduerſitate; imò diuini amoris armis munito iucundiſſimum fuit non ſolùm iacta ab inimico tela fruſtrare; ſed in ipſum retorquere.

79 Prou. 28. v. 1. *Iuſtus*, inquit Salomon, *quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Gaudet leo in certamen deſcendere: quia de beſtijs nouit triumphare: non trepidat, quia prævalere ſe omnibus non ignorat. Ergo iuſtus leonis induit ingenium, & prodire geſtit in campum: cúmque laudabiliter ambiat triumphum, ſortiri deſiderat aduerſarium. Opportune citatus Gregorius: *In occurſu beſtiarum idcirco leo non trepidat: quia prævalere ſe omnibus non ignorat: unde iuſti viri ſecuritas rectè leoni comparatur: quia contra ſe cùm quoslibet inſurgere conſpicit, ad mentis ſuæ confidentiam redit, & ſcit quia cunctos aduerſantes ſuperat: quia illum ſolum diligit, quem inuitus nullo modo amittat.* Scit iuſtus diuina protegente gratia confidentiæ clypeo, humilitatis gladio de mundialibus monſtris facilè ſe triumphaturum. Ergo vt acceperit palmam, ingratum illi non eſt citari ad pugnam, & proſilire in arenam; imò aliquando modeſtum ſatis eſt impediri: quia ardet inimicos triumphali grellu conterere. Greg.

Cupiditas religionis fuco veritatem oppugnabat, raptoque Gaio, & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli bellum religioni indicebat. Quid tunc? Paulus ſacro impetu ſtimulatus deliberabat ciuitatem ingredi, & cum veritatis hoſtibus deprælari, eoque ardore agebatur, vt ni ſocij diſcipulique totis niſibus detinerent, ad ſtadium celeriter immolaret: *Impleta eſt ciuitas confuſione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, raptis Gaio & Ariſtarcho Macedonibus comitibus Pauli; Paulo autem volente intrare in populum non permiſerunt diſcipuli: quidam autem & de Aſiæ Principibus, qui erant amici eius, miſerunt ad eum regantes, ne ſe daret in theatrum.* Act. 19. v. 29. Fræno fuit opus, ne in campum procederet: *Volebat intrare in populum*, inquit Hugo Cardinalis, Hugo. *id eſt in theatrum ad populum: quia non timebat puniri.* Accipere plagas pro religione decertando Petri Ioanniſque adinſtar geſtiebat Paulus. Ergo vbi ad pugnam citabatur, prouocationem rapiebat intrepidus, & in arenam inſiliebat animoſus: impetu contra aduerſariorum cuneos irrueret, niſi charitas erga diſcipulos amicoſque iniectis frænis auertiſſet, & ad opportunius tempus ſeruaſſet. Ægrè tulit Paulus detineri; lætum illi fuiſſet certare: ſtrenuis namque viris nil ita iucundum ac gratum, vt prouocari ad certamina: quia auxiliante Numine confidunt redimiendos fore coronâ.

80

§. XVII.

Si Iudices malè affecti, iura pro libito aut corrumpent, aut extendent.

NIl ita infauſtum, vt iudicem ſuſtinere non bene affectum, & legibus obarmatum: fuco namque iuſtitiæ adulatur iniquitati, & inde captare æquitatis molitur plauſum, vnde indicere conſtat bellum. Qui in malè affecti iudicis poteſtatem deuenit, luctuoſam calamitatem ſuſtinuit, quandoquidem nec legibus poteſt defendi, nec querelis ſaltem dolorem euaporare: reus ſemper habetur corruptis iuribus, legibus deprauatis, aut præter legiſlatoris opinionem extenſis. Proſperitas eſt iudicem ſortiri affectibus nudum, & ſolum legibus conſecratum: *Inuante Deo*, aiebat Caſſiodorus 9. var. 24. *quo auctore omnia proſperantur, ab indictione duodecima in præfectura prætoriana te ſuggeſtu, atque inſignibus collocamus: vt probatum iudicem ſine metu prouincia ſuſcipiant, quas habitans* Caſſiod.

Digitized by Google

hactenus improborum cognominis actione fatigatur. Fatigabatur Respublica iudices pasta affectibus obscuratos, & legibus præmunitos; respirauit tamen adepta iudicem generalitatis amatorem, nec vllis maleuolentiæ coloribus tinctum; sed omni fuco nudatum. Iephte, vt videtur, apud Reipublicæ seniores ac iudices à fratribus interpellatus est, vt qui paterna hæreditate esset excludendus, vti ab alia nec legitima matre natus: *Eiecerunt Iephte dicentes: Hæres in domo Patris mei esse non poteris: quia de altera matre natus es.* Profectò ratio à materna hæreditate excludebat, non verò paternis facultatibus expoliabat; verùm iudices potentioribus fauentes, odioque aliquo, vt videtur, erga Iephte flagrantes, de hæreditate non solùm expulerunt; sed exilio condemnarunt: *Nonne vos estis* (illis exprobrat) *qui odistis me, & eiecistis de domo Patris mei?* Nisi de domo Patris exterminasse contra ius fasque fuisset, nullatenus eiectionem illis improperasset. Quod si quæras, quomodo iudices, æquitatisque censores Iephte expulerint; respondebit Arias Montanus gemina fuisse affectione deprauatos, potentioribus scilicet fratribus adulandi, & erga Iephte inuidentiæ stomachoque parendi. Ergo vbi iudices sortitus est erga fratres suos benè affectos; erga se verò non adeo benè animatos, contra ius fasque exulauit

Montan. expulsus, & paterna hæreditate priuatus: *Inuidiam non solum ex facto; sed ex animi impulsu exaggerat* (verba sunt Ariæ Montani) *idque validissimo argumento confirmat, hoc est iudicij, reique exemplo, non modò qui nullum apud vos mihi in Republica, aut ciuitatis muneribus locum esse voluerit; sed ex domo & familia Patris mei vobis notissimi contra fas & ius eiecistis.* Vbi potentioribus placendi vigebat studium, vbi flagrabat in Iephte odium, nulla lex fuit, quæ illi non intimaret exilium, ius nullum quod non affingeret eiiciendum. Ergo exulauit odio pulsus, & corruptis legibus condemnatus.

81 Pharisæi, Iudæorumque Principes immortali in Christum odio furebant, variis illum criminationibus impetentes, & factitiis causis accusantes. Demique cum Pilato fuisset traditus, eiusque causa discuteretur, iudex re vndequaque discussa pronuntiauit innocuum; illi verò secundum legem

Ioan. 19. v. 7 vociferabantur crucifigendum: *Ego non inuenio in eo causam.* Respondérunt ei Iudæi: *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit.* Qui apud iudicem odio non corruptum, nec maleuolentia deprauatum audit innocens, nec leui crimine obscurus: *Nullam inuenio in eo causam*, apud iudices odio inflammatos, & ambitione corruptos legis censetur præuaricator, & ipsam, qua tenebantur Christum, vtpote Dei Filium, adorare, legem detorquent, vt legis possint armis occidere: *Secundum legem debet mori: quia Filium Dei se fecit*; Imo secundum legem debet adorari, vt qui sit Dei Filius toto diuinitatis censu exornatus, toto sanctitatis cumulo insignitus; at apud maleuolos iudices in contrarium corrupta sunt iura, & iniquissimè detorta legis decreta: *Placidus erat Pi-*

Theophyl. *latus* (inquit Theophylactus) *& non efferatis moribus sicut Iudæi.* Addit: *Illi in hoc confusi dicunt quod secundum nostram legem debet mori: quia filium Dei se fecit. Vide quomodò malitia sibi non constet: supra dicebat eis Pilatus: Accipite eum, & secundum legem vestram iudicate, & illud non approbarunt, nunc ite um dicunt: secundum legem debet mori.* Legem pro libito interpretabantur, & vt mitior, aut inflammatior affectus, leuior aut grauior reatus. Dum Christus Dominus gentilis iudicis subit sententiam, nullam mortis constat habere causam; at dum in tribunalibus Iudæorum eius causa discutitur, condemnatur: quia iudices prorsus corrupti, & maleuolentia inflammati: ipsa veritas, ipsa diuinitas, ipsa pietas execrandum censetur delictum, dum iudices depraua-tum fouent affectum.

Diuus Chrysostomus existimat splendidius fulsisse Dauidis virtutem, dum à Saüle innocentiæ testimonium extorsit, quàm cum gigantem turrim illam carneam deiecit, ad mortem conquirebatur, ac si morte esset dignissimus, qui pepererat libertatem strenuus; verum dum manum togit Saül iniustus prædator, ipse per imprudentiam fit præda: nescio qua necessitate compulsus ingreditur spelæum, in quo Dauid, eiusque milites latitabant; qui vt nacti sunt opportunam occasionem, ad vindictam vrgent, asserentes facillimè posse non solum imminentia depulisse discrimina; sed verticem diu sibi debita ambire corona: Dauid, cuius animus solùm gratiæ seruire gnarus, præ vindicta coronaque conducibiliorem censuit patientiam; ad fidelitatis tamen testimonium frustulum chlamydis præcidit, regique ostendit: Saül re comperta non potuit non obsequium fateri; & Dauidem innocuum declarare: *Iustior tu es, quàm ego.* Innocentem declarat, qui toties mortis filium protulerat: quod celeberrimo gratiæ triumpho; imò ingenti, si dicere liceat, Chrysostomus adscribit miraculo. Chrysost. *Egressus est*, inquit homil. de Dauidè & Saüle, *liberis oculis cœlum intuens, & magis exultans, quam cùm Goliath deiecisset: siquidem hæc illa magnificentior erat victoria, hæc magnificentiora spolia, hæc præda illustrior, hoc glorioſius trophæum.* Quam gloriosa de gigante fuerit victoria, luce clarius est: ibi namque deiecit truculentissimam belluam, vicit armorum potentiam, ingentissimam virium copiam; hic Saülem veritatis euidentia conuicit: cur ergo grandius trophæum erit innocentiæ testimonium extorquere, quàm immanissimum hostem deiicere? Quia Saül, respondet Chrysostomus Dauidis causæ iudex liuore corruptus, & ambitione instigatus. Rebatur Saül sua plurimum interesse, si Dauid haberetur legum corruptor, iustitiæ præuaricator & adhæc: ardebat in illum liuoris flammis, & maleuolentiæ delirijs. Ergo vltra miraculum videtur, rationi æquitatique consonam obtinuisse sententiam, à iudice immanissimam fouente inuidiam. Egregium facinus fuit belluam hominis facie priuate vita; sed glorioſius à iudice corrupto iniqua non infamari sententia: nam etsi veritas se oculis ingereret sic eam iudicis maleuolentia detorquebat, sic adulterabat, vt in contrarium prorsus inflecteret, & quod patrocinabatur causæ, ad testimonium detorqueret malitiæ.

Christus Dominus Sabbathum edocendis hominibus insumebat, & sibi vti Deo dicatum ad cultum, ad dicantium vertebat commodum: mulier tunc affuit diuturnis prolixisque infirmitatis catenis illigata, & à Dæmone compedita, sed qui vitia depellenda prædicabat verbis, confirmauit & factis: abegit Dæmonem, & mulierem restituit sanitati: *Imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum.* Archisynagogus legis Doctor indignatione ardens legem zelat, & peractam Sabbatho curationem

Luc. 13. v. 13.

Digitized by Google

accusat : *Respondens Archisynagogus indignans, quia Sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ: sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini, & non in die Sabbathi.* Patratam a Christo sanitatem carpit, & violatum Sabbathum dolet; Christus verò, vt omnem à se calumniæ abiecerit vmbram, ostendit clarissimè sanitatem Sabbathi religioni nullatenus aduersari, quandoquidem omnes die Sabbatho adaquatum ducebant bruta, quin legis transgrederentur præcepta: *Vnusquisque vestrum Sabbatho non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Sathanas ecce decem & octo annis non oportuit solui à vinculo isto die Sabbathi?* Mirates: si edictum de colendo Sabbatho brutis adaquandis non contradicit; quomodo Archisynagogus Sabbathum mulieris saluti opponit? aut si Sabbathi religio prohibet mulierem ruptis catenis erigi, cur non prohibeat brutorum vincula, vt aquam hauserint, solui; Quia eadem lex, respondet Euthymius ad hunc locum pro affectus diuersitate varios induebat vultus: dum iudices, magistratusque nullo liuore, nullaque malevolentia pulsabantur, lex de Sabbatho obtemperando non vetabat asinum, aut bouem solui, adaquandumque duci; at vbi inuidentiæ, liuorisque adurebantur affectu, iam Sabbathi lex vel operari miracula prohibebat, & miraculosum damnabat: *Hypocritæ nominauit eos, qui cum Principe synagogæ erant, vtpote fingentes se legem Sabbathi honorare; sed hoc prætexu suam inuidiam defendentes, ac sanitatem, quæ Sabbathis daretur, prohibentes.* Si ad idem tribunal, si ad eosdem iudices deferatur criminatio de homine bouem soluente, & adaquante, & de Christo miracula in hominum vtilitatem die Sabbathi perficiente, hic damnabitur, ille absoluetur: nam dum diuersi iudicum sunt affectus, & lex pro animi diuersitate diuersos sortitur vultus. Male affectus iudex vti Sabbathi trãsgressum miracula operantem damnauit, qui malevolentia carens die Sabbathi bruta adaquantem absoluet: vt inconcussa maneat nostræ thesis veritas, scilicet iudices malè affectos, pro libito iura corrumpere, ac leges interpretari.

Euthym.

§. XVIII.

Putanda est fœlicitas, si compulerit ad meliora necessitas.

85 Tertull. SI *à Domino nonnulla credimus incuti*, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 11. *cui magis patientiam, quàm Domino præbeamus? Quin insuper gratulari, & gaudere nos docet dignatione diuina castigationis. Ego, inquit, quos diligo, castigo. O seruum illum beatum, cuius emendationi Dominus inflat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non deripit.* Frænum præcipitis equi beneficium est: nam dum dolorem incutit, à præcipitio auertit, & ad rectam semitam trahit: incussus dolor, & illatus labor in amoris officina elaborantur non semel: nam homines, dum insanis se voluptatibus profundunt, ipsaque profusione, à virtutis veritatisque via longiùs nè exerrant, ad infœlicitatémque properant. Ergo illorum viam spinis pungentibus sepire grande est beneficium, quandoquidem dolore reuocantur, ad æquitatisque ac salutis semitam reducuntur. Qui errantem non corripit, sed admonitionis dissimulatione permittit errare, non verum amorem; sed nocentissimum probatur odium habere: *Parens ille magnificus*, aiebat Seneca de prouident. cap. 1. *virtutum non lenis exactor, sicut seueri parentes durius educat. Itaque cùm videris bonos viros, acceptosque diis laborare, sudare, per arduum ascendere; malos autem lasciuire, & voluptatibus fluere: cogita filiorum nos modestia delectari, verecundarum licentia: illos disciplina tristiori contineri, horum ali audaciam. Si em tibi de Deo liqueat: bonum virum in deliciis non habet, experitur, indurat, sibi illum præparat.* Labor prudentem expolit ad virtutem; ergo Deus, vt præparet sibi animum, sæpè afflictionis runcina excolit, infirmitatis igne defæcat, & verum virtutis simulachrum procudit. Ecce Galaaditæ dum ab Ammonitis non afflictantur, ad Iephte Christi vmbram nullatenus inuolant; at ipsa necessitate consulente instigantéque eius flagitauerunt auxilium, & contra hostes prodierunt in campum: *Nonne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo Patris mei?* illis exprobrat: *& nunc venistis ad me necessitate compulsi.* Necessitas attulit, fœlicitas auertisset: fœliciores ergo steterunt necessitate stimulati, quàm optima ridentique fortuna delusi. Ita Augustinus apud Hugonem Cardinalem: *Fel x necessitas, quæ ad meliora compellit.* Beatiores inuenti sunt calamitate pressi, quàm prosperitate oblectati: de calamitate namque sibi procuderunt tropæum, cùm anteà seruitutis tulerint iugum.

Seneca.

Deus iustos in deliciis non habet experitur, indurat.

Augustin.

Ardebat Diuus Paulus antiquæ religionis zelotypus, & in Christi Domini asseclas spirabat cædes sanguinolentus: *Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini accessit ad Principem Sacerdotum, & petiit ab eo Epistolas in Damascum ad synagogas, vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres vinctos perduceret in Ierusalem.* Non expectauit mitti; sed ambiuit delegari, verùm dum equi velocem cursus ardorem, & ardentem velocitatem moras adactis calcaribus carpit tardas, dum alas ab impatientia, vt inuolet, mutuatur, in terram decidit, & oculorum visum amittit: *Surrexit Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat.* Infortunatissimum Saulum diceret quisquis non cæcitatis fructum; sed solùm pensaret casum: ab equo excutitur, stupore corripitur, visu mulctatur; verùm fœlicissimo infortunio, quandoquidem à præcipitio reuocatur ad semitam prostratus, & veritatem agnoscit cæcus. Ita Bernardus in allegoriis Tilmani: *Apertis oculis nihil videbat. Fœlix cæcitas, quæ malè quondam illuminati in prauaricatione, tandem in conuersione salubriter oculi excæcantur.* Perniciosè videbat, salubriter excæcatus est: cæcitas mentis oculos reluminauit, & cœlestem lucem aspexit. Ipsum audi: *Domine quid me vis facere?* Diuinum sequitur nutum, qui flagrantissimum nuper fouebat præcordiis in Christum odium. Ergo qui visu infœlix, cæcitate fuit fœlicissimus, dum oculis ad tempus interdictus, est viam veritatis ingressus. O quoties infortuniis ducimur ad meliora, & discupimus cœlestia!

86 Act. 9. 1.

Bernard.

Prodigus dati sibi hæreditatem ambiuit, & dum exoculatus, præcepsque inhiauit ad census sibi maturauit periculum sine patre diuitiæ filium non ditarunt; sed nudauerunt, spoliauerunt fama, exuerunt castitate: quidquid

87

vitæ,

Digitized by Google

vitæ, quidquid pietatis, quidquid libertatis & gloriæ voluptatibus addictus amiſit, & qui olim ciuis, iam peregrinus: qui locuples, iam egenus: porcis iungitur, vtque famis ſubueniat periculo, honoris non attendit detrimento. Verùm qui tot diuitiis emerat ignominiam, tot ignominiis tenuem adipiſci non potuit mentam: redeundi ſtudium decertabat cum verecundia: hærebat dubius, ſi ad patrem rediret, aut in villa perſeueraret; verùm diremit litem vrgentiſſima inedia & laboriоſiſſima ærumna: *In ſe autem reuerſus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autẽ hîc fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum.* In ſe reuerſus eſt, vt rediret ad patrem, qui à patre ſeiunctus à ſe ipſo receſſerat, & in beſtiam ab homine tranſmigrarat. Chryſologus ſolito acumine ſerm. 2. expendit fuiſſe iuueni fortunatiſſimam infelicitatem: nam qui cenſu prædiuri infortunatus, ærumnis fuit feliciſſimus: ni illum fames adureret: ni nuditas adurgeret, ni præmeret vernalitas, à ſe diu, & à felicitate exulaſſet; at dum vexatio reluminat mentem, dum acerrimum indigna ſeruitus affert dolorem, ſibi inedia redditur, & delirium exterminatur: ad ampliorem felicitatis pompam peruenit miſeria ſtimulatus, & amiſſam cum fœnore gloriam recuperauit famelicus. Chryſolog. audi: *Fames reuocat, quem ſatuitas exularat: fames illi patrem dedit ſapere, cui copia tulerat ſentire genitorem.* Paterna eluxit beneuolentia, cùm filium auro ditauit; ſed nitidiùs reſplenduit, cùm fame aduſſit: *Fames reuocat, quem ſatuitas exularat*: felicior inuenitur prodigus de miſeria, quàm de fortuna: quia miſeria locupletiorem duxit ad fortunam, & fortuna ad extremam præcipitauit miſeriam. O quot acribus ventorum flatibus, tempeſtateque impulſi ſecurum tenuiſſent portum, qui ſecundis auris, & tranquillis fecerunt vndis naufragium! Nabucho procera arbor ferrum tumore vocauit, vinculis duriſſimis illigatus ad ampliorem gloriam peruenit: felicior luxit catenis, quàm ſtorulentiſſimis ramis: quod iratæ fortunæ ſæpiùs adſcribimus, Numinis eſt beneuolentiæ applicandum; ſed dum cæcutientes fines non proſpicimus; ſed ad fucata oblectamenta inhiamus, infortunium fortunam dicimus, & fortunam infortunium deploramus. Ærumna quæuis, luctuoſa ad ſpeciem fors, ſi animæ ſaluti auxilietur, non eſt dicenda calamitas; ſed felicitas. Vt ſub nitida fulgoris cruſta cariоſum ſæpe lignum abſconditur, ſic aliquando ſub infelicitatis fuco proſperitas & cuſtoditur, & tegitur.

Luc. 15. v. 17.

Chryſol.

88 Cùm Amalecitæ à Saule non leue detrimentum paſſi, & à Dauide variis excurſionibus triti abeſſe ab vrbe noſſent, vindictæ arbore, & cupiditate prædæ ciuitatem inuadere ſtatuerunt, & feliciter executioni mandarunt. Iam prædis onuſti abibant, cùm Ægyptius Amalecitæ, cuiuſdam ſeruus in morbum incidit, & pro mercede à Domino derelictus eſt: *Inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederuntque ei panem, vt comederet, & biberet aquam; ſed & fragmen maſſæ caricarum, & duas ligaturas vuæ paſſæ: quæ cùm comediſſet, reuerſus eſt ſpiritus eius, & refocillatus eſt: non enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus. Dixit itaque ei Dauid: Cuius es tu, vel vnde, & quò pergis? Qui ait: Puer Ægyptius ego ſum: ſeruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi triduus tertius.* Diuus Gregorius hiſtoriæ penicillo arcana teſtatur delineari myſteria, inquiritque quid Ægyptio commodius, languor, an vigor? inedia, an copia? à Domino ſuo ſolicitè eius ſalutis curam agi, an non ſine deſpectu vti reiectaneum relinqui? Ad ſpeciem ſanitas optabilior, conducibilior prædarum copia; verùm ipſum infortunium huius Ægyptij fortuna fuit. Derelictus ad Dauidem adducitur, hero antiquo renuntiat, & beneficiis obſtrictus Dauidi famulatur. Audi Gregorium lib. 5. moral. cap. 29. *Quem Amalecita ægrotum in itinere deſerit, Dauid inuenit, cibo reficit, ducem ſui itineris facit..... Quid eſt enim quòd Ægyptius Amalecitæ puer in itinere laſſatur, niſi quòd amator præſentis ſæculi peccati ſui nigredine opertus ſæpè ab eodem ſæculo infirmus deſpectuſque relinquitur, vt cum eo currere nequaquam valeat; ſed fractus aduerſitate torpeſcat. Sed hunc Dauid inuenit: quia Redemptor noſter veraciter manu fortis nonnunquam quos deſpectos à mundi gloria reperit, in ſuum amorem conuertit; cibo paſcit, quia verbi ſcientia reficit: ducem itineris eligit quia ſuum etiam prædicatorem facit.* O quantæ ab infortunio huic Ægyptio derelicto & ægroto proſperitates emanarunt! Infeliciſſimus eſſet, ni periiſſet, & feliciter periit, dum à ſæculo deſpectus ſæculo renuntiauit. Qui olim mendacij ſeruus, prædicator iam veritatis: iam Dauidi addicitur, qui vitiis addicebatur.

1. Reg. 3. v. 11.

Greg.

---

§. XIX.

Princeps non recuſat bellum adire, nec ſubiectus ſuis illum facultatibus adiuuare.

RAtionabile inter Principem & ſubiectum commercium eſt, ſi Princeps ſolicitudinis impenderit curam, & ſubiectus miniſtrarit exercendæ curæ materiam. Miles indiget ſtipendio, nec famelicus occurrere poterit aduerſario. Ius quoddam habent ſubiecti, vt Dominus procedat in pugnam, ſi ad alendos milites auri erogauerint copiam; vt etiam iuſta lege compellit ad præſtanda ſibi ſubſidia, qui aggreditur pro ſubiectis periculoſa certamina. Petierat populus regem, qui contra inimicos prodiret in campum, pro ipſiſque ſtudioſè tractaret bellum: *Egreditur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis.* Quid tunc? Illos ad pendenda tributa cogit oraculum: *Segetes veſtras & vinearum reditus addecimabit.* Digno æquitatis commercio eis, pro quibus pugnatur, reditus pendere imponitur: nec enim fas erat in campum Principem copias producere, & ſubiectum alendis copiis reditum denegare. Opportunè Lyra ad hunc locum: *Aliqua ſunt de iure regis in neceſſitate poſiti propter bonum commune regni, & ſic omnia, quæ inferiùs exprimuntur à Samuele, ſunt de iure regis.* Ius habet, dum cogit milites pro omnium ſalute, vt omnes militum conſuluerint neceſſitati: quod non ignorabant Galaaditæ, dum Iephte ad certamina cum hoſtibus prouocantes, ſibi impoſuerunt ſubuenendi curam, & neceſſariam exhibendi militi- 89

1. Reg. 8. v. 20.

Lyra.

bus copiam : *Nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium, qui habitant in Galaad.* Non inquiunt, ad te venimus, vt quæras aurum ad soluendum militibus stipendium; sed vt exercitum producas in campum : quasi huius negotij sic molestias diuidant, vt Iephte solùm debeat curare pugnam; ipsi verò sint pensuri necessariam pro militum victu copiam. Ita Arias Montanus : *Cura altera nobis omnino sine tuo negotio suscepta, altera tibi tantùm de conseruatione reliqua est, eaque non difficilis explicatu, tum propter honestatem, tum propter officium, quod facultate etiam maiore, nostra ex parte iuuabitur, & fulcietur.* Bellum suadebant; sed & suis facultatibus adiuuabant : esset namque superuacanea suasio, indignaque homine prudente petitio, si cogerent Iephte ad copias producendas in hostem, nec ministrauerint facultatem. Iephte in campum prodeat, dum ipsi pacatè domesticis commodis, lautibusque fruuntur; ipsi verò tribuant, quo milites & Iephte vixerint, dum præliantur : sic enim iustum ac legitimum erit commercium, si dux videlicet collectis militibus pugnarit, & ciues pugnanti facultates pependerint : pars altera ministrare tenetur aurum, vt adornare altera bellum : sic floret æquitas, & delectat ciues tranquillitas.

Montan.

90 Eruamus vtilem ex ipso errore nobis eruditionem. Aaron vrgetur, dum populus ducem sibi producere exambit : *Fac nobis*, inquiunt, *Deos, qui non præcedant.* Ducem postulant, qui aduersarios depellat, qui progressus impedimenta dimoueat. Quid tunc Aaron? *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me.* Aurum postulat, quod duci pendat : nec enim posset aliter munus gerere, & hostibus timorem incutere. Quo die populus ducem flagitauit, & ornamentorum aurum pependit : *Fecit populus, quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron.* Non recusarunt exhibere animo promptissimo postulata, vt consequerentur vota : nec enim vel illorum cæcitas, anaritiaque potius manum contrahere, & ad pugnam ducem exigere. Opportunè Tertullianus auers. Gnostic. cap. 3. *Aberat apud Deum in monte Moyses, cùm populus tam necessaria absentia eius impatiens deos sibi producere quærit, quos potiùs ipse perdiderit.* Attentiùs auscultanda quæ subdit : *Vigetur Aaron : iubet in aures fœminarũ suarum in ignem conferri.* Vnum ex altero pependit, nempe dux ex copia præstita, & copia præstanda ex duce : nec delirium sibi persuasit posse sortiri sine auri expensis ducem contra aduersarios pugnantem. Hanc tamen populi audaciam, temeritatisque impatientiam dignissimo supplicio vindicatam fuisse testatur Psaltes, dum ait effectum desideriis fuisse contrarium : *Commutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Studium erat habere Deum vigilantem semper ac prouidum, effectus fuit sortiri vitulum inertissimo otio indulgentem, & humeros prægrauantem. *Dicit R. Salomon* (verba sunt Lyræ) *quòd vidit Aaron spiritum vitæ in vitulo sicut dicitur : Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.* Vitam vitulus mentiebatur; sed vt pasceretur copioso fœno, non vt obuiaret periculo. Ergo iustè punita est improbitas, dum sortitur vitulum cæcitas.

Exod 32. v. 1.

Tertullian.

Psal. 105. v. 20.

91 Pugnabat Gedeon, cúmque arridente iam triumpho persequendis insisteret aduersariis, victualia pro militibus à Soccothanis popoſcit: *Date, obsecro, panes populo, qui mecum est : quia valde defecerunt, vt persequar Zebee, & Salmana reges Madian.* Non postulant panes ad exornanda conuiuia, non exegit victualia ad sectanda otia; sed vt hostes persequerentur, quibus detritis, aut saltem profligatis populus parta respiraret requie, & frueretur tranquillitate : Soccothani inciuiles, auaritque victualia militibus denegarunt; sed pro negatis victualibus supplicia digna tulerunt. *Tulit seniores ciuitatis, & spinis deserti, ac tribulos, & contrinit cum eis, atque comminuit viros Soccoth.* Non poterat Soccoth frui pace, quando iniquum exambiebat commercium, nempe habere ducem ad conterendos hostes, excusatis alimentis ad alendos milites : digna Gedeon illos pœnâ mulctauit, vt edoceret debere subiectos victum præbere militibus, dum constat ducem congredi animosè cum hostibus. Huc voco quod aiebat Cassiodorus 4. var. 13. *Emolumenta deesse laborantibus non oportet, vt & bona spes aditus aperiatur, & defendantium querela iusta compensatione claudatur.* Subijcit : *Disciplinam siquidem non potest seruare ieiunus exercitus, dum quod deest, semper præsumit armatus.* Labor militaris periculis, & incommodis plenus est, cui si addatur victus inopia, nequit sustineri, nec armatus poterit congredi : Ergo prudenter Galaaditæ curam sibi victualium assumunt, dum Iephte aduersarios adoritur, & triumphis Respublica coronatur.

Iudic. 8. v. 5.

Cassiod.

92 Isaias speculatores laboriosis noctium vigiliis monet incumbere, milites arreptis clypeis admonet inimicis opponi, sed mensam, etiam iubet parari : *Pono mensam, contemplare in specula comedentes, & bibentes : Surgite Principes, arripite clypeum.* D. Hieronymus locum spiritui aptans de mensa Eucharistica interpretatur, quasi Dominus, quos Apostolos producebat in campum cõtra verssutissimum inimicum, priùs pauerit, & quasi stipendia soluerit : *Dicitur per eum ad omnes credentes vt comedentes & bibentes corpus & sanguinem Domini vertantur in Principes Ecclesiæ, & cum Apostolis audiant : Surgite; arripiantque clypeum fidei de armatura Apostoli Pauli, in quo possint ignita diaboli iacula extinguere.* Pugnaturus cibatur; imò vt actiùs virilìusque pugnarit, concessis honoribus exacuitur, ne si desit honor, aut famis aduratur ardor, milites animo cadant, & hosti cedant. Miles cibatus, & honore Principis insignitus nihil non audebit, & felici temeritate tentabit. Hugo ad militiam humanam locum referens sic ait : *Surgite de mensa, postquam comederitis, arripite clypeum, id est, armate vos.* Iure exigit, qui mensam apposuit, militem arma capere, in hostesque irruere, nec potest miles detrectare pugnam, si cibandus sedit ad mensam. Honore frui, competentibus victualibus ali, nec cum aduersariis congredi indignum est militi : vt è contra Reipublicæ indecorum, periculosumque militem cum hoste congressurum fame lurida premi, sitique vexari.

Isaiæ 21. v. 5.

Hieron.

Hugo.

93 Hinc fortassis illi Dauidis celebratissimi fortes, dum in campo Principem pro Republica militantem sibi cognouerunt aduri, animosè inuolantes attulerunt aquam, vt à se depellerent notam, quandoquidem subiectis probro vertendum erat Dauidem in campo degere contra hostem, & ardentissimam pati sitim : *Irruperunt tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna*

Digitized by Google

2. Reg. 23. v. 16.

na Bethlehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid. Sanctius noster existimat aquæ tunc inopia Principem laborasse: *Aqua*, inquit, *cum tunc laborabat inopiâ, aut suauitate capiebatur, dixit: O si quis mihi daret*, &c. Principis fuit pro suis in statione perstitere, hostilesque adsultus viriliter refrænare: spectauit ad suos aquam sitienti præbere, sicque muneri ab omnibus satisfactum est, quandoquidem dux per sitis & inediæ tolerantiam perstitebat in acie, & subiecti non modicis incommodis deprælianti ministrabant pocula siti.

Sanctius.

§. XX.

Nil superior illi valet negare, per quem agnoscit sibi dignitatem obtingere.

94 Cassiod. Talis est dignitas, qualis administri voluntas.

TAlis est vnaquæque dignitas, aiebat Cassiodorus in gnomologia *qualis administrantium est voluntas.* Verum dixit; quia dignitas ad arbitrium possessoris effingitur, & eius placito sæpissimè attemperatur: nec minùs verum dixisset, si ad electores extenderet; talis namque est vnaquæque dignitas, qualis electorum fuerit voluntas: illis namque, per quos videtur ad fastigium dignitatis euectus, semper remanet tributarius: illorum obtemperabit placito, & obsequetur arbitrio. Itaque qui effingunt Consulem, aut Antistitem, vectigalem habent Antistitem, siue consulem: non audebit muneri satisfacere, si contingat ab electorum voluntate discedere: vnde eo modo dignitas geritur, quo ab electoribus deputatur. Galaad Seniores suo in plebiscito decreuerant, vt qui primus in hostes irrueret, Princeps haberetur; verùm posteà dignitatem Iephte obtulerunt, vt facilius ad se traherent, & prouinciam illam imponerent: *Dixerunt ad eum: Veni & esto Princeps noster.* Oblata iam dignitate sic instant: *Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon.* Quid tunc? Eorum te votis attemperauit, à quibus dignitatem accepit: nec enim poterat, per quos constabat eligi, refragari. Ita Arias Montanus ad hunc locum: *Quamquam in illo plebiscito imperium ei decretum fuerat, qui Ammonitas bello impetisset; diuersa tamen ratione fuit à legatis relatum, quibus commodius ad persuadendum visum fuit consilium, si dignitas primum, auctoritasque vltro offerretur viro; deinde verò cura & industria, quæ tanta dignitate digna esset, postularetur.* Vt arma capere persuaderent, vtilissimum cœperunt consilium, quandoquidem nequibat ab eorum placitis resilire, quibus constabat lumina dignitatis debere: fuisse à se electum allegarunt vti efficacissimum argumentum ad reuincendum iudicium: *Tu nobis* (inquiunt) *iudicium debes, qui te populo & nobis statuerimus Principem.* Mansit quodammodo eorum voluntati subiectus, dum per ipsos resplenduit ad Principatum elatus: vt non solum verum sit quod aiebat Cassiodorus de dignitatem gerentibus; sed etiam de ad fastigium electoribus: talem esse vnamquamque dignitatem scilicet, qualis fuerit voluntas administrantium & eligentium.

Cassiod.

Sibtan.

Razon filius Eliada de seruo transiuit in Principem: *Abierunt Damascum, & habitauerunt ibi,* 95

& constituerunt eum regem in Damasco. Illum inaugurantes latrones fusile textus explicare tradit: *Factus est Princeps latronum.* Itaque sub Razon impune degebant latrocinia exercentes, & cupiditatibus inhiantes. Iam si inquiras cur Princeps, regiaque dignitate exornatus delicta non cohibuerit, & audaciam Reipublicæ adeò pestilentem non refrænarit: respondebit Scriptura ab illis fuisse electum, ad dignitatisque fastigium promotum: *Constituerunt eum regem in Damasco.* Eius electoribus nequibat omnia non permittere, dissimulationeque tegere: exercebant latrocinia, perpetrabant scelera, apertè æquitatis temerabant edicta; indulgebat tamen Razon, iniustum ducens, vt quibus debebat imperium, non relaxaret delictum. *Factus est Princeps latronum*, inquit Lyra, *regnum Aderezer infestantium.* A mali factus est Princeps ergo princeps factus indulsit malis. Et vtinam vnus Razon hanc coleret politiam: inueniuntur tamen plures, qui lata pro ipsis ad dignitatem suffragia indulgentissima compensauere licentia: nullus ex eius partes sequentibus legem violat, nihil ab ipsis in iura peccatur; imò omnia habentur rationi consona, aut saltèm pœnis immunia.

3. Reg. 11. v. 24.

Lyra.

Miraberis populum in Dei sui præsentia indulsisse voluptati, nec extimuisse vacare libidini: *Surgentes mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere.* Sacræ Scripturæ styli gnaris dubium non est ludi nomine Venerea designari delicta, carnisque commercia: ergo populus ab hostius transiuit ad scelera, & in ipsius vituli in Deum nuper inaugurati conspectu perpetrare non erubescunt delicta. Et cur infligendam à Numine non vereantur pœnam, qui licenter adeo ac proeaciter præcipitantur in culpam? Solutio facilis: quia in eius delinquunt oculis, quem modò extulerant, & ad fastigium diuinitatis exuerant: ergo non dubitarunt illis indulturum, quantumus clarissimis se delictis contaminarent, & in legem honestatis delinquerēt: *Sequuntur liberiorem* (Deum) *qui gaudia ludos permittat, hisque delectetur*, scribit Oleaster ad mores hic. Factitius Deus ab illis consecratus eorum deliciabatur delictis, vt iura pro ipso suffragia ampla posset compensare indulgentia: electores pudicitiæ transgrediuntur terminos: quia non timent ab electo cohiberi; imò quidquid sibi placuerit, non dubitauerint permitti. Ambitionis vernula, seruulus cupiditatis, vt fastigium iteret, aut conseruet, eligentium placitis adaptatur, & ad illorum voluntatem construitur. Et fortassis ob hanc rationem fusilem fusile vitulum aduertit non sine causa Scriptura. *Formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Quod funditur ad fundentis voluntatem efformatur, & placitis efformantis adscribitur.

96

Exod. 32. v. 6.

Oleast.

Ligna, vt regem sibi vngerent, conuenerunt: *Ierunt ligna, vt vngerent super se regem.* Vel trunci dum de rege inaugurando cogitarunt oliuā dignā imperio arborem delegerunt: *Dixerunt oliuæ impera nobis*: Oliua ad imperū vocata noluit adhiterē allegans non posse pinguedine orbari, & Numinis obsequio carere: *Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & dij vtuntur & homines, & venire, vt inter ligna promouear?* Isidorus in Iudices cap. 6 existimat oliuæ pinguedinem gratiam signare Spiritus Sancti: *Oliua gratiam Spiritus Sancti, & vnctionem pacis significat.* Benè; sed cur non possit ad dignitatis culmen elata laudabili nitere pinguedine, & cum Deo florere pace? 97

Iudic. 9. v. 8

Quia electores, respondet Isidorus, vitiis scatebant: ergo oliua lucis mater æqua rationis lance pensauit, se facilè non posse electoribus increpare delicta, quandoquidem ipsa electio est enorme æquitatis fascinum, & durum iustitiæ frænum: ergo maluit apud Deum florere gratiâ, quam dignitatis micare pompâ. *Prius videamus,*
Isidor. *cur oliua, ficus, & vitis super ligna regnare noluerunt: digna quippe sylua intelligimus homines esse vagos, & vanos, æterno incendio præparatos: his ergo meritò noluit oliua regnare.* Præpediebatur correctionis difficultate, pacis allicichatur amore: ergo noluit regnum: quia nil aliud esset regnare, quàm electorem sceleribus inseruire. Addit in ficu legem adumbrari, & ob eandem rationem repudiasse dominium, ne æquitatis infringere cogeretur decretum. O quanta dissimulanter prætereuntur, quanta cæcis oculis dissimulantur, si à quibus latum est, aut speratur suffragium, perpetratum fuerit delictum. Prudentissimè agnouit oliua fore dignitatis fastigium correctionis ac probitatis venenum, vtque seruaret sine læsione virtutem, detrectauit accipere dignitatem.

98 Deus flammanti rubo Moysi oues agenti obiicitur, illumq; præcepto pro tessera obarmans contra Pharaonem delegat: prouinciæ Moyses difficultatem agnoscens extrahere imperium nitebatur, linguæ impedimentum opponebat: ac denique non parui, donec Pharaonis effectus Deus iubetur virgam prænsare, & Aaronem legationis so-
Rsod.7.v.1. cium habere: *Dixit Dominus ad Moysem: Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus.* Quæramus cur Moyses animitus detrectarit imperium ab ipso Numine iniunctum: fugere dignitatem ab hominibus oblatam plures conati sunt humilitatis consilio, & se totos consecrandi cœlestibus desiderio; at quod Deus seriò imperat, detrectare adscribendum videretur proteruiæ, ni eximia Moysis virtus suaderet nobis hac in reluctantia quærere arcanum, ac latens rusare mysterium. Fallar ni Moyses ad regnum à Pharaonis filia, ipsoque inauguratus se ad infligendam pœnam eneruem, exanimatumque agnouerit: non extrahebat imperium de resistendi iussis diuinis audacia; sed de castigandi Pharaonem, si fas est dicere, impotentia: agnoscebat se de profluuio ad regale translatum solium: ergo inauguratione præpeditus impedimentum est fassus, opusque fuit ad diuinitatem, quodammodo eleuare, sociumque adiungere, qui Pharaoni pœnas pro meritis valeret infligere dum nil constabat debere; aliter namque pertinax contumacia non subiret supplicium; imò sortiretur elogium: Aaron virga vtebatur in Pharaonem Deus non effectus; at
Lyra. Moyses, vt feriret virga, Deus effectus est: *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Lyram audi: *Hoc dixit Dominus Moysi, vt esset constans coram Pharaone:* vt coram Pharaone non cedat, vt pœnam, à quo inaugurans est, non remittat, opus fuit se quodammodò humanitate nudare, & æquitatem diuinitatis inducere. Adeò arduum est, per quem quis agnoscit sibi dignitatem obtigisse, verberibus castigasse.

§. XXI.

Differri militi non debet præmium pro Republica deuorante periculum.

PRæmium alit artes, eumque nulla Reipublicæ salutique communi quam militaris vtilior: illam oportet præmijs alere, & quod arduitatis habet, honoris, vtilitatisque mercede copiosissima delinire: quid enim dignum potest conferri, per quem non sine vitæ discrimine constat & inimici insidias arceri, & amicos pace frui; verùm nolcio quod aduertum, si fas est dicere, fatum militares labores insequitur, post belli fluctus ipso in tranquillitatis portu toruit vultibus deprælian-
tur, & durissimis superciliis feriuntur: *Si Olympiaci currus agitator*, aiebat Cassiodorus 11. var. Cassiod.
35. *rapit præmia post labores, si ferarum certamen inhonestum velociter solet coronare victores, quam celeritatem remunerationis merebitur, à quo laudabiliter militia sacramenta peraguntur?* Cur enim agentium in rebus miles Officij *post tot laboris incerta aliquid præstatur ambiguum, qui celebris actionibus excubando ideò Principis nomen habere promeruit: quia militia sacramentis cæteros antecellit.* Post tot vitæ pericula, post tot laboris incommoda, post mutila non semel corporis membra grauiores solet miles sustinere molestias, vt obtineat debitum præmium, quàm substrictis tulerit papilionibus, vt debellauerit inimicum. Tauros dexterè agitare, solet velociter coronare victorem, & hostem propulsasse aut attriuisse irremuneratum relinquitur; aut certè post prolixas moras remuneratur. Huius fortè consuetudinis non ignarus Iephte ad pugnam cum aduersarijs vocatus priùs de præmio egit non auarus; sed prouidus: quia nouerat plures post dura certamina, & obuia semper pericula irremuneratos relinqui, inopiaque premi: *Si verè veneris ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas; ergo ero vester Princeps.* Superuacanea videtur conditio, quandoquidem illi iam obtulerant Principatum: *veni & esto Princeps noster*, aiebant, *& pugna contra filios Ammon.* Quod lubenter offertur, otiosè exambitur. Ergo Iephte non paciscatur de præmio, quod omnium offertur ipsi consilio. O ducis prudentiam! Nouit ante pugnam magna militibus promitti, quæ nunquam aut rarò solent impleri, & ne absoluta militia necessum sit nouum ingredi bellum, stabilire satagit, illos voluit obstringere sacramentis, ne irritis gemeret postea promissis: *Responderunt ei: Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus.* Statim spondent fidem suam liberaturos, quod & fecerunt: & Iephte data fide pugnam suscepit, aliter non suscepturus, ne grauius subiret postea certamen illorum domos cursitando, & libellos supplices repetendo. *Tales igitur*, addit Cassiodorus, *tardare piaculum est: quia post palmam nemo dilatus est. Votiuum non potest dici, quod tristis suscipit: grauamina nulla mutuant absoluti, ne portus hoc ingerat liberis, quod facere potuit procella vexatis.* Grauissimum esset absoluta victoria iterum ambiendo luctam intrare, & molestias repetitas subire. Ergo discant Principes

cipes fouere milites, extenuando præmissis angores; alioquin nullus amabit pericula, vt grauiora postea adeat ambiendo certamina. *Philippus Macedonum rex*, Scribit Seneca libro 4. de benef. capite 37. *habebat militem manu fortem, cuius in multis expeditionibus vtilem expertus operam, subinde ex præda aliquid illi virtutis causa donauerat, & hominem venalis animæ crebris auctoramentis incendebat.* Manu fortis langueret, ni auctoramentis accensus, & ad despicienda pericula prouocatus; at vbi à Principe remuneratus strenuam adeò multis in expeditionibus nauabat operam, vt Principi afferret palmam: *In multis expeditionibus vtilem expertus est operam* Quare? Quia muneribus honestam nutriebat audaciam. Qui milites manu fortes desiderat, honoribus & auctoramentis quam citò accendat. Seneca.

100 Pergebat Samson egregius virtutis miles sponsam de gentibus accepturus, cùm ipsa in via hostis occurrit, leo videlicet trux vultu, & metû incutiens ictu: Samson Dei spiritu armatus in frusta leonem discerpsit, vtque cumulationi frueretur triumpho, victoriam tacuit: *Dilacerauit leonem quasi hœdum in frusta discerpens, nihil omnino habens in manu.* Si Saulis seruo, in cuius manu inuenta est quarta pars stateris argenti, vt testatur 1. Reg. 9. v. 8. ille: *Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti*; leo occurrillet, fors occupata argento manus nequiret dilacerare; at Samsonis dextera, dum nihil omnino habet, inuenitur expedita, & triumphis resplendet nobilissimis coronata. Quid tunc? ex ipso triumpho fauum elicit, & in ipsa via comedit: *Quem cùm sumpsisset in manibus, comedebat in via: ventensque ad patrem suum & matrem dedit eis partem.* Profectò locus hic, vt leonis os scatebat apibus, exundat etiam mysteriis: manu leonem dilacerasse refertur; *nihil habens in manu*, & manibus accepisse præmium dicitur: *Cùm sumpsisset in manibus*: præmium superauit laborem, & dulcedo anxietatem: magnum adeò dilargitum fuit præmium, vt ipse comederit, & parentibus impertiuerit: & hoc totum ipsa in via, qua pugnauit accepit: *Comedebat in via*: Qua via? Illa qua in leonem irruit, qua leonem dilacerauit, vt ibi constaret concessum præmium, vbi deuicerat inimicum: vbi luctatus est, ibi luxit remuneratus, vt ex cœlesti politia humana addiscas strenuos milites præmiis cumulatissimis honorare, & ne aliqua mora obscurentur, ipso in certaminis campo offerre: *Comedebat in via.* Audi Abulensem quæst. 13. *scilicet dum veniret de diuerticulo, in quo erat cadauer, vsque quo accederet ad patrem, & matrem.* Stratum cadauer pro mensa fuit, vt ibi inueniret virtutis præmium, vbi certaminis & victoriæ testimonium. Iudic. 14. v. 6. Abulens.

101 Videt Ioannes equum miro candore nitidum, cuius sessor obtenta insecatus victoria arcum in inimicos prænsabat, & coronam accipiebat: *Ecce equus albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret.* Opus non fuit victori coronam exambire: illi namque data est arcum prænsanti, & hostes odorienti: & quidem aptius videbatur expectare præli finem, nec præmaturam dilargiri mercedem. Si adhuc arcu opus est, si tempus agonis, cur verticem triumphalis ambiat corona, & cur acceperit præmia? vt ipso præmio, inquit Ambrosius, remunerantis resplenduerit prouidentia, vtque alios allexerit ad certamina. Certè si post anxios certaminis labores, si post frequentia vitæ ac salutis pericula, opus esset nouo difficiliorique ad præmium assequendum agone, detrectarent plures bella, quandoquidem laboriosa: difficili spe languescit animus, & pugnandi ægrescit affectus, ast vbi refertur digna tanto labore cum arcu merces coniuncta, honesta ambitio ad vlteriora inardescit bella: quia & ampliori stimulatur triumphorum gloria. Huc voco Ambrosium epist. 58. ad Orontium: *Athletas vocat paratis præmiorum insulis, certaturos ad coronas, ne moram patiatur, qui viceru.* Durius sane est vincenti sustinere in præmio moram, quàm arduam inire luctam: & fortè ne contigerit erga mercedis acquisitionem sudare, detrectabit cum hoste congredi. Ergo dum præmium paratur, dum arcui corona coniungitur, prouocatur ad vlteriora certamina athleta, & defensorem sortitur Respublica: *Athletas vocat paratis præmiorum insulis certaturos ad coronas, ne moram patiatur, qui vicerit.* O vtinam expromptæ essent triumphantibus insulæ: sic namque plures studerent certamini. Ambros.

102 Samson, quantumuis Philisthinis circumdatus, adeò intrepidè in eos irruit, vt inuenta maxilla mille interfecerit viros: *Inuentam maxillam, id est, mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, & ait: In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros: cumque hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ.* Mandibulam post victoriam proiicit, & nomine solùm exaltat ipsa proiectione acerbiorem addens iniuriam. Quàm est de hominum more, dum indigent, eleuare; si non indigeant, proiicere! Maxilla eleuata fuit, dum ipsa indiguit ad hostes percutiendos; sed iam reportata victoria abiecit inimicorum certè sanguine tinctam; verùm cùm ardenti Samson siti adurgeretur, a Domino aquam petiuit, quam Deus incunctanter concessit: *Aperuit itaque Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressa sunt ex eo aquæ.* Quàm citò votum oratio consecuta est, quando Chananæa, etsi Apostolorum chorus intercessor accesserit, preces iterat repulsa, & repulsione dilata: nec mirum! Samson namque miles strenuissimus egregiè desudarat, seque pro Dei populo discrimini obiecerat, esletque indecorum Principi obtinuisse de hostibus triumphum, nec habere post triumphum vitæ alimentum. Ergo vbi Samson victoriam, victoriæque laborem quasi supplex libello Deo in memoriam reduxit, exundans quam citò alimentum impetrauit: *Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam, atque victoriam: en siti morior.* Quid tunc? *Egressa sunt aquæ.* Citò, sine dilatione limpidæ aquæ venam illi largitus est: erat enim eius oratio meritis suffulta, & labore commendata. Ita Abulensis quæstione 29. *Hic ponitur quoddam miraculum, quod accidit post occisionem Philisthinorum, scilicet quia Deus dedit aquam supernaturaliter Samsoni de maxilla asini, & dicitur quòd sitiuit valde: quia laborauerat nimis Samson pugnando contra Philisthinos.* Addit: *Deus condescendit precibus Samsonis: quia iustè orabat.* Pro Deo defatigatus erat pugnando laboraratque: Iudic. 15. v. 15. Abulens.

tatatque non sine ingenti periculo pro Republica. Ergo Princeps miraculum petrauit, vt subueniret sitienti, quo doceret Principes ad præmia pugnantibus citò exhibenda, vel miracula patranda.

§. XXII.

Prudens priùs laborum mercedem pensat, quàm duros labores adeat.

103 SIbi imponit, qui per anxias laboris molestias ad mercedem tendit ambiguam, qui contemnit durum periculum, consecuturus exiguum præmium. Conferri debet cum remuneratione labor, ne factis innubiletur prudentia. Cassiod. *Æquitati conuenit*, aiebat Cassiodorus 7. var. 30. *vt vnusquisque ad fructum militiæ emenso tempore debeat peruenire, & laboris recipiat præmium pro compensatione meritorum.* Iustis compensari debent præmijs dura militiæ certamina; alioquin insipientis erit per arduum tendere ad nulla. Profectò si plures de mercedis qualitate secum per otium agerent, molestias quàm plurimas non subirent, nec illis exprobaret Apostolus: Ad Rom. 6. v. 21. *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nam finis illorum mors est; nunc verò liberati à peccato; serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem; finem verò vitam æternam.* Quasi dicat: dum vitiorum castra sequebamini, non leues nec infrequentes vos diuexauere molestiæ, quarum merces opprobrium fuit, & tormentum. Iure ergo erubescitis confusi: quia de mercede cogitastis ignari; cùm prudenter laborum attendant finem, & cogitarint mercedem, ne fraudati digno præmio, merito obiciantur opprobrio. Profectò Iephte è prudentum censu fuisse cognoscitur, quandoquidem, vt cum Ammonitus deprælìaretur, ascitus, priùs egit de præmio, quàm se committere voluerit periculo. Abulens. *Si verò veneritis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manus meas, ego ero vester Princeps.* Quasi dicat: si futurus sum Princeps, pugnam adoriar: est enim prudentia consonum honesta pericula contempsisse, si liceat ad tantas dignitatis insulas inuolare: vt è contra vetti debuisset imprudentiæ ob nulla præmia adire summa pericula: *Putauit Iephte*, inquit Abulensis quæstione 15. *quòd Galaaditæ vellent eum fallere: ideò noluit petitioni eorum assentiri sine firma promissione, scilicet quòd iurarent ei, quòd haberent eum semper in Principem.* Cauit prudenter, ne postquam deuorasset pericula, inimicorumque attribuisset castra illusoria illi darentur præmia. Ergo stabilito præmio in campum tendit congressurus cum aduersario.

104 Ob id fortè astutia commendatur serpentis: inuidia ictus structuram per hominis latus subruere inceptat vetitum fructuum carpere res erat ardua, quandoquidem mors pomo tenebatur inclusa: Genes. 3. v. 3. *Præcepit nobis Deus*, aiebat mulier, *ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur.* Quid tunc versutissimus, callidissimusque serpens? Diuinitatem offert pro mercede. *Eritis sicut dij scientes bonum & malum.* Grande proposuit præmium, vt mulieri incommodum: nec enim ausus est ipse dæmon fœminæ persuadere adire vitæ periculum, nisi ob diuinitatis cremetum: præmium illusorium fuit; at dum diuinitatem pro mercede proposuit, sua ipsa fallacia, vtili interuiuit doctrinæ, quandoquidem ausus non est minori præmio, graui adeò Euam obiecisse periculo. Adest Basil. Seleuciensis orat. 3. Basil. *Vana spe diuinitatis subito erigit, vt solum metum, eaque spe proposita mandati vim prorsus extenuet.* Secum cogitauit serpens versutiam suam minimè procelluram, ni ob diuinitatem impellere conaretur ad mortem: nec enim etsi cæco ambitu mulier inflammaretur, ob ignobile præmium graue adeò deuoraret periculum. Ergo, ne versutam obscuret astutiam, si exiguo præmio obtiere conaretur graui adeò periculo, diuinitatem pro mercede obtulit, & mulieri transgressionem suasit. Verùm cùm demens sit, qui nulla mercede se offert discrimini, ea homines insania possidet, vt non solùm vel augustum non alliciat præmium; sed etiam ingenti sumptu insanum ad vitia præcipitarit delirium. Periculum vitæ, honorisque sæpissimè aditur non solùm exiguo fructu; sed dato præmio.

Cùm Hebræorum Philisthinorumque phalanges certamine gestirent victoriam sibi comparare, de repente prosiliit in arenam Goliat immetatâ corporis magnitudine procerus, & vultus toruitate videntibus horridus, ingens ad speciem robore, truculentus aspectu immane spirans, cædes, & strages vociferans, & minas incessu comprobans Israelitas de statione deturbabat, & minis intempestiuis animos percellebat: viri antè animo prosternebantur, quam corpore eo ipso tempore re aduentauit Dauid subsidia frattibus afferens: cúmque eximia, luculentissimaque præmia cum bellua illa congredienti à rege audiret dilargienda, non cupidus, ambitiosiue; sed ad nostram eruditionem cordatus, iterum scisciatur de præmio: *Virum, qui percusserit eum; ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel.* 1. Reg. 17. v. 25. Ista ab omnibus circumferebantur; & tamen Dauid, vt certior fieret, quid victori dandum, adstantes iterum interrogauit: *Et ait Dauid ad viros, qui stabant secum dicens: Quid dabitur viro, qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? Quis enim est hic Philisthæus incircumcisus, qui exprobrauit acies Dei viuentis? Referebat autem ei populus eundem sermonem* Cùm certum sit Dauidem religionis zelo inflammatum; & diuini honoris Zelotypum certamen cum gigante iniuisse, quæres cur solicitè adeò studioséque de futuro præmio inquisiuerit, & multorum testimonio firmauerit: mihi interrogasse videtur non tam sibi præmium exambiens, quàm nos erudiens: ingens subiturus erat periculum; se irrisioni exponebat, quandoquidem videns gigas puerum pugnæ inseuisum amore, habitu pastoritio pro armis vsum in risum effusus est. Adhæc: Saul ipse discrimine obiecto illum auertebat, & ab intento pro viribus reuocabat: cùm ergo illi opus fuerit acrem fratris increpationem patienter ferre, regis timorem vincere, gigantis risum castigare, vitam periculo ad speciem exponere, & periculum ingens adire; noluit tanta pati, quin ingenti præmio discriminibus dignò fore se remunerandum sciret, & indubia recompensandum laborem mercede nosceret: *Certiorem reddi se ipsum*, inquit Caietanus, *quærebat* Caietan. *David*

105

Dauid de præmio, quod audierat. O quot labores, quot pericula animæ, vt corporis plures vitaſſent, ſi ad præmium oculos extendiſſent, ſecumque, an tanto labore merces eſſet digna, prudenter expenderent, & an poſt tot periculą, honeſta illos manſerint ſtipendia, penſitarent; at dum nec ſupplicia cogitant, nec præmia expendunt, inhonorationem, doloremque pro mercede relaturi, & ab omnibus diſpiciendi confuſis ſe vitiorum vorticibus, ac diſcriminum vndis tradunt. Si Dauidis cupis felicem audaciam, imitare etiam prudentiam: confer cum præmio laborem, nec laborem ſine digno adiuncto præmio.

106 Luc. 15. v. 15. Prodigus regionis primario adhæreſcens ad paſcendum porcos delegatur: *Mſit illum in villam ſuam, vt paſceret porcos.* Hic paſtorem agens ac in ſe reuerſus de reditu ad patrem cogitauit: *Surgam & ibo ad patrem meum: quid* illum ſibi reddiderit, quid ad patrem reditum perſuaſerit, rogat Chryſologus ſerm. 5. exiſtimatque dæmones in porcis adumbratos miſerrimi illius ſanguine depaſci, indignis ritibus coli, magnoſque impenſis adorari, quin aliud fuerit præmium, niſi fallacia, & promiſſio fraudulenta. Ergo dum confert cum præmio ſumptus, cum lucro æſtus, cum probris mercedem, ſibi redditur, & commercium Chryſol. adeò infame, ſibique caniſſimum deteſtatur. Chryſologum audi: *Hinc eſt quod adhærebat primario regionis illius, à quo mittebatur in iſtud ſæculum, hoc eſt, in vnam multarum ſuperſtitionum villam, vt paſceret porcos, id eſt, dæmones, qui dicunt Domino: ſi eiicis nos in porcos: vt paſceret dæmones thure, victimis, ſanguine, falſorum reſponſionum mercedem pro tali labore relaturus.* Vbi animaduertit prodigus indignè ſe maculari ſeruitute, vitam exponere, ſanguinem profundere, ipſis ſuis dæmones carnibus ſaturare; & hoc totum adimplendis nunquam promiſſionibus, coloratis fraudibus, falſiſſimis reſponſionibus munerari, in ſe reuerſus eſt, & qui fructus non fuerat tot ærumnis, tot indignæ ſeruitutis moleſtiis, dum ampliſſimum ſperabat præmium deluſus, mercedem cum labore conferens, noluit ſeruitutem proſequi ſibi redditus. O ſi plures mulierculæ, dum alienam libidinem proprio paſcunt dedecore, anxietate, diſcrimine, quod illas maneat præmium, penſarent, ſine dubio à tam ignominioſa ſeruitute abſtinerent, verùm dum ambiguis reſponſionibus, dum nunquam adimplendis promiſſionibus eluduntur, inſeruiunt famulatu infelices, & mercede infeliciores.

§. XXIII.

Optimus ſuperior cum Deo priùs conſulit facienda, ne commiſerit errata.

107 OMnia ſubita probantur incauta, quandoquidem ſine prudentiæ ſuffragio, & longæ meditationis auxilio multa latent difficultatibus plena, & periculis obnoxia. Qui olim ob prudentiam celebrati, nihil tentabant, quin Deum priùs conſuliſſent, & per augurem diuinum placitum coniectaſſent: errabant profectò cæci extorum reſponſa perquirentes, & pecoris interiora inutili ſtudioſitate rimantes; verùm ipſo errore docebant nil ſine prudenti conſultatione tentandum, & diuinum ſemper placitum conſulendum. *Occidebatur pecus*, inquit Chryſologus ſerm. 5. *vt quod vitum nihil ſciebat, diuinaret occiſum, & loqueretur ex fibris mortuum, quod nunquam fuerat ore prolocutum:* Erat prudentis facienda conſulere; ſed per exta erat errantis: itaque qui vitare deſiderant ſyrtes ſcopuloſque, dum gubernaculo regiminis aurigant nauem, Deum inuocant, & cum ipſo per orationis otium negotia tractant. Hinc Iephte, vt fauſtis auſpicijs dignitatem adiret, Deum in Maſpha orationibus deuotiſſimis exorauit, vt inſpiraret facienda, auerteretque pericula: *Abiit itaque Iephte cum Principibus Galaad, feceruntque eum omnis populus Principem ſui. Locutuſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos coram Domino in Maſpha.* Si prudentiæ luæ hiteret, pericula maturaret, dum verò orationibus Numen placet eiuſque auxilium implorat, facilè victoriam maturat: *Narratur deuoto eius*, ſcribit Caietanus, *erga verum Deum in affectione Principatus, & hoc in Miz; a ciuitate ſua.* A deuotione rebuſque cum Numine conſultis exoritur imperium, & quia bene incepit, vicit. Chryſol. Caietan.

Mortuo Saule, etſi maiore iam Dauid ſecuritate frueretur, nihilominus vigilanter conſuluit oraculum, interrogauitque an in aliquam ciuitatem expediret aſcendere, an gradum oporteret ſiſtere: *Igitur poſt hæc conſulnit Dauid dominum dicens: Num aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum: Aſcende.* Obtenta aſcendendi libera facultate, adhuc rogat, & quam oporteat ingredi inquirit: *Dixitque Dauid: Quo aſcendam? Et reſpondit ei, in Hebron.* Mira res: cùm viuente, ſuperſtiteque Saule non adeò ſtudioſè circa res ſuas fuerit perſcrutatus, modò ſine Numinis placito non vult pedem mouere, nec ciuitatem eligere, aut electam habitare. Equa huius adeò ſolicitæ perſcrutationis eſt cauſa? Docere, ni fallor, Principes in ipſo regiminis exordio, quàm oporteat nihil ſine prudenti conſultatione tentare, nec propriæ voluntatis conſilium ſequi: quæuis modò via demortuis hoſtibus videbatur Dauidi plana, & ciuitas quæuis tuta; at optimus, ac pientiſſimus Princeps, ne commiſerit erratum ſolicitè priùs informauit iudicium: *Non voluit*, ſcribit Hugo Cardinalis, *Dauid aliquid facere ſine conſilio iuxta illud Eccleſiaſtici 32. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.* Conſilium ſecure ducit in portum; imò ſi aliquando prudenter conſulens ſubierit erroris naufragium, ipſo in naufragio magnum habet ſolatij delinimentum, quando conſtat non erraſſe cæcis imprudentiæ auſibus, aut errori obnoxiis temeritatis impulſibus. Quod ſi vel priuatis eſt neceſſarium conſilium, multo magis ad dignitatem euectis, quandoquidem & imprudentia multis probatur nociua, & difficilior inuenitur medela. 1. Reg. 2. v. 1. Hugo.

109 Ioſue acrem adeò decantandis triumphis timorem hoſtibus iniecerat, vt iam depoſitis armis prudentem confugerent ad cautelam: ex his fuerunt Gabaonitæ, qui alienis calamitatibus perſuaſi veſtes demutarunt, & de via longiſſima veniſſe duris panibus, attritis veſtibus perſuaſerunt: Ioſue coloratis induſtriè argumentis credens pacem cum Gabaonitis imprudenter ſanciuit, nec os Domini interrogauit: *Suſceperunt de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerunt. Feciſque Ioſue cum eis pacem,* Ioſue 9. v. 14.

cem, & inito fœdere pollicitus est quòd non occiderentur. Principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Non multo post astutia patuit, Israelitæ serâ notitiâ errorem suum agnoscentes copiosam prædiuitemque Gabaonitarum ditionem amissam ob insipidum & mucidum cibum luxerunt, & quia inconsulto Domino fœdus sancitum, prudentiam innubilarunt. Obuium erat os Domini interrogare; sed dum Iosue claris ad speciem argumentis suasus, euidentibusque testimoniis suffultus, opus credit non esse consultatione, carâ errasse proditur cæcitate: *Os Domini non interrogauerunt:* & dum non interrogauerunt, errarunt. Opus est superioribus Deum consulere, intentis vigiliis quid expediuerit, explorare: sunt namque plura dolosa, fraudeque plena, etsi speciem videantur certa & indubia. En Iosue dum laceras vestes, dum calceamenta dissuta, dum mucidos cibos explorat, dum semel & iterum, vnde sint Gabaonitæ curiosus indagat, posse subesse errorem non putat: sed dum externis argumentis adhibet fidem, & deuorat falsitatem: *Os Domini non interrogauerunt*, inquit Lyra, *& in hoc defecerunt: quia in arduis debebant recurrere ad consilium Domini.* Conlonat Procopius: *Successit Gabaonitarum conatus, eo quòd Iosue ipsorum causa Deum non fuisset scisciatus:* Dum humanæ prudentiæ fidit, dum ad speciem testimonijs indubijs credit, culpabilem errorem incurrit: vt nouerint Præsules, superioresque quam indigeant ad veritatem discernendam cœlesti auxilio, & superno magisterio. Sunt plures qui pietatis faciem assumunt, sunt qui demutant vestem, sunt qui exterminare nouerunt faciem: ergo dum his creditur, magno periculo erratur. Ne dispoliarentur acquisitis, attritas Gabaonitæ sumpserunt ad tempus vestes: paupertatis latuâ flamma tegebatur cupiditatis, & Israelita passus est non modicum detrimentum, dum superior deuorauit mendacium: oportuisset rem solicitâ diligentiâ explorare, & consilium Domini inquirere: vtrumque namque securam reddit prudentem securitatem.

Lyra.

Procop.

110 Cùm selectum agricola telluri granum commisisset, inimicus homo ad nocendum semper prouidus, & damnabili prouidentia semper intentus zizania superseminauit tenebrarum patrocinio tectus, & caliginum obscuritate obarmatus; verùm vt nulla sunt, quæ tempore non prodantur, non multò post apparuerunt zizania, quæ triticum aggressa sunt suffocare, aut saltem, ne excreuerit, impedire: tunc serui Dominum adeunt, & ad euellenda zizania licentiam petunt: *Vis, imus, colligimus ea?* Certè cui intertogatio de ignauia videatur profecta: nam si dubitare nequeunt superseminata zizania: ait namque textus: *Cùm creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania:* Si compertũ est messi nocere & culturæ laboribus refragari; quid opus est tempus terere, & inutili scrutatione consumere? Tendant celeri vestigio in campum, vt indubium abstulerint nocumentum: glisset namque pestis, difficiliorque erit medela, si taxerit moram ignauia. O prudentissimos seruos! zizania intuentur; sed an modò euellere expediat, nesciunt: ergo vtilissimè tempus aliquod ponunt in adeundo, & quid expediat, rogando: vtque noueris quàm fuerit prudens consilium, fundi dominus euelli tunc zizania prohibuit, & in commodius tempus seruauit: *Vis, imus, & colligimus ea?* *Et ait: Non, ne fortè colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum.* Si inconsulto domino tetendissent, dum electis frugibus procurant commodum, attulissent non modicum detrimentum; dum verò humanis coniecturis non fidunt, dum ratiocinationibus humanis non credunt; sed quid faciendum sapienter consulunt, gratum Domino exhibuerunt officium, & prudentiæ deuitauerunt erratum. Opportunè Augustinus apud D. Thomam: *Dum serui Dei cognouerint hanc excogitasse diabolum fraudem, cùm contra tanti nominis auctorem nihil se valere sentiret, vt fallacias suas eodem nomine obtegeret, potest sibi subseruiri voluntas, vt tales homines de rebus humanis auferant, si aliquam temporis habeant facultatem. Sed vtrùm facere debeant, iustitiam Dei consulant: vnde sequitur: serui autem dixerunt: vis, imus, & colligimus ea?* Clarissimè apparebant dæmonis fraudes; serui tamen domini vti prudentes Dei iustitiam consulunt, & voluntatem consultè inquirunt. Et certè si zizania, quod prudentiæ faciendum videbatur, auulsissent, errassent: vt hoc exemplo instructi Superiores nihil adeò existiment clarum, nil sic certum, vt non indigeat consultatione, quandę vel in eruendis zizaniis committi potest erratum, si tempus non opportunum.

Augustin.

Matth. 13. v. 28.

§. XXIV.

Bonus superior, quousque solicitè informetur indicium, continebit semper affectum.

PLura sunt, qnæ prima specie citare videntur 111
iram, quæ discussa aliquando merentur gratiam: solicitè fieri debet examen ante sententiam, ne aut innocentia prematur, aut qui indiscussè sententiam tulerit, fugilletur. Improuida mortalium conditio plèrumque patitur hos defectus, vt lædendis consulat, & consulendos affligat: illud magis eligendum est, quod prodesse cognoscitur, nec expeditis gressibus procedet affectus, nisi diligenti examine euoluerit causam discursus. Finis optimi superioris est amare quod expedit vnde semper suspendit votum, quousque plena notitia informarit iudicium. Opportunè Cassiod. 7. var. 47. *Constet apud vos probabilis causa damnorum: quoniam illis volumus subuenire, qui duris necessitatibus probãtur adstringi: vtrumque enim potest esse culpabile, aut malis moribus frena laxare, aut iustas iterum querelas excludere. Quapropter prouidè vobis permisit antiquitas de illa causa decernere.* Qui causis decernendis, sententijsque proferendis præficitur, non parcat examini; sed solerter quid expediuerit, scrutetur. Quod mira prudentia Iephte perfecisse noster edocet textus, quandoquidem cum bellum Ammonitæ inferrent Israelitis, antequam ceperit arma, bellorum scrutatur motiua: *Misit nuntios ad regem filiorum Ammon. qui ex persona sua dicerent: Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam?* Inimicorum furor, hostilis temeritas, audax militum ac violenta rapacitas stimulabant ad iram; verùm Iephte vt optimi superioris ac iudicis munus obiret, belli causam interrogauit, ne si iusta causa Ammonitas tueretur, dum in ipsos irruit, iustitia lædatur, neue si iniustè bella mouerint, permittat ignauiæ, aut

Cassiod.

Digitized by Google

aut dubitarit inſcitia; ergo rem examinat, & cauſa diſcuſſa in violentos adornat prælia. Ita Caietanus ad hunc locum: *Quia Ammonitæ inferebant bellum aduerſus Galaaditas, optimo officio Principis incipit fungi Iephta interrogando cauſam belli.* Ipſa cunctatio caulæque diſcuſſio prudentiæ erat elogium, & muneris ornamentum: noluit Iephta inuidiam famæ ſuæ conſiliare, dum cauſæ ignarus bellum Ammonitis infert aduerſus. Caietan.

112 Deus, qui falli non poteſt, qui nec paſſione mouetur, nec errore vnquam abducitur, Sodomitas voraci flamma puniturus geminum priùs Angelum delegauit: *Venerunt duo Angeli Sodomam.* Inquires, cur Angelos miſerit, qui Angelorum teſtimonio non indigebat, vt pœnitiſſimè noſceret cauſam, & proferret iuſtam ſententiam. Ad hæc: ſi ad Danielem tuendum à ferinis rictibus vnicus Angelus delegatur, ſi ad nigra flammarum, ne pueris ſacro numero munitis nocerent, excutienda volumina ſingularis delegatur, cur ad Sodomam ſulphureo, igneoque imbre obruendam geminus mittitur? Certè ob id ipſum: æquiſſimus iudex dum inferre ſupplicia cogitur, implere ordinem iudicialem aggreditur: nihil infinitam eius potuit latere notitiam; impleuit tamen iudicis munus, vt protulerit ſententiam: conſtare duorum teſtimonio voluit veritatem: nam cùm legale trium aut duorum ſit teſtimonium, ſententiam non audebit criminari malignitas, dum conſtat teſtimonio legitimo fulta veritas. Ita Gregorius apud Lippomanum: *Vt per Angelos ad cognoſcenda mala deſcendit, mox facinoroſos percutit.* Ad noſtram eruditionem ſuſpenderat affectum, quouſque teſtimonio ingeminato informarit ritè iudicium; imò eos teſtes adhibuit, qui vti hominum cuſtodes omni ſuſpicione carerent, quando ſpiritus purus, & ad tuendos homines deſignatus illorum non augeret errata; imò, ſi nulla æquitatis iniuria poſſet, geſtiret ſemper alleuare delicta. Ergo dum graue adeò ſupplicium decernitur, cauſa ſtudioſiſſimè examinatur, vt in Deo omniserroris expertè videant vti in ſpeculo cryſtallino ſuperiores, quàm ſolicitè ſit informandum iudicium, ne committatur erratum: fratrem, aiebat Auguſtinus, odiſti, & neſcis. Aliquando amicus putatur hoſtis, & exiſtimatur hoſtis amicus: nulla examina ſunt otioſa, nulla diligentia ſuperflua, quando expedit magis ſuperfluo examine tempus terere, quàm inexplorata cauſa ſæuire. Gregor.

113 Iudas citò in nurum ſententiam protulit: nam cùm nonnulli re inexcuſſa deliquiſſe putarent, ad Iudam, vt inirent delationibus gratiam detulerunt: Ecce poſt tres menſes nuntiauerunt Iudæ dicentes: *Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumeſcere.* Quàm præpoſterus delationis ordo! Non dicunt: videtur Thamar nurus tua fornicata, quando conſtat eius vterum intumeſcere; ſed è contra, quia vterus intumeſcere videtur, iam ſine dubio de fornicatione damnatur: ipſi delatores dubio ſe inniti fundamento fatentur: *Videtur vterus illius intumeſcere*, inquiunt: & cùm anceps proferant fundamentum, indubium exaggerauere peccatum, *Fornicata eſt Thamar nurus tua.* O quoties malignitas, & delatorum peruerſitas dubio fundamento nititur, & reus veluti de Indubia culpa arcuſatur. Quid tunc? Flammis tradendam cenſet Iudas, & dum inaudita parte, indiſcuſſaque cauſa ſententiam profert, errorem retractandam committit: *Producite eam, vt combaratur*, aiebat: nec mora, quam promptiſſimi adfuerunt cruciatores, qui eam iam ſupplicio tradendam ferrent: iam æthet flammante rogo rudebat: iam aër vaporibus, æſtuabat, cùm Thamar indubia teſtimonia produxit: *Quæ cùm auceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum dicens: De viro, cuius hæc ſunt, concepi.* Iudas muneribus agnitis Thamaris deprauicauit iuſtitiam, & retractauit ſententiam: Agnitis muneribus ait: *Iuſtior me eſt.* Certe ſi maturius cauſam diſcuſſiſſet, ſi tradendam flammis interrogaſſet, nec cogeretur demutare decretum, nec exoculatum manifeſtaret omnibus appetitum: dum verò producta in lucem pignora Thamaræ culpæ probant expertem, Iudam eunuchi labidine maculatum, culpæque obnoxium. Quæ omnia vitaſſet, ſi diligentiùs, ſolicitiuſque informare iudicium ſtuduiſſet: quia tamen protulit immature ſententiam, opus fuit canere palinodiam: *Publicus ſignus*, inquit Iſidorus apud Gellium, *annulus, monilis, & virga vicit temerè iudicantes.* Certe flammis damnaſſe eam ipſam quam poſtea indubiis teſtimoniis protulit nulla pœna dignam; imò legis ſtudioſam, iudici fuit inglorium. Iam ſi prudens vitat ſcandalum, vbi aliter offendit; quicumque dignitate vtitur, his monitis diſcet continere affectum, quouſque omni ſolicitudine informarit iudicium. Conſtat, inquis, clariſſimè culpa, indubius eſt delinquentis error: quid nocebit iterum examinare, diſcutere iterum, quandoquidem ſententia plus lucebit repetiti examinis ſuffragio comprobata, & pia ac prudenti diſcuſſione tuſſulta? Adde aliquando iudices, ſuperioreſque facillimè præbere fidem, ſi non ideò conſentanea legibus referantur commiſſa; difficilius verò, ſi contentanea. Iſidor.

114 Nauicula, qua Apoſtoli mare tranabant, acribus ventorum flatibus impetita viam inuenire non poterat, increbeſcentes procellæ timidos exagitabant, & imminentia per momenta naufragia ſuſpenſos ſemper torquebant. Hoc in ſtatu erant Apoſtoli, cùm Chriſtus Dominus ſolido veſtigio vortices marinos calcabat, opem periclitantibus allaturus; verùm ipſo remedio obturbati laborabant Apoſtoli, & dum appropinquaret tempeſtatis exilium, immane ſuſpicabantur ſpectrum: *Videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt dicentes, quia phantaſma eſt.* Matth. 14. v. 26. Chriſtus timorem ſedat, & ſe eſſe placida voce confirmat: *Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.* Quid tunc? Petrus Apoſtolorum Princeps ſe vndis committit, vt an ſit Dominus, propinquitate cognouerit: *Ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum.* Vndas calcaſſe ad capiendum experimentum, teſtatur Caietanus: *Quærebat certificari tactu corporeo, aut propinquitate tanta, vt clarè videre poſſet faciem.* Caietanus. Duo audiuit Petrus, ab Apoſtolis timore exagitatis phantaſma eſſe conclamatum eſt, clariſſima Chriſti vox Dominum eſſe, non ſinebat dubitari, & tamen Petrus, qui an phantaſma eſſet, non geſtiuerat experiri; modò, an ſit Dominus, aggreditur explorare. Citiùs videtur fidem adhibuiſſe timidis, quàm gradienti: nec mirum, quando timor eſſe ſuſpicabatur ſpectrum, & vox ingens declarabat miraculum. Certè hiſtoriæ penicillo, quod nonnullis ſuperioribus ſolet contingere, declaratur:

si iniqua suspicio, & adulterata affectio aliquem criminatione obscurarit, sine examine creditur, si vitium se oculis ingerat, examinatur: sumus namque homines ad criminandum faciles, vt ad honorandum difficiles.

§. XXV.

Cognati affinesve ad cognatorum substantiam ius putant semper habere, & posse suo diripere.

115 MAior cognatis pietas semper debetur, & charitas domesticos & affines speciali titulo amplectitur. Verùm nonnullis cognatis quadrat, quod Tertullianus lib. de pœnit. cap. 6. de Numine agens aiebat: *Quidam sic opinantur, inquit, quasi Deum necesse habeat præstare etiam indigni, & liberalitatem eius faciunt seruitutem.* Profectò nonnulli cognati putant cognatos ad præstandum lege teneri, nec liberaliter dilargiri. Hinc perpetuæ querelæ, ni cognatus cupiditati muneribus satisfecit: hinc exasperata supercilia, ni ambitionem profusis largitionibus superauerit. Nihil est, quod egestas non moliatur rapere, quod non tentauerit cupiditas possidere. Ob id fortè cum Ammonita bellum inferret Israeli, Iephte qui Principis munere fungebatur, nullum cognationis vinculum intercedere admonuit, quo eius rapacitati obuiaret: *Misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua dicerent: Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam?* Quasi dicat: si aliqua intercederet inter nos necessitudo, mirum non esset omnia exambires, vbique rapetes; quando ea amentia delitare solent cognati, vt sibi putent communia quæcumque cognatis propria; verùm cùm nullo aut cognationis, aut affinitatis vinculo constringamur, cur meam terram inuadis, fructusque subripis? Hunc esse penitiorem legationis sensum, testatur ad hunc locum Hugo Card. ipsum audi: *Quasi dicat: Non est affinitas inter me & te, propter quam videaris aliquid iuris habere in terra mea.* Etsi cognatus esset, in terra ad Iephte pertinente ius non haberet; ea tamen est cognatis, affinibusque consuetudo, vt liberalitatem seruitutem dixerint, auiditatémque fuco sibi debiti colorauerint: *Quasi dicat: Non est affinitas inter me & te, propter quam videaris aliquid iuris habere in terra mea.*

Tertull.

Hugo.

116 Vbi Iesus præsens est, luctus voluptate commutatur, & lachrymarum causa lætitiæ occasione deletur: fidem dictis facit Chananæa, quæ cum Christo Domino in partes Tyri & Sidonis aduentanti occurrisset, quàm durè eius filia Dæmonis receptaculum ab hospite angeretur, verbis singultu interruptis exposuit: *Miserere mei Domine, fili Dauid: filia mea malè à Dæmonio vexatur.* Christus arcano silentio nihil respondit: institit illa dolore saucia: interim Apostolorum chorus cum silentij Domini sapientiam satis non calleret, & afflictæ mulieri compateretur, apud Dominum intercessor accedit, & mulieris oratores fiunt Christi discipuli, Dominumque adhortantur: *Dimitte illam*, non quidem vacuam; sed desideratis potitam. Quid tunc Dominus pro sua immortali sapientia? *Non est bonum, inquit, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Quid Dominus hac responsione intenderit, quærunt Patres Basilius Seleucensis arbitratur suis criminationem eripuisse, ne impertitam Chananæ filiæ calumniarenti ei salutem. *Ecce propter te* (verba sunt Basilij orat. 20. Iudæos Christi nomine alloquentis) *luctu conferciam delicio, commisserationem tego, etsi luctus misereor, vociferantem vt gentilem auersor, tibi infidelitatis occasionem præscindens: vendum malum soluo, ne te ad inuidiam commoneam. Sanationem differo, ne infidelitati tuæ materiam suggeram, ne vt infidelis accusatus dicat: Quid te Chananæa miserebat? Quid Moysis inimicos curabat?* Iudæi, vtpote ex quibus Christus, sic ad se eius munera, donaque pertinere putabant, vt non solum panem; imò panis micam dilargiri aliis non licere putarint, imò sibi contra ius fasque ablatum dixerint quidquid aliis dilargitum: *Non est bonum, inquit, sumere panem filiorum, & mittere canibus.* Et quando panis hic non fuit Christi? Et quando iure exiuit Iudæorum? Nonne miraculorum auctor pro libito miracula poterit impertiri? Ita sanè; verùm sic existimant cognati omnia ad se consanguinei bona pertinere, iuréque spectare, vt sibi illatam vociferentur iniuriam, si quid aliis concesserit, si pro arbitrio liberalitatis donarit. Ob id Christus huius ingenij gnarus vel micam Chananæ denegabat, vt suorum criminationes vitaret, linguasque occluderet.

Basil.

117 Hic ipse Dominus Ierosolymam petens de regno suo cum discipulis differebat, cùm mater consanguinitatis titulo innixa, & filiorum vtilitatis ardenter studiosa materiam inuenit, filiis vt gratificaretur: libellum supplicem obtulit, & thronos filiis postulauit: *Dic vt sedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.* Chrysostomus apud D. Thomam clarè fatetur Christi Domini regnum temporale existimasse, & temporaneos thronos ambisse. Quid tunc Dominus? *Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis; sed quibus paratum est à Patre meo.* Et cur non dicat; sed quibus iam paraui? Et cur non dicat suum esse thronos diuidere, & ad dignitatem euehere? O immortalem Christi sapientiam! Maluit ad nostram eruditionem quid suæ potestati ad speciem detrahere, ne discipulos sibi amantissimos videatur offendere. Ioannes Iacobusque Christi Domini erant compatrueles, ergo si ad se spectare dilargiri thronos diceret, primos sibi consanguinitatis iure debitos exilliment, & ni affecuti, sibi illatam iniuriam dicerent. Ergo Dominus ad Patrem, cum quo nulla illis consanguinitas, thronorum distributionem remisit, & querimonias vitauit. Innuit Ambrosius lib. 5. de fide cap. 2. *Noluit quos diligeret, videre quod peterent, denegasse, sanctius & bonus Dominus, qui mallet aliquid dissimulare de iure, quàm de charitate deponere.* Ne alios sibi prælatos contra ius fasque dolerent, de iure quid ad nostram eruditionem dissimulat, ipsaque dissimulatione nos edocet, quàm altè cognatorum cordibus insederit hæc opinio, videlicet ad quæcumque fuerint cognati, ius habere, & non tam sibi dari, quàm reddi. Certè non semel videas si cognatus substantiæ Dominus quid amicis vel extraneis impertiatur, à suis duro supercilio feriri, & iteratis querimoniis vexari: quasi illis intulerit iniuriam, & manifestam legibus consanguinitatis offensam.

Matth. 15. v. 22.

Ambros.

118 Saul inuidiæ æstro durissimè agitatus, vrgentissimisque

Digitized by Google

ſimiſque liuoris flammis a iuſtus ſub honoris ſpecie grauiſſimum Dauidi periculum procreauit, Philiſthinorum præputia pro ſponſalibus petens, & ipſa fraude, quam nonnulli in ſuorum bona; imò & in ipſam vitam ius ſe habere exiſtimarint, declarans: *Sic loquimini ad Dauid: Non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantùm centum præputia Philiſthinorum.* Quærunt interpretes, cur homo auaritiæ, & prædarum, vt Amalecitæ teſtabantur, percupidus, non expetierit diuitias, cur annumerari ſibi non exegerit capita. Theodoretus q. 47. reſpondet timuiſſe, ne contribulium, cognatorumve capita præcideret, vt dignitatem haberet: nam cùm plures exiſtiment ius ſe habere ad quidquid eſt cognatorum; veritus eſt, ne Dauid ex eorum eſſet grege, ob idque ea petiuit, quæ Philiſthæis propria, nec conſanguineis communia: *Quanam de cauſa* (verba ſunt Theodoreti) *petiit Saul non capita, ſed præputia? Improbè cogitans coniecit quòd occiſis aliquibus ſui generis, afferret eorum capita; ea de cauſa iuſſit afferri ſibi præputia: præputium enim indicat alienum genus; omnem autem monebat lapidem, moliens eadem ſui benefactoru.* In ſe ipſo experiebatur filiæ viduitate moliri ſe imperium ſibi firmare, cædeque mariti acquirere, ergo credidit eadem improbitate Dauidem ſuorum ſanguine violenter erepto empturum imperium, empturumque thronum: & ob id ea exegit, quæ à ſui generis hominibus non poſſet ſorturi; ſed ab alienigenis deprædari. Itaque in ipſa fraude theſi noſtræ inſeruiuit, dum ipſa cautela eduxit nonnullos à ſuis violenter auferre, quibus poſſint adulari appetitui, aut famulari ambitioni. Adſtipulatur Baſilius Seleucienſis orat. 16. *O miſerrimas cogitationes! Vt inuidiæ motibus obſequatur, tam immaturè filiam viduitati adiudicat, inuidiaque oppreſſus contra naturam furorem concipit.* Filiam dare vult; ſed vt maritum ſuæ ambitioni ſacrificet, vtque quæ erant filiæ, tuò diriperet, inuidentiæ obſecutus, & liuori famulatus. Certè inuenias nonnullos cognatorum ſubſtantiam dilapidare nullatenus veritos, imò putantes ſe id ritè facere, quando quidquid eſt cognatorum ſiue per fas, ſiue per nefas debitum arbitrantur cognatis. Ergo Iephte ſuæ optimo aduerſario in memoriam reducit ſe nulla conſanguinitate eſſe cum illo coniunctum: quia nouerat conſanguinitatis titulo plures abutiad diuitias cognatorum ſuffurandas, & diripiendas.

1. Reg. 18. v. 25.

Theodor.

Seleucienſ.

§. XXVI.

Optimus eſt felix Princeps, qui priùs curat legis obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam.

119 Plutarch. LEX, aiebat Plutarchus in Comment. ad Princip. indoct. *munus Principis: Princeps cuncta ordinantis ſimulachrum Dei. Qui non Phidiam requirat fingentem, nec Polycletum, vel Myronem; ſed ſemetipſe ad effigiem Dei per virtutem componat, & moliatur omnium ſignorum viſu iucundiſſimum, atque auguſtiſſimum.* Culta lex, ius intemeratum pro Phidia ſunt ad æternandam Principis famam, conſeruandamque gloriam: *Delectamur iure Romano viuere*, aiebat Theodahadus 3. var. 43. *quos armis cupimus vindicare: nec minor nobis cura eſt*

Caſſiod.

rerum moralium, quàm poteſt eſſe bellorum: quid enim proficit barbaros remouiſſe confuſos, niſi viuatur ex legibus? Subnectit: *Aliorum forte regum præda capiarum ciuitatum aut prædas appetunt, aut ruinas; nobis propoſitum eſt Deo iuuante, ſic vincere, vt ſubiecti ſe dolcant noſtrum Dominum tardius acquiſiſſe.* Cura legis cunctæ præponenda eſt certaminis: nec enim adeo fixa eſt gloria, quæ militari acquiritur forticudine, ac quæ promanat ex legis obſeruatione. Eſto premat calamitas, & vrgens compellat neceſſitas, priùs curandum eſt legi parere, quàm incommoda propulſare. Docuit hanc politiam ſuis factis Iephte, quem cùm ſummè ab Ammonitis diuexati, & acriter impetiti Galaaditæ in Principem ſalutauerint, non induxit animum ad propulſandam calamitatem, priuſquam obſeruarit legem: *Miſit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex perſona ſua dicerent: Quid mihi, & tibi eſt, quia veniſti contra me, vt vaſtares terram meam?* Profectò cui videatur Iephte munus Principis minùs gnauiter adminiſtraſſe, quandoquidem conſulebat calamitas tempus redimere, non dilatione deterere; verùm Iephte maluit tantiſper tolerare calamitatem, quàm audere in legem Ergo miſit legatos, legi deſiderans ſatisfacere, vt ſic animoſiùs in hoſtes poſſet irruere. Ita Hugo Cardinalis ad hunc locum: *Videtur Iephte facere iuxta legem, primò mittens nuntios, antequam pugnet. Dicitur enim Deuteronom. 20. Si quando exieris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primò pacem.* Non diſtulit calamitati ſuccurrere imbellis; ſed legi ſtuduit ſatisfacere fortis: quia nouerat conducibilius eſſe, quàm iniuria legis depellere, tantiſper in legis gratiam ſuſtinuiſſe calamitatem.

Optimus Superior, quem dolet ſub cœtus tantè cognouiſſe.

Hugo.

Stultus audit Saul, quia iuſſus ſeptem dies expectare: *Septem dies expectabis, donec veniam ad te,* 120
malunt neceſſitati conſulere, quàm legi: *Quid* 1 Reg. 10.
vias quòd populus dilaberetur à me, inquit Samuelem alloquens, *& tu non veneras iuxta placitos dies; porrò Philiſthim congregati fuerant in Machmas;* 13. Reg. 13.
dixi: Nunc deſcendem Philiſthim ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui: neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum. Dixitque Samuel ad Saul: *ſtultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi.* Et cur audiat ſtultus, qui ſacrificium obtulit periculo perſuaſus, ac neceſſitate oppreſſus? Quid aliud faceret copioſis circumuallatus inimicorum agminibus, & ſuis pauore territis terga inhoneſtè vertentibus? O vtilem nobis eruditionem! Dum ſtudioſiùs attendit neceſſitati, quàm legi, dum legis iniuria depellere geſtuit neceſſitatem, deſipuit, & maioris vtilitatis diſpendio minori occurrit incommodo. Imprudentiſſimus fuit longam adeò tolerantiam defœdans breui impatientia. Et quidem ſapientiæ carebat luce, qui diſcrimini expoſuit imperium, vt ſuſpectum citius propulſaret periculum. Lex obſeruata incommodis ſubueniret, commodum legis detrimento quæſitum in grauius euaſit damnum. Opportunè Gregorius ad hunc locum: *Obycit imminens periculum congreſſionis: quare ex actione ſua verbum ſubinferens ait: Neceſſitate compulſus obtuli holocauſtum: quaſi dicat: Tu me de magno reatu arguis, cum reatus tantò ſit leuior, quantò non temeritate conſtat; ſed neceſſitate. Sed qualem eum cognoſcat propheta, qui ſe cognoſcere noluit, ſubiungens ait: Stultè egiſti.* Neceſſitas premebat; ſed lex expectare verbis clariſſimis imperabat: ergo vt faustis auſpiciis Saul Principatum ordiretur, priùs debuit, quàm propulſandæ neceſſitati, ſeruandæ attendiſſe legi: eſt

Gregor.

Digitized by Google

enim cariſſima vtilitas; imò & ſtultiſſima cæcitas præcepti iniuria temporali detrimento conſulere, vt vtilis ſemper prudentia, ſuſtentato tantiſper incommoditatis feruore legibus obtemperare.

111 Dauidis victoriam de gigante gratius & durius excepit bellum: nam cùm Saul eius laudibus, fauſtiſque acclamationibus repercuſſus, non ſecus ac ſi fuiſſet victus, victoriam doleret, & communem lætitiam deploraret, in victorem virulentus hoſtis inſurgit: magna erat humanitati cum furore, iuri cum iniuria, truculentiæ cum manſuetudine decertatio: Dauid totus erat, vt oppugnantem conſeruaret, totus Saul, vt conſeruatorem perderet, regni cogens exercitus occultum requirebat, quin ſalutis implexa, quin vallium ima, quin montium præcipitia furorem repigrarent, & audaciæ temeritatem reprimerent; verùm dum neſcio qua neceſſitate compulſus ſpelæum, vbi Dauid cum ſuis latitabat, fuiſſet Saul ingreſſus, 1 Reg. 24. v. 8. Dauidis ſocij occaſionem nacti opportunam itam inſufflabant, & vindictæ facilitatem ſuggerebant: & quidem, ni Dauid illorum auſus repreſſiſſet, perſecutoris ſanguine iracundiæ flammas mitigaſſent: *Confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, & non permiſit eos, vt conſurgerent in Saul*; chlamydis tamen fruſtulum in futuri regni poſſedit auſpicium, & Saul viſa ora animo cecidit, & futurum regem agnouit: *Scio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus ſis in manu tua regnum Iſrael.* Et vnde indubia adeò regni certitudo manauit? Expende, vt noſcas, quid Dauid egerit: erroneus degebat in montibus ſic fame preſſus, vt vitæ ſubſidia à Nabale humiliter poſtularit, & tamen cùm tot tantiſque calamitatem fluctibus obrueretur, Baſil. maluit à ſuis omnem amouere legis iniuriam, quàm depulſſe calamitatum miſeriam. Ergo iam rex conclamatur, & aduerſus inuidiæ adiultus thronum inſcenſurus dignoſcitur. Opportunè Baſilius Seleucienſis Dauidis nomine orat. 16. *Gratiam ſanguine non cruentabo: me rurſum conquirat, & perſequatur: occiſione conducibilior erit patientia: eſto rurſus inſequatur, fugere didicimus: perſequi me poſſit; Deum non poteſt: Et confregit, inquit, viros ſuos ſermonibus: quot dexteras in eadem ruentes vna humanior ſententia prohibuit!* Dum ſolicitior, quàm miſeriam, depellit culpam; dum ſtudioſior inuigilat in ſuis à ſcelere liberandis, quàm in calamitatibus depellendis, fauſtiſſimum obtinet Principatum, & aduerſus varios fortunæ vultus ſuffulcit *regnum*: *Occiſione conducibilior*, inquit, *erit patientia:* & iure, quia intemerata lex magis ad obtinendum regnum conduxit, & propulſata citiùs calamitas minùs valeret: fortè ſi culpa redimere voluiſſet miſeriam, auxiſſet miſeriam, nec firmaſſet ſibi coronam. Diſcant Superiores & Principes conducibilius ſibi eſſe ad dignitatis producendum ſplendorem citiùs quam calamitatem, à ſe, ſuiſque arcere culpam: quia ſi perſeueranerit culpa, fugari nequit miſeria: vt è contra nequibit perſeuerare miſeria, ſi repulſa fugerit culpa.

112 Herodes regni inuaſor, morum corruptor, ambitionis vernula, improbitatis ſentina in Chriſtum Dominum recens natum gemina face obarmatur, poteſtate videlicet, & inuidiâ; verùm vt nihil poſſunt humanæ technæ contra cœleſtia præſidia, maturo Angelus conſilio periculum Ioſepho denuntiat, & Ægyptum petere celeri veſtigio mandat: Matth. 2. v. 13. *Surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Chryſologus ſolito acuminis lepore expendit Chriſtum fugiſſe, & ipſa ad ſpeciem fuga proclamatum à Magis regnum firmaſſe. Clamabant illi: *Natus eſt rex Iudæorum.* Herodes non aliter ac telo acclamationibus vulneratus ſubruere regnum tentabat; ſed Chriſtus in Ægyptum fugit, & Magorum acclamationem certam reddidit, & captioſos Herodis dolos fruſtrauit. Certè quin fugeret, hoſtem potuiſſet opprimere, & quod ad ſpeciem imminebat diſcrimen, calamitatemque propulſare, aut ſaltem non modicos itineris excuſaſſe labores ad vicinia confugiens, & latebrarum ſubſidia quærens. Cur ergo petat Ægyptum, quando ipſa fuga hæreticorum videtur excitare latratus, & confirmare procacitatis adiultus. Imò fugit, inquit Chryſologus ſerm. 150. vt ſtabiliri edocuerit regna, vt nullis aduerſitatum tempeſtatibus ſubruenda dignitatum iaciat fulcimina. Iubebat prophoticum vaticinium ex Ægypto redire, atteſtante Matthæo: *Erat ibi vſque ad obitum Herodis, vt adimpleretur, quod dictum eſt à Domino per prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum.* Ni Ægyptum triſtem locum, extorrem habitu, lingua, moribuſque herbarum peruiſſet, itineris vitaſſet faſtidium; ſed Domini non adimpleſſet mandatum: ergo qui natus eſt rex, priùs attendit cœleſtis edicti impletionem, quàm propriam commoditatem, dumque commoditatem poſtponit legi, & illudit hoſti. Accipe Chryſologum: *Inſequentem non panet; ſed foris producit: vult enim in aperto vincere.* Annectit poſt aliqua: *Chriſtus ergo fugit, vt ſtaret legis veritas, prophetia fides.* En vincit aperte hoſtem, dum prophetiæ, moleſtiarum diſpendio, inuiolatam obtinet fidem, dum cuſtodit veritatem: furat Herodes, & facibus inuidiæ ac liuoris inardeſcat aduſtus, Chriſti Domini inconcuſſum ſemper ſtabit regnum: quia moleſtiarum labore emit obſeruantiam, & dum prima cura eſt diuinum mandatum, nulla Herodis proficiet ars, qua euertere poſſit regnum. Chryſol.

§. XXVII.

Quod lege reclamante occupatum, nullus à potente audet exigere; à debiliore legitimo iure poſſeſſum quilibet tentat auferre.

SE iure ſuo tuetur potentia, audaciæ patet ſemper inopia, & licèt de legibus debeat promanare iudicium, fortunæ non ſemel pro iudicio ſuccedit meritum. Huc voco quod aliorſum aiebat Caſſiodorus 8. var. 27. *Non ſemper vnum merentur iudicium diuerſa merita perſonarum: morbi ipſi diſſimilibus ſuccis ſanantur herbarum; aliis cibi, aliis ferrum optatam remouet ſoſpitatem, & pro qualitate paſſionis præceptum merentur artificis.* Debilis de cauterio ſolet curari, robuſtus delicatiori cibo nutriri: potentia inopiaque pulſus eſt, & facilè ipſa in pulſatione cognoſcitur, quid vni, & alteri decernatur: *Poſſideant aliquid*, aiebat ipſe Caſſiodorus 12. var. 13. *quibus nulla facultas eſt. Cur aliena ſubſtantia in regali poſita poteſtate peruaditur: Poſſeſſio eius Principis munus eſt.* Ni Principis auctoritas in audaciam obarmata eos, quibus facultas exigua, defendat, nil poſſidere licebit, quantumuis lex contra violentiam reclamet. Ab Ammonitis, quam modo Galaaditæ 113 Caſſiod. Morbi pro qualitate paſſionis præceptum merentur artificis.

Digitized by Google

ditæ poſſidebant, Sehon Amorrhæorum rex terram tulerat: cúmque contra eius potentiam longo temporum tractu Ammonitæ non mutuerint, modò à Galaaditis non adeò potentibus moliuntur eripere, & vt propriam reſtaurare: *Quia tulit Iſrael terram meam, quando aſcendit de Ægypto, à finibus Arnon vſque Iaboc atque Iordanem; nunc cum pace redde mihi eam.* Iephte comiter terram eorum non tuliſſe reſpondit; ſed cùm Sehon tranſitum denegaret, infinitaque multitudine Iſraëli occurrerit, pugnandum fuiſſe, & obtenta à Domino victoriâ iure optimo occupatam. Additque: *Cur tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentaſtis?* Ecce longo tempore nihil tentarunt, qui modò bellis ad reſtitutionem vrſerunt. Et quidem ni Deus opem Iſraëlitis tuliſſet, illos poſſeſſionibus Ammonita diſpoliaſſet. Opportunè Abulenſis q. 14. ad cap. Iudic. 10. *Ammonitæ volebant reducere ad ſe terram Galaad: fuerat enim olim terra Galaad pars terræ Ammonitarum, & temporibus præteritis non repetierat eam rex Ammon: quia putabat ſe impotentem ad obtinendum; nunc autem viſa opportunitate, ſcilicet quia Iſraëlitæ affligebantur ſub manibus eius, & Philiſthinorum, capit petere reſtitui ſibi terram Galaad.* A potentiori rege non repetiuerunt ablatum, ab inualidis repetebant iuſtè poſſeſſum: & quamuis Iſraëlitæ pro ſe rationem afferrent, auditi non ſunt: *Noluit acquieſcere rex filiorum Ammon verbis Iephte*, addit textus, id eſt, non attendebat *Iationi*, quia violentiæ ſtudebat rapinæ: *Non dedit nunc aliquam reſponſionem*, ſcribit Abulenſis quæſtione 49. *vel excuſationem, ſicut priùs fecerat; ſed ſolum dixit, quod non curabat de his; ſed oportebat terram dari vel bello, vel pace: & hoc quia nunc rex Ammonitarum neſciuit quod reſponderet ad verba Iephte, quæ erant iuſtiſſima.* Ammonita pro iure vtebatur potentia, & cùm bellum contra Sehon, vt terram repeteret, non inſtruxerit, contra Galaaditas debiliores modo adornant.

Abulenſ.

124 Dauid, vt à rege ſatis timore perterrito congrediendi cum gigante obtineret licentiam, qualiter ſe otium curam agens cum truculentiſſimis beluis egiſſet, neceſſitate compulſus retulit: triumpho prudenti ſilentio ſepultos extraxit in lucem, non vt euanidam captaret auram; ſed vt pro populo iniret pugnam: *Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem; & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum.* Saul, vt e potentibus dentibus agnum audiuit extractum, veluti diuinum adoleſcentem miratur, & deprælianti facultatem dilargitur. Ita Auguſtinus apud gloſſam: *Intellexit Saul, cum videret audentem puerum aliquid in eo diuinitatis eſſe, nec illum tenera ætate ſine diuino inſtinctu talia poſſe præſumere.* Leo magnitudine ſua, potentiaque armatus iure legeque reclamante agnellum è medio grege rapiebat; Dauid attamen nec ferociâ deterritus, nec potentiâ examinatus iniuſtè poſſeſſum eripere aggreſſus eſt: quod adeò clarum cœleſtis eximiæque virtutis exiſtebat teſtimonium, vt Saul iam de gigante reportaturum crediderit triumphum: ni enim Dauid ſpeciali, cœleſtique fortitudine eſſet inſtructus, eripere à leone vrſoque occupatum nullatenus fuiſſet aggreſſus; imò acceptam ſilenter tuliſſet iniuriam, ne contra ſe ſiquid tentaret, acriùs irritaret violentiam. A leone vrſoque iniuſtè occupatum violenterque poſſeſſum eripere animum prodebat diuinum, & ingenium humanos limites ſupergreſſum. Videas pauperculos rebus ſuis à potentioribus diſpoliatos, nec repetere audentes, ne in ſe concitarint potentiam, & obarmarint audaciam: illatæ ſibi iniuriæ patientiâ redimunt vlteriorem iniuriam, ſuam noſcentes, etſi æquitati innixam, damnandam cauſam.

1. Reg. 17. v. 34.

Auguſt.

125 Miraberis Samſonem viros obuios palliis denudaſſe, quin aliquis reclamauerit, aut iudicio contenderit: *Irruit in eum ſpiritus Domini, deſcenditque in Accaron, & percuſſit ibi triginta viros, quorum ablatas veſtes dedit eis, qui problema ſoluerunt.* Ecce à Samſone nullus veſtes repetit, cùm tamen violenter illas à rite poſſidentibus tulerit: quod ſi quæras, cur cognatorum affiniumve nullus illum expoſtularit de rapina, iudicioue de illata nece contenderit: reſpondebit Abulenſis quæſtione 15. eximiis viribus munitum, & potentiâ defenſum: *Vocatur ſpiritus Domini hic ſpiritus roboris, qui irruit in Samſonem, id eſt, venit in eum ſubitò ad accendendum eum contra Philiſthinos, vt pugnans contra illos obtineret tunicas, & ſindones.* Cæterus potentior, & robuſtior à iure poſſidentibus rapuit, quod voluit; ab eo tamen, quod iniuſtè poſſidebat, nullus exegit, aut reclamauit: quia Aſcalonitæ habebant pro ſolatio Samſonem plures ſindones non expetiſſe, aut veſtes deſiderâſſe: ergo nullus contra Samſonem mutiuit, ipſe ritè poſſeſſa à poſſeſſoribus abſtulit.

Iudic. 14. v. 19.

Abulenſ.

126 Fame compulſi ad Ægypti regis patrocinium confugerant Iſraëlitæ: ille, vt Ioſephi officia remuneraret, benignè eos excepit, opiparéque nutriuit; verùm vt res humanæ varios patiuntur caſus, qui vt inquilini, nobileſque aduentarant, iam ab alio Pharaone, vt de lapide empti affligebantur ad indigna opera compulſi, & operum mercede fraudati: *Ædificauerunt vrbes tabernaculorum Pharaoni.* Hoc in ſtatu erant Hebræi; cùm iuſtitiæ oculus, etſi tantiſper potentiæ ſuſtinuerit violentiam, ſi fortè agnouerit culpam: miſerorum clamoribus tandem aſcitus Moyſi apparet, & oſtento promiſſionem confirmat: *Cùm egrediemini, non exibitis vacui; ſed poſtulabit vir à vicina ſua, & ab hoſpita ſua vaſa argentea, & aurea, ac veſtes.* Hoc aurum, argentumque operarum fuiſſe pretium, teſtantur Interpretes. Ita Lyra: *Iſta Dei ordinatio fuit rationabilis: quia Hebræi in multis valde & grauibus ſeruierant Ægyptiis, nec habuerant recompenſationem laboris ſui.* Itaque aurum iniquè à Pharaone poſſeſſum promiſit Deus auferendum, & ab Iſraëlitis recuperandum, & ne Moyſes diffideret, ardentem ſine iniuria rubum oſtendit: miraculo namque opus erat, vt à potente exigeretur, quod poſſidebat iniuſtè: quandoquidem ipſa potentiâ armatus, & aliena imbecillitate munitus, pro lege ſequitur placitum, pro iure arbitrium. *Nuntius diuinæ prouidentiæ*, ſcribit Philo lib. 1. de vita Moſis, *faciebat ſpem tot horrendorum periculorum fore lætum, & facilem exitum.* Non fuit otioſum rubi ſignum, vt Moyſes crederet ſeruulos inualidoſque à potentibus & magnatibus debitam operis ſuis mercedem recuperaturos; imò opus fuit, vt nuntius cœleſtis ſpem faceret, & animos inuiſo retro ſæculis miraculo erigeret, euentuſque promiſſiones certiſſimas demonſtraret. Iam noua colonia cœleſtem ducem ſecuta fugiebat, iam operarum mercede accepta inuolabat, cùm Pharao diſpoliaturus accedit, & ſpolia ſuis diuidenda promittit: *Diuidam ſpolia, implebitur anima mea.* Quod Hebræi ferebant, poſſidebant iure, & diuina

Lyra.

Philo.

Exod. 15. v. 9.

uina voluntate ; verùm vt inualidi potentium sunt cupiditatis victimæ , aurum argentumque satagebat auferre , abstulisseque , ni ingenti Deus miraculo eius cupiditatem retardasset , & confusis vorticum voluminibus demersisset : *Flauit spiritus tuus , & operuit eos mare.* Non abstulit à fugientibus , seruisque aurum potentia ; sed quia Deus furori restitit , & exoculatæ cupiditati se opposuit. *Mira sunt , quæ Deus pro suis facit* , scribit Oleaster. Oleast. hîc ad mores , *& quæ propter eos nomina sortitur , vt fiat vir bellator ad eos tuendos.* Adiicit post pauca : *Multa sibi promittunt mali aduersus bonos , quæ non succedunt ad vota.* Non successit votum , auferendi ab Israelitis tunc inualidis aurum iustè , riteque possessum ; sed quia Deus vti vir pugnator pro eis decertauit , & audacem temeritatem , temerariamque audaciam digno supplicio punuit : adeò arduum est iniustè possessum à potente eripere , adeò facilè debilem inualidumque iustè possessis nudari : ingenti miraculo , & Dei omnipotentia iniustè possessis Pharao fuit orbatus , & inualidus tunc Israel legitimè acquisitis perfruitur.

117 Hanc veritatem etiam comprobat Iacob : pro mercede operas collocarat Labano ; verùm qui erga filias concinnauerat fraudes , fraudibus etiam abstulit greges : opus fuit edoctum ab Angelo Iacobum virgas amygdalinas , & ex platanis accipere , decorticareque , vt sibi debita recuperaret , recuperataque possideret. Retulit Gen. 31. v. 11. ipse vxoribus : *Dixit Angelus Dei ad me in somnis : Iacob : & ego respondi : Adsum. Qui ait : Leua oculos tuos , & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios & maculosos , atque respersos : vidi enim omnia , quæ fecit tibi Laban.* Artificio cœlesti mercedem recuperauit , nec aliter possideret. Imò cùm patriam versus teneret, Laban omnia ablaturus properabat , & fecisset , ni Deus illum intentatis suppliciis cohiberet , & terroribus retardaret. Ecquis hoc ait? Iacobus ipse : *Immutasti mercedem meam decem vicibus. Nisi Deus patris mei Abraham , & timor Isaac affuisset mihi , forsitan modò nudum me dimisisses.* Nisi Deus peculiari ope Iacobo affuisset , iniustè à Labano ablata non recuperasset , & ritè à se possessa amisisset : nam Labanus potentiâ armatus debita non redderet , & quæ Iacobi erant , nullo contradicente diriperet : *Reuertentem Iacob ad patriam suam* , inquit Augustinus apud glossam , Augusti. *Laban persecutus est , & scrutatus omnem substantiam eius de suo nihil inuenit.* Nihil inuenit Laban , quod legitimo iure ad Iacobum non pertineret ; verùm ni Deus illum reprimeret , Iacobus dispoliatus lugeret.

§. XXVIII.

Prius curabit , qui tenet regimen , ratione conuincere , quàm inflicto supplicio plectere.

118 Seneca. Malè respondent coacta ingenia. *Malè respondent coacta ingenia*, aiebat Seneca de tranquil. animi cap. 6. *reluctante naturâ irritus labor est.* Quæ per vim extorta, parum durant obsequia, & qui coactus obedit, si occasionem nanciscatur , citò resiliet : non adeò firma sunt, quæ consuluit metus , quàm quæ ratio dictauit, & veritas docuit : felicior extitit qui ratione , quàm qui armis vicit, & æstuantis animi audaciam auertit : quorumdam audacia induratur ad minas , rationi obsequitur facilius. Ergo prudenti tentandum est rationis armis audentem reprimere , & subiectum ad meliorem mentem transferre, quandoquidem si quod post allatæ rationi resistentiam supplicium decernitur , & obtrectationi eripitur. *Plus agit* , aiebat Cassiodorus 12. var. 1. *inculcator* Cassiod. *rationis , quàm possit exercere terribilis.* En Iephte Princeps constitutus , antequam acies producat in campum , ratione nititur Ammonitam reprimere, & bellum iniustum adoriri clarissimè ostendere : *Hæc dicit Iephte : Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorum Ammon ; sed quando de Ægypto conscenderunt , ambulauit per solitudinem vsque ad mare rubrum , & venit in Cades.* Ammonitarum rex terram Galaad ad se pertinere dictabat, bellumque ad illam recuperandam Israelitis inferebat ; Iephte verò rationem adducit claram , qua constet Galaad ad Israelitas iure pertinere , ne si ratione anteà audaciam infringere non conetur, bellum furori adscribatur. Ita Caietanus : *Quia Ammonitæ inferebant bellum aduersus Galaaditas, optimo officio Principis incipit fungi Iephta interrogando causam belli.* Causam belli interrogat, vt rationibus satisfaciat : quod & fecit : *Accumulat* (verba sunt Caietani ad vers. 25.) *rationes ex parte* Caietan. *illius regis , qui regnabat in Moab , tempore quo Israelitæ acceperunt terram illam.* Non erat imbellis causam quærere , & ratione satisfacere ; sed prudentis : maluit Iephte tantisper differre pugnam , vt constaret omnibus , priusquam prodiret in bellum , curasse rationibus demulcere hostilem animum : is erat Iephte , qui facilè inimicos debellaret ; sed quia nouit debere Principem priùs rationis medicamenta adhibere, quàm ad cauteria, scissionemque prosilire , nuntios misit , & rationem reddidit.

119 Balaam ambitionis vernula , cupiditatis mancipium inuolat , si Dei populum execrationibus quiuerit fascinare , & à Balac oblata munera possidere : Dei Angelus properanti occurrit , euaginatoque gladio asinam remoratur : *Cernens asina An-* Num. 22. *gelum stantem in via euaginato gladio auertit se de* v. 23. *itinere , & ibat per agrum.* Balaam ægrè ferens moras , asinam repetitis ictibus verberabat , & ad semitam reducere satagebat ; verùm asina nec icta verberibus insidenti paruit ; imò parieti adhærescens pedem insidentis attriuit, & dolorem adauxit: *Quam cùm verberaret Balaam , & vellet ad semitam reducere , stetit Angelus in angustiis , &c. Quem videns asina iunxit se parieti , & attriuit sedentis pedem.* Dolore ictus, & cupiditate inflammatus, duriùs asinam diuerberabat , & referiebat. Quid tunc? Asina concidit , & quantumuis verberata , iacebat immota tandem Angelus Balaam aperit oculos , & quàm eius vestigia æquitati aduersentur, ostendit, & iam Balaamus demutat sententiam , ac fatetur culpam : *Peccaui nesciens quòd tu stares contra me. Et nunc, si displicet tibi, vt vadam , reuertar.* Expende, si placet, quàm restiterit asina insidenti , & quàm citò Balaam paruerit minanti ? Si Angelus gladium non vibrat, si Balaamū non percutit, quomodò adeò facilè desistere ab inceptis promittit , cùm Balaamus repetitis ictibus, iteratis verberibus ad semitam nequeat brutum reducere ? Asinam quò duriùs verberatur , gressum repigrat morosior, & iacet segnior : vt noueris

quàm

quàm parum proficiat ſubiectum vrgere verbere, ni reduxeris ratione: quamque ſit facile, ſi conuiceris ratione ad obedientiam componere ſine verbere. Vbi oſtendit Angelus Balaamo, à ratione deflexiſſe, ab æquitateque deuiaſſe, faſſus eſt culpam, & contrariam promittit carpere viam; at dum Balaamus ſolo vtitur verbere, nil aliud aſſequitur, niſi vt pes ab aſina conteratur: *Stetit Angelus Domini*, ſcribit Rupertus lib. 2. in Numer. cap. 16. *contra illum euaginato gladio, vt animaduerteret ex' pœna præſenti, quam durum ſit abuti permiſſo, vel diſſimulare imperium Domini.* Dum Angelus oculos aperit, dum admonet, quàm graue ſit Deo refragari, dum errorem ſuum illi oſtendit, ad meliora ſine ſanguine traducit. Diſcant Superiores ab Angelo regiminis normam, Balaami non imitentur exemplum: ſæpè namque dum ſuperior ſubiectum nimis ſtimulat, ad ſemitam non reducit; imò ſtimulatus vicem rependit, at ſi ratione conuincat, ſtylum vertet, & ſe iuri & æquitati adaptabit.

Rupert.

130 Cainus Orci ianua, mortis inuentor, probrum naturæ indecoris hoſtiis diuinum aggreditur promereri beneplacitum: *Factum eſt poſt multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino.* Quàm eſt exoculata auaritia: quibus nititur deplacare, inuenitur offendere: amittit quæ ritè non offert, & cùm munerum patiatur iacturam, contra ſe nutrit offenſam: Deus offerentis animum intuitus, execratus eſt munera, abſtinuit tamen à ſupplicio, vt Caïno pro medela fuerit patientia; ipſe verò vnde debuit curari, inuentus eſt inſanire: *Iratus eſt vehementer*: deiectum ſupercilium, demiſſi in terram oculi animi teſtabantur dolorem: Dominus, qui pluris Cainum æſtimabat, quàm Deum ipſe fecerat, blandè alloquitur, & ſolatur: *Dixit Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua! Nonne ſi benè egeris, recipies: ſin autem malè, ſtatim in foribus peccatum aderit?* Non dedignatur ex ratione oſtendere, quàm eius furor iracundiáque æquitati ac rationi aduerſetur, ſi poſſit ſine pœnæ dolore præcipitem refrænare. Opportunè Seleucienſis Baſilius orat. 4. *Mitigat per ſe ipſum triſtitiæ vim Deus de more humanorum medicorum, qui etſi malum deſperent, ſpem tamen habent repoſitam in medicamine; & voce communicat, & rationi quadam, conſilioque ab eo gratiam init: Quare, inquit, iratus es, & cur concidit facies tua?* Facile erat in audentem flammas eiaculari, facile inflictis pœnis adurere; voluit tamen Deus ratione conuincere, & ſuperioribus optimam regiminis normam præbere: priùs tentandum eſt rationis fræno à præcipitio retrahere, ad rectamque ſemitam reducere, quàm pœnis plectere: nam ſi effræni equo calcaria adhibeas, ad præcipitium vrgebis, & calamitatem aſciſces.

Gen. 4. v. 3.

Baſil.

131 Liberalis generoſuſque Dominus bona ſua ſeruis impertitus eſt, non funebris lucri cupidus; ſed ſuorum vtilitatis ſtudioſus: alij dedit talenta quinque, alij duplicatum talentum, alij verò vnicum: vnicuique verò ſecundum propriam virtutem: vt enim virtutibus exculto parum fauere eſſet prudentiæ iniuria, ſic ſapientiæ eſſet offenſa debilem plurimis obligationibus onerare, & lucrum nimium requirere: ſeruus talento donatus cùm debuiſſet honeſtè laborare, otio inuentus eſt indulgere, vtque ſuæ negligentiæ colorem prætenderet, Domino auaritiam impegit, & accuſauit: *Scio quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti, & timens abij, & abſcondi talentum tuum in terra.* Expectares Dominum inciuilibus verbis exalperandum & ſeruum dure plectendum; aſt quia plus ſtudebat corrigere, quàm mulctare, ipſam ſerui ſententiam retorſit, & ſuâ illum ratione conuicit: *Sciebat quia meto vbi non ſemino, & congrego vbi non ſparſi: oportuit ergo te committere pecuniam meam nummulariis, & veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt, cum vſura.* Quàm impleuit Superioris officium, quàm vtile nobis Dominus reliquit exemplum! Potiùs adlaborauit, vt ſeruus commiſſum à ſe non dubitaret peccatum, quàm vt ſubiret ſupplicium: longè erat ab indignationis ardore, qui texebat argumenta, & erranti manifeſtabat delitia. *Quaſi dicat* (verba ſunt Bedæ apud D. Thomam ad Lucæ 19.) *Si durum me eſſe noueras, & alienа ſectari, quare non tibi hæc cogitatio incuſſit timorem, vt ſcires me mea diligentius quæſiturum.* Timuit pecuniam locare, ne perderet, ſciens Dominum, etſi honeſtis, vſuris delectari: ergo ob id ipſum docet damnabili negligentia torpuiſſe, ſuoque ſe timore damnaſſe. Itaque non illum flagris cecidit, non vinculis tradidit; ſed quam ipſe pro ſe allegabat, ratione conuicit, ſuperiores erudiens vtiliorem correctionis modum eſſe tenebras mentis depellere, ab erroribuſque liberare, quam inflictis pœnis diſtorquere, aut ſupercilio ferire.

Bedà.

---

§. XXIX.

Si quis inter ſuos dignitatis luceat faſtigio, neſcio quid ad gratiam additur gaudio.

GLotioſum eſt dignitatis luminibus reſplendere, & faſtigij nobilitate exornari; verùm ſi quis inter ipſos, quibuſcum luſit infantia, ipſa qua natus tellure honore dignitatis fruatur, neſcio quid leporis, gratiæque augetur, quandoquidem de ipſa olim æqualitate acquiſitus creſcit ſplẽdor, de quo olim familiarium admitatione iucundior reſultat ſapor: *Hæc eſt enim vitæ gloriоſa commoditas*, aiebat Theodoricus 1. var. 3. *dominos eſſe teſtes, cives habere laudantes.* Sortiti dignitatem, vbi conciues laudant, vbi venerationis tributa pendunt, grande eſt dignitatis auctarium: quia peculiaris gaudij reſultat commodum. Iephthe olim expulſus, & à fratribus exhæredatus, Princeps conſtituitur, &, ne quid ſubtraheretur lætitiæ, ſua in ciuitate reſplendet inauguratus: *Abiit itaque Iephte cum Principibus Galaad, feciſque eum omnis populus Principem ſui. Locutuſque eſt Iephte omnes ſermones ſuos coram Domino in Maſpha* Galaadites Iephte inter Galaaditas imperat, & in ipſa ſua ciuitate reſplendet electus; ſi olim exterminatur: *De verbis Iephte habitis cum populo, quando conſtitutus eſt Princeps, eſt ſermo,* inquit Caietanus, *& hoc in Maſpa ciuitate ſua.* In ciuitate ſua fulget honore iudicis, vt maiori felicitate radiarit, quando non parum accreſcebat ad gratiam conciues ſuos regere, & admiratores ſortiri.

132

Caſſiod.

Caietanus.

133 Iam Saulis regnum vergebat ad occaſum, cùm Deus de conſalutando ſucceſſore cum magno Samuele agit, & ad Iſai domum mittit: aduentat Samuel, Iſai filiorum chorus circumſtat, & cùm omnes tuliſſent repulſam, adducitur Da-

Matth 15. v. 24.

Digitized by Google

quid paruulus, & in medio fratrum vngitur: *Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum in medio fratrum eius.* Et quid interest in medio eligatur fratrum, aut in mapalibus designetur? Tendat Samuel ad tuguriolum, & ne fratribus inuidentiæ detur occasio, silentio vngat, & ad regimen promoueat. O arcanam eligendi formam! Ibi voluit Deus ad thronum designari, vbi paruulus luserat, & fratrum extremus pascendis gregibus incubuerat. Profectò ni ad electionis gratiam aliquid adderetur, dum inter fratres electio celebrabatur, notanter non aduerteret Scriptura; at dum inter fratres refertur inauguratus, felicitatis augescit cumulus. Huc voco quod aiebat Basil. Seleuc. orat. 14. *Dauid cum ouibus sub dio agit, & Deus in cœlo super regno consilia agitat*: *Dauid gregem pascit feliciter, Deus interim thronum apparat. Ecce præsto erat Samuel, & filiorum Iesse chorus circumstabat.* Adstent fratres Dauidis vnctioni, vt quid leporis gratiæque accrescat, dum inter suos præ suis lucere dignitatis splendoribus constat. Non videtur gloria dignitatis cõpleta, dum proprios latet ignota: quia de cognatorum notitia, de conciuium laude, de propinquorum obsequio cumulatius cor implet gaudium: alias aliquod felicitati deficit incrementũ dum hanc gloriolam sitire comprobatur studium.

1 Reg. 16. v. 13.

Basil.

134 Huius veritatis adest indubius testis Ioseph: fratribus somnium refert cœleste futuræ dignitatis præsagium, felixque auspicium: *Audite somnium meum, quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.* Profectò non solum Ioseph à fratribus erat adorandus; sed ab Ægyptiis colendus: cur ergo, dum cælum dignitatem prædicit, angustat? Se adspiciat à plurimis populis adoratum, non tantum fraternos manipulos supergressum, quando cumulatior est dignitatis gloria populis numerosissimis imperare, quàm inter limites satis angustos concludi. Adde quod Ioseph tunc rex audit: *Numquid rex noster eris?* cùm fraternus chorus inseruit. Multis Iosephus imperat; verùm nondum erat illa dignitas plena, quousque à fratribus adoratus, suisque præcelsus: *Manifulorum somnium*, inquit Theodoretus q. 33. *denotat futuram frumenti causa adorationem, siquidem frumenti gratiâ in Ægyptum profecti fratres secundùm prophetiam eum adorauerunt.* Dum inter suos non fulgebat, nescio quid deeræ dignitatis splendori: & ideò somnium fratrum adoratione completur, & cumulatior gaudio gratia inter fratres superadditur.

Genes. 37. v. 7.

Theodor.

135 Iacobus gregum copiis auctus, numerosa familia diues apud Labanum degebat; Deus verò, vt cumulationibus illum exornauerit beneficiis, iubet patriam repetere, suosque adire: *Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum.* Hugo Cardinalis hoc reditu putat exprimi Christi Domini in gloria aduentum: *Recessus Iacob à Laban, & regressus in patriam significat reditum Christi ad Iudæos in fine mundi.* In fine mundi aduentabit Christus gloriosus, choris Angelicis stipatus: ipse namque ait: *Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis sua.* Verùm si Iacob splendoribus non cingitur, si choris Angelicis in patria non stipatur, si excelsa maiestatis sede non vtitur, quomodò quibit Domini gloriam imitari, & gaudio immortali frui? Viuens inter suos, inquit Hugo, felicitatibus septus, diuitiis circumfusus, & cæteris antelatus: est namque inter suos splendescere cumulatius gauduum, plenum felicitatis fastigium. Ergo Iacob, quantumuis filiorum copia præclarus, quantumuis diuitiarum censibus onustus, quantumuis satellitio numerosissimo stipatus, dum apud Labanum degit, non est potestatis ænigma; at apud suos felicitate vtens est maiestatis emblema. Quodammodo gloriâ fruitur suis demirandus, & apud suos multis titulis suspiciendus.

Genes. 31 v. 3.

Hugo.

Matth. 25. v. 31.

136 Ezechiel, vt leunculum ad dignitatis fastigium referret elatum, non tantum dixit dignitatis insulis clarum; sed inter leones maiestate regiâ functum. *Tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum: qui incedebat inter leones.* Læna non arbitrata est leunculum suum, quantumuis ad regiam maiestatem extulerit, plena cumulataque posse vti fortunâ, nisi inter eiusdem generis splendescerent, & micaret: non incedebat inter tigres, lupolve; sed inter leones, quasi inter cognatos, & eiusdem generis fulgere, saporatior dignitas, & cumulatior fuerit prosperitas. E contra si quis apud suos sordescat aduersâ forte oppressus, & truci fortunâ vsus, maiori tenius dolore percellitur, & percultus angitur.

Ezech. 19. v. 5.

137 Deliquerant primi parentes, pellibus induti sordescebant, & mutata sorte iam calamitatem subibant; vtque Deus in ipsa irâ misericordiæ recordatus de ipso rubore medicinam conderet, de ipsaque confusione culpæ odium ingereret, ad terram, de qua sumptus est, pellitum Adamum exterminauit: *Emsit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.* Quod expendens Tertullianus lib. de pallio cap. 3. sic aiebat: *Pellitus orbi vt metallo datur.* Ad aliam telluris partem poterat Deus Adamum ablegare; voluit tamen ea ipsa in parte, ex qua ad Principatum assumptus, pellitum seruum culturæ, spinisque adduci, & duris ruris anxietatibus insudare. O quàm erat confusione plenum, & præ ipsis sentibus Adamo durum natiua patria sordescere, & pellitum ignobilitate vestiri: *Pellitus orbi vt metallo datur.* Certè qui olim & nobilitate clarus, & prospera fortunâ splendidus, si ibi sordeat, si calamitatem ibi sustineat, cumulatiori anxietate angitur, & grauiore dolore vtitur: solatij pars est misero incognitum degere, & suorum oculos declinare: vnde qui apud suos iratum tulit fortunæ vultum, cumulatius, & vrgentius subiit tormentum. Addiderim, vt glorioſum est apud conciues lucere, sic magnum virtutis facinus esse à propriis celsitudinem abscondere, & exilium tolerare.

Genes. 3. v. 23.

Tertul.

138 Deus Abrahamum suos derelinquere iubet non sine ingenti brauij promissione: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi.* Adiecit: *In te benedicentur vniuersa cognationes terræ.* Christum hîc Abrahamo promissum, vt cùm Isaac obtulit, existimat Rupertus lib. 4. in Genes. cap. 4. *Ecce huic primo reuelat Deus illud consilij sui secretum, dum dicit: Atque in te benedicentur vniuersa cognationes terræ: non aliam sine dubio benedictionem hîc commemorat, nisi illum, qua per semen Abrahæ, quod est Christus, in omnes gentes gratia Spiritus Sancti effusa est.* Dum Isaacum offert, audit: *Benedicentur, in semine tuo omnes gentes terræ:* & simili patriam deserens benedictione donatur: Abraham namque idem erat, quod pater excelsus: ergo vbi excelsus suos fugit, vbi ad ignotos tendit, non parum celsitudinis

Genes. 12. v. 1.

Rupert.

Genes. 22. v. 18.

Digitized by Google

nis ſplendori detraxit, & magnis meritis luxit: *Ex hoc*, præmiſerat datus Rupertus, *iam Pater exclſus Abraham Propheta eſt*. Reſplendet meritorum pompa, vbi excelſus non luxit patria: adeo magni faciunt homines proſpera apud ſuos fortè fulgere, & illis admirationem creare.

§. XXX.

Qua in noſtrum commodum pollet efficacia, erga alios omni caret ratio energia.

139 AFfectus ſemper rationem oblinit, & diuerſis coloribus veſtit; vtque eadem res lippientibus, aut claris oculis inſpecta diuerſas formas induit pro intuentium diuerſitate; ſic ius ratioque diuerſum ſortiuntur colorem, ſi diſpiciantur oculis adfectione ſuffuſis, aut deterſa claris. Poſſidebant Iſraëlitæ terram Numinis fauore ſibi conceſſam, Ammonitæ eripere à ritè poſſidentibus molebantur, Iephte rationem adducit, & à ſimili probat debere Iſraelitas illa pacatè frui, vtpote à Deo ſibi tradita, quandoquidem Ammonitæ terra fruebantur à Chamos illorum, vt ipſi rebantur, Deo ſibi conceſſa: *Nonne ea, quæ poſſidet Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem.* Adducta ratio conuincebat; verùm nullius energiæ reputata eſt ab Ammonitis; imò eam deſpexerunt quaſi omni carentem efficacia: *Noluit acquieſcere Rex filiorum Ammon verbis Iephte.* Si rationum vis ſpectetur, conuincebat Hebræis iure contingere terram à Deo ſuo ſibi in poſſeſſionem traditam, quandoquidem Ammonitæ à Chamos ſibi poſſidebant conceſſam; verùm dum diuerſo affectu ius idem expenditur, cenſet Ammonita Iephte cauſam nullius momenti rationi innixam, ſuam verò æquiſſimis regibus confirmatam. Adeſt Caietanus: *Confirmat rationem à ſimili, ſeu pari ſecundum opinionem Deorum.* Caiet. Æqualiter vtrique parti fauebat ratio: nam vt alter ſibi ab exiſtimato Deo poſſidebat traditam, ita alter à vero Numine occupabat dilargitam, verùm non acquieuit Ammonitarum Princeps: quia rationem non expendebat æquali lance iudicium; ſed adulterabat odium. Adde è contra erga nos omni carere energia, quam contra alios cauſam pollere exiſtimamus efficacia.

140 Cum eximiis Saül à Dauide obſequiis beneficiiſque ſæpèſæpius fuiſſet affectus, eo illum odio proſequebatur, vt vel nomen audire non ſuſtineret: addebat non modicas indignationi flammas deſiderium regnum ad Ionatham tranſmittendi, & timor, ne ad Dauidem tranſiret: cúmque eximiæ eius fortitudinis opera nec liuoris nebulis obſcurare valeret, ad originem recurrebat, ſi de parentum obſcuritate quiuerit conflare odium, & de generali odio impedire Dauidi regnum: cúmque calendarum celebrationi maturo conſilio Dauid ſe ſubduxiſſet, Saül indignationis flammis inardeſcens, cur filius Iſai non venerit, ſciſcitatus eſt: *Cur non venit filius Iſai?* Ionathas, qui 1. Reg 20. v. 27. Dauidis partes ſuſceperat, honeſtam cauſam protulit; verum Saül furore exæſtuans ſpurium ſugillauit, & in confuſionem ſuam Dauidi fauere conqueſtus eſt: *Fili mulieris virum vltrò rapientis, numquid ignoro, quia diligis filium Iſai in confuſionem tuam, & in confuſionem ignominioſæ matris tuæ? Omnibus enim diebus, quibus filius Iſai vixerit ſuper terram, non ſtabilieris tu neque regnum tuum.* Vt ſtabiliret Ionathæ regnum, allegabat Saül dedecere Iſai filium in regnum ſuccedere, vt qui obſcuris eſſet parentibus procreatus, & ruſtica vena genitus. Hunc fuiſſe verborum ſcopum, teſtatur Chryſoſtomus homil. de Dauide & Saüle: *Iuſtum ob vehemens odium non ſuſtinuit proprio vocare nomine: ſed filium Iſai: ſic autem appellauit eum partim odio proprij nominis, partim genitoris humilitatem notans, ſperans fore, vt hoc pacto iuſti fama contaminaretur.* Chryſoſt. Itaque ob originis obſcuritatem, ne regnum adeat, inſidias molitur Dauidi, etſi legitimis parentibus natus; cùm eo ipſo tempore exambiat regnum ad Ionatham adulteræ filium tranſmittere. Certè ſi patentum humilitas adeundo regno eſſet obſtaculum, grandius grauiuſque Ionathæ vtpote adulteræ filio erat impedimentum, & tamen ſic ambitio, cæcuſque amor rationem adulerat, vt eam ipſam, quam in alios armat, in ſe militantem cæcis oculis non agnoſcat. Ionathæ non obſtabat ad regnum matre adultera fuiſſe prognatum, & obſtabat Dauidi ab humilibus parentibus legitimè fuiſſe exortum. Et quid mirum, quando Ionathas erat Filius, & Dauid putabatur aduerſarius? *Genitoris humilitatem notans, ſperans, vt hoc pacto iuſti fama contaminaretur.*

Ninuie erat inter Aſſyrios, vt hominibus refertiſſima, ita peccatis naturæ terminos ſupergreſſa: eam vbi grauiſſimè ægrotantem vidit humaniſſimus creator Ionam delegat, qui ſupplicium minis pro medicamine vius, dum perculſit terrore animum, pœnitudine expungat delictum: Ionas Tharſos petiturus nauim inſcendit, cúmque à fera abſumptus, & euomitus Niniuitis prædicaſſet, & contra orientem ciuitatis inſediſſet, hedera extemporaria vmbram præbente eximè oblectatus eſt; verùm cùm citiùs, quàm germinarat, areſceret, prophetaque ſolaribus radiis adureretur percuſſus, indignationis etiam flammis exaſperabatur iratus: hoc rerum ſtatu cum illo differens Deus interrogat, an benè iraſcatur? *Dixit Dominus ad Ionam: Putaſne benè iraſceris tu ſuper hederâ? Et dixit: Benè iraſcor ego vſque ad mortem.* Ionæ 4. v. 9. Ecce Ionam ob marcidam hederam indignatione æſtuantem, & ciuitatis veniæ reſiſtentem. Dolebat ſuper hedera, quia ſibi commoda, & nolebat Deum ſuper Niniue dolere tot à ſe procreatis hominibus diuitatam: *Tu doles*, obiicit illi Deus, *ſuper hederam, in qua non laborasti, neque feciſti, vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit; & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ?* Ac ſi dicat: ſi rationabilis tibi videtur dolor de hederæ amiſſione, orbitatéque, cùm à te nec fuerit creata, nec culturæ laboribus innutrita, cur vetas me dolore de ciuitatis ruina, cùm eius ciues à me fuerint procreati, & meis operibus innutriti? Quis dubitet eandem; imò efficaciorem pro Numine militare rationem? Ea tamen, vt videtur, perturbatione laborabat Propheta, vt magnæ ad ſui defenſionem arbitraretur efficaciæ; ad ciuitatis verò vitandum excidium nullius crediderit energiæ. Opportunè Seleucienſis Baſilius orat. 1. de *Ionam mœrore percuſſum animaduertens Deus; vt de benignitate diuina iudicet, iterum exhorta-*

Basil.

Basil. *tur... Colocynthæ fructus te miseret; ego naturæ vacemus, qui execrabantur, veniam non habebo?* Colocynthum vireteere erat Ionæ commodum, Niniue conseruari Deo opportunum; verùm Propheta in simili causa inuenire dissimilitudinem adlaborat, nec vult Deum pietate moueri erga naturæ humanæ germina, cùm ipse magni habeat colocynthidæ folia. Itaque eandem rationem pro se efficacem, pro Niniue verò existimabat eneruem.

142 Dalila minoribus corrupta ad meretricias artes confugit, vt Samsonem ad causam fortitudinis aperiendam blanditiis delinitum, & illecebris eneruatum alliceret; ille vxoris antea infidelitatem expertus, meretricis modò desiderium eludebat, & variis actibus occasionem protelabat. *Si ligatus fuero nouis funibus, aiebat, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis.* Dalila, vt secretum inuestigasse putauit, auri siti properè ad funes recurrit, illigatumque insidiis tradere procurauit: *Rursum Dalila vinxit eum, & clamauit: Philisthim super te Samson, in cubiculo insidiis præparatis.* Miranda sanè est mulieris audacia: Philisthim hosti dormienti non audent accedere, & mulier vigilantem aggressa est fallere: expergefactus Samson funes disrupit, & mulieris dolositatem agnouit. Quid tunc? Quæritur te delusam, criminatur despectam, in argumentúmque adducit, Samsonem secretum non reuelasse; sed causam fortitudinis occuluisse: *Quomodò dicis quod amas me, cùm animus tuus non sit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & nolnisti dicere, in quo sit maxima fortitudo tua.* Amori illatam criminatur iniuriam, Samsonem veritatem non aperuisse; non tamen amoris arbitratur offensam, ipsam sibi commissa statim hostibus reuelasse: amoris erat iniuria custodisse secretum; non tamen vinxisse funibus, & hostibus tradidisse vinculis illigatum: sic enim adfectio cupiditasque præstigiarum arte varios rationi vultus solet indere, vt cùm sit eadem, modò alteram habeat faciem, & statim alteram sortiatur effigiem: eadem causa occasio eadem mulieris publicabat dolosam versutiam, & prudentem Samsonis testabatur cautelam: cúmque Dalilæ prudens cautela amoris videatur iniuria, iniqua dolositas dilectionis non reputabatur offensa: *Fingebat ista mulier*, inquit Lyra, *quòd ex magno amore ad Samsonem desiderabat scire fortitudinis sue conditionem, sicut amans desiderat scire intima sui amici.* Impensè amans nil dilectæ reseruat; sed tenerè dilecta omne à dilecto discrimen fugat. Ergo cùm in eadem causa Samsonis amorem condemnarit secretum, & Dalilæ referatum arcanum, Samsonis damnat prudentiam, nec suam condemnat fallaciam.

Iudic. 16. v 11.

Lyra.

143 Liberalis Dominus seruis pecunias dimisit, honestissimum lucrum desiderans, non quo propriam augeret substantiam; sed quo seruorum promouere posset fortunam. Desidiosus seruus Mna, quam in sudario reposuerat, reddidit iniuriarum fœnore, & opprobriorum auctione: *Ecce Mna tua, quam habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis, quod non posuisti, & metis, quod non seminasti.* Quid tunc? Dominus, qua excusabatur, in ipsum retorquet sententiam, & sibi procurasse demonstrat mulctam: *De ore tuo te iudico, serue nequam: sciebas quòd ego homo austerus sum, tollens, quod non posui, & metens, quod non seminaui: Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam.* Quam Domino impingebat, auaritia serui exigebat diligentiam, & condemnabat ignauiam; cúmque ratio eadem in desidiosam militarit vecordiam, & in cupidam auri flammam, ea solùm parte efficacem vidit, qua Dominum infamabat, non qua socordiam eius prodibat: *Hanc responsionem figuraus parabola,* inquit Euthymius, *volens ostendere quod tales nihil rationale possint respondere; sed quacumque responderint, contra se ipsos conuertuntur.* In se protulit, quæ pro se attulit, & cùm austeritatem, qua parte Dominum grauabat, cognosceret; qua ipsum ad lucrum adigebat, non vidit: *Quod putauerat se per excusationem dixisse,* scribit Beda apud D. Thomam, *in culpam propriam vertitur. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serue nequam: seruus nequam vocatur, quasi piger ad exercendum negotium, & superbus ad accusandum Domini iudicium.* O quam sæpè pigri inertésque aliorum facta abrodunt, & criminantur, & cùm in se militarint, quæ proferunt, in alios solùm valere contendunt.

Lucæ 19. v. 20.

Euthym.

Beda.

§. XXXI.

Populi est salus Sacerdos sapientiâ præditus, calamitas scientiâ nudus.

144 *Deliberationis nostræ consilium*, aiebat Cassiodorus 2. var. 11. *virorum prudentium requirit obsequium, vt vtilitatis publica ratio sapientium ministerio compleatur.* Addit: *legatio virum sapientem requirat, cui prouinciarum, vtilitas, totiusque regni status committitur vindicandus.* Qui minister publicus, qui vitandis sequendisque veluti oraculum designatus, scientiæ debet luminibus prælucere, aliter continget plures errare: *Digna planè scientia*, aiebat idem dato libro Epistola 3. *In qua mens honestissima conquiescat, quæ animo semper aliquid salutare complectitur, cui accidere nulla possunt ingrata, dum sibi commendat omnia mundarum rerum. Sola cui labilis fortuna non imperat.* Scientia pro gubernaculo actionum est, vtque dum doctus nauclerus per confusos vndarum vortices nauim industriè aurigat, Syrtes eludit, & portum appellit; sic dum inexpertus, vel mari tranquillo impinget, & naufragium faciet: grauissima calamitas est à cæco duci: nam dum opus non esse cautela censetur, inopinè incautéque præcipitium incurritur: subiectorum actiones dirigit doctus, & errare finit imperitus. Ecce Iephte votum emisit, & quidquid è domesticis primum reuertenti sibi occurreret, sacrificare decreuit: *Votum vouit Domino dicens: si tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egressus de foribus domus mee, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocaustum offeram Domino.* Prima occurrit filia, quam post duos menses obtulit holocaustum: *Fecit ei, sicut vouerat, quæ ignorabat virum*: de hoc voto plures circumferuntur sententiæ. Existimant plures & imprudenter emissum, & imprudentiùs impletum.

Cassiod.

Digitized by Google

pleum. Caietanus filiæ contigiſſe mortem ait ob ſacerdotis ignorantiam: nam ſi ille calluiſſet legem, patrem acerrimo liberaſſet dolore, & immatura, Virginem nece. Accipe Caietanum: *Videtur quòd hac ignorantia laborauerit non ipſe ſolus, ſed etiam Sacerdos illius temporis: nam cum ipſe eſſet Princeps, & duobus mediis proregata fuerit executio voti iam in publicum deducti, rationi conſentaneum eſt, vt nec ſummus Sacerdos ſcientiæ declarare ſenſum legis.* Dum Iephte arbitratur ſe lege teneri, filiam properat immolare, & dum Sacerdos legis ſcientia caret, errori datur locus, & perpetratur innocentis interitus. Qui locum tenet rectoris, ad inſtar Helices viam debet deſignare, & in portum ſecurè ducere, at ſi ſcientia careat, calamitatem maturat: quia dum habetur doctus ignarus, non ambigitur de conſilio, & laboratur de errato.

Caiet.

145 Exod. 25. v. 18. Arca compingitur, & duo Cherubim adſtant oraculo. *Quod Cherubim aureos, & productiles facies ex vtraque parte oraculi: Cherub vnus ſit in latere vno, & alter in altero: vtrumque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum.* Addit: *Inde præcipiam, & loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam teſtimonij, cuncta quæ mandabo per te filiis Iſrael.* Vides arcam Cherubinis, qui plenitudo ſcientiæ interpretantur, tegi, & veluti circumueſtiri. Iam ſi quid arca ſignificet, quæras; reſpondebit Gregorius in regiſtro lib. 7. Epiſt. 30. deſignare Sacerdotem, qui tunc populi eſt ſalus, cùm quidquid expromit, à Deo accepit, & Cherubicè, hoc eſt, ſapienter profert: *Quid eſt ſacerdotale cor niſi arca teſtamenti, in qua quia ſpiritalis Doctrina viget, procul dubio tabulæ legis iacent.* Itaque vti à propitiatorio quid faciendum, quidve relinquendum petebatur: ita à Sacerdote diſcitur, quid legi conſonum, aut aduerſum, qui niſi Cherubinis, hoc eſt, ſcientia reſplendeat, fors præbebit occaſionem errori, dum ſtudere videtur legi. Satis videbatur Numen ex propitiatorio reſponſa edere, quin vox de medio Cherubinorum ſonaret, & nihilominus ait: *Loquar ad te ſupra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim:* Quaſi docere voluerit, ſatis non eſſe Sacerdotem Deum pectore gerere, virtutibuſque radicare; ſed ad reſponſa edenda Cherubinis circumuallandum, ſcientiaque muniendum.

Greg.

146 Matth. 28. v. 2. Chriſtus Dominus morte deuicta reſurgit, & Angelus euoluto lapide ſedet: *Angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum: erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix.* Alibi Angelos apparuiſſe repetio hominibus, non tamen lucis inſertos, & luminum ſplendore conſpicuos: Chriſto namque Domino cœlos penetranti Angeli alloquuntur Apoſtolos, & licèt ſemper veſte candorem oſtenderint, luce non radiarunt: *Cùm intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis.* Habitus diſcrimen noſtram citat cotioſitatem: ſi alibi non reſplendet vultus, cut fulget alibi? Chryſologus putat euoluto lapide inſediſſe tanquam in Cathedra veritatis: cúmque magiſterij munus lucem exigat, ſcientiámque requirat; alibi apparet tota lucis claritate præditus, alibi non adeò lucis iubare circumfuſus: *Sedebat*, inquit ſerm. 74. *vt fidei Doctor, vt reſurrectionis magiſter: ſedebat ſuper petram, vt ſolidiras ſedis daret credentibus firmitatem: ponebat Angelus ſupra petram fundamenta fidei ſuper quam Chriſtus erat Eccleſiam fundaturus, qui dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam.* Vtrumque iunxit, ſoliditatem & ſplendorem: in petra, hoc eſt, in Chriſto fundatus, & quodammodò intertus Doctrinam miro commendabat exemplo; ſed quia ſatis non eſt Doctorem concinnis moribus reſplendere; ſed oportet clariſſimis ſcientiæ luminibus rutilare, apparuit etiam lumine circumfuſus, & virtutis ſoliditate fundatus: vt Sacerdotes, qui pro Angelis mundo ſunt, diſcant ab Angelo illorum tunc Vicario, quibus debeant dotibus exornari, & quæ in illorum pectoris ſcrinio debeant concorditer conuenire, videlicet cœleſtis lux, vt exulauerit error, & vitæ probitas, vt inſit Doctrinæ vigor: *Contumelia ſiquidem Sacerdotum eſt*, aiebat Gregorius lib. 3. regiſtri Epiſt. 5 *de diuinis cultibus admoneri: quod enim ipſi debent exigere, turpiter exiguntur.* Subdit rationem: *Ad ornatum quippe eius, non ad fœditatem actuum eorum pertinere debet officium.* Officium deſœdat, qui magiſterij locum tenens ignorantiæ gerit diſcipulatum, & qui qualiter diuinus adminiſtrandus ſit cultus debuit admonere, ab aliis ob inſcitiam agnoſcitur mendicare.

Aa. 1 v. 10.

Chryſol.

Greg.

147 Malach. 2. v. 5. Dominus apud Malachiam de leui tribu ſermonem inſtituens ſic aiebat. *Pactum meum fuit cum eo vita & pacu, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat: lex veritatis fuit in ore eius: & iniquitas non eſt inuenta in labiis eius, in pace, & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate:* Rationem ſubdit: *Labia enim Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum eſt.* Angelicæ naturæ non repugnat prauitatis macula, vt in apoſtatis compertum fuit; claret tamen ſemper ſcientia & notitia. Ergo Sacerdos Angelus debet eſſe, cui etſi per humanam fragilitatem ſceleris irrepſerit macula; ignorantiæ tamen non irrepat iniuria: nam Sacerdos legis violator ſibi eſt inimicus; at ignarus legis omnibus inuenitur aduerſus, quandoquidem non erit facilè viæ ignaro ad ſemitam reuocare vagantes, & dirigere neſcientes. Adeſt Hieronymus ad hunc locum: *Ad Sacerdotis pertinet diſciplinam interrogatum reſpondere de lege; qui ſi ignorantiam in cæteris diligentem, in ſcripturis Sacris oſtenderit negligentem, fruſtra iactat dignitatem, cuius opera non exhibet.* Sacerdos ignarus ambulantibus eſt ſcandalum, quandoquidem non dirigunturt, vt fas eſt, in viam planam; ſed in anfractibus plenam, & quid luctuoſius eſſe poterit populo, quam adulteratum iudicem veritatis ſortiri: nam dum putat dirigi, compertum eſt ab itinere ſeparari.

Hieron.

148 2. Ad Tim. 3. v. 13. Paulus ad Timothæum ſcribens ſic aiebat: *Mali homines & ſeductores proficient in peius, errantes, & in errorem mittentes: tu verò permane in iis, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciens à quo didiceris, & quia ab infantia ſacras litteras noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.* Indocti errabant, & errare faciebant: vnde oportet Sacerdotem omnis ſcientiæ exornari luminibus, vt opponatur erroribus: *Sacras litteras noſti* (verba ſunt Anſelmi ad hunc locum) *id eſt, ſacris litteris, legis videlicet, & Prophetarum ſcriptis eruditus es ab infantia, quæ litteræ poſſunt te inſtruere, id eſt ſufficienter doctum reddere.* Subnectit Anſelmus: *Rectè dixi; quia ſacra littera te poſſunt inſtruere ad ſalutem tibi & aliis conſequendam.* Grande beneficium conceſſit Deus populorum gregibus, cùm illis paſtorem ſcientem delegauit: vt

Anſelm.

grande

grande intulit ſupplicium, cùm paſtorem permiſit, vt aiebat Zacharias, idolum: nam vt idolum putatur Deus, & oculus habens non videt, ita nonnulli Paſtores Numinis Vicarij oculos habentes inueniuntur prorſus cæci. *O Paſtor & idolum.* Quàm miſerum eſt idolo offerre decimas, contectare victimas, ab eoque expectare oraculorum reſponſa, & percepiſſe mendacia. Adde in Sacerdotis inſcitia populi adumbrari miſeriam, nec adeò nociuum populo Sacerdotem culparum aſpergi notis, quàm ignorantiæ obſcurari tenebris.

149 Exod. 34. v. 29. E monte deſcendit Moyſes manu gerens tabulas, & vultu gloriam: *Cùm deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat, quod cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Fulgebat luce, & vtiliſſima lucis ignorantia fulgebat. Et fortè ſi lucem ſuam agnouiſſet vanus, maiore parte careret nudus; at dum fulget luce, denudatúsque præſumptione, inuenitur omnibus vtilis. Te ſcire oportet; ed non tu, ſed alter te ſcire nouerit. O quàm benè conueniebāt in Moyſe, legis ſcientia, & ſcientiæ ignorantia! Origenes ingenioſus myſteriorum indagator non ſine acumine expendit geſtaſſe tabulas dextera lepra olim infecta; non tamen luce tunc facie priuata: quaſi non graue adeò detrimentum populo fuerit Sacerdos lepra infectus, ac luce priuatus: Origen. *Illud inuere*, ſcribit apud Gloſſam, *quòd in lege vultus Moyſi glorificatur, licèt velamine contegatur: manus intra ſinum miſſa leproſa facta eſt: in quo mihi videtur forma totius legis plenissimè deſignari: in vultu enim ſermo legis, in manu opera ſignantur.* Dum Sacerdos mentis lucem manuum contingit operi, inuenitur vtiliſſimus plebi; at ſi quid deficiat, populo minùs nocebit lepra aſperſus, quàm luce priuatus. Vtque hanc veritatem clariſſimè nouerīs, quid hoc in caſu acciderit, curioſus perpende: velamine lucem Moyſes obtenebrauit oppanſo: *Poſuit velamen ſuper faciem ſuam.* Hoc velamine populi prauitatem deſignari teſtatur Paulus 2. ad Corinth. 3. 2. Cor. 3. v. 14. *Vſque in hodiernum diem id ipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum (quoniam in Chriſto euacuatur) ſed vſque in hodiernum diem, cùm legitur Moyſes, velamen poſitum eſt ſuper cor eorum.* Dum Hebræorum populus ſortitur Sacerdotes, qui aut ſtudiosè, aut imprudenter luci velamen oppandant, & ipſi miſerabiliter errant: nec mirum cum pro luce ſortiantur tenebras; ergo Moyſes luce velamine interdicta, aut obnubilata populi præſignabat erroris miſeriam, & ſceleris culpam: tantum nocet Sacerdos luce viduatus, tantùm intereſt ſcientia conſpicuus.

---

§. XXXII.

Aliquando parens coronatur victoria ob prolis futura merita.

150 EXimia merita ſic aliquando exundarunt, vt ſibi proximos honeſtarint, lucéque perfuderint: longioribus plagis permittit auroram Sol, proximiores toto lucis iubare illuſtrat. Audi Caſſiodo- Caſſiod. rum 12. var. 15. de ciuitate Scillacio: *Hac naſcentem ſolem ab ipſis cunabulis intuetur, vbi ventura dies non præmittit auroram; ſed mox vt oriri cœperit, lampadem ſuam vibrans fulgor oſtendit: gaudentem reſpicit Phœbum, propria illic luminis claritate reſplendet, vt ipſa magis ſolus putetur eſſe patria, Rhodi opinione ſuperata.* Quæ ſolis patria putatur, eius præ cæteris luce clariori perfunditur, & quo proximior ſoli, cæteras excedit luce: ibi aëris temperies ſalubrior, ibi aprica hyems, refrigerata æſtas, ibi infeſta tempora non timentur; ſed annus ſine mœrore conuoluitur. Quod ſi ſolis vicinitas ſcillacium ſic nobilitat, vt aduerſa tempora non patiatur, quis dubitet eximios virtute viros, qui lucis proprietate funguntur, omnem à proximis caliginem depuliſſe, lucéque irradiaſſe? Nec ſolùm dum adſunt præſentes; ſed dum habentur futuri: *Deos videre eſt*, aiebat Seneca lib. 4. de benef. capite 32. Seneca. *Vt alios indulgentius tractent propter parentes, auoſque, alios propter futurum nepotum, pronepotumque, ac longè ſequentium poſterorum indolem.* Cùm nota ſit Numini operis ſui ſeries, anticipato ſolet præmio eximia futuræ prolis merita munerare, & anticipata ſolutione honores parentibus impertiri. *O ſæculi beata fortuna*, ſcribebat idem Caſſiodorus 11. var. 1. *ſub Principe ferlato matris* Caſſiod. *regnat affectio, per quam totum ſic peragitur, vt generalis nos regere charitas ſentiatur: huic glorioſum præſtat obſequium, cui omnia ſeruiunt.* Regnabat mater de filij imperio, & cui ſeruiebant omnia, glorioſa matri præſtabat obſequia, ipſique obſequijs glorioſa addebat præconia. Certè vt de tenebrarum confinio veſpertina lux tantiſper caligat, ſic de ſolis vicinitate aurora noctem vincit, vmbraſque depellit. Non ignorabat hanc veritatem Iephte, qui vt de Aduerſarijs triumphum reportauerit, arcano voto ſe obſtrinxit: *Votum vouit Domino dicens: ſi tradideris filios Ammon in manus meas, quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace, eum holocauſtum offeram Domino.* De futuro holocauſto præſentem rapit victoriam, & iam detritis hoſtibus reportat triumphum, quia Domino offerendum eſt holocauſtum. Extitiſſe adeo morigeram filiam, vt non dubitarit vita parenti emere coronam, textus explicuit: *Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, conceſſa tibi vltione atque victoria de hoſtibus tuis.* Non dubitauit ſe in holocauſtum offerre, vt patri parta quiuerit victoria radiare: Quaſi dicat, ſcribit Hugo: *Ex quo habes victoriam de hoſtibus,* Hugo. *non curo quid de me fiat.* Eis virtutibus eximia virgo fulgebat, vt ſe obtulerit morti, quo ardentiori fulſerit charitate. En Pater triumphat filiæ merito, & holocauſti ſubſidio iam votum diuino conſulente ſpiritu emiſſum putant nonnulli: teſtatur Hugo: Hugo. *Quidam dixerunt Iephte vouiſſe familiari conſilio Spiritus Sancti, quod votum probare per hoc quod dicitur, factus eſt ſuper Iephte ſpiritus Domini.* Itaque iuxta hanc opinionem diuinus voluit ſpiritus conſtitui exemplum, quo conſtaret ob futurum filiæ holocauſtum reportaſſe parentem multò antè de hoſtibus triumphum, ne quis ambigeret puriſſimam, ſanctiſſimamque Virginem Mariam ob futurum filij holocauſtum deuictis Dæmonibus, originalique nobili ſemper reſplenduiſſe triumpho, & diuitaram fuiſſe tropæo. Et quidem ſi filia ſacris ignibus deuota parenti extitit victoriæ cauſa, cur filius hominis Deique, qui ſemetipſum obtulit holocauſtum, matri non extiterit ſemper victoria, quando inter vtius alteriuſque perſonæ Deo oblatæ dignitatem infinitum eſt interuallum, & diſtantiſſimum meritum. *Seruauit in prælio patrem Scipio*, inquit Seneca lib. 3. de Benef. capite 33. Seneca.

&

& prætextatus in hoſtes equum concitauit. Parum eſt quòd vt peruenirem ad Patrem, tot pericula, maximos duces, cùm maximè prementia, contempſit, tot appoſitas difficultates, quòd ad primam pugnam exiturus tyro per veteranorum corpora cucurrit, quòd annos ſuos tranſiluit. Adiice, vt idem patrem reum defendat, & conſpirationi potentium eripiat, vt alterum illi conſulatum ac tertium, alioſque honores etiam conſularibus concupiſcendos congerat, vt pauperi rapias iure belli opes tradat, & quod eſt militaribus virus ſpecioſiſſimum ditiorem illum ſpoliis etiam hoſtilibus faciat. En Scipionis pater eximia filij pietate hoſtilibus ſpoliis ditatus reſplenduit, & audaciam potentium illum reum per calumniam vociferantium deuicit: tantum profuit optimus filius ad conſequendam gloriam, & propulſandam calumniam.

151 Obiicies Mariam ſanctiſſimam communi omnium ruina preſſam, & cadentibus humanæ naturæ fundamentis quaſſatam. Reſpondebit pius tibi Æneas, qui patrem per ignes illæſum pertulit, & inter Deos colendum poſuit. Audi Senecam dato libro cap. 38. *Vicit Æneas patrem, ipſe eius in infantia leue tutumque geſtamen, grauem ſenio per media hoſtium agmina, & per cadentis circa ſe vrbis ruinas ferens, cum complexus ſacra ac penates Deos religioſius ſenex non ſimplici vademem ſarcina premeret. Tulit illum per ignes: & quid non pietas poteſt? Pertulit, colendúmque inter conditores Romani Imperij poſuit.* Non potuit Anchiſes ob filij merita inter Numina referendus flamma attingi, fumoue obſcurari: nam qui illum extuleruńt ad cultus gloriam, eripuerunt humeri, ne communis ruinæ pateretur miſeriam.

Seneca.

152 *Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta Sole, & Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.* Nondum peperit, & iam fulgurantibus ſyderum radiis lucet redimita, & ſerpentis æmulationem torquet coronata. Stabat ante mulierem coluber; ſed vt eius intuitus priuilegium ardentiſſima adureretur inuidia: ſtabat, vt dum nequit attingere, ſuprà cæteratum conditionem mulier hæc inuenta ſit rutilare: *Peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, & raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Et mulier fugit in ſolitudinem.* Victrix fugit, & ob filium naſciturum ſerpentem coronata calcauit: *Veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te gloria ſuæ maieſtatis. Veſtis ſolem nube, & ſole ipſa veſtiris... Dignum planè ſtellis coronari caput*, aiebat Bernardus ſerm. de verb. Apocalyp. *quod & ipſis longè clarius micans ornet eas; potiuſquàm ornetur ab eis. Quid ni coronent ſyderæ, quam Sol veſtit?* Saluatoris mater nunquam potuit apparere triumphis orbata, aut ſtellis non redimita: mirabili commercio ipſa ſoli exhibuit nubem, & Sol lucidiſſimam reddidit veſtem: filium tanto throno dignum paritura iam redimitur fulgentiſſimarum ſtellarum corona.

Apoc. 12. v. 1. & 5.

Bernard.

153 Contra Hebræorum Phalangas Goliath ſuperbiſſimus, & Dæmonum conſilio terminos elationis ſupergreſſus ad certamen prouocabat: trux adeò erat hominis aſpectus, vt ante certamen victoriam illi Iſraëlitæ concederent, tumultuatimque fugerent; verùm cùm graui adeò angore Hebræorum populus premeretur, eſſétque in expectatione ſeruitij Dauid in arenam proſiliens triumphos iactat non ſuperbus; ſed fatidicus. *Dixit Dauid ad Philiſthæum*: *Tu venis ad me cum gladio & haſta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſraël, quibus exprobraſti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te.* Quam gratus ſeruus, qui victoriæ fructum iam Domino offert! Opponebat Goliath armorum potentiam, Dauid de cœlo Aduerſarium: prædicebat iſte victoriam, ille ructabat audaciam. Quærunt Patres, quo nixus Dauid pugnam ad ſe rapuerit, triumphumque indubiis adeò verbis prædixerit. Chryſoſtomus homil. de Dauid & Goliath, ſic Dauidis nomine ait: *Tu venis in armorum virtute; ego in potentiſſimo genitore: denique in te tua arma vertentur.* Ac ſi dicat: Ego omnium genitoris Patet te vincam: nec enim Dei Pater futurus vincat; ſed vires tuas facillimè atteram; ergo præcidam caput tuum in potentiſſimo genitore, id eſt, in Chriſto omnium genitore, & à me oriundo. Concinit Baſilius Seleucienſis orat. 14. *Quoniam ex Dauide Chriſtus ſecundum carnem verum regnum, cæleſtia ſceptra, ſalutaris generatio, perennis gratia.* Certamen cum gigante non erat ambiguum; ſed ſolummodò deſeruiebat trophæo ante certamen Dauid indubiè prædixit trophæum, ne quis putaret ſubiiſſe decertando periculum: eſſet namque perenni gratiæ iniuriosa ſuſpicio, ſi crederetur Chriſti futurus Pater diſcrimini obnoxius, & Aduerſario ſubiectus. Ergo ad oriturí filij gloriam, indubiam prædicit palmam, vt ratum fixumque fuerit Aduerſarium tantis, talibuſque armis munitum proſiluiſſe in campum, non ad procreandum Dauidi Chriſti Domini parenti periculum; ſed ad incrementandum trophæum. Quod ſi Numen vel periculi ſuſpicionem à Dauide progenitore longiſſimè exterminauit, & ante luctam prædici victoriam voluit, quis non crediderit beatiſſimam Virginem ob filium coronatam fuiſſe victoria, quin vlla vnquam perpeſſa fuerit diſcrimina? Gigas omnes de ſtatione deturbabat; at Dauidem nec timore potuit percellere, nec armis ferire; vtpote ex quo Chriſtus erat orituſus. Igitur gigas ille, qui omnes culpæ armis deiecit, in campum contra Mariam prodiens, ferire non valuit, imò nec timore concuſſit: longè adeò fuit à caſu, vt ignoraſit periculum. Adde Dauidem ipſo gigantis gladio eius caput præciſiſſe: nam ea ipſa arma, quibus alios impugnabat, Chriſti fuerunt parenti auxilio & decantando inſeruierunt trophæo. Certè primum vitæ inſtans, quo gladij ad inſtar omnes gigas ſuperbiſſimus iugulauit, in ipſum conuerſum eſt, illoque ipſo Dei Genitrix gigantem iugulauit, ac triumphum ſingulariſſimum tulit: erat enim rationi valde conſonum, vt quæ ad Deum carne veſtiendum concipiebatur, ob eximia prolis futuræ merita præcoqua etiam coronaretur victoria.

1. Reg. 17. v. 45.

Chryſoſt.

Baſilius.

§. XXXIII.

Nonnulli obſequiis & promiſſionibus, quæ impoſſibilia cognouerunt impleri, ſatagunt ſibi aliquos deuincere.

154 EO ſe extendit humana verſutia, & verſuta ſemper fallacia, vt eis obſequiis promiſſisque contendat gratiam inire, quæ arbitratur nullis artibus poſſe adimpleri: quod actu facile, non ſine affectatione prætereunt; quod ad ſpeciem impoſſibile, iactant ſe facturos: mentiuntur potentiam, vt ineant gratiam. *Fallaces ſuntrerum ſpecies, quibus credimus*, aiebat Seneca lib. 4. de Benef. capite 34. Credimus aliquando fallacibus promiſſis, & de ipſa noſtra fide vires reſumit fallacia, vt prouentura nunquam promittat obſequia. Plures dum promiſſione alliciunt, non ignorant impedimenta; imò ob id promittunt, quia futura præmeditantur obſtacula. Iephte, vt obtinuerit de Ammonitis victoriam, promiſit quidquid ſibi ouanti primum occurreret, Deo litandum in holocauſtum, fortè quia non ignorabat ipſa lege impediri votum: *Quicumque primus fuerit egreſſus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eum holocauſtum offerum Domino.* De hominibus ſe holocauſtum facturum vouiſſe ipſa verba dubitare non ſinunt: ait enim: *Quicumque primus fuerit egreſſus*: & notauit Auguſtinus apud Gloſſam: *Nec ait quecumque exierit; ſed quicumque exierit: vbi hominem tantùm cogitauit.* Præmiſerat Auguſtinus: *Iſte Deo non iubente, neque poſcente, & contra legitimum Dei præceptum ultro ſacrificium vouit humanum.* Itaque ea videtur vouiſſe, vt iniret gratiam, vtque aſſequeretur victoriam, quæ nunquam poſſet implere, nec lege vetante ſoluere. Iam huius ſponſionis eum fuiſſe animum, ſub dubio relinquit ipſe Auguſtinus, aitque ob id ipſum Deum non vetuiſſe ſacrificium, vt fallax punierit votum: *Poſſemus iam dicere Deo diſplicuiſſe tale votum, & ad illam perductum eſſe vindictam, vt Patri potiſſimùm filia vnica occurreret.* Filia immolata eſt, ne dum homines cogitauerint obſequia humani ſanguinis retardanda, ea fallaces Numini promittant obſequia, conenturque mercari gratiam obſequiis nunquam adimplendis, ac promiſſionibus ipſa lege retractandis. Auguſtinum audi: *Hanc pœnam Patri fuiſſe tributam (poſſemus iam dicere) ne impunitum talis voti relinqueretur exemplum, vt aut ne magnum aliquid ſe vouere Deo putarent homines, cùm victimas humanas vouerent, & quod eſt horribilius, filiorum.* Attentiùs audi quæ annectit: *Aut non veræ, ſed potiùs ſimulata eadem vota eſſent, cùm velut exemplo ſperarent Abrahæ, qui vouiſſent, Deum prohibiturum talia compleri.* Vouent quaſi pietatem oſtentantes; attendunt verò votum non adimplendum, geſtiuntque expiſcari ſibi commoda de fallacia; verùm accidere ſolet in fallaciæ pœnam, vt quæ putabantur impoſſibilia, fuerint dolore ingenti perfecta.

155 Verùm vt fallacia promiſſis geſtit imponere, & de impoſſibilitate ſibi prouidere, ita vetus & conſtans amor ad impoſſibilia ſe extendit, & in ipſa affectionis officina inuictas ſibi vires excudit. Huius veritatis mirum extat Magdalena exemplum: demortuum, ignominioſoque ſupplicio patibulatum Dominum ſtudio ardentiſſimo perquirebat, quin viuidiſſimas eius amoris flammas potuerit ſopire abſentia, aut extinguere iniuria: vel ab Angelis obtutum auertit, vt Dominum Angelorum inquireret: cúmque ab ipſo Domino ploratus cauſam rogaretur, non timuit prodere; imò ſapientiſſimè ſtulteſcens non reſpondit quæſito; ſed deſiderio: *Domine ſi tu ſuſtuliſti eum, dicite mihi vbi poſuiſti eum, & ego eum tollam.* Quem tolles? Hominem proceræ magnitudinis? Vbi tibi vires ſuppetunt ad votum, quando poſſibilitatis metas tranſgreditur deſiderium? Iam reſpondet pro Magdalena Bernardus apud Tilman. in allegor. vires ſcilicet ab ipſo emanare affectu, & honeſtè cum impoſſibilitate congredi palmamque de ipſo impoſſibili ambire: *Conſidera quàm vehementiſſimo affectu Beata hæc mulier diligebat Chriſtum Regem: Domine, inquit, ſi tu ſuſtuliſti eum. Quem eum Maria? Quem eum, cum de nullo fecerit mentionem? Ad quem relationem facis? Putáſne quod in omnibus cordibus verſetur ita memoria dilecti tui ſicut in confiſterio cordis tui? Et ego, inquit, eum tollam.* Opportuniora noſtræ theſi, quæ Bernardus adiicit: *Mira res, hominem perfectæ ætatis, virum, cuius corpori vix centum libræ ſufficiunt vnguentorum, tenerrima mulier portabis & tolles? Ardens & affecta locutio quæ de puritate amoris infuſa promiſit, quod implere non poteſt, nihil enim amanti difficile eſſe videtur.* Vſque ad impoſſibilitatis campum amor excurrit, ne minus videatur audere honeſta ardoris flamma, quàm fallacia ſubdola. Sunt politici, qui eis obſequiis admittantur obſtringere, quæ putant impoſſibilia exhiberi. Ergo amor de impoſſibilitate ſibi etiam procudat elogium, & obſequij protendat terminum.

156 Cùm mulier adæquè pietate & diuitiis magna Eliſæum ſanctitatis elogium ſuam per ciuitatem frequenter variis vrgentibus cauſis tranſire animaduerteret, religioſum ei præparauit hoſpitium, & deuotum exhibuit obſequium: Eliſæus, vt religioſa officia gratus remuneraret, agnoſcens mulierem filiis priuari, & filiorum deſiderio teneri, promiſit precibus à Deo impetraturum ſe filium: *Præcepit* (Giezi) *vt vocaret eam, quæ cùm vocata fuiſſet, & ſteriſſet ante oſtium, dixit ad eam: In tempore iſto, & in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium.* Mulier modeſtè reſpondit: *Noli quæſo, Domine mi, vir Dei noli mentiri ancillæ tuæ.* Profectò verba à ſe ipſis videntur diſſidere: ſi Dei appellat virum, cur mendacem aſſerit? aut ſi habet mendacem, cur Dei appellauit virum? Quia mulier vti vrbana nouerat plures beneficia accepta ſe cumulatè gratificaturos promittere, eis tamen rebus, quæ cenſent terminos poſſibilitatis ſupergredi, nunquamque effectum ſortiri: vir eius iam erat ſenex, ipſa aut natuta, aut diuturnitate temporis effœta. Ergo dum vidit ad obſequium gratificandum promittere filium, timuit, ne aulicorum more nugaretur, euanidiſque promiſſis ſpem illuderet, & beneficium illuſione compenſaret. *Filium*, aiebat Giezi, *non habet, & vir eius ſenex eſt.* Senibus ætatéque longæuis pro obſequiorum mercede promittere filium, ad ſpeciem non erat promittere, ſed iocari; ergo prudens mulier, ne nimis haberetur credula, teſtata eſt huius generis promiſſa non tam videri à verace profecta, quàm à fallente prolata.

4. Reg. 4. 16.

Abulenſ. lata. Opportune Abul. q. 25. *Vidit mulier hoc ferè impoſſibile naturaliter, cum vir ſuus ſenex eſſet: ideò putauit quod non ducebat ei hoc tanquam futurū eſſet; ſed vt eam latificaret, & ipſa dixit: Noli mentiri, ſcilicet, non aſſerat hoc: quia difficile, & eris mendax in eo.* Cùm non ignoraret cordata mulier plures conari exhibere ſe ad ſpeciem gratos, acceptiſq; beneficiis reſpondere, eis tamen obſequiis, quæ ſolùm poſſunt promitti, cùm nequiuerint adimpleri: monuit Eliæum ne ſimili vteretur ſtylo, quando ipſa pro exhibito officio aliam non ſuſpirabat mercedem, quam ipſam religioſiſſimam ſeruitutē. Certè quàm ex animo propheta promiſerit, cōprobauit effectus; at dum mulier citò non credidit, quam fallacius promiſſis nonnulli illudant monſtrauit. Plures experieris operas ſuas expromptiſſimè promittentes, quando cenſent nunquam te eis vſurum, alij ſub hac vel illa conditione, quam nunquam venturam credunt, cumulatiſſima officia offerunt, & ampliſſima obſequia promittunt.

157 Cant. 3. v. 1. Abierat ſponſus, & quidem longè: vtque ſponſa amorem ſuum proderet, aiebat: *Surgam, & circuibo ciuitatem, per vicos, & plateas: quæram quem diligit anima mea.* Sponſus vt dilectam inuiſeret, temporis iniurias deſpexit, & in montibus Saliens, colleſque tranſiliens aduenit: *Aperi mihi ſoror mea.* Quid tunc? varias excuſationis cauſas Cantic. 5. v. 2. colorat, ne hoſpitio recipiat: *Expoliauit me tunica mea, quomodo induar illa?* Omnino à ſe ipſa diffidere videtur: ſi modo allerebat ſe ciuitatem peruagaturam, deſpecturam cubiculi commodum ac periculi detrimentum: *Surgam, & circuibo ciuitatem:* cur modo vel oſtium aperire recuſet? Quod modo exigitur, eſt facillimum; quod ipſa tentabat arduum: quomodo ergo quæ ſuſpirabat radua, ſic gelaſcit ad facillima? Fortè quia tunc ſponſum montium longiſſimis interuallis, latis collium ſpatiis ac difficultatibus exiſtimabat diuiſum: Ergo cum non adeò facile credebat hoſpitium credebat, ſe quæſituram promittebat, vt exhiberet obſequium; at cùm occaſio opportuna adfuit, promiſſorum oblita eſt. Nec vni hoc ſponſæ accidiſſe reperias: ſunt enim plures, qui abſentibus, quorum non timēt præſentiam, obſequentiſſimos ſe fore, ſi adfuerint, promittant, ſuſpirare ſe inſeruiendi, indulgendique occaſiones mentiantur; cùm tamen ſi caſus accidat, ſupercilio hoſpitem feriant, & citiſſimè domo excludant. Opportunè noſter Delrius in littera: *Quæ paulò priùs per niues & ignes ſecutura videbatur, & mox faſtiditum ſummo cū labore quæreret, friuolas & pueriles moras nectit.* Delrius. Cùm promiſſorum tempus adeſt, varias & friuolas nonnulli excuſationes prætendunt: quia non promiſerant, vt implerent; ſed vt fallerent, & fallendo gratiam inirent.

§. XXXIV.

Non ſemel fœmina, dum domo egreditur, periculum ſibi creat, & ſuis dolorem maturat.

158 Tertull. PLures *Eccleſiæ*, inquit Tertullianus de veland. virgin. c. 2. *virgines ſuas abſcondunt*: forte vt periculis eximant. In lucem producta venuſtate, dum laudis faſcinum patitur, puritatis candor ſæpiùs extinguitur. Qui virginem laudat, pluſquam ſi vituperaret, confundit. Et quidem illam conſuetudinem, quæ dum oſtēdit virgines, negat, mirè docu't raro, aut nunquam ſine periculo ſpectari, & venatiuis impudentiæ oculis obiici. Thamanææ filia non potuit matri grauiſſimum non afferre dolorē, dum à Dæmone impulſa per vrbem vagabatur audacię inſpectantium ſemper obiecta: *Filia mea*, aiebat non ſine lachrymis, *malè à dæmonio vexatur.* Et qualis vexatio hæc? Iam explicat Seluciēnſis Baſilius orat. 20. *Domo exiliens vrbem peruagatur.* Miſericordiam meruit, quæ filiæ diuagationem per vrbem doluit, quādo nonnullæ matres pro dęmone filiabus ſunt in publicum producentes, & oſtentantes. Prodiens matri doloris erat materia: quia fortè ſubibat periculum pudicitia. Mulier humanis aſpectibus ignota, domique cauſa ignorat impudentis audaciam, neſcit audaciæ iniuriam, vitat periculorum materiam; at domo egrediens ſibi non ſemel ſtragem attulit, & ſuis ignominiā peperit. En Iephthe filia patri occurrit ouanti, & dum feſtiua occurrit, imprudenter ſe morti exponit: *Reuertente Iephthe in Maſſpham domum ſuam occurrit ei virgineta filia ſua cum tympanis, & choris: non enim habebat alios liberos: quæ viſa ſcidit veſtimenta ſua, & ait: Heu me filia decepiſti me, & ipſa decepta es.* Putabat filia domo excedens lucrari planum; ſed inuenit periculum. *Cœpit diabolus*, inquit Iuſtinus Martyr quæſt. 99. ad orthodox. *occaſionem ex imprudenti voto, & conatus eſt inde laqueum tendere Iephthe, quo delinqueret. Itaque impulit filiam, vt ei obuiam prodiret.* En ex Iuſtini ſententia à dæmone impulſa Iuſtin. domo exiluit, & dum exiluit, mortem inuenit, patremque graniſſimo dolore lauciauit. Adde, vt filia domo egrediens mortem incurrit, ſi vxorem domi latitantem euaſiſſe, & Iephthe deſiderium fruſtraſſe. Putant plures emiſiſſe votum, dum arbitratur vxorem ſibi occurſurum, vt ſic pietatis colore, quam faſtidiebat, poſſet immolare, ſeque ab illa moleſtia pietatis fuco expedire; verùm vxor dum ſe continet, dum domi ſedet, fruſtratur periculum, fugitque gladium. Adeſt Auguſtinus quæſt. 49. in Iudices: *Indicat ſe impeditum, ne illud, quod cogitauerat, impleret: quem autem potuit cogitare, qui filios non habebat? An coniugem cogitauit, & vt hoc fieret, Deus noluit?* vxorem cogitauerat egreſſuram; verùm dum illa domi clauditur, imprudens deſiderium eluditur. Nil potuit in vxorem, quamuis occaſionis laqueum prætenderit, fraudemque concinnauerit, dum vxor fugit aſpectum, & ſeruat domum. Auguſtin.

Sponſa domi clauſa ab ſponſo miris encomiis 159 laudatur: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Hæc ipſa iam ingemit Cant. 5. v. 2. vulnerata, pallioque exuta: *Vulneauerunt me, tulerunt pallium meum.* Quàm alius fuit modico temporis interuallo ſponſæ ſtatus! nuper audiebat immaculata, & modo ingemiſcit & percuſſa, & diſpoliata. Et quæ huius diſcriminis cauſa eſt? Prodit ipſa: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem*: modò extra domum vagatur, antea continebatur domi. Ergo quę domi latos habet pedes, nullaque macula quieſcebat infecta, extra domum luget ſanguine defœdata. Iam amiculus aufertur, iam facies vſu percutitur, & quæ domi immaculata, foris iam vulnerata & percuſſa: *Cuius vocem*, inquit Gregorius ad hunc locum, *audiens etiam cum dormit, ſponſa dicit: vox dilecti mei pulſantis: quid enim pulſans dicat, ſubiungit: Aperi mihi ſponſa mea, amica mea, columba mea, immaculata mea.* Dum domi cauſam, Gregor.

placideque

placidequé dormientem, & ab omni mundiali ſtrepitu liberam inuenit ſponſus, immaculatam vocitat,& columbam; at dum ſe foras proripuit, plagas accepit, palliumque amiſit. *Dum ſponſa dormit*, addit Gregorius, *dilectus, vt aperiatur ei pulſat.* Ipſa ianua puritatem cuſtodiebat, ipſa clauſura columbam deprædicabat: vt nouerimus quàm alia ſit fœmina domi ſecretum incolens, aut oculorum conſpectum adiens.

160 Sara etſi aliquali ſe culpa inquinauerit, periculum tamen mortis effugit;Lothi vero vxor Angelis etiam ſtipata exemplum manſit in ſtatuam ſalis conuerſa: *Reſpiciens vxor eius poſt ſe verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Si Sara delinquit, cur effugit pœnam? Et ſi vxor Lothi Angelica manu alleruatur, quomodò patitur mulctam? *Apprehenderunt*, inquit textus, *manum eius, & manum vxoris eius, ac duarum filiarum eius eo quòd parceret Dominus illi.* Mira res:vel inter ſceleſtiſſimos manſit illæſa,quæ perit foras educta. Fortè docere nos voluit ſcriptura, quantum mulieri ſubſidium ſit à domus ſecreto,quamque obnoxia viuat vel Angelis ſtipata,extra domus clauſtra, periculo Sara ſupplicium non tulit,dum ipſis Angelis abſcondita, & tabernaculo clauſa: *Vbi eſt Sara vxor tua?* Rogantibus Abrahamus reſpondit: *Ecce in tabernaculo eſt.* In tabernaculo leuiùs peccator,extra vrbem grauiùs delinquitur: Lothi vxor extra domum præceptum temerat,ſaliſque ſtatua publicitatis periculum, curioſitatiſq; detrimentum ſine voce cunctis declarat:Sara dum abſconditur,fœcundatur: *Ecce in tabernaculo eſt, erat enim ſimplex,* ſcribit Lyra, *& verecunda,& ideò ſe non exponebat aſpectibus hominum.* Non attendit ob nimiam ætatem iam tranſiluiſſe periculum; ſed muliebris conditionis ſtatum: fœminas docuit ſenio etiam confectas tabernaculi agere cuſtodiam, & adornare verecundiâ cautelam.

Geneſ.19. v.16.

Geneſ.18. v.9.

Lyra.

161 Decem virginis ſponſi aduentum præſtolabantur, vtque moræ leuarent tædium, aſciuerunt ſibi ſomnum: *Quinque ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.* Fortè dormitationis,dormitionisque differentia pro virginum diuerſitate fuit poſita:nam quinque, licèt prudentiſſimæ pro humana fragilitate aliquali deturpantur errato,dum etſi cadentia ſupercilia ſatagant detinere,ipſa in lucta inueniũtur tantiſper vinci: imprudentes inerti ſe tradunt ſomno,certamine cum ſpectandi moleſtia excuſato; media nocte excitantur non ſolùm dormitantes; ſed etiam dormientes: *Ecce ſponſus venit,exite obuiam ei.* Somno clamoribus excuſſo prudentes lampadas ſuas reluminant; imprudentes de olei penuria nequeunt fouere, & ad fulgorem reluminare.Quid tunc? Domo egrediuntur,vt quæſierint oleum, & extra domum vagantes miſerum patiuntur exilium:*Dum irent emere, venit ſponſus, & quæ parata erant,intrauerunt cum eo ad nuptias, & clauſa eſt ianua.* Intra ianuam clauſis felicitas obtingit æterna:quaſi idem fuerit virgines clauſo oſtio ſecreta in colore, & omnia remouiſſe pericula: vt è contra idem fuit imprudenter extra domum vagari, & à felicitate ſecludi: dormiebant inertes oleo vacuæ;verùm dum clauſæ domum inhabitabant, clamor cæleſtis illas admonebat fortè ſi intra domum manſiſſent,clauſa illas ianua à prudentibus non arceret, nec grandi adeò interuallo diſiungeret:illarum namque fatuitatem medicaretur clauſura,& ad virtutum,prudentiumque ſe reciperent caſtra; at dum ſe foras proripiunt,calamitatem inueniunt: *Clauſa eſt ianua.* Ianua maculis inquinatas,& virtute diſtinxit floridas:quaſi idem ſit in fœminis domum incolere, & virtutibus ſtudere: domo exilire, & piaculis defœdari. Innuit Chryſoſto.apud D.Thom. *Hæ virgines ſtultæ erant: quoniam hinc receſſerunt miſericordia carentes.* Miſericordia carebant;verùm fortaſſis,ſi publicitati negatæ domum incoluiſſent, aliquod ſibi impetraſſent ſubſidium,quo depellerent detrimentum; verùm dum recedunt,dum ſe oculis prædatorum exponunt,dum pulchritudinis quærunt plauſum,ſibi maturauere periculum. Vt hinc erudiantur fœminæ, quàm illis ominoſum ſit publicum, & quàm vtile ſecretum.

Matth.25. v.2.

Chryſoſt.

Pharao humanâ facile bellua truculẽtiſſima cum nulla humanitate Hebræorum infantes rapidis fluentis iugulandos tradebat: erat calamitas dictu acerbior:infantes nondum ſolis iubar contuiti vorticibus tradebantur, vt parentes nec ipſis corpuſculis anxietatem ſolarentur:Deus pro infinito miſericordiæ cenſu tẽpus furenti concedebat, ſi fortè reſipiſceret,ſeque menti reſtitutus ſeruaret; verùm qui feritatis metas tranſgreſſus adhuc ſuſtinebatur, dignum per filiam ſupplicium inuenit, propriiſque expenſis nutriuit: nam cùm Moyſes fiſcella incluſus fluenta caſibus expoſitus nauigaret, regiſque filia oblectandi animi cauſa ripis accederet, ficellam iuſſit afferri, intuſque puerum elegantiſſimum conſpicata affectu iam ad maternam pietatem vrgente ſeruari curat, & nutriti: *Ecce deſcendebat filia Pharaonis, vt lauaretur in flumine, & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cùm vidiſſet fiſcellam in papyrione, miſit vnam è famulabus ſuis, & allatam aperiens, cernenſque in ea paruulum vagientem miſertа eius ait:* De *infantibus Hebræorum eſt hic.* Vt puellæ eius coniecerunt affectum,adulabantur propoſito: nec defuit quæ ſecretò nutriendo, aſſeruandoque puero ſuas operas promitteret: *Cui ſoror pueri, vis, inquit, vt vadam, vt vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire poſſit infantulum?* Vocaturam ſe promiſit, ſi Principiſſæ placeret, puero nutricem:& quando famulæ ſodaleſque recuſarunt aſciſcere,ſi arbitratæ fuerunt placere.Itaque infans, cuius virga futurum erat, vt periret Ægyptus,à fœmina domum egreſſa aſſeruatus eſt, & nutritus.Notauit Philo lib.1.de vita Moſis. *Ferunt curâ preſſam, & ea die maximè anxiam, cùm hactenus ſolita eſſet domi ſe continere, ac ne linea quidem tranſcendere,proripuiſſe ſe cum puellis familiaribus ad fluuium,vbi puer fuerat expoſitus.* Semel egreſſa eſt,locũ petiuit ab omniũ frequentia remotũ,& nihilominus ibi inuenit hominẽ totius regni dignum excidium,& ferendũ cunctis naufragium,

Exod.2. v.5.

Philo.

163 Iaël piâ fraude fugienti Siſarę occurrit tabernaculo egreſſa, ibique tutẽlam pollicita: *Egreſſa Iaël in occurſum Siſaræ dixit ad eum: Intra ad me, Domine mi, intra, ne timeas.* In Siſara adumbrati dæmonem tradit gloſſa moralis: *Siſara interpretatur excluſio gaudij: diabolus autẽ nititur excludere fideles à gaudiis paradiſi.* Sed rogabis cur diabolus ſe falli ſiuerit, quoue niſus à fœmina crediderit aſſeruandum. Innuit ſanè textus, dum ait: *Egreſſa igitur Iaël in occurſum Siſaræ, dixit ad eum.* A Iaële deluſus aſſeruandum ſe credidit,dum illam deſerere tabernaculum vidit: quaſi ipſius mulieris è domo egreſſus ſit Siſaræ auxilium, & ſecuritati ſuffragium:non timuit verſutus intrare: quia conſpexerat illam egredi. Clauum, quo occidit, paſſionem Chriſti repræſentaſſe tradit Rupertus apud gloſſam: *Clauus tabernaculi ipſum eſt ſtigma paſſionis*

Iudic.4. v.18.

Gloſſa.

Rupert.

Iaëlis clauus passionis Domini stigma.

passionis Christi. Ecce, quo figitur fœminæ tabernaculum, clauus gladius fuit in Sisaram: quia dum Iael latebras incolit ipsam passionem clausura præfert: tabernaculum ad se traxit; sed intra occidit.

§. XXXV.

Humana felicitas nunquam cumulatè plena: quia semper aliquibus anxietatibus perturbata.

164 INter ipsa antiquorum commenta nonnulla inueniuntur non sine lepore excolendis moribus opportuna: ingenium cæcitas colebat deorum turbam: Febris dea inter reliqua Numina censebatur, eratque eius fanum ipso in palatio constructum. Heruet. *Febris* (inquit Heruetus Gentianus commentatius Clemētis Alexandr. ad hortatoriam ad Græcos) *fanum in palatio videmus.* A Regum palatiis putares omnem exulare calamitatem, ibique nullam interseri mœstitudinem; verùm ibi etiā Febris iurisdictionem sortiebatur, & infirmitas regum felicitatibus dominabatur inserta, & ipsa in aula morata. Nullus est quem aliqua cupiditas non inflāmet, nullus quem calamitas aliqua non diuexet. Carebat pater prodigo, cùm maiorem domi retinebat. Prodigo aduentante alter protinus exulat, lætitiamque semper querulus intorturbat. Chrysoi. *Cor patris,* aiebat Chrysologus serm. 4. *anxium variis afflatur motibus filiorum, & inter diuersos pignorum casus genitoris pietas stupefacta discurrit: quia videt fratrem fratris reditu mox fugari, & salute alterius sibi alterum mox perire, ac mœrorem longum breui gaudio pēsatum inuidiæ liuore turbari.* Opipara mensa, dulcis harmonia filij celebrabat aduentum, omnique domui fundebat gaudium; verùm non defuit exasperatus germanus, qui interrumperet lætitiam, dum patrem profert querelam. Nec aliter Iephthe accidit: deuictis Ammonitis reuertebatur hostilibus ditatus spoliis, & lauris redimitus florentibus, cùm filia obuians patris in mœrorem conuertit gaudium, & iam pro iteratis faustisque acclamationibus succedit triste lamentum. *Occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos: qua visa scidit vestimenta sua, & ait: Heu me filia mea, decepisti me, & ipsa decepta es.* Inter choros auditur lugubris eiulatus, & eo ipso tempore, quo redimita resplendent tempora, ornamenta proiiciuntur dolore discissa: victor luget, ipsaque victoria in luctum conuertitur, & triumphi gaudium filiæ mortis mœstitudine commutatur: Abulens. *Scidit vestimenta sua,* inquit Abulensis quæst. 45. *in signum doloris: sic erat mos antiquis.* Gaudium dolore miscetur, & quem admirabaris felicem, experieris miserum, & lugentem. Nihil humanum lucet ad cumulum: quia aut interna perturbatur, aut externa causa intercipitur.

165 Dauid inuidia impetitus cogitur exulare, cúmque eius vitæ notitia liuori esset dolor acerbissimus, manum cogit Saul, montes inscendit, valles lustrat, campis exerrat prædator iniustus; verùm dum occultum requirit, eius. quem quærebat, per imprudentiam fit præda: spelæum ingreditur, in quo Dauid latitabat, incautus, & cùm in manibus haberet prædam maluit coronari patientiâ, quàm splendere corona; oram tamen præcidit chlamydis ad fidelitatis argumentum, vtque aduersarium discriminis faceret certiorem, præcisum ostendit frustulum: *Præcidit oram chlamydis Saul silenter.* Cen- 1. Reg. 24. seres Dauid regni felicissimo auspicio lætū, & no- v. 6. bilissimo triumpho fortunatum, & tamē conscientiæ morsu dolet stimulatus, & graui dolore ictus: *Post hæc percussit cor suū Dauid, eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul.* Vtrumq; Dauidem scilicet, & Saulem anxius distorquebat dolor: Dauid angitur conscientiæ morsibus repercussus: Saul præcisa iam chlamyde dignitate priuatus: itaque vtriusque felicitati aliquis contigit næuus: chlamydi quid defuit externè, quid cordi dolorem attulit intimè: vt noueris nullius felicitatem completam; sed internis, aut externis causis turbatam: *Memordit eum conscientia sua,* inquit Hugo Cardinalis, *de eo quod fe-* Hugo. *cerat.* Chlamys decurtata sordescit, Dauid facti sui pœnitudine dolet.

Elias benignè à vidua receptus famem depulit; 166 & quod imminebat discrimen, prouidenter amouit: *Hydria farinæ non deficiet, nec lecythus olei mi-* 1. Reg. 17. *nuetur, vsque ad diem, in qua Dominus daturus est* v. 14. *pluuiam super faciem terræ.* Panis multiplicatione iam vidua temporibus insultabat, & panis copia calamitatem vincebat; verùm non multò post ardentissima filiū febris adoritur, & iam mater filij ægritudine perturbatur: *Factum est autem post hæc ægrotauit filius mulieris matris familias, & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus.* Ecce dum filius salute viget, alimentum deficit, & dum suppetit alimentum, paratur filio sepulchrū: nullum tempus interceßisse videtur, quò vidua cumulata felicitate fruatur: nec mirū quando in Sarepta, hoc est in mundo nil est omnibus numeris absolutum, & cumulatè perfectum: si affluant diuitiæ, de- Genes. 15. est hęres, & clamat Abrahamus: *Domine Deus quid* v. 2. *dabis mihi? Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris mei iste Damascus Eliezer. Mihi autem non dedisti semē, & ecce vernaculus meus hæres meus erit.* Abragamo deerat hæres exundantibus diuitiis, seruus carebat diuitiis, & exundabat hæredibus: qui hæredem habet, premitur seruitute, ingenuus & opulentus caret hærede: quia pro humanarum rerum conditione nil inuenitur anxietate aliqua non intextum, ac dolore immixtum: *Pluuiam promisit,* scribit Basilius Selucienſis orat. Basil. 11. de Elia, *nubes votis accommodat, & hydriam vertit in alimenti fontem, quantumque dies poscebat, tantum hydria suppeditabat.* Addit: *Morbus oculos versabatur, & vidua filius rapiebatur: Dei decreto inhebatur anima transire de corpore, & prophetam circumstans vidua.* Dues viduatur iterum filio, filio superstite non habebat alimentum, vt suspensum semper distorqueret votum, & anxium, præcordia pultauerit desiderium: Elias maternis commotus lachrymis vitam restituit puero, & mater mœrore in lætitiam commutato exultat, & gaudet: quia & copia suppetit, & filius viuit; hoc tamen non sine ingenti miraculo perfectum est, vt noueris sine miraculo plenam felicitatem non florere, nec mœstitudinem exulare: *Contra homines mors iniuncta,* subnectit Basilius, *per Eliam vinci didicit, ac lingua prophetica vim passa lugubre cecinit.* Vidit mors, quæ anteà non didicerat: agnouit inanes se spes fouisse, & maiores quàm sibi, orationi vires inesse; verùm necessarium fuit rerum naturam inuerti, vt vidua frui posset integro commodo sine anxietatis tributo.

Digitized by Google

Cùm Dominus deserta peteret, illum turbæ quocumque collubitum erat, sequebantur: videbant nullam aliam viam errore vacantem, & saluatorem sequebantur: ibi morbidus eximebatur à morbo, ibi cœlesti doctrina pascebantur; sed fame adurgente ad commiserationem vocabant: *Desertus est locus, & hora iam praeterijt: Dimitte turbas, & euntes in castella emant sibi escas*, aiebant discipuli: Matth. 14. v. 15. & 20. Christus discumbere præcipit turbas, & iam præ panis copia coangustabatur eremus: audiebat olim terra: *Germinet herbam virentem*; modò verò excusatis interuallis de manu Domini panes efflorescebant, & iam non vt manna olim; sed sine mensura saporato extemporarioque mensæ alimento exundabant: *Manducauerunt omnes, & saturati sunt: & tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.* Miraculo patrato inscendunt discipuli Scapham, & infida maris tranquillitas vertitur in procellam: acriùs adspirabat ventus, & nauicula vndique retusa viam, qua appelleret portum, non inueniebat; imò confusis ruentium vorticum voluminibus periclitabatur semel & iterum circumacta: *Nauicula in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.* In mari abundant panibus; sed vt ventorum impetuntur adsultibus: in terra ventorum carent adsultibus; sed & panibus: in neutro elemento degebant imperturbati: quia in deserto premebat inopia, & in mari solicitabat procella: *Rursus discipuli*, scribit Chrysostomus apud D. Thomam, *tempestatem sustinent, sicut & priùs.* Chrysost. Hieron. Accinit ibi Hieronymus: *Domino in montis cacumine commorante statim ventus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitantur apostoli.* Vbique angit solicitudo: tellure premit inopia, mari procella. Adde vel miraculosè gradienti per labiles huius sæculi fluctus non deesse aliquam anxietatis occasionem. Ecce Petrus per marinos fluctus incedit iubente Domino, non naufragus; sed viator: timebat pelagus intercipere non timentem; verùm venti turbatur adsultibus impetitus, & clamat pauidus: *Videns ventum validum timuit, & cùm cœpisset mergi, clamauit.* Miraculi beneficio panis copia donatus est in eremo, in æquore vndas calcauit miraculo; & tamen post tot miracula adhuc ingemit, discriminibus perturbatus, & procellæ flatibus impetitus: *Petrus quod maius est, superans*, inquit Chrysostomus apud D. Thomam, *scilicet vndam maris, à minori turbatur, scilicet à venti impulsu.* Terram relinquens anxietatibus plenam mare enauigat non minoribus periculis obarmatum: mare vicit Dei verbo munitus; verùm terra marique deuictis insurgit ventus, & quousque Christi Domini dextera securitatem attulit, perturbatio vocem ingeminauit: *Continuò Iesus extendens manum apprehendit eum.* A Domino apprehensus eludit pericula; sed quousque apprehenditur, anxietatibus impetitur: *Cùm quæ à nobis sunt, defecerint*, inquit Chrysostomus ibi, *tunc ea, quæ à Domino sunt, stant.* Chrysost. Solùm quæ à Domino sunt, perturbationibus carent: quia omnia mundialia varios fortunæ patiuntur casus, & varios in momento temporis reddunt vultus.

§. XXXVI.

Nonnullis parentibus nil adeò infaustum, quàm offerri Numini filium.

AMor naturalis contra rationem agmen habet blandissimum: arma suscipit ex affectibus, & per dulcedinem superat, quos deceptione captiuat: mira res: obæratus nummus, aut falsatus repellitur; & amor falsatus & adulterinus laudatur. Verus amor in alterum tendit; nec quod sibi ad oblectationem expedit, sed quod alteri cõueniens, suspirat: cumque sæpè parentes filiorum honestis vtilitatibus aduersentur, tunc illos teneriùs putant amare, cùm cõstet leges amoris infringere: *Propriũ amorem seu priuatũ*, inquit Cassiod. lib. de amicitia cap. de dilectione proximi. Cassiod. *Apostolus reprehendens: Erunt, inquit homines se ipsos amantes, ita soliciti circa propriam curam, vt de proximi vtilitate non curent. Dilectio sanè se transfundit in alium.* Verus amor dilecto procurat commoda, falsatus blanda, sibi perquirit oblectamenta. Cùm ergo vtilius sit homini Deo consecrari, quàm sæculo viuere, se, non illum amant, qui ne sacrificari Numini impediunt, & sæculo dedicarunt. Errant cæci profectò parentes, dum se infelices deplorant, si filius, filiaue Domino consecrentur, austeriorem vitam amplexi, & mundi retinaculis expediti. Iepthe filia Domino occurrit consecranda, & iam pater se plangit intimo dolore perculsus, vesteque discissa consternationem animi contestatus: *Reuertente autem Iephthe in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris: non enim habebat alios liberos: quâ visâ scidit vestimenta sua, & ait: Heu me, filia mea decepisti me, & ipsa decepta es.* Hebræus textus sic habet: *Genuflectendo fecisti genuflectere me.* Hebraist. Ac si dicat: Prorsus miser, & humiliatus lugebo te vnica filia Numini sacrata, & religioni deuota. Ita Caietanus ad hunc locum: Caietan. *Est sensus quòd humiliasti me ad instar genuflexi: genuflexio enim species est humiliationis, tum secundum situm corporalem, tum secundum affectum animi, tum secundum robur: ex eo enim quòd vniuersum semen suum se amittere ex hoc occursu perpendebat, valde humiliatum se doluit.* Fortalis se non doleret miserum, si filia pudoris diuagaretur iniuria, aut si florida comptaque in se omnium oculos allexisset, iniuriosis virgini plausibus celebrata, aut nuptiis luctuosis demissa; dum verò sacratur Deo, dum gratum Numini aræ imponitur holocaustum, pater intima anxietate dolet, & imprudenti dolore mœret.

169 In amoris Abrahami non solùm erga Deum; sed erga filium etiam testimonium, Isaacum Deus postulat holocaustum: *Tolle filium tuum vnigenitum: quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* Gen. 22. v. 2. Vt verò legitimoque amore erga filium ferri omnibus cõstet, iubet aris deuouere, & Numini consecrare: non erat hæc tentatio diuini solùm amoris testimonium; sed legitimi etiam humani non indubium argumentũ. Et quidem si Abrahamus consecrari Numini filium doleret, nullatenus illum legitimo affectu amaret, quando constabat suspirasse sibi dulcissimum oblectamentum, non filio æternandum commodum; verùm Abrahamus, cui vetus amor, quasi ouis alicuius sacrum exacturus

ad

ad iugulationem comparabatur, lætabaturque: quia amore non adulterino prosequebatur Isaacum, Deo reddere, & in eius obsequium aris imponere. Audiamus Basilium Seleucien-
Basilius. sem orat. 7. *Mentem exacuens, ac manum corroborans de suis extractam visceribus victimam capit, cursu contendit in montem, pedem senescentem iuuenili cursu promouet: naturam & afflictionem peruincebat affectio.* Erga ipsum filium affectio os naturæ obloquenti obstruebat, quandoquidem tantam filio adimere gratiam, gloriamque non esset vera; sed adulterina dilectio. Et quidem vti erat sapiens Abrahamus, dum ex oblato vitulo mercedem perpendit acceptam, ex filij holocausto fore non dubitat vtrique ingentissimum præmium. Diuerterat Deus apud illum aliquando, & sub quercu refrigerauerat: ibi senex mensam explicauit, vitulo-
Genes. 18. v. 8. que opiparo peregrinum cibauit: *Tulit butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & posuit coram eis.* Oblatus vitulus filium natura refragante promeruit: *Habebit filium Sara vxor tua.* Ergo qui filium contra naturæ leges accepit ob vitulum, ob filium magna sibi promittebat, & prudenter sperabat: *Vitulum nuper obtulisti,* inquit eius nomine datus Basilius: *Isaac oblato ecquid bonorum non speres?* Accepit quod sperauit, nempe numerosissimam sobolem cum astris de claritate contendentem, & Isaacum obtulit, vt qui antequam offerretur, erat nobilitatis pater, iam oblatus origo fuerit clarissimæ lucis.

170 Anna dum filium Deo offert, se illum commodare testatur: & quidem commodatum semper ad commodantem pertinere cognoscitur, etsi alter
1. Reg. 1. v. 27. commodato pro tempore vtatur: *Pro puero isto orauit, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum: idcirco & ego commodaui eum Domino.* Dei erat filius, cùm possidebat Anna, Annæ fuit, cùm possedit Deus: non sic pertinebat ad matrem, quando illum gremio fouebat, solerterque eius incrementa curabat, ac dum seruit Domino oblatus temploque deuotus: honestis reddidit Dominus sibi commodatum, ad regiminis fastigium
Gregor. euectum. Adest Gregorius ad hunc locum: *Quidquid commodamus, id reddi nobis in fide excipientis expectamus. Dies verò virtutum spiritualium claritates sunt: quibus profectò diebus Anna filius Domino commodatur.* Vixit in templo à matris gremio seiunctus; sed quos virtuti impendit dies, tot sibi, & parentibus lucratus est claritates. Iure mutui pertinuit ad matrem, dum Deo sacratur deuotus, variæ fortunæ erat domi retentus: *Quidquid commodamus, id reddi nobis in fide excipientis expectamus.* Nonnulli parentes dum toti sunt in temporalibus crementis filiis solicitandis, infelicissimam sibi, illisque sortem non semel ascisc-unt, & calamitati exponunt.

171 Heli filios habebat titulo sacerdotij Deo dicatos; sed, vt videtur, plus curabat primitiis augere, quàm obligationi muneris adaptare: quod illi ex-
1. Reg. 2. v. 29. probrans aiebat Deus: *Quare calce abiecisti victimam meam, & munera mea, quæ præcepi vt offerrentur in templo, & magis honorasti filios tuos, quàm me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei.* Curabat pater vt primitias comederent, non vt muneri satisfacerent: ergo pœna fuit filios immatura occisos morte dolenter amittere, & alios lumina dignitatis migrare: *Ophni, & Phinees in die vno morientur ambo.*
Gregor. Adest Gregorius ad hunc locum: *Magis quàm Deum filios honorauit, quia dum aperta eorum opera offensa contemneret, lucra temporalia iisdem prouidebat: vnde subdit: vt comederitis primitias omnis sacrificij mei.* Non sic Ophni, & Phinees aduersaretur virulentissimus hostis, ac falsato amore flagrans auersatus est pater: nam dum permittit discedere ab aris; dum dulcescere curat non ritè acceptis, claritati generis infert maculam, & filiis solicitat imprudenter luctuosam fortunam. Quàm fuit alia sors Annæ filium Deo vouentis, & Heli filiis temporalia lucra solicitantis, quandoquidem isti & à munere expuncti, & immaturè sunt interempti; at ille & generi claritatem attulit, & in prouectam, honorabilemque vixit senectutem.

Filium peperit mulier astrorum luminibus coro- 172
nata, qui vt lucis iubar intuitus, & ad Dei thronũ est raptus: *Et peperit filium masculum, qui rectu-* Apocal. 12.
rus erat omnes gentes in virga ferrea, & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Mira res: filius non adscribitur, dum oritur, matri, & refertur eius, dum rapitur. *Et peperit,* inquit, *filium, & raptus est filius eius ad Deum.* Dum Deo offertur, dicitur *eius*, id est, matris, quasi matri asseruetur, dum ad Deum rapitur: dum peperit, non dicebatur eius? quasi suspenderetur iudicium, dum actionum expectauerit testimonium: quod deuotio offert, quod pietas confecrat, quod religio Numini sacrat, offerentis esse comprobatur, dum eius filius refertur: *Raptus est filius eius ad Deum.* O felix matri rapina, quæ non abstulit, sed seruauit; quando nonnulli non tam fuerunt parentum soboles, quã carnifices: Deo filium masculum obtulit hæc mater, id est eximium ac perpulchrum, non debilem, & veluti ab ipsa natura repudiatum: *Ex hoc,* inquit Anselmus, *quòd filius suus raptus est ad Dexteram* Anselm.
Dei, confisa tanto auxilio pugnare incipit. Magnum fuit matri auxilium filius Deo semper coniunctus, & ad eius thronum raptus: vtque nouerint patres ob filios Deo dicatos temporalia illis subsidia à Domino sæpissimè prouideri, addit scriptura: *Mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta.* Nonnulli dum reculant offerre, subsidium à filiis sperantes falluntur, quando illos sacrare, Deum est debitorem sortiti. En cùm filium sibi rapit, & alimentum matri prouidenter disponit. Ergo ne timeas Deo filium, filiamue dicare, si exambis tibi felicitatem acquirere.

§. XXXVII.

Nonnulli alterius priuilegium detorquent ad temeritatis auxilium.

QVod est liberalitatis, gratiæue donum certis 173
legibus non tenetur, nec omnibus temporibus applicatur: Sol Iosue deprælianti sistitur, Ezechiæ infirmo retrahitur, vt ipsa varietas, & commendaret beneficium, à liberalitate cunctis declararet profectum: Iosue non datum est ad orientem detorquere, non permissum Ezechiæ sistere, vt ipsa donationis differentia liberè manantia à beneficientiæ fonte proderet beneficia. Quas parabolas Christus Dominus porposuit, omnibus nõ semper explicuit, discipulis verò nõ semel aperuit, quod aliis ænigmatibus obsignauit: *Vobis,* aiebat, Matt. 13. v. 1.
datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autẽ non est datum: quia dum pro volũtatis arbitrio lucẽ impertit, alteri fauet ad gratiã, alteri non facit iniuriã.

Cassiod. Hæc, aiebat Cassiodorus 12. var. 15. de ciuitate supra sinum adriaticum constituta, *nascentem solem ab ipsis cunabulis intuetur, vbi ventura dies non præmittit aurorам; sed mox vt oriri cœperit, lampadem suam vibrans fulgor ostendit, gaudentemque respicit Phœbum, propria illic luminis claritate resplendet, vt ipsa magis solis putetur esse patria Rhodi opinione superata.* Hæc fruitur libenori cœlo, tranquillo aere, cùm aliæ nimbis irruentibus diuexentur, & aerem tenebricosum patiantur. Non fruitur eadem luce ciuitas in collibus sita, & vallibus absconsa; ea tamen est hominum cæcitas, vt quidquid alter diuina liberalitate possedit, sibi promittat, & hoc non rigorosa fiducia; sed detestabili audacia. Vna Magdalena ab illecebris expedita à multis habetur exemplum ad ad prosequendum voluptatum delirium, cùm plures obscœnitatibus infelices nec timorem incusserint, nec retraxerint. Iephthe, vt de hostibus reportaret victoriam, votum emisit, vt quidquid primò sibi occurreret, Numini immolare decreuit: occurrit ouanti filia, nec tamen mutauit pater sententiam: *Aperui os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.* Quærunt interpretes, cur votum imprudenter emissum non fregerit, curque filiam vstulare non horruit? Hugo Cardinalis ait putasse Deum hliæ sacrificium prohibiturum, vt prohibuerat Isaaci: ergo de Abrahami priuilegio animatus ad sacrificium accingitur, & filiam aris imponere non veretur: *Aliud facere non potero: vt quod voverat, redderet*, inquit Hugo ad hunc locum, *sperans Deum prohibiturum, sicut Abrahæ.* Quia Abrahæ dextera gemina voce sutpensa est, suam sperabat Iephthe similiter suspendendam; falsus est tamen: vt nouerimus gratiam non esse sub lege; nec de alterius priuilegio fiduciam nutriendam, nec audaciam confirmandam. Isaacus flammis iam crepitantibus eripitur: Iephthe filia flammis acribus deuoratur: ille glaudio iam ceruicibus impendente reuocatus est, ista dum iugum præbuit, occubuit: falsus est Iephthe, dum sperabat imprudenter vouens, quod accepit Abrahamus religiosissimè parens: non attendit circumstantiarum diuersitatem ad demutandam sententiam; sed solummodò euentus felicitatem ad prosequendam audaciam.

Hugo.

174 Apostoli retia vndis tradebant, cùm Christus deuicta iam morte littoris soliditate consistit, & ne debilẽ tunc obtutũ fulgentissimo lucis iubare obtũderet, ad resurrectionis fidem miraculo præparauit: exundans piscium copia Dominum prodidit, & Petrus se vt antè mari commisit: *Simon Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se: erat enim nudus, & misit se in mare; alij autem discipuli nauigio venerunt.* Ambulasse modò Petrũ, vt anteà super vndas, vt Christo citus accederet, testatur Lyra: *Videtur quòd Petrus Domini memor, quem feruenter diligebat, & priſtina ambulationis super aquas, quando ad Christum veniebat, quòd simile hic fecerit.* Et cur alij Petrum non æmulentur, & per labiles æquoris vndas pressa vestigia sequebantur? Quiævti Christi discipuli, mundique Doctores nos suis factis edocere voluerunt, vnius alteriusue priuilegium trahendum non esse ad nutriendam temeritatis audaciam, aut imprudentem fiduciam. *Alij autem, inquit, discipuli nauigio venerunt*: quia nauigij auxilio tranare æquora, oramq; appellere omnibus concessum; se verò vndis committere excusato naufragio Petro vni datũ, noluerunt de alterius priuilegio nimis audere: quia ignorabant, an quod Dominus Petro cõcessit, velit reliquis similiter dilargiri, aut marinis permittat in audaciæ pœnam fluctibus absorberi. Quod tutum erat, secuti sunt; quod peculiare, mirati. Petrum intrepido gressu calcasse vndas, non illis persuasit audaciam; sed potentiæ Domini docuit reuerentiam: *Petrus ambulare*, inquit Caietanus, *& naviculæ alij vehi possent.* Vehi poterant alij tutò nauicula, an vt Petro super vndas ambulare sine periculo ignorabant concessum: ergo prudenter declinauerunt naufragium, & appulere securi portum. Non omnibus datum est inter vndarum lapsus non labi, non est omnium confusos æquoris fluctus vestigio securo premere: ergo discipuli vndas nauicula tranant, dum Petrum intrepido calcare vestigio spectant.

Ioan. 21. v. 7.

Lyra.

Caietan.

Bonus pastor erroneam ouem quæsiturus adnentat, montes circuit, syluis oberrat, campis excurrit, ac tandem morbidam inuenit, humerisque impositam ad mapalia reduxit: *Imponit in humeros suos gaudens.* Prodigus filius paterna exulat domo, vitiorum vernula fame adurebatur luridus, iniuriis temporum attritus, lutulenti gregis sequendo vestigia fœdus, cùm paternam repetere domum statuit, &, quod mireris, citissimè adimplet: *Surgens venit ad patrem:* Si non ignorat filius à parente; ouem requiri, non cupiditate; sed Zelo, cur non expectat à parente quæri & reduci? Nonne suadebit parenti amoris ingenium, quod pastori persuasit officium? Si pastor quærit, cur & pater non requirat? An docere nos voluit præponendum affectui munus, & solicitiùs curanda, quæ iniunxit obligatio, quàm quæ consuluit adfectio? Benè; sed cùm erga ouem impensa solicitudo diutiùs immorandi occasionem videatur præbere filio, cur tendát pœnitudinis alis, qui expectare quibat ouiculæ exemplis? Quia vti in se reuersus inquit Chrysologus, noluit de alterius priuilegio moras protendere, & ipsa protensione sibi periculum procreare: filius sibi paternam debuit gratiam solicitare, eiusque domum votis ardentissimis exambire: ergo sibi redditus quæri non præstolatur; sed placare patrem culpæ agnitione, & cõfessione molitur: *Surgens venit ad patrem suum*, inquit Chrysologus serm. 3. *Surrexit iste mentis & corporis de ruina, surrexit de profundo inferni, cæli alta contingens.* Chrysologo Ambrosius accinit ad hunc locum: *Ouis à pastore lassa renocatur: drachma, quæ perierat, inuenitur: ad patrem filius suis vestigiis redit, & plena condemnati erroris egreditur pœnitentia.* Subnectit: *Itaque Israel quasi homo saluatur, quasi ouis Iuda colligitur. Malo ergo filius esse quàm ouis: ouis enim à pastore reperitur à patre filius honoratur.* A rationali quodammodo degenerasset filius, si ouis persuasus exemplo, periculoso immoraretur exilio: vt rationis lumine fulsit, adsumpto pœnitudinis patrocinio ad parentis domum inuolauit. Quàm infelix esset, si dum parentis præstolatur aduentum, salutis, vitæque pateretur naufragium. Ergo vt ratione præditus ouis priuilegium pensat ad concipiendam fiduciam, non ad producendam moram: & quidem non pauci dum aliis dilargitam, & sibi dilargiendam vanè promittunt gratiam, irreuocabilem incurrerunt nam vt nulli debetur, ita pro arbitrio dantis præstatur.

175

Luc. 15. v. 5.

Chrysol. Ambros.

Ridet Sara, & risu interrogata confunditur, negateque aggreditur: *Negauit Sara dicens: Non risi, timore perterrita.* Itaque dum de promissione

176 Genes. 18. v. 15.

risit

riſit, & ſe riſiſſe negauit, duplici ſe piaculo obſtrinxit; verùm Dominus maluit parcere, quàm punire; imò ſupplicij loco beneficium largitur, & iam Sara fœcunda prole honoratur. Hic ipſe Dominus apud Lothum hoſpitio benignè recipitur, pro hoſpitij mercede ab eluctantium flammarum periculo totam familiam eripuit; iuſſit tamen oculos
Geneſ. 19. v. 26. ad relicta non flectere: *Noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione.* Quid tunc? vxor curioſa delinquit, & in ſalis ſtatuam verſa ſuo exemplo cæteros auertit à conſimili delicto: *Reſpiciens vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Inquires, cur Saræ duplex ad ſpeciem erratum nõ imputatur ad pœnã, cùm leuior ad ſpeciem Lothi vxoris defectus grauem adeò paſſus ſit mulctam. Hoſpitio receperat Sara; ſed & Lothi vxor illic explicata fuit menſa; ſed & hîc azyma cocta: ergo aut ſimili vtraque plena plectatur, aut vtraque liberetur. O quàm falſa eſt Lothi vxor, ſi de alterius cõdonatione præſumpſit, cùm ipſe qui ibi pepercit benignus, hîc punire potuerit ſeuerus: *Sara*
Gregor. *promiſſiones Dei audiens ridet*, ſcribit Gregorius lib. 9. moral. c. 51. & apud gloſſam; *Sed ridens corripitur, correpta protinus fœcundatur.* Sara miſericordię diuinæ exiſtit exemplum, Lothi vxor ſeueritatis indicium: *vxor retroſpiciens*, inquit Iſidorus apud gloſſam, *in ſalem verſa eſt, exemplum facta ſcilicet, & condimentum vnde alij ſaluantur.* Non ſapit qui miſericorditer aliis dilargita ſibi credidit concedenda; cùm gratiæ iuſtitiæque Dominus pro libito eas adminiſtret, & exercuerit, vt placet. O quot fœminæ, dum alicuius peccata norunt impunita, ſuaque præſumpſerunt diſſimulanda, pœnam tulerunt audacis inſipientiæ, & inſipientis audaciæ: non omnibus idem datur, non omnibus reſipiſcentiæ tempus conceditur. Ecce Iephthe dum de Abrahami priuilegio confidit ad tentandum ſacrificium, filiæ vſtulatæ dolore premitur, & ſpe concepta minùs prudenter fruſtratur.

§. XXXVIII.

Verus amor nullum excuſat dolorem, vt dilectus gloria reſplendeat, & obligationibus ſatisfaciat.

177 OPus eſt amoris pulſus, ibi eius qualitas noſcitur, ibi conſtat an ingenuus, an fuerit adulterinus: temporalis, qui ſe reſpicit amor, mera eſt cupiditas, quantumuis alienum mutuetur elogium: quia ſortiri nequit ingenium, qui non curat ſibi dilectum virtutibus expoliri, & honeſtis obligationibus ſatisfacere: nomine diligit; ſed re odit: vt non ſemel falſata; adulterataque moneta pro vera circumfertur & æſtimatur: ita falſatus amor pro vero accipitur & habetur, cumque ſolùm vrgeat verus, dum dilecto bonum quærit, langueatque dum propria commoda ſtudioſiùs exambit, apud lippientes degener appetitus vocabulum ſortitur amoris, cùm ſit mera res cupiditatis: *Illud ſentiendum eſt*,
Caſſiod. inquit Caſſiodorus lib. de amicitia in prologo, *quod in amicitia vera nihil eſt inhoneſtum, nihil ſimulatorium, nihil lucri temporalis, aut inanis gloriæ venatiuum: non enim amor ille nomine, vel honore amicitiæ dignus eſt, qui alicuius mundana vtilitatis obtentu contrahitur: amicitia ſiquidem ipſa ſui cauſa eſt, ipſa ſibi merces eſt, & longè infra fines amicitiæ amor ille ſubſiſtit, quem expectatio ambitioſa, vel ſpes quæſtuaria antecedit.* Amorem depingebat antiquitas prorſus nudum: nec alitet amoris implere quibit vocabulum: nam ſi veſtiatur aliquali alio affectu, iam degenerat adulteratus, & ipſo veſtitu amoris elogio nudus. Hinc dilaudanda eſt vti ſyncerè, puréque amans Iepthe filia, quæ cùm vouiſſet eius pater, ſi coronaretur de Ammonitis victoria, quidquid ſibi ouanti primum occurreret, altaribus in holocauſtum dicandum, & amoris alis inuolaſſet; patrique occurriſſet, elegit mori, ne patrem contigerit voto non ſoluto fœdari: *Heume, filia mea*, clamabat pater, *decepiſti me, & ipſa decepta es: aperui enim os meum ad Dominum, & aliud facere non potero.* Expectaret à puella iuuentute florenti, & paternis iam ſpoliis exundante mortem prorſus recuſandam; verùm ſic amabat, vt vitam lubenter obtulerit, vt eius pater & victoria fulgeret, & Numini ſatisfaceret: *Pater mi, ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es conceſſa tibi vltione, atque victoria de hoſtibus tuis.* Ac ſi diceret: ſi vitæ meæ contuluero, Numini non ſatisfacies, & victoria parta fortè rebus in contrarium verſis, cadebis: ergo mortem non inuita oppetam, vt pietati ſatisfacias, & redimitus triumphis glorioſiſſimis fulgeas. *Quaſi dicat*, ſcribit Hugo: *Ex quo habes victoriam de hoſtibus, non curo quid de me fiat.* Hugo. Non amabat patrem ſibi; ſed ſe patri: & quidem dum occubuit extincta, amoris viuidior reſplenduit flamma. Quàm alia erat à filiorum cœtu hæc filia! naturæ plures vinculũ detorquent ad vtilitatis commercium, tantumque abſunt, vt propria vita emerint parenti commodum, vt de ipſa parentis morte indignum ſibi venari geſtiuerint lucrum.

Huius veritatis teſtis eſt ille prodigus, qui ſolùm naturæ attendit vinculum, vt polceret aurum: 178
Pater da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit. Oblitus eſt, qui illum contingebat, amoris, cùm Luc. 15. v. 12. oblitus non fuerit hæreditatis. Huius petitionis cauſam ſolito ingenij acumine Chryſologus inueſtigans ſerm. 1. patris longiorem putat defatigatum ob vitam: odio erat prodigo prolixior parentis vita, quia inſana patrimonij vrebatur flamma. Chryſologum audi: *Quantum pius pater, tantum* Chryſol. *hæres impatiens, qui patris fatigatur ad vitam: qui patris, quia tempus audire non poteſt, nititur auferre ſubſtantiam; hic ipſam prærogatiuam filij meruit non habere.* Vocabat patrem; ſed vt acciperet: *Pater da mihi*: vocabat patrem; ſed obærato elogio: vocabat patrem; ſed mento vocabulo, quandoquidem filij prærogatiuam cæca ſic extinxit cupiditas, vt patris vitæ inſidiaretur peruerſitas. Huic plures inueniuntur adſimiles, cùm ratus Iephte filiæ exemplum imitetur, & proprio diſpendio vel parentem gloria fulgere patiatur.

Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, inquit Eccle- 179
ſiaſticus, *& non permanebit in die tribulationis: & eſt amicus, qui conuertitur ad inimicitiam.* Secundum Eccle. 6. v. 8. tempus ſuum amicus temporarius amat; ſi tamen ſuum tempus mutatur, & ipſe ad inimicitias vertitur. Adeſt iam datus Caſſiodorus: *Amicitia, quam* Caſſiod. *mundana cupiditas introducit, fraudulenta eſt, nihil verum, nihil ſecurum aut ſtabile habet: bona hominis amat, non hominem: amorem metitur ex quæſtu: fortunam votis amplectitur, non perſonam, iuxta illud: Non eſt perſona; ſed proſperitatis amicus, quem fortuna tenet dulcis, acerba fugat*: teſte ſacra ſcriptura: *eſt amicus ſecundum tempus, & non permanebit in die tribulationis. Mortalis eſt hac amicitia, quæ quantò accedentius conſentanea eſt cupiditati, tantò*

longius eſt à palatio amicitia relegata. Plurima ex amicitia commoda amicis oriuntur; verus tamen amor in ſe ipſo omne ſibi conſtituit lucrum, & liberali ingenuaque adfectione gaudens omne illiberale de cordis palatio exterminat deſiderium. Profectò optima mortalibus medicina eſt amicus; ſed aduerſitatis Lydius verum aut fictum oſtendit: verus amor opitulatur fluctibus calamitatis ſubmerſo: non fugatur incommodis, ſed opitulatur aduerſis: grauia leuigat, iniuncto humero onera amici ſupportat, amicum Numini & virtutibus aptat; at iubæratus amor ſibi indulget, & ſibi attendit: ſi in malum miſerabiliter duo conuenerint, ſi indigno fœdere in vnum conflentur ſtudium, hæc amicitia deteſtabile ac mortiferum vertitur in venenum. Vera amicitia lucrum non quærit; ſed vel proprium diſpendium tranſit.

180 Eccleſiaſticus, vt veri amoris qualitates exprimeret, ſic aiebat: *Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis.* Videamus qualis ſit optimi medicamenti conditio, vt inde coniecerimus quale digni amoris fuerit ingenium. Profectò medicamentum hominem ſanitati nititur reſtituere: vires reparat, morbos abigit, & omni hominem integritati reſtituit: videas non ſemel medicamentum ignem pati, euaporatum euaneſcere, fragrantiam amittere, idque omne ob infirmi incolumitatem: ergo ille qui integritati ſanitatique amici conſulit, qui honeſto non ſemel diſpendio conformare virtuti ac obligationi ſtudet, legitimus eſt amicus, & magni ſemper habendus: Interlinearis ſic ait: *Amicus fidelis animi cuſtos.* Additque Lyra: *Amicum fidelis diligit ex charitate, & ſic ſolicitus eſt de amico quantum ad bona gratiæ, quæ vivificat ſpiritualiter, & perducit ad immortalitatem.* Digna, honorabiliſque amicitia medicamenti ad inſtar animæ ſalutem procurat, & amicum legibus aptat. Expendere amicum non medico; ſed medicinæ cõparaſſe: nam medicus mercede inpititur, ſolicitiuſq; ſolet curare, vbi cumulatius lucrum, & copioſius tribuitur aurum; at medicamentum diuiti ac pauperi applicatum æquali efficacia infirmitatem oppugnat, & ſalutem anhelat. Ergo bonus amicus omni lucro deſpecto procurandæ incumbit ſaluti, adimplendæque obligationi. Quàm ſalubrè Iephte filia inuenta eſt medicamentum immortalitatis ac vitæ, dum ne pater defœdaretur piaculo, ceruicem obtulit cultro.

Ecclc. 6. v. 16.

Interlin. Lyra.

181 Promiſerat Deus antiquis Patrib⁹, eorũ poſteros ſyderibus exæquãdos, & ad inſtar arenæ maris præ multitudinis copia nullatenus dimetiendos, vtque fidem ſuam liberarit, nihil nõ fecit: mare in ſanguinẽ commutauit: labiles vndas rupiũ edocuit ingenium, vſque ad montis confragoſa deſcendit optimis legibus eorum mores inſtructurus; verùm cum populus tot miraculis, tot beneficiis gratum compelleretur ad obſequium, moræ impatiens conuerſus eſt ad delirium: deos producere quærit, quos potiùs ipſe perdiderit: vrgetur Aaron, iubet inaures de vxorum filiarumq; auribus deferri: exprompte aurum offertur, & vitulus quàm celeriter conſtruitur: ignorabat populus ſympoſiis & ebrietatibus vocans, quo in monte periculo verſaretur: ibi namq; Deus digniſſima indignatione percitus penitus delere cogitat, & Moyſi quid cogitarit, reuelat: *Deleam eos, faciamq; te in gentem magnam.* Moyſes initi cum maioribus pacti refricuit memoriam, Ægyptiorumque non indubiam opponit indignationi calumniam: *Ne quæſo dicant Ægyptij: callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & deleret de terra. Quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abrahæ, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iurasti per temet ipſum dicens: Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas cœli.* Non ignorabat Moyſes ſe innumeris fere laboribus obiiciendum, murmurationibuſque obſcurandum, ſi populus periculo eximeretur; verùm vt in Deum legitimo amore flagrabat, poſtpoſuit vtilitatem amici honori; nec timuit de libro vitæ deleri, ſi ipſa deletione poſſit dilecti obligationi conſulere: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Quàm ardebat amor, vbi nec commodis verebatur priuari, nec laboribus ac periculis adurgeri: & totũ hoc, vt tenerrimè dilectus fidem datam non violaret, & iuriſiurandi obligationem impleret: *Vide Moyſem piè amãtem,* inquit Gregorius apud gloſſam. Adnectit Caietanus: *Primùm ſupplicauit ex parte diuini honoris, modò ſupplicat ex parte diuinæ veracitatis.* Ne Deus, quem impenſe amabat, minus veracis fidelitque apud improbos & obcæcatos notam ſubiret, laudabiliter ipſi reſtitit, malens vehementer affligi, quàm amatum nota aliqua denigrari. Et quidem hic erat amoris honeſti norma, dum ſolùm attendebat virtutem, & deſpiciebat vtilitatem. Verus namque amor ſtudioſè ſolicitat dilecti famam, & omnium virtutum vitam.

Exod. 32. v. 10.

Gregor. Caietan.

§. XXXIX.

Prudentis eſt in virtutis colorem trahere, quidquid proſperâ, aut aduerſa ſorte conſtat accidere.

182 PRudens quidquid acciderit, in virtutis colorem vertet, & de aduerſa ſorte ſibi famam artificio honeſto procudet. *Nulla fortuna*, inquit Senaca epiſt. 85. *nulla res actus ſapientis excludit: id enim ipſum agit, quo alia agere prohibetur: ad vtroſque caſus eſt, bonorum rector, & malorum victor: ſic, inquã, ſe exercuit vt virtutem tam in ſecundis, quàm in aduerſis exhibeat, nec materiam eius, ſed ipſam intueatur. Itaque nec paupertas illum, nec dolor, nec quicquam aliud, quod imperitos auertit, & præcipites agit, prohibet.* Itaque vt Phidias nõ ſolùm ex ebore; ſed ex ære etiam, aut ex viliori materia confingebat ſimulacra facie adæquè perpulchra, etſi nobilitate materiæ imparia: ſic ſapiens virtutem formar in exilio in patria, in dimittis, in paupertate, nec ſe fortunæ; ſed fortunam ſibi adaptat. Putares malis premi, & vtitur ad ſibi elaborandam felicitatem. Vt inuenti ſunt ferarum domitores, qui truculentiſſima animalia, & aſpectu terroré incutientia pati edocent iugum, nec aſperitatem, ſæuitiámue exculliſſe contenti vſque ad contubernium, & conſortium mitigant: ſic prudentes quidquid alios deterret, mitigant, & manſuefacere docent: ipſam mortem emolliunt, ipſum dolorem eneruant tolerantia, & duras auerſiſſimæ ſortis vires infringere norunt patientiâ. Leonibus magiſter inſerit manum; tigrim tractat intrepidè ſuus cuſtos, per funem iubet ambulare elephantem induſtrius Æthiops. Ergo ſapiens peritus edomandi fortunam artifex horrenda manſuefaciet, & vincet. Ecce Iepthe vnicam filiam in ipſo iuuentutis flore morti damnat imprudenti voto, ipſa verò in ſacrificium vertit infortunium, & immaturæ mortis caſuſque victrix manſit æternæ famæ ſuperſtes: *Pater mi,*

Seneca.

mi, inquit, *ſi aperuiſti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcumque pollicitus es, conceſſa tibi vltione, atque victoria de hoſtibus tuis.* Dolorem vicit pietate erga patrem, & communem ſalutem ſuæ vitæ præpotuit, ſicque de ipſa ſibi calamitate gloriam effinxit, famamque æternauit. Ita Ioſephus lib. 5. antiquit. cap. 9. *Ingemuit pater ictus dolore nimio: dehinc conqueſtus de importuno officio indicauit victimam eſſe Deo deſtinatam; at illa non illibenter accepit gratulatoriam ſe fore pro victoria patris, & ciuium libertate hoſtiam.* Accinit Ioſepho Ambroſius lib. 3. offic. cap. 12. *Quod in ſpectatis atque eruditis viris plenum miraculi eſt, hoc in virgine multò magnificentius multoque illuſtrius deprehenditur: quæ ingemiſcenti patri ait: Fac mihi vt exiuit de ore tuo.* Subiungit ingenioſiſſimus Doctor: *Redit ad patrem, quaſi ad votum rediret, & voluntate propria cunctantem impulit, fecitque arbitratu ſpontaneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis ſacrificium.* Temeritatis aulum, imprudentiæ delirium, ad pietatem expoliuit, & dum caſui ſpontaneam voluntatem inſeruit, de fortuito ſacrificium perfecit, & ſimulacrum pietatis effinxit. Quàm æternis decantanda laudibus ſuis nubilis virgo, quam nec amatus ſodalium fletus inflexit, nec immaturæ mortis caſus contriſtauit, nec patris imprudentia ad criminationem impulit: alacriter ferens quod infauſta ſors adduxerat infortunium, alacritate inauratit, & de paterna imprudentia pietatis ſimulacrum ſculpſit: *Quod erat impietatis fortuitum, fuit pietatis ſacrificium.*

Ioſeph.

Ambroſ.

183 Iob. 39. v. 1. *Numquid noſti tempus partus ibicum in petris?* aiebat Dominus cum Iobo diſſerens. Ibices eo ingenio præditæ ſunt, vt quos patiuntur caſus, ſapienter vertant in triumphos? præruptis ſaxis immorantes aliquando vehemens tempeſtas deiecit, aut ipſius petræ lubricitas caſui tradit; ſuis tamen ita ſe cornibus protegunt, & in ipſa ruina ſuſpendunt, vt in triumphum conuertant caſum, & cùm putares penitus attritas, experiaris illæſas: *Si quando*, inquit Gregorius Magnus lib. 30. moral. c. 9. *etiam de altis Saxorum cacuminibus ruunt, in ſuis ſe cornibus illæſa ſuſcipiunt: caput quippe ruentes ferunt, cuius dum prima cornua opponunt, ſit omne corpus à iactura caſus alienum.* Itaque non ſunt ibices caſus expertes; in caſu tamen omnis nocumenti inueniuntur exortes: quia ipſum caſum ſic ſapienter deflectunt ad triumphum, vt triumphent in ipſo caſu: *Fit omne corpus à iactura caſus alienum.* O ſi diſceres ab ibicibus, dum acrior tempeſtas inuadit, dum fortuna durior ferit, dum morbus adurit, ipſum caſum mellire, & virtutis ad incrementum ſapienter deflectere.

Greg.

184 Ioſephum etſi dura inuidentiæ tempeſtas vſque ad Ægyptum detulerit, non abſorbuit, blandior ibi; ſed periculoſior odij tempeſtatem amoris tempeſtas excepit: domina namque ſerui pulchritudine, elegantiaque illecta, ipſaque oris modeſtia ac grauitate acriùs inflammata occaſionem quæſiuit opportunam, qua iuuenis pudicitiam aggrediter deprædari: geminâ face amabatur impudica, occaſionis videlicet ſuffragio, & venuſtatis illicio. Verùm Ioſeph ipſa vitiorum arma conuertit in vitium, de ipſoque periculo ſibi ſæculis decantandum elaborauit trophæum: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in domo ſua, nec quicquam eſt, quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Mira res: quibus adoleſcentes ſolent armari in caſtitatem, Ioſeph ſibi traditis diuitiis vtitur ad virtutem: ſe faretur poteſtate præditum, nec abutitur poteſtate ad flagitium; imò ad virtutem traxit diuitiarum vſum, poteſtatis dominium, & tentationis adſultum. Notauit datus Gregorius: *Cùm voluptas lubrica tentat in proſperis, hæc ipſa ſunt proſpera aculeo tentationis opponenda, vt eò erubeſcamus prauа committere, quo nos à Deo meminerimus gratuitò dona percepiſſe, & illatam gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum, vt ſint ante oculos quæ percepimus, & quæ nos allicium, ſubigamus.* En Ioſeph fratrum odia vertit in proſperitatis auxilium, ſeruitij ignobilitatem procudit in poteſtatis ſuffragium, tentationem in caſtitatis trophæum: nam vti erat ſapientiſſimus, nec aduerſitate defecit, nec proſperitate intumuit; ſed proſperam aduerſamque ſortem ad virtutem traxit, vt fluminum ad mare reuertentium inſtar nomen antiquum deperderent, & auguſtius ac nobilius induerent.

Greg.

Genes. 39. v. 8.

Pſalmiſta Chriſtum de ipſo occaſu ſibi aſcenſum conſtruxiſſe ſæculis pandit, & poſſe occaſum in aſcenſum conuerti oſtendit: *Iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen illi.* Occaſus parens ruinæ hîc inſeruiunt victoriæ, & dum induſtria ſapientia cogitur exuere ingenium, transfertur ad lucis & claritatis auxilium: *Aſcendit ſuper occaſum:* quia ſibi de occaſu elaborauit aſcenſum. Ex ipſa ad ſpeciem ruina eſt fabricata victoria, & occaſus didicit inſeruire non obſcuritati, ſed luci: *Aſcendere eum dixit*, ſcribit Euthymius, *ſuper occaſum: quia cùm inacceſſibilis lux ſit, & Sol iuſtitiæ, ſurer hominum animas aſcendit, & per fidem in his animabus habitauit, quæ anteà occaſus, hoc eſt, noctes meritò dici poterant propter obſcuritatem, atque caliginem erroris, quo olim circumfuſæ detinebantur.* Addit ſtatim: *Vel occaſus dixit pro vniuerſo mundo iuxta illud: Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Occaſus tenebrarũ noctiumque explicabat volumina, quibus lucem impetetet, &, ſi poſſet, interſtingueret; verùm Dominus de ipſis tenebris lucem produxit, & in luminis pulchritudinem, ac claritatem conuertit. Itaque quod videbatur luci aduerſum, & ſplendoris obſtaculum, conuerſum fuit in trophæum, triumphique elogium; quò noueris poſſe de ipſis tenebris virtute omnipotentiæ æmula lucem procreari; de ipſaque obſcuritate ſplendorem procudi. Vrget occaſus, imminet ad ſpeciem ruina; ſed prudens Chriſti diſcipulus ſuper ipſam infelicitatem aſcendit, & quod imminebat periculum, conuertit ſibi in aſcenſum. Itaque, etſi premat calamitas, etſi vrgeat dolor, etſi exaſperet ingratitudo, etſi trux vrat inimicus, ſapiens non cadit; ſed fortunæ dominus ſemper aſcendit: *Aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi.*

185 Pſal. 67. v. 5.

Expendebat non ſine acumine Chryſologus, Dei Angelum ipſo, quem perfidia ad mortis erroriſque auxilium aduoluerat, lapide inſediſſe, & ad vitæ ianuam, ad veritatis ſcholam mirabiliter elocaſſe. Non alio lapide vſus eſt ad cœleſtis lucis cathedram; ſed eo ipſo, quo vtebatur impietas ad ipſius lucis offenſam: *Ecce terræmotus factus eſt magnus: Angelus enim Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum.* Dum reuoluit lapidem, quem perfidia admouerat ad veræ lucis radios prorſus ſepeliendos, ad triſte mortis obſequium, ad funeriſque ſeruitium, ipſa reuolutione & fruſtrauit hoſtile votum, & veritatis procudit triumphum. Teſtatur Chryſologus ſerm. 77.

186 Matth. 28. v. 2.

Quare

Quare non voluit; ſed reuoluit? vt quem perfidia Phariſæorum ad offenſam voluerat, & ſcandalum, Angelus ad fidem reuolueret, & ſalutem. Facile erat Angelo alio lapide inſidere, & inde veritatem de prædicare; voluit tamen Chriſti diſcipulis oſtendere ipſum ſalutis ſcandalum reuolui poſſe ad ſalutis auxilium; indeque Chriſti diſcipulum poſſe lucrum capere, vnde aduerſarius virtutem ſuſpirabat impetere. Præmiſerat Chryſologus ſem. 65. *Factus eſt lapis vas Angelica ſeſſionis, doctrinæ cælectis cathedra, ſchola vitæ, qui à Iudæis ad mortis ianuam, ad cineris ſeruitium, ad triſte ſilentium fuerat conſtitutus.* Itaque aduoluto lapide inimici vitæ occludebant ianuam, mortis obfirmabant imperium, veritatem ſepeliebant; at Angelus, dum reuoluit, ad virtutis præconium trahit. Iam ſchola inuenitur vitæ, qui militauerat lapis morti; iam qui ad triſte ſilentium aduolutus, eſt reuolutus præconium veritatis, & ſcaturigo luminis: ſcit namque ſapiens quæcumque acciderint, ad virtutis obſequium trahere, & ad auxilium felicitatis inuertere. Ergo reuolue lapidem, quo inimicum poſſis ferire, ſi aduoluto te geſtiuerat tumulare.

Chryſol.

§. XL.

Non reſplendet plenè de hoſtibus reportata victoria, niſi iugulata vana gloria prudentiæ reſplendeat ara.

187 VAna gloria, laudiſque cupiditas facinorum tinea eſt: ex ipſis naſcitur, & in ipſa peſtifero dente conuertitur: ipſo nocet, quo elatio placet, & dum factorum extollit gratiam, innubilat gloriam: operis venuſtatem faſcinat vanitas, vtque faſcinum pulchritudinem ſolet euigorare, & languorem ſuperinducere; ita vana gloria dum plaudentibus ſibi oculis demiratur facinoris pulchritudinem, ſuperinducit languorem. Opportunè Tertullianus de veland. virgin. c. 15. *Eſt aliquid etiam apud ethnicos metuendum, quod faſcinum, vocant infelicioris laudis, & gloriæ enormioris euentum. Hoc nos interdum diabolo interpretamur: ipſius eſt enim boni odium: interdum Deo deputamus: illius eſt enim ſuperbiæ indicium extollentis humiles, & deprimentis elatos.* Adnectit ingenioſiſſimus Doctor: *Timebit itaque virgo ſanctior vel in nomine faſcini hinc aduerſarium, inde Deum: illius liuidum ingenium, huius cenſorium lumen, & gaudebit ſibi ſoli, & Deo nota.* Plauſus extrinſecus vel internus pro faſcino virtuti eſt: contra quod humilitatis amuleto expedit obarmari, & prudentiæ antidoto præmuniri. Tunc plena reſplendet ſolum victoria, cum vanitas gloriæque ardor iacent manu prudentiſſima iugulata. Filia Iephte ouanti occurrerat patri; ille verò poſt triumphum filiæ obtulit holocauſtum: *Fecit ei, ſicut voverat, quæ ignorabat virum.* Iam ſi ad mores hiſtoriam interpreteris, noſces cur Iephte accepta de hoſtibus victoria filiam iugulauerit, & triumphum iugulatione compleuerit: nam filia à victore nata, teſte gloſſa morali, vana gloria eſt, quæ ni diſcretionis cultro iuguletur, & triumphus adulteratur: *Aliquando poſt habitam victoriam occurrit ei filia, id eſt, vana gloria, quæ ſolet in talibus conſurgere: dicitur autem talis gloria hominis filia, eo quòd ex hominis fomite procedit, de qua debet dicere: Decepiſti me, &c. diminuendo meritum: & ipſa decepta es: nam fortiùs inſurgit ad ipſam immolandum per maiorem ſui humilitatem.* Vides ſub habitu plaudentis filiam occurrere; re tamen vera meritum anguſtare, & quidem dum plaudit, decipit: nam laudando obſcurat, plaudendoque faſcinat. Hanc ergo filiam rationabili decet cultro immolare, ſi triumpho vndequaque perfecto geſtiueris reſplendere.

Tertull.

Gloſſa.

Ionathas felici temeritate hoſtes aggreditur: reptauit, vt vinceret; verùm dum triumpho inſiſtit, dum inimicos inhoneſtam arripere fugam compellit, quo inimicos feriebat, melle intinctum ad os mucronem conuertit: *Extendit ſummitatem virgæ, quàm habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum ſuam ad os ſuum.* Conuerſa virga in ipſum triumphum armatur iam hoſtis fugæ auxilio ſibi comparat vitam, iam victorum vigor eneruatus amittit palmam: *Defatigatus eſt populus nimis.* Gregorius vt ſemper eſt moraliſſimus, exiſtimat victricem virgam ad ſe conuertere, nil aliud eſſe quàm de egregiè factis ſibi plaudere, gloriamque ambire. Ergo de vanæ gloriæ ardore triumphus obſcuratur, & impeditur. Ipſum audi ad hunc locum. *Quid eſt igitur virgam extendere, & manum ad os cum melle reuocare, niſi tam de prædicationis verbo, quàm de ſtudio boni operis vani fauoris guſtum recipere? ſed quia more electorum peccat, non virga; ſed extremitate virgæ mel leuare dicitur.* Subnectit: *Quid ergo eſt hæc virgæ extremitas, niſi quia plerumque & Dominum glorificare in ſuo opere quidam volunt, & apparere ipſi laudabiles non refugiunt.* Mucro inimicorum ſanguine tinctus rubebat; verùm dum rubet, aliquam victori inſtillat dulcedinem quæ dum adulatur vanitatis palato, non dubitatur nocere triumpho. Ionathæ ſtudium non erat plauſum ſibi quærere; ſed veritatis hoſtes animoſitate intrepida debellare; verùm in ipſo triumpho neſcio quid ſibi arrogauit, quod dum rationi non conſecrat, ſplendorem victoriæ obſcurat.

188

1. Reg. 14. v. 27.

Gregor.

Dauid leonum domitor, vrſorum diſcerptor, qui cantu abegerat dæmonem, qui deiecerat manu gigantem, cùm Dei arca ſolemni deferretur pompa, accinctus Ephod lineo coram Deo ludebat, & delibutus gaudio ſaltabat: *Dauid ſaltabat totis viribus ante Dominum.* Michol ſuperbi filia antiquos ſpiritus corde gerens Dauidi exprobrat ſaltationem; verùm Dauid ſententiam muliebri perſuaſione nõ demutauit; ſed honeſtam vtilitatem ſe amplexurũ ſemper propoſuit: *Ludam & vilior fiam, pluſquam factus ſum, & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, de quibus locutus es, glorioſior apparebo.* Sibi inuicem ad ſpeciem aduerſantia coniunxit: *vilior fiam, glorioſior apparebo:* & quomodo potuit ſe ipſo coram ancillis apparere glorioſior, qui de gigante de dæmone, de leonibus reſplenduerat iam victor? Quia modò, inquit Gregorius lib. 27. moral. c. 27. plena reſplenduit victoria, laudeq; emicuit perfecta: vicerat anteà hoſtes; at modo homini innatam, triumphorumque appendicem iugulauit vanitatem. Benè ergo dixit glorioſiorem modò apparere: quia honeſtæ vilitatis cultro ſuperbiam ac vanitatem mactauit, & celeberrimũ reportatis anteà triumphum adiunxit: Gregorium audi: *Coram Deo egit vilia, vel extrema, vt illa ex humilitate ſolidaret, quæ coram hominibus geſſerat fortia. Quid de eius factis ab aliis ſentiatur, ignoro; ego Dauid plus ſaltantem ſtupeo, quàm pugnantem: pugnando quippe hoſtes ſubdidit; ſaltando autem coram Domino ſe ipſum vicit.* Si triumphus prognata à ſe elatione obſcuretur,

189

1. Reg. 14. v. 14.

Gregor.

Digitized by Google

obſcuretur, ipſa obſcuratione minuitur: externum namque victiſſe hoſtem, & ab ipſo triumpho vinci non eſt perfecta laude fulgere: tunc plena fruitur victoria, cum de ipſa victoria pullulans cultro humilitatis ſacratur Deo vti acceptabilis victima vana gloria. Igitur iure Dauid de vtilitate ſibi gloriã procudit, nec coniungit repugnantia; ſed ſibi amica: *Pugnando hoſtes ſubdidit; ſaltando autem coram Domino ſe ipſum vicit.*

190 Miſſi à Chriſto diſcipuli eas operabantur virtutes, vt iam dæmon non ſolum lugeret victus; ſed vinceretur calcatus: reuerſi cum gaudio Chriſto denuntiabant, quę glorioſè contra dæmonem geſſerant: *Domine etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis in nomine tuo.* Quid tunc Dominus? *Videbam Sathanam ſicut fulgur de cælo cadentem: Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit; verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubiiciuntur.* Serpẽtes veſtigio premere, planta pedis ſcorpiones calcare, eximia videbatur victoria; verùm Chriſtus Dominus, qui nouerat ex ipſa aliquando victoria, quæ victoriam corruperit, produci elationis tineam omnem ad diſcipulorum cordibus tumorem repellit, quo perfectus reſplendeat triumphus, dum omnis tumor aris humilitatis iugulatur conſecratus. Opportunè Titus Boſtrẽſis apud D. Thomam: *Quia lætitia, qua eos lætos videbat, inanem gloriam ſapiebat: gaudebant enim quod quaſi ſublimes effecti terribilis hominibus & dæmonibus erant: ideò Dominus ſubiungit; verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubiiciuntur vobis.* Ipſa inanis gloria aduerſario auxiliabatur, & qui certamine lugebat calcatus, de ipſa conculcatione arma in victores procudebat, & impetitos elatione triũphabat. Ergo Dominus diſcipulos edocuit non ſolùm ſerpentes vincere; ſed victoriæ tumorẽ iugulare: nec enim aliter poſſent tota victoriç pompa ſplendeſcere, & ſerpente attributo triumphare.

Luc. 10. v. 17.

Titus Boſtrenſ.

191 Samſoni bellua occurrit truculentiſſima, necem ſpirabat, flammas oculis euomebat, rugitu omne robur expectorabat, & terrore ante certamen vincebat; verùm vt omnia Dei auxilio, & cœleſti vigori cedunt. Samſon ſpiritu munitus in leonem irruit, & hœdi inſtar dilaceravit: *Irruit ſpiritus Domini in Samſon, & dilaceravit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens nihil omnino habens in manu.* Poſt de leone triumphũ adiecit ſcriptura grandius glorioſiuſque de elatione tropæum: *Et hoc*, inquit, *patri & matri noluit indicare.* Et cur Sãſon eximiæ adeò victoriæ gaudio nõ exhilararit parentes? Cur acceptam cęlitus fortitudinem grata promulgatione non compenſarit, & ad compenſandum retuleret? Qui acceptum beneficium ſilentio texit, aut delinquit ingratus, aut eſt ingrato ſimillimus. Ergo Samſon beneficium diſſimulatione non præteriuerit, nec notitiam tot titulis parenti debitam denegarit. Profectò Samſon tacuit, vt acceptũ non dehoneſtauerit beneficium, vtque plenum perfectũque potiretur trophæum: nouerat victoriæ relatu poſſe aliquam glorioſam gigni, animumq; elatione titillari, & ne detraheret triumpho, triumphum laudabili ſepeliuit ſilentio: *Nihil habens in manu*, exponit Hugo Caſtrenſis *id eſt, nullum bonum opus ſe feciſſe reputans:* Si aliquid ſe feciſſe quod parentibus referret, arbitraretur, ipſa æſtimatione deperderet: ergo vt triumphum habeat, habere ſe nihil reputat. Silentio occidit vanitatem, manu leonem: & vtrumq; ad plenam abſolutamque conducebat victoriam, ad amplioremq; triumphi palmam. Qui ſibi de triumpho plaudit, qui magni dexteritatem, prudentiamue ſuã facit, & magni faciendo amittit. Rubeat manus leonino ſanguine victrix; ſed lingua taceat triumphi aſſeruatrix: nam ſi elatio acceſſerit, & triumphi gloria anolabit.

Iudic. 14. v. 6.

Hugo.

§. XLI.

Qui Deo placere deſiderat, apud homines opinionem ſapienter ſpernat.

192 VT virtus apud plures parui habetur, ita & eius cultor ſæpeſæpiùs depretiatur. Si quis eximio erga Deum affectu luceat, eiuſque inſolitis obſequiis promereri gratiam exambiat, iam apud omnes audiet ſtultus, aut ambitioſus. Proculcanda eſt multorum opinio, deſpiciendaque imprudentũ ſugillatio, alioquin langueſcet animus, & ad virtutem proſequendam pauebit delectus. Benè Seneca epiſt. 66. *Non poteſt honeſtum eſſe, quod non eſt liberum: nam quod timet, ſeruit. Honeſtum omne ſecurum eſt, tranquillum eſt, ſi recuſat aliquid, ſi comploratſi malum iudicat, perturbationem recipit, & in magna diſcordia volutatur.* A ſe ipſa virtus diſcordat, ſi querelas audiat, ſi venetur plauſum, ſi placere diſcupiat: nam dum degeneri affectioni paret, ab honeſtate deſciſcit: dum ſeruit, timet, & dum auram exambit, virtutis nobilitatem corrumpit. Iephte, vt placet pluribus, Dei ſpiritu afflatus, Deo vouit in holocauſtum quidquid ſibi ouanti primum occurreret: obuiauit illi filia patris triumphum choris celebratura, & impendentis periculi ignara; verùm pater dolore ſuperato datam liberauit fidem, & erga Numen ſuam nobilitauit pietatem. *Fecit ei, ſicut vouerat.* Ioſephus lib. 5. antiquit. c. 12. animaduertit non attendiſſe, vt ſacrificium perficeret, qualem apud homines ſubiret cenſuram, nec quomodo eius tractarent cauſam: *Fecit ei ſicut vouerat: non vtiq;* inquit Ioſephus, *deliberans apud animum ſuum, qualis apud cæteros huius facti cauſa videretur.* Quis dubitet hoc facinus apud plures non ſolùm æſtimationẽ non ſortiri; ſed linguas pati? omnes namque, qui ſpecialiter à Deo afflatum ignorabant, legi aduerſum, & patricidam dicebant: ille verò famæ opinionique detrimento holocauſtum perfecit geminum, filiæ videlicet & famæ; vtque Deo exhiberet obſequiũ, apud mortales contempſit probrum, ſuis nos factis edocens eximio virtutis cultori opus eſſe minus prudens hominum iudicium contemnere, tranquillo imperturbatoque animo virtuti inſiſtere, & religioſè diſpoſitũ impedimentis calcatis proſequi.

Seneca.

Tranquillè degit, qui honeſtè viuit.

Ioſeph.

193 Non diſſimilem in ſimili caſu virtutem de Abrahamo deprædicauit Veronenſis Zeno ſerm. 1. de Abraham. Iubet illum Deus de filio hoſtiam ſibi gratam diſponere, & holocauſtũ ad eius promouendã gratiam perficere: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum:* qui diuinæ iuſſionis ignari, iugulato Iſaaco Abrahamum parricidam ſugillarent, & inſanum audaci dente morderent; ille verò diuinæ iuſſioni totus debitus ac deuotus, antequam filij, honoris obtulit holocauſtum, & generoſiſſimi contemptus aris famæ obtulit ſacrificium; & quidem, ſi Abrahamus, qualis eius actio apud homines haberetur, attẽderet, ſine dubio animo caderet, & dum vereretur parricida audire, ad montem nequiuerit properare. Ergo generoſus

Gen. 22. v. 2.

generosus Dei seruus contempsit famam, vt mirandam obedientiæ aris offerat hostiam: *Non contristat frontem*, inquit Zeno Veronensis, *deuotissimus Abrahæ, nec dolor patri lachrimas persuasit; sed exultat, & gaudet: nec timuit, ne parricidium ei imputaretur: sed magis, vt deuotioni pareret, lætabatur hoc iussisse Deum.* Non parum recrudescebat dolor, & crescebat labor de opinionis iactura, parricidiisque notâ; is tamen erat pietatis ardor, vt omnia impedimenta pede intrepido conculcarit, & ad sacrificium tetenderit. Discamus ergo per ignobilitatem, malamque famam inseruire virtuti, & offerri in holocaustum pietati.

Zeno.

194 Accessit ad Christum Dominum inuenis quidam illum sequi desiderans; verùm nondum hominum opinionem contemnens; sed honorem exambiens: *Alius de discipulis eius ait illi: Domine permitte me primum ire, & sepelire patrem meum: Iesus autem ait illi: sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos*: patrem insepultum relinquere maxima filio nota videbatur: ergo vitare studebat notam, & sine nota profiteri Christi Domini disciplinam; at Christus non pietati aduersus; sed vanitati & ambitioni semper oppositus illum edocuit à Christi Domini discipulo calcandam apud sæculum prudenter famam, despiciendamque non benè fundatam notam. Audi Chrysologum serm. 19. *Non pietatis obsequium negat; sed diuinam præponit humanis affectibus seruituem. Audite quid discipulus dixerit: Permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum: hoc ei non primum esse debuit; sed secundum: terrenus pater cœlesti postponendus est Patri: sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos: hoc est dicere: Me sequere ad contumeliam passionis.* Perhorrescebat ille de incuria erga patrem notam, & Dominus despiciendam docuit ob virtutem honoris nebulam; imò vsque ad passionis contendendum contumeliosam iniuriam: sæpè namque virtutis cessabunt opera, si quis nimium opinioni consulat, & quid homines arbitrentur, attendat: virtutis alumno opus est prudenter famam calcare, & apud sæculum opinionem contemnere.

Matth. 8. v. 21.

Chrysol.

195 *Mihi pro minimo est*, aiebat Paulus, *vt à vobis iudicer, aut ab humano die.* Addit: *Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema vsque adhuc.* Censebant plures Paulum esse virtuti aduersum, religioni contrarium, famæ cupidum, ac nouitatis studiosum; ille verò nec laudibus elatus, nec infamia deterritus virtutem sequebatur fixis gressibus, & firmis semper conatibus. Audi Anselmum ad hunc locum: *Vos*, inquit, *ita iudicatis alios dispensatorum esse fideles, alios non fideles; sed mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer fidelis, aut non fidelis: non enim iusti humana iudicia; sed æterni iudicis examen aspiciunt; atque ideò derogantium verba despiciunt.* Opus est virtutis sectatori opinionem aliquando sapienter despicere, vt ad virtutem possit contendere: sæpè namque mundus linguis virtutem nititur obscurare, vt sequaces possit abducere: quod si in virtutis stadio famam honoremque non deposuerit athleta, cessabit indecorè à pugna, nec triumphali redimetur coronâ. Omnes suspicionis rationabilis fibras, omnes obmurmurationis causas præcidet honestatis studiosus; at si emerserint factitiæ causæ, aut abroserint dicaces linguæ, conscientiæ testimonio dolorem solabitur, nec obmurmuratorum adsultibus dimouebitur. Hoc suis factis ostendit miranda illa pudicitiæ forma Susanna.

1. Cor. 4. v. 3.

Anselm.

Oculos non solum venaticos; sed & modestos 196
studiosè effugiebat, intra domus septa clausa, & virtutibus semper addicta: satis tamen non fuit: nam ipsi, qui æquitati tuendæ fuerant delecti iudices, æquitati pudicitiæque captiosos tetenderunt dolos, & opportunam nacti occasionem imputatos Susannæ manifestarunt affectus: recusauit castitas adulterium, & iam de ipsa opinione prætendunt laqueum: *Si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis.* Ingenti, geminoque periculo, vitæ scilicet & famæ impetita nouit, si inseruierit publicitiæ, renuntiandum famæ, aut si consuluerit famæ, renuntiandum pudicitiæ, eaque fuit animi fortitudo, vt apud homines spreuerit opinionem, de lucroso famæ dispendio conseruatura virtutem: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* Proculcauit infamiæ probrum, ne perpetraret delictum: & quidem admiserit culpam, ni contempserit famam. Ad rem Zeno Veronensis serm. 9. de Susanna: *Non respexit castitas quid falsi dicerent testes, aut qualiter iudices circumuenti damnarent, non denique qualiter diabolus infamaret, qui non potuit pudoris fundamenta subuertere.* De pudoris fama pudorem subuertere aggressus est inimicus: quia nouerat quàm in pretio sit hominibus aura, & quam horribilis semper nota; at Susanna virtute protecta de pudoris apud homines iactura pudori consuluit, & illæsam puritatem seruauit: *Stabat Susanna* (verba sunt Zenonis) *in iudicio perditorum, falsorum testium oppressa mendaciis, conscientiæ tamen bonis contenta secretis.* Ea erat infamia, vt nulli excusationi pateret aditus, quandoquidem senum & iudicum condemnabat illam consensus; verùm nec his dæmon potuit pudoris fundamentum subruere: quia nouit castissima fœmina opinionem nulla occasione nixam deprætiare. Ergo qui Deo placere desiderat, apud homines opinionem sapienter spernat.

Daniel. 13. v. 21.

Zeno.

Dauid Numini agit gratias, quia verbis asperis impetitus pedem non retulerit; sed virtutibus militauerit: *Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.* Incognitus existimat verbum asperum extitisse Dauidi captiosum laqueum: venatores namque, id est dæmones ardenti studio procurarunt, vt eorum vicem gerentes homines Dauidem abroderent, & apud plurimos infamarent: ergo dum infamatus non destitit, laqueos difficillimos superauit: *Multos per verbum asperum misit diabolus in laqueos*, inquit Incognitus, *in quos per verbum asperum aliqui cadunt: puta quia multi nolunt esse Christiani propter insultantes Christiano nomini, & quia timent detractiones hominum adeò, vt cessent à via Dei.* Insultatio itaque & detractio infidelium verbum asperum dicitur. Vicit Dauid insultationes, & detractiones, vt Deo adhæserit: nec enim adhæreret, nisi vicisset.

197

Psal. 90. v. 3.

Incogn.

§. XLII.

Digitized by Google

§. XLII.

Ambitio libidoque nihil verentur tentare, ſi poſſint ardori cæco conſulere.

198 GLoriæ ambitio vt non parcit alienis, ſic & aduerſatur propriis: nihil tutum eſt, nihil ſacrum gloriæ ardore inflammato, & ambitionis exagitato delirio. *Nihil eſt Deo charius*, aiebat Tertullianus de veland. virgin. cap. 16. *humilitate, nihil acceptius modeſtia, nihil operoſius gloria, & ſtudio hominibus placendi.* Rhenani & Pamelij exemplaria ſic habent: *Nihil operoſius*: & quidem optimam habet ſententiam, quandoquidem nil eſt grauius moleſtiuſque ſibi & aliis, quam inanis gloria, & ſtudioſa placendi hominibus flamma. Sub pietatis colore negotium geritur cupiditatis, & religionis prætextu tractatur ſæpe cauſa ambitionis. Quiſquis de gloria acquirenda cogitat, nihil non temerat: mortis proculcabit timorem, beneficiorum obliuiſcetur, benefactori exiſtet ingratus, cunctiſque iniurius, vt etiamſi occaſio conſulat, ſalutem, & quidquid ſibi charum, profundet. Theſis noſtræ etſi contrariis actionibus, ſi pluſima producamus exempla. Adamus diuinitatis ambitu diſpoliat arborem, manum extendit ad pomum, nec horret furtum: *Tulit de fructu illius, comedit: deditque viro ſuo, qui comedit.* Gloriæ ardor exacuit audaciam, conſuluit rapinam, fouit arrogantiam. Hic ipſe affectus Iephte perſualit litare filiam, ſe orbare poſteritate, ne careret ſplendore: *Fecit ei ſicut vouerat, quæ ignorabas virum.* Oppoſitis vtis idem vanæ gloriæ Adami & Iephte inuenitur ſtudium: Adamus exaltationis ambitu raput, Iephte gloriæ deſiderio charæ vnicæque filiæ ſanguinem profudit. Ita Procopius apud gloſſam: *Promiſſio nimis fuit feruida, exque amore deſperatæ victoriæ profecta: ſuggeſſit verò ei Sathanas gloriæ prætextu, vt Deo victimam legi aduerſam immolaret, qui admodum Adamum quoque oculorum aperiendorum prætextu ad diuini mandati tranſgreſſionem adduxit.* Verſipellis aſtutuſque hoſtis vel per contraria media eumdem aſſequi conatus eſt finem, nempe terrum cum domino committere, dum exacuit ad rapinam, vel onerare conſulit aram. Gloriæ prætextu filiæ vitam Iephte prodegit, & gloriæ etiam ambitu Adamus vetitæ arboris fructum rapuit: vſque ad furandi ignominiam deiecit ambitio, vſque ad profundendum ſanguinem gloriæ ſimiliter ardor. Filia aliquando locatur indignè, ſi ſpes affulſerit dignitatis, & vera ignominia emitur bracteata, ac falliſſima gloria.

Tertullian. Genes. 3. v. 6. Procop.

199 Saltatrici puellæ eius amore illectus, quidquid petierit, ſe daturum Herodes cæca liberalitate promiſit: petiuit illa innocuum ac pretioſum Baptiſtæ ſanguinem, quod impiiſſimus & fudit, & dedit: *Miſit, & decollauit Ioannem in carcere, & allatum eſt caput eius in diſco, & datum eſt puellæ, & attulit Matri ſuæ.* Ni manum in Baptiſtam mitteret, vnde adulteræ matris puellæque deſideria impleuerit, non haberet: ergo dum amore obcæcatur, vt fœminarum gratiam ineat, Ioannem iceleſte decapitat: ab eodem affectu ortum eſt proprium regnum puellæ matrique offerre, & manum ad pauperis vitam mittere: *Quidquid petieris, dabo tibi, licèt dimidium regni mei.* Quàm prodigè ſua offerebat, quàm iniuſtè Baptiſtæ ſanguinem propinabat! Cruorem auidè iniuſtiſſimèque acquiſiuit, quo libidinis votum impia liberalitate ac profuſione adimpleret. *Libidinoſa voluntas*, inquit Rhemigius apud D. Thomam ad Marci 6. *cum coëgit in illum manum mittere.* Vt haberet, vnde libidinoſæ fœminæ largiretur impiè concupita, Baptiſtæ ſanguine rubuit dextera: plerumque namque vt libido prodigè effundat, ad aliena manum non veretur extendere, & indignis rapinis nobilitatis ſplendorem innubilare.

Marci 6. v. 23. Rhemig.

200 Hebræorum populus Roboam ſalutaturus conuenit, ibique duriſſimum à Salomone iugum ſibi impoſitum conqueſtus quid imminui obnixis precibus poſtulauit: *Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio Patris tui duriſſimo, & de iugo grauiſſimo, quod impoſuit nobis.* Quærunt interpretes, cur Salomon cœleſti prudentia præditus graui adeò, duroque iugo ſuorum ceruices preſſerit, ad quæ monialſque impulerit, & cur populus modò de immodicis tributis ægrè fuerit conqueſtus, cùm anteà pependiſſet deuotus: reſpondentque populum libenter ad templi fabricam. & ad publicas populi neceſſitates tributa pependiſſe; tuliſſe verò grauiter perfectis iam operibus tributa perſeueraſſe. Adduntque Interpretes Salomonem fœminarum amore captum eas delicatiſſimè optipareque nutrire, vtque haberet ad prodigos adeò ſumptus, populum depreſſiſſe, ac tributis oneraſſe. Ita noſter Sanctius ad hunc locum: *Sub extrema, vt reor tempora Salomonis Imperij immania hæc tributa impoſita fuerunt, quæ duas cauſas ferre non poterat attritus populus, & ſupra vires nouis quotidie exactionibus exhauſtus.* Adnectit doctus Interpres aliquando non adeò grauiter tuliſſe: *Quia ad templi fabricam, & Iſraëlitici Imperij præſidium, & ornamentum, & ad alios communes, & publicos vſus conferebantur. At ſub extrema tempora cùm ſuas potiùs ſpectarent delicias delicatus ſenex, & fœminarum, quibus erat ſupra modum addictus, vſibus non ſemper honeſtiſſimis extortas à populo diuitias impenderet, ferre non potuit immanes illos, & impudentes ſumptus.* Vxorius ille affectus iuaſit diuitiarum ingentiſſimum cenſum profundere, & ad profundendum colligere: nihil detrahendum eſſe duxit de ſumptu illo ambitioſo & nimio, ne fœminis diſpliceret: ergo cenſuit populum prægrauandum, & quotidianis ac nouis contributionibus opprimendum: auida manu collegit; imò vi extorſit, quæ prodiga in obſequium fœminarum cupiditate profudit, vtque profunderet, abſtulit.

3. Reg. 12. v. 4. Sanctius.

201 Iſaias vnde exactoribus auara cupiditas, & inoculata fuerit rapacitas, deſcribens ſic aiebat: *Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis.* Duas populi peſtes videtur hic textus indicare, videlicet mulierum placito, arbitrioque ſubtici, & exactorum violentia premi. Et fortè quia luxuriæ ſe dederant, exactores contra ſe armarant: ſæpè namque quis, vt gratiam, beneuolentiamque pulchellarum emat, propriam ſubſtantiam dilapidat, ſéque ære alieno obſtrin-

Matt. 14. v. 10. Iſai. 3. v. 12.

Digitized by Google

gere non recuſat: vnde cogitur exactoribus ſubiici, & eorum violentia premi. Ita Hieronymo placet; poteſt tamen non incongruè intelligi, quod dum mulieres exactoribus dominentur, ipſi ad illarum nimios ſumptus populum ſpoliauerint, & ſubſtantiam deglutiuerint. Mulieres dominatæ ſunt exactoribus; ergo exactores iniuſtis rapinis, & violentiſſimis prædis acquiſierunt, quo illarum inirent gratiam, & exercerent luxuriam: *Accuſans*, inquit Hieronymus, *luxuriam eorum, & turpem conuerſationem, non ſolùm exactores appellat, vt abinuitis pecuniam videantur exigere, ſed mulieres, quia propter libidinem omnia faciant, & ſint dediti voluptatibus.* Appetitus inſani vernulæ, ne improbis fœminarum cupiditatibus viderentur obſiſtere, manum ad aliena non verebantur extendere; imò toti erant in acquirendis quoquomodo diuitiis, quas prodigere poſſent fœminis. Nihil tutum eſt à ſalaci: quia vt inſanum libidinoſi appetitus expleuerit votum, formidare neſcit deteſtabile ſacrilegium: nec aliter accidere videas ambitus ardore furenti: eſt enim innatum vtique vitio, vt acquirant, quo emerint ſibi gratiam, inhoneſtam non detrectare rapinam.

Hieron.

§. XLIII.

Dum gubernatores euanidis honoris cæremoniis attendunt, ſubiecti periculum, ſubeunt:

202 NOn ſemel ex leuibus cauſis grauis enuctat exceſſus, & luget Reſpublica communi vtilitate calcata, dum altercantur gubernatores vanitati conſulentes, & vaniſſimis cæremoniis inuigilantes: *Quid eſt tam ſenatorium*, aiebat Theodahadus Rex 2. var. 31. *quàm ſi vtilitatibus publicis impendat affectum, vt poſſit prodeſſe patriæ, cui natus eſt vir.* Quiſque priùs debet attendere natum ſe patriæ virum, quàm dignitati Senatorem, nihilque Senatorium adeò eſſe, vt ſe patriæ debitum meminiſſe; verùm dum Senatores ſplendori conſulunt, dum proceres aliis non cedere ambitiosè contendunt, inutilibus belligerant iurgiis, & veris Reſpublica ingemiſcit detrimentis. Hanc noſter textus veritatem comprobat: nam cum Iephte Deo vouiſſet in holocauſtum quidquid primò ei occurriſſet, filiaque eſſet, de filia obtulit ſacrificium nec legitimum, nec Deo, vt placet interpretibus, acceptum: *Fecit ei, ſicut voverat, quæ ignorabat virum.* Quærunt interpretes quomodo de filia ſacrificium perfectum fuerit, cùm Sacerdos ſacrorum rituum præſul ignorare non potuerit Deum humano ſanguine non delectari; imò huiuſmodi hoſtiam legibus contraire. Abulenſis quæſtione quadrageſima ſeptima, refert ex Hebræis, eo tempore ſummo Sacerdotio functum benè nouiſſe ſacrificium illud nec legitimum, nec legi conſonum; expectaſſe tamen à Iephte conſuli, nec voluiſſe domum ſacrificantis adire. Itaque dum expectat Sacerdos, vt Iephte eius domum petens hac de re illum conſulat, inducarum tempus impletum eſt, filiaque occiſa: *Hebræi volunt Phinees nepotem Aaron fuiſſe nunc ſummum Sacerdotem, & dicunt quod quia noluit liberare à voto ipſum Iephte, receſſit ab eo ſpiritus Prophetæ.* Ad hæc theſi noſtræ opportunior: *Dicunt etiam quod tam Phinees, quàm Iephte peccauerunt hic, & vterque ex ſuperbia: nam Phinees ex ſuperbia noluit venire ad Iephte ad denuntiandum ſolutionem à voto, & quod non obligaretur occidere filiam. Iephte peccauit: quia ex ſuperbia noluit ire ad Phinees, vt declararet ei de voto ſuo: ideò vterque punitus eſt, & puella occiſa fuit.* Hebræorum hæ profectò ſunt nugæ; verùm moraliſſimæ, quandoquidem non ſemel vbi primores dignitatis cæremonijs plus iuſto conſulunt, dum cedere alteri renuunt, innocuus ſanguis effunditur, & Reipublicæ ſalus labefactatur. En dum Phinees auctoritati ſuæ putat detrahere, ſi Iephte adeat, demumque Iephte dignitatis ſplendori exiſtimat contraire, ſi ad Phinees tendat, lex frangitur, & puella occiditur. Vtrumque punitum fuiſſe teſtantur: nec enim fas eſſet impunitos relinquere, qui ob honoris ſuperſtitionem locum præbuerunt erroribus, & occaſionem ſingultibus. *Phinees*, Addit Abulenſis, *caruit ex tunc ſpiritu prophetico, vt volum. De Iephte dicunt quòd putrefactus eſt, & partes eius ſigillatim cadebant.* Dignum illorum vanitas, tumorque tulere ſupplicium, vt cæteris præberetur exemplum.

Caſſiod.

Abulenſ.

Elias Dei honoris zelotypus dignuſque miniſter cum Baal Prophetis in arenam deſcendit, & ſacrificia ad veri Dei teſtimonium cæleſti igne conſumenda proponit: *Dentur nobis duo boues, & illi eligant ſibi bouem vnum, & in fruſta cædentes ponant ſuper ligna, ignem autem non ſupponant. Inuocate nomina Deorum veſtrorum, & ego inuocabo nomen Domini mei, & Deus, qui exaudierit per ignem ipſe ſit Deus.* Quærunt Interpretes cur Elias tot miraculorum artifex veri Dei miniſter fatidicis, Baalitque ſacrificuliſ ceſſerit, primumque in ſacrificiis locum præbuerit, quando ius, ratioque exigebat, vt ipſe & electionis honore, & ſacrificandi primatu antelatus excelleret, aut ſaltem non ſacrificulis poſterior ſacrificaret. Dubium excitauit. Theodoretus quæſtione 56. *Quamobrem ſacerdotibus Baal iuſſit eligere bouem pinguem, & primos peragere ſacrificium?* Reſpondetque conceſſiſſe primas, ne ſi controuerſia tempus inſumeret, ſalutem populi retardaret. Fortè dicerent ſacrificuli, Baal ægrè tuliſſe poſtponi, nec ſine cauſa indignatum flammis holocauſtum abſumere noluiſſe, dumque impotentiam hoc fuco coloratent, tenebras veritati offunderent. Ergo veri Dei prudens miniſter ceſſit, vt populi ſaluti conſuleret, erroremque exterminaret. Audi Theodoretum: *Qui eſt verè Deus, nullus eorum indiget: ne ergo pudore affecti miniſtri mendacij dicerent ægrè ferre Baal, quòd non primus acceperit munus, eis ceſſit primis partibus.* Si Elias primatum in ſacrificando ambiret, Baaliſque miniſtri ad ſe ſpectare contenderent, litibus, deceptationibuſque tereretur longiſſimum tempus, toroque eo ſpatio populi ſalus exularet, quia veritas non appareret. Ergo ceſſit Elias malens quid de iure deponere, quàm vtilitatem publicam retardare: nouerat namque euanidam inter miniſtros ob has honoris cæremonias & præcellentias diſceptationem ſæpe

203

3. Reg. 18. v. 23.

Theodoret.

ſæpius

ſæpius generali nocere ſaluti, & obeſſe vtilitati. Vtinam ab Elia hanc ſalubrem politiam plures edidiciſſent miniſtri: paſſa eſt aliquando Reſpublica ingentiſſimum detrimentum ob vanum inter miniſtros diſſidium: nil Elias auctoritatis amiſit cedens; imò auctoritatem adauxit vrbana ceſſione vincens: omnes præcidit occaſionis errandi fibras, vt à populo depulerit tenebras, quod ni feciſſet, Reſpublica à religione ac ſalute exulaſſet & ingens detrimentum tuliſſet.

204 Dormienti Mardochæo ſæua tempeſtas obiicitur: *Apparuerunt voces & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio ſuper terram, & ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium, ad quorum clamorem cuncte concitate ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum: fuitque dies illa tenebrarum, & diſcrimini, tribulationis & angustia, & ingens formido ſuper terram.* Orbis totus videatur luce, in ſeque ipſum grandi tumultuatur diſcrimine, dum gemini dracones prodeunt in prælium, & procedunt in campum. Qui fuerint dracones, ipſe qui ſomnium vidit, expreſſit: *Duo dracones*, inquit Mardochæus, *ego ſum & Aman.* Interpretationi aſſentior; verum liceat indagare, quomodo, quandone duo hi dracones ſe ipſos impetiuerint, & grande adeò periculum ſuis certamine procrearint. Aman regis lateri ſemper adhærebat, Mardochæus, & ſi reginæ patruus, minori vtebatur fortuna. Quæ ergo ipſis depræliandi fuit cauſa? Iam textus expreſſit: Amanus ea elatione ſuperbierat, vt adorari ambiret, ad eiuſque veſtigia procumbere omnes deſideraret: Mardochæus reginæ, vt dictum eſt, patruus, & alioquin religioſus id generis exhibere honorem & ſe cenſuit indignum, & religioni contrarium. Ergo cum omnes genuflecterent, ille ſtabat, nec eis cæremoniis Amanum honorare volebat: *Cuncti ſervi regis, qui in foribus palatij verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: ſolus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum.* Vides alterum cæremonias honoris exambiſſe, & alterum denegaſſe: hoc ergo erga cæremonias iurgium plurimis periculoſum fuit bellum: Sol trepidat, tellus ſubſilit, dum dracones altercantur; illorum diſceptatio plurimis attulit luctum, & miſerandum plurimis caſum. Omnis Amani gloria obſcurata eſt, omnis eius familia duriſſimis calamitatibus trita: Mardochæi gens diu luxit grande vitæ ac honoris diſcrimen paſſa, & totum hoc ob honoris cæremonias, dum alter exhibere recuſat, & alter inciuilitatem, inurbanitatémque vindicare cæca honoris cupidine properat. Huc voco Chryſoſtomum hom. 39. ad populum: *Gloriam aliter aſſequi non licet niſi gloriam fugiendo: nam donec eam quidem ſectamur, nos fugit; cùm autem eam fugimus, nos ipſa ſequitur.* Addit poſt aliqua: *Qui ſemetipſum extollit, ab altero non extollitur: magnum eſt elationis malum, ſtultum eſſe melius eſt, quàm inſolentem.* Conſonat Bernardus lib. 3. de conſiderat. *O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens omnibus places? Nihil acerbius cruciat, nihil moleſtius inquietat.* Ecce dum Amanus extollitur, dum illum Mardochæus indigna ſubmiſſione honorare renititur, & ad eius occurſum decreſcere refragatur, in dracones tranſeunt ſe impetentes, omniaque turbantes. Inſolens erat Amani ambitio, prudens Mardochæi renitentia; verùm vt conſtet quam populus confuſis calamitatum turbinibus adurgetur, dum inter Magnates de honoris cæremoniis diſceptatur, hic tonitrua horriſona aures feriunt, inſoliti terræmotus corda etiam quatiunt, tenebræ intempeſtiuæ lucem impediunt, ac denique elementa omnia altercantur, & homines affliguntur.

Eſther. 11. v. 5.

Eſther. 10. v. 7.

Eſther. 3. v. 2.

Chryſoſt.

Bernard.

Ambitio omnes torquens omnibus placet.

§. XLIV.

Se in holocauſtum Domino obtulit, quæ ſe clauſuræ, & orationi fœmina dedicauit.

205 IN carne carnis operibus renuntiare mors eſt, nobiliori interitu viuet mortua, quæ clauſuræ addicitur ſacra: mortuis nullæ paſſiones obſtrepunt, nullæ fallaciæ illudunt, nullæ adulationes irretiunt: quia in mortis cuſtodiuntur aſylo; at quæ ſe ſtricto cubiculo viuas ſepelierunt, quæ ſe carnis illecebris denegarunt, viuunt merito, ſæculo iam demortuæ, & appetitionis, inſanæque voluptatis deliriis liberæ: amoris nobiliſſimi flammis ſacratæ victimæ pudicitiam nobilitant, & ſanctitatem exornant. Iam quàm durum martyrij genus fuerit ab hominum oculis, illecebriſque ſecedere, ſolum nouit, quæ his difficultatibus colluctata. Veſtales illas Virgines, quæ Romæ ignis nunquam extinguendi exiſtebant miniſtræ, auſpicatas fuiſſe gehennales pœnas, exiſtimat Tertullianus: *Rome quidem*, aiebat lib. 1. ad vxor. cap. 6. *que ignis illius inextinguibilis imaginem tractant, auſpicia pœne ſue cum ipſo dracone curantes, de virginitate cenſentur.* Vt illibata floreret virginitas, humanus fugiebatur prorſus aſpectus: has ergo gehennalis quodammodò pœna complectebatur, quandoquidem ab omni lætitiæ, voluptatiſque expunctæ ſolatio conſecrabantur ſilentio: eſt enim fœminæ ab oculis receſſus, à plauſibus alienatio quædam doloris ara, vbi flamma deuotionis exuritur, ac in holocauſtum offertur; ergo veſtales illæ Virgines quodammodò ſacrabantur martyrio, & quidem infœlici, quia ſine merito, at honorabilis pudicitiæ amatrices, dum draconem verſutum fingunt, dum humanis oculis denegantur, iam demortuæ, hoſtiæque de ipſo receſſu cenſentur. Vouerat Iephte in holocauſtum Domino quidquid victori ſibi prius occurriſſet: occurrit caſu filia nubilis, miris excultà dotibus, vtque impleret votum, aris non impoſuit; vt placet aliquibus; ſed clauſuræ nunquam interturbandæ ſacrauit: *Fecit ei, ſicut voverat, que ignorabat virum.* Textus clarè oſtendit fuiſſe in holocauſtum oblatam; verùm nonnulli, ne parricidium Iephte dehoneſtauerit, ſic difficultatem componunt, vt videlicet ſacrificium compenſarum fuerit ab aſpectibus humanis receſſu. Itaque filia manſit domus ſecreto dicata, matrimonioque interdicta: quod adeò fœminæ exiſtimant durum, vt non cenſeant repugnare veritati textum aſſerere ſacris ignibus impoſitam, ſi conſtet ſilentio, clauſuræ, receſſibuſque dicatam. Audi Lyram: *Sine præiudicio & aſſertione per modum collationis poteſt dici, quòd filia Iephte non fuerit ſacrificata Domino per mortem corporalem; ſed potius per ciuilem, ſeu ſpiritualem, eo modo, quo religioſi dicuntur mundo mortui, in quantum à mundanis actibus ſunt ſegregati, & diuinis obſequiis totaliter*

Tertull.

Lyra.

mancipati ; ſic filia Iephte fuit ſacrificata Domino per obſeruationem virginitatis viuendo in oratoriis ac ieiuniis, & pijs operibus. En quomodo reputetur pro holocaustio virginitas, pro flammis receſſus, pro cultro continuus cum voluptate conflictus. Moniales, quæ verè moniales ſunt, ab omni ſtrepitu ſemotæ ſplendentique ſemper virginitatis candori dicatæ pro holocauſtis debent haberi, & dignis laudibus celebrari.

206 Deus Abrahamum iubet de mundis animantibus ſacrificium offerre : *Sume*, inquit, *mihi vaccam trienniem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam :* Paruit deuotiſſimus Abrahamus, & pio cultro animalia diſſecuit ; aues tamen non diuiſit : *Tollens vniuerſa hæc diuiſit ea per medium, & vtraſque partes contra ſe alterutrum poſuit, aues autem non diuiſit.* Ardens flamma media inter cadauera volitabat, quæ Auguſtino teſte, nec columbam, nec turturem rapiebat : *Apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas.* Iam ſi quæras, cur gladius in turturem non audeat, nec columbam flamma conſumat, ea mihi ſe ratio offert, turturem videlicet & columbam, etſi alio holocauſti genere iam dicatas, nobiliſſimisque flammis conſumptas, quandoquidem turtur ſoluaga, & deſertorum habitatrix eſt, & columba forte illa fuit, de qua aiebat ſponſus in petræ foraminibus latitare : *Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Quæ ergo ſe aues receſſui, pudicitiæque dicarant, iam holocauſtum extiterant : nec cæterorum animantium hoſtiæ hæc erat diſſimilis, quando turtur, & columba, etſi flammis voracibus non conſumptæ, illecebris, voluptatibuſque permanſerant denegatæ. Innuit Theodoretus quæſtione 65. loquens de turture : *Huiuſmodi auis eſt amans deſerti.* Deſertum delitijs caret, ſtrepitum fugit. Ergo turtur ſoluaga ſe in holocauſtum offerre non fugit, ſed commutauit.

Gen. 15. v. 9.

Gant. 4. v. 14.

Theodor.

207 Mulier fulgurantibus Aſtrorum luminibus redimita filium peperit, qui ad Dei thronum refertur raptus : *Raptus eſt filius eius ad Deum, & ad thronum eius.* Rapto filio mulier in ſolitudinem tetendit, ibique vixit : *Et mulier*, inquit, *fugit in ſolitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo.* Ambroſius filium ait ad Deum raptum : quia dum à tyrannis vario tormentorum genere diuexatur, ad cœleſtia etiam tranſmittitur : *Rapiuntur quotidie*, inquit ad hunc locum, *filij Eccleſiæ, id eſt, membra Chriſti ad Deum, & ad thronum eius, cùm poſt mortem ad cœleſtia perducuntur.* Benè ; ſed fortaſſe quis minus rectè cum matre putauerit actum : nam ſi filius rapitur, cur mater relinquitur, quando illos ſimilis ſors debuiſſet fœlicitare, & coniungere. Ita eſt, inquit Ambroſius, ſed æqualis ſors diuerſo modo contigit vtrique : nam ſi filius rapitur per mortem, mater etiam tendit in deſertum, vbi mortua degat mundo, & ſolùm intendat cœlo ; ergo ſi filius rapitur per martyrium ; mater tendit etiam per deſertum. Ambroſium audi : *Mulier fugit in ſolitudinem. Solitudinem Chriſtum vocat : ſolitudo quippe dicitur eo quòd ſola ſit, deſerta ab habitatoribus : ſimiliter & Chriſtus deſertus eſt à ſuis, ſicut Euangeliſta loquitur dicens : In propria venit, & ſui eum non receperunt, & per Prophetam loquitur Dominus dicens ; Torcular calcaui ſolus & de gentibus non eſt vir mecum. Mulier igitur fugit in ſolitudinem : quia Apoſtoli, & cæteri diſcipuli, ex quibus conſtabat Eccleſia, relicto Diabolo, relictiſque omnibus, qua poſſidebant Chriſtum ſecuti ſunt.* Ecce dum mulier relictis omnibus deſertum habitat, Apoſtolos martyrio decoratos, diſcipulosque deſignat Chriſti imitatione conſpicuos ; optimis namque coloribus Apoſtolorum martyrium depingitur, dum mulier omni carens ſtrepitu deſertorumque habitatrix profertur. Filius rapitur, quia paſſionis torculæ ſolus calcauit, & illum mater non diſſimili martyrij genere ſequitur : quia deſertorum receſſibus conſecratur. Adde grauem adeò hominibus eſſe clauſuram, vt clauſura non tam ſit mortis ſimulachrum quàm mors ſit clauſuræ exemplum.

Apocal. 12. v. 5.

Ambroſ.

Samſon venalis muliercula proditione inimicis traditus, oculis orbus, & molæ bruti ad inſtar deputatus grauiorem morte dolorem ſuſtinebat : nec his contenta inimicorum ſæuitia eſt ; ſed cum dies feſtus adeſſet, quo ſuis commentitijs Dijs ſolemniores hoſtias dicabant, & ad dicandum grandi frequentia concurrebant, adduci iuſſere Samſonem, vt eius ludibrio lætiorem diem agerent, & quales eſſent Dij, de hoſtis opprobrio clarius oſtenderent : renaſci iam capilli cœperant, & Samſon inuocato Domino dum ad columnas, quibus ædificium fulciebatur, brachia tanquam ad crucem extendit, gloriosa morte ſe de aliophylis vindicauit. & plures moriens occidit : *Apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram læua tenens ait : Moriatur anima mea cum Philiſthiim, concuſſiſque fortiter columnis cecidit domus ſuper omnes Principes, & cæteram multitudinem.* Hugo Cardinalis in Nazaræo Samſone Deo dicatos præſignari teſtatur, eiuſque mortem clauſtri, clauſuræque anguſtiam exprimi. Ipſum audi : *Moriens hoſtes interficit, quando per carnis mortificationem in ſe vitia extinguit, vel per ingreſſum clauſtri moriens mundo à ſe propriam voluntatem, & ſe ſum proprium, amorem domeſticum omnino expellit.* Carnis renuntiare ſuggeſtionibus, intellectum obedientiæ litare, arbitrium alieno arbitrio ſubiicere, clauſtri anguſtijs limitibus contineri, præ morte homini ſunt aliquando duriora. Ergo vt quam magnum Deo ſacrificium ſit viuentem ſæculo expungi, & retento ſenſu mortificationis mortem viuiſſimam experiri, opportunis coloribus depinxerit ſcriptura, Samſonem mortem opperentem produxit emblema. Non fuit clauſura mortis ſymbolum, ſed mors clauſuræ argumentum : quaſi plus fuerit claudi, quàm mori. Et quidem quos mors è viuentium cenſu abſtulit, & dolorum ſenſu excluſit ; at qui ſe mundanis oculis ſubtraxit, qui in ſolitudine degit, carnis mortem & ſenſum expertus eſt : vnde iuxta Paulum hoſtiam viuentem litauit, quo nec defecerit ad ſenſum vita, nec digna altaribus hoſtia. *A cella*, aiebat Bernardus, *in cœlum*, & iure nam qui, vt decet, ſe ſolitudini, & clauſuræ dicauit, holocauſti ad inſtar cœlum petiuit.

208

Iudic. 16. v. 29.

Hugo.

Bernard.

Expendebat Rupertus libro quarto, in Geneſ. capite vigeſimo tertio, columbam ex arca emiſſam nec redeuntem deſignaſſe iuſtos reſurgentes, cœlumque adeuntes : *Emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltra ad eum.* Audi Rupertum : *Tertiò nihilominus emiſſa iam non eſt reuerſa : quia profectò cum reſurrexerim à mortuis, quæ, vt ſuprà iam dictum eſt, pertia erit effuſio ſpiritus Sancti, nuſquam mittentur, vnde redeant : nec enim ad operandum ; ſed ad regnandum immortaliter exibunt.* En columba clauſuræ amans, & clauſuram religiosè

209

Gen. 8. v. 12.

Rupert.

ligiosè cuſtodiens, ab ipſa arca petiuit cœlum, & æternum accepit immortalitatis brauium; verùm cùm ad Reſurrectionis ſymbolum oporteat præceſſiſſe mortis tormentum, videbitur cui non poſſe columbam aptam Reſurrectionis expreſſiſſe formam, quando mortis non ſubiuit angustiam; imò vt noueris noſtræ theſis veritatem, ſcilicet clauſuram pro morte eſſe; quæ è clauſura emiſſa volauit, iam veluti deuicta morte ſurrexit: ſunt enim clauſtrum & ſepulchrum germana: vnde quæ viuam mortem ſuſtinuit, volans Reſurrectionis formam expreſſit.

§. XLV.

Inſolitum eſt Numini attendere prolis damno, vt frequens proli conſulere Numinis detrimento.

210 FAteor, inſitus eſt à natura parentibus erga filios amor: ob illorum ſalutem maximè prementia pericula deuorant, vtque illos nobilitarint, oppoſitas difficultates audacter exuperant. Quid Pater non faciat, vt prætexta decoret filium, vt conſulatui præficiat? Aliquando parentes imminentia filiis pericula in ſe tranſtulerunt, & à charis ſibi pignoribus propulſarunt. Nec contentus eſt patronus amor filiis ſine pietatis iniuria conſulere; ſed ſæpiſſimè rationis terminos tranſgreditur, ac impulſu cæciſſimo rapitur. Si hinc Deus, illinc filius vocitarint, citiùs inueniet filius aures parentis patulas, & Deus ſpiſſamento mumitas. Et Labanus priuatum ſe Numine ardenter dolet, nihil non tentat, vt inquirat, vt inueniat, & tamen dum in mentitam filiæ ægritudinem incidit, ne aliquale incommodum illi attulerit, ſi ſolum aſſurgendo relinquat, ab ſcrutatione deſtitit malens Numina non inuenire, quàm quid filiæ incommoditatis afferre. *Sic deluſa*, inquit textus, *ſolicitudo quærentis eſt*. Quid eſt *ſic*? Dum aliquod filiæ, inquit Abulenſis, futurum creditur nocumentum, ſi ſcrutandi proſequatur ſtudium: *Sedit deſuper*, inquit hic, *ne Pater inquireret in loco illo*. Addit: *Petit enim licentiam à Patre, ne faciat eam ſurgere*. Surgere filiæ videbatur incommodum; inuenire Deos erat parenti proficuum; ergo filia ingenij parentis gnara, mentita eſt in aſſurgendo moleſtiam, vt Patris in Diis acquirendis retardaret ſolicitam efficaciam. Hinc mirandus eſt Iephte, qui maluerit de filiæ incommodo Numini ſatisfacere, quàm pietate erga Numen læſa conſuluiſſe ſaluti filiæ: *Expletis duobus menſibus reuerſa eſt ad Patrem ſuum, & fecit ei, ſicut voverat*. Ne iniuriam irrogaret voto, filiæ non pepercit iugulo, quod miraculi ad inſtar fuit: *Fecit ei ſicut voverat, ſcilicet occidit eam*, inquit Abulenſis q. 51. *immolando ſicut voverat*. Pietas de filiæ incommodo aliquando luxit, cùm ferè ſemper ob filiorum vtilitatem affectui cellerit.

Gen. 31. v. 35. Abulenſ.

211 Deus, vt quali in pretio apud Abrahamum haberetur, factis promulgaret, filium iubet aris deuouere, & flammis ſacris imponere: ille aduerſus omnes naturæ niues non ſolùm externo; ſed cœleſti igne procedit armatus, & quamvis vnicus ille filius, & adhuc paruulus maiorem commiſerationem citaret, nec doloris indicia extorſit nec patenti moram fnaſit. Non contriſtauit frontem deuotiſſimus Abrahamus; imò hilari vultu aſcendit in montem, & ne mora prettum minuerit, omne ſacramentum diſpoſuit: armatam ferro ſubleuat manum; ſed vox eius, qui poſtulauerat, contradicit, & quaſi ob peregrinitatem nullum facinori nomen ſatisfuerit, innominatum reliquit: *Quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi*, &c. Et quid mirum expoluerit filium, ne offendent Deum, quando maior illi obligatio inerat erga Deum, & minor longè erga filium? ſi æquali teneretur lege, mirandum fuiſſet proculcaſſe naturam, vt erga Numen proderet beneuolentiam; at ſi ſacris aris poſtulatum pignus debebatur, quid mirum fuerit ſolutum? Non eſſet profectò mirum, inquit Veronenſis Zeno ſerm. 1. de Abraham, ni homines ob filiorum commodum diuinarum præceptionum fuiſſent obliti; at cum ferè omnes parentes filiorum ardentiſſimè promouere ſtudeant commoda, etſi Numinis obſtat iniuria, vnicus Abrahamus cœlum rapuit in ſui admirationem, quando filij incommodo, diuino paruit præcepto: *O Pater ſpiritum captans, corpus vero, mortémque contemnens! O qui ſeruum Domini ita ſe eſſe meminerat, vt Patrem ſe eſſe neſciret!* Phœnicis ad inſtar Abrahami claruit ſingularis ac peregrina deuotio, quando quod erat Patris, poſt poſuit, & quod ſerui Domini, prætulit. Delirant frequenter affectionis ardore Patres omnimque legum proculcabunt præcepta, ſi temporalia filius quiuerint aſciſcere lucra, eos videas profunda tranare æquora, deſpicere ſcopulos, Syrtes audaci temeritate ſuperare, ſi ſpes alicuius commodi affulſerit, ſi notique præſumſerint promouere. Ecce idem Abrahamus, qui pietate eximia erga Deum reſplendit filium litans, in figura qualiter ſe parentes gerant, iugulans agnum oſtendit: *Leuans Abraham oculos ſuos, vidit que poſt tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus, quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio*. In immolato agno Chriſtum exprimi nulli dubium. Ita D. Thomas ad hunc locum: *Cornibus erat infixus vepribus, quaſi ſtaret ſuſpenſus, in quo expreſſum typum tenuit Chriſti in cruce ſuſpenſi*. Vt agnus typum tenuit Chriſti, ſic Abrahamus mirandis factis imaginem prætulit nonnullorum parentum, qui agni detrimento conſulere ſolitant filio: quibus adaptari poteſt, quod aiebat citatus Veronenſis: *A filio ad agnum tranſtulit dexteram*. Ne filij cruore dextera tingeretur, agni maduit ſanguine tincta, & quo filius debuiſſet ferro iugulari, agnus ſuſtinuit occidi.

Zeno

D. Thom.

Samſon dum in alienigenam mulierem incurrit 212
eius venuſtate captus ſibi ſponſam exambiuit, vtque honeſtius decentiuſque aſſequeretur ſponſam parentibus aperuit deſiderium: *Vidi mulierem in Thamnata de filiabus Philiſthinorum, quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem*. Parentes legem opponunt, & apud ſuos pulchellas plurimas eſſe dicunt: *Numquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircumciſi ſunt?* Lyra obieciſſe teſtatur parentes legis iniuriam, Numinis diſplicentiam. *Hoc dicebant parentes Samſonis, quia prohibitum eſt Deuteronomij 7. ne contrahant matrimonia cum alienigenis*. Itaque Samſonis parentes legem opponunt; verùm cùm ille ſe nimio aduri amore fateretur, & hanc ſibi dari obnixis precibus poſtularet: *Dixit Samſon ad Patrem ſuum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis*: iam Pater legem matrimonio refragantē præterit, & matrimonū diſ-

Iudic. 14. v. 2.

Lyra.

ponit: *Deſcendit itaque Pater eius ad mulierẽ, & fecit filio ſuo Samſon conuiuium.* Ecce iam inſtituit conuiuium ipſe, qui opponebat legis præceptum. Notauit Lyra: *Videtur quòd parentes eius malè fecerunt, illam mulierem petendo profil o: quia hoc prohibetur Deuteronomij 7. vbi dicitur: Filiam eius, ſcilicet alienigenæ, non accipies filio tuo vxorem.* Legis detrimento filij cupiditati conſulitur. Itaque ſi litteræ ſolùm corticem inſpicias, Samſonis parentes maluerunt deeſſe legi, quàm filij cupiditati: non ignorabant edictum; ſed prætulerunt cupidinis deſiderium. Et vtinam ſoli Samſonis parentes filio indulſiſſent; at ſunt plures, qui ſpreta lege non ſolùm attendunt filiorum vtilitati; ſed & cupidini. Dignum parentibus ſupplicium fuit Samſonem ab alienigena prodi, vt inuenirent amoris mulctam, qui legis contempſerant reuerentiam. Vxorem alienigenam concupiuit, & deſiderij pœnas dedit à meretrice alienigena decapillatus, & ludibrio hoſtique expoſitus. Si parentes arceriſſent ab alienigenis, & ſeruare cogerent legem, forſitan hoſtium non fuiſſet ludibrium, & infortuniorum exemplum.

213 Pſaltes Pſalmo 105. Dæmones fuiſſe, quibus parentes filios litarunt, ex ipſo ſacrificio conuincit: *Immolauerunt filios ſuos, & filias ſuas Dæmoniis.* De ſæculi more nullus aut rarus filij ſalutis, vitæque detrimento Numini obtulit holocauſtum. Ergo dum plures inuenti ſunt, qui filios dicent, conſtat non Numini dicaſſe, ſed Dæmoni. Si litteram attendas, teſtatur Dauid ea plures errauiſſe inſania, vt inanium, & ſculptilium vero filiorum ſanguine gratiam ſibi conciliare geſtiuerint, & figmentis caram hoſtiam, ſcilicet filios, & filias litarint. Dehinc ſub hiſtoriæ cortice, quod erga mores accidere videmus, prædicit; matres videlicet plures, ne filiarum reſtagentur cupiditatibus, eas infamem victimam ſacrificare libidini, & honoris, virtutiſque detrimento alienæ litare cupiditati. Si filia ſacratum Numini Virginum conſortium exambiat, tota domus luctibus reſonat, Pater dolore ſaucietur, mœrore Mater conficitur; at ſi nobilis diſcupiat matrimonium, aut (quod eſt peius) luxuriæ commercium, iam Mater hilaris ornat, & cupiditati ſacrificat. Profectò quibus tot filiæ, filiique litabantur, Dæmones fuiſſe conuincitur, & figmenta inaniſſima comprobatur: *Bernardus in vno ſermone fingit*, ſcribit Incognitus, *quod eſſet vnus homo in medio: caro, mundus, & Diabolus eſſent in circuitu, & quilibet eorum clamat, quòd ille homo ſibi ſeruiat oſtendendo præmium ſeruitij, quod ſibi dabit. Sic quòd caro clamat: ſerui mihi, & ego te inficiam: mundus clamat: ſerui mihi, & ego tibi deficiam: Diabolus clamat: ſerui mihi, & ego te decipiam: Chriſtus clamat: ſerui mihi, & ego te reficiam: ad cuius ſeruitium potiùs declinare debes; & tamen excæcatus homo ad ſeruitium creaturarum declinat relicto ſeruitio creatoris: quod ei in ſcandalum vertitur.* Caro petit filiam, quam probro & languoribus inficiat, & illi offertur: Diabolus filium, quem decipiat, & illi ſacratur, & ne inſana filiorum vota fruſtrentur, vitiis ab ipſis parentibus applicantur.

Pſal. 105. v. 37.

Incognit.

§. XLVI.

Opus eſt plena de hoſtibus cupienti reſplendere victoria carnem ſuam pœnitentia adurẽte flamma.

CORpus ita tractandum eſt, vt ſine quo viuere non poſſumus, non tamen vt ei viuamus. 214
Non diffiteor eſſe nobis corporis noſtri inſitam altiſſimè charitatem; fatebor tamen eius gerendam eſſe ſolicitam curam, & prudentem tutelam: non eſt ſeruiendum corpori; alioquin ſub iugo preſſa ceruix ſemper ingemiſcet, nec laurus tempora ornabit. Quàm benè Seneca Epiſt. 14. *Multis ſeruiet, qui corpori ſeruit, qui pro illo nimium timet, qui ad illud omnia refert.* Non facile litem inter rationem, & appetitum compones; imò difficulter inergia ſedabis: alicui adhærendum eſt: potiori ergo adhæreamus: rationi ſcilicet: alioquin ſi nimia fuerit corporis cura vilefcet nobis honeſtas. Audi datum Stoicum: *Honeſtum ei vile eſt, cui corpus nimis charum eſt.* Non quibis æternare famam, & plenam de rationis hoſtibus reportare victoriam, ni corpus honeſtè contempſeris, & holocauſtum rationi obtuleris. Carnis amor, ſi nimius, nos timoribus vrget, ſolicitudinibus grauat, contumeliis obiectat. Sæpè opus eſt hoſti manus dare, ſi propoſueris appetitibus indulgere: dum timetur inopia, non timetur, vt alleuetur offenſa: vt euitentur corporis non ſolùm pericula; ſed & incommoda; adeuntur facile crimina, & admittuntur piacula: nullus audacter irruit in virtutis hoſtes, ni priùs negotia proculcauerit carnis, corpuſque generoſè contempſerit. In huius rei exemplum adeſt Iephte, qui conſertam Ammonitarum manum adoriens, vt ſplenderet victoria, vtque auxiliares cœleſtes ſuppetias ſibi aſciſceret, propoſuit concupiſcentiæ carniſque offerre Numini ſacrificia. Et quidem reportato iam triumpho fidem ſuam liberauit, aris impoſito filiæ holocauſto: *Fecit ei* (id eſt filiæ) *ſicut voverat, quæ ignorabat virum.* In filia Iephte adumbratam putat Hugo Charenſis carnem. *Reuerenti de victoria hoſtium occurrit filia, id eſt, caro propria petens inducias moriendi, id eſt vigilandi, ieiunandi, laborandi, & huiuſmodi, per quæ mortificatur caro: & illa allegat illud: Nemo carnem ſuam vnquam odio habuit.* Subnectit: *Decepiſti me, & ipſa decepta ero: quia aperui os meum ad Dominum contra te in confeſſione: quia ſcilicet per te peccaui: ideò oportet te immolare per macerationem.* Iam confeſſionis armis inimicos non ſolùm abegerat; ſed extinxerat; verùm adhuc cumulata non reſplédebat victoria, quoad vſque pœnitentiæ aris occubuit dicata filia: opus eſt poſt confeſſionem ieiunio, ſingultibus, chaumeniis, & huiuſmodi, quibus caro moritur ad vitam, & occumbit ad victoriam: ni filiam, id eſt, carnem rationabili Iephte conſumpſerit holocauſto, profecto pleno lucere nequiret triumpho; at ipſe vti ſapiens de iugulationis propoſito vires reſumpſit, & detritis hoſtibus votum, quod mireris implenit.

Hanc ipſam veritatem Gedeon confirmat: hoſtes inuaſurus lagenas iubet confringi, quarum ſtrepitus ſic aures inimicorum perculit, vt fugam celeriter arripuerint: eodem tempore victrix reſonat tuba, & lagena cadit fracta: *Cùm per gyrum caſtrorum in tribus perſonarent locis, & hydrias confregiſſent,* 215 Iudic. 7. v. 20.

Seneca. Multis ſeruit qui corpori ſeruit.

Hugo.

Digitized by Google

gissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamaruntque: Gladius Domini & Gedeonis. Dum Gedeon contra hydriam manum vertit, Domini gladium in hostes habet. Iam pre hydrias corpora designari expressè tradit Ambros. lib. 1. de Spiritu Sancto cap. 16. *Gedeon superaturus Madian trecentos viros iussit hydrias sumere, & in hydriis faces accensas habere, & in dextris tenere tubas. Ita nostri acceptum ab Apostolis seruâre maiores, quòd hydria sint corpora nostra figurata de limo, quæ timere non norunt, si fruere gratia spiritalis ignescant, & Iesu Domini passionem carne vocis confessione teſerentur.* Fracta rationabiliter corpora in fugam acies verterunt inimicas: quia salubre vulnus pœnitentiæ corpori incussum in hostes est ardentissimum telum. Nec temel hanc nos philosophiam edocuit; imò cùm à Domino de Madianitis ei victoria sponderetur, mitteteturque ad triumphum, pro signo petiit hœdi holocaustum: *Coxit hœdum, & de farina modio azymos panes, carnesque ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei.* Quid tunc? iubet Angelus carnes, & panes azymos supra petram poni, iusque superfundi, & iam sacramentis præparatis tacta cœlesti virga rupes ardentes euomit flammas, si olim fuderat crystallinas vndas: holocausto iam perfecto pace Gedeon victoriaque fruitur: *Ascendit ignis de petra, & carnes, azymosque panes consumpsit.* Subuectit Angelus: *Pax tecum, ne timeas, non morieris.* Non moritur homo, dum moritur rationabiliter caro, & ne pace fruitur, quousque in sacrificium offertur; at subiecto, sacrificatoque corpore, iam gaudet Gedeon signo victoriæ, seque aduersarij committunt fugæ: Per hœdum carnem nostram appetitumque designari tradit Gregorius lib. 5. moral. cap. 17. *Occidi hœdum præcipit, id est omnem appetitum carnis nostræ immolari, carnesque supra petram poni, & ius carnium desuper fundi. Quem alium signat petra, nisi eum, de quo per Paulum dicitur: Petra autem erat Christus. Carnes ergo super petram ponimus, cùm corpus nostrum in Christi imitatione cruciamus.* Si solùm spectares historiam, crederes futuræ victoriæ aptum non esse signum, consumptum ignibus hœdum; at si requiras mysterium, in hœdoque nostram carnem designari cognoueris, videbis quam opportunè hoc Gedeon popoſcerit signum, ad de hostibus captandum tropæum: nam dum nostra caro prudenter mortificationis flammis adaritur, pax floret stata, & victoria obtinetur perfecta.

Iudic. 6. v. 19.

Ambros.

Gregor.

216 Tertullianus adhuc mundialem victoriam de incommodo corporis obtineri notauit lib. ad Martyras cap. 3. *Nemo miles ad bellum cum deliciis venit, nec de cubiculo ad aciem procedit; sed de papilionibus expeditis, & substrictis, vbi omnis duritia, & inhonestas, & insuauitas consistit.* Adnectit ingeniosus Doctor adhuc florente pace exerceri milites, ne si inexperti, cedant aduersatiis inglorij: *Etiam in pace labore, & incommodis bellum pati iam ediscunt: in armis deambulando, campum decurrendo, fossam moliendo, testudinem densitando: sudore omnia constant, ne corpora, atque animi expauescant.* Itaque opus est corpus indurare, carnem affligere, si miles velit spem victoriæ fouere. Mollis & enervis in campum venit hostis adauctarus gloriam & cessurus in prædam. Athleta exercitus, & strictissima disciplina roboratus, dum cogitur, dum cruciatur, dum fatigatur, à se ipso coronam petit, & de ipsa corporis afflictione indecorum miserumque casum eludit.

Tertull.

Iacob Dei iussù patriam repetentem ea angegat solicitudo, an videlicet fraternum odium prolixi adeò temporis medela fuisset curatum, an vt olim arderet furore cæcum, vtque eius anxietudinem sopiuerit Deus, Angelorum castris communiit, nec Iacobus ignorauit: *Fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quos cùm vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc.* Turmis cælestibus stipatus adhuc timet: *Erue me de manu fratris mei Esaù: quia valde eum timeo.* Timenti ipse Deus athleta contingit, dumque strenui luctatores confligunt, Iacob plagam salubrem accepit, femurque obstupuit: *Tetigitque nervum femoris eius, & statim emarcuit.* Caro uccepta plaga langueſcit, spiritus verò quidquid desiderat, obtinet: ad ipsum Deum inualuit Iacobus corpore infirmo, & qui vel copiosis Angelorum exercitibus stipatus timebat, iam victor exultat. Theodoretus quæst. 91. Deum ait victoriam illi concedere voluisse, & impresso vulnere cedere sponte ostentasse: *Attactu femoris se volentem victum esse indicauit: tactu enim torporem induxit.* Attritum corpus semper prævalet in aduersarium; imò in ipsum Deum prævalet, & quidquid diuexatus postulat, obtinet. Ergo Deus se vinci voluit, dum torporem induxit: quia Iacob de torpore validior exitit secundum illud: *Cùm infirmor, tunc potens sum.* Corpore afflicto certior est victoria, & securior palma. Benè ergo Iephte carnem sacrificio deuouet maceratam, vt Madianitis, hoc est dæmonibus dignam intulerit mulctam.

Genes. 32. v. 1.

Theodoret.

217

218 Post tot patrata miracula adhuc Pharaonis perseuerabat duritia: inflictis plagis recrudescat ad pugnam, non flectebatur ad resipiscentiam: cúmque iam Deus de hostibus victoriam Hebræis dilargiri decerneret, agnum iubet immolari, & vt nonnulli putant, & simul hœdum: *Erit agnus absque macula, masculus anniculus, iuxta quem ritum tollitis & hœdum, & seruabitis eum vsque ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam.* In agno Christum Dominum designari nulli dubium est: in hœdo iam vidimus carnem nostram exprimi. Ergo adhuc exundantibus miraculis non obtinetur triumphus: quia ad triumphum opus erat agnus immolatus. Et fortè ne quis existimaret solius agni sanguine obtinendam victoriam, hœdum accipi iussit, vt nostram coniungendam designaret pœnitentiam; at si immoletur agnus, adiungaturque hœdus, iam atteretur Ægyptius: *Dixerunt aliqui*, scribit Lyra, *quòd per istam intelligitur duplex immolatio, vna agni, qui immolabatur decima die in qualibet domo, alia hœdi.* Quidquid sit de hac sententia, non incongruè moribus adaptari posset, si intelligamus satis non esse ad obtinendam victoriam vel stupenda miracula, si Christi sanguis defuerit, imò immolato agno eiusque effuso sanguine opus esse hœdi immolatione; hoc est, nostri corporis rationabili hostia; alioquin nec detriumphabitur inimicus, nec honorabit tempora laurus.

Exod. 12. v. 5.

Lyra.

§. XLVII.

Infeliciſsimum eſt grandi doloris cenſu nec apud homines famam acquirere, nec gloriam apud Dominum promerere.

219 FAcile eſt homines inuenire, qui ambitionis æſtu flagrantes, gloriæque cupiditatis captiui dolores deſpiciant; imò & impauido vultu mortem contemnant: plurima animæ corporiſque incommoda lucendi perſuaſit ardor; verùm iis aliquale fuit exantlati laboris præmium; nomen ſibi fecerunt, & famam, euanidam licèt, ſæculis æternarunt. Alij ſaniore mente virtutis certamen amplexi ſunt, qui in melotis degentes, errones, tenebroſiſque montium cauernis latitantes mercedem nullo tempore finiendam ſperabant, & præſentem dolorem ſpe futuri præmij deliniebant. *Athletæ*, aiebat Seneca epiſt. 78. *quantum plagarum ore, quantum toto corpore excipiunt? ferunt tamen omne tormentum gloriæ cupiditate; nec tantùm quia pugnant, iſta patiuntur; ſed vt pugnent: exercitatio ipſa tormentum eſt.* Itaque doloribus ad dolorem præparantur, & de gloriæ ardore contra labores muniuntur. Adnectit Seneca: *Nos quoque euincamus omnia, quorum præmium non corona, nec palma eſt, nec tubicen prædicationi nomini noſtri ſilentium faciens; ſed virtus & firmitas animi, & pax in caterum parta, ſi ſemel in aliquo certamine debellata fortuna eſt.* Incorruptibilis corona vires inſpirat, vt vanitas etiam ad ſuſtinenda mala furorem creet; inter hos tamen ordines tertius quidem inuenitur infelicitate plenus, quandoquidem nec apud cælites gloriam, nec apud mortales lucratur famam. Non excuſat doloris & quidem grauiſſimi cenſum, cùm nec apud Deum vel homines acquiſierit plauſum. Id generis exiſtimant aliqui fuiſſe Iephthe, qui emiſſo imprudenti voto in ſacrificium obtulit filiam, quod quidem holocauſti genus nec apud Deum legitimum, nec apud homines approbatum: *Fecit ei ſicut voverat, qua ignorabat virum. Exinde mos increbuit in Iſrael, & conſuetudo ſeruata eſt, vt poſt anni circulum conueniant in vnum filiæ Iſrael, & plangant filiam Iephthe Galaaditæ diebus quatuor.* Plangunt illegitimè demortuam, & dum mortuam deplorant, patris imprudentiam ſugillant. Iam ſacrificium nec Deo, nec hominibus gratum fuiſſe commune eſt. Audi Ioſephum lib. 5. antiquit. cap. 12. *Tranſactis induciis filiam pater immolauit, nec legitimum faciens holocauſtum, nec Deo charum: non vtique deliberans apud animum ſuum, qualis apud cæteros huius facti cauſa videretur.* Ingenti cordis dolore, flebilique orbitate nil aliud emit, vt exiſtimant plures, quàm Numinis diſplicentiam, & parricidalis impietatis apud homines ignominiam. Adæquè hoc facto extitit infeliciſſimus ac diſcruciatus, cùm adeò acerbus caſus ſolùm militarit dolori, non virtuti aut vanitati.

Seneca.

Strenuo viro non pro palma ſed pro virtute pugnandũ.

Ioſeph.

220 Diuus Paulus athletarum non exemplis ad glorioſiorem curſum prouocans ſic ad Corinthios aiebat: *Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant; nos autem incorruptam.* Itaque ethnici & Chriſtiani in agone contendunt, à deliciis & voluptatibus ſe continentes, cum anxietatibuſque certantes: alij laborem ſolantur corruptibili corona, alij verò immarceſcibili ac æterna; vtriſque tamen aliquid laboris ſolatium eſt; miſerrimum tamen eſſet, ſic luctari, vt nec excuſarentur labores, nec maneret corona marcida nec æterna. *Ego igitur*, Addit Apoſtolus, *ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno, non quaſi aerem verberans.* Se eximit ab illorum cenſu, qui nec in ſtudio ob corruptibilem coronam confligunt, nec ob æternam certamen adeunt: quid enim miſerabilius, quàm in incertum currere, & currendo laſſari? *Athletæ*, aiebat Tertullianus ad Martyres cap. 3. *Segregantur in ſtrictiorem diſciplinam, vt robori ædificando vacent: continentur à luxuria, à cibis lectioribus, à potu incundiore, coguntur, cruciantur, fatigantur: quanto plus in exercitationibus laborauerint, tantò plus de victoria ſperant: Et illi, inquit Apoſtolus, vt coronam corruptibilem conſequantur. Nos æternam conſecuturi carcerem nobis pro palæſtra interpretamur.* Carceres vinculaque perpeſſi Chriſti famuli æternam luctantur gloriam; qui ſe in palæſtra exercent, etſi corruptibilem contequuntur humanam; at ſubire duros labores, nec vnam aut alteram promereri mercedem, exaggeratior miſeria eſt.

1. Cor. 9. v. 25.

Tertullian.

221 Forte hanc calamitatem in dæmonem Dominus fulminauit, cùm ſerpentem induit: inuidia aduſtus ipſum Deum aggredi non timuit; cœlo eum audacia deiecit, & proiectus infeliciſſimè cornit: *Proiectus eſt draco ille magnus ſerpens antiquus.* Amiſit cœlum; verùm aliqua ſpe ſuum demulcebat dolorem, apud homines ſperans ſe magni habendum: hac ſpe fraudes concinnauit, & turpi facinori turpiter adrepens Euam ſefellit; præmium tamen doli fuit inter omnia animantia execrabilem haberi, & pede vel à fœmina conteri. *Ipſa conteret caput tuum.* O quàm infelix extitit ſerpens poſt tot indignæ proreptationis labores, tellure calcatus, & cœlo pulſus! Profectò aliquale doloris eſſet ſolatium, ſi apud homines aliqualem ſortiretur gloriam; vt grande eſſet præmium, ſi ab hominibus calcatis, execrationibuſque ac maledictis plenus cœlum mereretur: aſt quid luctuoſius, miſerabiliuſque, quàm cœlo depelli, & tellure, pedeque calcari: *Poſt aëris rectionem*, ſcribit Baſil. Seleucienſis orat. 3. *Serpentis rector conſtituitur, turpi facinori turpiter adrepens: nam qui Deum offendit, ſatis ei ſupplicij eſt dedecus.* Serpens apud homines dedecore afficitur, à cælitibus exterminatur, vt omni ex parte lugeat miſerrimus.

Apoc. 12. v. 9.

Geneſ. 3. v. 15.

Seleucienſ.

222 Balaamus iter agebat ambitionis cupiditatiſque calcaribus incitatus: illum Deus muti animantis voce corripuit, gladiique ſplendore perſtringens oculos ad ſaniorem mentem reducere conatus eſt; verùm nec attriti pedis dolor, nec gladij fulgor cupiditatis ambitioniſque temeritatem frænarunt: viam proſequitur, & apud Balac maluit deeſſe virtuti, quàm ambitioni: augurio conſulit, aras non ſine ingenti labore extruit, montis inſcendit verticem, & poſt hæc verbis in ore eius à Deo poſitis populum benedicit: *Cùm Dominus occurriſſet, poſuiſſetque verbum in ore eius, ait: Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei.* Quæ locutus fuerit, iam ſubnectit textus: *Benedictionem*, inquit, *prohibere non valeo.* Grauiſſimo ſupplicio Balaam inſaniam fuiſſe caſtigatam indicat textus, dum benedictionem non corde; ſed ore teſtatur poſitam. Si ex animo benediceret, Deum promereretur; ſi malediceret, regem; at dum poſt tot labores animus Deo aduerſatur, & lingua benedictioni violenter addicitur, nec humanum lucratur plauſum, nec diuinum meretur præmium: *Reuertere ad locum tuum*, aiebat

Numer. 23. v. 16.

aiebat rex. *Decreueram quidem magnificè honorare te; ſed Dominus priuauit te honore diſpoſito.* Honore humano mulctatur, præmio cœleſti interdicitur, vt plena lugeat calamitatis miſeria, quando nec cœleſtis ſpes erat pro laboris ſolatio, nec regis plauſus pro pede attrito. Innuit Abulenſis q. 7. *Dicitur quòd ponebat verbum in ore illius, id eſt, ſolum in ore, & non in voluntate: quia Balaam loquebatur iſta inuitus, cùm Deus mouret organa illius ad loquendum.* Lingua benedictioni deſeruiebat, ſicque regi diſplicens diſpoſito fraudabatur honore, cor dicabatur maledictioni, ſicque præmio carebat cœleſti, vt ſummè infelix exiſteret, à rege propter benedictionem ore tenus ſine honoris lucrique vtilitatibus repulſus, & propter peruerſum voluntatis affectum à Domino ſeuerè punitus. Nec vni Balaamo hoc accidit, quandoquidem nonnullos vt peruerſitatis, ita infelicitatis reliquit diſcipulos: Deo exulant odibiles, & hominibus deteſtabiles, eis piaculis denigrantur, quibus apud homines incurrunt infamiam, & diuinam etiam ſuſtinent iram. Ingenti de ore lucratus eſt Balaam & repulſam, & offenſam.

Numer. 23. v. 10.

Abulenſ.

223 Digno ſupplicio punitus eſt Nabucho: dura vincula ſuſtinuit, dum cœlum rapere feſtinabat inſanus, dumque omnia ſibi acquirere exambiebat violentus: vigilem acuta falce omnem arboris gloriam intuetur præcidere, & poſt cœleſtem mulctam bruti ad inſtar ab hominibus pulſum iniurias cogitur temporis ſuſtinere: *Ex hominibus abiectus eſt, & fœnum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum eſt.* Si apud homines ſortiretur gloriam, aliquod eſſet laboris ſolatium; ſi apud Deum honori eſſet, conſequeretur abiectionis emolumentum; at ſummè inſipientis fuit ſic agere, vt in ſe hominum concitauerit odium, & diuinum etiam maturarit ſupplicium. Iure vti phreneticus vinculis conſtrictus eſt, quandoquidem non poterat phreneſi non laborare, amentiaque, qui ſuis factis eſt Numinis promeruit iram, & hominum ſuſtinuit ingratiam: *Vt is qui dementia, & inſania, ac phrenetico morbo correptus erat, & Corybantum more furore agitatus contra omnes rabie inſaniebat*, ſcribit Theodoretus orat. 4. *neceſſariis vinculis conſtrictus fuerat.* Exulabat deſertorum erroribus luridus & illigatus, quin tunc Numini acceptus, aut hominibus eſſet gratus. Et quæ durior, grauiorve calamitas, quam poſt ingentes dolorum ærumnas ſuſtinere hominum odia, & pati cælitus inflicta ſupplicia.

Daniel 4. v. 30.

Theodoret

CAPVT

CAPVT DVODECIMVM.

VERS. I. ECCE antem in Ephraim orta est seditio: nam transeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam. 2. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauique vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. 3. Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium? 4. Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim, percusserunt viri Galaad Ephraim, quia dixerat: Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. 5. Occupaueruntque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat: cúmque venisset ad ea de Ephraim numero fugiens, atque dixisset: Obsecro, vt me transire permittatis, dicebant ei Galaaditæ: Numquid Ephrataeus es? quo dicente: Non sum: 6. interrogabant eum: Dic ergo Scibboleth, quod interpretatur spica. Qui respondedat, Sibboleth: eadem littera spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. 7. Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. 8. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlehem: 9. qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores, introducens in domum suam. Qui septem annis iudicauit Israel: 10. mortuusque est ac sepultus in Bethlehem. 11. Cui successit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Israel decem annis: 12. mortuusque est, ac sepultus in Zabulon. 13. Post hunc iudicauit Israel Abdon filius Illel Pharathonites: 14. qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarum, & iudicauit Israel octo annis: 15. mortuusque est, ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim in monte Amalec.

---

§. I.

Commentarius Litteræ.

Vers. 1. Ecce autem in Ephraim orta est seditio: nam transeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.

NOndum Iephte ab inimicis se expediuerat, cùm Ephraitæ nouum, nec minus durum bellum illi inferre contentioso clamore adoriuntur; cúmque victoriam adeò fortiter partam, & præstantis viri solertiam debuissent faustis, iteratisque acclamationibus celebrare, adusti inuidia, odioque ardentissimo inflammati moliti sunt flammis anhelantibus prorsus extinguere, & abolere, ea æmulatione stimulabantur, vt non exiguum iter ad Iephte-carpendum confecerint; sed contra Aquilonem transiuerint. Expostulabant quod data opera, & studiosa industria illos præterierit auara spoliorum cupiditate, aut, quod ægriùs ferebant, eorum contemptu. Nec iniuriam se aliter vindicaturos asserebant, quàm domum euertendo, & incendiis exustulando. Exercitu comparato venisse tradit Caietanus: nam cùm Septuaginta habeant: *Clamauit vir Ephrem.* Sic ait: *Est sermo de congregatione cum sono tubarum: significatur enim congregatio exercitus.* Adde non solum exercitum; sed etiam magnum legisse, cùm inferius constet quadraginta duo millia de Ephraim fuisse desideratos.

Vers. 2. Quibus ille respondit: Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauique vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis.

Vers. 3. Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas: Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium?

Manse

2 Manſuetiſſima reſponſione eos placare conatus eſt : addebat nullam querelarum cauſam illis eſſe, quandoquidem ipſi curæ fuit in primis eos vocare vtpote ſtrenuos, & ad inimicis terrorem incutiendum aptiſſimos, & tamen bello non adfuiſſe, quod Duci non erat adſcribendum ; ſed eorum arbitrio, conſilioque applicandum. Deinde teſtabatur in eas angustias ſe fuiſſe coniectum, vt expectare illorum ſuppetias nequiuerit prementibus aduerſarijs : addebatque potiori iure poſſe ſe de Ephraitis conqueri, quandoquidem vrgenti adeo periculo quem afferre detrectarunt, quantumuis humillimis precibus compellati, & aſciti. Adiecit, ſi fortè ſuperbiæ mederetur, victoriam illam non tam propriis viribus partam, quàm Dei fauore conceſſam, ſeque in nullo peccaſſe, nec commeruiſſe, vt aduerſus publicum benefactorem poſt tot pericula deuorata, & certamina laboriosa inſurrexerint, & copioſam adeò militum manum armarint. Verùm cùm de ipſa deiectione, humilitate, manſuetudineque luoris, ac timoris flamma non ſedaretur ; imò actiùs inflammata gliſceret, aliò vertit animum, decreuitque impudentem illam audaciam, & inſolentem inuidiam mellitis verbis non medicari ; ſed ſuppliciis dignis punire. Ergo vocatis cunctis Galaaditis aciem inſtaurauit, prælumque iniuit.

Verſ. 4. Vocatis itaque ad ſe cunctis viris Galaad pugnabit contra Ephraim : percuſſeruntque viri Galaad Ephraim, quia dixerat : Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manaſſe.

3 Galaaditæ dùm ſecuti Iephte magnam ſibi gloriam, commoditatem quæ comparaſſent eius imperio quàm expſomptos ſe præſtiterunt : nec ſolùm gratitudo pro Duce ſuo pugnare conſulebat ; ſed ſtimulabat etiam acriter Ephraitarum ſuperbiſſima iactantia, quandoquidem ante certamen Galaaditas quam citò terga verſuros improperabant ; imò iniurio deſpectu ſupercilioque inter Ephraitas & Manaſſæos quàm longè præſtantiores, ingenioque diſſimiles, habitare reprehendebant. Hunc eſſe pentiorem ſenſum illius ſententiæ : *Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim*, teſtatur Abulenſis q. 4. *Dixerunt velut impropetium Ephraitæ de Galaaditis : Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim, id eſt, fugit à facie Ephraim : & ob hoc concitati ſunt grauiter ad bellum Galaaditæ, & percuſſerunt Ephratæos.* Abulenſ. Alij exponunt hoc impropetium de ipſo Iephte : ac ſi dicant : Quis eſt Iephte, vt in medio Ephraitarum, Manaſſitarumque principatum ſortiatur, cùm conſtet omnibus ignobili vena natum, & ab ipſis fratribus indecorè fuiſſe depulſum. Lyra putat hac ſententia ſignificaſſe Galaaditas populum eſſe contemptibilem, ſiue comparetur cum Ephraitis, ſiue cum Manaſſitis conferatur : vnde immeritò medius inter has tribus degebat, & tellurem occupabat.

Verſ. 5. Occupauerunteque Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuerſurus erat. Cumque veniſſet ad ea de Ephraim numero fugiens, atque dixiſſet : Obſecro, vt me tranſire permittatis, dicebant ei Galaaditæ : Numquid Ephratæus es ? Quo dicente : Non ſum,

Verſ. 6. Interrogabant eum : Dic ergo, Scibboleth, quod interpretatur Spica. Qui reſpondebat Sciboleth, eadem litteram ſpicam exprimere non valens : ſtatimque apprehenſum iugulabant in ipſo Iordanis tranſitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.

4 Cùm Galaaditæ deſpectu opprobrioque exaſperati acriter cum Ephrathæis decertarent, quàm citò arrogantes terga verterunt, & à lingua ampullas iactante manus diſcordanit. Ergo cùm Ephrathæi hoſtili impetu effuſi fugatique ſtationem deſeruiſſent, & militarem diſciplinam non poſſent fuſi, & diſperſi ſeruare, ex eis plurimi decreuerunt ad ſua fugæ auxilio teuerti ; verùm cùm opus illis eſſet per Iordanis vada viam carpere, vt fecerant, cùm in Galaaditas copias inſtruxerunt, celeri greſſu properabant ; verùm Galaaditæ, quibus id non ignotum, præoccupatis vadis, ſtationibuique diſpoſitis præcluſerunt effugia, & fugientium eluſerunt deſideria. Ergo ne alios præter Ephrathæos retardarent tranſitu prohibito, tranſeuntes ad proferendum determinatum verbum cogebant, quod qui legitimè pronuntiabant, ſine obice tranſibant ; cùm verò eſſent Ephrathæi lingua blæſi, aut contrariæ pronuntiationi aſſuefacti, proferre nequibant, & quamuis ſe Ephrathæos negarent verbo, prodebant pronuntiationis modo ; vnde ſtatim audaciæ, inſolentiæque dabant pœnas, & agebant iugulari ab hoſtibus animas : lingua deliquerant, & ob linguam dignam perpeſſi ſunt mulctam.

Verſ. 7. Iudicauit itaque Iephte Galaadites Iſrael ſex annis, & mortuus eſt, ac ſepultus in ciuitate ſua Galaad.

Verſ. 8. Poſt hunc iudicauit Iſrael Abeſan de Bethlehem,

Verſ. 9. Qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, & eiuſdem numeri filiis ſuis accepit vxores, introducens in domum ſuam : qui ſeptem annis iudicauit Iſrael.

Verſ. 10. Mortuuſque eſt, ac ſepultus in Bethlehem.

5 Iephte bellicis laboribus fractus, & fortè iam maturæ ætatis, cùm ad regimen proiectus, quàm citò vitæ curſum abſoluit. In Galaad refertur ſepultus : vnde aliqui putant ſpecialem fuiſſe ciuitatem hoc nomine nuncupatam : verùm ex Hebræo, Chaldæoque textu pro ipſa regione

Digitized by Google

Hebræus. Chaldæus. gione Galaad ſumi colligitur. Sic Hebræus : *Sepultus in vna ex ciuitatibus Ghilhad.* Ferè idem Chaldæus : *Sepultus eſt in vrbibus Ghilghad.* Plures fabulas confingunt Rabbini, ſcilicet Iephte ob arrogantiam membratim fuiſſe diſſolutum, eiuſque membra non tam ſepulta, quàm variis in vrbibus Galaad ſeminata. Alij exiſtimant poſt mortem fruſtatim fuiſſe diuiſum, & hoc honoris cauſa : nam cùm quæuis ciuitas aliquid ad ſolatium ſortiri expeteret, & curaret, ne deſideratis careret, diuiſum corpus omnibus diſtributum eſt. Demortuo Iephte omni ſolicitudine electus eſt Abeſan, ne tractis moris populus, vt aſſolebat, vitiorum furore actus prolaberetur ad idololatriam, aut ambitio audax populo afferret ruinam. Chaldæus *Ibſzan* poſuit pro *Abeſan*, Pagninus *Ebſan*, Caietanus *Ihzan*, Nicephorus *Eſbon*, Euſebius in Chronolog. *Eſebon*. Hic patriam agnoſcebat Bethlehem in tribu Iuda ſitam, vt communis fert opinio, etſi noſter Maldonatus in cap. 2. Matth. verſ. 1. diſſentiat, & Zabulonitam indicet. Hebræi exiſtimarunt Abeſan fuiſſe Boozium maritum Ruthæ. Toſtatus verò quæſtione 9. hanc tententiam clarè refutat. Ergo Abeſan triginta filios, & totidem filias ſortitus eſt, quos omnes iam matura ætate ad nuptias, vt decebat, matrimonio locauit : filias maritis adæquè nobilibus tradens, & vxores filiis accipiens. Abulenſis quæſtione 9. exiſtimat numerum referri ad Abeſan laudem, cùm Hebræi pro magna habuerint felicitate poſteritatis amplificationem. Ego verò huius viri felicitatem non tam conijcio ex filiorum cenſu, quàm ex eorum moribus, quandoquidem omnes filiæ parenti ſuo ſponſalium ſuorum curam reliquerunt, & omnes filij ſe dignos, qui ab omnibus in generos deſiderarentur, factis probarunt. Notat textus emiſiſſe filias, nurus domum introduxiſſe, quod prudentiæ fuit : nam licèt hoc affinitatis genus, nurus videlicet & gener, nonnullas ferè ſemper ſecum difficultates afferat, facilius erat pacem florere adductis nuribus, quàm generis, quandoquidem fœminæ meliùs quàm viri, poſſent eruditi, & ad concordiam aptari. Iam quàm laxa, amplaque fuerit huius Principis aula, ex eo conijcies, quod triginta nurus capere potuerit non familiis deſtitutas, ſed numeroſo ſeruorum cætu ſtipatas.

Chald. Pagnin. Caietan. Niceph. Euſeb.

Maldonat.

Abulenſ.

---

§. II.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 11. *&* 12. Cui ſucceſſit Ahialon Zabulonites, & iudicauit Iſrael decem annis, mortuuſque eſt, ac ſepultus in Zabulon.

Verſ. 13. Poſt hunc iudicauit Iſrael Abdon filius Illel Pharathonites.

Verſ. 14. Qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, aſcendentes ſuper ſeptuaginta pullos aſinarum, & iudicauit Iſrael octo annis.

Verſ. 15. Mortuuſque eſt ac ſepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

SEptuaginta non Ahialon, ſed *Elon* vocarunt : eodem modo Chaldæus. Illico poſt mortem Abeſan totius populi conſenſu ſuffectum fuiſſe Ahialon, indicat ipſa Scripturæ ſeries. Abulenſis quæſtione 10. aduertit iudiciariam poteſtatem nulli tribui familiæve addictam ; ſed iam huic, iam alteri pro eligendorum meritis applicatam : quod vt erat regimini opportunum, ſic optimæ politices argumentum : nam vbi non erat Monarcha, ad quem iure originis imperium ſpectaret, prudentiæ fuit ſic dignitates alternari, vt nulla tribus ſe doleret abiectam, aut minoris habitam. Ad dignitatis faſtigium in longæua iam ætate hunc iudicem aſſumptum, inde coniectat Abulenſis quæſtione 10. quòd breui vitam finiret ſpatio. Mihi verò decem anni ſatis videntur ad iudicis, etſi non ſenis ſalutem & vitam labefactandam, dum ille dignitate non abutatur ad vitæ commodum ; ſed impleat anxiis vigiliis, perpetuis curis, continuis laboribus, vt muneris exigit obligatio. Ahialon interpretatur, vt placet Noſtro Seratio quæſtione 6. ilex aut quercus. Noſter textus, dum teſtatur in Zabulon ſepultum, Zabulonitam denotat. Abulenſis quæſtione 10. ex Hebræo legit *in Ahialon* : conſentit Chaldæus : *Sepultus eſt in Eilon in terra tribus Zebulin.* Putat Abulenſis Ahialon quemdam fuiſſe locum in terra Zabulon eodem ac Iudex nomine appellatum, vbi ſepultus eſt Ahialon : ni mauis ſepulchrum nomen ſuxiſſe à viro ibi ſepulto, quod ad eius laudem, & memoriam ſpectabat.

6 Septuag. Chaldæus.

Abulenſ.

Seſat.

Poſt hunc refertur iudicaſſe Abdon, cuius nominis interpretationes referuntur à noſtro Serario q. 7. videlicet *ſeruus*, vt etiam *iudicij nubes.* An hic fuerit Ahialon filius, vocatur in quæſtionem : nam licet textus illum appellarit filium Illel, exiſtimant plures Ahialon fuiſſe binomium, videlicet Illel, & Ahialon : vnde ex hac parte nulla repugnantia videtur : fuiſſe filium Ahialon, ſiue Chialon tradit Ioſephus 5. antiq. Obijcit Abulenſis quæſtione 10. Ahialon fuiſſe Zabulonitem ; Abdon verò ad tribum Ephraim pertinere, vt ex loco ſepulchri colligitur. Cùm Pharathon ad Ephraim tribum pertineat, & Abdon dicatur Pharathonites, id eſt, ex Pharaton oriundus, & ibi etiam conditus, non videtur eius filius, cùm filius & pater, ad eamdem tribum pertineant. Abulenſi aſſentior ; non tamen ob ſepulchrum præcisè, cùm conſtet Tholam Iſſacharitam apud Ephraitas ſortitum fuiſſe ſepulchrum ; ſed quia vocatur Pharathonites, & Pharathon ad terram Ephraim aſſerit textus pertinere : *Mortuus eſt*, inquit, *ac ſepultus in Pharaton terræ Ephraim.* Noſter Serarius aliam viam iniit q. 7. nam cùm hic ſeruus à Græcis nominetur, putat Ahialonis iudicis videlicet præcedentis fuiſſe famulum adeò induſtrium, adeò fidelem, vt Ahialon in generum ſibi acceperit, filiamque tradiderit : vnde eſſe potuit Ephraita, &

7 Serar.

Abulenſ.

& vocari largo modo filius Ahialon, quandoquidem generi nomine filiorum censentur. Iam si obiicias debere fœminas ex eadem tribu viros ſuſcipere; ſæpe ſæpiùs rerum eſt eas ſolum hac lege teneri, quæ patri ſuccedebant in defectum filiorum. Hic ergo Abdon quadraginta filios ſuſcepit, ex quibus triginta nepotes vidit, qui omnes eâ conſtabant corporis integritate & ſalute, vt poſſent equitare. Abulenſis relata quæſtione eximiam Abdonis amplitudinem colligit, quando tot filios & nepotes non exiguâ pomi â incedentes poterat commodè alere, & neceſſaria præbere. Iudicaturæ huius tempus octo anni fuerunt: erat ſenex, inquit Abulenſis, quãdo factus eſt iudex. De hoc iudice ita Ioſeph. 5. antiq. c. 9. *Filios habuit quadraginta, nepotes triginta, atque egregiis equitibus ſeptuaginta comitatu circumuectabatur, quos omnes ſuperſtites reliquit. Mortuus eſt iam ſenex, & in Parathone magnificè ſepultus.* Aduertunt Interpretes nulla ab his iudicibus memoria digna referri, cùm florente pace eos nulla bella turbarint, nullæque populum calamitates afflixerint. Verùm quid illuſtrius, ac laudabilius, quàm eorum fuiſſe tranquillum imperium, nullis cladibus, aut perturbationibus conquaſſatum?

Ioſeph.

§ III.

Superbus non ſuſtinet alium honore lucere, &, ſi luceat, curat animitus obſcurare?

8 SVperbia arx doloris eſt: ipſum Deum bello petiuit, & dignitate lucere doluit: ſi alium viderit plauſibus celebratum, honoribuſque conſpicuum, intimo cruciatur dolore, & ardenti vritur anxietudine: aliena felicitas eius tormentum eſt, & dum omnem ſibi honorem diſcupit, defraudata votis inſanit. Inuidus ipſis beſtiis deterior eſt: bruta namque mutua ſe neſciunt impetere inuidia, cùm homo de alterius ingemat gloria: *Beſtiæ inuidentia mutuâ non eſt laborare probabile*, inquit Plutarchus lib. de inuid. & odio, *ſiquidem non cadit in eas opinio, aliam in ſecundis vel aduerſis rebus eſſe, neque monet eos gloria, vel infamia, quibus exaſperatur in primis inuidia.* In taurorum grege fortior præcedit, quin alij eius inuiderint fortitudini, aut præcedendi opponantur honori: ſolus homo pro aduerſis habet alterius ſecunda, illumque ad luctum incitauere glorioſa. Adde non ſemel ab inuidis bellum illi creari, cui ius fuerat gratitudinem exhiberi. Opportunè Caſſiodorus 4. variar. 44. *Inuidioſa eſt contra eum querela, cui ſunt reuerentia iura ſeruanda: quia neſcio quid admiſſum graue creditur, vbi contra tales ſilentium non tenetur.* Fas erat Iephte Ammonitarum expugnatorem, paciſque Iſraëliticæ artificem repetitis acclamationibus celebrare, & tamen Ephraitæ bellum in ipſum non dubitarunt mouere: *Ecce in Ephraim orta eſt ſeditio: nam tranſeuntes contra Aquilonem dixerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.* Grauius illũ diſcrimen adurgebat, quàm ab aduerſarijs, ab inuidis: nam aduerſarij licèt conati ſunt poſſeſſiones auferre; non tamen flammis voracibus vſtulare; at inuidi inuidioſis vrgẽt querelis, & ardentibus adurere tentant flammis. Iam ſi quæras quæ cauſa fuerit Ephraitis: reſpondebit Abulenſis quæſt. 2. nullam aliam præter inuidiam, ſuperbiamque: ea namque tumebant ambitione, ea ambitioſa aduehebantur ſuperbia, vt ſuſtinere nequiuerint alium honore fulgere; ſed voluerint in modum ſpongiæ omnem ſibi gloriam exugere: *Quæretur quare Ephraitæ*, inquit Abulenſis, *tumultuabantur contra Iephte? Reſpondendum quòd erant valde ſuperbi, & nolebant quòd aliquis haberet honorem, niſi ipſi. Et quia tunc Iephte conſecutus fuerat victoriam magnificam, & ipſi non conſecuti fuerant aliquam partem gloriæ, doluerunt nimis, & ob inuidiam voluerunt delere ipſum Iephte.* Triumphus illis erat luctus, & qui pacem attulerat, factioſis denigrabatur querelis, & vrgebatur ſeditioſiſſimis iurgiis. Et vtinam ſolùm Ephraitæ hoc laborauerint morbo; verùm adeo ſervpit, quamplures quidquid laudis gloriæue ſibi geſtiuerint arrogare, ne alium quiuerint honoribus reſplendentem aſpicere.

Caſſiod.

Zachariæ obiicitur amphora à mulieribus milui alis inſtructis eleuata: *Ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas quaſi milui, & leuauerunt amphoram inter terram & cælum.* Dum inflatis ſpiritu alis leuantur, inſtructæ miluinis vnguibus deſcribuntur. Iam ſi quæras, cur potiùs milui mutuatæ fuerint & alas & vngues, reſpondebit Gregorius libr. 14. moral. cap. 26. miluum pullis volitantibus ſemper inſidiari, diripereque moliri. Ergo ne quis voli et, ſemper curat ala elatione ſuperbiens, & inani tumore turgens: *Spiritus in alis earum eſt: quia ſuperbia eſt inanis gloria per omne quod agunt, Satanæ voluntati famulantur*, inquit Gregorius, *Et habebant alas quaſi alas milui. Miluus ſemper natura ſtudet inſidiari pullorum.* Miro emblemate ſuperborum ingenium deſcripſit Propheta, dum quas ſuperbiæ ſpiritu alas tumere vidit, & miluinas appellauit: vt enim miluus pullorum ſanguine paſcitur, & ne vnquam volitarint, molitur; ita ſuperbus totus eſt in aliorum crementis inſidiando, & ne volitent, impediendo.

9 Zachar 5. v. 9. Gregor.

Superbia eorum, qui te oderunt, aiebat Pſaltes, *aſcendit ſemper.* Incognitus hoc intelligit de Babyloniis, qui vt tumebant ſuperbia, Deum odio habebant, quaſi ægrè ferrent maieſtate lucere, & arderent modis omnibus obſcurare: *In tantum ſuperbia Nabuchodonoſor Regis Babyloniorum aſcenderat, quod ſe adorari tamquam Deum volebat ab omnibus in ſtatua aurea, quam erexerat.* Videbat Nabucho Deum à pueris illis ſanctiſſimis coli, vtque ſe ſolum ſuperbiæ phreneſi exambiebat adorari, odio ipſum habebat Deum. Et expende, amabo te, aliis vitiis deditos, voluptatibus, & appetitionum inſaniis indulgentes, Deum offendere; in illum tamen odio non debacchari; ſuperbum verò Deum ipſum odiſſe, propheta teſtante: *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.* Quod ſi rationem ſcruteris, reperies aliis vitiis deditos cum Numine de altitudine non certare, nec eius magnitudini inuidere, at ſuperbus Deum odit, dum ſemper aſcendit: quia eius altitudinem ſibi reputat impedimentum, & extimeſcit conſortium. Ergo inſano odio ardet ipſum, ſi poſſit, detrudere, aut ſi non poſſit, dente liuidiſſimo lacerare. Itaque ſuperborum, ac tumentium hoc eſt ingenium, alium honoribus ſplendentem non pati, aut ſaltem deforedare tenebris ſemper moliri.

10 Pſal. 73. v. 23 Incognit.

11 Cum gigas ille proceræ magnitudinis Dei aciebus insultasset, maledictisque proscidisset, Dauid in campum deuenit patri obediens, & subsidia fratribus allaturus, cumque hominis audaciam, demiratus de præmio à rege proposito sciscitaretur, frater coniecit duellum ardere, & coniectura leuissima innixus aggressus est fratrem carpere. *Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui.* 1.Reg. 17. v. 28. Certè Dauid dato quod in gigantem auderet, potius videbatur quàm superbus, temerarius. Ad hæc pro eius humilitate stabat in mapalibus degere, ouium curam agere, humerum oneri subiicere: hæc enim omnia erant humilitatis argumenta, non tumoris indicia. Audacem ergo carpserit, non superbum. O quanta est hominum malignitas! Clarissima pro Dauidis humilitate extabant argumenta pro suspicione solum interrogationis indicia, & frater plus credit malè fundatis indiciis, quàm certissimis argumentis; in hac tamen inani suspicione aliquod fuit ad nostram eruditionem, quo superbum præ audente coniiceret, & tumidum iactitaret: videbat conari in gigantem, alterius sublimitatem non ferentem; cumque proprium sit superbiæ nullum magnum pati, vt coniecit ardere bellum, esse superbiæ excogitauit consilium. *Putabat*, inquit, Rabbanus apud glossam, *in eo tumorem propter Samuelis vnctionem, quasi ex ea audaciam sumpsisset.* Rabban. Dauid vnctione erat magnus, cumque frater in magnum audere coniceret, & superbire putauit, quasi tumore inflatus, & superbia adultus sustinere gigantem nequiret; sed disiicere adlaboraret. Falsa fuit fratris suspicio; verum dum cum gigante depræliantem superbum dixit, quàm sit superbis odiosa gigantæa aliorum magnitudo, nobis ostendit.

12 Christo recens nato Magi inuolant, & Regem faustis iteratisque acclamationibus in ipsa Herodis curia dilaudant: *Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellã eius in oriente, & venimus adorare eum.* Matth. 2. v. 2. Rex impius, dum regem audit, totis artubus contremiscit. *Audiens autem Herodes rex turbatus est.* Nuntio non secus ac præpilato telo perculsus necem molitur; sed quia non sustinet vel ad fraudem concinnandam regem vocari, pueri exigui ætate innubilat, & splendoribus stellæ conciliare tenebras adlaborat: *Ite & interrogate diligenter de puero*: non de rege, sed de puero: quia regia maiestas prodebat excelsum, puerilitas testabatur pusillum, & superbissimus rex non solùm versutis technis de medio niteba tur auferre; sed eo modico tempore non ferebat honoribus regiis radiare. Notauit Theophylactus ad hunc locum: *Non dixit de rege; sed de puero: nec enim nomen ferre poterat demonstrans quantum contra illum insaniret.* Theophyl. Insanit superbus, & si quem videat lucere, distorquetur, & eius splendorem adnititur obscurare.

§. IV.

Grauius virtuti detrimentum imminere videtur à diuitibus, quam ab hostibus?

13 AVida diuitiarum cupiditas, auri fames sic humana corda subiugat, sic captiuat sensus, vt homines pecuniæ inseruiendo prorsus videantur addicti, & virtutibus denegati: cum diuitiis crescit insolentia, cum auro virtutum adolescit iniuria: *Non patitur auaritia*, aiebat Seneca lib. 2. de Benef. cap. 27. *quemquam esse gratum.* Seneca. Adde diuitem non solùm non esse gratum; sed sæpè sæpius iniurium. Nescias an Christo deteriores inueniantur præ hostibus diuites: vocati semel & iterum obsurdescunt; imò surditate elaborata, & conscientia affectatè corruptâ, vt ingratitudinem suam honestarint, ad mendacia recurrunt, & in Deum ipsum belligerantur, quasi eos auri copia, potentiaque ipsi Numini prætulerit, eiusque dominio exemerit: Iephte Ephraitas vocat Ammonitarum populum expugnaturus: renuerunt illi obedire, nec contenti sunt refragari, sed egregia concinnarunt mendacia, vt iniquè intulerint bella. De ipso Deo sibi promiserant triumphum: quia illos in Deum execrandum armabat aurum: *Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon* (vociferantur) *vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.* In Iephte Christum adumbrari testatur Hugo, vt in Ephraitis huius sæculi potentes. Ergo satis non fuit diuitibus vocanti non respondere; sed tentarunt debellare: *Iephte, id est Christus: Ephraitæ sunt diuites huius mundi, qui fructificat hic: vocat enim Christus diuites huius mundi, vt ipsi præbeant auxilium, & ipsi facere nolunt.* Hugo. Nolunt opitulari: quia nouerunt solùm insurgere: se non vocatos mentiuntur, adeóque à timore inueniuntur alieni, vt in ipsum Deum obarmentur temerarij: *Incendemus*, inquiunt, *domum tuam.* Ipsius Dei domum conantur euertere non solùm flagitiorum impetu; sed & præsumptionis ausu: nihil non tentabit auro fultus, & copia pecuniarum defensus: Ammonitæ etsi hostes aperti, nunquam Iephte domui familiæque tentauerunt incendium: Ephraitæ verò, hoc est diuites minantur flammam, & spirant ruinam: vt noueris grauius Dei familiæ detrimentum imminere à diuitibus, quàm ab hostibus.

14 Cùm Dei Arca in campum deuenisset, Philisthæi pauore ingemiscunt conterriti, & terrentur potentiam falsi: *Timuerunt Philisthiim dicentes: Venit Deus in castra, & ingemuerunt dicentes: Væ nobis; quis nos liberabit de manu deorum sublimium istorum? Hi sunt dij, qui percusserunt Ægyptum omni plaga.* 1.Reg. 4. v. 7. Ecce virulentissimi Dei hostes eius agnoscunt potentiam, ab ipsoque promanasse Ægyptiis, confitentur ruinam. Transi modò ad Israëlitas, quorum vxores filiique micabant auro, & ditabantur argento: hi vitulum construunt, cui Ægyptiorum stragem, & Israelitarum liberationem adscribunt. *Hi sunt*, aiebant, *dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.* Exod. 32. v. 4. Quod existimas Numini præ aliis iniurios? Philisthæos hostes, an Israëlitas diuites? Certè Philisthæi etsi à vera religione alieni, & cultui Dagon dicati, fatentur Hebræorum Numinis magnalia, & in Ægyptios obscurare nesciunt prodigia; cum tamen ipsi Hebræi diuinitate nitantur exaugurare, & ad vitulũ transferre: quæ experti fuerant beneficia denegant ingratissimi, & se Numinis cõstructores præsumũt cæcitate superbi: Aiebat olim Deus:

Deus: *Faciamus hominem*; & illi clamant: *Fac nobis deos*: quasi minus quiuerit omnipotentia efficere, & plus audeat dehrans auro vetania tentare: *Parum iſtis ſuis*, aiebat Oleaſter hic ad mores, *idolum ſuum ſummis honoribus, & laudibus attollere, niſi potiſſimum Dei beneficium, quod illis impenderat, in eum collocarent.* Qui auro diuitabantur, ingratiſſimis clamoribus beneficiū idolo adſcribūt & quod inimicus non eſt ausus denegare, dines aggreſſus eſt in idolum tranferre: quasi grauius detrimētorum Deo promanauerit à diuite, quam ab hoſte.

Claſt.

15 Chriſtus Dominus calamitatem hominis à dæmone ob eſſi miſeratus maria tranat, & ad Geraſenos aduentat, dæmones, qui tota ſe cohorte ad reſiſtendum parauerant, non, potuerunt Chriſti non confiteri virtutem, & exertis clamoribus agnoſcere maieſtatem: *Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum ne me torqueas.* Legio, dum facultatem inuadendi porcos precatur, ſe nihil ſine Chriſti Domini licentia poſſe facere confitetur: expulſa eſt ab humano corde legio: tot vitia capit, & tot hoſtibus homo deſeruit. Paſtores dum nuntiant dæmones præcipitaſſe gregem, inhabitatum deſeruiſſe declarant hominem. Quid tūc? Ciues conueniunt, & dum hominem illum ad Chriſti Domini pedes intuentur denotum, ſtupore corripiuntur: *Veniunt ad Ieſum, & vident illum, qui à damonio vexabatur, ſedentem, veſtitum, & ſana mentis, & timuerunt.* Titus Boſtrenſis apud D. Thomam, hominem ad Chriſti Domini pedes gratitudinem ſuam profitentem inſediſſe teſtatur: *Viderunt ſedentem iuxta pedes, à quibus nactus erat ſalutem, quem anteà nec catena compeſcere poterant, veſtitum, & ſana mentis, qui continuò nudus erat, & obſtupuerunt.* Non obſtupeſcunt exiſſe dæmonem; ſed ad Chriſti nomini pedes ſedere hominem. Et quare? Quia, vt teſtatur Auguſtinus in catena, diuitiis & nobilitate præclarus erat: *Cum Matthæus dicat duos fuiſſe, Marcus & Lucas vnum commemorant: vt intelligas vnum eorum fuiſſe perſona alicuius clarioris.* Dæmon notus hoſtis Chriſti potentiam agnoſcit: nobilis diueſque homo Domini veſtigiis adhæret; verùm inſolitum adeò viſum eſt Geraſenis diuitem virtutibus inſeruire, vt non tam deniretur dæmonem depulſum, quam potentē Chriſto ſubiectum. Itaque dum vident diuitem à vitiis dæmonibuſque alienum, mirantur, cùm abactum dæmonem non mirentur. Vt hinc noſtræ theſis eluceat veritas, virtutem videlicet grauius ſubire detrimentum à diuitibus, quàm ab hoſtibus.

Marci 5. v. 7.

Titus.

Auguſt.

16 Dauid apud Achis commoratus Angelus audit: ſic enim eius rutilabat virtus vt nec hoſtilis erga ipſam cæcutire valeret oculus: *Scio quia bonus es tu in oculis meis; ſicut Angelus Dei.* Qui apud Achis habetur Angelus, apud Nabal exprobratur indignus: *Quis eſt Dauid, & quis eſt filius Iſai?* Iam ſi queras cur Nabal dicteriis obſcurauerit, quem Achis elogiis dignis extulerit, ea mihi ſe offert ratio, Nabalem ſcilicet exundaſſe diuitiis teſtante ſcriptura: *Homo ille magnus nimis.* Ergo à ſuis, ſi diuites, graniter Dauid dehoneſtatur, quando ab hoſtibus extollitur: *Vir durus & peſſimus*, ſcribit Rabbanus apud gloſſam, *Iudæos ſignificat, qui vua fellis & botri amaritudine ebriati, dura ceruice, & incircumciſi corde ſemper Spiritui Sancto reſiſtebant.* Vnus dines reſiſtentium adumbrabat cateruam: ſemper enim dines durus reſiſtit, & ad bella virtutibus inferenda pio multis valet. Grauius duriúſque Dauid à ſuis, ſi diuites, dehoneſtatur, quā abhoſtibus de honeſtetur.

1. Reg. 29. v. 9.

1. Reg. 25. v. 10.

Rabban.

17 Chriſtus Dominus deſertorum adit ſolitudinem docens homines ad celeſtia media anda, & ad incurſus dæmonis eludendo. opportunum eſſe ſeceſſum: tentari voluit, vt inam nobis commendaret patientiam, & pugna inſtruxerit ad victoriam: *Ieſus duc-* Matthæi 4. v. 1. *tus eſt in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo.* Veternoſus coluber, ieiunij hoſtis, nequiuit ſentina ipſum adoriri Chriſtum non veretur ſed cùm immortale corde odium gerat, pietatem ſimulat, & vires ſumpto cibo recreare ſuadet: verùm vbi fruſtratus eſt expectatione teli pietaris ſpecie iacti ad vanitatem confugit: quia nouerat homines ventris non ſemel diſpendio inhiare ad plauſum, & volaticum honorem diſcupere ſalutis detrimento, & indubio præcipitio; verum cùm neque his armis proficeret, ad cupiditatis ſe inſidias conuertit. Quid tunc? Dominus quaſi conſeruum adortus eſſet, verbo ſolum repulit, & imperio exterminauit: *Vade ſathana.* Vides deſertum petiuiſſe Dominum cum diabolo congreſſurum: *Vt tentaretur à diabolo.* Tranſi modò ad Matthæi ſecundum caput, vbi cum Herodes cæca gloriæ cupidine æſtuaret, ſuique regni largiorem vti hoſtem in animis præcaueret, Dominus fugam arripuit, & in Ægyptum ſe contulit: *Surge*, monet Angelus Ioſephum, *& accipe puerum & matrem* Matth. 2. *eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi: futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Mira res: qui cum diabolo non timuit congreſſum, fugit Herodis deliciūm: & quid intereſt, ſi Herodes delectum cogat, ſi obarmet milites, ſi technas inſtruat, ſi captioſos laqueos obtendat, quando puerulus Deitate fruens, & nutu valet opprimere, & ſola voluntate triumphare? Certe quod fugit Deus hominem, non eſt pauoris; ſed facramen i geminus armatur in Chriſtum Dominū inimicus, ve ſutiſſimus diabolus, & Herodes poteſtate & diuitiis plenus: vtque noueris non adeò graue di crimen imminere virtuti, ſi imperatur à virulentiſſimis aduerſariis, dæmonibuſque; ac ſi à ſæculi ſplendidis & diuitibus,, qui proceſſit contra diabolum in deſertum, inuolauit aufugiens diuitem in Ægyptum: *Euge in Ægyptum: futurum eſt enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.* Opportunè Chryſol. ſerm. 150. *Perſequente homine Deus* Chryſol. *fugit, ſaliente terra cælum trepidat, & volitante puluere pauore turbantur Angeli; & pauor patris filio fugiente monſtratur.* Adiecit Chryſol. *Herodes quærebat: ſed quærebat diabolus per Herodem.* Sperabat diabolus; ſi diuitis, & potentis vteretur auxilio, infauſtum de innocentia trophæum, & fugit Dominus Herodem, qui verbo abegerat dæmonem. Certè etſi Chriſti æmuli eius necem ſæpiſſimè procurauerint, effectu caruerunt; at dum pecunia verſata eſt, dum Iudæ promittuntur argentei, iam Domini mors cōflatur, & virtuti bellum indicitur: *Conſtituerunt ei triginta argenteos.* Quod tantis diaboli technis nunquam fuerat abſolutum, mediante pecunia perfectum eſt: graue adeò bellum imminet ab auro virtuti, à diuitiiſque ſanctitati: *Condixerunt Iudam*, inquit Theophylactus ad hunc locum. *Vt in-* Theophyl. *dicaret eis, quando ſolus eſſet.* Pecunia conductus futori aperuit aditum, & manifeſtauit ſecretum: *Circa pecuniam*, aiebat Seneca lib. 3. de ira cap. 32. *plurimum vociferationis eſt: hac fora defatigat, patres, liberoſque commiſcet, venena miſcet, gladios tam percuſſoribus, quam legionibus tradit: hac eſt ſanguine noſtro delibuta: propter hanc vxorum maritorumque noctes ſtrepūt litibus, & tribunalia magiſtratuūm premit turba, reges ſauiūt rapiuntque.* Ob diuitias regnique gloriā ſæuit Herodes, & ipsā ſagit innocentiā perdere diuitiis armatus, & facultatibus prēmunitus.

Matth. 26. v. 15.

Seneca.

§ V

Nonnulli dignas factiosis anteuertunt querelas, & querelarum queruli præueniunt causas?

18 Seneca. QVis, aiebat Seneca lib. 5. de Benef. cap. 17. *sine querela moritur*? Vt non deest causa, deesse non potest querela; verum peius aliquando, quàm incurritur, euitatur: sunt qui cum dederint causas, proferant etiam querelas, & dum peruertunt ordinem, se putant fugisse litem. Itaque simul delinquunt rei, & conqueruntur ad speciem exasperati, vt dubites an dederint, an passi querelarum sint causam. Ephraitæ à Iephte vocantur, vt collatis viribus in Ammonitas irruerint; illi verò indulgentes otio, aut se subducentes periculo, vocantis contempserunt edictum, nec processerunt ad prælium: *Vocaui vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis*: cúmque iam reportata de hostibus victoria videretur Iephte iustas, rationabilesque querelas contra illos daturus, inuolarunt, & factiosis dignas Ducis querelas querelis anteuerterunt: *Dixerunt ad Iephte: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum*? En de quibus querendum fuisset, queruntur, en exasperantur vti abiecti, qui se certamini subduxerunt ignaui. Iephte dignam iracundiam queruli eneruant; imò cogitur delinire, quos fas esset adurgere: *Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in*
Ioseph. *prælium*? Ita Iosephus apud glossam: *Obiiciebant quod bellum Ammonitarum eis non indicasset; sed voluisset solus & prædam habere, & gloriam. Satisfaciebat eis, quod non eos latuisset cognatorum oppressio; sed etiam vocati ad auxilium non venissent, cum oportuerit eos ante preces occurrere.* Intempestiuæ immaturæque querelæ sic iustas rationabilesque anteuerterunt, vt censuerit Iephte illis fati faciendum, & ab ira declinandum.

19 Improbus dæmon hominem Dei possessionem inuadit, & quia è viuis nequibat auferre, viuum, aggressus est tumulare: domicilium habere cogebatur in monumento: iucunda namque erat mortis regio mortis auctori; verùm Christus hominum salus opem inuolat allaturus, maria traiicit, vt quod tyrannide occupatum recuperet. Quid tunc? Dæmon accurrit, immaturumque aduentum queritur, & sine causa se affligi testa-
Matei 5. v. 7. tur: clamans voce magna dixit: *Quid mihi & tibi Iesu fili Dei Altissimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Ad nutum Christi conuersus est ordo pœnarum, & qui morbo cupiens subuenire transfretat mare, dæmonem cogit iniustè possessa reddere, hominem cæcis ignorantiæ tenebris superfusum lucis suæ splendore reluminat, & ad virtutem beneficiis allectat. Rationabilis Christi aduersus dæmonem esset querela, quandoquidem violentus prædo alienam possessionem inuaserat, & contra legem possederat, verùm adeò astutè fraudulentus tergiuersator processit, vt iustas præuenerit, dum contra Christum iniustas querelas fundit: *Quid mihi & tibi*? Profecto quod prædoni & iudici, quod furi & domino, quod virtuti & vitio; verùm versutiæ artifex vociferatur,
Chrysol. vtque malam coloranerint causam, non sine strepitu dat querelam. Notauit Chrysologus serm. 16. *Vt pietatem violent, affectibus dant querelas.* Dum queruntur, adstantes fallunt, vt qui attendunt querulos, nullatenus putarint iniurios. Nec solum à dæmone concinnantur fraudes; sed etiam non dissimiles opponunt homines: quod illis obiiciendum erat, obiiciunt, & mentita simulataque indignationem præueniunt: vnde non temel iusta cogitur ira deferuescere: quia fraudulenta indignatio illam maturauerit impedire. Quid iustius? Æquius quid, quam Deum sibi hominem restituere, & prædonem diuexare? Et tamen versutus hostis immaturis querelis pietatem molitur lædere, & audientes fallere: *Vt pietatem violent, affectibus dant querelas.*

Martha cùm pestilens morbus Lazarum fratrem 20
tulisset, aduertanti Domino occurrit querula, eiusque causatur absentiam, quasi Lazarus vita cesserit, quia gradum Dominus repigrauit: *Domine, si*
Ioan. 11. v. 21 *fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Dominus etsi latenter, illam mortis causam prodit, dum rogat: *Vbi posuistis eum*? Huius interrogationis pe-
Chrysol. nitiorem hunc esse sensum testatus Chrysologus ser. 63. *Non moreretur Lazarus, si Dominus fuisset ibi qui erat ibi; sed in paradiso tu mulier non fuisses: mulier tu quæsisti lachrymas, tu inueniisti gemitus, tu mortem gula pretio comparasti, & accusas absentiam Dei, quando causam mortis fuisse tuam præsentiam non recusas.* Nouerat mulier noxiis blanditiis, blandis illecebris pestem homini conciliasse, & à paradisi odore vsque ad fœtorem sepulchralem transtulisse, vtque anteuertat dignas illas à Domino datas querelas: *Vbi posuistis eum*? Dei absentiam accusat querula, & queritur lachrymosa: *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Quam est humana prudentia cauta! Quam satagit factitiis querelis dignissimis obuiare, indignationique occurrere? Ecce Martha, ne queratur Christus, queritur, & dum clamorem anticipat, indignationem ad speciem enigorat.

Elias ille magnus videns populum cælestia be- 21
neficia ad idololatriæ insaniam transferentem, fructumque copiâ ad luxus solummodo, voluptatisque occasionem exundantem, claustra nubibus iniecit: famis ac inediæ auxilio reducere homines ad saniorem mentem conatus est: dat namque vexatio intellectum: nouerat vel inuito ieiunio mentem depulsis tenebris reluminari, & veritatem clarius agnosci; ea tamen erat populi peruicacia, vt nec duris adeò flagellis cesserit, sed durior ac obstinatior restiterit: Elias alio vertit animum, Achaboque occurrit, quem Achab intuitus querelis ferit, & pacis venenum dicit: *Venit Achab in occursum Elia,* 3. Reg. 18.
& cum vidisset eum, ait Tu ne es ille, qui conturbas v. 17.
Israël? Elias se Israëlem non turbasse; sed Achabi scelera respondet amaritudinibus repleuisse: *Non ego turbaui Israël; sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.* Rogant Patres cur Achab sui sceleris conscius, Eliæque sanctitatis non ignarus querelas effutierit, & perturbatorem notarit. Caietanus sentit voluisse Caietan.
factitiis querelis veras anteuertere, & impedire: timebat Achab se ab Elia carpendum: ergo præuenit carpens, & reprehensione reprehensionem eludens: *Ob hanc reprehensionem occurrit ei Achab:* reprehensione reprehensioni occurrit, arguendus arguit, & fictis causis veras dignasque in se fulminan las querelas anteuertit: est enim apud nonnullos solemne excitare tragœdias, & fingere querimonias, vt sic rationis linguam occludant, & pro se habere legem suadeant: quod Hispanè dicitur

Entrar

Entrat riſendo, porque no riſan. Carpendus erat Achabus ab Elia, vt qui ex ſceleribus Deum ad iracundiam prouocarit, & luctuoſam adeò populo calamitatem attulerit: ſed ipſe, vt reprehenſionem eludat, occurrit Eliæ perturbatorem appellando, & populi peſtem aſſerendo: *Ob hanc cauſam reprehenſionem occurrit ei.*

22 Dalila, quæ auro corrupta pudicitiam proſtituit, fidelitatem etiam amore pecuniæ vendidit; eius adeunt Principes domum, vt fraudulenti; blanditiis a Samſone fortitudinis cauſam indagarit, ei que prodiderit; vanitula mulier Magnatum fauore inflata, & auri ſpebus illecta fraudes concinnare promiſit, & fortitudinis ſecretum indagare ſpopondit: nec moras nexuit; imò ſtatim ad blanditias, illecebra que recurrit: ſeptem funibus (ſic enim ipſe eneruandum dixerat) vinxit, rupit ille vincula, & mulieris ſubdolæ, ac cæcæ ambitionis fruſtrauit vota; cumque Samſon iuſtam haberet querelarum cauſam. mulier criminationem accelerat. Seque illuſam ac fal-
Iudic 16. v. 15. ſam dolet: *Quomodo dicis quod amat me, cùm animus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere, in quo ſit maxima fortitudo tua.* Ille noluit aperire, quia illa diſcipit referare; ſed ne Samſon iuſtè conqueretur, ipſa tragœdias excitauit, & illuſam iniu-
Abulenſ. riam amori dixit. Ita Abulenſis quæſtion. 15. *Iſta ſunt verba querelæ: quaſi dicat: Cum tu me deligas, deberes dicere veritatem, & non me affligere toties mentiendo.* Addit: *Iſta dicebat Dalila imperioſe, quaſi offenſa eſſet nimis à Samſone per frequentiata mendacia.* Non dubitabat Dalila toties concinnatis fraudibus Samſonis animum offendiſſe, & ne ille irâ excandeſceret ob doloſam iniuriam, & iniuriolam fallaciam, ſe deluſam vociferatur, & iniuriâ affectam mentitur. Non audies Samſonem fœminæ dolos carpſiſſe: quia ipſa, ne Samſon iuſtis querelis feriret, ſe cauſatur ſummè offenſam, obæraroque amore illuſam. Quàm frequen hic fœminis mos eſt! Confingunt querelas, colorant cauſas, magnas accepiſſe ſe lamentantur iniurias, & totum hoc, vt iuſtam indignationem opiant, aut anteuertant. Ecce Samſon auſus non eſt Dalilæ doloſitatem criminari, dum illa accelerat querimoniam, & illatam ſibi cauſatur offenſam.

§. VI.

Nonnulli, ſi ſemel patienter lati, grandiori turgent inſolentiâ ſuperbi.

23 INgenuus ſi per humanam fragilitatem deliquit, ipſa erroris tolerantia illi detexit pro medicina: ſui ipſe eſt accuſator acerrimus, dumque ſecum experitur indulgenter actum, emendatione compenſare nititur beneficium. *Nolunt*, àiebat Tertullianus de honeſtè verecundis, & timoratis lib. de pœnit. cap. 7. *iterum diuina miſericordia oneri eſſe, formidant videri inculcare quod conſecuti ſunt.* Pona certè ſolicitudine iterum experiri vitant, quod ſemel didicerunt timere. E contrà verò accidit animo ferocibus, ſuperboque & arroganti ſupercilio tumentibus: inde audaciæ nutrire ſolent crementa, vnde moderationis ſumere debuiſſent conſilia. Opportunè Theodoricus 4. var. 27. *Deteſtabilis eſt quidem omnis iniuria, & quidquid contra leges admittitur, iuſta execratione damnatur; ſed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta ſuſcipere, vnde credebantur auxilia prouenire.* Nonnunquam ſuperior delicti ardorem ſuſtinet, ſi de tolerantia poſſit mereri: non ſemel prudens audentis diſſimulat impudentiam, ne cogatur ſæuam infligere plagam: cúmque ipſa vrbanitas, tolerantiáque deberet emollire ferociam, nutrit aliquando inſolentiam, & rationabilis prudentia putam ignauia, creſcit exceſſus, & excedit limites auſus. Ephraitæ, vt erant tumidiſſimi Gedeonem partâ victoria ſæculis decantandum inuidioſis querelis denigrare contendunt: *Dixerunt ad eum viri Ephraim: Quare eſt hoc, quod facere voluiſti, vt nos non vocares, cum ad pugnam pergeres contra Madian? vrgebamus fortiter, & pro te vim inferebamus.* Iudic. 8. v. 1. Gedeon, ne ſuo ſanguine obſcuraret victoriam, mellitis verbis ſedauit audaciam, malens auctoritati tanti per derahere, quam inanien es punire: *Quid tale facere potui, quale vos feciſtis? Quod cùm locutus eſſet, requieuit ſpiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Impunita manſit audacia; iudicis tamen mira reſplenduit prudentia; verùm cùm ſimilis Iephtæ coronaſſet victoria, ſimilis etiam adurget illum Ephraitarum querela: ille Gedeonis exemplum ſecutus, humanis verbis placare aggreditur, & ab inſania reuocare conatur: *Quid commeruit Deus animam meam in manibus meis.* Humanitate exaſperati non ſolum vim minantur perſonæ; ſed & voraces ignes familiæ: *Incendemus domum tuam.* Vide quantum ſe extendat inſania: quia patienter lati maiores gerunt ſpiritus: quaſi ipſa Ducis cordatiſſimi tolerantia flammas iniecerit, & furorem adauxerit. *Iniuſtè agebant*, inquit Abulenſis quæſt. 4. *quia nullam iniu-* Abulenſ. *riam, aut damnum ei inflixerat Iephte.* Si Iephtæ ſupplicio audentes reprimeret, dignaque ſeueritate cohiberet, illorum quieſceret auſus, at dum à Gedeone illorum diſſimulatur audacia, dum Iephte non excandeſcit in illos ira, domui intentant flammam, ſeque iactant eraſuros familiam. Quid tunc? In illos Iephtæ armat exercitum, & compellit quærere effugium: & iam hôs ipſos dignè caſtigatos & repreſſos videbis obſecrationibus humillimis ſolicitos inire gratiam, & promereri benevolentiam: *Obſecro*, aiebat fugatus Ephraita Galaaditis vada impedientibus, *vt me tranſire permittas.* Modò obſecrat, nuper tumebat: quia modo dignâ caſtigatione punitus; anteà verò rationabili tolerantiâ diſſimulatus: ſunt namque plures, ſi non patienter diſſimulentur, humillimi; ſi tolerentur, ſuperbi.

Chriſtus Dominus mirâ adeò patientia reſplen- 24
duit, vt arundinem quaſſatam non contriuerit: *Non clamabit*, aiebat Iſaias, *neque accipiet perſonam, non audietur vox eius foris, calamum quaſſatum non conteret.* Iſai. 42. v. 2. Matthæus ita locum reddidit: *Arundinem quaſſatam non confringet.* Matth. 12. v. 20. Auguſtinus apud diuum Thomam arundine perſecutores Chriſti intellexit, quos Dominus æquanimiter toleranit: *Perſecutores Iudæos, qui calamo quaſſato perdita integritate, & lino fumanti amiſſo lumine comparati ſunt, non contriuit, non extinxit: quia peperciſ eis.* Auguſtin. Vides ſuſtinuiſſe patienter fumi moleſtiam, & arundinis iniuriam, cúmque patienti indulgentia debuiſſet corrigi, arundo agreſſa eſt inſolentiùs audere, & Chriſti Domini caput ſæuius ferire: *Plectentes coronam de ſpinis poſuerunt ſuper caput eius,*

Matth.27. v.29. *& arundinem in dextera eius ... & expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.* Arundinem diuinitati bellum intuliſſe putat Rabbanus, dum Chriſti caput percuſſit, & percuſſiſſe, quia prius tolerata patientæ audacia incrementauit. *Calamo Chriſti caput percutiunt*, ſcribit apud D. Thomam *diuinitati eius contradicentes.* Ecce Iudaica arundo audet in diuina, & à reliquis membris tranſiuit in caput: quia non contritus; ſed patienter toleratus: quaſi de ipſa Domini tolerantia in maiorem arrogantiam excreuerit, & benignitas vndis inſolentiam irrigarit.

Rabban.

25 Gen.4.v.4. Cainus dum non fructum offert; ſed paleam, in piaculum vertit ſacrificium; Abel gratiam promeruit, dum nitidiorem agnum ſacrificauit: *Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain verò, & ad munera illius non reſpexit.* Profectò Cain merebatur ardentes flammas: ſed ea fuit Numinis longanimitas, vt maluerit parcere, quàm punire. Quid tunc? Inuidiæ ac indignationis flammis efferbuit: *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* Mœrentem ſolatur, indignationis culpam, & furoris flammam patienter tolerat, & ratione caſtigationis vice refrænat. Verùm Cainus fratrem ducit in campum, & quia non punitus ob holocauſtum, perpetrare aggreditur homicidium: *Cum eſſent in agro, conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum:* Qui patienter latus debuiſſet corrigi, inuentus eſt inflammari: Dei patientiâ ac benignitate abuſus fouit audaciam, & adauxit inſolentiam. Audi Seleucienſem Baſilium orat. 4. *Erat inuidentia triſtitiæ parens, & animoſitas quædam cadis prauia: mitigat igitur per ſe ipſum triſtitiæ vim Deus de more humanorum medicorum.* Adiicit: *Non ſum vltus abs te illata dedecora, neque flamma iniuriam abſumpſi. Cainus*, adnectit Baſilius, *immanſueta bellua labitur ipſe, & gliſcit irâ, neque mora, perturbationem mollieba; ſed perdurat eadem parturiens voluntas.* De patientiæ mora non eſt perturbatio emollita; imò quia patienter prima iniuria diſſimulata, eædem meditatur audax, & exoculata ſuperbia: *gliſcit ira, neque mora perturbationem mollichat.* Plures inuenias Cainos, quibus ſi indulſeris ac errata diſſimulaueris, plus gliſcunt, & inſoleſcunt.

Baſil.

26 Diabolus cum Michaële Archangelo de Moyſis corpore diſceptabat: deſiderabat verſutus ſepulchri locum omnibus manifeſtare, quo facilius poſſet idololatriam ſuadere: nouerat quos viuentes aliquando deſpeximus, iam demortuos extollere; & ſumptuoſiſſimis laudibus prædicare: ob id igitur, & ſi Moyſem, dum ſuperſtes, toties Iudæi arroſerint, toties obſcurauerint, defunctum geſtiebat oſtendere ſperans apud ipſos cæco errore pro Numine habendum, & adorandum: impiis conatibus reſtitit Michaël ſynagogæ doctor, & ductor; ea tamen modeſtia, quæ puriſſimum decebat ſpiritum, nec blaſphemiæ iudicium intulit, nec diabolo proditionis delirium, nec delirij probrum obiecit. Ita Iudas ſua in Canonica: *Cum Michaël Archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudicium inferre blaſphemiæ; ſed dixit: Imperet tibi Dominus.* Turgium dicta de cauſa exortum fuiſſe teſtatur Lyra: *Volebat diabolus*, inquit, *revelare corpus Moyſi Iudæis ad idololatriam pronis, vt eum adorarent tanquam Deum; Michaël autem tunc Princeps Synagogæ hoc volebat impedire. Non eſt auſus indicium inferre blaſphemiæ ipſi diabolo.* Videt Michaëlis modeſtiam: vide modò ſerpentis audaciam: iam altercatio tranſiuit in prælium, & qui anteà demortuum Moyſem in lucem ſatagebat promere, puerum in lucem prodendum tenebroſis nitebatur viſceribus ſepelire. Reſtitit Michaël ſerpentis cæcæ temeritati, & iam armatur in prælium, & contra Michaëlem delectum etſi infeliciſſimum producit in campum: *Factum eſt prælium magnum in cælo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius.* Si Michaël durius diabolum prius tractaſſet, fortaſſis ſuperbos adeò ſpiritus non fouiſſet; at dum expertus eſt Angeli modeſtiam, inſolentiorem nutriuit audaciam, diſceptationemque conuertit in pugnam, & proſiluit in arenam: *Factum eſt*, inquit, *prælium magnum.* De diſceptatione magnum tranſiuit in prælium: eſt enim improbis ſolemne, ſi patienter ferantur, inſolentius tumere, & tumidius ſuperbire. Vbi proiectus ac calcatus eſt, bellum non inſtauranit: *Neque locus inuentus eſt eorum in cælo. Et proiectus eſt draco.* Vbi patienter latus intumuit, proiectus non exuit audaciam; auſus tamen non eſt repetere pugnam: vt noueris quàm ſit vera noſtra theſis, plures ſcilicet de ipſa modeſtia, de ipſaque patientia arma inſolentiæ procudere, & audacius ſuperbire. *Non valuerunt*, inquit Rupertus lib. 7. in Apocal. cap. 12. *nimirum contra fortioris Michaëlis, & Angelorum eius fortitudinem diutius ſtare, quin foras ejicerentur cum illo ſuo Principe tuſo dracone.* Iam draco non pugnat, iam non audet, quia proiectus & caſtigatus: oportet namque aliquando digna pœna aliquos plectere, ne turgeant inſolentius, & intumeſcant validius.

Apoc. 12. v. 7.

Rupert.

§. VII.

Ab ipſis, pro quibus ſubeuntur pericula, aliquando reſultarunt grauiſſima detrimenta?

27 VT naturæ, ingratitudinis etiam aliquando videntur monſtra: ſatis non eſt aliquibus, beneficiis non reſpondere, benefactoris obliniſci; ſed eò vſque ſe protendit inſania, vt ob accepta beneficia periculoſa benefactori promanauerint iurgia, & pullulauerint grauiſſima detrimenta: ſunt qui amoris incentiua in materiam odij conuertant, & inde fiant virulentiſſimi hoſtes, vnde eſſe deberent amiciſſimi & familiares. Beneficium querela eſt, & factitiis querelis inflammatur odium, & vt aduletur odiò, graue benefactori concinnatur periculum. Quàm benè Seneca lib. 2. de benef. cap. 23. *Dant operam*, aiebat de ingratis, *vt beneficium in ipſos collatum quam ignotiſſimum ſit; verentur palàm ferre, vt ſua potius virtute, quàm alieno adiutorio conſecuti dicantur. Rariores in eorum officiis ſunt, quibus vitam aut dignitatem debent, & dum opinionem clientium timent, graviorem ſubeunt ingratorum. Alij peſſimè loquuntur de optimè meritis: tutius eſt quoſdam offendere, quàm demeruiſſe: argumentum nihil debentium odio quærunt.* Cæca erumpunt in odia, ne eximia fateantur beneficia; imò ex ipſis beneficiis deteſtandæ ingratitudinis arte confingunt odia: lepide populi ſalutis auidus periculũ cõtẽpſit, hoſteſque

Seneca.

Tutius eſt quoſdã offẽdere, quam demerere.

hostesque aggressus triumphauit : *Posui animam meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas.* Hugo Cardinalis sic interpretatur hunc locum : *Posui animam meam in manibus meis, id est, me pro vobis exposui periculo, fortiter agens quasi pro anima mea.* Vides ob ipsorum tranquillitatem, salutemque tranquillitatem propriam & salutem periculis exposuisse, & cum Ammonitis viriliter decertasse. Iam qualem ab ipsis mercedem retulerit, audi : *Incendamus*, vociferantur, *domum tuam.* Ipsum, quo gaudebant non sine Iephte discrimine, triumphum, inuidentia delirantes vertunt in odium, & certaminis anxietatem excepit durior seditio, & in ana ingratitudo : *Ira ei imponebant*, addit Hugo Cardinalis, *mentientes.* Mendacio armati in benefactorem irruunt, & flammarum globulis illum aduerere gestiunt : satius fuisset Iephte Ephraitas offendere, quàm demeruisse, siquidem attriti siluissent, liberati ab hostibus in liberatorem arma non sine furore præsarunt, & glisicentes aduerere præsumpserunt.

Hugo.

28 Ieus, qui olim Israëlitas sicco vestigio transuexit, vt pericula eludat, compulsus est nauigare : *Post hæc*, inquit Ioannes, *abiit Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis.* Verbum illud. *Post hæc*, nos cogit præcedentia repetere. Diseruerat Dominus cum Israëlitis, suam dignitatem explicuerat, illorum prauitatem carpserat, illi odio æstuantes sic eius mortem suspirabant, vt opus fuerit fluctus traiicere, & trans mare remeare : ab eis ipsis, quibus benefecit, & pro quibus noctu diuque columnæ insidens tulit labores, pericula modò patitur, & nanigare compellitur. Opportunè Cyrillus Alexandrinus libro 3. cap. 11. *Non erubescens trans maria illum pellere, qui per medios fluctus à seruitute vos reduxit.* A seruitute eduxerat, occurrerat hosti, fluctus stupentes gelauerat, & modò ipse, quem eripuit, maria transire compellit : est enim frequens ab eis ipsis sustinere pericula, quibus & beneficia collata, & pro quibus di crimina obita.

Ioan. 6. v. 1.

Cyril. Alex.

29 Pugnauerat Samson contra Philisthæos in suorum vtilitatem : fruges adusserat, cúmque sui grates debuissent referre, inuolarunt vinculis illigare : à suis timuit occidi, qui in Philisthinorum potestatem deueniens non est veritus enecari : *ligare*, inquiunt, *te venimus, & tradere in manus Philisthinorum ; quibus Samson : Iurate, ait, & spondete mihi, quod non occidatis me.* Aduersariorum votis obtemperant, & cùm Philisthini Samsonem illigare ardenter discuperent : *Vinciemus Samsonem, ve nimus* : sui aduersariorum votis fauent, & Samsonem pro se pugnantem vinculis constrictum offerunt : grauiora ipsi sunt procreata pericula ab eis ipsis, pro quorum salute, libertateque difficillima subierat certamina. *Viri Iuda*, scribit Abulensis quæstione 19. *Volnerunt multi descendere contra Samsonem, vt si fortè nollet sponte venire, coactus bello duceretur.* Mira res Samson Philisthæos atterit, vt liberarit Hebræos, & Hebræi ipsum ligant, vt sibi adiuuerint aduersarios.

Iudi. 15. v. 12.

Abulens.

30 Deus Moysem in Ægyptum delegaturus virga contra refractarios omni potentiæ æmula obarmat : ille Hebræorum ingenij gnarus dictionem extrahere moliebatur, & cum Deo, si fas est dicere, quodammodò contendebat : Deus homini morem gerit, signumque, quo Israëlitarum ora sigillet, præfat : *Ego ero tecum, & hoc habebis signum, quòd misero te : cùm eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.* Cùm signum rem signatam debeat præcedere, non subsequi, videtur a Deo signum præstitum superuacaneum, quandoquidem eductionem supponebat, non prænunciabat, quomodò ergo pro sua sapientia huiusmodi signum Deus Moysi exhibeat ? Quia Moysi, respondet Caietanus, & certamen erat cum Pharaonis duritie, & cum maligna aliquorum contribulium suspicione. Ergo inualidus rubis æstuantibus flammis cinctus & illæsus veluti data tessera in Ægyptios armabat, faciléque oppressores deuincendos prodigij raritate ostentabat, & quia post victoriam calumniis Moysis impetenda erat fama, opus fuit sacrificio, quo iniquis occurreret suspicionibus, famæque discriminibus. Accipe Caietanum : *sciebat Deus non defuturos, qui dicerent, Mosem magicis artibus miracula fecisse, quibus eduxit Israël de Ægypto, & propterea præuenit dando signum, quo ab habentibus oculos non egros cognosceretur Moyses missus à Deo.* Moyses vi gã elementis imperabat, & suorum libertatem non modicis laboribus suspirabat diuexatus, & tyranni furori obiectus ; verùm hi ipsi, pro quorum libertate ac salute ranarum eduxit agmina, pro quibus obscurauit sydera, gelauit ad aperiendum grassum fluenta, famæ conciliauere pericula, opusque fuit ad cautelam in montis cacumine parta iam libertate Numini offerri holocausta. O quàm homini proficit, quod Deo seruit ! ipsum holocaustum, quo Moyses maiestatem obtestabatur diuinam, & suam etiam tuebatur famam ; verùm dum offertur ad tuendam famam, suorum declarauit inuidiam. Itaque, ne ab eis ipsis, pro quibus magna sustinuerat pericula, pro quibus despexerat regna, dente liuidissimo obscuraretur vti impostor, & præstigiator, opus fuit sacrificio vti ad subigendam Pharaonis pernicaciam miraculo : *Præuenit dando signum, quo ab habentibus oculos non egros cognosceretur Moyses missus à Deo.*

Caiet.

Exo. 3. v. 12.

31 Dauid Dei honoris Zelotypus ac Saülis seruus vitam exposuit, & certaminis prouocationem ad se rapuit : præsens aderat Goliat truculento adeò aspectu, vt Israëlitas ante certamen cogeret detrectare pugnam, & indecorè concessisse victoriam : cùm Saül duro metu adurgeretur, essetque Israel in expectatione seruitij, militem suum produxit in medium gratia, & Dauid inopinâ ac celeri potitur victoriâ ; verùm Saül victoriam non secus ac belli offensionem dolens, & institutam victoriæ causa celebritatem deplorans Dauidi molitur periculum, & totis viribus conatur ascisscere detrimentum : *Tenebat Saül lanceam, & misit eam putans quòd configere posset Dauid cum pariete, & declinauit à facie eius secundo.* A facie Achis extimuit semel, à facie Saül semel & iterum fugit, & ipse, pro cuius salute, imperioque tot laborum fluctus subierat, tot ad ultus periculorum tolerarat, conquirebat ad necem, quin vallium ima defenderent, quin montium tuerentur prærupta, quin vlla ferociam, inuidiamque reprimere posset distantia. Aptè Basilius Seleucensis erat 16. *Ab eo, cui multis in casibus salutem dedisset, profligabatur, fellè datum præmium mortem referebat, ac per solitudinem, per victum errores ad necem acquirebatur.* Illud expende : *Ab eo, cui multis in casibus salutem dedisset, profligabatur.* Ingens erat dolor impeti, ad mortemque quæri, non à dinexatis, ac bello ferè attritis ; sed ab ipso, cui non sine periculo vitam dederat, & salutem procurauerat. Quod Dauidi tunc accidit, plurimis, etsi diuersi-

1. Reg. 18. v. 11.

Basil.

igitized by Google

modè etiam contingit: ab ipsis, pro quibus exantlauere labores, calumniis ingratissimis impetuntur: ab ipsis, pro quibus enauigarùn pericula, erga famam ob curantur: vt vera sit nostra thesis videlicet, ab ipsis, pro quibus subeuntur pericula, prouenire sæpissime detrimenta.

§. VIII.

Optimus superior alia tentabit remedia, & coactus adhibebit supplicia.

32 IMperium ius vitæ necisque est; verùm non minus Principem, gubernatoremque dedecent multa supplicia, quam medicum multa funera: imperan i leniter melius paretur, & facilius obedirur? contumax animus in contrarium atque aduersum nitens facilius ducitur, quam agatur. Equi generosi melius facili, quam duro fræno reguntur; imò iniu iam premi ducentes exasperantur: benignitatis via vt incendior, frequentior est cruditas, & crudelitas melius didicit perdere, quàm seruare; verùm si subiectus benignitate abutatur, ipsaque patientia irritetur, oportet adhibere supplicium; & contumacem frangere acerbis castigationibus animum. Itaque patientia, & coniuendi subiectum sine indignatione cura inflictam pœnam commendat, & intiigen is regimen approbat: *Malè medicus est*; aiebat Seneca lib. 1. de clemen. cap. 17. *desperare, ne cuiuis. Idem in re, quorum animus affectus est, facere debebit, cui credita salus omnium est: non citò spem proiicere, nec mortifera signa pronunciare. Inflectetur cum vitiis, resistat, ai is morbum suum exprobret, quosdam molli curatione decipiat, citius meliusque sanaturus remediis fallentibus. Agat Princeps curam non tantùm salutis, sed etiam honestæ cicatricis: nulla regi gloria est ex sæua animaduersione: quis enim dubitat posse?* Seneca. *At contrà maxima, si vim suam contineat, si multos ire alienæ eripuit; nemini ensua impendit.* Non est subiectus iræ impendendus, aut indignationi litandus; sed nec relinquendus procacitati: vbi lenia medicamenta non prosunt, sinapis incendio, & cauterio vtendum est: nec manus putridum membrum abscindens habetur sæua, sed deprædicatur perita. Profectò Iephte optimi superioritis ac Principis normam secutus est: vigente periculo auxiliares sibi asciuit Ephratas: illi verò, vt videtur, maluerunt sustinere ab aduersariis pericu lum, quàm vincentis audire elogium. Sustinuit ille magnanimus inuidentiam, & affectatam ignauiam: cúmque eò se procacia extenderet, vt se non vocatos mentirentur, criminarenturque, verbis vrbanis satisfecit: verùm dum instant æmulatione amentes, & superioris domum procaciter vstulare tentantes, nec phreneticos quit detinere, aggressus est digna castigatione punire: blandis nihil se agnouit proficere medicamentis, & austerioribus vtus est. Collecti copiis Ephraitas contriuit, & illorum audaciam suppliciis durissimis castigauit: *Vocatis ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusserunt que viri Galaad Ephraim.* Elogium regentis erat Ephraita diu patienter latus; sed & durè etiam percussus: nam vt delinquentem citò non onerare pœnis fuit benignitatis elogium, ita animum non sustinere æquitatis fuit argumentum: fuit entasse diu delictum, applicuisse lene satis ac salubre medicamentum, serpentem morbum cohibere sine cauterio, fuit parentis, vt putridum abscidisse fuit artis.

Accipe Iosephum lib. 5. antiquit. capite 9. *Petitus post hæc bello ab Ephraimi tribu, quòd sine illis in Ammonitas expeditionem fecissent, & nunc solus præda simul & gloria frueretur, primò excusauit, nec ignorasse eos quòd consanguinei bello præmerentur, nec auxilium attulisse quòd vel non vocatos ferre decebat. Vitio deinde accusauit, quòd iniquè facerent, qui non ausi hostem aggredi nunc contra cognatos ferocirent; postremò minatus est pœnas sibi* Ioseph. *Deo volente daturos, si insaniæ pergerent.* Annectit Iosephus Thesi nostræ opportunissimè: *Vt verò nihil se verbis proficere sensit, accito e Galaadena exercitu venientes excepit, plurimisque in conflictu cæsis, & postquam in fugam versi sunt, præmissis qui vada Iordanis occuparent, intercluso effugio circiter quadraginta duo millia hominum peremit.* Qua illos sustinuit patientia, qua à periculo auertere conatus est, solicitudo excusauit stragem, quando delenit instigante procacia e compulsus, quos non potuit ab insania reuocare magnanimus.

Prouidentissimus vineæ planrator & cultor, post- 33
quam longa temporum spatia concessit vitibus adaugendis, palmitibus inoculandis, vuisque tapo. atissimis producendis, pro fructu labru cas acidissimas tulit: expectauit iterum, si forte maturis solibus fructus condirentur; verùm cùm de ipsa patientia in deterius quotidie proficeret, vineam censuit eradicandam, vitémque flammis tradendam: *Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda iudicate inter me, & vineam meam: Quid est quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei? An quod expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas?* Isai. 5. v. 4. Quæres cur vineam eradicaturus hominum iudicia appellet, quandoquidem vti dominus iure suo quibat planitiam eradicare, & deolatam relinquere? O profundam nobis eruditionem! Ne quis intigendum vineæ supplicium non æqui ati; sed indignationi ad ciberet, quidam patien er expecta i, ostendit, vt expectandi tolerantiæ, colendi curæ os maligniratis occluderit, & fræna iit: *Et nunc ostendam vobis*, addit, *quid ego faciam vineæ meæ: auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem:* Preme illud, nunc; quasi dicat: si non expectassem, si non fodissem si tolerem culturam non impendissem, diripere adscribi; ollet imprudenti indignationi; at post tot patientiæ, curæque impensas ruina erit ad cribenda æquitati: nec enim vel æmuli damnare poterunt diripientem, si diu cognouerint expectantem. Quasi dicat, scribit Hugo: *Quidnam feci vineæ meæ, dicite. An quod expectans benè colendo, vt faceret vuas quasi bene cultæ, & fecit labruscas quasi incultæ? Numquid hoc feci vltra quam debui, quia eam tàmdiu sustinui?* Hugo. Regentis elogium est sustinentiæ limites aliquantulum excessisse, & patienter expectasse: morosior pœna punitum damnat, & calumniantium linguas ipsa dilatione compescit, quando constat iras in se prouocasse ignauiam, non delæuisse iustitiam. Ficus stercore fota, fossa humo culta, opportunis vndis rigata sibi inuidet, si fructum non profert, exucca meritò arescit, ac onerata maledictionibus sordet, vt sit æquitatis elogium, non indignationis exemplum.

Cain naturæ probrum, parentum dedecus, orci ianua coniungere adnisus est virtutis plausum cum improbitate auaritiæ: fructum obtulit Deo, qui oculos non alliceret; sed offenderet: Deus munera spreuit non libenter oblata, pretióque nuda: *Ad Cain, & ad munera illius non respexit.* Qui 34
deliqueret, sibi non succensuit; sed in Deum iniquissimè Gen. 4. v. 5.

Digitized by Google

simè exarsit: *Iratus est Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Qui oculos auertit à munere, non est dedignatus iratum alloqui, & indignationi mederi: *Dixit Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies; sin autem male, statim in foribus peccatum aderit.* Blandè iratum corripit, quamque irrationabiliter efferuescat, ostendit, verùm ipso medicamine malitia excreuit, & quia expertus est tolerantiam, prosiluit in deteriorem amentiam: fratrem ducit in campum, & immeritum tradit orco mortis adaperiens viam, & homines in se ipsos edocens ferale insaniam. Quid tunc? Dominus resipiscentiæ concedit spatium, rogatque vbi sit frater Abelus: Cain, qui manum dæmoni commodauerat, linguam etiam commodauit, & quos effusus sanguis vociferabatur facinus, ipsi Numini inficiari est procaciſſimè aggressus: verùm qui piaculum perpetrantem sustinuit, negantem damnauit, maledictumque repulit: *Nunc igitur maledictus eris super terram.* Et cur nō antea; sed nunc? Nonne satius fuisset malè offerentem punire, iniustam pectore iram gerentem exterminare, quàm patienter sustinuisse & delinquendi iterum occasionem ministrasse? O sapientiam immortalē! Rem egit non minus patris, quàm iudicis: delinquentem sustinuit, iratum compescuit, quid à tergo culpam secuturum edocuit, ne citò inflicta multa obaumaret calumniam, dum putat non tam ab æquitate, quam ab indignatione profectam; at dum Cain patientia abusus vlteriora in scelera se dedit, digno supplicio pœna luit, & iudex laudem geminam consecutus est, ob tolerantiam scilicet, & ob pœnam, quandoquidem ipsa indulgentia paternum prodebat animum, vt indicem pœna iustum. *Licèt viderit Cain*, scribit Oleaster ad mores, *sine vlla causa iratum ergo fratrem & tristem, causam tristitiæ inquit; subleuat, verbisque solatur, pollicetur bona, si mentem & opera emendet.* Oleast. Nulla Caino irarum causa, nulla præter culpam suam indignationis occasio erat, & tamen Deus superiorum ac Principum norma patienter sustinet, peccatis imminere pœnam ostendit, vt sic ad errati pœnitentiam alliciat, & ab insania indignationis auertat. *Docentur hîc Principes*, præmiserat Oleaster, *seruos, quos viderint tristitia affectos, sublenare, vt vnde malum processit, inde prodeat medicina: sunt multi prælati, qui siue subditi tristes sint, siue hilares non curant, etiamsi ipsi sint illis causa tristitiæ.* Nonnulli prælati subiectorum non medentur erratis, imò dum importunè adhibere tentant medelam, exasperatam irritant plagam: locus concedendus est iræ, tempus opportunum spectandum, vt si non respondeat lenitati euentus, ipsa scissio, adustioque sit medici plausus. Caimus expectatur, admonetur, minis intentatis reuocatur, verùm dum humanitatem patientiamque despicit, dignum peccati supplicium subiit esset namque nimia sustinentia regiminis iniuria, vt accelerata correctio nota.

35 Deus Moysem in Ægyptios delegaturus, quid manu gestet, interrogat: *Quid est, quod tenes in manu tua?* Exod. 4. v. 2. Virgam illam, de qua Dauid: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, Psal. 22. v. 5. manu gestare respondit: in terram Deo iubente proiicit, & iam virga in serpentem versa ardentissimas respirat flammas: *Versa est in colubrum*, S. Bruno in allegor. Tilmani mirè hîc à Deo formam correctionis depingi, & superioribus tradi: serpentis faciem virga induit; sed postquam infirmitatem leuarat: nec prius draco, quam virga; sed quæ ferè semper virga, aliquando exarsit draco: congruit namque optimo regimini subiectorum defectus prius leni ei corrigere, & patienter tolerare; at si ipsam superioris prudentiā, & cordatam humanitatem in errorum flectant auxilium, oportet ardens sentiant rigoris venenum: tunc namque humanitas rigorem commendat, & rigor humanitatem adornat. Brunonem audi: *Quid per virgam nisi Dei correctio? vnde virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Hæc autem virga illis vertitur in draconem, qui leniter correcti emendare se nolunt.* Bruno. Sentiat proteruus rigorem, experiatur infirmus humanitatem: sic enim superioris ab omni inuidia immunis lucebit prudentia, & constabit pœnas dantis peruicaciſſima contumacia.

§. IX.

Duriſſimum est feciſſe gratiam, & inuidioſam ſuſtinere querelam.

36 SExcentæ ingratitudinis sunt species: alius acceptum denegat, alius non respondet, damnabili alius obliuione beneficium sepeliuit, verùm etsi hi omnes ingratorum auxerint centum, ingratior est, qui acceptam gratiam inuidiosa compensauit querela, quique beneficia in iurgiorum detorsit causam, ipsis armatus beneficiis ad pugnam. *Aliò in contrarium stur*, aiebat Seneca lib. 3. de benef. cap. 1. *Vt quosdam habeamus infestissimos non post beneficia tantùm; sed propter beneficia.* Seneca. Itaque vnde strictius debuissent obligari, inde constat irrationabiliùs ad litigia commoueri: ipsam corrumpunt gratiam, & cæcitate malenolentiæ transferunt ad iniuriam. Ingrati, dum beneficia non soluunt, debent: extat apud illos conscientia beneficiorum, cuius stimulis repercussi, aliquando ad referendam gratiam possunt conuerti: puta si pudor illos admoneat, si noua alicuius rei cupiditas intercedat, si facilis inuitarit occasio; nunquam tamen gratus fieri potest, qui ipsum beneficium arbitratus est probrum: nam dum iliatam sibi censet iniuriam, stomachatur in ipsam gratiam. Iephte grauissimùm diserimen ob communem salutem adeunti Ephratæi licèt vocati, supperias non tulerunt; sed certamina detrectarunt: cumque iam detriumphatis hostibus, trophæis diteſceret, adeò insurgunt queruli, adeo non sine iniuria derelictos causa, vt Iephte rationem reddere fuerit coactus, & illam attulerit satis modestus: *Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens, vocauique vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis: Quod cernens posui animam meam in manibus meis, transiique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium?* Quasi dicat: si vos non citassem ad prælium, gratitudine dignum feciſſem vobis officium, quandoquidem periculis eximebam, vocaui tamen, & patienter tuli vos nullatenus respondisse; at dum video ipsam gratiam compensari querelis, compellor recurrere ad arma, & expetere de vobis digna supplicia: *Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim.* Non potuit non stomachari, dum eius vidit abusos patientia, & factiosis querelis ipsum adurgentes pro gratia: patienter quidem tulerat ignauiam; sed iusta indignatione puniit ingratissimam querelam: *Illud posuerunt*

prò

Abulenſ. *pro occaſione filij Ephraim ad pugnandum contra Iephte*, inquit Abulenſis q.4. *& tamen mentiti ſunt: quia Iephte vocauit eos, vt patet infra, & vocati noluerunt venire. Sed adhuc dato quòd noluiſſet vocare eos, Iephte ad bellum, non grauabat eos; ſed potiùs faciebat gratiam.* Itaque ob æquum erat eos eximiſſe periculis, vt etiam patienter tuliſſe premente hoſte Ephraitas inertibus indulſiſſe otiis; ea tamen fuit Ephraitarum inſania, vt propriam inertiam ad Principis detorſerint culpam: quod illi viſum eſt non ferendum; ſed pœna iuſtiſſima caſtigandum.

37 Dauid, vt fratribus ſubueniat, laborem nullum recuſat, humerum ſubiicit ſubſidia fratribus allaturus, & in campum celeri greſſu contendit onuſtus: 1. Reg. 17. v. 20. *Surrexit Dauid mane, & commendauit gregē cuſtodi, onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſai.* Solicito veſtigio, anhelo ſpiritu à mapalibus peruenit in campum eo tempore, quo gigantis terrore percuſſi Iſraëlitæ de ſtatione deturbantur, magnaque victori præmia à rege promittebantur, cúmque Dauid de præmio interrogaſſet, Eliab inter fratres maior non ſine ſupercilio illum corripuit, & ſuperbiſſimum protulit: *Quod cùm audiſſet Eliab frater eius maior, loquente eo cum aliis, iratus eſt contra Dauid, & ait: Quare veniſti, & quare dereliquiſti pauculas oues illas in deſerto? Ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia, vt videres prælium, deſcendiſti.* Dauid fratris increpatione percuſſus, modeſtè reſpondit & ſine cauſa iratum redarguit: *Quid feci? Numquid non verbum eſt? & declinauit paululum ab eo ad alium.* Ob fratrem venerat, & declinat à fratre. nam licèt ſæpe ſæpiùs contumeliis percuſſus; imò & lapidum grandine à Semei impetitus patienter tulerit, fraterno ſupercilio maximè exacerbatur patientia, irritabatúrque tolerantia, quandoquidem duriſſimum erat, vt inquit Chryſoſtomus Chryſoſt. hom. 46. pro fratribus onera toleraſſe, & ab ipſis fratribus querelis impeti: arripuiſſe, vt illis ſubueniret, curſum, & pro mercede tuliſſe probrum: *Fratres eius*, inquit: *non ferentes fortitudinem ſpiritus, prouocati ſunt in inuidiam, & dicunt ad eum: Non alia de cauſa veniſti, quàm vt bellum videres; non veniſti noſtri causâ, vt nos inuiſeres; at tu vide huius prudentiam, & manſuetudinem: nihil temerarium aut aſperum eis loquitur:* à fratre declinauit; verùm dum nihil temerarium querelis reſpondit, manſuetudinem, quæ magnum adeo Prophetam decebat, oſtēdit: neſcias an plus eius virtus ſplenduerit iniuſtas querelas ab eis ipſis fratribus, pro quibus ingentem ſubierat laborem, tolerando, aut hoſtem blaterantem reprimendo: eſt enim aſperrimum obſequiis non ſine ingenti labore de aliquo benemereri, beneficiis deuincire, & pro mercede querelas aſperrimas reportare. Certè, ni tantus eſſet Dauid, à fratre non declinaſſet; ſed priùs quam cum gigante cum illo bellum iniſſet.

38 Lazarus decumbit: Chriſtus Dominus, vt cumularius præſtiterit beneficium, vires morbi ſinit præualere; diſtulit ſanare, vt reſurrectionis illum priuilegio donaret, & de magnitudine beneficij acceptum hoſpitium ſolueret; verùm Martha dolore interitus exulcerata, Chriſto Domino occurrit querula: *Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus*: Dei accuſat abſentiam, carpit tarditatem, & qui ob beneficium debuiſſet agere grátias, multiplicat ſolùm querelas. Oppoſuerant Chriſto diſcipuli periculum imminens: *Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?* Ioan 11. v. 21. Sed periculum deuorauit, vt reſurrectionis Lazaro beneficium conferret, & quando ſororum gratiâ hoſtium contemnebat inuidiam, Marthæ ſuſtinet etiam querimoniam, *Si fuiſſes hic.* Non exexpendit deuoraſſe periculum, non itineris gratificatur incommodum; Sed querelas dat pro præmio. Quod opportunè notauit Chryſologus ſerm. Chryſol. 64. *Hinc eſt quod in loco Chriſtus reſtitit, expectauit Chriſtus, quòd non intrauit turbas, quòd non ad ſepulchrum diuerſit, quòd non ad Lazarum, propter quem venerat, feſtinauit, ſed mulierem ſuſtinet.* Expende illud: *Mulierem ſuſtinet.* Quam mulierem? Querelam, abſentiam accuſantem, & beneficium ad ſpeciem carpentem. Certè eximia patientia opus eſt ad ſuſtinendas ob exanclata pericula, ob deuorata diſcrimina, ob beneficia impertita imprudentium querimonias: Chriſtus quatriduanum ſuſcitat, quò ſuam commendet omnipotentiam, & mulierem ſuſtinet, quò ſuam cumulauerit tolerantiam.

39 Fortaſſis mulier illa Sareptana Eliæ virtutem non adeò miraculis patratis, quàm latis patenter querelis nouit, & promulgauit. Adierat Prophetā Sareptam, Dei iuſſis obtemperans, & viduæ, quæ ad ciuitatis portam colligens ligna occurrerat, pro exhibito pane olei fontem, & panis horrea conceſſit: *Hydria farinæ non deficiet, nec le-* 3. Reg. 17. v. 14. *cythus olei minuetur vſque ad diem, in qua Dominus daturus eſt pluuiam ſuper faciem terræ.* Prophetæ promiſſionem effectus ſecutus eſt: hydria namque in alimenti fontem verſa tempus euincebat, & pro libito poſcentis alimentū ſuppeditabat; verùm vt nunquam humana reſplendet cumulata felicitas, peſtilens morbus ipſis in matris oculis filium rapuit, & iam pro acceptis beneficiis prophetam querelis ferit: *Quid mihi & tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum.* En audit interfector, alimenti ſuppeditator. Quid tunc? vitam puero refundit, & iam mater prophetæ virtutem demirata exclamat: *Nunc in iſto cognoui: quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt.* Certè ſi ob miraculum Dei virum cognouit, cùm iam fuerit miraculum farinæ multiplicationis experta, cùm viderit lecythum fontium ingenium imitatum oleum præſtitiſſe; anteà debuiſſet agnoſcere: nec enim minus erat mortem alimento depuliſſe, quàm vitam iterum reuocaſſe: cur ergò ait modò Eliam Dei ſe virum prodidiſſe, eximiiſque virtutibus exornatum demonſtraſſe: *Nunc in iſto cognoui*: Et quare nunc? Quia cùm ob impertita beneficia fuerint gratiæ reddēdæ, cùm itineris moleſtiæ gratificandæ, audiuit interfector, quin querimoniis fuerit exaſperatus; imò vitam filio, vt matris lamenta ſolaretur, largitus. Ergo quamuis anteà miracula fuerit experta, ſapienter ait Eliæ virtutem modo cumulatiorem lūxiſſe, & anguſtiorem radiaſſe: nec enim, ni talis eſſet propheta, patienter tuliſſet poſt beneficia querelis impeti, & ob beneficia præſtita criminationibus dehoneſtari: *Mater Synagoga*, inquit Rab- Rabban. banus apud gloſſam, *de aduentu Saluatoris conqueritur, quaſi ipſe eſſet cauſa interfectionis populi dicens*: Quid mihi & tibi? Subnectit: *ſicut propheta verbis viduæ non exaſperatur, quin potiùs miſeretur ita Redemptor noſter non exaſperatur malitia Iudæorum; ſed miſertus ſui populi tulit eum de ſinu matris.* Chriſtum retulit Elias, cùm ob beneficia, & pericula querimonias mercedem tulit, & interſe

interfector audiuit: diuinitatem namque quodammodò ſapit iterare beneficia, ſi ob priùs collata quis audiat probra.

§. X.

Indigni inueniuntur veniâ, qui ingrati adurgent pro ipſorum ſalute laborantem, & pericula ſuſtinentem.

40 FRequens eſt ingratitudinis vitium: alius beneficium accipit faſtidiosè tanquam beneficio non indigeat: alius ſupinè, vt præſtans dubitarit, an ſenſerit: alius ſic gratias profendo corrupit, vt gratior fuerit tacendo, quàm gratias dando; inter omnes tamen ingratorum greges ille venia probatur indignus, qui in benemerentem ac propriæ vitæ ſalutiſque periculo auxiliantem inſurgit querulus, & obarmatur ingratus. En lentulus auguris dignitate potitus cum pecuniæ eſſet auariſſimus, verborum adhuc inueniebatur auarior. Hunc Auguſtus, quem inuenerat pauperem, honoribus extulit, facultatibus ditauit, cumque reſponſurum cenſeres exhibitis gratiis, benefactorem ſuum referiebat ſemper factitiis querimoniis. Ita Seneca lib. 2. de benef. cap. 27. *Cùm omnia incrementa ſua Diuo Auguſto deberet, ad quem attulerat paupertatem ſub honore nobilitatis laborantem, Princeps iam ciuitatis & pecuniâ & gratiâ, ſubinde Auguſto ſolebat queri dicens, à ſtudiis ſe abductum. Nihil tantum in ſe congeſtum eſſe, quantum perdidiſſet relicta eloquentia; at illi inter alia hoc quoque Diuus Auguſtus præſtiterat, quòd illum deriſu ac labore irrito liberauerat.* A ſtudiis, quibus terebat tempus, & quibus ſibi ſolum acquirebat deriſum liberarat Auguſtus, & cùm nobilitatus opulentuſque eius gratia de ſe adeò benemerenti ſubmiſſum deberet obſequium, querelarum reddebat fructum. Dignus ſanè fuit, qui ab Auguſto reiiceretur, quando ingratitudinis ſupergreſſus eſt metas frequentes eiaculans querimonias. Nec aliter ſe Ephraitæ geſſerunt, qui cùm Iephte ob ipſorum ſalutem graniſſima adierit pericula, adurgebant factitiis cauſis, & inuidioſis querelis: *Incendemus*, vociferabantur, *domum tuam.* Quibus ille: *Poſui animam in manibus meis, tranſiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduerſum me conſurgatis in prælium?* Pro ipſis teſtatur adiiſſe pericula, nec tamen illorum potuit indigna ſopire odia. Quid tunc? Manum cogit, & illos atterit: *Percuſſerunt viri Galaad Ephraim.* Iure percuſſerunt: erant enim venia prorſus indigni, dum de ſe adeò benemerentem adurere moliebantur ſine cauſa exaſperati. Et fortaſſe ob id textus indicat apud vada iugulatos: *Iugulabant in ipſo Iordanis tranſitu.* Tranſitum inuenerant Ægyptum deſerentes; non tamen de ſe benemeritum oppugnantes: *Occupauerunt Galaadita vada Iordanis*, ſcribit Hugo: *locum, per quem tranſierunt filij Iſrael redeuntes de Ægypto.* Non illis denegatus eſt tranſitus poſt coitam tot annis improbitatem in Ægypto; occiſus tamen fuit, dum aduerſantur pericula ob ipſos paſſo, ac de illis benemerito.

Seneca.

Hugo.

41 Dauid mire ſuam patientiam exaggerat, dum peccatorem contra ſe blateranten, gliſcentemque pa ien er refert tulitſe, & ne vel verbo ferire, laudabili ſilentio ora ſigillaſſe: *Poſui oris meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator aduerſum me.* Pſal. 38. v. 2. Dauid pro populo, pro regiáque Saülis familia magnis ſe diſcriminibus expoſuerat: teſtatur ipſe Ionathas: *Poſuit animam ſuam in manu ſua, & percuſſit Philiſthæum, & fecit Dominus ſalutem magnam vniuerſo Iſraël.* 1. Reg. 19. v. 5. In adeò ergo de familia Saülis benemeritum eâ Semei exarſit furoris inſaniâ, vt lapidibus tentarit vitam obruere, & propudioſiſſimis dictertis famam aggreſſus ſit tumulare. *Ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saül nomine Semei filius Gera, procedebatque egrediens, & maledicebat, mittebatque lapides contra Dauid.* 2. Reg. 16. v. 5. Ab illo ipſo Dauid impetitur, pro cuius honore, vitaque pericula adierat: ergo illum patienter ferre fuit ſummum patientiæ elogium, manſuetudiniſque miraculum, cum indigni probentur venia, qui adurgent pro ipſis ſuſtinentem pericula. Adeſt Ambroſius ad Pſal. 38. *Videbat Dauid conſiſtere aduerſus ſe peccatorem, quando Semei maledicebat, & lapidabat regem ſuum, & clamabat: Exi vir ſanguinum.* Ambroſ. Addit poſt aliqua: *Quod eſt grauius, ille te magis laceſſit, qui beneficiis tuis magis vſus ſit, & inter ipſos amplius ſe exaſperat, qui plus tibi debeat.* Certè ni tantus eſſet Dauid, pœnas Semei miſiſſet, & quidem meritas, quando homine indignum eſt benemerentem adurgere, & ſuſtinentem pro ſe pericula conuitiari.

Populus in Raphidim hoſtes ſuſtinet: *Venit Amalec, & pugnabat contra Iſrael in Raphidim.* 41 Exod. 17. v. 8. Locum certaminis explicatè tradidit Scriptura, vt nos edoceret myſteria: in Raphidim namque ingratus populus contra Moyſem virgatus eſt: *Caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo, qui iurgatus contra Moyſen ait: Da nobis aquam.* Iam Moyſi querelas dant: ob marini fluctus copiam, iam ob aquæ mordent penuriam; verùm obmurmuratio certaminis anxietatem aſciuit, & hoſtes contra ſe armauit: debuerunt namque anxio bellorum diſcrimine premi, qui tot tantaque pericula pro ipſis adeuntem non timuerunt criminari. Innuit datus iam Ambroſius: Ambroſ. *Populus ipſe electus à Domino, cui tacitus Moyſes aperuit mare, ingratus cœleſtibus beneficiis obmurmurabat, quo diuinam contraxit offenſam.* Inimicum tulit, dum Moyſem offendit: nam quamuis alia delicta benignitate fuerint diſſimulata, inſurgere in benemerentem exacuebat iram, & accelerabat pœnam. Ergo pereant Ephraitæ, dum in Iephte inſurgunt pro ipſis pericula deuorantem, & vitæ diſcrimina viriliter deſpicientem.

Somnium vidit Nabucho futurorum vaticinium, & arcanorum theſaurum; verùm alto adeò ſomno indulgebat, vt nil meminerit: obiectæ enim recordari imaginis eſt leuiter dormientis, non profundo ſomno immerſi, aut letargo breui ſepulti: cúmque ſe ſomniaſſe non ignoraret, nec ſomnij recordaretur, iuſſit à ſapientibus indagari mortis interminata pœna, & ſupplicij duriſſimi mulcta. Daniel, qui aſcitus non fuerat, regem rogauit, vt tempus ſibi concederet ad ſomnium, eiuſque ſolutionem indicandam: conceſſit lubenter rex, & iam Daniel aſcitis ſociis inſomnem ducit noctem, cælum lachrymis pulſans, & precibus Sacramentum indagans: Sacramento iam ſibi reſerato feſtinè Arioch adit, ne Babylonis ſapientes

42

pientes perderet; sed ipsum ad regem citò introduceret: *Post hæc Daniel ingressus ad Arioch, quem constituerat rex, vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est: sapientes Babylonis ne pèrdas, introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo.* Tot tantaque hic mysteria latent, vt bona lectoris venià à thesi nostra tantisper discedamus, si fortè adspirante Dei gratia pro nostri ingenioli tenuitate aliqua referare possimus. Expende prius Danielem ad regem ingressum, non introductum: *Daniel ingressus rogauit regem, vt tempus daret sibi*, modo verò non ingressum, sed introductum: *Arioch festinus introduxit Danielem ad regem.* Si antea Arioch non indignit auxilio, cur modò ad adeundam regis præsentiam eius indigeat suffragio? An quia prius non tantâ sapientia præditus; modo verò ampliori ornatus? Nec enim rarum est doctiores non inuenire aditum, cùm minus docti facile inueniant accessum. Ad hæc, si tempus petiit ad indicandam solutionem regi, cur prius egit sapientes liberare, quam morem Principi gerere? Quia vti Dei seruus plurisduxit à morte homines liberare, quàm regis curiositati inseruire. Ergo liberati sapientes laqueos liberatori obtendunt, & expostulatum Danielem leonibus deuorandum tradunt. *Adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum.* Daniel leonum edomita feritate triumphauit, sed accusatores in præmium leonibus iubente rege traduntur, & citissimè deuorantur: *adducti sunt viri illi qui accusauerant Danielem, & in lacum leonem missi sunt.* Profectò Danielis hic silentium videtur arcanum, quandoquidem Elisæus, cùm Syri captiui extendissent laqueos, illumque obsidione premere laborarent, pia excitate percussos in Samariam duxit, & regem percutere festinantem cohibuit: *Nunquid percutiam eos pater mi?* aiebat rex; *At ille ait: non percuties: nec enim cepisti eos gladio & arcu tuo, vt percutias; sed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad Dominum suum.* Si Elisæus rogat pro Syris, quare Daniel non orauerit pro Chaldæis? Recole quid Daniel fecerit: sapientes interficiebantur: quia non valebant regis somnium reuocare, nec solutionem edicere; ipse verò vigiliis & orationibus à Deo mysterium cognoscens sapientum mortes impediuit: *sapientes Babylonis ne perdas* (alloquitur Arioch) *introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo.* Ergo dum vigiliis & orationibus sapientum ab imminente morte liberatorem pro mercede criminationes, & accusationes pendunt, indigni sunt venia, vt dignissimi durâ mulctâ: ergo propheta leonibus tradi non vetuit: erant enim veniâ prorsus indigni, qui sic adurxerant pro ipsis vigilantem, eorumque discrimina non sine labore auertentem. Huc voco quod aiebat Theodoretus orat. 2. *Hæc misericordia prophetam decet: nec enim tulit solus cum amicis ab iniusta cade liberari; sed etiam Chaldæis incolumitatem molitur: hoc miraculo confidens eos ab impietate ad omnium verum auctorem Deum se abductarum.* Molitus est non sine ingenti labore sapientes morti eripere fidens ab impietate reuocandos, & ad Dei cultum tanto miraculo ac beneficio adducendos: illi verò adeò ingrati extiterant, vt non solum idolis inseruirent; sed ipsum Danielem diuino cultu interdicere adlaborarent. Ergo Daniel tacuit, nec ad regem preces pro illorum salute fudit: erat namque æquissimum, vt dignâ mulctarentur pœna, qui sic prophetam pro ipsis laborantem adurxerant, & vexarant.

Dan. 1. v. 13.

Dan. 6. v. 16.

4. Reg. 6. v. 21.

Dan. 2. v. 24.

Theodor.

Cùm Iosue & Caleb non modico periculo inimicorum terram lustrauissent, & facili negotio obtineri posse suaderentur, ea populus exarsit insania, vt lapidibus imperere festinarit, parumque abfuerit, quin insanum votum impleuerint: *Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant terram, scidernnt vestimenta sua, & ad omnem multitudinem filiorum Israël locuti sunt: Terra quam circuiuimus, valde bona est.* Putares populum tot pro ipso labores perpessos honoraturum; verum lapidum grandine adnitebatur beneficia soluere, & exantlata pericula compensare. Quid tunc Dominus? *Feriam eos pestilentia, atque consumam.* Digni, qui consumerentur, erant, qui pro ipsis pericula deuorantes obruere lapidibus procurabant. *Quasi phrenesis morbo agitata ad lapides curris*; inquit Oleaster hîc ad mores Israëlitarum turba phrenesi agitabatur, dum de ipsis benemerentes impetit: digna igitur fuit, quæ ardenti voracique consumeretur pestilentia, dum adeò sæua laborabat insaniâ.

44

Num. 14. v. 6

Oleast.

§. II.

Non semel acrius ad vindictam impulit linguæ audacia, quam manus offensa?

Si parum æquanimiter audiam dictum aliquod in me proteruum, aut nequam, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 8. *reddam & ipse amaritudinis vicem, aut cruciabor impatientia mutâ.* Dum verbum auditur asperum, nec redditur, audiens discruciatur aut honesta tolerantia, aut muta impatientia. Linguæ amaritudo flammæ ad instar adurit animum, & inflammat odium. Non semel quis patientius tulit duris actionibus diuexari, quam venenatis iniuriosisque verbis vti. Ob id fortasse Plutarchus de instituend. liber. prius continendam linguam, quam reprimere manum iussit. *Iam quæ non secus ac superiora*, inquit; *imo magis fetlanda inuentuti sunt, nunc expedsam: ea sunt hæc vitam instituere reductam ab deliciis, linguam continere, reprimere iram, manus abstinere.* Addit Philosophus: *Etenim neminem pœnituit, tacuisse, locutos esse permultos. sexcentos ego fando accepi ob linguæ intemperantiam in grauissimas incidisse calamitates.* Volubilis lingua irreuocabile verbum profert, quo honorem nullo exinceps medicamine sanitati restituendum lædit, infamat originem, gloriam innubilat, obscurat famam, & dum grauissimam infert cladem, concitat in se furorem. Mirum extat hoc in capite huius veritatis exemplum: nam cùm Ephraitæi seditione iniquissima tumultuantes Iephte impeterent, eiusque nigris tradere flammarum voluminibus domum præsumerent *Incendemus domum tuam*; ille comiter respondit, si fortè irrationabilem indignationem sopiret; ast cum transfugam fugillarent, cùm ignobilem arroderent, cùm ipsam tolerantiam, mansuetudinemque ad procacioris audaciæ occasionem verterent, & effræni lingua carperent, iam copias producit in campum, vt illis infixerit dignum audaciæ supplicium: *Vocatis itaque ad se*

45

Tertull.

Plutarch.

cunctis

cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim; percusserunque viri Galaad Ephraim : quia dixerat : Fugitivus est Galaad de Ephraim. Dum textus exprimit percussionis causam exitisse linguam, edocet Galaaditas non adeò seditione commotos, ac verbis exasperatos : *Percusserunt*, inquit, *viri Galaad Ephraim : quia dixerat : Fugitivus est Galaad de Ephraim.* Plures erant causæ, quæ Iephte, Galaaditasque ad vindictam acuerent : nempe vocatos Ephrataeos detrectasse bella, post detrectationem iniurioia confinxisse mendacia, tentasse domus incendia ; verùm hæc omnia præterierant, & patienter toleraverant, at dum lingua nobilitatem arrodunt, dum fortitudinem audacter infamant, ad vindictam Galaaditæ flammescunt, & linguaces Ephraitas occidunt : *Ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.* Eis verbis : *Fugitivus est Galaad de Ephraim*, honori & fortitudini inussisse notam, & iniusta nota ad acerrimam impulisse vindictam, tradit Abulensis quæstione 4. *Fugitivus Galaad, id est Galaaditæ sunt populus contemptibilis, & nullius valoris comparando ipsi Ephraim & Manasse, & istud erat improperium : ideò suscitabantur in bellum ipsi Galaaditæ contra Ephrataos tamquam ab ipsis contempti.* Procax lingua Ephrataeis attulit mortem, & qui factis satis audacibus irritati adhuc continuerant iram, linguis percussi dignissimam Galaaditæ coacta manu intulerunt obtrectatoribus pœnam. Non sunt Ephraitæ iugulati tam ob manus audaciam, quàm ob linguæ iniuriosissimam in olentiam : *Percusserunt viri Galaad ad Ephraim, quia dixerant.* O lingua abstine: plena namque est veneno mortifero & obnoxia grauissimo nocumento.

Abulens.

46 Lucifer ille, qui vnde debuerat plus obligari ad obsequium, sumpsit ad inferendam pugnam scandalum, Deum ipsum adoritur, dentibus dilacerare discupiens, sibique diuinitatem rapere exambiens: *Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperisset, filium eius deuoraret.* Quo fuerit insanus hic ausus supplicio punitus Scriptura non tacuit: *Proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus.* Hic ipse totus inuidentiæ addictus, flammisque linoris possessus cum Eua colloquia miscet, vt absitinentiæ percontetur causam, & Deo impegerit inuidi, & auari notam: *scit Deus quòd in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri : & eritis sicut dii scientes bonum & malum.* Fraudem hanc Deus digna sententia mulctauit pedibus orbatum turpi adreptationi addicens serpentem : *Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ. Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Miraberis inflictum modo supplicium: nam si tertiam stellarum partem fraudulenter traxit, feralitérque proiecit, si bellum Deo ipsi inferre non timuit, cur ibi, nec pedibus interdicitur, nec infami reptationi damnatur: cùm hîc & maledictus latebras adeat, & terram pectore verrens repat. Iam respondet Rupertus lib. 3. in Genes. cap. 6. *Quid hac intentione funestius, sermone maligniùs, præsumtione atrocius? Quid enim? Ecce execrabamur superbiam diaboli : quoniam tumens dixerat : In cælum conscendam, super astra Dei ponam solium meum; ascendam super altitudinem nubium. Ero similis Altissimo.* Subnectit : *Quid dicemus quando è contra Altissimum sibi similem facere contendat : mendax enim ipse est, sicut ipse est : mendax autem sibi similem, id est men-*

Apoc. 12. v. 4

Gen. 3. v. 5.

Rupert.

dacem vult facere Deum. Itaque Deum inuidum, mendacemque lingua serpentina mentitur. Ergo grauiorem ad speciem pœnam sustinet lingua teriens, quam ausu impetens. Accipe datum Rupertum : *Non ergo manus Domini vindicta simplici contenta sit, qua illum de altitudine cæli deiecit; sed exaltetur adhuc, & super hunc inimicum suum confortetur, vt mittat eum in gehennam ignis.* Ab exordio flammam paritur serpens ; verùm puerum recens natum impetens, syderaque disiiciens proiectus solùm refertur ad terram ; hic vero maledictus, & pedibus orbus, quo nos edoceat Scriptura Sacra, quàm altum sit linguæ vulnus, quamque faciliùs sit manus tolerare audaciam, quam linguæ ferre insolentiam.

Docuit etiam hanc veritatem Dauid: psallebat vt Saülem à dæmone exagitatum sanioti meti restitueret, verùm salutis pretium contortam tulit hastam, & quidem sublatus sit, nisi gratia seruum suum eripuisset. *Tenebat Saül lanceam, & misit eam putans quòd configere posset Dauid cum pariete. Et declinauit Dauid à facie eius secundò.* Non cepit Dauid arma non est iratus furenti; sed vitauit fugâ periculum: & fortè dum fugit acerrimè adhsit odium. Verùm cùm ad Nabal vrbane nuntios delegasset, illeque vti rusticus inurbanè depulisset, respondit-47 1. Reg. 18. v. 11.

setque : *Quis est Dauid, & quis est filius Iesse?* Iam arma capit, nec sine irarum significatione ensiferus domum contendit : *Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus, quæ ad ipsum pertinent, vsque mane mingentem ad parietem.* Aliter se Dauidem existimares habiturum, quandoquidem Nabal non contorsit telum, etsi minus vrbanum reddiderit nuntiis responsum; at Saul aduersarius est vitæ, dum hastam manu iecit: cur ergo Dauidis in Saulem non irritetur patientia, cùm in Nabalem desæuiat ira? Quia alter, inquit Lyra, eo tempore cohibuit linguam, etsi contorserit hastam; alter verò, etsi non miserit hastam, procacem vibrauit linguam: adeoque graue est lingua feriri, vt Dauid facilius tulerit hastam eiaculantem, quàm lingua arrodentem. *Hic ponitur rusticana responsio : quia non solùm negauit quod petebatur; sed etiam à vituperiis inchoauit dicens : Quis est Dauid? Quasi dicat : nullius valoris.* Linguâ percussus iustam ad vindictam armatur: impetitus telo fugam solummodò adoritur: vt noueris quàm alta sit linguæ plaga, quámque discruciarit præcordia. 1. Reg. 25. v. 2.

Ille athleta sæculis decantandus Iobus à dæmone tot miseriarum exercitibus impetitus, tot aciebus vermium exesus, adhuc hostibus in vltabat, & illorum conatus patientiæ clypeo eludebat; verùm cùm amici pietatis specie aduentarent, eiusque vitam fucatis verbis, vmbratilique compassione morderent, quasi iam defatigata patientia labasceret, ad commiserationem recurrit: *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei : quia manus Domini tetigit me. Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Immissas Deo permittente à dæmone calamitatum procellas, manus contactum vocat : *Manus*, inquit, *Domini tetigit me*; sed amicorum dentibus se dilaceratum exclamat : *Carnibus meis saturamini*: hic persecutionem exaggerat, manum ibi tangentem indicat. Iam si quæras de criminis causam, respõdebit Greg. l. 14. moral. c. 23. & 24. contumeliis ab amicis lacessitum, & murmurationibus obscuratum: *Ecce eos, a quibus se per contumelias affligi considerat, amicos vocat.* Subnectit cap. 24. *Carnes ad vescendum conferre est in collocutione*

48 Iob 19. v. 21

Gregor.

derogationis vicissim proximorum vitia diçere. Itaque dum amici vitam abrodunt, dum venenatam linguam in ipsum gerunt, quasi in confinio impatientiæ positus timeat, morsibus abstinere sapienter exorat: & qui nouit tonso capite, scissa veste hostis ictibus pectus nudum exponere, modò linguarum incipit ictus timere: quasi durius linguæ feriant, quàm manus dæmonis repercutiant.

§. XII.

Superiorem laudabiliter constat plectere, si priùs humanis verbis errantem conatus fuerit placare.

49 FVror delicti tantisper sustinendus est, ne si importuna accesserit medicina, ipso exacerbetur medicamine plaga. Optimi superioris est ardore alicuius passionis delirantem humanis verbis ad saniorem mentem reducere, & paterno affectu ac compassione mederi, quandoquidem non agitur infirmitatis causa; sed procuratur medela; at si humanitate subditus aburatur, ipsaque lenitate exacerbetur, iam damnabilis erit patientia, vt honesta vindicta: *Corrigendus est, qui peccat*, aiebat Seneca lib. 1. de ira cap. 14. *& admonitione, & vi, & molliter, & asperè.* Præcedere debet lenis admonitio; at si persistat contumacia, opus erit seueritate, & austeriori medicina. Membrum ferro solet abscindere; nec tamen dicendus est medicus aduersarius: quia vnius miseria reliquis membris salutem procurat: rabidos canes depellimus, immansuetum bouem cædimus, & morbida pecora, ne gregem infecerint, separamus. Non ira; sed ratio est benignitate abusos plectere, & ipsos sibi supplicio eripere. Optimi gubernatoris exemplar extat Iephte: Ephraitas vrgente bello, vt suppetias ferrent, vocauit: obedire contempserunt; sed patienter dissimulauit: cumque inobedientes debuissent timere, aggressi sunt insultare; seque non vocatos, nec sine iniuria præteritos conquesti sunt: *Vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum. Igitur incendemus domum tuam.* Iephte humanis verbis querelis satisfacit, & mansuetudine allicit: *Vocaui vos, vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. Quod cernens posui animam meam in manibus meis.* Pacatis verbis conatus est iram frangere, cúmque instarent, adhuc addidit: *Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium?* Nihil omisit ex his, quæ superiorem decerent, vt notauit Abulensis quæst. 4. *Non tenebatur Iephte respondere verba tam mollia, quia poterat dicere: Non vocare vos, quia non tenebar, vel quia non eratis populus meus; sed quia vidit eos iratos nimis, vt non daret occasionem bello, & effusioni sanguinis, tacuit ab iis, & respondit verba mollia.* Studuit animitus illorum iram sedare, rationique restituere; verùm cùm nil proficeret, manum coëgit, victosque durè puniuit: *Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim: percusseruntque viri Galaad Ephraim.* Percussit contumaces, postquam sustinuit audentes: *Sub intelligendum*, addit Abulensis, *quòd cùm nunc dixerint Ephrathai, quòd volebant incendere domum Iephte, ita continuauerint; Iephte autem defendit se.* Vt vidit patientiâ abusos, ipsaque humanitate inflammatos, deuicit, profligauit, contriuit: nam vt ciet superiore indignum statim indignatione efferaciere, i a indecorum esset audaces non refrænare.

Seneca.

Abulens.

Moyses quemdam de exactoribus Hebræum du- 50
rissimè affligentem intuitus humanis illum verbis conatus est placare, & ad saniorem mentem reducere, ille verò cum Principis humanissimis verbis fuerat mirigandus, acriùs exasperatus æquitatis reuerentiæque Principi debitæ teminos transiluit. Quid tunc? Illum Moyses percussit; & sabulo abscondit: *Percussum Ægyptium abscondit sabulo:* Exod. 2. v. 12.
Non minus luxit inflicta mulcta, quàm resplenduerat patientia: nam subiecti peruicacia fuit edomanda vindicta. Ita Philo lib. 1. de vita Mosis: *Verbis* Philo.
quantum poterat, subleuabat (Israëlitas) *prefectos subindè admonens, vt moderarentur, laxarentque nimiam in vrgendo duritiam.* Verbis humanitate diffluentibus aggressus est cohibere insolentiam & ministrorum audaciam; verùm dum vidit, contra ius fasque blandè admonitos indurari, pœnis coërcuit, & æquitati prouidit. Audi Philonem: *Erant inter præfectos quidam efferati rabie, nihil differentes à venenatis, carnisuorisque bestiis, humana specie bellua, sub qua meres ferinos celabant, ferro adamanteque duriores: ex his vnum immanissimum, quia nihil remittens exacerbatur etiam precibus, nisi celeriter iussa fierent, pulsans miseros, verberans, excrucians, interemit.* Si Moyses nimia patientia audentem toleraſſet, videretur dignitati suæ notam inurere: si non admonuisset, furoris, non æquitatis causam agere videretur. Ergo vti prudens & monuit, & admonitiones contemnentem puniuit: admonitione non præmissa læderetur pietas, & omissa vindicta auctoritas.

Flammanti, illæsoque rubo Moysi desertorum re- 51
cessibus ores agenti obiicitur Deus: & quidem ipso ænigmatis habitu superioris honestauit officium, quando non videretur consonum, regimen fortium aculeis non pungi asperis, dum subiectus laborat durus attritus miseriis. Ergo populo apud Pharaonem flagellis cæso opem afferre cogitat optimus superior tribulis non solum punctus, sed laceratus. E rubo Imperatoria vox prodibat, quæ Moysem contra refractarios armaret: ille vt qui nondum metum, ob quem fugerat, corde depulerat, varias excusationis causas prætendebat: allegabat vocis gracilitatem, Hebræorum duritiem, Pharaonis tyrannidem. Deus miraculis confirmat territum, linguæ promittit auxilium; verùm cùm adhuc extrahere moliretur imperium, munusque subire reluctaretur: *Obsecro,* Exod. 4. v. 13.
Domine, mitte quem missurus es; irâ laudabili incanduit, ac ni paruisset, Moysem castigasset: *Iratus Dominus in Moysem.* Iustissima inflammatus est irâ, postquam morigera resplenduerat patientia: tulit metuentis reluctantiam, sustinuit de populo diffidentiam; verùm dum ipsa Moyses patientiâ abusus reluctari prosequitur, honestâ Deus indignatione Caietan.
inflammatur: Notauit Caietanus ad hunc locum: *Ira Dei testatur Mosem petiisse, vt non mitteretur. Si culpa vacasset petitio Mosis, nequaquam iratus fuisset Deus; sed eo ipso quòd iratus describitur, manifestatur culpa Mosis: nam ira Dei iustitia est punitiua. Et verè culpa fuit post omnes excusationes suppletas adhuc instare, vt non mitteretur.* Multiplices Moyses excusationes opposuit: eos Deus humanissimè soluerat: cumque debuisset ipsa humanitate compelli, prosequebatur resistere: ergo dignissimè tulit irâ, dum exacerbabat patientiâ. Non congruit

congruit ſuperiori, ſi ſubiectus deerret, ſi iuſſis non ob emperarit, ſtatim efferue cere, & ira um flammas fundere: patienter debet medicina componi, & ardori locus dari; at ſi contempſerit humane admonentem, ſeu iat ſeueriſſime caſtigantem: præcedens namque tolerantia commendat iam, vt importuna, in empetituaque ira immaturam dehoneſtat pœnam.

52 Balac imminenti tibi periculo occurre ſatagens, ad incan ationes, & maledicta confugit: ſunt namque plures, qui quibuſuis actibus malint dignitatem adipi ci, aut pro equi, quàm abſtinendo culpis amittere: Balaamum aſciuit non ſine ingenti remuneiationis ſpe: ille à Domino eâ conditione ire permiſſus, vt nullatenus incantamentis delinqueret: *Surge, & vade cum eis, ita dumtaxat, vt quod tibi præcepero, facias.* Cupiditatis ambitioniſque vernula properabat; ſed Dominus ſtricto gladio occurrit irat us, & interat mortem Seuerus: *Vidit Angelum ſtantem in via euaginato gladio.* Se ſtatim ingeri difficultas: Si permiſerat ire, cur aggrediatur obuiare? Cur prius non effudit iram, & denegauit licentiam? Ipſe Angelus indignationis rationem reddit: *Ego exi, vt aduerſarer tibi: quia peruerſa eſt via tua, mihique contraria.* Ac ſi diceret: Priùs denegaui licentiam: quia fas erat Balac præmia generoſe deſpicere; quia tamen prohibitus triſtabaris, facultatem conceſſi non ad proferendum maledicta; ſed ad vrbana regi reddenda reſponſa; cùm verò hac mea humanitate iniquè abutaris, & licentiam viandi detorſeris ad audaciam maledicendi, digniſſime iraſcor, & gladij terroribus vtor. Opportunè Rupertus lib. 2. in Numer. cap. 16. *Adeò munerum cupidus vel maledicendi fuit, vt dimiſſus ſub conditione à Deo dicente. ſi vocauerit te verorum homines iſti, ſurge & vade cum eis, ita dumtaxat, vt quod tibi præcepero, facias: ſurrexit protinus mane, id eſt, cum feſtinatione contempta conditione, ad modum videlicet ſeruorum nequam ad oculum ſeruientium, qui dum miſſi, vel dimiſſi fuerint ad licita, præſumunt perpetrare & illicita: idcirco ſtetit Angelus Domini contra illum euaginato gladio.* Terrore compreſſit, quem humanitate non cohibuit: illi quodammodò Deus obtemperauerat, vt criſtem deliniret; at dum ire permiſſus, peruerſa intentione pergit, iamque maledictionem corde imponit, gladio opus eſt, vt durè puniat ſeueritas, poſtquam blandè indulſit humanitas: licentia benignum prodidit, & ſeueritas ſatisfacientem muneri declarauit.

Numer. 22. v. 20.

Rupert.

§. XIII.

Qui meritis virtuteque nudus, ſæpè in alios armatur deteſtabili tumore ſuperbus.

53 QVi meritis cumulatus, cuique maxima debentur præmia ob eximia ſemper facinora, intra modeſtiæ ſæpè terminos continetur, tumoris ignorans prorſus offenſam, & ſupercilij deuitans odioſam cunctis inuidiam: è contra verò qui nihil laudis à ſuis meritis potuit repoſcere, ab arrogantia, ſupercilioque adnititur mutuari. Arrogans, dum inuenitur meritis vacuus, virtutibus ac donis exornatis probatur aduerſus. Quàm benè Caſſiodorus 9. var. 15. de eximiis virtutibus triumphiſq; o nato. *Indubitata gloria eſt virorum cuſtodiſſe menſuram. Quid ergo? Numquid tali actione præſumens aliqua ſe elatione iactabit? Dum eſt familiare hominibus extolli cùm, benè de ſe cognouerint æſtimari.* Familiare eſt præclaris aliquando ſuperbire; ſed familiaritas arrogantibus inumeſcere, dum nihil eos laudabile exornat, tunc acrius tumor irritat; a iactantia præſumunt, quod à præclare geſtis non poſſunt. Ephraimæ non ſine ſupercilio, vt olim in Gedeonem, in Iephte modò tumultuantur. Ecce in Ephraim orta eſt ſeditio: nam tranſeun es contra aquilonem dixerunt ad Iephte: *Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluiſti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.* Iephte illum inſtans adurxiſſe bellum teſtatur, & ad hæc Ephraitas inuitatos, vocitoſque imperium detrectaſſe fatetur: *Quid commeruimus, vt aduerſum me conſurgatis in prælium?* Cumque his eorum debuiſſet ira ionabilis deferueſcere ira, acrior modeſtum adurgebat audacia. Quid tunc? Iephte in campum producit aciem, & contra Ephraitas ado nat pugnam: *Vocatis itaque cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim.* Vtrinque acriter decertarum eſt, ceſſit tamen in partem Iephte victoria, & dura Ephraitas afflixit multa. Quærit Abulenſis q. 4. cur modò Ephraitarum indignatio blandi Iephte verbis non fuerit placata, cum ſimili in cau à Gedeonis verbis fuerit cohibita: *Requieuit ſpiritus eorum*, inquit textus, *quo tumebant contra eum.* Reſpondetque in Gedeonis certamine ſe Ephraimitas glo io e geſſiſſe: comprehenderunt namque Oreb, & Zeeb: *In manus veſtras Dominus tradidit duces Madian Oreb & Zeeb*, modò verò nihil egerant inertiæ ſtudentes, otiaque curantes: ergo quia facinoribus nudi, & arrogantia grauiore ſuperbi. Toſtatum audi: *Quando litigant contra Gedeon, ipſi egerant aliquid, quod erat verè laudabile, ſcilicet quod occidiſſent Oreb & Zeeb Principes Madian, licèt in tiora egiſſet Gideon, & cum laudarent eos Gedeon, & viderent ſe egiſſe, de quo eſſent verè laudari, gloriati ſunt, & potuit ce ere eorum impetus: nunc autem ſibi glorioſum egerant.* Vbi triumphorum laude caruerunt, tumultibus exundarunt; abſtinuerunt verò arrogantiâ, vbi triumphorum fulſerunt gloriâ: vt noueris quàm verum ſit ſtrenuos fulgere modeſtiâ inglorios furere arrogantiſſima audaciâ.

Indubitata gloria eſt virorum cuſtodiſſe menſuram.

Iudic. 8. v. 3.

Abulenſ.

54 Generoſus, liberaliſque Dominus ad inſtar copioſi foris bonorum theſaurum clauſum retinere quodimodo impotens dona ſua geſtit dilargiri, & plures homines deuitare. Ergo hic nobilis homo vocatis ſeruis talenta impertitus eſt: *Vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò vnum*: elapſo aliquo temporis interuallo rediens à ſeruis rationem exegit, non vt auferret lucrum; ſed vt fidelitatis addidiſſet elogium. Qui quinque talenta acceperat, offert duplicata, & accepiſſe fatetur à Domino beneficia: *Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuper lucratus ſum*: Seruus alius Domini etiam confitetur potentiam, & duplicatam offert pecuniam. Tertius præcedentium exempla nullatenus eſt ſecutus; ſed dominum vti durum, & auarum mordaci lingua infectatus eſt: *Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: Domine ſcio quia homo durus es: metis vbi non ſeminaſti, & congregas vbi non ſparſiſti.* Cùm eadem omnibus ſeruis cauſa cum domino fuerit, iuuat expendere, cur hic præ cæteris audeat in Dominum mordax, & eximias eius dotes innubilans? Si accedit humiliter deuotus decem talentis ditatus,

Matth. 25. v. 15.

Caſſiod.

tus, cur vnicum reddens adeò intumescat superbus? Certè de sæculi more speraret contrarium, nempe vestigia deosculari pauperem, insultareque diuitem, & tamen talentis plurimis fulgens gratias agit vrbanus, cùm talentis carens gliscat iniuriosus & superbus. Ecqua huius discriminis causa est? Ipsa historia causam reddit: iste exigua sortiebatur talenta: ergo turget procaci audacia: est enim ferè innatum hominibus exiguis naturæ ac ingenij dotibus exornatis mutuari à maledicentia, quod non acceperint à natura: aliorum abrodunt famam, mores infuscant, ingenij lucem nebulis liuoris obtenebrant, & hoc totum quia talentis non ditati; sed ferè nudi. Adest Hieronymus ad hunc locum. *Qui simpliciter debuit inertiam confiteri, & orare patremfamilias, è contrario calumniatur, & dicit se prudenti fecisse consilio.* Satis non fuit inerti se iactasse solicitum, nisi dominum carpsisset auarum: ficta aliena auaritiâ propriam excusat inertiam, & virtute nudus amarulentia deraſit plenus. Frequenter videas viros eximios, omnibusque naturæ & ingenij dotibus exornatos de propria luce obscuris etiam impertiri, & laudibus honestare; cùm tamen degeneres, & nullius frugis homines nihil non malignitatis tenebris maculent, & caliginibus liuoris obscurent.

Hieron.

55 Dauid in se peccatorem patienter tulisse ait. Psal. 38. v. 2. *Posui ori meo custodiam, cum consisteres peccator aduersum me.* Alludit hîc propheta, vt placet Ambrosio, ad illam Semei historiam: fugiebat Dauid Absalomi ambitionem exoculatam regnum patri præripere festinantis, & ad exilium cogentis, cùm Semei occasionem nactus, quam pectore reprellerat, indignationem effudit, & Danidem iactis lapidibus, & duriotibus conuitiis impetiuit: *Ita loquebatur Semei, cum malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial.* Lapidum grandine gestiebat opprimere, & maledictis abrodere. Hoc ipso tempore Abisai vindictam ardet, nec in regem canis demortui insultare linguam maledicam sustinet: *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo regi?* Ipsa Abisai interrogatio fuit opportuna responsio: dum enim omni virtuti mortuus, dum omni laude priuatus, duriores Semei dentes infigit, & insolentiores latratus edit. Pro Dauid stetit Abisai triumphis eximius, & virtutum censu decoratus; Semei verò peccatis plenus, & omni virtute nudus & arrosit, & maledixit: *Videbat Dauid*, inquit Ambrosius ad Psal. 38. *Consistere aduersum se peccatorem, quando Semei maledicebat, & lapidabat regem suum, & clamabat: Exi vir sanguinum.* Certè si Semei alius esset, huiuscemodi non clamasset: nam qui eximiis dotibus exornantur, honestis humilitatis præstigiis alios gigantæa mole intuentur proceros, seque pygmæa exilitate arbitrantur semper exiguos; at dum meritis inuenitur nudus, procacitate insultat armatus.

Ambros.

56 Audi quid sponsa miris virtutibus exornata, & ob eximias dotes tenerè ab sponso dilecta de se Cant. 1. v. 2. senserit, de aliisque iudicarit: *Adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Bernardus serm. 21. in Cant. miratur sponsam indigere tractore, cum adolescentulæ currant: nonne sponsa cæteras adolescentulas virtutum pulchritudine, charitatisque supergredi probatur ardore? Ergo stylum vertat, & adolescentulas trahi exoret, seque decursuram assirmet. Honestum iactet cursum; imò & volatum: trahi recusset, quandoquidem verbum hoc denotat renitentiam, & videtur fugillare desidiam; imò, inquit Bernardus, quia ipsa post gigantem potest currere, existimat se indigere tractore, & adolescentulas adhuc teneras, & ad virtutis cursum nondum perfectas ocyssimè arrepturas arbitratur volatum, & vel ad montium peruenturas fastigium: *Trahe me quodammodo inuitam, vt facias voluntariam: trahe torpentem, vt reddas currentem: erit quando non indigebo tractore: quoniam voluntariè, & cum omni alacritate curremus. Non curram ego sola, etsi solam me trahi petierim: current & adolescentulæ mecum.* Sibi præferebat adolescentulas, quas vincebat humilitate & virtute: est enim solemne eximiis dotibus exornatos, alios suspicere, & eximias illis inesse dotes deprædicare; se verò postponere, & ergà se sine mendacio mentiri. Ecce sponsa omni virtutum concinnitate exornata, splendenti, & candido byssino, hoc est, Sanctorum omnium iustificationibus mirè exculta se carpit torpentem, adolescentulas verò nondum perfectione robustas non existimat tractore indigere; sed volatu pernici excurrere: nam vt qui virtutibus nudi alios superbiæ tenebris gestiunt obscurare, ita dotibus ac virtutibus exornati se honestè deiiciunt, & alios exaggeratiùs extollunt.

Bernard.

§. XIV.

Ad vitanda periculosa certamina valent, plurimum humana ac mellita verba.

57 VErbum dulce, aiebat Ecclesiasticus, *multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* Eucharis lingua, dum vrbanitatis blandimenta furori apponit, eius flammas sapienter extinguit: vrbanitas iram præpedit, affabilitas furorem emollit, & non semel, qui indignationis laborabat phrenitide, deferuescere cogitur comitate: *significatur*, inquit Iansenius, *comitatem & suauitatem orationis valere non tantùm ad benevolentiam hominum conciliandam; sed etiam ad alliciendum eorum affabilitatem, vt scilicet nostra humanitati, & comitati aliorum affabilitas respondeat, illique nostra suauitate incitati, etiam erga nos humaniter, atque suauiter sese gerant.* Vt fræno præcipites equi gubernantur, & ad modum debitum reducuntur, sic irâ excandescentes suauitate vrbanitateque flammas sopiente detumescunt, & ad saniorem mentem se recipiunt; sunt tamen nonnulli dulcium verborum, & vrbanitatis adeò auari, vt malint in campum ad decertandum prodire, quàm iurgium mellitis verbis sedare. Vtriusque exemplum in Iephte, & Gedeone miris coloribus Sacra Scriptura depinxit. Tumentes contra Gedeonem Ephraitæ exasperantur; ille verò blandissimis vsus verbis gratisque elogiis periculosa vitat certamina, anteuertitque dubia prælia. *Quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum.* Hi ipsi in Iephte insurgunt similibus illum querelis impetentes, & odiis tumultuantes: ille causam suam ratione tuetur; sed mellitis

Eccl. 6. v. 5.

Iansen.

Iudic. 8. v. 3.

Digitized by Google

melliris verbis non vtitur, & dum verbis non ſtudet placare, cogitur in campum prodire. *Vocatis ad ſe cunctis viris Galaad pugnabat contra Ephraim.* Quæri: Abulenſis quæſt. 4. cur contra Gedeonem bellum non adornauerint, cùm in Iephte Ephraitæ aciem inſtruxerint, quandoquidem eadem prorſus vtrobique fuerit occaſio. Reſpondetque Gedeonem dulcioribus illos verbis placaſſe; Iephte verò non adeò blande ſe geſſiſſe: quod fuit in cauſa, vt alibi Iephtæarum deumulceret furor, & alibi inflammaretur viuidiùs ardor. *Quæritur quare cum Ephratæi tumultuati fuerint contra Gedeonem ex ſimili cauſa, ceſſauerunt, & nunc non ceſſauerunt; ſed intulerunt bellum?* Iam reſpondet: *Gedeon locutus eſt eis verba valde dulcia adſcribendo eis totam victoriam, & ſibi nihil; ſed nunc Iephte non laudauit eos plus quam ſe: ideò non potuit quieſcere ſuperbia eorum: quia nihil fuit, quod eorum impetum mitigaret.* Itaque dum Iephte mellitis parcit verbis, periculoſis cogitur incumbere iurgiis; Gedeon verò affabilitate excuſauit bellum, & animum placauit furore inſanum. O quot excuſarentur lites, ni plures nimis fuiſſent vrbanitatis auari, ſi ſtatim non arderent iracundi; ſed reſponderent humani! at dum nullus cedit, dum quiſque honorem reputat non ſubmitti, ardet bellum, & vrgere ſolet periculum.

Abulenſ.

58 Dauid, vt Saülis immedicabilem pertinaciam exaggeret, obſurduiſſe ait ad vocem incantantis ſapienter: *Furor illius ſecundum ſimilitudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.* Ea erat ſapientis incantationis efficacia, vt ni ſurditas obturamentorum adderet impedimenta, vtiliter beneficiis cederet, & carminibus obſtinationem deponeret: ſolus ſerpentinus furor, ſola aſpidis ſurditas huic potuerunt incantationi reſiſtere, & aures inſaniæ ſpiſſamentis obturare. Iam ſi quæras, qualis fuerit hæc incantatio; reſpondebit Euthymius blanda ac mellita Dauidis verba: *Commodè ſerpentis, & aſpidis exemplum adduxit, cùm Saül & iraſceretur vt ſerpens, & obſurdeſceret velut aſpis, cùm blandos ac mellitos Beati Dauid ſermones ſperneret, quibus tanquam ſuauibus quibuſdam, atque efficacibus carminibus emollire illum, ac delinire contenderat, veluti cum Saülem Principem ac regem ſuum appellabat; ſe verò ſeruũ, canem mortuum, & prorſus abiectum.* Mellitus ſermo, blanda ac ciuilis oratio, humilis demiſſio eam efficaciam ad dirimendas lites, odiaque placanda ſortiebantur, vt ni Saül in ſerpentem degeneraſſet, & aures ingeminatis ſurditatibus oblepiuiſſet, nequiret furorem pectore non excutere, & iracundiam ſedare: *Commodè ſerpentis, & aſpidis exemplum adducit, cùm S. ii blandos ac mellitos Beati Dauid ſermones ſperneret.* Itaque vrbanitas ad deliniendos animos validiſſima eſt incantatio, rixarum exilium & concordiæ promptuarium.

Pſal. 57. v. 5.

Euthym.

59 Grates Deo refert idem Pſalmiſta, quia ipſum à laqueis prouidenter eripuerit, cùm à verbo aſpero liberarit: *Ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Plures erant, qui venatorum ad inſtar captioſos Dauidi laqueos obtenderent, irretireque inextricabilibus litibus ſuſpirarent; verùm dum aſpero verbo abſtinuit, doloſas illorum technas eluſit, & ſtudia ad lites properantia coercuit: furebant inimici effundendi furoris occaſiones perquirentes; verùm Dauid mellitis verbis, vrbaniſſimiſque ſermonibus ſic illos iracundia ardentes, ne prorumperent, detinebat, ſic phreneſi furentes demiſſione illaqueabat, vt inſaniæ impetus detumeſceret, & in manſuetudinem ſopitus tranſiret. Innuit Incognitus ad hunc locum: *Multos per verbum aſperum miſit diabolus in laqueos, in quos per verbum aſperum aliqui cadunt.* Plures dum aſpere loquuntur, dum verborum iaculis alios feriunt, dum iracundia inardeſcentes exaſperant, laqueos ſibi extruunt; verborum namque aſperitate perculſi ſimilibus repercutiunt dicteriis, vnde malum duplicatur, & laqueus vtrique obtenditur.

Incognit.

Sponſus ſponſam mitis ornatam dotibus allaudans 60
ſic aiebat: *ſicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Quænam labiis cum vitta ſimilitudo? Vitta illigat & conſtringit; labia verba proferunt, non adſtringunt: ergo etſi pulchrè rubeſcat, & inuidiam coccino faciant, vittæ nullatenus ſortientur proprietatem, aut referent ſimilitudinem. Imò magna, inquit Gregorius, cum vitta ſimilitudo labiis, non quibuſcumq; ſed eis, quorum eloquium ſuaue inuenitur & dulce: verbum namque lene furorem incantat, faſcinat iracundiam, vtque nonnulli incantamentis ligantur, & carminibus impediuntur; ſic labia iſta dum verbum proferunt dulce, & incantant, & ligant. *Recè ſicut vitta dicitur,* ſcribit Gregorius ad hunc locum: *quia dum fluxas cogitationes in cordibus hominum ſuis prædicationibus reſtringunt, quaſi ſparſos crines, ne immoderatè diffluant, coërcuerunt.* Accinit Gillibertus ſerm. 24. in Cant. *Ea labia ligant & rutilant.* Addit: *Et in nutam amplius ſuccendunt charitatem.* Dulce verbum eſt diſſenſionis exilium, furoris faſcinum, charitatis fomentum: ergo benè labia ſponſæ & ligare dicuntur & flamme cere: quia diſſidia ligant, & charitatis accendunt flammam: *ligant & rutilant.* Noſter Delrius in litera huius verſiculi hîc alludi ait ad coccineum Rahab funiculum. Ipſum audi: *Nonus eſt funiculus coccineus Rahab, quem cum miſſa de feneſtra ſi ſpendiſſet, ſalutem ſibi cognationique ſuæ attulit: hic funiculus figura fuit filii coccinei, de quo nunc agimus.* Referamus hiſtoriam, vt vtilem etiamus doctrinam: Ioſue milites Iericho inuadunt, omniaque perdunt; domus tamen Rahab funiculo protegitur, & bellicis adſultibus liberatur: *Omnia, quæ habebat, fecit Ioſue viuere.* Itaque funiculus ille coccineus in medio bello pacis fuit teſſera, & cæteris ædificiis labentibus ſuffullit domum, & depulit prouidenter periculum. Ergo illi funiculo hæc labia exæquantur: quia dum mellita proferunt verba, auertunt impetum, propellunt detrimentum, ſuffulciunt commodum. O quot domus ſtarent, quot familiæ modò lucerent, ni aliqua labia verbum aſperum protuliſſent: verùm dum non ſunt ad reſtringendum furorem vitta; ſed ad excitandum calcaria, deſudant bella, belligerant vſque ad internecionem familiæ, diuitiarum dilapidatur copia, & corruit quidquid longis ſæculi fabricarum ad ſplendorem & laudem: ergo ſponſa dum eloquio dulci vtitur, funiculum habet Rahab, quo arceat hoſtem, & ſibi ſtabiliat pacem. Qui longa cupit ſæcula, & pacata exambit ſui vitæ, ſuauia ac melliflua imitetur labia, & blanda proferat verba.

Cant. 4. v. 3.

Gregor.

Gillibert.

Delrius.

Ioſue 6. v. 25

Digitized by Google

§. XV.

Rarus eſt, qui alterius generis defectum ſilentio premat, nec euulgandi pruritu opportunè importunéque effundat.

61 NEſcio quo titillamur pruritu alienos defectus euulgandi, & in vulgus effundendi: nullus tacere didicit non ſolum quæ nouit; ſed quæ præſumpſit, & ſine fundamento coniecit: inſana omnes occupauit luxuria, tyranna subiecit libido; verùm faciliùs reprimitur carnis æſtus, quàm defectum euulgandi pruritus: vnde S. Stromat. Clemens Alexandrinus ſic ait: *Xiphrodes Anacharſim Scythæ dicit dormientem ſiniſtra quidem continuiſſe pudenda; os autem dextra, ſignificantem oportere quidem virumque; ſed maius eſſe linguam cohibere, quàm voluptatem.* Lingua per labiorum rimulas effluit, & quidquid arcanum prodit, tunc præcipuè cùm cæco inflammatur odio, & lacerationis ſtudio, aut tenero erga aliquem amoris incitatur affectu: tunc enim, ne quid dilecto negarit, quidquid de aliis vel temerè coniecit, effundet. Vnde illi, qui putarunt Angelos mulierum amore captos, omnia illis arcana aſſerebant prodidiſſe, vt è contra amore non captos celaſſe. Audi Clementem Alexandrinum 5. Stromatum: *Illud quoque adiiciemus, quod Angeli illi, quibus ſuperna ſors obtigerat, delapſi ad voluptates, enuntiarunt arcana mulieribus, & quæcumque ad eorum venerunt cognitionem, cùm alij celarent Angeli.* Dum amor calore inflammat affectum, ſilentij metas lingua tranſgreditur, & quidquid inerat cordi, profunditur. Verùm etſi amor odiúmue linguam non exacuat, ſatis erit, vt gliſcat, vt prodat, vt ſe non contineat, aliquod nouiſſe generis probrum, & originis næuum: tunc namque veluti mortifero veneno inflammata, opportunè importunéque amarulentiam effundit, & ad effundendum occaſionem lætitiam rapit. Ad omnem defectum promendum linguæ ineſt mendacitatis, & dicacitatis libido; verùm ad originem infuſcandam, notamque inurendam petulantior inardeſcit, & ardentior ſemper adurit. Ecce Ephraitæ in Iephte bellum adornant, & ne ſolùm pugnarint armis, etiam adorti ſunt linguis: *Dixerat* (Ephraim) *fugitiuus eſt Galaad de Ephraim.* Hoc verbo ignobilitatem Iephte euulgaſſe, eiuſque obſcuram originem protuliſſe cenſent nonnulli apud Abulenſem quæſtione 4. *Alij exponunt de Iephte, ſcilicet quòd dixerunt Ephraithæi in improperium Iephte: Fugitiuus eſt Galaad, id eſt Iephte Galaadites, ſcilicet quia fugatus fuit à fratribus ſuis tanquam ignobilis; & nunc principatur.* Nulla erat occaſio quæ linguam irritaret, imò Iephte mellitis verbis niſus eſt illorum indignationem ſopire; verùm ipſi ſic exæſtuabant, vt ſe continere non poſſent, quin generis defectum vulgarent. Adde mirandum eſſe vel fratris fratres tacere, ſi ad ipſos non ſpectet, ignobilitatis notam, & generis ignominiam. Fratres Iephte cum ipſo diſcepeabant, ne hæreditatem adiret, & cùm de meretrice potuiſſent proferre natum, de matre altera ſolùm pronuntiarunt exortum: *Eiecerunt Iphte dicentes: Heres in domo patris noſtri eſſe non poteris: quia de altera matre natus es.* Nihil de adulterio dixiſſe, neque vti ſpurium hæreditatem non poſſe adire clamaſſe, demiratur hîc Caietanus: *Nihil dicitur de adulterio; ſed dumtaxat, quòd mater eius eſſet mulier altera.* Illorum erat frater, & quamuis ad exhæreditandum ſatis eſſet ex alia matre fuiſſe prognatum, ea eſt alieni defectus euulgandi cupiditas, imò rabies, vt miraculi ad inſtar fuerit abſtinuiſſe ab euulganda originis infamia, imprimendaque Iephte nota.

Abulenſ.

Iudi. 11. v. 2

Caiet.

Dauid gregum Nabalis defenſor; quique illius 62
paſtoribus fuerat pro muro neceſſitate compulſus vrbaniſſimam legationem inſtituit, & neceſſitati ſubſidium aliquod poſtulauit: *In die bona venimus: quodcumque inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid.* Quid tunc ruſticus? *Quis eſt Dauid, & quis eſt filius Iſai?* Originem his verbis infamaſſe, & ignobilem protuliſſe teſtatur Lyra ad hunc locum: *Quaſi dicat, nullius valoris; quia deſcendit de alienigena muliere, ſcilicet de Ruth Moabitide.* Nulla erat occaſio, quæ ad originis conuitium impelleret; imò plurimæ erant cauſæ, quæ virulentiſſimam etiam linguam occluderent, poſcentis humilis obſequioſaque vrbanitas, exhibita ad gregum tutelam paſtoribus beneficia; nihilominus tamen de ignobili origine ſugillauit, & genealogiam intempeſtiuâ imprudentiâ adulſit: is namque eſt natalium defectum euulgandi ardor; dicam meliùs: is homines exagitat furor, vt nec linguam fœnent obſequia, nec arcuerint beneficia; ſed omnes geſtiant notitiam veneni ad inſtar euomere, & omnium auribus inſtillare.

1. Reg. 25. v. 8.

Lyra.

Diuus Paulus ad Timothæum ſcribens illum 63
admonet, vt omni ſtudio, omnique ſolicitudine ſatagat compeſcere procliues ad fabulas, & genealogias, ex quibus nunquam virtutis commoda; ſed ſeditioſa ſemper promanant iurgia: *ſicut rogaui te, vt remaneres Epheſi, cùm irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide.* Cum fabulis adiunxit genealogias: ſunt namque plures, qui ex ipſis genealogiis confingant fabulas, ſunt qui honorem per longa ſtemmata tractum veluti fabuloſum innubilent, ſunt qui, vt genealogiarum radices perueſtigent, lynceis oculis annales euoluant, elapſa tempora reuocent, incertiſque coniecturis generis ſplendorem infuſcent, & ad poſteros veluti teſtamento delegent. Hinc videas implacabilia excitari odia, contentioſa oriri iurgia, æternarique detrimenta: *Fabulas vocat*, inquit Anſelmus, *quas alibi traditiones dicit, quas præter legitimas, & propheticas Scripturas Iudæi tenent, quas non ſcriptas habent; ſed memoriter retinent, & aliter in alterum loquendo transfundit.* Addit S. Doctor: *Vbi etiam dicere audent & credere Deum homini duas creaſſe mulieres, ex quibus texunt genealogias verè (ſicut tunc dicit Apoſtolus) infinitas parientes infructuoſiſſimas quæſtiones.* Cùm Scriptura filios Dei, hominumque filias appellauerit duas matres harum genealogiarum effinxerunt, & à diuerſis parentibus duxiſſe originem promulgarunt. Si quæras huius audaciæ fundamentum, inuenies nullum; fuere tamen, qui vt alteram hominum partem infamarent, hanc fabellam loquendo transfuderint, & in audientium cordibus ſeminarint. Itaque ponebant Euam regali ex latere ortam, & aliam fœminam fortè ex terra fœdiſſima procreatam, dumque his quæſtionibus altercarentur, creſcebant cum iurgiis odia, & vigebant ex

1. ad Timot. 1. v. 3.

Anſelm.

odiis

D. Thom. odiis iugia. Consonat Diuus Thomas lect. 2. *Sunt stulta fabula, scilicet quòd Adam habuit aliam uxorem, ex qua dicunt natos dæmones.* Dæmones vti spiritus à Deo sunt creati, nec generationum tramiti obnoxij; verùm vt sunt nonnulli notitiam genealogiarum affectantes, & euanidam apud imperitos gloriam quærentes, vel dæmonum genealogiam se indagasse, mentiti sunt, & vt eruditionis captarint inanem plausum, fabulosum generationum texuerunt filum. Et fortè cùm dæmones male de hominibus fuerint meriti, vt illatas compensarint iniurias, eorum aggressi sunt, vt abroderent, confingere genealogias, dumque non possunt veris innubilare testimoniis, tenuissimis obscurauere figmentis. Ita non rarò accidisse reperias: nonnulli inueniuntur, qui vt vltionem expetant, inimici genus infamant, & quam inhonestam confinxere fabellam, vt ad alios perniciosiùs transfundant, veluti arcano sacramento reuelant. Adde non semel prosapia obscuros aliorum genus mordere, & si quid minus honestum, vulgare.

64 Cùm Saül inuidentiæ delirio fureret, nec Dauidem viuere sustineret in domestico exasperatus illos acerrimè carpsit quòd sibi aduersantem non proderent, nec ad prodendum inuestigarent. Quid tunc? Doeg Idumæus præ aliis Dauidis prosapiam notat, & in templo vidisse narrat. *Respondens Doeg Idumæus, qui assistebat, & erat primus inter seruos Saül: Vidi*, inquit, *filium Isai in Nobe apud Achimelech filium Achitob sacerdotem.* 1. Reg. 22. v. 9. Isai sugillauit, vt Dauidis vituperaret genealogiam, vt infamaret prosapiam. Ita Abulensis Abulens. quæst. 17. *vocauit Doeg Dauid filium Isai, & non vocauit eum Dauid, quasi ex vituperio.* Itaque vt infamaret filium, ad radicem recurrit, patremque rusticum & ignobilem prodidit. Sed inquires, cur præ aliis Doeg Dauidis retulerit patrem, quando Achimelech Sacerdos eum proprio nomine retulit, regisque generum nominauit: *Et quis est in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis?* Respondeo Achimelech filium fuisse Achitob, id est, illustri progenie natum: ergo hic, quo Dauidem nobilitarit, recurrit ad socerum, vt Doeg, vt innubilarit, ad patrem: nec mirum: erat enim Doeg Idumæus, id est oriundus ex Esau fratri postposito, & in seruorum censum relato. Ita Abulensis quæst. 16. Abulens. *Vocatur Idumæus, quia erat de stirpe Edom.* Doeg à seruo prognatus infamauit prosapiam, & adussit genealogiam. Achimelech illustris Dauidis facta commendat, & vti regali sanguini propinquũ honorat.

§. XVI.

Non semel viam inuenit occlusam, ne fugeret pœnam, qui sine impedimento inuenerat, vt properaret ad culpam.

65 ALiter accidere solet culpam suspiranti, & effugere pœnam cupienti, quandoquidem omnia expedita videntur ad exercendum delictum; sed iam patrato fugæ occurrit impedimentum. Ad gradum reuocandum non sic erit via expedita, vt fuerat ad ingrediendum, asserente Poëta: *Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est.* Virgil. Non fuit opus, nec labor ad confusas pergendum tenebras; sed ad repetendas auras: labyrinthæi illi anfractus nulla adeuntur difficultate; ad se expedite, extricareque, nulli concessum, nisi cui Ariadne filum præbuit, & industriæ ope anfractus eludere edocuit. Differtè aiebat Seneca epist. 97. nullum peccantium fidere posse securitatis suæ sponsoribus: *Sponsoribus securitatis suæ*, inquit, *non potest credere.* Et cur? Quia fallunt, vt irretiant, & vt irretitum relinquant. O quot dum voluptatum vinculis manus in eruerunt, dum illecebrarum iugo submiserunt ceruices, tenentur facile vincula excutere, & humeros liberare. Vellet Nabucho æream disrumpere catenam, non tamen parebatur ferri duritiei, & firmitas æris. Nec dissimile accidisse videas Ephraitis: superbia tumidi, & insolentia superbi delectum cogunt contra Iephtes: *Transeuntes contra aquilonem dixerunt ad Iephtes: Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus domum tuam.* Expende verbum illud *transeuntes.* Quasi dicat textus: nullo impedimento, obstaculo nullo præpediti sunt, dum transierunt flumina, vt minarentur incendium; at: cùm serò resipiscentes ad sua remeare, pœnamque effugere suspirassent, occupata inuenere sordanis vada, & pœnæ impedita effugia. *Occupauerunt Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat.* Fortè cum transiuit hæc ipsa vada Ephraim, vt in Iephte fine causa insurgeret, ad regressum fore sibi expedita etiam spopondit; verùm delusus sustinuit pœnam: quia securitatis falsæ sponsores solum moliebantur fallaciam: fugere pedemque retrahere discupiebat Ephraita; verùm non erat adeò facilis regressus, & ad pœnam effugiendam volatus. Ita Abulensis quæst. 4. *Iordanis est* Abulens. *flumen magnum pontem non habens, & vada rara, scilicet circa Iericho: ideò Galaaditæ iuerunt ad illum locũ, vt occuparent vada, scientes quòd Ephraita non possent in terram suam ire per alium locum: quia non erat pons, neque puppis ad transeundum alibi.* O quam duris premebatur angustiis Ephrathæus ab hostibus impeditus! Sine obstaculo inuenit vada, vt delinqueret; sed impedita, vt euaderet. Certè miris historiæ coloribus sacer textus depinxit, quam sit facile delinquere, & quàm arduum liberari. Tibi promittis facillimè pedem relaturum, etsi indulgeas voluptati: tibi persuades ipso in ludo te cohibiturum, ne effrænis aurum effundas, sortique exponas; falleris tamen: quia differt quam plurimum homo ab occasione remotus, & occasione impeditus: ab homine peccator transit in bestiam, & iam bestiæ non est facile, quod erat homini: *A se migrat*, aiebat Chrysologus serm. 2. Chrysol. de prodigo, *& ab homine totus transit in bestiam.* Obscuratus tetro libidinis fumo oculus non videt: mens ipso vitio corrupta stupet, & ad instar scalphæ contrariis agitatæ ventis portum non appellit; imò nec viam inter confusos vortices inuenit: iugulatus cecidit Ephraita, & tamen dum ingrederetur ardua, facillima sibi promittebat effugia.

Mare aquarum muri adinstar solidatis voluminibus liberum Israëlitæ præbebat egressum: *Cùm extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum, diuisaque est aqua.* Exod. 14. v. 21. Gurgitis per profunda Israëlita puluerulentus incedit, miraturque sicco vestigio calcasse fluenta, & tranasse pedibus maria: hac tempestate Pharao cupiditate inardescens profunda maris ingreditur, remota adeò arbitratus pericula, vt

Exod.15.v.9 ditissima promiserit sibi spolia: *Dividam spolia.* Iam mediis in vorticibus erat, quando animaduertit vrgentissimum sibi imminere periculum, quod vt declinet, celerem arripit fugam; verùm impeditam inuenit fluctibus viam: *Fugientibus Ægyptiis occurrerunt aqua.* O quam dissimilis à se ipsa erat via, dum Pharao audet, & dum fugit! Iam erat occlusus aditus, iam impeditus egressus, vt qui delusus opulenta promiserat sibi spolia, miserrima sustineret naufragia: *cùm vidissent illæsos abire*, inquit Hugo Charensis, *ingressi sunt post eos.* Ingressi sunt Ægyptij nullum periculum supicantes; verùm non valuerunt regredi, nigris fluctuum voluminibus præpediti, profundoque traditi. *Ex timore erant ita perturbati*, ait Lyra, *& stupefacti, quod non concurrerunt ad litus: sed magis contra aquas super se venientes.* Cursus impeditus est aquis, & mens illigata timoris vinculis.

Hugo.

Lyra.

67 Isaias infelicitatem peccatorum describens illos Isai.51.v.20. comparat Orygi illaqueato: *Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus.* Oryx, ea præstat celeritate, vt per abruptissimas rupes, ac per plana incedat, namque aliis fuissent præcipitium, orygi iter est planum: ergo dum fidit velocitate, dum nullum veretur periculum, incidere solet in laqueum, ipsa fiducia occasionem præbente, & ipsa agilitate venatoribus auxiliante. Putabat nullum fore cursui obstaculum, retardaturum nullum impedimentum; sed inuenit laqueum, quo præpeditus nequit excurrere; imò cogitur mortem illigatus sustinere: *Cùm tanti stet Orygis venatio*, inquit noster Sanctius: *tamque infensi in illum venatorum animi, satis est verisimile, vbi in retia sese induxerit, neque inde se extricare possit, appeti certatim omnium telis, etiam eorum qui muliebri sunt, & pusillo animo.* Oryx, qui, vt tradit Oppianus libro 6. Cyneget. adeò est audax, vt nec canum morsus, nec venatorum timeat venabula, qui terga non vertit tauris; imò nec vrsorum, leonumue detrectat congressum, dum imprudenti audacia, audaciaque fiducia contemnit periculum, incurrere solet laqueum: & iam illaqueatus vel ab inertibus confoditur, & occiditur. Profectò plures Orygis ad instar, dum nimiùm sua valentiâ & agilitate fidunt, ea solent pericula adire, quibus nullatenus valent se extricare: vnde coguntur non semel ignominiosam mortem sustinere.

Sanctius.

Oppian.

68 Nescio quis Principis domum non adeò decenti ornatu ingressus est: non fuit, qui aditum denegaret, qui audaciam præpediret: iam intro erat, cùm laudabiliter curiosus domini obtutus, eius animaduertit audaciam, & dignam decreuit pœnam: *Vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodò huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Quid tunc? Ligatis manibus, pedibusque in exteriores tenebras relegatur, & inextricabilibus vinculis præpeditur: *Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores.* Quæres cur homo iste audito regis aduentu, qua ingressus fuerat, non fugerit, iramque declinauerit, cum ipsa conscientia stimulante ignorare nequiuerit se periculis exposuisse importunéque intrasse. Sed facilis est responsio, timore videlicet præpeditum, celeri inopinóque aduentu deprehensum, & fortassis ostium iam obseratum, & clausum Innuit Cyrillus Alexandr. in præfat. ad cateches. *Ostiarius*, inquit, *non prohibuit.* Et subiicit: *Importunè intrasti, vt importune eiiciaris.* Vicit fortè importunitate ostiarium, aut fortè donis subornauerat seruum: non defuit, qui secretò præberet aditum; defuit tamen qui expeditum præberet effugium: captus est, quia ipsa obtubatione ligatus, & administris imprudentiæ auxiliantibus destitutus. *Vides quid tunc illi acciderit*, addit Cyrillus, *cane ergo tibi.* Prudens vitare: debet scandalum, vbi alter offendit. Ergo animaduerte viæ fallacias, latentes indaga pedicas, ne dum incautus speciosum iter ingrederis, ad inopinam mortem ducaris: est enim via, quæ videtur homini recta; sed nouissima eius ducunt ad mortem: quia obliquantur labyrinthæa.

Matth.22. v.11.

Cyr.Alex.

§. XVII.

Plures se denegant temporalis commoditatis studio, æternitatis paucissimi desiderio.

69 NOn est referre quanta homines perpessi fuerint temporalis vtilitatis studio, se demittunt, pericula negligunt, in alios se transfigurant cupiditatis metamorphosi ambitionisque arte: *Habet ambitio omnis hoc vitium*, aiebat Seneca epist. 73. *non respicit.* Cæcis oculis præterit aliquando originis iniuriam, grauitatis indecentiam, sui ipsius notam: se homine denegant, dum se amant, & quodam veluti delirio vitæ gerentes negotium, mortis sibi inopinæ maturauere periculum. Quàm aptè sanctus Iulianus Archiepiscopus Toletanus lib. 1. prognost. cap. 11. *O si possemus*, inquit, *excitare homines, & cum ipsis pariter excitari, vt tales essemus amatores vitæ permanentis, quales sumus vitæ fugientis.* Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente cernicibus prodiderunt homines quidquid sibi, vnde viuerent, reseruabant. Quis non continuò prodidit, ne percuteretur, & post proditionem fortassè percussus est? Qui in latronum manus incidit, quidquid habebat, exposuit: qui à pyratis captus, seipsum negauit, vt se pretio minori redimeret; cùm tamen abnegare nos in leuibus etiam detractemus, ne æternum periculum incurramus. *Accusant nos*, addit Iulianus, *amatores vitæ temporalis, quam neque cum volunt, neque quamdiu volunt, habent.* Nihil omittunt vitæ temporalis studiosi: de cauterio, de sinapisque incendio opitulantem medicinam non recusant; imò donis medici manus piè desæuientis subornant: solum æterna salus despicitur: nec se homo denegare audet, vt consequatur. Ephraitæ de origine semper iactabundi, & de principatu glorioso opportunè importunéque suam nobilitatem ructabant, & negotiis omnibus proferebant; verum cùm à Iephte bello fracti fugerent, Iordanemque transire desiderarent, Ephraitas se negabant, & personas alias, quantumuis vilissimas assumebant. *Occupauerunt Galaadita vada Iordanis, per qua Ephraim reuersurus erat: cumque venisset ad ea de Ephraim numero fugiens, atque dixisset: Obsecro, vt me transire permittatis, dicebant ei Galaadita: Numquid Ephrathæus es? Quod dicente: Non sum, &c.* Genus negabant, nobilitatem tegebant, humillimis obsecrationibus transitum sibi concedi rogabant, & post hæc mortem

Seneca.

Iulianus.

Digitized by Google

Abulenſ. mortem ſubibant. Notauit Abulenſis quæſt 4. *Omnes negabant ſe Ephrathæos, ne occiderentur: quia ſciebant ad hoc ſe interrogari, an eſſent Ephrathæi.* Ne ſubirent vel celebrem mortem, antiquam abſcondebant nobilitatem: ſe vt ſe ſeruarent, abnegabant, & poſt abnegationem peribant. *Ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia.* Nullus fuit in grandi adeo numero, qui nobilitatis faſtui non renuntiarit, & poſt renuntiationem periret. Vt videas quàm vera ſit Iuliani ſententia, ſcilicet: *Accuſant nos amatores vitæ temporalis*, quandoquidem nihil omittitur, vt exiguum incertæ laborioſæque vitæ tempus protelet, cùm ob æternam felicitatem vel exiguum omittatur.

70 Adamus paradiſæis deliciis vtens ne breui voluptate careret, Domini præceptum violauit: Gen. 3. v. 6. *Tulit de fructibus illius & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit.* Paradiſum poſſidere neglexit, Dei ſpreuit conſortium, vt venenati pomi inhiarit ad guſtum. Iam vt temporalem alat vitam, quid faciat, attende. In ſudore vultus quærit panem, cum tribulis luctatur, culturæ ſpinas reddenti addicitur, ingratitudinem telluris tolerat, & expertus iterum inſtat: *In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ*, prædicit illi Deus, *ſpinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbam terræ: in ſudore vultus tui veſceris pane, donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: quia pulvis es & in pulverem reuerteris.* Quam alia erat illa cæleſtis ab hac pulueruleuta & caduca vita! ibi innoxia voluptas, hic plena gemitibus diuexabat anxietas: illa diuturnior, hæc breuior, adeo Adamus obbrutuit, vt manum non cohibuerit à noxio inſultioque pomo, perennem lucraturus gloriam, cùm mancipij ad inſtar pellitus, obſcurus puluere, ſudore madidus producere conetur miſeriis plenam, & ærumnis Tertull. refertam vitam. Notauit Tertullianus lib. de pallio cap. 3. *Cum de originis loco exterminat, quippe deliquerat pellitus orbi vt metallo datur*: ſuſtinuit pellium ignobilitatem, duros culturæ non detrectauit labores ſpinis punctus, & inſermit ingratitudinem paſſus, patienter omnia ſuffert, & hoc totum vt panis fruſtulo vitam alat: exiguum erat, quod ad cæleſtem conſequendam iubebatur ſalutem, & reſpuit: duriſſimis temporalis vitæ laboribus perurgetur, & ambit: vt noueris quam homines à ſe ipſis diſtent, dum cæleſtia ſpernunt, & dum exambiunt caduca.

71 Deliquerat Dauid, & qui bellator ſtrenuus mediis in aciebus perdurans triumpharat innulneratus, iacuit ſuis oculis irretitus: nam cùm regiè epulatus eſſet, ac pollucibili menſa emollitus animo meridiana ſeſe oblectaret ambulatione, qui in inſidiis ſemper erat diabolus, dum animi, curæque nerium conſpicatus eſt tantiſper remiſſum, furtim ipſum aggreditur, & pulchritudine pro telo vſus à virtutis via in abruptum adulterij præcipitium deturbauit, verum Deus Dauidem miseratus manum porrexit, vt prolapſum erigeret, ænigmatis penicillo eius delineauit peccatum, ne ſi apertè reprehenſus, induceret animum ad denegandum delictum. In ſe imprudens tulit ſententiam, & dum iuſtam tulit ſententiam, inuenit opportuniſſimam medicinam. Quid tunc? Peccatum ſuum confitetur: *Peccaui Domino*; non tamen hic refertur ad aſperi cultus recurriſſe patrocinium. Tranſi modo ad ipſum Danidem, qui cùm ipſi vinere non liceret, compulſus eſt terram vertere, & ad Achis, etſi hoſtem, ſibique infenſum confugere: quaſi periculoſius fuerit habitare cum inuido, quam proximate aduerſario, ibi timore ſuadente ſe ipſum quodammodo exuit, & inſani habitum ſumpſit: *Immutauit os ſuum coram eis, & collabebatur inter manus eorum, & impingebat in oſtia portæ, deſluebantque ſaliuæ eius in barbam.* Quis huius prudentis inſaniæ fuerit ſcopus, ſcriptura non tacuit, nempe conſuluiſſe vitæ, & prouidiſſe ſaluti. Se ipſum ſpreuit, ſe ipſum negauit, & hoc totum, vt exiguum vitæ lucraretur ſpatium, cum tanta non fecerit, vt aboleret delictum. Cùm cognitus eſſet à famulis regis, ſcribit Ioſephus apud gloſſam *indicantibus quod multa millia Paleſthinorum peremiſſet metuens Dauid, ne periculum, quod declinauerat à Saul, ab illo ſuſciperet, ſimulauit ſe eſſe furioſum.* Vitæ periculum amentiam conſuluit, & vſque ad vituperium inſaniæ traxit: non ſic erratorum dolor exterius immutauit, non amentis habitum ſumpſit, vt noueris quam ſe homines aliter gerant ad lucrandum vitam, & ad delendam offenſam. Adde Danidem à prophetа digna ſeueritate correptum cordis dolorem confeſſione flebili proteliſſe, ſed cum filius langueret, ad cilicium, cinerem, ieiuninm ad eius defendendam vitam inuolaſſe: *Iciunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terram.* Non refertur hic iacuiſſe ad animæ procurandam ſalutem, ad culpæ detergendum errorem; pro puero tamen nihil non fecit, vt arcanis factis noſtros in ſe mores exprimeret, & quam ardenter temporalia ac caduca ſitiamus, futuris ſæculis delinearit. 72

Etſi Petrus ardentiſſimo in Chriſtum ferretur amore, dum ad mortem raperetur non adeò gratis oculis inſpexiſſe mortem Chriſtus teſtatus eſt: *Alius te cinget, & ducet quo tu non vis.* Pro Chriſto, à quo gregi prælatus, à quo naufragio ereptus, mortem oppetebat, qua non tam vitam finiret, quàm æternaret, & nihilominus tantiſper animus pro carnis conditione reluctabatur. Ita Auguſtinus Auguſtin. apud Diuum Thomam *Crucifigendus, quo vellet, eſt ductus: ſoluus quippe à corpore eſſe volebat cum Chriſto; ſed ſi fieri poſſet, præter mortis moleſtiam vitam concupiſcebat æternam, ad quam moleſtiam nolens venit.* Vides à Chriſto monitum, vt ſe abnegaret (aiebat namque) *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum*) non adeò expromptè obedire. Tranſi ad eumdem Petrum, qui ſemel & iterum interrogatus de genere & conditione ſe ipſum cum iuramento negauit. *Quidam affirmabat dicens: Verè & hic qui cum illo erat: non Galilæus eſt. Et ait Petrus: Homo neſcio quid dicis.* En ſe Galilæum neſcit, genus refutans, originem denegans. Quod ſi ipſum rogaueris, cur ſe deneget: ob declinandum reſpondebit vitæ periculum. Animaduertit Ambroſius Ambroſ. apud D. Thomam: *Vtique ſe negauit, vt declinaret periculum.* Temporalis vitæ amore ſe neſciuit; non adeo expromptè vt conſortium mereretur æternæ, ſe deneganit: ea eſt enim mortalium conditio, vt nil ad lucrandum vitam temporalem omittant, nec adeò ardenter æternam vitam exambiant.

Iuan. 21. v. 18.

Lucæ 9. v. 23

1. Reg. 21. v. 13.

Ioſeph.

§. XVIII.

Diuites potentesque ferè semper loquuntur euanida, rarissimè fructuosa.

73 Sæculi diuites, potentesque vt ferè semper vanitatibus sunt addicti, ambitioni dicati, sordidis affectibus tincti, nil aliud nouerunt ructare, nisi quæ corde anhelant semper concipere: *Quam ruinam amentiæ causam dederim*, aiebat Tertullianus lib. ad vxorem cap. 8. *nisi fidei imbecillitatem pronam semper in concupiscentiam sæcularium gaudiorum: quod quidem plurimum in lautioribus deprehensum est: nam quantò diues aliqua est commatrona nomine inflata, tantò capacem domum exoribus suis regionibus campum, in quo ambitio decurrat. Sordent talibus Ecclesiæ. Difficile in domo Dei diues* Diuites fœminæ solùm curant capillamenti artificium, venustatis mendacium, pompæ quotidie nouum ingenium. Hinc ignota illis fidei mysteria, & peregrina virtutum sunt exercitia. Quid diues populus cupidi ore, quàm censu loquatur, nili de facultatibus adaugendis, de honoribus expetendis: nam si ex abundantia cordis os loquitur, os loqui nequibit virtutem, cum corde semper nutrierit vanitatem Ephraitæ Manassæi anhelati, & opum copia superbi nequeûnt proferre Sciboleth, quod interpretatur *Spica*; Siboleth proferunt, quod interpretatur *Palea*: nec enim lingua facile discordat ab animo: est namque oratio animi vultus, cordis index, & pulsus mentis: *interrogabant eum: Dic ergo, Sciboleth, quod interpretatur spica; qui respondebat Siboleth, eadem litterarum spicam exprimere non valens.* In Ephraitis diuites adumbrari testatur Hugo Charensis ad hunc locum: *Ephraim sunt diuites huius mundi, qui fructificant hic:* Addit post pauca: *Ephraim non potest dicere Sibboleth, quod interpretatur spica; sed Cibboleth, quod interpretatur spica palea. Per spicam, vbi est solidum granum, intelligitur fructus vitæ æternæ; per paleam vanitas temporalis: hæc dicere potest Ephraim & non illam.* Diuites adulationibus assuefacti veritatem non norunt, deliciis dediti ignorauere virtutem: vnde cælestis lingua illis peregrina est, nec si quis de cælestibus loquatur, intelligunt, aut sermonem texere sciunt. Ephraim pascere nouit ventos; sed ignorat eloqui fructus. Et quidem (vt in plurimum) magnatum diuitumque sermo nullo virtutis grano emicat fructuosus; sed ambitionis vanitatibusque paleis exundat plenus. Qui mirum ingenij acumine de sæcularibus differit, erga cælestia obmutescit, & de virtutibus tacet.

74 Isaias hanc veritatem confirmat, diuites alloquens, eorumque sermonem vti euanidum reprehendens: *Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* Qui miror magnæ artificio fictura quodammodò præuidet, qui de occultis differit, si ad cælestia sermo transferatur, obmutescet: erga virtutem torpet lingua; erga cælestia semper est blæsus, qui erga vanitatem eloquentissimus. Adest Hugo Charensis iam datus: *Diuites de Deo, & de fructibus vitæ æternæ non nouerunt loqui sed de terra sua, & fructibus eius tota locutio eorum est, Isaiæ 29. Humiliaberis de terra loquens, & de humo audietur eloquium tuum.* Ea de terrenis pollent noticia, vt obstupescas, si audias: campi latissimi aurea in dinumerabit spicas, ambitiosi dignitates adeundi semitam nouerit, & viam cupiditas in inuiis ingeniosa reperiet: nil humanum est, quod auaricos cupidi lateat oculos, nil est quod ambitiosum vigilans semper non perscrutetur affectus: vnde si de his eos consulas, miraberis disertissimos, & theologices terminos superge ssos; at si materiam verteris, & de cælestibus agas, inuenies prorsus stupidos, orationeque destitutos: de humo loquentur diserti; sed de cælo tacebunt in cij.

Magnæ mulieris filius, hoc enim elogio eam nobili ac sculptura, moritur, & ab Elisæo excitatur: scipsum cadaueri instruxit, os ori imposuit, oculos oculis adaptauit, manibus manus applicuit: *Posuit os suum super os eius, & manus suas super manus eius, & oculos suos super oculos eius.* Basilius Seleuciensis orat. 10. existimat in hoc præ aliis miraculis Elisæum Christi Domini gestisse figuram: *Elisæus*, inquit, *Christi figuram gerit.* Et quare satis non sit gemino Eliæ spiritu nobilitari, vt puero refundat vitam, quando Elias puero etiam refudit animam? Expende, amabo te puerum in Sarepta vitæ restitutum filium fuisse mulieris pauperculæ; hunc verò mulieris magnæ, & prædiuitis filium à propheta non solum vita donatum; sed Dei etiam laudes proferre edoctum: ergo diuitem nobilemque ab euanidis verbis abstinere, & labia verbis vtilibus consecrare, sic miraculum videbatur superge di, vt solum à rudi hera gemino spiritu ornato, & figuram Christi gerente fuerit perfectum. Accipe Basilium: *Omnes artus postea sanctificati sunt, & ad vsum meliorem traducti: os quidem doctum dicere: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam* Didicit iuuenis magnatum filius, diuitiis plenus profana non loqui, euanida non effutire, impia non proferre; sed linguam Dei laudibus dedicare. Ergo miraculo, eoque ingenti opus fuit ad linguam Dei laudibus informandam, cùm frequenter magnates, & sæculi diuites nil aliud loqui didicerint, quàm superstitiosa, turpia, vana.

75

Ambitio amplas anhelat domus, quibus decurrat.

Tertul.

Hugo.

Isai. 29. v. 4.

Hugo.

4. Reg. 4. v. 34.

Basil.

Samson problema sodalibus suis proposuit, quod nullo ingenij acumine, studijque labore edissertandum putauit: erat autem huiusmodi problema: *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo*: Sodales non modò cum temporis interuallo in aperiendo ænigmate, sed frustra consumpserunt: *Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere.* Inquitamus, si placet, cur adeò difficile fuerit existimasse in ore leonis inuentum fauum, vt Samson inextricabilem problematis putarit nodum. Quia leo vtpote inter animalia excelsus, & Princeps, inquit Procopius, os habet fœtorem exhalans, non fauos creans: ob id ergo, ni ipse Samson problema explicuisset, humana industria nullarenus indagasset, quando vltra opinionem erat existimare in ore præ aliis excelsi inueniendam dulcedinem, non fœtorem. Accipe Procopium apud glossam: *Cum vineret leo, mel nullum in ore eius reperiebatur; fertur autem quemuis leonem viuum os habere fœtidissimum, adeò vt dictum sit mirificum in ore fœtido mel repertum dulcissimum.* Melius norunt Magnates, & de originis gloria iactabundi aliorum honorem fœtore inficere, dentibus lacerare; melius norûnt & euanidis

76

Iudic. 14. v. 14.

Procop.

longum

longum ſermonem texere, quam de cæleſtibus agere: ergo dictu mirum erat in fœtido ore inueniri fanum, imò opus fuit totam Samſonis fortitudinem cum leone iudare, & ad ſtatum mortificationis transferre, vt fœtorem deponeret, & lingua fanos produceret. Adde aulicos, curiæque ciues, hic euanido ſermoni allutos, vt ſi quæ ſalutaria verba fuerint proferenda, illa deturpent, ſicque obſcœnæ linguæ veneno inficiant, vt quæ ex ſe ſalubria, in proferentium labiis inueniantur prorſus euanida.

77 Teſtatur hoc Chriſti Domini natiuitas: Magos traxit Syderis eloquentia, qui Ieroſolimam ingreſſi nil aliud ſunt niſi Chriſtum locuti, & regem recens natum profeſſi: *Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Chryſologus auguſtius ſignum arbitratur Magos in curia nihil aliud, quàm Chriſtum quæriſſe, de illoque ſermonem concinnaſſe, quàm Sydus, qua ſolem vinceret, luce ſplendere: *Plus cæleſte de Magis*, inquit ſerm. 156. *quam de ſtela ſignum eſt, quod Iudæa regem, quod legis auctorem Magus ſcit.* Inſolito aſtrum radiauit miraculo; ſed mirabiliori Magus effloruit eloquio, quandoquidem in curia ſalubria pronuntiat, nec vana & ſuperflua blaterat. Addit Chriſologus Ieroſolymam nouo ſtylo obturbatam, quando ſic ab eorum memoria, linguaque Chriſtus aberat, vt opus fuerit locum à ſacerdotibus quæri, & prophetis indagari: *Congregans omnes Principes ſacerdotum, & Scribas populi ſciſcitabatur ab eis, vbi Chriſtus naſceretur.* Herodes multoties cum ſacerdotum Principibus agebat; verùm nec ille de Meſſia interrogauerat, vt ſciret, nec ipſi de Meſſia egerant, vt docerent: quia ſtudium ſacerdotum, aulicorumque ſolùm erat vana adulatione gratiam inire, euanidoque ſermone Principem oblectare, vt Herodis etiam deſiderium tempus otioſo colloquio terere, & adulationes audire. Audi Chryſologum ſerm. 158. *Scribæ doctrinam cæleſtem, ſcientiam ſalutarem, vitale magiſterium in ſuum ſenſum, in perfidiæ lapſum, in lethale vaniloquium commutarant.* Vaniloquiis oblectatus Herodes, vbi naſceretur Chriſtus neſciebat: quia aulicus ſermonem de Chriſto, vt audientem erudiret, nunquam protulerat: in curiis rarò aut nunquam de cæleſtibus ſermo texitur: quia de cibis delicatis, de carnis negotiis, & cupiditatibus ſemper agitur.

Matth 2. v. 2

Chryſol.

§. XIX.

Nonnulli ipſum quod proferunt, de proferendi modo corrumpunt; & dictis contrarium adſtruunt.

78 IN eſt hominibus detrahendi pruritus; imò inſanus furor, vt maledicentiæ terminos ſupergreſſi eos ſibi modos concinnauerint, quibus laudando vituperent, afferendo denegent, ac ædificando diſſipent: eo modo res proferunt, eo oris habitu ductionem corrumpunt, vt prorſus, quod adſtruere videbantur, euertant, & contrarium ſenſum ſuadeant. Dum capitis motus à lingua diſcordat, dum oculorum nutus ab ore diſcrepat, dum proferendi modus prolatum denegat, mens audientis aut titubat dubia, aut contrariam ſententiam amplectitur nutibus perſuaſa. Ecce Ephraitæ Sciboleth proferunt, eo tamen modo, vt ſignificauerint contrarium, & preuerterint auditum: *Interrogabant eum: Dic ergo Sciboleth, quod interpretatur ſpica.? Qui reſpondebat Sciboleth, eâdem littera ſpicam exprimere non valens.* Dum alio modo verbum profert, ſenſum omnino corrumpit, & quod debito modo prolatum denotaret ſpicam plenam, certo quodam modo pronuntiatum ſignificabat euanidam paleam: *Ephraita non poteſt dicere Sciboleth* (verba ſunt Hugonis ad hunc locum) *quod interpretatur ſpica; ſed Sibboleth, quod interpretatur ſpica palea.* Solo dicendi modo inuerſus eſt ſenſus, & cùm idem videantur dicere Ephraita, Galaaditeſque, adeò ſignificato differunt, vt alter ſignificarit ſpicam, & alter paleam. Hugo.

79 Ioſeph diuinitus acceptum ſomnium fratribus referat, non plautum captans; ſed fraternitatis amorem ſeruans: *Putabam nos ligare manipulos in agro, & quaſi conſurgere manipulum meum & ſtare, veſtroſq; manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.* Fratres rogant an illorum ſit rex futurus. *Numquid rex noſter eris, aut ſubijcientur ditioni tuæ?* Interrogatio ex ſe innuebat dubium; interrogandi verò modus derisionis opprobrium: quod & ipſi citiſſime declararunt: *Ecce ſomniator venit.* Itaque dum de futura dignitate interrogant, delirare fratrem inſinuant, & licet verba per ſe non fuerint contumelioſa, proferendi modus illa manifeſtauit iniuria, & ſignificationi contraria. Ita ad hunc locum Hugo Charenſis: *Numquid rex noſter eris? Quaſi dicant Iudæi: Non habemus regem niſi Cæſarem.* Interrogatio negationis induit ingenium, & dum certo quodam modo proferunt, irriſionis iniuriam addunt. Itaque interrogare videntur, ſed nugantur. Gen. 37. v. 7. Hugo.

80 Ioathamus, vt Abimelechum non regem; ſed truculentiſſimum tyrannum fugillauerit, parabolam induxit parabolam; qui ad regnum inaugurandum vmbram promiſit, & vmbratilem protectionem extendit: *Venite, & ſub vmbra mea requieſcite.* Ioathami ſermo protectionem ad ſpeciem inſinuat; verùm dum loquitur vmbram, intelligi facit flammam: vt denuntiet ſichimitis exitium, futurum illis depingit commodum emphaſi namque dictionis ſignificatio inuertitur, & contrariis affectibus applicatur. Huc voco Rupertum lib. 8. in Geneſ. c. 21. *In parabola, dum aliud dicitur, aliud intelligitur: quemadmodum & aliud vmbra, & aliud corpus, & tamen nonnunquam ex vmbra corpus cognoſcitur.* In vmbra omnia ſunt contrario modo inuerſa delineamenta; & tamen contrario figuræ habitu corpus indicant, & hominem manifeſtant. Ergo verba non ſemel ad internos conceptus exprimendos vmbræ vices gerunt, & dum affirmant, denegant, dum laudant, vituperant; illudunt, dum colunt: inuenit namque induſtria malignitas certos quoſdam dicendi modos, quibus & manifeſtè illatam colorarit, iniuriam, & technis occultam infligere poſſit plagam. Si ad verba recurras, nihil quod crimineris inuenies: ſi proferendi modum inſpexeris, ſcatere verba contumeliis non dubitabis. Ergo Ephraitæ dum alio modo proferunt, omnino ſignificationem inuertunt. Iud 9. v. 16. Rupert.

81 Adamus paradiſæis fruebatur deliciis, eratque voluptas innoxia ſerpentino carens veneno; verùm ad inuidiam excitatus eſt dæmon, aſtutoque ſerpente pro inſtrumento vſus, quem fortè per ſe nequiret, aditum ad mulierem inuenit: erat ſer-

pens

pens è subiectorum censu, & dum fœmina à domestici fraudē non suspicatur, opportunior, expedi iorque via concinnandis fraudibus aperitur: ludibūdus subuolat serpens, & quam dominæ gesserit curam, ieiuniorum dolore interrogat causam, pietatem ore simula, flammantissimum verò corde odium gerat: mulier promissione allecta, ambitionéque tacta illa a indebitam sapientiam præripere gestiuit, & mariō propinauit: post breue epulum cognouerunt delusi fraudem, & quos clauserant ad consilium, aperuerunt oculos ad lamentum. Hoc in statu erant nostri parentes, cùm Deus diuinitatem
Gen. 3. v. 22. iam adeptos ad speciem asserit: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum & malum.* Quid ais, ô Domine? Confirmasne serpentis dolum, & Adami delirium? Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, & ait: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est?* Sapientem testatur; sed eo modo, vt insipientem prodiderit: ironicè profert similem; sed dum verba ironiâ connectit, stultum adstruit: *Dictum & illud,*
Richard. aiebat Richardus de sancto Victore in allegor. Tilman. *in voce exprobrantis, & obloquentis.* Si verba solum spectes, videntur Adamum sapientissimum affirmare: Si ironiam noueris, discès velut stultissimum irridere: aliud namque verba sonant, & aliud ironicè prolata significant: quia de proferenti gestu, de prolationis modo innatam significationem excludunt, & ad oppositum transeunt. Non dissimili sæpè ironia delaudatur nobilitas, adstruitur castitas, probitas prædicatur; Sicque audiens dicentis animum capit: nec percussus verba in proferentem retorquet; dum ironicè fuco verba colorantur, colorataque proferuntur, dicacitati patrocinantur, & querelis opponuntur. Adde nonnullos ambiguis vti verbis, vt, si arguantur ad honestam significationem refugiant, cùm tamen ambiguitate vtantur, vt feriant.

82 Degebat Iobus in sterquilinio patientiæ, & dolorum simulacrum, in corporis ac salutis arena a hletarum ad instar dæmonis confligabat malitia, & Iobi tolerantia: is fuit dæmonis furor, vt intactum nihil reliquerit; sed is erat patiendi ardor, vt bestiolas ab vlceribus emanantes, & à dennò erumpentibus exclusas in eosdem foraminosæ carnis pastus, & specus reuocaret: admirabilis æquanimitas, animique constantia in sui admirationem cælicolas mouit, & mirè dæmones vsit; verùm tanta virtutum gloriâ fulgentem despexit vxor, & aggressa est velut stolidum irridere; cúmque interno animi despectu impulsa, & maritali reuerentia inueniretur simul fænata, ea verba protulit, quæ ad speciem innocentiam commendarent, & reuera stoliditatem ferirent: ausa non est ad blasphemiam apertis verbis vrgere: nisa est tamen prouidentiam Numinis tectè sugillare. Ipsam audi:
Iob. 2. v. 9. *Dixit illi vxor sua: Adhuc tu permanes in simplicitate tua? Benedic Deo & morere.* Si illud expendas, *Adhuc tu permanes in simplicitate tua*; inuenies adæquè innuere admirationis plausum, vt irrisionis despectum: verba namque, si à proferendi modo secludas, exaggerare videntur constantiam, & transgressam metas fortitudinis humanæ patientiam: at si penitùs latentem animum indagaueris, inuenies nullatenus tolerantiam laudasse; sed stoliditatem derisisse. Ita Lyra: *Adhuc tu permanes in innocentia, id est stoliditate tua. Ita quod hic accipitur simplicitas prout opponitur intellectui perspicacitatis; reputabat enim eum stolidum, eo quòd*
Lyra. *videbat, cum in maxima aduersitate positum, & adhuc benedicentem Dominum.* Patientia stoliditas habeba ur; sed ne aperte videretur maligno insipientiam impingere, & contra debitam reuerentiam in ipsum probris audere, ad verbum recurrit ambiguum, quo adularetur intentioni, & se ad speciem subduxerit crimini. Simplicem profert; sed stolidum carpit, honesta voce prauam intentionem contegit; sed ipso dicendi modo amarulentiam effundit: si quis procacem, audentemque damnare aggrediatur, ad vocis ambiguitatem, impactam eludet noxam, laudauitque attestabitur innocentiam, cùm reuera carpserit stupidissimam stultitiam. Itaque dubiæ significationis verbo, & irrisorio prolationis modo procacta insultauit marito, & dolori dolorem apposuit probro. O quot ad has verborum ambiguitates recurrunt, dumque amarulentissimis verbis famam, & virtutem dilacerant, intentionem de ipsa verbi significatione colorant. Itaque significationem prolatione corrumpunt, & intentionem significatione tuentur, vt percussus ad iustæ indignationis solatium nequeat recurrere, nec se queat à petulantia defendere.

§ XX.

Difficile vsus multis temporibus concarnatus vrgenti periculo dedisscitur, & mutatur.

83 COnsuetudo in naturam transit; vtque nullus exui valet natura, sic difficulter exuitur consuetudine inolita, & vsu temporis radicata. Quàm
Cassiod. benè & quàm verè aiebat Cassiodorus 1. var. 40. de malitia agens: *Ars bellandi, si non præluditur, cum necessaria fuerit, non habetur.* Profectò animi irruente hoste, agmine circumsonante ad arma non eriguntur, nisi se ipsa idoneos exercitatione experiantur. Vel vernacula lingua dediscitur, si quis multis temporibus non vtatur: arduum est timiditatem vrgente periculo deponere, nouitate non impediri: pauida sunt cuncta primordia, & facilia consueta: qui impetu rapitur, difficulter gressum figit: quia impulsibus superuenientibus ci cumuoluitur. Ad contraria arduè transire poterit assuetus, etsi periculo persuasus. En Ephraitæ, vt insequentem mortem effingiant, ad vada peruenerunt Iordanis: adstabant ibi Iephte milites, qui transitum retardarent: Ephraitæ vitæ demendacio consulebant, originemque negabant, verùm compellebantur proferre aliquod verbum, quo manifestè proderetur veritas, & puniretur calliditas: Interrogabant eum: *Dic ergo Sciboleth, quod interpretatur Spica.* Ephraitæ periculo consulente omni solicitudine studebant eo modo verbum proferre, quo saluti possent consulere; verùm ipsa studiosa prolatio dissimulare nō valuit originem, aut tegere veritatem: *Qui respondebat Sciboleth, eadem littera spicam exprimere non valens: statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu.* Quærit Caietanus, quomodo periculo adeò grani legitimam consulente prolationem eorum nullus ritè protulerit; sed se proferendi vitio manifestarit: censetque hoc accidisse non linguæ impedimento; sed longo eiusmodi

prolationis

prolationis vſu. Ipſum audi : *Ex vſu autem loquendi Ephraitarum defectus iſte proferendi accidiſſe videtur eis.* Itaque non erat proferendi
Caiet. modus à blæſa lingua promanans ; ſed ab antiqua conſuetudine prodiens , adeoque ſic proferendi vſus erat conſuetudine radicatus, vt quamuis deſiderarit Ephraita aliter proferre ad ſua tranſeundi ſtudio , & vitandi periculi deſiderio nequiuerit inuertere conſuetudinem , vt imminentem vitarit mortem. O quàm fallimur , qui peccandi conſuetudinem radicamus , qui vanitatibus proferendis linguam exercemus , dum promittimus nobis periculo vrgente , mortéque inſtante facilè verſuros ſtylum , euaſuroque detrimentum. En Ephraita vſitato loquendi modo deliquit , etſi dediſcere ſic loquendi modum oporteret. Non eſt adeò facile cordis flammam diu inſanis cupiditatibus innutritam ſopire , & verum pœnitentiæ dolorem citò creare. Facilè probabitur lingua longo vſu edocta , nec proferre legitimè quæ oportet, nouit, dum error pro natura iam inolenit. Oportebat ad tranſitum proferre fructum, ſpicam videlicet, & proferebat Ephraita paleam,& ſic incurrebat pœnam. *Ex vſu loquendi Ephraitarum defectus iſte proferendi accidiſſe videtur eis.*

84 Morti, vt putabat ipſe , proximus Iſaac , oculis iam caligantibus Eſau vocat , & pulmentum ſibi parari de venatione , quo illi benedixerit, imperat : *Egredere foras , cumque venatu aliquid apprehenderis , fac mihi inde pulmentum , ſicut velle me noſti : & affer , vt comedam , & benedicat tibi anima mea , antequam moriar.* Non-
Gen 27. v. 3. dubitabat Eſau benedictionem ſe fratri vendidiſſe, matremque Iacobi amore teneri : cúmque oporteret , quam citò redire , & benedictionem lucrari temporis non modicum inſumpſit venationis voluptate detentus , & caro gaudio oblectatus : Iacobus ad gregem pergit , hœdos affert, occiduntur , & condiras epulas offert patri : quod omne non modicum tempus exigebat , & tamen Eſau adhuc diuagatur in agro. Iam ſi quæras cur non ignarus periculi moras traxerit , tempuque triuerit ; reſpondebit textus venandi operi diu
Gen 25 v 27 aſſuetum fuiſſe , & quodammodo addictum : *Factus eſt Eſau vir gnarus venandi.* Plus apud Eſau valuit ad trahendas moras venationis conſuetudo , quàm ad redimendum tempus & benedictionis emolumentum , & amittendi periculum :
Damian. Huc voco Petrum Damianum Apolog. de contemptu ſæculi cap. 21. *Eſau venatum prodieris paternis iuſſionibus parait , & tamen nec patri cibos offerre , nec optata benedictionis meruit primitias obtinere.* Rationem reddit : *Conſuetudine propriæ voluntatis inſtinctu libenter exequitur.* Venationem exequebatur libenter conſuetudine ductus : ergo quantumuis periculum adurxerit , plus valuit ad nectendas moras conſuetudo, quàm ad accelerandum cibum præceptio. O quàm falluntur qui ſibi promittunt vrgente periculo conſequi benedictionem , cùm diu vitiorum ſectati ſint conſuetudinem!

85 Pondebat Chriſtus Dominus inter latrones, & licèt terra inſolitis motibus quateretur , Sol intempeſtiuis tenebris deſœdatus occumberet , & bonus latro præcocibus gratiæ clamoribus Dominum conteſtatus ſocium reſipiſcere commoneret , ille nec Domini patientiâ eruditus , nec miraculis perſuaſus , nec à ſocio correctus linguam cohibuit ; ſed blaſphemiis crucifixo dolorem addidit : *Vnus de his , qui pendebant , latronibus blaſphemabat eum dicens : ſi tu es Chriſtus , ſaluum fac temetipſum & nos.* Obſtinationis videtur miraculum linguâ delinquere inter dolorum æſtus , & inter mortis ad vltus ; verùm cùm dum latrocinium exerceret , totus fuerit diaboli, vel inſtante morte conſuetudinem non mutauit. Ita Laurentius Iuſtinianus de triumphali Chriſti Iuſtinian.
agone cap. 18. *Illum diabolus abſorbuerat , & in corpus ſuum tranſcenderat : ideò niſi quod ille volebat , agere non poterat : inter mortuos computatus erat , propterea vitam , quam habebat iuxta ſe, minimè cognoſcebat.* Aſſueti oculi tenebris inſidias viatoribus ſtruere , occaſiones obſeruare auaritiæ , præſentiſſimam vitam non viderunt , ſed conſuetudine deerrarunt. Qui diu in dæmonis corpus fuerat tranſlatus , diabolica lingua percuſſit virtutem , quia aſſueta erat lingua exercere prauitatem. Inſtabat mors ; ſed vti latro, aſſuetus erat linguæ erroribus , & blaſphemiis. Ergo loqui non potuit vitam ; ſed quam locutus fuerat , blaſphemiam. Præ manibus erat redemptio, præſens venia , aderat ſocius ad virtutem adhortator , mors imminens conſulebat pœnitentiam ; ſed à dæmone conſuetudine abſorptus profecutus eſt peruicaciam. Itaque conſuetudo in naturam quodammodò tranſit , & vel vrgente periculo viget. Quicumque aſſuetus eſt virtutem colere, nouit vel periculis vrgentiſſimis retrahentibus, à virtute pedem referre ; ſed proſequi , & obſeruare.

Quærebat ſponſa dilectum ſuum , cùm circitores vulnera infligunt , & pertenuem amiculum auferunt : *Vulnerauerunt me , tulerunt pallium meum* : vulnerata muliebre ingenium cum pallio exuit , & ſponſi inquiſitioni ardenter incubuit : *Adiuro vos filiæ Ieruſalem , ſi inueneritis dilectum meum , vt nuntietis ei , quia amore langueo.* Videbatur inflictis vulneribus deterrenda , pedem imminenti periculo relatura , & nihilominus viuidiùs ardet , & ſtudioſiùs inquirit. Quod ſi quæras , vnde hæc ſponſæ animoſitas , & laudabilis in quærendo ſponſo proteruitas , ipſa iam ediſſerit , dum ſe per noctes ſingulas ſponſi inquiſitioni inuigilaſſe aſſerit : *In lectulo meo per noctes quæſiui , quem diligit anima mea.* Adnectit : *Surgam , & circuibo ciuitatem , per vicos , & plateas quæram , quem diligit anima mea.* Ac ſi dicat : Non ignoro in vicis plateiſque non modica obſtacula ; imò & vulnera aduerſus ſtudioſam quærendi deſiderium , & ardens ſponſi ſtudium futura ; verùm amor conſuetudine quærendi enutritus per vitæ pericula rumpet , & quem inquirere eſt aſſuetus , victis difficultatibus quæret. O quàm amori adulabatur conſuetudo , ô quàm oportuit aduerſus difficultates impenſum inquiſitioni tempus , & per noctes ſingulas quærendi vſus ! Non deterretur aduerſis , non retardatur obſtaculis ; ſed perſeuerat , quouſque inuenerit feliciter importuna , & perſeueranter deuota : *Quæſiuit in noctibus* , inquit Ambroſius , *orando , deprecando , etiam lachrymis deplorando : quæſiuit in noctibus , quia poſuit tenebras latibulum ſuum , vt quærere eum ſolicitiùs diſceremus.* Addit : *Quæſiui in noctibus , in perſecutionibus , & aduerſis , in tribulationibus , & laboribus duris.* Labores tribulationeſque quaſi manu facta audentem deterrebant; ſed vicit, quia amoris & conſuetudinis aſſumptis pennis

86

Cant. 5. v 7.

Cant 3. v. 2.

Ambroſ.

alacriter

alacriter inuolauit : tanta consuetudini vis ineſt, tantum iuuat aut nocet, ſi vitiis aùt virtutibus aſſuefias, ad ſalutem elucrandam aut amittendam.

§. XXI.

A linguæ errore grauiſſima homini promanauere pericula, pullularúntque detrimenta.

87 LIngua venenum effundit non ſolùm obmurmuratione dilacerato; ſed etiam locutuleio: vitæ famæque hominum Chriſtus prouidit, dum linguam compeſcuit. Notauit Tertullianus lib. de patient. cap. 6. *Compreſſa petulantia manus, exemptum linguæ venenum.* Lingua ſilentio ſepta patrocinatur vitæ; at errore delinquens armat hoſtem, & prodit ſalutem. Vt vnius membri læſione corpus totum ſolet deperire, ſic linguæ errato & innubilatur fama, & perit ſæpiſſimè vita: linguax ſibi ipſi aduerſatur, proprioque veneno interimitur. Non tot periculis obiecit furoris audacia, quàm effrænis lingua. Extant ad manum exempla. Ephraitæ ſeditioſiſſima ambitione, ambitioſaque ſuperbia obcæcati manus armant in Iephte populi liberatorem & Principem; verùm ille, vt impleret munus, patienter tulit audaciam, & humanis verbis ſopire aggreſſus eſt impatientiam. Verùm cùm Ephraitæ Ducis, Principeſque modeſtia debuiſſent contineri, ipſum, Galaaditaſque aggreſſi ſunt infamare, nobilitatem abrodunt, ignauiam carpunt, fugam obiiciunt: *Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim.* His verbis Galaaditas carpiſſe tradunt interpretes. Quid tunc? Iephte manum cogit, & linguaces inuadit: *Pugnabat contra Ephraim, percuſſeruntque viri Galaad Ephraim: quia dixerat: Fugitiuus eſt Galaad de Ephraim.* Non percutiunt quia ardentibus flammis Iephte, eiuſque domum in cineres redegiſſe tentarunt; ſed quia dixerunt. Ob linguam illis emerſit calamitas, & dura diuexauit tempeſtas. Fugæ locum plures inuenerunt, dum linguæ vitio non laborarunt; aſt vbi linguæ vitio delinquunt, & hoſtili ferro cadunt: ad Iordanis vada proferre cogebantur hoc verbum Sciboleth: *Interrogabant eum: Dic ergo Scibolet, quod interpretatur ſpica.* Blæſa lingua errabat, & ob linguæ errorem Ephraita mortem ſubibat: *Qui recte pondebat*, addit textus, *Siboleth, eadem littera ſpicam exprimere non valens, ſtatimque apprehenſum iugulabant in ipſo Iordanis tranſitu.* Hiſtoriæ penicillo, materialique linguæ errato nobis delineauit Sacra Scriptura, quanta à lingua pericula promanarint, & quot homines ob ipſam perierint: *Ceciderunt in illo tempore de Ephraim, quadraginta duo millia.* O bone Deus quantam illis ſtragem intulit lingua, cum tantam non attuliſſet præliandi audacia! Arma capiunt furore ambitionis exciti, nec ab aduerſariis occiduntur. Lingua errant, & iugulantur, vt conſtet omnibus, quantas inuexerit calamitates non bona lingua, & procax loquendi audacia: *Errabant*, inquit Abulenſis quæſtione 4. *in vna littera, quæ erat in principio dictionis.* Prolata verba proferentem morti tradebant, & linguâ errantes aduerſarios inflammabant.

Tertul.

Abulens.

Eliſæus detritis hoſtibus in diem ſequentem magnam ciborum copiam promiſit: dux quidam deriſit promiſſionem, & Prophetæ veritatem: *Reſpondens vnus de ducibus, ſuper cuius manum rex incumbebat, homini Dei ait: ſi Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, numquid poteris eſſe quod loqueris?* Quid tunc Propheta? *Videbis oculis tuis, & inde non comedes.* Exterriti hoſtes arripuerunt fugam, cumque ad fugientium caſtra populus celerrimo raperetur impetu, ducem illum in porta conculcauit, & interemit: *Rex ducem illum, in cuius manu incumbebat, conſtituit ad portam, quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt.* Expendamus, ſi placet, huius caſus circumſtantias: obſidionem adeo arctam, vt matres filiorum carnibus alerentur, euaſit, famem vrgentiſſimam eluſit, & qui tot aduerſariorum armis non occubuit obſeſſus, ob linguam mortuus eſt ab omnibus proculcatus: citiùs periit linguæ veneno, quam aduerſariorum ſtudio. Notauit S. Ephræm. lib. de morbo linguæ: *Dux exercitus famis tempore verbum iniquius protulit, propter quod meritas pœnas luit, cùm populi pedibus conculcaretur in porta.* Periit attritus, & conculcatus ob linguæ errorem, qui eluſerat famem. Et quidem maledicus ab omnibus conculcatur: quia ipſo, quod fundit, veneno animos contra ſe exſuſcitat, & inflammat. Obmurmurans & maledicus rarò ſine aliqua plaga, rarò ſine infamiæ nota: omnes eius animitus auerſantur conſortium, vt vitarint periculum.

88

4. Reg. 7. v. 2

Ephræm.

Moyſis ſoror in fratrem exeruit linguam: maledicendi namque pruritus, ſi materia deſit extranea, palcitur propria: offenſam lepra eſt ſecuta: *Ecce iam medium carnis eius deuoratum eſt à lepra.* E caſtris excluditur, & ab omnibus ſeparatur. *Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra ſeptem diebus.* Mirè quid linguoſis accidat eſt expreſſum, ſibi ſua lingua maturant plagam, ſibi exſuſcitant notam, omnimque ſuſtinere coguntur inuidiam: non defuit lepra, quæ loquacis carnes depaſceret, & morderet, vt dum ipſa peſtifero dente aliorum arrodit famam, arroſionis patiatur mulctam. Adeſt citatus Ephræmus: *Membra corporis ei redduntur inimica, qui à Deo & proximo ſe alienari permittit: atque vt diſcat ex illa corporis contrarietate concordiam & pacem fouere cum aliis: peruulgatum eſt totis caſtris Mariam lepra correptam eſſe, quod linguam in mitiſſimum fratrem, qui pro ipſa deprecabatur Dominum, exacuiſſet.* Dum exacuit linguam, incurrit fœdiſſimam plagam: expuncta exulat, quia audaciſſima obmurmurat.

89

Numer. 12. v. 12.

Ephræm.

Lingua audax & maledica iam eſt quodammodò gehennæ portio, & furiarum poſſeſſio: *Lingua*, aiebat D. Iacobus, *conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis noſtræ inflammata & ipſa à gehenna.* Lingua mordax & amarulenta iam gehennales flammas gerit, & viuens ardet; vt ignis ſumptuoſa palatia oculos non ſine admiratione, & ſtructuræ laude allicientia nigras redigit in fauillas, ita lingua elaborata longo annorum tractu honoris, nobilitatiſque ædificia exiguo verbo adurit, ac nigros in cineres redigit; verùm dum in alios eiaculatur, & enomit flammas, ſibi incrementat miſerias. Accipe Gillibertum apud Tilman. in allegor. *Lingua prauæ iracundiæ & indignationis occaſiones requirit, iniurias vel falſas ſimulat vel veras exaggerat, quas debuerat diſſimulare: Ad offenſam officia interpretatur, & venenati ſermonis ſcintillas adhibet*

90

Iacob. 3. v. 6

Gillibert.

adhibet ad comedendum cor ſuum. Subnectit: *Ignem hunc, quem euomit, hauriet de gehenna.* Cor ſuum exedit gehennali flamma, dum in alios euomit ſcintillã: nam qui iniuriam paſſus, ardet vindictam, & incutit plagam.

91 Proverb. 17. v. 2. *Qui peruerſo cordis eſt*, aiebat Salomon, *non inueniet bonum, & qui vertit linguam, incidet in malum.* Peruerſum cor eſt felicitatis exilium, dum exulat à tranquillitatis bono; at dicax & petulans lingua ſibi malum creat, & calamitatem maturat. Qui peruerſo eſt corde? ſi linguam frænet, de ſilentio aliquod ſibi contra calamitatem a cĩcit auxilium: at ſi erumpat, dum in ſe plures armat, ſibi inopinè infelicitatis ſolicitat detrimentum. Gregor. Huc voco Gregorium lib. 5. moral. cap. 11. *Per lingua*, ait, *incomitem iram diſcordiæ ergo propinatur.* In malum incidit: quia dum ſeminat iniurias, & metit ſibi moleſtias. Præmiſerat Gregorius: *Sunt qui ad loquendum prava concipiunt, & à locutione ſua nulla ſilentij grauitate refrenantur.* Dum lingua ſe præcipitat, vt mordeat, linguam inuenit adurentem, & manum illatam morſus iniuriam rigidiſſimè caſtigantem: in malum incidet non limitibus taxatum; ſed terminis peramplis productum. Ergo tibi caue à propria lingua: quia fœcunda calamitatis eſt vena.

92 Num. 20. v. 10. Adde grauius periculum imminere homini à propria lingua, quàm à conferta aduerſariorum caterua. En Moyſes dum aquam ſolicitat, & populum verbis aſperrimis dehoneſtat morti addicitur, & ad promiſſionis terram tranſire prohibetur: *Audite*, aiebat, *rebelles & incredauli: num de petra hac vobis aquam poterimus elicere?* Exiguis laticibus eſt paſſus naufragium, qui per marinos vortices conſecutus eſt triumphum; Pharao cum curribus & equitibus ſuis illum ardenter perſequebantur; verùm fugiens mil'auit trophæis furor inſanus; at dum lingua alios referit, dum ſugillat, dum fidem carpit, & ſibi mortem aſciſcit: *Non introduces hos populos in terrã, quam dabo eis.* Ephræm. Notauit opportunè datus Ephræmus: *Plurimis licèt ſignis atque miraculis claruiſſet Moyſes, vbi modicè linguâ lapſus eſt, è terra promiſſionis excidit, magnum & horrendum mare viam ei præcludere non potuit; ſed verbum vnicum inique ab eo prolatum, velut murus aliquis ipſi obſtitit, ne vlterius progredi poſſet.* Sua lingua impeditur, qui tot aduerſariorum phalangibus, tot fluctuum voluminibus fuerat nullatenus retardatus. Admonitionem nobis vtiliſſimam ſubiicit ſanctus Doctor: *Si Moyſem, qui Dei inſtar factus erat Pharaon, vel ſolum verbum excluſit à terra promiſſionis, quantò magis nos maledicentia Lingua noſtra, quam in Deum, & homines quotidie exacuimus, ac ſtringimus, à regno Dei arcebit?* Vitam ſibi produxit, qui linguam arcuit: in linguæ namque manibus mors & vita; verùm licèt hæc experientiâ ſint quotidie clariſſimè comprobata, inueniuntur homines, qui ne aliquo dicacitatis priuentur ſale, aut vano plauſus fauore deſpiciunt mortiferam infligere lingua plagam; imò effundere geſtiunt venenatam amarulentiam.

93 Iob. 4. v. 2. Eliphaz Themanites non dubitabat ſua verba fore Iobo moleſtiſſima, & tamen linguam non frænauit; ſed dicacitate impulſus effutiuit: *Si cœperimus loqui tibi; forſitan moleſtè accipies; ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit?* Ipſa dubietas pro fræno debuiſſet eſſe, ne fortè proferrentur, quæ pungerent, & amicum exaſperarent; at quod erat futurum frænum, fuit incentium. Gregor. Notauit iam datus Gregorius: *Se loquendo offenſurum nouit: neque enim retinere verba, quæ non poteſt, vellet, niſi per hæc ſe vulnera inferre præſciret: boni enim viri fræno conſilij retinent præcipitationem verbi, & cautè conſiderant, ne relaxantes linguæ laſciuiam auditorum conſcientiam incauta locutione tranſfigant* Adiicit: *Igitur ſicut praui in ſenſu leues ſunt, ita in locutione præcipites, & reticere pertractando negligunt, quæ loquantur; ſed quod leuis conſcientia concipit, leuior protinus lingua prodit.* Per iocum feriunt, & ne cæteris gratum, quo nocent, mordax verbum retineant, in ſe percuſſi manus obarmant:

§. XXII.

Nonnulli, dum mollia proferunt verba, grauiora incutere ſolent probra?

94 Eccleſ. 7. v. 6. MElius eſt, aiebat Eccleſiaſtes: *ſapiente corripi, quam ſtultorum adulatione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti.* Spinis egregiè contulit verba adulatione mellita: nam vt ſpinæ radice inueniuntur molles, & dum procedunt, aſperrimæ; ita aliquorum verba, dum externa lenitate diffluunt, interna malitia feriunt: *Radices ſpinarum*, aiebat Gregorius lib. 5. morali cap. 11. *molles ſunt; ſed tamen ex ipſa ſua mollitie proferunt vnde pungunt* Itaque vti ſpinæ à mollitie incipiunt, vt ſanguinem ſimulis acutiſſimis ebibant, ita nonnulli blandiſſimè proferunt verba, quæ graui afficiant iniuria. Ephraitæ hoc vocabulum Scibolech ſpicam ſignificans ſic proferebant, vt dictionis aſperitatem vitarent; at dum lenius proferunt, immixtum dedecus afferunt: *Interrogabant eum: Dic ergo ſciboleth, quod interpretatur ſpica: qui reſpondebat ſiboleth, eadem littera ſpicam exprimere non valens.* Itaque prolatio erat lenior; ſed ſignificatio grauior: verbis blandiſſimis ſenſum immutabant, & ſpicam vacuam fructibus proferebant. Hugo. Ita Abulenſis, & Hugo: *Ephraita non poteſt dicere ſcholeth, quod interpretatur ſpica; ſed Chibboleth, quod interpretatur ſpica palea.* Vides ex Hugone fructum denegare, audi modò ex Abulenſi quæſt. 5. Abulenſ. *Iſta dictio ſchiboleth habet litteram ſin in principio cum aſpera pronuntiatione: Ephraitæi vero, non poterant proferre ſchiboleth cum ſin; ſed proferebant cum ſamech, ita vt dicerent ſiboleth.* Prolatione blandiſſima ſpicam fructiferam denegabant, & fœcunditatis gloriam auferebant. Eiuſmodi inuenias plures, qui mellita proferentes verba, altiſſima infligunt vulnera: nihil illorum ſermone mollius; ſed & nihil fumæ deterius.

95 Iob. 4. v. 2. Eliphaz Iobum ſugillaturus blandiſſimè cœpit; ſed ardentiſſimè aduſſit: *Si cœperimus loqui tibi, forſitan moleſtè accipies; ſed conceptum ſermonem tenere quis poterit? Ecce docuiſti multos, & manus laſſas roborauiſti: vacillantes confirmauerunt ſermones tui, & genua tremencia confortaſti: nunc autem venit ſuper te plaga, & defeciſti:* Incepit laudare, vt melius poſſet ferire: ſunt namque qui contumelias exordiuntur à laudibus, & dum adulatione demulcent, viam vulneri aperiunt, & grauius vulnus infligunt: adeò Eliphaz videbatur

Digitized by Google

videbatur humanus, vt loqui ad ſpeciem vereretur, ne exiſteret Iobo moleſtus; verùm dum mentitur moleſtiæ metum durius maledicentiæ
Gregor. infigit aculeum. Notauit acutè datus ſupra Gregorius: *Nunc amici Iob à reuerentia manſuetæ locutionis incipiunt; ſed vſque ad iacula aſperrima inuectionis erumpunt.* Si locutionis fucatum attendas exordium, cenſebis omnem fugere amarulentiam; at ſi attentiùs inſpicias, reperies ad Iobi honorem comburendum, aut ſaltem infuſcandum ardentiſſimam euomere flammam. Eliphar proponit blanda; ſed ſubinfert aſperrima: reuerenter ad ſpeciem loquitur, ſed Iobum atterere graui ſermone molitur: laudes profert; ſed vt de laudibus cumulatius adornarit conuitium, & adauxerit vituperium.

96 Vt nouerat Pſaltes hanc multorum doloſam ſocietionis blanditiem, cauendam edocuit, & iacu-
Pſal.54.v.22 lis exæquauit: *Mollita ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Euthymius de Chriſti Domini inimicis locum intellexit: ſæpe namque ſub venerationis ſpecie Magiſtrum appellabant, deprædicabant veracem; verùm ſub hac molli verborum prolatione doloſæ tegebantur inſidiæ, & mendacem Deique contrarium conabantur oſtendere, ac extremo ſupplicio tradere. Audi Eu-
Euthym. thymium ad hunc locum. *Antequam eum occiderent, blandos ei ac lenes ſermones loquebantur, Rabbi eum appellantes, & dicentes: ſcimus quia verax es, & verbum Dei in veritate doces, & alia huiuſmodi; qui tamen reipſa erant veluti acutiſſima quædam iacula, & illius ſanguinem appetebant.* Humanis verbis obtegebant calumniam, vt lucrarentur calumniæ audaciam: erant illorum ſermones iacula; ſed virgæ ad inſtar Ionathæ melle illita, & cara dulcedine tecta; humanitatis fuco inuidentiæ ſuſpicionem moliebantur depellere, quò grauius honori nocumentum poſſent adducere.

97 Chriſtus Dominus miſeri hominis vicem dolens, cum dæmone, qui illum inuaſerat, congreditur: ceſſit diabolus; ſed ipſa ceſſione ad prælium
Matth 12. v. 22. inflammatus eſt æmulus: *Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curauit eum, ita vt loqueretur, & videret.* Phariſæi, vt aduerterunt turbas admiratione pulſari aggreſſi ſunt factioſiſſimas calumnias moliri: *Stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic eſt filius Dauid? Phariſæi autem audientes dixerunt: Hic non eiicit dæmones niſi in Belzebub Principe dæmoniorum.* Horum partes alij, vt videtur, adiuuabant, & Chriſto Domino accedentes ſic cum illo ediſſerebant: *Tu à reſponderunt illi quidam de Scribis & Phariſæis dicentes: Magiſter volumus à te ſignum videre.* Hos Dominus carpit, & digna ſigillatione confundit: *Generatio mala, & adultera ſignum quærit.* Expendere iuuat, cur hos præ illis obiurgarit? Cur iuſta indignatione generationem adulteram dixerit? Fallar niſi hi blandiſſimis verbis (magiſtrum namque appellabant) non fuerint conati eius famam innubilare, & miraculi gloriam confundere. Alij ſigna non negabant, etſi confictis cauſis adſcripſerint; hi verò ſpecioſis verbis negabant & ſigna: *Volumus* inquiunt, *à te ſignum videre*: quaſi dicant: Hucuſque nullum patraſti miraculum: ergo aliquod operare, vt quem exambis, quiueris plauſum mereri.
Hieron. Hanc fuiſſe penitiſſimam horum verborum ſententiam, teſtatur Hieronymus apud D. Thomam: *Signa poſtulant, quaſi qua viderant, ſigna non fuerint.* Adeò peruerſum horum erat obſequium, vt qui in imè callebat animos, præ aliis carperet, & deteriores oſtenderit: accellerunt melliris verbis, aſſentatoriis adulationibus magiſtrum nuncupantes; & vmb, atili veneratione plaudentes; ſed vt duriora vibrarent ſpicula, acutioráque iacula: viuidius nitebantur adurere, cùm blandiora videbantur verba proferre.

Huius artificij dolum expertus ſic ad amicos 98
Iobus aiebat: *Ad increpandum tantum eloquia* Iob 6.v.26.
concinnatis, & inuentum verba profertis: ſuper pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Ne viderentur amicum extremis calami atribus diuexarum, doloribus attritum adurgere, mellita molliſſimaque uerba proferebant conſolationis ſpecie; verùm quò mollius verbum, durius incutiebant probrum: nam dum quiſque verba charitate ad ſpeciem profluentia, ab amiciſque pronuntiata auſcultat, vera eſſe non dubitat, ſicque dum ſub illo dulcedinis cortice fidem ſibi faciunt; & durius feriunt, parabolas texentes, & Iobi patientiam exaſperantes: *Ad increpandum tantum*
Gregor. *eloquia concinnatis* (inquit Gregorius lib. 7. in Iob cap. 17.) *Vt priùs loqui aliena libeat, & poſtmodum detractionibus eorum vitam, de quibus loquitur, lingua mordeat.* Lambunt, vt mordeant; mordent, cùm ad ſpeciem lambant: ſi aliquorum verba exteriùs ſolùm inſpicias, videntur laudare, ſi profundiùs ſcruteris, caninis dentibus non dubitabis mordere: palpant; ſed vt feriant; adulantur; ſed vt rodant; ſic verba concinnant, vt omnem fugiant obtrectationis notam: ea proferunt, quibus dilacerare poſſint liberiùs morſu amariſſimo vitam. Si amicorum Iobi verba penſes, cenſebis mellita, mollia, modeſta: ſi perſonata charitate nudaueris, reperies duriſſima, & ad illum ſubuertendum prorſus iactata: *ſi per pupillum irruitis, & ſubuertere nitimini amicum veſtrum. Subuerti velle ſe queritur*, addit Gregorius lib. 8. cap. 1. *& tamen amicum ſe eſſe teſtatur.* Amicum nituntur reuera euertere increpationibus duris; ſic tamen ſermonem melliunt, vt videantur conſolari verbis ſuauiſſimis: venena inaurabant, peſtifera verba condiebant, vt dum videntur opitulari ſaluti, patrocinentur ſecuriùs nece. Sunt qui ipſis in laudibus ingeniosè ea intexant, quæ audientibus ad pernerſè cogitandum anſam exhibeant; vnde fit, vt quis ſummam patiatur iniuriam, nec poſſit pro doloris lenamine recurriſſe ad querelam. Ni eſſet Iob acri adeò ingenio tectum ab amicis fel non guſtaſſet, nec illorum animum deprehendiſſet; at vt erat prudentiſſimus, tectum ſpiculum ſenſit, & doloſi animum prodidit: *Subuerti velle ſe queritur.* Ecce amicorum ſolatium, ecce concinnatum ingeniosè ſatis, ſtylum. Ad ſpeciem demulcebant; ſed reuera dilacerabant: concinnatis de induſtria plaudebant verbis; ſed iniquiſſimis abrodebant linguis & animis.

---

§. XXIII.

Ad heroica virtutis opera tenetur, qui ſpeciali Numinis fauore exornatur.

BEneficia honoreſque dum à liberaliori manu 99
procedunt, & beneficio affectum plus ad reſpondendum cogunt, quandoquidem ingratitudinis

litudinis contrahit saporem speciali fauore fuit tum non respondere obsequio singulari ; sed pluribus alijs communi : *Clarissimatus honorem* , aiebat Cassiod. Cassiodorus 7. var. 38. *ornamenta iudicij nostri regia tibi largitur victoria, quod præbeat & exulta vita testimonium, & futura prosperitatis pollicetur augmentum : quapropter mihi iam obscurum agere patiaris , qui Clarissimatus dignitate resplendes.* Ipse fauor erat non dubium futuræ virtutis auspicium, quando vrbanè cogebatur beneficiatus ad gestis præclarissimis respondendum. Hinc etsi communi populi consensu electi iudices fuerint sæpè moribus perpolitis exculti ; qui à Deo tamen speciali dignatione asciti, operum gloriâ emicuerunt præcipuè clari. Successit Iephte. Abesan de Bethlehem , cuius nullum egregium refertur factum : *Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethlehem.* Abulens. Rationem huius discriminis inquirens Abulensis quæstione 9. existimat, quorum non referuntur egregia facta, non accepisse peculiaria beneficia : eos verò, quos cælestis fauor adlegit, præ cæteris maiora tentasse , & gloriosiora exambisse : nec cebant namque satis non esse speciali fauore nobilitatos communia sectari ; sed ad maiora virtutis gesta teneri : *De quibus dicitur quòd Deus suscitauit illos, vel iussit eis per Angelum quòd essent Iudices, fecerunt aliqua opera magnifica.* Qui à Deo speciali fauore electi, electionem operibus honorarunt, & speciali beneficio speciali opere respondenrunt, quandoquidem viderentur ingrati , ni præminerent facto , qui cæteris electoris antecellere iudicio. Qui maiora accepit à Numine beneficia , ad maiora tenetur obsequia : aliter namque iners electi ignauia electoris semper est nota.

100 Abrahamo in ostio tabernaculi sedenti Deus obiicitur : sedebat senex non ignauia resolutus ; sed hospites venandi studiosus , vt eis pietatis exhiberet officia, & charitatis obsequia : ergo sedenti tres apparent viri forma augusti, & corporis habitudine clari : *Apparuerunt ei tres viri stantes prope eum :* Gen. 18 v. 2 vt illos vidit , non tabernaculi ostium clausit ; sed charitatis pennis cucurrit : *Cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi* : Deus vrbanis delinitus obsequiis apud quercum refrigerat , & inuitantem honorat. Iam Sol ad occasum vergebat , cùm Lot duos conspicatus est Angelos, quorum in occursum tetendit, vt inuitaret : *Venerunt* Gen. 19. v. 1 *duo Angeli Sodomam vespere, & sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cùm vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis.* Si ab omnibus celebratur Lot, vt qui vel in pessimorum consortio virtutis floreret studio , cur vti Abrahamus non arripuit cursum , etsi acceleranerit gressum ? Certè centenarius Abrahamus satis videbatur fecisse, si maturaret gressum, quin arripuerit volatum , & tamen senior inuolat, & iunior non ita properat. Profectò annorum pondere curuus tractu temporum eneruatus, videbatur lentè occursurus, vt Lot iunior & vegetior celeriori cursu rapiendus ; & tamen Abrahamus censuit se teneri ad cursum, cùm Lotus non sine laude explicuerit gressum. Et quæ huius celeritatis fuit ratio ? Iam textus explicuit , dum Abrahamo tres apparuisse retulit : maiori illum Deus fauore dignatus est : ergo indecorum esset , si communi gressu responderet speciali beneficio. Notauit Ambrosius Ambros. lib. 1. de Abraham, cap. 6. *Perfectior cucurrit obuiam , iste surrexit.* Rationem præmiserat cap. 5. *Deus illi apparuit, & tres aspexit.* Vbi augustiori numero se Abrahamus sensit honoratum, deposuit senium & explicuit cursum, suis nos factis edocens

sa is non esse communi virtute micare, quem constat speciali fauore, & beneficio fulgere. Vitam sequantur communem , perpetuique gressu virtutem colant , qui communem sortiuntur gratiam ; at qui mira expertus , qui speciali fauore a periculis exactus, fementiorem se exhibeat, vt eximiæ virtutis studiosum ostendat.

Malachias sic aiebat : *Orietur vobis timentibus* 101 *nomen meum Sol iustitiæ , & sanitas in pennis eius:* Malach. 4. v. 2. *& egrediemini & salietis sicut vituli de armento, & calcabitis impios , cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die, qua ego facio, dicit Dominus exercituum.* Etsi priùs nomen timuerint , dum illis tota solaris pompa non refulsit, vitulorum ad instar impios non dilacerabant ; at dum solaribus radiis illustrati, dum cælesti luce perfusi ; iam in cælestes armis cælestibus obarmantur , & calcandos pedibus aggrediuntur : *Egrediemini* , inquit Hugo Hugo Charensis, *in agendo, & hoc velociter, vnde salietis, vel fortiter , vnde calcabitis.* Pranitatem fortiter calcant , celeriter agunt solaribus radiis illustrati, & cælesti penna fruiti : pro beneficij modo seruitij modus describitur : esset enim rationi dissonum, si pluribus beneficiis illustrati non pependissent maiora obsequia, & honestiora obsequiorum tributa : dum Sol illis toties non explicatur, nomen timeant, at dum luce candidissimâ fruuntur, nomen non solùm reuereantur deuoti ; sed impietatem proculcent honestè superbi : tenentur namque ad potiora opera qui potiora assequuntur munera : *Egrediemini in agendo, & hoc velociter, vnde salietis, vel fortiter, vnde calcabitis.*

Ioannes equum miro candore splendentem, 102
Deumque sessorem sortitum intuetur : *Ecce equus* Apoc. 6. v. 2. *albus, & qui sedebat super illum, habebat arcum, & data est ei corona , & exiuit vincens vt vinceret.* Rupertus lib. 1. de victoria verbi cap. 4. existimat fuisse eumdem à Iobo cap. 39. descriptum : *Terram* Iob 39 v. 21. *vngula fodit* , aiebat, *exultat audacter, in occursum pergit armatis.* Terram calcat, quia contemnit, pergit in occursum armatis , vt arma auferat , vt spolia acquirat. Iam si vnde tanta fortitudo huic equo promanarit, inquiras ; à sessore respondebit Rupertus : asina Balaamum sessorem sustinens cessit gladio , non contempsit pauorem ; at qui Deo sessore nobilitatur, triumphis inhiat, aduersarios que calcat : *Homo* , inquit Rupertus , *per similitudinem equus est, vt dicitur ad Leatum Iob equus nobilis, cuius Dominus fortitudinem præbuit , cuius collo hinnitum circumdedit , cuius narium gloria terror est : qui tanto sessore confisus exultat audacter, & contemnit pauorem, neque gladio cedit ; imò in occursum pergit armatis , videlicet cunctis capitibus draconis.* Rupert. Deo sibi electus, & non Angelica ; sed Dominica sessione nobilitatus draconis capita proculcat , & victoriâ nobilissimâ radiat : quia pro sessoris differentia esse debuit & triumphorum copia.

Petrum supra cæteros Apostolos Christus Do- 103
minus euehit , & dignitatis infulis nobilitatum producit : *Ego dico tibi , quia tu es Petrus, & su-* Matth. 16. *per hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Qui v. 17. cæteris prælatus ad honorem, velociorem præ aliis cursum rapuit ad virtutem : Ioanne associatus tendebat in templum , cùm in desidiosum claudum incidit , illius miserus pro pecunia gratiam postulare fuasit , & intergritati restituit : *Respice in nos* , aiebat. Et adiecit textus : *Et apprehensa manu* Actor. 3 v. 7 *eius dexteræ allenauit eum , & protinus consolidata sunt bases eius & plantæ.* Noluit sibi plausum elucrari ; imò ab vtroque eam proficisci gratiam

professus est: *Respice in nos*; non tamen expectauit, vt Ioannes manum extenderet; sed ipse præuenit, & claudo pedes restituit. Iam si inquiras, cur Petrus primus manum extenderit respondebit Ambrosius serm. 2. de SS. Apost. Petro, & Paulo, qui est 11. de Sanctis, debuisse maiora cæteris moliri opera; quia maiora acceperat priuilegia: *Primum signum mirabilium suorum Petrus fecit claudo pedum restituendo vestigia. Diximus frequenter ipsum Petrum à Domino petram nuncupatum, sicut ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Adiicit ingeniosus Doctor: *Si ergo Petrus petra est, super quam ædificatur Ecclesia, vtile prius pedes sanat, vt sicut in Ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet.* Præcipui fauoris stimulo incitatus Petrus ad potiora accingitur opera, & quia præ cæteris electus, & in operando cæteris antelatus: pedes restituit, vestigia firmauit: firma namque & ad Dei laudes properantia vestigia veræ fidei sunt ornamenta. Certè qui à veritate deuiat, qui à recto virtutis tramite exorbitat, fidem innubilat; nobilitat verò, qui honestis vestigiis terram proculcat. Ergo Petrus fidei electus magister præ aliis fidei causam egit, & vt fauore, sic reliquis antecedit etiam actione. Quod ipso in Petro notauit Chrysologus sermone 78. nam intuitus Christum Dominum æquoris terga calcantem, intrepidè se misit in mare: nec aliter fecit cùm postea persistente Ioan. 21. v. 7. lit ore Dominus discipulis appareret: *Simon Petrus cùm audisset quia Dominus est, tunicâ succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare.* Ad quæ Chrysologus: *Misit se in mare, vt esset primus in credito, qui acceperat in ordine principatum.* Fauor specialis, dum illum adurxit, nos docuit teneri videlicet ad heroica virtutis opera, qui præ reliquis a Domino specialia acceperit priuilegia.

Ambros.

Chrysol.

§. XXIV.

Cumulatius est beneficium damna maturè anteuertere, quàm expungere?

104 Tertul. *Est planè quasi sæuitia medicina*, aiebat Tertullianus aduersus gnosticos cap. 5. *de scalpello, deque cauterio, de sinapis incendio.* Sapiens medicus adhibet qualitates medelarum aduersus qualitates morborum de peruerso læpe auxiliatur; verùm dum depellit morbum medicina, iam præcessit labefactando miseria: nobilior subueniendi est ars auertisse quæ impendebant detrimenta, & antequam accesserint, abegisse semper incommoda. Angelus Dei Filio similis globis flammarum ardentibus circumcinctos liberauit; sed Deus Labani audaciam prouidenter impediit: pueros coniecit insanus furor nigris flammarum vstulãdos voluminibus: Daniel. 3. v. 23. *Ceciderunt in medio camino ignis ardentis colligati; verùm vincula disrupit Dei Filio similis Angelus: species quarti similis Filio Dei.* Hic audis adfuisse Angelum; Labano occurrisse Deum: quod si discriminis causam scruteris, iam textus innuit, dum Labani edocet furorem retardatum, & vinculum puerorum solutum: tendebat ille ardenti indignatione agitatus, vt malum Iacobo inferret, & iniurias, quas sibi illatas præsumpserat, vindicaret; verùm Deus impediuit iniuriam, & retabdauit audaciam: Gen. 31. v. 24. *Vidit in somnis dicentem sibi Deum: Cave, ne quid aspere loquaris contra Iacob.* Ergo dum damna prouidenter auertit, Deus dicitur, dum post vinculorum iniuriam pueros liberati restituit, Angelus nominatur? aliud namque beneficium erat angustias, & cumulatius. Vt omnia in figura contingebant illis: vtque Deus historiæ penicillis, profundioribus omnia delineauit misteriis, aliter se gessit cum seruis, cum patre aliter. Tres pueri, etsi decantatissimi, Christi Domini progenitorum non resplendebant priuilegio; Iacobus verò patris nobilitatur elogio: ergo pietas consulens, per Angelum à seruis abstulit vincula, sed per se ipsum impediuit parentis damna: noluit Iacobum liberare captiuum, medicari noluit vulneratum; sed in ipso itinere compressit furorem, & refrenauit audentem: grande fuit beneficium vinctis succurrere; sed sumptuosius, ne laboranti succurreret, pericula prouidenter auertere. Audi Rupertum Rupert. lib. 7. *in* Genes. cap. 43. *Vidit iratum, comminantem, & dicentem sibi: Cave*: nempe *& hoc ipsum quod vidit, non propter se: sed propter alium vidit, vt sciret ille, quantum sui curam gereret Deus, iuxta Psalmum dicentem: Non reliquit hominem, subauditur Laban, nocere eis.* Non sanauit medicamine nocumentum; sed matura prouidentia impediit damnum: non reliquit parenti nocere Deus, vincula seruis iniecta disrupit Angelus.

Hinc Abulensis quæst 10. successores Iephte, 105
scilicet Abesan, Ahialon, & Abdon non solum præcedentibus exæquat; sed præpositos quodammodo laudat *Iudicauit Israel*, inquit textus, *Abesam de Bethlehem*: non refertur prodiisse in bella; sed quia prouidenter à populo remouit idololatriæ delicta. Et quidem vtilius fuit delicta auertere, quàm curare: *Non erant aliqua bella tempore suo;* Abulens. *nec tamen ex hoc sunt minùs laudabiles: quia melior est sapientia, quàm vires; sed isti prudentia & virtute auferebant omnia bella, quæ esse poterant, scilicet benè regendo populum. Ergo ita laudandi erant, sicut illi qui post bella exorta illa viribus superabant.* sine belli incõmodo, sine anxietatis detrimento sine detrimenti periculo horum tempore pax effloruit, & idololatriæ error ab omnium cordibus exulauit. Ergo cæteris non solum inueniuntur exæquandi; sed præferendi, quando satius est mala non experiri, quàm post dolorem sanari.

Petrus procacem Principis seruũ inflicta plaga 106
repressit, & auriculam gladio abscidit; verum Dominus, quem non vexauerat, satisfecit restitutione salutis: misericordia patientiæ filia vsque ad inimicos se extendit, & quos altera sustinebat immota, altera sanauit magnanima: *Cum tetigisset auri-* Luc. 22. *culam eius, sanauit eum.* Verùm si hìc Petrus in v. 51. Principis seruum irruit, alibi Dei seruum Principis furor inuasit. Vir Dei in sermone Domini aduentauit, vt pientissimis minis regem idololatram reprimeret, & intentatis flammis ab incendio liberum asseruaret; verùm rex correctione exasperatus manum in prophetam extendit; sed antequam læderet, miraculo exaruit: *Extendit manum* 3. Reg. 13. *suam de altari dicens: Apprehendite eum. Et exa-* v. 4. *ruit manus eius, quam extenderat contra eum.* Si inquiras cur se aliter Deus cum Malcho & prophetæ gesserit, dum Malchum percussum sanitati restituit, prophetam verò, ne sanarit, à læsione custodit: respondebit textus prophetæ curam, vt pote Dei verbi præconis speciali iure

Deo

Deo adscribi, ac Malchi curam generali solum dominationis titulo pertinere. Vas verbi cælestis propheta deprædicatur: *Ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Bethel*: Ergo quem sui verbi organum constituerat, liberauit prouidentia, ne sana et misericordia: nam licèt misericordia grande sit beneficium, semper aliquod miseriæ supponit damnum: prouidentia verò, ne obscurarit, damnum, anteuertit maturitate periculum: Principis seruus restituitur saluti, eripitur Dei seruus discrimini. Opportunè Nostet Sanctius: *Deus qui legatos à se ministros immunes ab omni iniuria esse vult, sicut humani Principes suos ab omni tuentur ignominia: quia sibi ipsis fieri interpretantur iniuriam, non est passus audacem illam manum impunitam abire: statim enim atque superbam illam vocem offensionis plenam emisit; exaruit, vt erat vel ad plagam intenta, vel ad aliam aliquam iniuriam eleuata.* Sanctius. Ministrum sui verbi, virumque à se delegatum non permisit lædi; imò audentem manum, antequam prophetam tangeret, neruorum resolutione puniuit: quia vel tentare Dei viro offensam, Numini irrogabat iniuriam. Aliter se Deus habuit cum electo ministro, aliter cum Principis seruo seruum Principis sanitati; sed post illatam plagam restituit; ministrum ab inferenda seruauit, & diuinitatem ostendit: nec impiissimus rex potuit non fateri Dei in viro illo virtutem lucere, & impotentiam agnosci: *Et ait Rex*, subnectit textus, *ad virum Dei: Deprecare faciem Domini Dei tui:* Dedit vexatio intellectum, & qui dominandi libidine cæcus, & adulantium mendaciis deliquit insanus, propheæ Deum verum iam confessus est, quando ita eius resplendebat virtus, vt omni offensa seruum immunem asseruarit, dexteramque ob audaciam digno supplicio puniuerit: *Verum Deum esse*, Subnectit Nostet Sanctius, *confessus est, cuius paulò antè religionem prodiderat.* In Malcho resplenduit misericordia, in Dei viro prouidentia, cumulatiusque beneficium contulit in seruum, non adeo augustum in inimicum.

107 Ilaiæ labia, etsi aliquando ignauo fuerint silentio polluta cælesti altaris igne repurgata flammescunt: *Vs mihi* aiebat, *quia tacui: quia vir pollutus labiis ego sum.* Ipsa reatus agnitione sibi medelam asciuit, & vtili dolore maculam repurganit: *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum. Et dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua.* Rubebant labia flammeo colore fulgencia, & purgationis beneficio iam rutila. Transi modo ad Cantic. 4. videbisque sponsæ labia flammeo etiam colore micare, & grato splendore longè coccineum cuincere: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Non erat eloquium sponsæ blæsum vtpote adusto labio prolatum: rutilabant labia non de cauterij flamma; sed de fructus prærogatiua: cælestis ignis viscеribus fotus, & humana carne vestitus labiis coccineum impressit colorem, & adurentem vitauit ignem: vt cumulatiori beneficio resplenderet sponsa, non adeo grandi propheta. Ad rem sanè Gillibertus serm. 24. *Ea labia ligant & rutilant, qua de tali ventris fructu loquuntur: concepta in corde charitas quasi ignis flammigerans coccineo colore labia inficit, per qua erumpit: color de excelso missus in corde germanum labiis præstat colorem.* Subnectit opportunissimè: *Labia hæc non iam altaris carbonibus purgari indigent, & exteriore igni aduri: ipsa enim de interiori flamma iam flammea sunt, & conceptum visceribus ignem de excelso aliis seminant.* Vt propheæ linguæ Dei verbum commendaretur, altaris igne purgatur; at sponsa, quia suis visceribus ignem de cælo missum carne erat in dutura, verbisque dulcissimis prolocutura mysteria, non indiget purgari, quia nullis constat maculis infici. O quàm tener luxit amor sponsæ labia à serpentino colloquio liberans, & ab omni suspicione maculæ asseruans: hæc labia non indigent altaris carbone aduri, cauterioque repurgari quia illorum eloquium semper dulce, omni serpentina fraude carens, & omni prouidentiæ cura relucens. Seruus purgatur; sed sponsa, ne purgetur, custoditur: *Labia hæc non iam altaris carbonibus purgari indigent, & exteriore igne aduri: ipsa enim de interiori flamma iam flammea sunt.* Quid pro Virginis conceptione aptius? Quid nitidius? Quid verius?

Cant. 4 v. 3.

Gillibert.

Isai 6. v. 5.

§. XXV.

Nurus socrusque frequentibus dissident iurgiis, vt socer generque discordant non semel odiis.

ALiquæ sunt propinquitatis species, à quibus exulare videtur amor, beneuolentiæque gratia, vt comitari ferè semper, si non odia, molesta tædia: nurus ferè semper supercilio feritur, generis asperitate verborum exacerbatur: iure dubites an hæc propinquitas fœcunda iurgij ac dissidij sit vena. Plutarchus de præceptis connubialib. refert, in quadam Africæ vrbe de more esse, vt sequenti nuptias die nurus à socru ollam miserit postulatum, quam illa non sine irarum significatione negabat, quo nurus ab exordio nouercalem animum socrus nosceret, socrusque ad tolerandas nurus cupedias patientiam colligeret. *In vrbe Africæ Lepti* (verba sunt Plutarchi) *moris est postridie nuptiarum, vt ad sponsi matrem mittat sponsa ollam postulatum: illa non det; sed neget habere se, quò noscens ab exordio socrum animum nouercalem, si quid accidat posteà acerbi, ne agrè ferat, neque indigneturr.* Quæ socrum sortitur, ad domestica toleranda dissidia, iurgiaque paretur, quandoquidem etsi occasiones litium desint, nescias vnde pullulent amaritudinis causæ, vnde emerserint occasiones discordiæ. *Hoc cognoscens*, adiicit Plutarchus, *debet mitigare occasionem mulier; est autem matri cum ipsa de charitate æmulatio: huic morbo medicinam faciat, si benevolentiam priuatè conciliet sibi viri, non à parente distrahat, vel carpat.* Ab exordio ad aspera supercilia, duraque verba nurum erudiri volnerunt Africani & quidem sapienter, quandoquidem nurus socrusque non videntur cognatione vnitæ; sed ipsa vnione semper aduersæ. Ob id cordatæ socrus omnes discordiæ occasiones extinguunt tolerantia, nurusque prudentes aspera socruum ingenia lenire solent patientia. Hinc decantandus est Abesan, qui filiorum vxores in domum intulit, & paterna charitate dilexit: *Post hunc iudicauit Israël Abesan de Bethlehem, qui habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores introducens in domum suam.* Quàm eximiæ virtutis erat, qui tot nurus domi retinuit, & patienter toleranit! Et forsitan post introductas nurus statim refertur mortuus, quasi non potuerit diu viuere, qui tenebatur

108

Plutarch.

tur cum tot nuribus habitare : *Moriunſque eſt, ac ſepultus in Bethlehem.* Abulenſis quæſt. 10. ait pro filiabus habuiſſe nurus, quod eximiæ erat patientiæ, & charitatis eximiæ : *Poterant eſſe in domo vxoris, ſicuti erant filij, vſi nurus permanebant magis ad eum, quàm filij.* Addit : *Ex eò mortuus eſt.* Filiarum loco nurus reputabat, & paterna charitate diligebat, quod adeò eſt rarum, vt cenſeri poſſit prodigium. Abulenſ.

109 Iobum patientiæ ſimulacrum auſa eſt dæmonis procacia iniquis ſuſpicionibus obſcurare, & vorticibus dolorum impetere : hoſtes armauit, filiorum ædificij ruinis ſepeliit ; verùm optimus monomachus de gente pugnare didicit ; & quo ab aduerſario impetebatur durius ; inſurgebat impetuoſius in hoſtem acriùs. *Tunc ſurrexit Iob.* Quando tunc ? quando ruina diſcerpta filiorum membra, quando pro ſepulchro extitit ipſa ruina. Itaque filiorum mortem perpeſſus conſtans inuentus eſt, & de inimicis vexillum extulit, dum conſtanter tot aduerſitatum vortices tulit. Eximiam adeo conſtantiam hoſtis extimuit, aduerſarioque ceſſit, Deus athletam fortiſſimum coronauit, filios, filiaſque iterum dedit, quos adultos Iobus, & matrimonio illigatos vidit : *Fuerunt ei ſeptem filij, & tres filiæ ... Vidit filios ſuos, & filios filiorum ſuorum.* Dum refert textus filios filiorum vidiſſe, declarat filiis ſuis vxores accepiſſe, & maritis filias collocaſſe : ergo opus fuit anteà eximia adeò eruditi patientia, ne poſtea defatigaretur litibus perpetuis exaſperata conſtantia. Prius cum dæmone colluctatur, vt poſtea cum nuribus, & generis colluctetur ; quaſi facilius aliquando fuerit dæmonis deterumphare peruicaciam, quàm eiuſmodi cognationis continuam pugnam. Si generos non habuiſſet, ſi nurus non tolerraſſet, aliquid eius patientiæ, & virtuti videretur defuiſſe : ergo nurus & generos paſſus eſt poſt cum dæmone luctam, vt eius mundus mirabilem deprædicarit patientiam. Innuit Origenes lib. 2. in Iob. *Iob fuerunt ſeptem filij, & filiæ tres, vt ipſum ſanie filiæ foras traderet virili, haberet extrinſecus filios adoptiuos, & cum filiis ſuis deforis acciperet vxores, haberet etiam in hac exteriſecus adoptiuas filias.* Itaque dum generi adoptiuum tranſit filium, dum nurus in filiam ; Iobi virtus cumulatior reſplendet, & clarior patientia micat. Origen. Ambroſ.

110 Daniel concluſa feriati traditur : cùm enim eius reliquias manere non ſuſtineret inuidia, leonum ventres pro ſepulchro excogitauit ; verùm virtutis patronus Deus Angelum miſit, qui leoninam rabiem arceret, & prophetam cuſtodiret : *Deus meus miſit Angelum ſuum*, inquit regem alloquutus, *& conclauſit ora leonum, & non nocuerunt mihi.* Vidit ſatis eſſe Angelum ad bellicam feritatem compeſcendam, rabiemque frænandam. Tranſi modo ad Geneſ. 31. vbi cùm Labanus furore ardoret in generum, manumque collegiſſet, & Iacobo appropinquaſſet, ipſe Deus non ſine irarum ſignificatione vinanti obiicitur, & ſupplicium, ſi quid contra Iacobum effutierit, minatur : *Vidit in ſomnis dicentem ſibi Deum : Cane ne quidquam aſperè loquaris contra Iacob.* Iam ſe ingerit difficultas, cur ſcilicet ſatis non fuerit ad comprimendum Labanum Angelum mittere, quàm ad leones reprimendos fuerit ſatis delegare. Alia alij myſteria pro ingenij ſui dexteritate eruent : ea ſe mihi offert ratio, difficilius ſcilicet ſocerum, generumque concordare, quàm furorem bellum deponere ; cùm ergo hic, ſocius nunquam diſiungendum con- Dan. 6. v. 22. Gen. 31. v. 24

ſtet ſtabilium ; ſocerumque inæquidiæ flammas ardentem repreſſum, opus fuit diuino brachio ; quod & ipſe Iacob chariſſimè confitetur : *Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac aſſiſſet mihi, forſitan modo nudum me dimiſiſſes* : Ni Deus ſocerum frænaſſet, nunquam fœderarentur iurgia, initerentur nunquam fœdera ; imo noua quotidie diſſidij emergeret cauſa : *Vidit ſcilicet iratum*, ſcribit Rupertus lib. 7. in Geneſ. cap. 43. *Commonentem, & dicentem : Cane, nempe & hoc ipſum, quod vidit, non propter ſe, ſed propter alium vidit, ſcire ille, quantam ſui curam gereret Deus.* Non potuit ſolicita Dei cura erga Iacobum clarius dignoſci, quàm illæſum omnino aſſeruando à ſoceri furore ; & inuiolabili amicitiam inter vtrumque ſanciendo fœdere. Satis fuit ad truculentiam feratum reprimendam Angelus ; aduentauit ad reprimendum ſocerum Deus : pax enim inter ſocerum & generum ſtata adſcribi debebat Numini. Rupert.

Eſau vxores duxit, & quamuis Iſaac Rebeccaque virtutibus fuerint exculti, nihilominus nuruum ingeniis ingemuerunt offenſi : *Duxit vxores Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Helon eiuſdem loci ; quæ vtique afflixerant animum Iſaac, & Rebeccæ.* Dubium non eſt Iſaac Rebeccamque vtpote virtutis ſtudioſiſſimos, omnem præcidere cauſam offenſionis curaſſe ; verùm in tanta morum elegantia, tamque experta laborum patientia non potuerunt non offendi, à nuribuſque exaſperari. Oleaſter illud *offenderant*, ſic vertit ex Hebræo : *Amaricando fuerunt* : addit que *Raro nurus cum ſocru conuenit, maximè ſi ſint diuerſorum morum : tales etiam filij debent vxores accipere, quæ moribus non ſint amaritudini.* Ferè ſemper ipſa inter ſocerum nurumque cognatio amaritudinis exiſtit cauſa : vnde dum perſeuerauerit cauſa, deeſſe nequibunt diſſidia. Eſto altera prudenti tolerantia, ſolertique prouidentia omnes diſſenſionis iurgiorumque vitari cauſas, altera excitabit tragœdias : vndè miraculi ad inſtar erit ſi vtraque concordarit, nec litigiorum cauſas procuderit. Oleaſt. 111

Petri ſocrum magnis æſtuantem febribus Dominus verbo ſuo ſanitati reſtituit, & omnipotentiam ſuam miraculo commendauit : *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus.* In Petri ſocrum Diuus Ambroſius ad Lucæ 4. carnem noſtram adumbrari teſtatur : *Fortaſſis in typo mulieris illius ſocrus Simeonis & Andreæ variis criminum febribus caro noſtra languebat.* Et quidem mirè noſtram carnem ſocrus adumbrauit : nam vt caro teſte Apoſtolo ſemper concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, quin ſopiatur vnquam diſſidium, aut ceſſet bellum, ita vbi ſocrus inuenitur, bella deſudant inteſtina, & iurgia ardere ſolent domeſtica. Vt innotuit Dominum ſocrus ingenium mutaſſe, & ardorem extinxiſſe, cuncti ægros ſuos afferebant, & medelam ſperabant, quandoquidem qui ad ſpeciem deſperato morbo opportunum exhibuerat medicamentum, & leuioribus non denegaret ſubſidium. Luc. 4. v. 38 Ambroſ. 112

In ſui commendationem omnium trahit animos Ruth ſocrui filia amore adhærens, & blandiens : *Ruth adhæſit ſocrui ſuæ*, Mira res, non diſſenſit ; ſed amauit : quod ſuſpendens datus ſupra Origenes ſic inhiat : *Talis fuit Beata Ruth, quæ ita deſulit ſocrui ſuæ veterana, vt vſque adnoctem non eſſet paſſa eam relinquere, ideireo ſanè in ſcriptura in perpetua magnificentur, apud Deum vero in infinita* Ruth. 1. v. 14 Origen. 113

facula beatificatur: iudicabit nihilominus, atque condemnabit in resurrectione omnes malignas & impias nurus. Profectò dum Ruth adhæret socruiamoris vinculis illigata, ostendit inter socrum nurumque non esse impossibile pacem seruari, etsi non sit facile custodire: ergo prouidit Deus mirum hoc charitatis prodigium, ne qui dixerit experientia nixus, esse impossibile inter generum & socerum, inter socrum & nurum pacis & dilectionis commercium.

§. XXVI.

Dignitatis honor non vni aut alteri debet semper adscribi; sed multis communicari.

114 Cassiod. COnstat, aiebat Cassiodorus 6. var. 10. *felicem esse Rempublicam, quæ multis ciuium resplendet ornata: nam sicut cælum stellis redditur clarum, sic relucent vrbes lumine dignitatum.* Cælum nitidiùs rutilat, dum grata varietate alia sydera munere iam functa quiescunt, & alia luminosi pensi laborem subeunt: non semper tenet dignitatis fastigium sol, etsi rutilis nobilitatus luminibus, non semper luna, etsi candidis adornata fulgoribus: alternantur vices, vt & diuidantur honores: quidquid vni aut alteri semper addicitur, in aliorũ probrum verti videtur; quando illi tantùm cententur apti, & cæteri non idonei: vnde optimi Reipublicæ administratores dignitatũ lumina diuidunt, vt Respublica variis splẽdoribus illustrata cæli ad instar nitear conspicua. Hanc politiam obseruasse Deum, dum speciali iure Hebræorum attendit gubernationi, expressit textus, quandoquidem electi Iudices iam ab hac, iam ab illa tribu legebantur, ne, si aliqua videretur transmissa, aures referiret querela. *Post hunc* (Scilicet Iephte) *iudicauit Israel Abesan de Bethlehem.* Adnectit textus: *Cui successit Ahialon Zabuloniles, &c.* Non vni tribui iudicialis adscribebatur potestas, sed iam hanc, iam illam ornabat dignitas, vt omnes vti laboris consortes, sic honoris essent participes: *Variabantur Iudices per tribus,* inquit Abulensis quæst. Abulens. 10. *nam precedens Iudex fuerat de tribu Iuda, & iste fuit de tribu Zabulon.* Attendit prudentissima gubernatoris vigilantia, vigilantissimaque solertia, vt tribus omnes honoribus alternatis fulgerent, ne si ex vna tantum Iudex semper delectus, alia quereretentur prætermissæ, aut exasperarentur despectæ. Sidonius Apollinaris 1. lib. epistolar. epist. 9. confert Auieni Consulis gubernandi modum cum Basilij Consulis gubernatione: Auienus ex Corninorum familia omnia sui applicabat: Basilius ex Deciano sanguine alias etiam familias honoribus adaugebat: Basilij ergo familia longè Auieni familiam in Reipublicæ procuranda salute, & tranquillitate superabat, quandoquidẽ alter suis tantùm dignitatũ lumina applicabat, alter alios, provt exigebat meritũ, efferebat: *Vtrumque si fors laribus egredie-* Sidonius. *bantur,* inquit Sidonius, *at illabat clientium prænia, pedisequa, circumfusa populositas; sed longè in paribus dispares fodalium spes, & spiritus erant.* Subnectit: *In hoc Corninorum familia Deciana præferebatur, quòd qualia imperabat cinctus Auienus suis, talia conferebat Basilius discinctus alienis:* Digni a es redeunti semper circulo personis determinatis ad cubere, est omnium animos indigna ione succendere, & ad odium regiminis prouocare: vnde indifferenter benemeritis impertiuntur dignitates, qui cupiunt fulcire pacem, & probari omnibus regimen.

Deus Moysem iubet septuaginta de senioribus congregare, quos suo ad gubernandum repleat spiritu: *Congrega mihi septuaginta viros de senio-* Numer. 11. *ribus Israel, quos tu nosti, quod seues populi sint, ac magistri, & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum.* Moyses populi regimine grauabatur: quia fortè populus non adeò patienter ferebat Dei ad instar esse vnicum & perpetuum: Pharaoni olim datus est Deus, quia ad inferenda supplicia mittebatur: nec enim exigua supplicij erat portio vni semper subiacere, & velit nolit Ægyptius, obedientiam illi præstare. Ergo Moyses, vt populi criminationibus fati faceret, ad alios regiminis honorem derivari Rupert. voluit, & obtinuit. Innuit Rupertus lib. 5. de glor. Trin. & processi. cap. 19. *Quo alio modo melius satis populo facere potuit, quatenus non videretur velle solus gloriari; sed & hoc parum visum est ei, quod septuaginta viros gloriæ suæ participes habere meruit.* Satisfecit populo regiminis gloriam aliis deriuando, nec sibi vnico polliciendo: gaudent enim omnes, si nouerint dignitatem non stagnare; sed iam ad hunc, & iam ad illum effluere: ergo Moyses dum participes gloriæ desiderat, pietatem suam mirè commendat, & omnem ambitionis vmbram propulsat.

Christus Dominus discipulos suos, dum orbi præsides statuit, & mundi lucem stabiliuit: *Vos* Matth. 5. *estis lux mundi: non potest ciuitas abscondi supra* v. 14. *montem posita.* Hæc præsidens lux ciuitatis ad instar esse debet, quæ non vnp ciue constat; sed plurimis: lux suas patitur vices, sol cursum finit, luna regiminis fastigio succedit, alternatisque regendi spatiis, & variatis officiis fit nouitas gratior, & ipse mundi status felicior: *Vos matura aureo igne flagrantis lucistini aurigæ par laboribus fratris angustis circulis argenteum compleueris globum paulatim decrescit in senium,* aiebat de Luna Zeno. Zeno Veronensis serm. de resur. Expende illud: *Par laboribus fratris.* Succedit Luna labori, & lumini ne frater queratur perpetuò defatigari rotatusque certè plures, qui cùm lucere semper exambiant, dignitatem fastidire semper affectant; queruntur defatigari, laborare, nunquam quiescere. Ergo ne sol ingemat tanto laboris pondere pressus, Luna succedat, quo frater laborem intermittat, & lumen.

Christus nascitur, & Angelus pastoribus lætissimum defert Euangelium: *Ecce Angelus Do-* Luc. 2. v. 9. *mini steterit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos.* Angelus hic mira claritate refulget, ac sacri nuntij munus exercet: cumque idem magis apparere posset, sydus mittitur splendidissimum, & ipsius solis claritatem supergressum: *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?* rogant; *vidimus enim stellam eius in oriente, &* Matth. 2. v. 2. *venimus adorare eum.* Nec Magis Angelus, nec pastoribus apparet stella, ne claritatem omnem sibi sydus vsurparet, aut Angelus: diuisum habent quodammodò imperium: Angelus nocturnas vigilias custodientes alloquitur; sydus recens natum inquirentes comitatur. Augustinus in catena nouam hanc fuisse stellam adstruit: Augustin.

Non

Non ex illis erat stellis, quæ ab initio creaturæ itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo Virginis partu nouum Sydus apparuit. Itaque dum mundo arridet felicitas, stella exoritur noua, ne ducatum semper sortiatur antiqua: Vides dignitatem nuntij inter Angelum, & astrum diuidi: vides nouum astrum nouis fulgoribus irradiare, vt scieueris non vni aut alteri dignitatem semper alligandam; sed pluribus impertiendam.

118 Deuicta morte resurgit Christus, eximio resurgentis splendore diuerberatus obcæcatur infernus, & cæcus ingemit inimicus. Angelus hilari vultu descendit, & euoluto lapide insidens fidei est doctor, & veritatis magister: *Ecce terræmotus factus est magnus: Angelus enim Domini descendit de cælo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.* Qui perfidos milites luminum ardore percussit, pias fœminas splendore blandissimo allexit: *Dixit mulieribus Nolite timere vos.* Apud Ioannem aliter video referri, videlicet insedisse Angelos: *Vidit duos Angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes.* Inquiramus, si placet, cur, dum plures concurrunt, fœminæ vnicum Angelum intueantur, & duos Angelos videat, dum sola perseueranit Maria. Certè Angelica natura omnis passionis ignara, & ab omni labe inuenitur remota: quia tamen Angeli forma apperebant humana, sic res ad nostram eruditionem disposita est, vt fœminis pluribus non plures apparerent iuuenes; sed vnicus, & vni Mariæ non vnicus obiiciatur; sed geminus: dum plures fœminæ de consortio sibi consulunt: non obstabat vnicum Angelum, etsi adsumpta inuenis forma, apparere; at vbi Magdalena remansit vnica, Angelus conspiciatur geminus ad decoris exemplum, & ad propulandum vel suspicionis temerarium audaxque iudicium. Benè; sed Chrysologus aliud inuenit mysterium, lapidem videlicet illum esse doctrinæ cælestis cathedram, veritatisque scholam: ergo auctoritatis suggestus non vni fuit adscribendus; sed plurimis assignandus. Sedeat Angelus ad caput doctrinæ primatu fulgens, & honorabili solio insidens; sed sit alius, qui præcedentem sequatur eisdem diuinitatis insulis exornatus, & luce non dissimili præditus: sic enim & veritas plures sortietur patronos, & nullos sustinebit dignitas querulos. *Cælestis natura*, inquit serm. 75. *ignorat lassitudinem, nescit laborem; sed factus est lapis vas Angelicæ sessionis, doctrina cælestis cathedra, schola vitæ.* Fulgeat Angelus, qui, cælestem doctrinam profert, sedeatque, vt sessione ipsa & sedentis radiet maiestas, & doctrinæ appareat firmitas; verùm non sit vnicus, quandoquidem optima Politice consulit plures esse consortes vt laboris, etiam luminis. Vnus Angelus non sibi omnem adscripsit lucem, non omnem sibi vsurpauit auctoritatem; socium admisit, & in eadem cathedra Angelus non dissimilis sedit: *Factus est lapis vas Angelicæ sessionis, doctrinæ cælestis cathedra, schola vitæ.*

Matth. 28. v. 2.

Ioan. 20. v. 12.

Chrysol.

§. XXVII.

Rarus est, si exundant filij, qui illorum non patiatur errata, aut insanæ non luxeat cupiditatis deliria?

QVi multos tulit filios, multos opus est sustineat etiam labores, quandoquidem sæpè filiæ adulationibus delusæ, aut immaturo nubendi desiderio instigatæ cæcis oculis in matrominium impingunt, deligere non expectarunt sponsum sed cæcum secutæ sunt desiderium. Nec melioris conditionis sunt filij: fucata non semel pulchritudine inescati, & mentita, elaboratæque ventustate illecti sic capiuntur, vt nil attendant, præterquam suis adulari cupiditatibus, inseruireque erroribus: non curant transfusum à maioribus nobilitatis splendorem seruare illæsum, aut honorem illibatum; imò æstu cupiditatis iactari, honoris nobilitatisque detrimento, sibi non congruenti inhiare solitant matrimonio: *Disiunctis matrimonio*, aiebat Tertullianus lib. 1. ad vxorem cap. 4. *duæ species humanæ imbecillitatis necessarias nuptias faciunt: prima quidem potentissima, quæ venit de concupiscentia carnis, sequens de concupiscentia sæculi. Carnis concupiscentia ætatis officia defendit, decoris messem requirit, gaudet de contumelia sua.* Adeò longè est puella, vel puellus à contumelia detrectanda, vt pulchritudinis oblectamento delusi non solum non horreant; sed honoris notam exambiãt. Adde existimare non nunquam fœminas pulchritudinis esse plausum, si immaturæ ducant sponsum: vnde veniunt in erroris illicium, quidquid pudicitiæ esse poterat documentum Profectò felicissimus est, qui copiosis exundans filiis, nullius matrimonium luxit, nullius immaturum desiderium damnauit. Hinc Abesan est sæculis decantandus: nam cùm triginta filios, totidemque filias sortitus fuerit, omnes in matrimonium locauit, quin filiorum, filiarumue vllus opportunum tempus antenerterit, aut cæco impetu matrimonium ambierit: *Habuit triginta filios, & totidem filias, quas emittens foras maritis dedit, & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores introducens in domum suam.* Nulla ex filiabus immaturas cupiuit nuptias, nullus ex filiis vxorem duxit, quam patris domum inhabitare ratio prohiberet, aut honor respueret. Notauit Arias Montanus: *Triginta filias dominatas adeò prudenter, adeò honestè eduxit, vt omnes nulla prorsus excepta viris locauerit parentibus, isdemque dignis: nihil enim accidit, quamobrem vllam domi retineret.* Quam morigeræ extiterunt filiæ, à patre in matrimonium locari expectantes! quàm pater fuit prudens opportuno illas tempore dignis petentibusque sponsis tradens, quin illum aut auri auaritia detineret, aut lenta segnities falleret? Nulla fuit ex tot filiabus, quæ immaturum patri procrearit dolorem, honestatis legem transgressa, nulla, quæ indignas nuptias errarit architectata. Et quidem patris resplenduit prudentia, dum eis viris locauit, qui fortunæ & nobilitate resplenderent æquales: plures namque sunt, qui dum ambitiosius nobiliorem adnituntur suo generi inferere, pacis & tranquillitatis non

119

Tertull.

Montan.

ſiſte ſumptu ſibi elaborarunt venenum, & vitæ
Plutarch. emerunt periculum. Norabat Plutarchus lib. de inſtituend. lib. prope finem *Deſponſanda ſunt filiis mulieres neque nobiliores multo, neque pecunioſiores: ſapienter enim dictum eſt: Parem tibi ſume: ſiquidem qui longè præſtantiores ſe ducunt, hi non conjugum viri, verùm imprudentes ſerui fiunt dotium.* Non eſt longè nobiliori maritata vxor; ſed ſerua, & quidem deſpectu ſemper perculſa: non eſt maritus, qui ſe longè altiorem, ditioremue duxit: quia habetur famulus, & audit ſeruus. Ergo Abeſã vti prudẽs vxores filiis, & filiabus maritos accepit adæque nobiles, nec præ ipſis copioſè diuites.

110 Iacob maternis etiam in vi[illegible]ceribus luctam iniit, & poſt certaminis labores victoriæ gloria reſplenduit. A patria exul tulit nimium gelu, ætatis ardorem; imò cum ipſo Deo iterum ſubiens certamen accepit benedictionis mercedem; verum multis exundans filiis vitare nequiuit luctum, & honoris detrimentum: Dina nãque dum nimis curioſa mulieres regionis, in qua verſabatur, reſpexit, venaticos Sichemi Principis oculos patitur, & violentiã
Gen. 34. v. 2. grata fortaſſis opprimitur: *Rapuit, & dormiuit cum illa vi opprimens virginem, & conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtemque deliniuit blanditiis.* Satis non fuit patris ſedulitas, morum grauitas ad filiæ vitandum caſum, & curioſitatis auertendum periculum: doluit Iacobus iniuriam, doluit iniuriæ vindictam, & dum inter Principem, paſtoriſque filiam geritur matromonium, vtrique parti reſultauit periculum: in luctamine victor inuentus eſt ob filiorum copiam calamitate vexatus, & curioſitate obſcurus: *Hic conſequenter deſcribitur,*
Lyra. inquit Lyra, *quid paſſus ſit Iacob à Sichimitis, vbi primum deſcribitur ſcelus pro Dina violatione, ſecundo dolus ex mutua collocutione.* Subnectit: *Egreſſa eſt autem de domo paterna, vbi tamquam verecunda iuuencula deberet ſtare clauſa.* Addit
Ioſeph. Iolephus, cuiuidam ſolemnitatis occaſione hanc accidiſſe ſtragem: nam dum colorato titulo Dina egreditur, impio deſiderio capitur: *In ciuitate erat ſolemnitas,* inquit apud Lyram: *ideò videre volebat illa die mulieres ornatas, & emere ſimilia ornamenta.* Dum curioſis vagatur oculis, dum amplioribus inhiat ornamentis, dum adeſt non modeſta; ſed cupida cœtui ſolemnitatis, patri dolorem maturat, & furorem fratribus creat: *Conſequenter deſcribitur, quid paſſus ſit Iacob.* Iniuria vagationis erat conſequentia; nec potuit parens doloris effugere conſequentiam, dum curioſam ſortitur filiam. Periculis angitur circumſeptus, qui luctaminibus reſplenduit glorioſus: non potuit non circumagi laboribus, qui multos tulerat filios: Dina vagatur otioſa, violentiam patitur viſa, & quæ non recu[illegible]arat aſpectum, tulit ſtuprum. Mirum erit in filiorum filiarumue copia, ni honorem aliqua premat iniuria, aut parentem filiorum anxerit imprudentia. Fæminæ vt plurimum gratas præbent adulationibus aures, & laudis oleũ quouis periculo emunt, & honoris diſpendio inquirunt.

111 Dauid viſos vincit, leones dilacerat, gigantem proſternit, abigit dæmonem, fruſtratur virulentiſſimum hoſtem; verùm dum filiorum diteſcit cenſu, & repetito vulneratur dolorum ictu; filia ſtuprum patitur, filius naturæ iniuriam moliur: alius fraterno inardeſcit odio, alius patrem ſuſpirat
2. Reg. 13. v. 14. deturbare faſtigio: *Prænalens viribus oppreſſit eam.* ſi Dauidis velis calamitates enumerare, enumera filios: & quidem dum nati indignis aduruntur cupiditatibus, grauiſſimis exæſtuat pater doloribus:
Origen. *Multi fuerunt filij Dauid olim,* ſcribebat Origenes lib: 1. in Iob, *cum aduerſus ſe inuicem inſurrexiſſent, atque patri iuſto rebelles extitiſſent: Ammon, & Abſalon, & Adonias, qui adhuc vino religioſo patre, impie atque iniuſtè regnum eius occupare, atque rapere tentauerunt.* Qui de hoſtibus triumphauit filiis afflictus eſt, & dum plures tulit; copioſam anxietatum meſſem inuenit.

Se Phœnici Iobus exæquat, dum, in morte ſuauiſſimis odoribus fragrat, & dum viuens prærogatiuis ſingulariſſimis rutilat: *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies.* Apud ſeptuaginta inuenies, *ſitut Phœnix.* Et quid Phœnix habeat Iobo commune? Explicuit Tertullianus de
Tertull. reſur. carnis, cap. 13. *Illum dico alitem orientis peculiarem de ſingularitate famoſum, de poſteritate monſtruoſum.* Profecto Iobus Phœnicem retulit, dum laudabiliter mõſtruoſam poſteritatem habuit: ſeptem illi fuerunt filij, filiæ tres, qui omnes ſic virtutibus addicti, ſic fraterna charitate aſſociati, vt facilius dæmoni fuerit omnes ſimul tumulare, quã illorum quemquam diuidere: *Ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos vnuſquiſque in die ſuo, & mittentes vocabant tres ſorores ſuas, vt comederent, & biberent cum eis.* Quam pudicè degebant fratres, ſororum non auerſantes conſortium, nec effugientes conſpectum! Quàm erant honeſtatis decus ſorores ſemper ad conuerſandum cum fratribus paratæ, & vt conuerſarentur, aſcitæ: nullus è tot filiis fuit, qui patrem exacerbaret, aut leuem doloris occaſionem præberet: luxit ob illorum interitum acerbo dolore ictus, non immaturam vitæ, & maturam redimendo honori mortem illis ſuſpirauit anhelus. Ergo Phœnix de poſteritate monſtruoſus reſplenduit, dum filiis, filiabuſque ciuctus, anxius non vixit: *Non exorta eſt in eis prænarratio,* inquit datus Origenes; *neque coinquinatio.* Subiungit: *ſeptem filij Iob, & tres filiæ tanquàm vna anima indiuiſi conuixerunt in vnanimitate, & tanta fuit vnanimitas laudabilium filiorum Iob, vt & malignus, atque inuidus dæmon facilius omnes pariter indiuiſos interficere, quàm diuidere atque diſſociare benignam, atque veram eorum vnanimitatem poſſet.* Nonne videtur tibi Iobus de poſteritate monſtruoſus, quando nec filias à recta honeſtatis ſemita exorbitare fecit cupiditas, nec filios dehoneſtauit procacitas, quando quiſquis plures filios, filiaſque ſortitur, & anxietatibus crebris angitur: ſatis non eſt aliquando ſe ipſos præbere parentes exemplum, ſatis non eſt ſolicitum ad virtutem formandi filios ſtudium: quia à radice diſcrepant, & à moribus paternis degenerant. O quot acceptam à progenitoribus nobilitatem tetris morum nebulis obſcurarunt, & iniuriam ſuæ nobilitati intulerunt! O quot refutarunt originem, vt inſanis deſideriis indulſerint, & per generis contumelias libero greſſu oberrarint! Qui filios habet moribus expolitos, virtuti deditos, qui ſortitur filias pudicitiæ luminibus exornatas, luciſque laudabiliter refugas, Numini ampliſſimas gratias agat, intelligatque non aliter ſecum actum, quam ſi procelloſa vndarum volumina nauigans, inter frequentes[illegible]que Syrtes nauim antigans placide ducatur in portum & fruſtrarit generale periculum. Admirationi fuit Abeſan tot filios, filiaſque ſortitus, & nullius erroribus obſcuratus.

§ XXVIII.

§. XXVIII.

Temporalis dignitas citissimè solet amitti: quis post longa contingit tempora possideri?

123 Seneca. *VRTVM est*, aiebat Seneca epist. 49. *quod vivimus, & adhuc puncto minus*: hoc minimum plura inter se diuidunt, infantia, adolescentia, virilitas, & Senectus: cumque infantia, adolescentiaque non inueniantur gerendis dignitatibus aptæ; restant solũ Senectus, & virilis as opportunæ: quid ergo mirum exiguo homines tempore dignitate fruantur, quando diu non potest durare, quod in temporis, vitæque exitu constat acquiri. Ambitiosos sua cæcitas & diuexat, & frustrat: non attendunt quantũ fruendæ dignitati temporis restet spatium: quia solum dignitatis suspirauere fastigium: vnde post longos ambitionis anfractus, post anxios dubiosque labores dignitatem consequuntur solum vt doleant amittere, nõ vt quiuerint possidere. Profectò si plures dignitatum fucatam venustatem ambientes experto consulerent, consilia forsitan retractarent; ast dum breui allecti dulcedine scopulos non attendunt, ipso rapido cursu in mortem & calamitatem impingunt. Fortasse hoc alludit, quod Tertul. aiebat Tertullianus lib. de pallio cap. 4. *Habes ex isto fomite æstuantem magnum regem sola gloria minorem: vicerat Medicam gentẽ, & victus est Medica veste: triumphalem cataphractem amolitus in captiua Sarabara decessit.* Vt pectus squamata veste exornaret, bellum adoritur Alexander, verum tot tantisque sudoribus stetit victoria, vt defatigata immodico labore defecerit vita: victoriæ gloriã Alexander Macedo adeptus est; verùm dum pellucida molliq; vestè anhelum adhuc à bello pectus ornaret, exuuiisq; triumphalibus diluceret, tardam amisit gloriam, & breuem vitam. Vecors ambientium animus supra humanas vires audet, reptat, sudat, totis nisibus, vt dignitatum fastigium apprehenderit, adlaborat; & cum iam per ardua ad cacumen desideratum inscenderat, ipsis ascensus laboribus, & laborioſis spei angustiis diuexatus citissimè solet vitam finire, & dolorem adaugere. *Vtinam*, aiebat Seneca. Seneca epist. 115. *qui diuitias appetituri essent, cum diuitibus deliberarent, vtinam honores petituri cum ambitiosis, & summum adepti dignitatis statum; profectò vota mutasseut.* Mundialis splendor magno labore, & longo temporis dispendio acquiritur, breuissimo possidetur, aut quia vita auolauit ipso ambitionis labore defatigata, aut ipsa prolixitate finita. Ecce Iephte post longa certamina, post omnem belli imbonitatem triumphis lucet redimitus; sed & iacet quam citò humanus. Huic successit Abesan, qui, vt non potuit fragilitatis humanæ fugere scopulum, nec vitare potuit sepulchrum: citò adeò occubuit, vt inter ipsos dignitatis plausus & ob mortem soluerint luctus: *Post hunc iudicauit Israël Abesan de Bethlehem.* Subnectit: *Septem annis iudicauit Israël, mortuusque est, ac sepultus in Bethlehem.* Ferè eodem tempore dignitate refertur ornatus, & loculo conditus. Abulensis. Notauit Abulensis quæst. 10. *Septem annis iudicauit Israël, scilicet quia erat iam senex, quando suscepit Principatum istum, & citò mortuus est post illum acceptum.* En quàm prolixis lentisque annorum tractibus venerit Principatus, quàm volucribus alis interitus: *Quia senex suscepit Principatum, cito mortuus est post illum acceptum.* Nequeunt dignitates citò non abire cum vita: quia post longissima accedant tempora: ni dignitas expectarit nascentem, eius erit semper breuissimus vsus & volucris plausus.

124 Columba emittitur, quæ non inuenta requie regreditur: tempus oportunum præstolatur prudentia, & iterum exploratricem mittit columbam: *Expectatis autem vltra septem diebus aliis rursum dimisit columbam ex arca*: pennas in aëre iugi pluuia satis humectato librat non sine difficultate, ad oliuam peruenit, ramumque carpit; verum magnum adeò dici spatium in his expensum est, vt cum & saporato fructu, & florenti felicitate rediret onusta, iam diem tenebricosa expunxerit vespera: *At illa venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo.* Fors Noë. vt columbam mitteret, antenerit auroram; verùm cum aër vaporibus humectatus terrestribus volanti obsisteret, opus fuit lentè volare: non erat forsitan adeò proxima oliua, cumque longum in perueniendo spatium ponere, & in ramo leni rostro præcidendo prolixum tempus insumere fuerit opus, dies hæmisphæriũ iam relinquebat, cum florulentus ramus columbæ, & aliorum felicitatem signabat: dies defecit, cum ramus non sine difficultate possessus floruit. Innuit Isidorus apud glossam: *Post quadraginta dies emissa est, quo numero vita, quæ in mundo agitur, designatur.* Opus fuit longo tempore expectasse serenum, opus & ad discerpendum ramum non modicas difficultates euincere: vnde in vitæ iam exitu acquisitus solum exulcerando dolori fuit aptus. O nimis verum! Circa hæc volatica honoris dignitatisque commoda competitorum est rixa: alieni ab alteris impediuntur, & dum impedimentis teritur tempus, & vitæ deficit cursus.

125 Serui ad expectandum Dominum præcinguntur, cadentia vigiliarum molestiis supercilia detinent, cum somno colluctantur, ac laboribus congrediuntur: tandem aduentat Dominus, vt faciat discumbere, & post anxias, ac laboriosas vigilias quiescere: *Faciat illos discumbere & transiens ministrabit illis.* Sibi gratulabantur pulsantem audientes, rati laborum præmiis donandos, & longo tempore vsuras; verùm vt Gregorio placet, idem fuit pulsare ad seruos opiparis ferculis recreandum, & interitum denunciare vicinissimum. Ipsum audi homil. 13. in Euang. *Pulsat cum iam per agritudinis molestias mortem esse vicinam denunciat.* Itaque cum arridebat fortuna, cum differta vocabat mensa, ægritudo vexauit, & mors aduenit. Et quid aliud potuit contingere quando post longam adeo expectationem felicitas effloruit, & prosperitas arrisit certè in hoc mundo iucunda cum labore possidentur, & ipso in possessionis limine amittuntur. Æterna exambi, quæ exiguo tempore poteris elucrari & immetatis temporibus possidere.

126 Vt hanc veritatem adstruamus iuuat Abrahami historiam repetere: filium accepit centenarius, quem Sara lactauit, ipsamque lactationem fidem quodammodo supergredi demiratur: *Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni?* O quam fœminæ fateri senectutem refugiunt! Senex ipsa erat & tamen non ait: quem peperit ei Senex; sed

Genes. 8. v. 10.

Genes. 21. v. 7.

Digitized by Google

sed ei iam seni. Bene : sed cur non ait : Quis auditurum crederet Abraham, quod filium acciperet ; sed quòd filium lacte Sara nutricaret ? Adæquè mirum erat senis mammas iuuenescere ad potum, ac viscera aridissima ad fœtum ; imò consequens erat filio edito naturam lac prouidere, quod recens natus ex vberibus posset sugere. Ergo demiretur fidem generationem credentis, non lactationem non dubitantis. Profectò cum de more sit longissimis temporis interuallis acquisita citissimè amitti, &, si fas est dicere ad solùm amissionis lamenta posslideri, censuit satis cordatè difficulter credendum quod filium citissimè obiens non reliquerit ; sed lactarit : *Verba sunt admirantis*, inquit Hugo Cardinalis, *& exultantis.* Adstipulatur Rupertus lib 6. in Genes. cap. 18. *O pium desiderium, pia spes, & longa suspiria populi Sanctorum cœli, & anheli vtpotè longo iam senio prouecti ! Quomodò in gaudium subleuatus, & in risum est dilatatus ?* Videbatur non dilatandus risus ; sed citò amittendus : ergo vltra fidem erat posse diu potiri filium, quem senex post prolixum adeò temporum accepit spatium. Et quidem in ipso gaudij ortu Rachel vitam finiuit : nec mirum, cùm diu expectarit : coniungi solet felicitatis possessio, & felicitatis amissio : tardè namque adeò, totque ærumnis obtinetur, tot latis molestiis aditur, vt ipso in portu naufragium fecerit vitæ nauis, & quæ anhelauerat vndarum vorticibus colluctata, & ventorum flatibus impetita portum appellere, ipso in portu contigit attritam annositate perire. Ergo etsi difficile non fuerit post longa tempora possedisse filium, fidem ad speciem supergrediebatur tempus ad lactationem habere, & iam lactatum potiri.

Hugo.

Rupert.

127 Populus desiderio carnis flagrauit : Quis dabit nobis ad vescendum carnes ? Lachrymæ, clamores importuni carnes obtinuerunt, ac impetrarunt : volitabant iam in aëre, vt capi possent, coturnicum examina, & surgens populus non sine somni dispendio coturnices sibi diem noctemque huic operi impendens congregauit : *Surgens ergo populus toto die illo & nocte ac die altero congreganit coturnicum qui parum, decem coros.* Putares post longam defatigationem, post nocturnos, diurnosque labores per otium carnibus fruituros ; verùm cum ipsa possessione vita finita est, & habuerunt quæ relinquerent, non quæ manducarent : *Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga magna nimis.* Nondum ad stomachum cibum transmiserant ; nondum labores acquisitionis anxietatisque alimento recrearant, cùm eos mors abripuit, & acquisitis priuauit. Quàm erat periculosum, quàm laboriosum, quàm arduum per offusas noctium tenebras, per scopulosas montium vias volitantes aues, & manum fallentes quærere, quærendoque acquirere : cúmque ingens adeò labor fuerat possessione solandus, ipsa possessione inuenitur adauctus : quia cum amissione coniunctus : *Multi sunt ibi sepulti*, scribit Hugo Cardinalis, *propter concupiscentiam. Et nota quòd Dominus non statim murmurantes interemit ; sed priùs quod petebant, dedit.* Dedit quod petebant ; sed vt ipsa possessio cupiditatis puniret insaniam, vt ipsaque amissio ambitionis castigaret amentiam : post diei noctisque laboriosam defatigationem, post arduos excursus perierunt : nequibat enim non labascere salus, & vicinus impendere interitus. Ergo concupita obtinuerunt, non ad possessionis gaudium ; sed ad amissionis tormentum : nec enim diu poterant frui, quæ per longum spatium opus illis fuerat non sine anxietatibus ac periculis expiscari.

Numer. 11. v. 32.

Hugo.

CAPVT DECIMVM-TERTIVM.

VERS. I. RVrsumque filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. 2. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem. 3. Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & absque liberis: sed concipies, & paries filium: 4. caue ergo ne bibas vinum, ac siceram: nec immundum quidquam comedas: 5. quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum. 6. Quæ cùm venisset ad maritum suum, dixit ei: Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogassem, quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: 7. Sed hoc respondit: Ecce concipies, & paries filium: caue ergo, ne vinum bibas, nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer Nazaræus Dei ab infantia sua ex vtero matris suæ vsque ad diem mortis suæ. 8. Orauit itaque Manue Dominum, & ait: Obsecro, Domine, vt vir Dei, quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero, qui nasciturus est. 9. Exaudiuitque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Dei vxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ cum vidisset Angelum. 10. festinauit, & cucurrit ad virum suum, nuntiauitque ei, dicens: Ecce apparuit mihi vir, quem antè videram. 11. Qui surrexit, & secutus est vxorem suam: venienſque ad virum, dixit ei: Tu es, qui locutus es mulieri? Et ille respondit? Ego sum. 12. Cui Manue: Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer, aut à quo se obseruare debebit? 13. Dixitque Angelus Domini ad Manue: Ab omnibus, quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se: & quidquid ex vinea nascitur, non comedat: vinum & siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei præcepi, impleat, atque custodiat. 15. Dixitque Manue ad Angelum Domini: Obsecro te, vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. 16. Cui respondit Angelus: Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quòd Angelus Domini esset. 17. Dixitque ad eum: Quod est tibi nomen, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? 18. Cui ille respondit: Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? 19. Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super petram offerens Domino, qui facit mirabilia: ipse autem & vxor eius intuebantur. 20. Cumque ascenderet flamma altaris in cœlum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cùm vidissent Manue, & vxor eius, proni ceciderunt in terram, 21. & vltra eis non apparuit Angelus Domini. Statimque intellexit Manue Angelum Domini esse, & dixit ad vxorem suam. 22. Morte moriemur, quia vidimus Deum. 23. Cui respondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea, quæ sunt ventura dixisset. 24. Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. 25. Cœpitque spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

§. I.

Commentarius Litteræ.

Vers. 1. Rursumque filij Israel fecerũt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philisthinorũ quadraginta annis.

Vers. 2. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan nomine Manue habens vxorem sterilem.

1 CRedideris Hebræos sibi ipsis inuidere, nec sustinere tranquillitate paceue frui, quando-quidem toties experti ob idololatriam se penè attritos, & hostibus humana facie belluis traditos, non quiescebant; sed virtutis tædio ad scelera properabant. Ergo cùm demortuo Abdon eius locum nullus tenuerit; sed se populus suo placito arbitrioque rexerit, quam citò iura legesque auctoritatem apud illos amiserunt, & in pristinam impietatem, atque inobedientiam relapsi sunt. Ergo similem culpam pœna similis secuta est, & qui tantisper excusso seruitutis iugo respirauerant, iam durissimum Philisthinorum tulerunt imperium, coacti nobiles ceruices inserere infami iugo. Fecisse malum in conspectu Domini idem esse ac idola coluisse, testatur Abulensis his q. 1. Septuaginta Abulens.

ginta Interpretes ſic habent: *Addiderunt adhuc filij Iſrael facere malum.* Idem Hebræus, & Chaldæus. Dixerant antea: *Tantùm nunc libera nos*, quaſi iam non eſſent ad vomitum reuerſuri; verùm cum ipſo periculo elapſum eſt, & propoſitū; imò è memoria elapſum etiam videtur remedium, quandoquidem hic non referuntur clamaſſe; ſed per longum tempus ſeruitutis iugum damnabili patientia, aut, vt melius dicam, cæca pertinacia tuliſſe. Ergo Deus, non oratione inuitatus, nec publica pœnitudine allectus; ſed ex ipſo ad miſericordiam pronus furorem cohibuit, & Iſraëlitas tot miraculis eductos, & innutritos ad meliorem transferre ſtatum decreuit. Erat ergo per id tempus vir Damita inter ſuos facile Princeps vxorem habens pulcherrimam, ſed infœcundam, cum hac, vt placet Ioſepho lib. 5. antiq. cap. 10. degebat in ſuburbio: nam cùm nimium eſſet zelotypus, non ferebat vxorem venaticis patere oculis, aliarúmque fœminarum ſuſpicabatur non bonis exemplis alliciendam, aut colloquiis deprauandam. Notauit Abulenſ. q. 5. expreſſiſſe ſcripturam Samſonis matrem ſterilitate laboraſſe, vt poſtea filius non tam haberetur proles naturæ, quàm gratiæ.

Septuag. Hebr. Chaldæus.

Verſ. 3. Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & abſque liberis; ſed concipies, & paries filium.

Verſ. 4. Caue ergo ne bibas vinum ac ſiceram, nec immundum quidquam comedas.

Verſ. 5. Quia concipies & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſrael de manibus Philiſthinorum.

1 Cùm mulier in ſuburbio degeret ab humanis oculis remota, ei apparuit Angelus auguſta forma, & mira corporis habitudine, nec reddidit auxiam; ſed attentam. Hic ergo, cùm ſemel & iterum eius ſterilitatem inculcaſſet, cælitus promiſit filium, qui vti ſpeciali Numinis fauore natus, magna pro libertate populi eſſet moliturus, & hoſtibus terrori ſemper habendus. Abulenſis q. 6. inculcata ſterilitate intendiſſe Angelum ait, ne poſtea mulier fœtum naturæ adſcriberet, & beneficium ingratitudine denigraret; ſed dum liberali Dei gratia ſterilitatem noſſet depulſam, & naturam fœcundatam, dignas Deo gratias rependeret, & filium, quem miraculosè conceptum nouerat, omni ſolicitudine procrearet. Beneficium hac conditione illi conceſſum eſt, videlicet quòd filius Nazaræus eſſet, id eſt Dominus conſecratus, adeoque mundus, vt mater etiam vino ſiceraque prorſus abſtineret, nec immundum communeve alimentum aliquod manducaret. Addebat Angelus pueri caput nunquam nouacula radendum, vt qui totus ad Dei obſequium, & Nazaræorum cultum conceptus & natus; hanc tamen obſeruantiam ſine mercede eſſe noluit; ſed incepturum filios Iſrael liberare promiſit Septuaginta Interpretes videntur innuere non tam Angelum fœtum promiſiſſe, quàm iam miraculosè conceptum denunciaſſe: ſic enim habent: *Quoniam ecce tu in vtero habes, & paries filium, & ferrum ſuper caput eius non aſcendet: quoniam Nazir Dei erit puerulus à ventre, & ipſe incipiet ſaluare Iſrael de manu Philiſthiim.* Hanc ſententiam Hebræus textus videtur confirmare: *Ecce & pragnans, & paries filium.* Quanto tempore hoc præcepto mater teneretur, quærunt Interpretes. Aliqui volunt vſque ad partum obligari. Toſtatus q. 10. vſque ad pueri ablactationem exiſtimat: nam cùm ab ipſo lacte ſugant infantes quodammodo mores affectuſque maternos, videtur congruum matrem Nazaræorum ritibus, dum puerum aleret, ſtudere. Notauit modernus quidam Angelum circa cæſariem matris nil locutum: nam cùm fœminæ adeò ſtudioſè comam nutriant, id videbatur ſuperfluum. Chaldæus loco *ſicera* legit: *Non bibas vinum nouum, & vetus, & non comedes omne immundum.* Lyra, Toſtatus, & ex noſtris Mariana & Seratius in ſicera omne quod inebriare poteſt, aſſerunt intelligendum. Et fortè ob id tranſtulerunt Septuaginta: *Non bibas, vinum, & inebriamentum.* Abulenſis q. 5. quærit cur Angelus immunda prohibuerit, quæ iam Leuit. 11. & Deuteron. 14. vetita fuiſſe conſtabat: reſpondetque legem à pluribus non adeò religiosè obſeruatam, ob idque repetito matrem præcepto obligaſſe, ne putaret ſibi licere quod nonnullo legis detrimento minus religiosa conſuetudo circa aliquos cibos intruſerat; ſed omni puritate ſeruaret. Quærit etiam hic auctor q. 17. an Samſon fuerit ex cenſu ſanctificatorum in vtero, vt Ieremias & Baptiſta. Affirmant aliqui: negat, & iure Abulenſis; nam in vtero ſanctificati gratiæ inſeruiebant, nec ſe peccatis grauibus maculabant: Samſon verò multis ſe piaculis obſtrinxit: vnde verba illa: *Erit Nazaræus Deo ab infantia ſua, & ex matris vtero*, ſolum denotant, quàm ex matris vtero obſeruantiæ peculiaris contrahebat, obligationem. Aduertit etiam q. 17. Samſonem non eſſe Nazaræum, vt alij erant, ad tempus; ſed in perpetuum: vnde ſi incideret in aliquam immunditiam, non tenebatur ad obſeruationem cæremoniarum, quæ exprimuntur Numer. 6. cum illæ intelligantur de ad tempus Nazaræis. Per nouaculam denotari capillos tonderi fortice non poſſe, communis ſententia Doctorum eſt. Præmonitam iam matrem, & de cæremoniis obſeruandis inſtructam Angelus reliquit non ſubitò oculos fugiens; ſed quaſi terga vertens, & aliorſum viam dirigens.

Septuag. Hebræus. Chald. Lyra Abulenſ. Marian. Serar. Septuag.

Verſ. 6. Quæ cùm veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei: Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem cum interrogaſſem, quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere.

Verſ. 7. Sed hoc reſpondit: Ecce concipies, & paries filium: caue ne vinum bibas, nec ſiceram, & ne aliquo veſcaris immundo: erit enim puer Nazaræus Dei ab infantia ſua ex vtero matris ſuæ vſque ad diem mortis ſuæ.

Septuaginta habent: *Et intrauit mulier, & dixit viro ſuo, dicens: Homo Dei venit ad me, & ſpecies eius, ſicut ſpecies Angeli Dei, terribilis valde: & non interrogaui eum: vnde eſt: & nomen ſuum non annuntiauit mihi.* Ita etiam vertit Pagninus: *Non interrogaui eum, vbi, vnde eſſet: & nomen ſuum non indicauit mihi.* Iam etiam vertunt He- 3

Septuag. Hebræus. Pagnin.

Digitized by Google

Pagnin. bræus & Chaldæus. Mulier quod ab Angelo nuntium acceperat, marito ſtatim communicauit. Toſtatus q. 21. diſcrepantiam textuum tangit, quam etſi Caietanus, noſtrique Sà & Mariana nouerint, non ſoluerunt: Lyra, & Serarius fecerunt miſſam. Abulenſis, vt aiebam, Hebraicæ conſuetudinis eſſe dicit ſine negotiatione ponere, quod cum ea eſſe debet, & è contra; colligi tamen ex ipſo contextu, an debuerit poni, an auferri. Hoc confirmat ex Deuteronom. 20. & ex Geneſ. 2. v. 6. Adnectit veriſimile eſſe mulierem ex proprio ingenio curioſam, & rei adeò ſibi deſideratæ nuntio hilarem ad maiorem fiduciæ confirmationem multa interrogaſſe. In mulieris relatione additur: *Vſque ad diem mortis ſuæ*: quod anteà expreſſum non fuerat. Nuntio accepto cùm mulier viri ſpeciem commendaſſet, exiſtimat datus ſupià Ioſephus maritum zelotypum obturbatum, ob idque fœminam ſolicitis precibus Deum exoraſſe, vt nuntius iterum mitteretur, qui imprudentem mariti ſuſpicionem depelleret, & rem explicatiùs aperiret. Noſter textus orationem marito adſcribit, eſſeque potuit, vt vterque oraret.

§. II.

Commentarius Litteræ.

Verſ. 8. Orauit itaque Manue Dominum, & ait: Obſecro Domine, vt vir Dei, quem miſiſti, veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus facere de puero, qui naſciturus eſt.

Verſ. 9. Exaudiuitque Dominus deprecantem Manue: & apparuit rurſum Angelus Dei vxori eius ſedenti in agro. Manue autem maritus eius nouerat cum ea. Quæ cùm vidiſſet Angelum.

Verſ. 10. Feſtinauit, & cucurrit ad virum ſuum, nuntiauitque ei dicens: Ecce apparuit mihi, vir quem anteà videram.

4 MAnue felici nuntio in ſpem erectus, virum, à quo mulier hæc prænouerat, videre, & alloqui diſcupiebat, vt penitiùs erudirentur circa pueruli inſtitutionem, ne fortè fœmina terribili, vt ipſa aſſerebat, viſu obturbata, minùs ſtudiosè verba attendiſſet, aut noſſet. Rationabile viri votum gratum Deo fuiſſe comprobauit euentus: Angelus namque iterum ſeſe obtulit mulieri non multum à viro diſtanti; cumque tantiſper expectare obnixè deprecata fuiſſet, ad virum ſuum cucurrit, & adeſſe nuntium manifeſtauit.

Verſ. 11. Qui ſurrexit, & ſecutus eſt vxorem ſuam, veniénſque ad virum dixit ei: Tu es, qui locutus es mulieri? Dixit ei, Ego ſum.

Verſ. 12. Cui Manue: Quando, inquit ſermo tuus fuerit expletus, quid vis faciat puer, aut à quo ſe obſeruare debebit?

Verſ. 13. Dixitque Angelus Domini ad Manue: Ab omnibus, quæ locutus ſum vxori tuæ, abſtineat ſe.

Verſ. 14. Et quidquid ex vinea naſcitur, non comedat: vinum & ſiceram non bibat: nullo veſcatur immundo: & quod ei præcepi, impleat, atque cuſtodiat.

Cùm Manue à muliere didiciſſet adeſſe virum, celeri veſtigio contendit, reuerentiæque exhibitis vrbanè ſignis, rogaui an ipſe eſſet, qui lætum nuntium ad mulierem attulerat, ne ſi alius eſſet, otioſa verba proferret: Septuaginta habent: *Si tu es vir, qui locutus es ad mulierem.* Pagninus: *Num tu es vir*, &c. Vatablus: *Tu ne es vir ille*, &c. Angelus ſe eſſe reſpondit. Ad quem Manue: Quæ erunt nobis, pueroque obſeruanda? Cùm enim non dubitem me ſuſcepturum puerum, deſiderio in eius educatione nullum committere erratum: In Hebræo habetur: *Modò veniet verbum tuum; quod erit iudicium pueri, & opus ſuum?* Vatablus ſic in noua tranſlatione. *Fiat igitur quod dixiſti; ſed quod erit præceptum pueri, & opus eius?* Rogatus Angelus obſeruanda, quæ anteà matri dixerat, edocuit. Illud abſtineat ſe ad vxorem plures referunt. Abulenſis q. 26. ad naſciturum filium, cui non licebat vuas nec agreſtas, vt ipſe ait, paſſaſve comedere. 5 Septuag. Pagnin. Vatabl.

Verſ. 15. Dixitque Manue ad Angelum Domini: Obſecro te, vt acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris.

Verſ. 16. Cui reſpondit Angelus: Si me cogis, non comedam panes tuos, ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino. Et neſciebat Manue quòd Angelus Domini eſſet.

Verſ. 17. Dixitque ad eum: Quod eſt tibi nomen, vt ſi ſermo tuus fuerit expletus, honoremus te.

Verſ. 18. Cui ille reſpondit: Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile?

Cùm Manue vatem crederet, ſeque exhibere officioſum ac gratum deſideraret, conuiuium voluit inſtruere; verùm Angelus quantumuis cogeretur, cibo non vſurum teſtatus eſt; monuit tamen, vt quod in ſui obſequium volebant expendere, Deo litarent, in holocauſtumque offerrent. Quærit Abulenſis q. 30. quomodò Angelus holocauſtum monuit, quando locus ille nec erat ſacrificio aptus, nec offerens etiam idoneus: vtque ab hac difficultate ſe facilè expediat, exiſtimat Angelum ex Dei placito diſpenſaſſe, vt ſæpè cum aliis viris, & prophetis diſpenſatum eſt. Addit q. 31. Manue Sacerdotis munere fungi non veritum: nam cùm haberet virum prophetam, & cœleſtem nuntium, credebat ab eo ſibi iniuncta ex voluntate Dei deſcendere, & promanare. Ergo cum Angelus officium illud gratitudinis recuſaſſet, eius nomen quàm ſolicitè Manue interrogauit, vt ſaltem ſi aliqua opportunitas ſe ſe obtulerit, illum dignis officiis promereri, & eximiũ benefactorẽ quiuerint promulgare. Angelus cũ leni obiurgatione nomen ſibi aſſeruit mirabile, nec facilè diuulgandum. 6 Abulenſ.

Digitized by Google

volunt Interpretes à promiſſis erga puerum mirandis nomen deſumpſiſſe: & quidem Angeli ab officiis actionibuſque nomina ſæpè ſortiuntur. Manue circa prandium inſiſtere otioſum credens, ad conſilium erga holocauſtum opere exequendum ſe comparauit, & quàm citiùs potuit, cùm hœdo, & libaminibus redit.

Verſ. 19. Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & poſuit ſuper petram, offerens Domino, qui facit mirabilia: Ipſe autem & vxor eius intuebantur.

Verſ. 21. Cúmque aſcenderet flamma altaris in cœlum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit. Quod cùm vidiſſent Manue, & vxor eius, proni ceciderant in terram.

Verſ. 21. Et vltra eis non appatuit Angelus Domini. Statimque intellexit Manue Angelum Domini eſſe.

7 Libamenta vocantur quædam veluti ſacrificij auctaria: libamentorũ materia erat farina, oleum, vinum, ſal, thus: quorum duo vltima non taxabantur: tria alia apponebantur cum certa menſura. Sal in omni ſacrificio apponendum erat. Supra petram Angelus poni ſacrificium præcepit: cúmque Manue & eius vxor religioſè ſacrificio attenderent, in aſcendente holocaſto flamma Angelus cœlum verſus æquitauit: quod cùm vidiſſent, humili proſtratione reuerentiam exhibuerunt, ſuam quodammodo inſcitiam culpantes, quod non Angelum; ſed virum habuerint. Aut ſi mauis, ceciderunt proni miro illo ſpectaculo perculſi, & timore correpti. Igitur cum eis vltra non apparuerit, non dubitauit Manue Dei fuiſſe Angelum.

Verſ. 22. Et dixit ad vxorem ſuam: Morte moriemur, quia vidimus Deum.

Verſ. 23. Cui reſpondit mulier: Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtum, & libamenta non ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia: neque ea, quæ ſunt ventura, dixiſſet.

8 Cùm à Deo Moyſi dictum Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet*, animis omnium Iſraëlitarum impreſſum eſſet, exiſtimabant non licere cui cœleſtis forma, & auguſtior mortalibus ſpecies apparuiſſet, cum hominibus exinceps degere, aut inter mortales habitare; ſed morte debere corripi. Ob id Manue, vbi Angelum agnouit, promulgatam legem ſe ſubiturum putauit. Verùm cordata mulier euidenti diſcurſu omnem exterminauit timorem: nam ſi morte ſumus corripiendi, aiebat, quæ nobis denuntiata, nequibunt executioni mandari: ergo cùm non liceat dubitare hæc omnia futura, diſpenſabitur nobiſcum lata ſententia: nec ſolùm ob promiſſa, addebat, debemus animum reſumere; ſed etiam ob accepta à Deo ſacrificia: ſi enim ob amiſſam culpam eius indignationem mereremur, non acceptaſſet holocauſta, quæ ſunt benenoli animi manifeſtiſſima indicia, & propitiati clariſſima teſtimonia.

Verſ. 24. Peperit itaque filium, & vocauit nomen eius Samſon. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus.

Verſ. 25. Cœpitque ſpiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan, inter Saraa, & Eſthaol.

Diuinitus promiſſus filius lucem feliciter vidit, & octaua die iuxta legis præſcriptum circumciſus nomen Samſon accepit. Sunt qui cum Chaldæo legant *Bedan*. Verùm non videtur hoc nomen proprium; ſed quaſi appellatiuum, cum idem ſonet ac filius Dan. An nomen oraculo matri demonſtratum, certum non eſt. Affirmat Chryſoſtomus hom. 18. in Ioan. Innuit Arias Montanus, qui à verbo Hebræo *Samas*, quod ſignificat miniſtrare: vnde Sol dicitur *Semes*, quaſi præcipuus naturæ miniſter, Samſonis nomen deducens ſignificare putat & miniſterium, & gaudium, præſertim publicum & commune: addit nomen Samſon ex vtroque coalitum, vt denotaretur in publicam natum lætitiam, vt qui ad omnium ſalutem egregiam nauarit operam. Quo in loco diuino fuerit ſpiritu agitatus, non tacuit Scriptura, nempe in caſtris Dan: Hebræus loco illius *eſſe cum eo*, legit: *Impellere eum*, id eſt, ab hoc tempore, & hoc in loco cœpit magnos concipere animos, & moliri magna aduerſus Philiſthæos Iſraëlitarum infenſiſſimos inimicos. Cùm conſtet infra 19. Danitas ſibi poſſeſſionem ad inhabitandum perquiſiſſe, ad quod opus erat caſtra diſponere, Manue inter Danitas facilè Princeps, cum filio erat in caſtris, ibique inuenis egregia ſuæ fortitudinis argumenta prodidit, quibus in ſui admirationem Iſraëlitas traxit, & ſpebus magnis impleuit. Inter Saraa & Eſthaol, quæ duæ in ſorte Dan erant ciuitates, tentoria dicuntur ſita; in quibus, vt dictum eſt, iam Samſon aderat, militiam addiſcens aut exercens. 9

§. III.

Nonnulli dum morigeram detrectant obedientiam, luctuoſam ſeruitutis patiuntur ærumnam.

Libertas humanæ naturæ elogium ab omnibus exambitur, & anhelis votis deſideratur: ludit iuuencus iugo expeditus, ingemit, dum profundiori ſulco proſcindit terram illigatus; verùm curandum eſt, ne imprudens libertatis deſiderium grauius attulerit iugum: ouis erronea, quæ aliarum conſortium fugit, vt liberè campis exerret, & quò libuerit, expeditiùs curſitarit, ſi lupi rictus patiatur, non inuenit libertatem; ſed imprudenter maturauit ſibi perniciem: miſerum eſt ipſo medicamento laborare, & ærumnæ vires augere. *Durum eſt*, aiebat Caſſiodorus 7. var. 40. *libertatem liberam non habere; ſed durius ipſa libertate imprudenter libera ſeruitutem ſibi creare*: plures namque dum ſuæ libertati inconſultè patrocinantur, libertati hoſtiliter opponuntur, dumque reſpuunt honeſtam, & laudabilem obedientiam, inhoneſtam incurrunt captiuitatis iniuriam. En populus Iſraëliticus rectoribus parens vtile ſibi ipſi præſtabat obſequium. quandoquidem hoſtilis catenæ ignorabat miſerum iugum; at dum 10 Caſſiod.

demortuis iudicibus, vt suæ adularetur libertati, inaugurare distulit Principem, virulentum, & ferocientem sustinuit hostem: ingemuit seruus, noluit obedire morigerus: *Rursum filij Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis* Coacti sunt hostibus pependisse tributa, dum respuunt superiori pendere obsequia: *Postquam fuerunt sine iudice* scribit Abulensis q.1. *coluerunt idola: nam cùm nullus esset, qui cogeret eos recedere à malo, declinabant mox ad idola: ideò modico tempore post præcedentia accidit ista prauaricatio, & afflictio ab hostibus.* Vt liberiùs viuerent, suisque voluptatibus indulgerent, sustinere detrectabant animitus Principem; at dum renuunt subiici, constat premi: libertate mercati sunt seruitutem, qui obedientia sortirentur libertatem.

Abulens.

11 Ioseph fratribus suis immissum cælitus refert somnium, vt futuri imperij anticipet gaudium, quandoquidem grande erat fratribus commodum, fratrem occupare fastigium; verùm inuidentia adusti renuunt obedire, imò vt sibi iniurium somnium moliuntur sanguine vindicare: *Numquid rex noster eris, aut subiiciemur ditioni tuæ?* Nolunt fratri humanissimo præstitisse obedientiam; sed dum respuunt obedire, coguntur infami iugo ceruices præbere: *Præposuit eis magistros operum* (Pharao) *vt affligerent eos oneribus:* Subnectit textus: *Oderant filios Israel Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur.* Quàm honorabile esset obedire fratri! Quam miserum fuit subiici virulentissimo hosti: frater namque germana illos charitate complexus foueret, digniſque officiis nobilitaret; at hostis insano inflammatus odio, molitus est atterere durissimo iugo: astrorum ad instar resplenderent obedientia, & ad instar de lapide emptorum vilissima reputantur seruitia: vt noueris quàm insipienter homines in se ipsos militauerint, dum cæco libertatis desiderio indignæ seruitutis ceruicem atterunt iugo: *Hos tales*, aiebat Philo lib.1. de vita Mosis, *qui relictis pristinis sedibus in Ægyptum se contulerant, vt eam securè incolerent, tanquam alteram patriam, rex in seruitutem vindicabat, quasi belli iure captiuos, aut emptos de lapide, adigebatque ad opera seruilia.* En quam solicitauerint seruitutem, dum fratrem vendunt, ne amiserint libertatem: hostibus, eisque durissimis, odio flagrantibus coguntur ministeria præstare, dum fratris iugum moliuntur excutere: suo nos exemplo edocuerunt, non semel amitti libertatem, transireque in seruitutem, dum imprudenter suspiratur, & quæritur: noluerunt fratres obsequium exhibere fratri morigero, & coacti sunt durissimo inseruire aduersario.

Gen.37.v.8.

Exod.1.v.11.

Philo.

12 Notabat solito acumine Chrysologus prodigum illum plus sensu, quàm ætate iuuenescentem peperisse sibi durissimam fœdamque seruitutem, dum inhiat imprudenter ad libertatem: paterna in domo degebat patri obediens; sed à seruorum copia veneratione suspectus, & obsequiis honoratus: ille verò libertatis cupidus emancipari se postulat, annuit pater, qui nolebat ditari facultatibus decedentis. Quid tunc? Filius sibi deditus originis infuscauit gloriam, degenerem duxit vitam, & dum viuit libertati, subiacet etiam dedecori: vrgente fame cogitur inseruire, & lutosũ gregem curare: *Adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit illum in villam suam, vt pasceret porcos.* Porcis inseruit, qui noluit patri obedire. Quam alius studebat ministerius paternam domum inhabitans, & in villa ab hominibus exulans! Ibi exhibitum patri obsequium seruorũ sibi præstito recompensabat officio; hìc seruit lutidus & famelicus. Accipe Chrysol. ser.1. *Cupit viuendi libertate gaudere.* Audisti desiderium: desiderij euentum audi: *Ciuem denique in peregrinum filium in mercenarium, in egenum locupletem, liberum mancipio in seruum, iunxit porcis, à patre piissimo quem seruire, vt seruiret cæcoso pecori, qui pietati Sanctæ parere contempsit.* Ecce quid cupiditas libertatis attulerit. Censu exuit, honore priuauit, porcis adiunxit, indigno famulatui subiecit: dum parenti, eique pientissimo honorabile renuit præstare obsequiũ, indignum porcis inseruiendi adigitur ad studium: vt sentiat, quàm amarum, quamque indignum fuerit honestam detrectasse obedientiam, & liberiorem ad speciem ambisse vitam: libertatem à patre seiunctus habebat seruam, qui paterna in domo seruitutem habebat liberam.

Luc. 15. v.15.

Chrysol.

13 Postquam Deus primos parentes ad imaginis dignitatem euexerat, deliciisque innoxiis humanæ cupiditatis terminos prolatans circumcinxerat, legem tulit saluti & virtuti commodam: *Præcepit ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas.* Plura concessit, vt lignum vnum vetaret: ab esu insulso, & superfluo fructum citra modum habenti abstinere iussit, vt quo in pretio esset legislator: obseruatione legis offenderet: facillimum videbatur totius paradisi largitorem vnico ligno anteponere, & gratias benemerenti pomi despectu referre; Adamus verò voluntariæ obedientiæ denegauit fructum, & mortiferum carpsit pomum. *Tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit.* Deus inobedientia commotus paradiso eiecit, & duris agriculturæ doloribus condemnauit: *Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est.* Quam alia esset Adami conditio, si Numini exhiberet obedientiæ fructum, ac fuit, cùm debitum denegauit obsequium. Rerum concessarum exundaret affluentia, paradisæis fruereturdiutiis; at dum detrectat obedire, cogitur non sine sudore, & gemitibus terram vertere. Quod expendens Tertullianus lib. de pallio cap. 3. sic aiebat: *Cùm de originis loco exterminat, quippe deliquerat, pellitus orbi, vt metallo datur.* Vernulæ ad instar pro temporario pane laborat sordidus, & pellitus, qui honorabili obsequio & cruciatus vitasset ærumnas, & paradisæas possideret delicias: de domino transiuit in seruum, de opulento in inopem, de felici in miserum, dum parere contempsit, ac caram sibi libertatem quæsiuit. E contra videas accidisse his, qui inseruire mundo contempserunt, & honestè transfugæ in virtutis castra se receptarunt.

Gen.2.v.16.

Gen.3.v.6.

Tertull.

14 Vir Ægyptius Amalecitæ seruus, dum sarcinis prægrauatur, dum pedes equi velocitatem æmulari cogitur, ægrotus languet, & derelictus morte ferè oppetit; ea tamen eius sors fuit, vt inuentus à Dauidis ministris ad ipsum fuerit allatus; ibi collectis viribus, resumptoque spiritu antiquum dominum deierauit, & obsequi Dauidi promisit: *Iura mihi per Deum, quòd non occidas me, & non tradas me in manus Domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei Dauid. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant.* Diuus Gregorius

1.Reg.30. v.15.

lib.5.

Digitized by Google

lib. 5. moral. cap. 29. mire expendit, quàm alia fuerit huius Ægyptij fortuna, dum Dauidi obtequitur aut Amalecitæ ſeruituti dicatur. Amalecitæ ſeruus grauiſſimis oneribus teritur, inedia conficitur, deſpectu angitur; at Dauidis partem ſecutus, dux efficitur, & dignis honoribus muneratur. Gregorium audi: Gregor. *Qui Amalecitam ſequi non voluit, dux Dauid efficitur: quia is, quem indignum mundus deſeruit, non ſolùm conuerſus in ſuam mentem Dominum recipit, ſed prædicando hunc etiam uſque ad aliena corda perducit.* En apud Dauid fulget primus & honoratus, qui apud ſæculum deſpectus iacebat, & vltimus: nam vt inobedientia Adamum traxit e Paradiſo ad agreſte ſolum; ſic virtus ex agreſti ſolo hominem transfert in Paradiſum, vt acquirat honorabili obſequio, quod indigno amiſit ſeruitio.

§. IV.

Oratio eſt naturæ ſupplementum, ægritudinum myrothecium, fœlicitatiſque promptuarium.

15 ORatio eſt nobilis officina, vbi redintegratur natura, vbi ſupplentur defectus, & quadam veluti omnipotenti manu creatur ſalus. Petri oratio claudo procudit pedes, & qui in naturæ officina mutilus, oratione eſt inſtauratus. Seleucienſ. *Orationis appendix*, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 21. *erat claudi curatio, & captus ad orationem curſus iacenti claudo inopinatum curſum attulit.* Oratio reſculpſit pedes, & naturam integrandi oſtendit Petrus artificium, dum deſidioſum preces fundere edocuit claudum. Actor. 3. v. 5. *Reſpice in nos*, id eſt, à nobis pete non pecuniam; ſed ſanitatem, quandoquidem oratio naturæ ſupplebit defectum, & inopinum tibi creabit curſum: *Ne pecuniam quæſieris*, addit Baſilius Petri nomine, *quam dare non habeo; roga malis exolui.* Ecce pro obolo tulit mendicus pedes, pro pane temporario naturæ accepit ſupplementum, & lingua profudit pedibus curſum: eſt namque oratio omnipotentiæ Vicaria, & dum accedit ſupplex, vires ſugit, quibus deſiderata perficiat, & naturæ defectum abigat. Huius veritatis teſtis eſt Manue, qui cùm ob vxoris ſterilitatem filios non ſuſcepiſſet, recurrit ad orationem, cuius merito & natura reflormit fœcunda, & digno precibus fructu nobilitata. *Erat quidam vir de Saraa, & de ſtirpe Dan nomine Manue, habens vxorem ſterilem, cui appæruit Angelus Domini.* Inuolaſſe Angelum oratione aſcitum tradit Ioſephus lib. 5. antiquit. Ioſeph. cap. 10. in hunc modum: *Manoches quidam vir inter Danitas optimus, patriæ ſuæ ſine controuerſia Princeps vxorem habuit exuuia pulchritudine ſuſpiciendam ſupra omnes eius ætatis fœminas, ex qua cùm nihil liberorum ſuſciperet, ægrè ferens orbitatem, in ſuburbanum ſuum, quod erat in campo magno, cum vxore veniitans crebris precibus ſolicitabat Deum, vt daret ſibi liberos:* Non fuit caſſa ſolicitudo: obtinuit namque prece, quod denegarat natura ſterilitate: rore cœleſti irrigata viſcera floruerunt ad generationem, & quem patiebantur defectum, honeſtum orationis depulit artificium: de precum myrothecio ſterilitas eſt depulſa, & natura redintegrata.

16 Stabat contra Iſraëlitarum phalangas carnea illa turris minas ingeminans, & ad duellum Iſraëlitarum optimum pronocans: cúmque nullus è toto exercitu tatis probaretur, etsèrque Iſraël in expectatione ſeruitij, tunc gratia de repentè Dauidem producit, qui ad le certaminis prouocationem rapiat; verùm Saül ingens periculum obiectat, Aduerſarium immodicis conſtare viribus exaggerat; imò gigas ipſe videns puerum pugnæ amore incentum, in riſum effutus eſt; verùm Dauid ad orationis armamentarium recurrens inuictas vires mutuatur, & hoſtem triumphi non dubius aggreditur: *Tu venis ad me cum gladio & haſta, & clypeo; ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti hodie, & dabit te Dominus in manu mea.* Non ignorabat Dauid hoſtem eum viribus ſuperare, armis longiſſimè excedere; verùm ſciebat etiam religioſam feruidamque orationem naturæ eſſe ſupplementum, & virium armamentarium. Ergo ad orationis confugit patrocinium de hoſte reportaturus trophæum. Opportunè Chryſoſtomus homil. de Dauid & Goliat: *Tu venis ad me fidens in gladio; ego in Deo: tu in clypeo, ego in prece.* Chryſol. Vbi oratio pro armis erat, Dauidi artiſit triumphus, & debellatus eſt aduerſarius. Non ſuppetebant Dauidi arma, robuſta adeò non erant membra; à precibus collegit robur, & orat o adiecit, quod natura denegauit, vt compertum fuerit pro clypeo, pro haſta, pro viribus eſſe orationem, nec quiſquam exinceps queat ſuam imbecillitatem cauſari, quando obuium eſt vires ab oratione reſumere. 1. Reg. 17. v. 45.

Cùm iunior Tobias domum repeteret, Raphael monet vt ſtatim ac domum fuerit ingreſſus tempus in adorando Numine ponat, & orationi lucrosè impendat: additque poſt orationem patris felle liniendos, à cæcitateque liberandos: *Dixit Raphael ad Tobiam: At tu introieris domum tuam, ſtatim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei accede ad patrem tuum, & oſculare eum; ſtatimque lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis, quod portas tecum: ſciat enim, quoniam aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudebit:* Si Raphael Dei eſt medicina, cur ipſe non linit oculos? Ad hæc cur priùs non iubeat oculos linire, quàm gratias agere? Certè beneficium videtur obſcuraſſe, dum probatur diſtuliſſe. Imò, inquit Stephanus in allegor. Tilmani, vt beneficium acceleret, orationi incumbendum conſulit: ea eſt orationis efficacia ad cæcitatem depellendam, ſanitatemque reſtaurandam, vt præ ipſa Angelica manu lingua conducat orantis, & deuotas preces fundentis: Raphael Dei eſt medicina, & Dei etiam medicina eſt oratio; ſed quia nouit ad detergendam mentis cæcitatem; imò ad corporis ægritudinem orationis efficaciam, hanc ſalutis ſtudioſus iuſſit adhiberi medelam: *Priùs iubet orare*, inquit Stephanus, *quàm det medicinam.* Stephan. Fuſis precibus viſus eſt reſtitutus, & fortè ni de orationis myrothecio hæc prodiret medicina, diu cæcitatis perſeuerarit offenſa. Tobiæ 11. v. 7.

18 Dives ille de blando lecto tranſlatus ad tumulum, de potu ſitim, de indigerie ad famem, oculos leuauit, & miſericordiam ab Abrahamo petiit: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flamma.* Chryſologus quo pollet acumine, hanc teſtatur Dominum parabolam induxiſſe, qua manifeſtè probaret nullam adeuntibus inferos ſpem leuaminis remanſuram; ſed fore miſeriam ſemper æternam Chryſologum audi Luc. 16. v. 24.

serm. 66. *Istinc inanis est clamor. Audi Prophetam dicentem: In inferno autem quis confitebitur tibi? In inferno quis misericordiæ locus? In tormentis quæ spes venia? & in hora sententiæ tempus indulgentiæ quis*
Chrysol. *requirit?* Profundum sanè Chrysologi ingenium! Infernum omni spe carere, leuamine omni priuari, nulli dubium est; verùm si in quæstionem res certissima adeò vocetur, vnde intellectus conuincitur? Iam respondet: *Istinc inanis est clamor.* Ac si dicat: si infernus aliquod leuamen admitteret, clamore ad cœlum misso obtinendum erat. Ergo cùm clamor non obtinuerit, certum est omni carere remedio, omnique subsidio. Sed dices: clamorem hunc solùm fuisse vmbratilem, voce sola vestitum, non pietate aut deuotione fundatum. Non inficior: apud infernicolas namque virtus nulla; ea tamen orationis est vis, vt dum petitio non assequitur calamitati remedium, ut remediabile probauerit infortunium.

19 Elias ille magnus Iezabel idololatriæ furore delirantis minas eludit, & celeri pede per inuia desertorum contendit, cúmque iam itinere fessus ac labore defatigatus viæ insistere non posset, ad
3. Reg. 19. v. 4. orationem recurrit: *Sufficit mihi Domine. Tolle animam meam: nec enim melior sum, quam Patres mei: protecitque se, & obdormiuit in vmbra iuniperi.* Profectò à se ipso diffidere videtur: si viam carpit anxius, quomodò requieuit securus? Certè Salomonis lectum ambiunt sexaginta fortes propter timores nocturnos, & Elias ab Aduersariis quæsitus somnos capit placidos? Quo fidit? oratione profectò: dum orat, iam scutum opponit hosti, & iam se committit Numini. Huc vo-
Ambros. co quod aiebat Ambrosius in Psal. 38. *Bonum scutum infirmitatis oratio: tu ora, & Dominus te protegit.* Oratione protectus potuit dormire, & captiosas fœminæ insidias frustrare: pro scuto namque inexpugnabili fuit oratio, & oranti adstitit Angelus, non accessit inimicus.

20 Obstupefacta est manus, quam in Domini Prophetam impius Rex miserat: & quidem qui in Deo sacrata audent, sibi cæcissimè inuident, verùm qui cæcus salutem amiserat, iam ægritudine reluminatus nititur recuperare, & ad orationis
3. Reg. 13. v. 6. myrothecium recurrit: *Deprecare faciem Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Oranitque vir Dei faciem Domini, & reuersa est manus regis ad eum, & facta est, sicut prius fuerat.* Quàm prudenter ad orationis confugit medicinam, & quàm facilè Propheta, dum Deum orat, amissam redintegrat dexteram. Ecce oratio fuit sanitatis promptuarium, salubris succi myro-
Ambros. thecium, calamitatis exilium. Adest Ambrosius lib. 2. de Virgin. & apud Gloss. *Ieroboam dextera, quam extendit, arnit, nec sua ei, quæ inuocabat, idola profuerunt. Deinde conuersus ad Dominum rogauit veniam, statimque manus quæ arnerat sacrilegio, sanata est religione.* Sibi brachij potentiam inuentus est decurtare, dum contra ius molitur extendere: Religione sibi salutem inuenit, inseruiendo idolis amisit: non potuit integra constare potestas, quæ æquitati aduersabatur iniuria; at orationis restituta est medicamento, quæ audaci sceleris arnerat delicto; vt noueris quam sit oratio fœcunda salutis vena, & calamitatis repulsa.

§. V.

Hominum fugiat consortium, qui Deo dignum exambit præferre fructum.

HOminum conuersatio sensim eneruat virtutem, & culta ab aliis malitia exhalat halitum virtuti semper aduersum: vnum luxuriæ, ambitionis, auaritiæque exemplum tacitè persuadet: & sine voce efficaciter edocet. Serpit malitia, & amentiam propagat, aut denuo creat. *Solitudinem quærit*, aiebat Pub. Mimus, *qui vult cum innocentibus viuere*; imò & qui Deo dignum exambit fructum proferre. Qui turbam rerum, hominumque vitat, Deo sibique vacat, & dum virtutem excolit, Deo acceptus reformat naturam, & opportunam impetrat defectui medelam. Forsitan vulneri adhibebitur aliquando medicina; sed inter ægrotos, pestiferoque morbo corruptos tetris vaporibus impeditur; imò infirmitas adaugetur. *Initium morbi est*, inquit Seneca de tran-
Seneca. quillit. cap. 7. *ægris sana miscere.* Solitudo, & ab hominum commercio recessus hominem reiculpit, redintegrat, & defectibus repurgatum virtuti tradit. Hanc veritatem comprobat Manue, inter Danitas tum origine, tum imperio Princeps, qui dum hominum non fugit consortium, sterilitatis expertus est damnum; at dum sibi, Deoque vacat vtiliter exul, naturam reformat, & à Domino filium impetrat: *Erat quidem vir de Saraa, & de stirpe Dan nomine Manue habens vxorem sterilem, cui apparuit Angelus Domini.* Quo apparuerit loco, quærunt Interpretes; Iosephus 5.
Iosephus. antiquit. capite 10. apparuisse putat in suburbio, vbi vterque coniux vitam agebat omni strepitu liberam, & orationi dicatam: Iosephum audi: *Manoches quidam, vir inter Danitas optimus, patria sua sine controuersia Princeps vxorem habuit eximia pulchritudine sufficiendam supra omnes eius ætatis fœminas, ex qua cum nihil liberorum susciperet, ægrè ferens orbitatem, in suburbanum suum, quod erat in campo magno, cum vxore ventitans crebris precibus solicitabat Deum, vt daret sibi liberos.* Dum expeditè vacat precibus, exundat & fructibus, qui variis in vrbe occupationibus districtus, & negotiis interpellatus sterilitatis patiebatur iniuriam, & orbitatis sustinebat miseriam: vt noueris, si nobilitati discupis fructibus, tibi Deoque vacando latitare recessibus.

Sponsus sponsæ fœcunditatem commendans 22
captis contulit, & geminatis fructibus diuitatem
Cant. 4. v. 2. asserit: *Capilli tui sicut greges caprarum; quæ ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* In recessibus, in montibus degens capra fructibus exundat opimis, conceptum iterat, & geminas sæpè parit; ergo sponsa dum ingenium caprarum imitatur, ab hominum conspectu semota, inuenitur geminatis fructibus diuitata: *Sterilis*, inquit, *non est inter eas.* Inter quas? Inter ascendentes de monte ad montem, inter de lauacro ad recessus properantes, inter has non est sterilis: fortè esset, si in vrbe degerent, si inter aulicos habitarent: ibi namque non candicantibus fœtibus, Deoque dignis resplenderent capræ fœcundæ; sed fructibus, qui iram Numinis

prouocarent,

Digitized by Google

Ambroſ. pronocarent, ditatæ. Adeſt Ambroſius in collectis: *Spectantur à Paſtoribus ſuis dumoſa de rupe pendentes, vbi luporum incurſus eſſe non poſſunt, vbi fœcundæ arbores fructum integrum ſubminiſtrant. Cernere licet vberi lacte diſtentas ſuper teneram ſobolem materna pietate ſolicitas.* Vberrimum hic fœtus Deo dignos in receſſibus nutrit, & virtutibus conſpicuos alit: *Pleraque ciuitates,* Philo. aiebat Philo lib. de Decalogo, *vix dici poteſt quàm referta ſint vitiis, ſiue ſpes impietatem erga Numen cœleſte nefariam, ſiue mutuas iniurias hominum: nihil enim in his non depranatur.* In ciuitatibus hominumque frequentia dolus floret, fraus viget, & prauitatis certamen eſt: vnde quicumque copioſis integriſque honeſtatis fructibus Numinis ibi gratiam promereri exambit, quantum poteſt, ab hominum conſortio recedit.

23 Sæpè apud me expendebam, quod Dauidi accidit. In aula degebat, cúmque Philiſthæi prælium aduerſus Iſraelitas adornarent, Saülque delectum cogeret, in campumque contra inimicum prodiret, Dauid repetiuit mapalia, séque contulit in deſerta. *Abiit Dauid, & reuerſus eſt* 1. Reg. 17. v. 15. *à Saül, vt paſceret gregem Patris ſui in Bethlehem.* Dum ouium ageret curam, Philiſthæus populum ad duellum lacéſſebat; & ſacrilega lingua inſultabat: eo tempore iterum Dauid à mapalibus aduentat, & hoſtis audaciam lapide infixo caſtigat: *Surrexit itaque Dauid mane, & commendauit gregem cuſtodi, & onuſtus abiit, ſicut præceperat ei Iſai.* Si Dauid ſeruitutis iugum erat depulſurus, ſi dum procedebatur in bellum, inter aulicos commorabatur, quid teratur tempus in eundo, & redeundo è mapalibus? Pergat cum fratribus in campum, militem agat, quando conſtat eximia fortitudine ornari, & in ipſum Dæmonem præualere. Hæc ſane non caſu; ſed diuino contigerunt impulſu: ad magna facinora electus petit ſolitudinem, vt ibi robur, quod fortaſſe aulicorum conuictus extenuauerat, recolligeret, hoſtémque detriumpharet: Dauid, dum verſaretur in aula, telum fruſtratus eſt; aſt ſolitudinis cultor hoſtem deuicit, & populum liberauit: ab humanis ſemotus aſpectibus triumphum tulit virtute dignum, Deo acceptum, hominibus commodum. Huc Baſil. voco quod aiebat Baſilius Seleucienſis orat. 15. *Sectum caput cum ſectore gladio victoriæ parenti donum offert, & cùm quæ demeterat, Deo offert, ei victoriam arrogat.* Subnectit: *Tales animas legere nouit gratia: quare & cura gregis diſtentum vocauit ad regnum.* In ſolitudine tunc gregis ſtudio occupatum vocauit ad triumphum, & ſolitudinis amator gigantis caput Deo obtulit fructum: vt diſcamus quàm oporteat ad acquirendum nobis cœleſte regnum hominum declinare conſortium, quamque conducat animum in ſolitudine cœleſtibus præmunire, vt poſſimus præmium de hoſtibus truculentiſſimis reportare.

24 Magna eximiaque virtutis facinora Abrahamus Deo obſequentiſſimus perfecit: hoſtes vicit; Lotum reduxit, patriam generosè ſpreuit, larémque ſibi dulciſſimos dereliquit; verùm cùm admirandum illud filij ſacrificium peracturus eſſet, in montem propero greſſu contendere præcipitur, & diſtare longè ab hominum conſortio iubetur: *Tolle filium tuum vnigenitum,* Geneſ. 22. v. 2. *quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.* Cum omnia in ſacra Scriptura myſteriis inuoluantur grauida, non erit abs re inquirere, cur ſatis non fuerit filium domi ſactis ignibus tradere, & ad olympum fragrantiſſimum ſacrificij odorem tranſmittere. Quid neceſſum erat, annoſum ſenem gradum per montium prærupta promouere, & trium dierum itinere fatigari? Fallar, ni quod ad ſpeciem, laboris videtur auctarium; non fuerit delinimentum: eximia virtutis opera in hominum frequentia difficiliùs perpetrantur, ſolitudinis ope, deſertorum auxilio commodius & facilius perficiuntur. Ergo Deus dum eximium virtutis opus iniunxit, ab hominum aſpectu ſemouit: veritus, ſi fas eſt dicere, ne de aſpectu enorme aliquod pateretur conſtantia falcinum, neue peſtis aliqua ab hominum conſortio exhalata fortitudinem euigoraret, ne teterrimus vanitatis fumus oculis vilum auferret. Hebræus textus habet: *Vade tibi ad* Hebræus. *terram Moriia*, quod interpretatus Caietanus Caietan. ait: *Vade tibi, hoc eſt ad bonum tuum: vt confideret Abraham Deo dicenti quòd haberet hoc ei ad proprium bonum.* Contonat Zeno Veronenſis Zeno. ſerm. 1. de Abraham. *Denique implere ſacrificium, ne mora faciat peccatum, neceſſariis ſacramentis protinus præparatur: aſcenditur in montem.* Vt eſſet ſacrificium plenum, & vndequaque perfectum, in montem aſcenditur: ibi namque ipſa ſolitudo, & ab hominibus receſſus animos fouebant, & ad iugulum Deo gratum dexteram piè audentem armabant. Dum in montem aſcendere iubetur, quàm oporteat receſſus magna virtutis opera abſoluturos innuitur. Vel ſeruulos, quos ſecum duxerat, ad montis radices iuſſit Abrahamus conſidere, ne ſi adeſſent, ſacrificium impedirent: nunquam deeſt in hominum frequentia, qui ad virtutem properantem detineat, qui pietatis ſpecie commoditatis cauſam agat, qui virtuti tempus præcidat. In monte Abrahamus plenè Deo mentem dicat, & filium aris impoſitum ſine detrimento ſacrat.

Sponſa ſponſi amore flagrans ſe foras quæſitura proripuit; ſed dum anxia quærit, à cuſtodibus 25 Cantic 5. percutitur, & nudatur: *Inuenerunt me cuſtodes, qui* v. 7. *circumeunt ciuitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum.* Alibi deliciis plena incedit, quin rapaces manus ſuſtineat: *Quæ eſt iſta* Cant. 8. v. 5. *quæ aſcendit de deſerto deliciis affluens?* Et cur modò deliciis non expolietur, ſi pallio alibi denudatur? Pro locorum certè diuerſitate varius fuit euentus: in ciuitate dum quærit, impeditur, & inflictis vulneribus detinetur; at dum ab hominum diſtat conſpectu, non iam in terra pedibus graditur, ſed ſe ſupra ſe eleuans aſcendit integris deliciis, omniſque rapinæ ignaris. Innuit Ambroſius in collectis: Ambroſ. *Mirantur ex iſto confragoſo, ſcopuloſoque deſerto, ex loco, inquam arido, & inculto aliquam aſcendere poſſe animam ad illas florulentas delectationes.* Ex ſolitudine eis anima deliciis affluens aſcendit, vt in admirationem vel ipſos Angelos traxerit: & quæ in ciuitate nuda, quæ inter homines degens vulnerata, ex confragoſo deſertoque loco deliciis aſcendit plena, vt noueris quàm inter homines virtuti nocere ſoleat conuictus, & quam interſit receſſus.

§. VI.

§. VI.

Filij orationibus à Deo impetrati ferè ſemper & dotibus ſunt conſpicui.

16 Caſſiod. PRoposium regale eſt, aiebat Theodahadus 4. var. 41. *preſſis labe fortuna pietatis remedio ſubuenire, & acerbos caſus iniuriæ meliori ſorte mutare.* Dum ſors regali benignitate mutatur, vincit benignitas infortunium, & futurum promittit gaudium: vnde aliquando infauſta ſors amplioris eſſe ſolet fortunæ illicium, dum regalis pietas grandius ipſa calamitate architectatur remedium. Quæ læſionem non patitur miſeris inhærere, cumulationibus cogitat benignitas beneficiis ornare: vnde vt cithara verti ſolet in luctum, ita luctus tranſit in gaudium. Ad hæc: qui naturæ vi producuntur filij, dubium adhuc parentum tenent deſiderium, dum futuri euentus procuratur auſpicium; quos verò Numinis benignitas natura refragante conceſſit, eximiis dotibus auget, & omnem dubitationis anxietatem depellit. Ecce Samſon dum cœli fauore concipitur, & ſolis nomine decoratur: *Apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & abſque liberis; ſed concipies, & paries filium.* Quem filium? Samſonem equidem, qui Sol eorum interpretatur: nec enim poterat ad inſtar ſolis non lucere, quem conſtabat ſpeciali fauore Numinis generari: *Samſon interpretatur Sol eorum*, ſcribit Iſidor. Iſidorus in Iudices cap. 8. *& de Chriſto dictum eſt per Prophetam: Orietur vobis Sol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.* Fœlix ſterilitas, quæ cœleſti fauore fœcundata ſolem parturiuit, & omnium ſanitatem Abulenſ. lactauit. Annuit Abulenſis quæſt. 5. *Deſcripſit ſcriptura quòd mater huius erat ſterilis, vt deſcriberatur quòd iſte non conditione naturæ; ſed Dei munere genitus eſt, & ex hoc colligi poterat, quòd robur eius admirabile.* Vt gratia puerum finxit, ſic ſuam dotibus fuiſſe progeniem oſtendit: vt eximium adeò virum produceret, ſterilis inueniebatur natura; ſed fœcundiſſima gratia. Meliori fortè ſterilitatem Numen mutauit, quando quod nequibat naturæ vitibus generari, gratiæ auxilio valuit produci. Iam ſi per amplos ſcripturarum campos decurras, inuenies filios à Deo ſpeciali fauore parentibus dilargitos eximiis luxiſſe frequenter virtutibus exornatos: nec enim nouit gratia admouere operi manum, & maculis producere obſcurum.

17 Racheli naſcitur filius, quæ dum ſenſit à Deo ablatum ſterilitatis probrum, filium nominauit augmentum, quandoquidem eſſe debuit augmentum fœlicitatis, quem ſpecialiter conceſſerat fauor Gen. 30. v. 24. Numinis: *Concepit, & peperit filium dicens: Abſtulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioſeph.* Ioſeph caſtitatis reſplenduit decus, parentum gaudium, fœlicitatis augmentum, vt ipſis operibus extitiſſe Dei proderetur beneficium: alioquin non abſtuliſſet; ſed incrementaſſet opAbulenſ. probrium. Notauit iam datus Abulenſis: *Quando Deus aliquid ſpecialiter vult producere, producere debet ad aliquem ſpecialem finem: quia alioquin fruſtra eſſet aliquid fieri vltra id, quod natura facit.* Adnectit opportunè. *Secundò patet per exemplum quod conſiderando omnes, qui geniti ſunt ex matribus ſterilibus, reperimus in eis aliquid admirabile.* Non eſſet fauor luctus incrementaſſe materiam, & generi pro beneficio conferre iniuriam. Ergo cùm Deus precibus inclinatus leges ſupergreditur naturæ, filios donat virtutis laudem, & gratiæ prolem. Non dubito poſſe filium à Deo datum obſcuris moribus defœdari, vt qui libero vtatur arbitrio; ſic tamen ſpecialiter conceſſos regere ſolitat prouidentia, vt virtutum fulgeant elogio, & parentum naſcantur gaudio.

Apud Abrahamum refrigerat Deus, vt qui tot 18 peregrinationibus non fuerat adeptus filium, eleemoſyna conſequenter Iſaacum. Hoſpitij mercedem obtulit, naturæ ſcilicet fœcunditatem, & Sara ipſa promiſſione iam ridet, & gaudet: *Reuertens* Gen. 18. *veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua*: filium promittit riſum patribus futurum; nec enim eleemoſynis & virtutibus impetratus eſſe potuit mœrori, ſed riſui. Fas non eſſet pro beneficio patribus attuliſſe tormentum, & naturæ leges infringere, quo parentes grauiorem ſterilitate dolorem cogerentur ſuſtinere. Ergò Iſaacus, dum cœleſtis benignitatis naſcitur legitima proles, virtutum inuenitur Theſaurus, & progenitorum decus: *Quia veriſque ætas ademerat* Zeno. *ſpem ſobolis*, ſcribit Zeno Veronenſis ſerm. 1. de Abraham, *ſignus ſuccidaneum meruerunt. Sic meruit fides, quod ademerat tempus, extorſit credulitas, quod natura denegauerat. Abraham Patriarcha noſter exploratus à Deo, in ſenectute ſuſcepit vnicum filium; nihil tamen ſolicitum Patri.* Si filius nullo priuilegio exortus Patri forſitan anxiam afferret ſolicitudinem, fors iudicium teneret ſuſpenſum, animum forſan vrgeret anxium; at dum gratia interuenit, Abrahamus riſum ſuſcipit, & ſolicitudinem neſcit: non hærebat anceps circa pueri ingenium amor, nec fore dubitabat gaudium, quem impetrauerat meritum: *A Deo in ſenectute ſuſcepit vnicum filium nihil tamen ſolicitum Patri.* Gratiarum Iſaac manibus videbatur efformatus, dum effœta natura editus: nam ferè ſemper filij orationibus aut lachrymis impetrati, virtutibus reſplenduerunt conſpicui.

Cùm Eliſæus frequenter per Suſan tranſiret, 19 pia mulier illum tenuit, vt panem comederet, vtque virtus ad virtutem gradus eſt, quæ priùs inuitarat ad prandium, iam Prophetæ domi ſuæ opportunum paranit hoſpitium. Eliſæus mulieris pietatem demiratus filio precibus impetrato beneficia compenſat; verùm cum ſibi iam mater plauderet, & filium gremio foueret, mors inopina abſtulit puerum, & matrem repleuit luctu; illa verò Prophetam adiens ſe quæritur falſam, prorſuſque deluſam. *Numquid petiui filium à Domino meo?* 4. Reg. 4. v. 28. *Numquid non dixi tibi: Ne illudas mihi?* Et cur ſe illuſam quæratur, quæ ſterilitate depulſa filium ſuſcepit, & innutriuit? Quia filius, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 10. plus peccatorum peſte, quàm violentia infirmitatis iacebat, etſi figuratè abſumptus. Ipſum audi. *Erat mortuus vi peccatorum.* Cùm ergo filij eleemoſynis impetrati, & orationibus geniti ſpeciale beneficium ſoleant morum elegantia conteſtari, & concinnitate actionum oſtendere, iure deluſam ſe quæritur mater, vt quæ acceperit filium origini non reſpondentem; ſed operibus refragantem. *Numquid non dixi tibi: ne illudas mihi?* Adeò fuit efficax parentis quærela, vt ſeipſum cadaueri inſternens membra omnia ad meliorem vſum Propheta traduxerit, ne filius orationum dubitaretur progenies, eleemoſynarumque proles: *Omnes artus poſteà*, addit Baſilius, *ſanctificati ſunt,* Baſil. *& ad vſum meliorem traduxit: os quidem defluxum dicere:*

cere, Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Oculi Dei laudem didicerunt: Oculi omnium in te ſperant, & tu das eſcam illorum in tempore opportuno. Manus ad Dominum ſuum expanſa benedicunt ei noctu. Vbi filius virtutum concinnitate eluxit, integrè fœlicitérque ſuam Eliſæus promiſſionem abſoluit: nec enim parentes fœcunditatis gloria honoraſſet, ſi tormentum duriſſimum adieciſſet, filium videlicet virtutibus non ornatum; ſed moribus depranatis obſcurum.

30 Anna ab æmula ſtimulata, & amaritudine plena nan recurrit ad probra; ſed confugit ad orationis ſubſidia: oratio reformauit naturam, & quæ ſterilis maritata, oratione gaudet fœcunda: filium Domino commodauit, & filius ea virtutum claritate reſplenduit, vt diuinum mereretur alloquium: 1. Reg. 3. v. 3. *Samuël dormiebat in templo Domini, vbi erat arca Dei: & vocauit Dominus Samuël: Qui reſpondens ait: Ecce ego.* Quam exprompte obediuit vocatus, quàm inuentus eſt Dei allocutione dignus! Natus eſt matris gaudium, qui conceptus fuerat lamentum: lamentis & orationibus genitus fuit progenitorum ornatus: 1. Reg. 2. v. 1. *Exultauit*, inquit mater, *cor meum in Domino.* Exultat, & gaudet, & ſe filium Gregor. promeruiſſe triumphat. Opportunè Gregorius ad caput 2. libri 1. Regum: *Lætitia ſua finem indicat, vt cauſam pariter exultationis eiuſdem oſtendat.* Sterilis quidem fleuit; ſed fœcundata cælitus exultauit: fletus peperit gaudium, vt ſolet parentibus generari pro filio fletus.

§. VII.

Vbi nobis Deus noſtra ſugillat errata, ad impertienda adſtringitur beneficia.

31 DEus inexhauſtus liberalitatis fons nullis ſuam limitibus beneficentiam includit, imò diuinæ bonitatis delatus imber poſterioribus donis nobiliter obſcurat priora, incrementatque beneficia: parturientis ſubit dolores, ſi munificentiæ ſuæ claulum penes ſe Theſaurum noſtris erratis continere cogatur, repagulíſque obiectis frænetur: vtque diues aquarum ſcaturigo, dum fluere impeditur, rimulas quærit, & fluere omnibus modis exambit, quò poſſit vndis exonerari, & incrementa campis afferre; ita Deus quæ noſtra obſiſtunt errata, ſolet carpere, vt dum agnitione pœnitudineque delentur, aut inaurantur, expeditus maneat munificentiæ excurſus, & tortens beneficiorum Seleucienſ. deferatur inexhauſtus: *Velut parturiens*, aiebat Seleucienſis Baſilius orat. 2. *magnificentia ſua munera, & habere clauſum penès ſe Theſaurum impotens, non eſt contentus prioribus, neque rebus antè dilargitis dona ſua circumſcribit.* Ingeniosè Dei munificentiam parturienti comparauit: nam vt mulier, dum parturit, acutiſſimis dolorum ictibus adurgetur, quibus edito fœtu leuatur, ita Deus dum munificentiæ ſuæ dona in homines non effundit, dolet impeditus, & quodammodò acutiſſimis vrgetur doloribus lancinatus. Hinc, vt dicebam, noſtros nobis ſolet inculcare defectus, quò dum humiliter agnoſcimus, pœnitudineque delemus viam eius munificentiæ aperiamus, & ſi fas eſt dicere, doloribus liberemus. Ecce Dei nuntius Samſonis matri ſterilitatem ſemel & iterum ſugillauit: nam, vt omnia in figura illis contingebant, cùm filiorum orbitas virtutum infœcunditatem deſignarit, medelam orbitati inculcatione prouidit: *Apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & abſque liberis.* Cùm ſterilitas ſit filiorum carentia, cui videatur ſuperfluum ſterilem aſſeruiſſe, & carere liberis inculcaſſe: cur ergo Angelus repetito defectu mœrentem angat, & nouo mœrore impleat? Sanè vt ipſa humili defectus agnitione aptam ſe beneficiis reddiderit, donilque accipiendis aptauerit: ipſa exprobratio futuri beneficij indubium erat auſpicium, quandoquidem Deus nunquam defectum inculcat ad mœrorem ſolummodo creandum; ſed ad triſtitiæ cauſis medendum. Indicat A- Abulenſ. bulenſis quæſt. 7. *Dicebantur iſta ad probandum verum eſſe, quod prædicebat de filio naſciturο: ac ſi diceret: Ego pranuntio tibi quòd paries filium, & ad hoc quod credas, dico tibi quod tu es ſterilis, & nunquam peperiſti.* Defectum illi obiecit, ſterilitatem exprobrauit; verùm ipſa exprobratio futuræ fœcunditatis fuit pignus, quandoquidem Deus noſtros defectus carpens non intendit ſolùm affligere; ſed de afflictione afflictionis cauſas leuare, vt mulier de futura fœcunditate non dubitauerit, & ſterilitatem obiecit, & carere fructibus exprobrauit.

Chananææ filia malè à Dæmone diuexata do- 32
lore incredibili ſauciabatur: matri erat filia ſpectaculum morte acerbius, & durius: Aduerſarius namque Dæmon hoſtiſque inuiſus contra puellam prodibat in aciem, & infœliciter victor domo cogebat exilire, vrbem peruagari, nudare comam, in altum manus ſubrigere, & oculos diſtorquere; verum Chriſtus Dominus inuolat, vt ingentem calamitatem in lætitiæ materiam vertat: mater ad Domini veſtigia prouoluta dolorem exertis clamoribus manifeſtat: *Miſerere mei, Domine fili Da-* Matth. 15. *uid: filia mea malè à Dæmonio vexatur*; ſed Domi- v. 22. nus arcano ſilentio ad clamores ingeminandos ſilentio prouocabat, & ad vulnus iterum detegendum cogebat. Quid tunc? Mulier ad pedes obuoluta gratias agit; quia dum canis audit, ſalutem ſibi promittit: *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Et cur Chananæa ſibi iam de impetranda ſalute plaudit, & beneficium indubiè credit? Quia nouit, ſcribit Baſilius Seleucienſis orat. 20. nunquam Deum inculcare nobis vitia, vt ſolùm affligat; ſed vt ſubueniat: *Contumeliam tento curationis* Baſil. *pignus: etenim catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum: ſpondet mihi ſalutem canis appellatio, ſit mihi modus donationis pro modo contumeliæ.* Inuitare voluit, qui dedecus obiecit: vnde mulier ingeniosè ſatis reſpondit: *Contumeliam tento curationis pignus*: quia ni Dominus vellet curare mores Chananiticos non inculcaſſet, nec canem ad contumeliam prodidiſſet.

Zacharias ille ſummi Sacerdotij ſplendor, dum 33
pro populo orat, dum thura offert, ſibi impetrat filium, caſtitatis ſpeculum, Angelicæ puritatis indicium, virtutis miraculum: *Factum eſt, cum ſacerdotio* Luc. 1. v. 8. *fungeretur in ordine vicis ſuæ ante Deum ſecundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exiit, vt incenſum poneret... Apparuit autem illi Angelus Domini ſtans à dextris altaris incenſi.* Zacharias Angelum intuitus gaudio ſimul exultat, & timore obturbatur; Angelus timorem ſedat, & ſuſcepturum Ioannem denuntiat: ille, quod ab Angelo audierat, nouo firmari teſtimonio deſiderans ait: *Vnde hoc ſciam?* Et iam Angelus dubium increpat, auférque loquelam: *Et reſpondens Angelus dixit ei. Ego ſum Gabriel,*

qui

qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, uſque in diem quo hæc fiant pro quod non credidiſti verbis meis. Et quoniam ipſa correctio, ipſa defectus propalatio, ipſa pœnæ inflictio ſatis erant beneficij teſtimonia, quando ni Angelus deſideraret Zachariam ſuſcipere Baptiſtam, reprehenſionis non adhibuiſſet medelam. Innuit Chryſologus ſerm. 90 *Egreditur Pontifex geſtans in ore ſterilitatis indicium, portans in pectore conceptionis figuram.* Labio inflicta pœna erat conceptionis quodammodo teſtimonium, & iam pectore ipſam videlicet conceptionem futuri beneficij geſtabat arrham: quibus enim Deus diſſimulatione non parcit, beneficijs ornare dicuntur: ni enim munificus properaret ad beneficia, non correxiſſet errata: nam cùm Deus, vt deleat, noſtra carpit ad correctionem ſcelera, ſua maturat impertiri beneficia. Ergo Zachariæ pro ſigno, quod petebat, eſſe potuit ipſa correptio, meredulitatiſque fugillatio.

Chryſ.

34 Lazarus peſtilenti morbo langueſcit, ſorores Chriſti Domini affectum pulſant, & grauſſum acceleraverit, rogant: aduenit tandem Chriſtus, & Martha vocat Mariam: ſorores adſunt, & Chriſtus, vbi hominem poſuerint, rogat: *Vbi poſuiſtis eum?* Non rogabat inſcius, quando abiens pronuntiauerat mortem; ſed rogans inſultat: arguit mulieres, vt quæ in paradiſo hominem conſtitutum ad ſepulchrum traxerint, & vermium eſcam reddiderint. Verùm ſi ad Lazarum venerat, ſi ſe ad impertiendum beneficium accinxerat, cur mora dehoneſtet, dilationeque obſcuret? Imò quia redditurus eſt ſororibus fratrem, eas arguit, & mulierum errata corrigit, vt dum non Chriſti abſentiæ; ſed ſuæ in paradiſo præſentiæ mortem adſcripſerint, ſeque erroris cauſam doluerint, ad accipiendum cœleſte beneficium aptiores reddantur, & detrita culpa, acceptis pleniſque beneficiis lætentur. Accipe Chryſologum ſerm. 64. *Sic interrogans exigebat fidem, ſcientiam porrigebat, vt adſtantes ſcirent, quòd mors, quòd ſepulchrum, quòd corruptio, quòd putredo, quòd fœtor non ex conditione Dei; ſed ex delicto hominis hominibus accidiſſet.* Auidiùs audi ſubdenda: *Nam cùm dicit: Vbi poſuiſtis eum, mulieres increpat, mulieres arguit, hoc eſt, quem ego poſui in paradiſo, in regione vitæ, ecce vos vbi poſuiſtis eum.* Ad reſurrectionis patrandum miraculum, ad impertiendum mulieribus beneficium aduentaſſe, ipſa teſtabatur correctio: nec enim, ni mortem deſideraſſet abigere, aggrederetur culpam reprehenſione delere; at dum correctione lachrymas excitat, dum ad commiſſi erroris pœnitudinem pia obiurgatione inflammat, in illa domo nil mortuum, nil fœtidum, nil horridum manere deſiderat. Ergo vt reſuſcitet, carpit, vt dum carpit, proximiùs ſepulchro reſuſcitaturus accedit. O quàm amabat ſorores, dum non diſſimulauit errata, dum non præteriuit diſſimulatione delicta! Ad beneficium accingitur, miſericorditer dum inuehitur; imò ipſa inuectio beneficium eximium eſt. Quod ſi conferas Lazari reſurrectionem cum fide in Martha excitata, primas oportebit dare non depulſa morte reſurrectioni; ſed infidelitate depulſa fidei: *Qui ad Lazarum venit*, inquit Chryſolog. ſerm. 63. *quid ſic occupatur in Martha? Quid? Vt antè iſta in fide reſurgeret, quàm ille reſuſcitaretur in carne. Sic facit, qui & vivis, & mortuis conſulturus aduenit.* Qui adſtabant Iudæi, cumulatius Lazari reſurrectionem dicerent beneficium; at Chriſtus, qui ipſa eſt patris ſapientia, quique mortuis & viuis conſulturus aduenit, priùs Marthæ reſuſcitare contendit fidem, quàm à mortuo abegerit corruptionem.

Ioan. 11. v. 34.

---

§. VIII.

Experti noſtros defectus nobis imponimus, & variis cauſis eludimus.

CÆcus noſtri ipſorum amor duplici cæcitatis ſpecie, & quidem periculoſa laborat: non videt quæ ſunt, & videt quæ non ſunt. Vt fœda fucis illita meliorem, & ſi in mentitam formam accipiunt; ſic noſtri defectus artificioſè colorãtur, & variis coloribus induuntur: *Pedes dolent*, aiebat Seneca ep. 53. *articuli ſanctiunculas ſentiunt, adhuc diſſimulamus, & aut talum extorſiſſe nos dicimus, aut in exercitatione aliqua laboraſſe.* Contra experientiam nitimur, & varias, vt nobis aperte illudamus, caulas conteximus: imbellis mentitur ſe bellicoſum: nec tantùm aliis; ſed quod miteris, ſibi ipſi imponit, & ſibi fallenti credit: *Non eſt quod miteris*, ſubnectit Seneca, *Lucili chariſſime: nam qui leniter dormit, & ſpecies ſecundum quietem carpit, aliquando dormire ſe dormiens cogitat: grauis ſomnus etiam ſomnia exſtinguit, animumque altiùs mergit, quàm vt vti vllo intellectu ſinat. Quare vitia ſua nemo confitetur, quia etiam nunc in illis eſt: ſomnium narrare vigilantis eſt: & vitia ſua confiteri ſanitatis indicium. Expergiſcamur ergo, vt errores noſtros coarguere poſſimus.* Vigilantes non ſolùm dormitamus; ſed & dormimus, & noſtri amoris letargo preſſi longè à veritate aberramus, & aberrantes deludimur. Hinc noſces cur Angelus Samſonis matrem alloquens, filiumque ſpeciali Dei beneficio concipiẽdum promittens ſemel & iterum ſterilitatem inculcauit: *Sterilis es, & abſque liberis; ſed concipies, & paries filium.* Amarum eſt beneficium, quod annexum affert probrum. Ergo Angelus dum ſterilitate repetita animum ferit, & beneficium corrumpit. Ad hæc: ſi ipſa experientia mulieri ſterilitatem ſuam perſuaſit, quid replicet, & animum repetitione viuidiùs exulceret? Quia timuit, reſpondet Abulenſis q. 6. ne mulier ſterilitatem experta ſterilem ſe non crederet; ſed filium vi naturali concepiſſe, & lactaſſe diceret. Accipe Abulenſem: *Dato quòd ipſa putaſſet ſe priùs ſterilem, quia non pariebat; poſtea videret, quòd pariebat, putaret ſe non fuiſſe verè ſterilem; ſed accidiſſe ex aliquo impedimento, quod ini llo tempore non peperiſſet: vnde ſi non pronuntiaretur ei quòd erat ſterilis, quando poſteà pareret, putaret naturaliter peperiſſe.* Vt ſibi adularetur, contra ipſam niteretur experientiam, & pro veritate admitteret impoſturam. Ergo Angelus ſterilem ſemel & iterum appellat, ne ſe putarit fœcundam, etſi experta fuerit effœtam: ſic namque noſter amor erga ſe delirat, vt quod experitur, ſæpè non credat; ſed contrarium ſibi ſuadeat.

35

Seneca.

Vitia ſua confiteri ſanitatis indicium eſt.

Abulenſ.

Rachel eximia pulchritudine floruit; ſed ſterilis prole caruit: Lia non adeò micabat pulchra; ſed filiis antecedebat ornata: *Videns Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vulvam eius ſorore*

36

sorore sterili permanente. Sterilitas fœcunditate priuabat: nec erat defectus Racheli, aut Iacobo occultus. Iacobum audi Rachelem alloquentem: *Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui?* Quid tunc? Contra ipsam experientiam obnititur, & marito ascribit defectum ne sibi adscribat peccatum: *Da mihi liberos; alioquin moriar:* Quasi dicat: si me tenerius amasses, nec sororem meam prætulisses, sine dubio filiis exundarem; at cùm te totum Liæ impendas, meque relinquas, filiis cæteo non sterilitate impedita; sed sorori postposita. Penitiorem horum verborum hunc esse sensum testatur Chrysostomus homil. 56. in Genes. *Vidit viri erga illam amorem, & putabat ea de causa illam tot filios habuisse, & se nondum peperisse: unde dicit. Da mihi filios:* Ecce filiorum orbitatem non sibi adscribebat sterili: sed Iacobo parum amanti: nequibat ignorare se sterilitatis laborare defectu; verum contra ipsam luctabatur notitiam, & ipsam negabat sibi experientiam; adeo namque artificiosus est proprius amor, vt sibi ipsi imponat, & alteri, quod in se euidenter experitur, adscribat. O quanta confingimus, vt nobis ipsis illudamus! Miraculi ad instar erit, si quis vel naturales, oculisque obuios defectus agnoscat, nec variis excusationibus vestiat: vt benè semper de nobis cogitemus, sic optima semper credimus. Ergo Angelus sterilitatem replicat, ne ornata filio beneficium negauerit, & naturæ donum crediderit.

Genes. 30. vers. 2.

Chrysost.

37 Lazarus pestilenti morbo absumptus è vita discedit: cumque dignis obsequiis Christi Domini amicitiam sibi conciliasset, sorores eius, vt ad depellendam calamitatem gressum acceleret; interpellant: sororum clamoribus accitus aduentat, & mulier, quæ se mortis causam debuisset agnoscere, Christi Domini absentiæ mortem inuenitur adscribere: *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Certè non morerentur Lazarus, si mulier in paradiso non fuisset: illa namque serpentis veneno afflata mortem creauit, & lamentum introduxit; sed licet tunc Orco aperuerit ianuam delusa, mortis fuisse causam modo non agnoscit cæca; imò Christo adscribit mortem, criminaturque tarditatem: *Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Ac si dicat: Tunc recessus extitit mortis occasio; cúmque amicitiæ legibus debuisset adesse, maluisti distare. Hanc esse verborum Marthæ sententiam, tradit Chrysologus serm. 63. *Deum nec absentant loca, nec tempora repræsentant: non morerentur Lazarus, si Dominus fuisset ibi, qui erat ibi; sed si in paradiso tu mulier non fuisses. Mulier tu quæsisti lachrymas, tu inuenisti gemitus, tu mortem gulæ pretio comparasti, & accusas absentiam Dei, quando causam mortis fuisse tuam præsentiam non recusas.* Mulieris ambitio Lazarum è viuis abstulit; sed mortis causam ad Christum mulier detorsit: & quæ ignorare non poterat sui causa mortem introductam, se ipsam fallebat, & causam aliis applicabat. O quàm hoc de communi sæculi vsu contingit! Experimur nostros defectus oculis nostros errores haurimus, & nihilominus delusi affectionis præstigiis non videmus; sed aliis impingimus, & diuersas causas coloramus. Ecce mulier Dei absentiam mortis accusat causam, cùm constet mulieris præsentiam homini attulisse ruinam: *Accusas absentiam Dei quando causam mortis fuisse tuam præsentiam non recusas.* Agnoscit præsentia sua mortem vocasse, & tamen alteri adscribi adlaborat: cumque ipsa perpetrarit delictum, ad Christum detorquet probrum.

Chrysol.

Elias videns Achabum idololatriæ mancipium, Iudæorumque populum bonis tam è cœlo, quàm è solo partis immodicè luxuriantem, & solùm ad vitiorum fomenta conuertentem, debitumque Deo cultum ferè abolitum, & ad Dæmonia translatum irâ pietatis auxiliatrice adsumpta vocem emisit, qua cœlo legem siccitatis imponeret: *Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba.* Nubes verbo coërcitæ pluuiam denegabant, dura fames homines adurebat, tellus dehiscebat virore nudata, riuuli siccabantur, arbores marcescebant, cumque Deus calamitatem hominum miseratus aliud Eliam inire iuberet consilium, Achabum adit, si fortè calamitate fractum reformet: *Venit Achab in occursum Eliæ, & cum vidisset eum, ait: Tu ne es ille, qui conturbas Israel?* Propheta qui pia irâ clausura nubibus iniecit, laudabili etiam audacia regi respondit: *Non ego turbaui Israel; sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim.* Nequibat ignorare Achabus idololatriam siccitatis causam extitisse, nequibat ignorare se scelera quam plurima perpetrasse, & tamen sic affectione delusus se existimabat insontem, vt Dei prophetam argueret, & causam calamitatis putaret. Ob prophetam queritur luridæ famis populum tolerasse flagella, cùm maiora supplicia sibi inferri mereretur idololatria. Ita Abulensis quæst. 15. *Dixit Achab quòd Elias turbabat Israel, id est, ponebat eum in hac turbatione quòd non plueret, & tamen hoc falsum erat: quia non cessauerant pluuiæ propter Eliam; sed propter peccata populi.* Achabo virtutem Eliæ non probauit indubia de siccitate prophetia, nec tot patrata miracula; satis verò fuit vt conturbatorem diceret, falsa suspicione nil in se videbat, quod mererentur supplicium; sed aspecto Eliæ ingenio famis applicabat tormentum. Quod Elias respondit, erat verissimum, quod Achabus illi impingebat, omnino falsum; sic tamen peccatores tenebrosis peccatorum caliginibus obcæcantur, vt quam patiuntur infelicitatem, nolint suis criminibus applicare, sed coloratis fictisque causis adscribere: sibi ipsi studiosè imponunt, & conscientiam dissimulatione corrumpunt.

3. Reg. 17. vers. 1.

3. Reg. 18. vers. 17.

Abulens.

§. IX.

Eximia pulchritudo, dum affert oblectamentum, & Zelotypia parit martyrium.

39 VEnustas eximiaque pulchritudo honestũ conjugi parit oblectamentum; verùm vt est venatici oculi, & cupiditatis illicium, ipsa sauciat voluptate, quia anxia semper animum adurget solicitudine. Vt Esau, Iacobusque nati sunt eodem nisu veluti concatenati, & annexi, ita eodem partu frequenter prodeunt venusta forma, zelotypiæque flamma: zelus namque sequitur formæ elegantiam, & quam possidere appretiat, amittere etiam formidat: vnde mixtum semper affert dolore gaudium, & vestitum anxietate oblectamentum: *Duxit aliquis turpem*, aiebat Anaxander apud Stobæum de vitup. nuptiar. cap. 68. *non amplius*

Digitized by Google

ei iucunda eſt vita, neque omnino domum ingredi libet: formoſa ducitur, non eſt illa magis mariti ſui, quam vicinorum. Certè formæ pulchritudo cum oblectamento attulit ſemper periclum, & animum vrit anxium. Teſtis eſt Abraham, dum Saræ venuſtate ſimul oblectatur, & adurgetur: *Noui*, aiebat, *quod pulchra ſis mulier, & quod cum viderint te Ægyptij, dicturi ſunt: Vxor ipſius eſt, & interficient me, & te ſeruabunt.* Gaudebat vxorem forma elegantem ſortitus; ſed ob ipſam elegantiam adurgebatur zelotypus, eratque venuſtas amara dulcedo, & dulcis amaritudo. Suſpicione periculi angitur, procacium timet oculos, dum iucundè vxoris pulchritudine paſcit ſuos: nec ſupernacaneus timor: quam citò enim mulier ob formæ elegantiam coram Principe commendata in aulam rapitur, nec ſine ingenti miraculo eripitur: *Sublata eſt mulier in domũ Pharaonis.* Audi Chryſoſtomum hom. 32. in Geneſ. *Vt viderunt eam, laudauerunt illam, & ſublata eſt mulier.* Si vxor inuenuſta aut deformis ſit, periculoſum ingenerat tædium, ſi pulchra affert ſolet periculum: vnde neſcias, an tutius ſit mediocriter elegantem, an eximiè pulchram ducere. Manue vir inter primores egregius ac facilè Princeps vxorem duxit alias venuſtate ſupergreſſam, & vti origine totius etiam corporis habitudine claram: cum illa degebat in ſuburbio ab hominum conſpectu remotus, & à ſe ipſo quodãmodo exterminatus, qui mulierando apparuit Angelus filiumque promiſit, forte quia patienter tulerat exterminium, & morigerum viro præſtabat obſequium. *Apparuit Angelus Domini, & dixit ad eam: Sterilis es, & abſque liberis, ſed concipies & paries filium.* Ioſephus lib. 5. antiq. cap. 10. exiſtimat à zelotypo viro in ſuburbium ductam, ibique Angelica viſione donatam: ipſum accipe: *Vxorem habuit eximia pulchritudine ſuſpiciendam ſupra omnes ætatis eius faminas, ex qua cum nihil liberorum ſuſciperet, ægrè ferens orbitatem in ſuburbanum ſuum, quod erat in campo magno cum vxore ventitans crebris precibus ſolicitabat Deum, vt daret ſibi liberos; inſaniebat autem in vxorem præ amore, eratque vehementer zelotypus.* Oris venuſtas erat amoris Philtrum; ſed Zelotypia, alienæque cupiditatis timor exilium conſulebant, & ab hominum conſortio coniuges exterminabant. Quam erat pulchritudo vxori onoroſa, quam marito voluptas anxia! Ad ſolitudinem ſe contulit malens exulare, quam ſolicitudinibus vti. Adde venuſtam mulierem, ſi vel Angeli deprædicauerit pulchritudinem, marito ingerere ſuſpicionem, tamque de eius pudicitia dubitare, & ſeueram ſententiam ferre: quod Samſonis matri accidiſſe tradit datus Ioſephus: cum aliquando ſola ageret, nam Angelus humana ſpecie indutus eximieque decorus apparuit filiumque promiſit: quod cum illa marito referret, & formam iuuenis commendaret, ſuſpicionem genuit, opuſque fuit, vt timor ſedaretur, ad orationem recurrere, & vt iterum marito præſente aduentaret Angelus anxiis precibus impetrare: *Orauit itaque Manue Dominum, & ait: Obſecro Domine vt vir Dei, quem miſiſti, veniat iterum.* Non ſolum deſiderabat circa futura edoceri; ſed, vt placet Ioſepho, anxietatem ſopire, & varias è corde pullulantes cogitationes depellere: *Illa*, addit Ioſephus, *marito reuerſo Angeli verba indicat, mirè prædicans ingenij ſtaturam, & pulchritudinem, ita vt vir tali laudatione motus ad zelotypiam nonnihil de vxoris pudicitia malè ſuſpicari inciperet, qua volens hunc marito ſtultum mœrorem adimi, ſupplex Deum rogauit, vt iterum Angelum mittere dignaretur.* Angeli pulchritudinem extollens mœrorem etſi ſtultum marito creauit, &, ni rediret Angelus, duris ſuſpicionis ſtimulis adurgeretur maritus. Edocuit Samſonis mater fœminas nullius viri, quantumuis Angelici deprædicare habitudinem, ni ſibi malint lites nutrire, & diſcordiam procreare.

Deformem ducere tormentũ; formoſã, magnum periculum.

Geneſ 12. verſ. 11.

Chryſoſt.

Ioſeph.

Ioſeph.

Filij Dei pulchellas, & ornatu florentes fœminas conſpicati, acceperunt ſibi vxores, rationis edicta calcantes, & voluptatem anteferentes, *Videntes filij Dei filias hominũ, quod eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt.* Cùm accepiſſe in matrimonium contra legis non videatur edictum aliquod hic latere interpretes arbitrantur myſterium, quæruntque cur diuinam meruerint offenſam, & qualem intulerint rationi iniuriam. Abulenſis q. 9. refert ex aliquorum ſententia inuenes prædiuites, potentumque filios aliquorum conſpicatos vxores facie pulcherrimas, pulchritudineque decoras, illas ſibi accepiſſe, maritoſque zelotypiæ dolore ſauciaſſe. *Dicunt quod iſti filij Dei, id eſt filij Iudicum, vel potentum videntes filias ſubditorum pulchrè ornatas, tando viris ſuis in nuptiis tradebantur, antequam cognoſcerent eas carnaliter viri ſui, ipſi cognoſcebant eas, & hoc diſplicuit valde in oculis Domini.* Qui pulchras duxerant, ſibi non modicũ laboré conciliarunt, nã rapinæ tulerunt ignominioſum dolorem antequã honeſtam matrimonij perciperent voluptatem. Itaque erant mariti non tam ad oblectamentum capiendum, quam ad dedecus tolerandum. Affert ſecum venuſtas ingens periculum, periculum gignit amittendi acerrimum metum; vnde ipſa voluptas Luciat, & ipſa pulchritudo contriſtat. *Videtur*, ſcribit ad hunc locum Oleaſter ad mores, *locus iſte taxare eos, qui ob pulcritudinem vxorem eligunt.* Addit poſt aliqua: *Omitto interim, quam difficile ſit pulchram faminam ſeruare: nihil enim difficilius exiſtimo, quam ſeruare quod omnes cupiunt, quemadmodum retinere à quo omnes abhorrent: quod non ſolum viro, ſed etiam famina ipſi quantumcumque pudica difficillimum eſt cum, vt ait Poëta, lis magna ſit pudicitia cum forma.* Dubium non eſt plures elegantes pulchraſque fœminas ſtudere pudicitiæ. Probat hoc Suſanna, comprobat Iudicha, verùm cùm ſemper ſit pudicitiæ cum forma lis, angit metus duris ſuſpicionibus creatus dum à multis ſæpè ſæpius, omnibuſque artibus pulchellarum ſibi allici procuratur affectus.

40

Genes. 6. v. 2.

Abulenſ.

Oleaſt.

Baldad Suites pulchritudini timorem adiunxit *Abſcondita eſt in terra pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam: vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent pedes eius*: formidinis occaſionem iam explicat: *Deuoret pulchritudinem cutis eius, conſumat brachia illius primogenita mors.* Ecce pulchritudinis poſſeſſor duriſſimis formidinis ſtimulis exagitatur & adurgetur: *Habitent, adneſtit, in tabernaculo illius ſocij eius.* Socius, qui tabernaculum ingreſſus fuerat ad inuiſendum, inuiſit aliquando ad pulchritudinem ſuffurandum. Ergo continuis acribuſque anxietatibus, qui pulchellam ſortitus eſt, premitur, & famæ honoriſque periculis coarctatur: *Quia peruerſus homo*, inquit Gregorius libro 14. moral. capite ſeptimo, *omne,*

41

Iob. 18. v. 9.

Digitized by Google

omnè, quod fecit, etiam pati metuit, atque hoc ſibi ab omnibus fieri eſtimat, quod ille omnibus, quibus valet, parat; recte ſequitur: Vndique terrebuni eum formidines: tales enim contra ſe omnes eſſe ſuſpicatur, qualis ipſe eſſe contra omnes nititur. Dum quiſque ad vxorem proximi ſui elegantia præditam mittat; ad ſuam alios inhiare trepidat, & quia ipſe quæ aliis intulerit, non ignorat, ne alius talia ſibi inferat, iure formidat: ſcit namque pulchritudinem cutis à morte, hoc eſt, à peccato deuorari: per mortem peccatum intelligi teſtatur Gregorius cap. 8. *Quid mors niſi peccatum eſt?* Peccatum, alienaque libido cutis pulchritudinem oculos pellicientem; & pellaciâ ſæpè ſæpius irritantem nititur ſitienter vorare: vnde pulchritudinis poſſeſſor nequit non timere. His ergo formidinibus vndequaque deterretur ac periculis angitur, vt verum ſit quod aiebat Oleaſter: difficillimum videlicet eſſe illibatum ſeruare, quod conſtat cæteros ardenter expetere. Ergo ſoluit, quam capit pulchritudinis aſpectu voluptatem delinitus terroribus ac ſuſpicionibus anxius; vt noueris noſtram theſim eſſe veriſſimam, videlicet eximiam vxoris pulchritudinem, & afferre oblectamentum, & ingenerare ſuſpicioſæ anxietatis ſæpe ſæpius (ſi dicere liceat) martyrium: *Tales enim contra ſe omnes eſſe ſuſpicatur, qualis ipſe eſſe contra omnes nititur.* Quid verius? Quid vſitatius.

Gregor.

§. X.

Neſcio quid ex vberibus ſugitur, quod enutritis infantis moribus demonſtratur.

42

VIrtus vitiumvè proprij ſunt arbitrij fructus, voluntatiſque partus; verum etſi ad alium nequeant tranſmitti; conſtat non ſemel infantem ipſo nutrimento diſponi: nutricis ingenium ipſo lacte tranſfunditur, & ad ſugentem vbera deriuatur: vtque prudenter de qualitate lactis conſulitur, ne, minus aptum, in infantis ceſſerit detrimentum, ita de nutricis moribus eſſet accuratiſſime prouidendum, ne ſuxerit infans peruerſam indolem, aut prauam inclinationem. Plutarchus de inſtituendis liberis vult matres filios ſuos alere, aut certè, ſi ob aliquam cauſam nequeant, omni ſtudio incumbendum ait circa nutricem, ne puer in infantia cereus ab improba nutritus cum lacte ſuxerit indolem, & mamillam propinatam quodammodò improbitatem: *Debent ipſæ matres prolem ſuam alere: quod ſi facere nequeant, ſine ob corporis imbecillitatem: nam poteſt id accidere; ſine quod ad aliorum fretum puerorum properent; nutrices certe, & alumnæ non quæuis, ſed ſunt quam probiſſimæ deligendæ: primum quæ moribus ſint Græcis. Vt enim membra corporis, correpta hac nec diſtorta adoleſcant, mox à partu conformare pueris neceſſe eſt; ſic puerorum decet à primo componere mores.* Addit: *Quomodo enim molli cera imprimuntur ſigilla, ſic diſciplinæ animis eorum, qui etiamnum ſunt pueri, inculpuntur. Ac mihi diuinum ille Plato ſcitè ſubiicere videtur nutricibus ne commemorent pueris quæſuis fabulas, ne animos horum à principio vecordia, & vitiis contingat impleri.* Nulla ſedulitas ſuperuacua eſt, nulla otioſa ſolicitudo erga nutricem, ſi conſideretur infantem optima corporis habitudine pollere, virtutibuſque radiare. Ob id ad noſtram eruditionem Angelus Samſonis matrem iubet omni vino, ſiceraque abſtinere, nilque immundum tangere: *Caue ergo, ne bibas vinum ac ſiceram, nec immundum quidquam comedas: quia concipies, & paries filiũ.* Quærunt Interpretes pro quo tempore impoſita fuerit hæc obſeruantia. Abulenſis q. 10. exiſtimat teneri matrem hac lege, dum viſceribus fouit, & vberibus aluit. Ipſum audi: *Poſſet ſatis rationabiliter dici, quod iſta obſeruantia in matre debebat eſſe, vſque quo puer ablactaretur: quia ſicut cum puer eſt in vtero, ipſe de ſubſtantia materna nutritur de ſubſtantia matris: & ob hoc mater munda eſſe debebat, vt non videatur aliquid immundum pertinere ad filium propter matrem.* Si mater lęteriori potu, aut iucundiore cibo vteretur, infantulus alimenti qualitatem ſugeret virtuti non adeò opportunam, ſed vitio congruam: ergo omni ſtudio curat Angelus, ne dum mamillam præbet, vini inardeſcat potu, aut immunditiæ ſordeat teatu, quo infans facilius ad virtutem eruditur, & ad munditiam aptetur.

Plutarch.

Abulenſ.

43

Iſaias ab ipſo nutricis vbere prænuntiat puerum non fabuloſe Herculis ad inſtar, ſed verè ſerpentibus infauſtiſſimum: *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramina aſpidis.* Et alibi: *Antequam ſciat puer vocare patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Puer hic diuinitatis cenſu reſplendebat, ſed ſi ad Germanos adoptiuos extenderis prophetiam, videbis ipſo vberum alimento ſtipendiatos pueros ad palmam: dum à nutrice omni virtutum cenſu exornata aluntur, luctuoſam ſtragem ſerpentibus minitantur ab ipſa mamilla videntur ſugere, quo poſſint in aſpidem inardeſcere. Huc voco Tertullianum aduerſus Iudæos c. 9. *Ante eſt inſpicias ætatis demonſtrationem, an virum iam Chriſtum exhibere iſta ætas poſſit, nedum Imperatorem.* Subnectit: *Scilicet vagitus ad arma eſſet conuocaturus infans, & ſignum belli non tuba; ſed crepitaculo daturus: nec ex equo, vel de muro, ſed de nutricis & gerula ſua dorſo, ſine collo boſtem deſignaturus, atque ita Damaſcum & Syriam pro mammis ſubacturus.* Iam ab ipſis mammis Samarię intentebat ſtragem, & Regulo mortem, eratque nectarei lactis dignum elogium de hoſte rẽportatum trophæum. Dubitari nequit cum ipſo alimento alentis ingenium quodammodò transfundi infantibuſque inhærere. Ergo ab ipſo vbere iam ſerpenti portenditur infelicitas, dum nutrienti relucet probitas.

Iſai. 8. v. 4.

Tertul.

44

Sponſa vbera ſua turri fortiſſime comparat. *Ego murus, & vbera mea ſicut turris.* Profecto arcano vbera commendare conſtat elogio: aliter enim vberum non cenſeretur laus adeò immodicè ſubſilire, ac prominere, vt turris ad inſtar tumentia, & elata appareant: quid ergo his in vberibus eluxit, quod turris fortitudinẽ illis meſſe indicet, & probarit? Fœtus ipſi, reſpondet ad hanc locum Gregor. vberum fortitudinẽ commendãt, dum in vitia inuicta fortitudine pugnant. Dum Apoſtoli prædicatoreſque his vberibus alti, nullis audentis artetis machinis ſubruuntur, dum nullis aduerſariorum fraudibus labefactantur, quam ſuxerint virtutem demonſtrant, & muri, turriſque vbera ingenium imitata commendant. Gregor. audi: *Vbera ſua ſicut turrim habuit, ex quo pacẽ corã Sponſo reperit: quia poſtquã ſub ipſo ſpiritũ pacis accepit, prædicatores contemplatione altos, & robore inflexibiles nutrimit.*

Cant. 8. v. 10.

Gregor.

vt prædicatores laudabili inflexibilitate ſaxei hoſtem debellarint, turtim mamillam torquuntur, & factis probant quale ab vberibus traxerint alimentum, dum conterunt inimicum. Itaque in altis nutricis lucet ingenium, & pabulum.

45 Sponſus horum vberum attexens laudibus laudes ſic aiebat: *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli caprea gemelli, qui paſcuntur in liliis, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.* Infantes nectareis his fontibus innutriti hinnulos referunt & ſaliendi agilitate, & ad celſiora conandi laudabili inclinatione. Videas hinnulos vberi matrum lacte innutritos ſplendeſcere ad venuſtatem, mira dexteritate eminere præcipitiis ſine periculo, & lupotum rictus ſingulari altitudinis eludere priuilegio. Ambroſ. Ita Ambroſius in collectis cap. 4. *In altis grex iſte paſcitur, audax in monte. Itaque vbi aliis præcipitia; ibi capris nullum periculum: vbi aliis periculum, ibi gregis huius alimentum.* Spectantur à paſtoribus ſui hinnuli dumoſa de rupe pendentes, vbi nullus lupis acceſſus, vbi nullus carnivoræ beſtiæ timetur incurſus. Ergo ſponſæ vbera hinnulos lactant, quos optimis moribus, & virtutibus format. Qui his vberibus paſcuntur, liliorum puriſſimum odorem exhalant, non tetram cupiditatem ſpirant: hinnuli ſunt, vt lupinas fugiant fraudes, & ad altos contemplationis inſcendant montes. Noſter Delrius in littera ait duas decalogi tabulas fuiſſe præſignitas his melleis ſponſæ vberibus: ipſum audi: *Tabulæ præfigurabant duo Chriſti Eccleſia Sponſa vbera.* Delrius. Qui ab vberibus pendebant, præcepta cum ipſo lacte ſugebant infantes, non quæ facilè poſſent aboleri; ſed quæ lapide inſculpta ſemper quiuerint aſſeruari. Hos hinnulos videas iam ab ipſo vbere præceptis innutritos, & veluti ipſis legibus concarnatos: tantum intereſt optimam nutricem ſortiri, ac virtutum lacte nutricari.

46 Filius ad virtutem totus formatus Abrahamò obedientiæ merces promittitur, & futurus parentũ gaudium aſſeritur: Sara concipit, parit, & nutrit: Geneſ. 21. verſ. 11. *Quis auditurum credere Abraham*, inquit, *quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iã ſene?* Exucca viſcera fœcundantur, & lacte vbera diſtenduntur, quo poſſint viſum alere, ne ſi non adeò benè moratę tradatur alendus, genus moribus refutarit, & iam non parentibus attulerit riſum ſed planctũ. Satis nõ erat Saram gignere, niſi aluiſſet. Lactauit ergo riſum, & dum mamillam miniſtrat, gaudium ſibi perpetuum procreat: congruum præbet filio Hebræus. alimentum, & ſibi ipſi nutricat riſum. Textus Hebræus paulo aliter habet: *Et vixit*: *Qui locutus eſt Abrahæ, fecit lactare filios Saram.* Ac ſi dicat: Qui Abrahæ promiſit filium, matris vberibus infudit lacteum alimentum, ne imminuerit beneficium, ſi cum nutrice partiantur fœcunditatis elogium. Beneficij conſequentia erat lactatio, ne ſi Iſaaco contingeret nutrix non adeò benè morata, diuinam obſcuraſſet miſericordiam. Ergo qui conceſſit parere, fecit nutrire, quaſi ipſa oprimis vberibus nutricatio beneficij extiterit complemẽtum, Caietan. nec plenum aliter fuerit gaudiũ. Opportunè Caietanus ad hunc locum: *Verba Sara ſunt agnoſcentis tria Dei beneficia: primum eſt promiſſionis diuinæ factæ Abrahæ de Iſaac: ſecundum eſt quòd idem, qui allocutus eſt Abraham, effecit vt ipſa Sara abundaret tantum lacte, vt lactaret non ſolùm filium; ſed filios, hoc eſt, multos infantes.* Dum Iſaac caſtis vberibus labra figit, puritatem quodammodò trahit, domque ab exordio virtuti ſolicitè conformatur, Dei promiſſio de parentum gaudio adimplctur.

§. XI.

An dedecus filij vertatur, ſi mater vel maculæ ſuſpicioni ſubdatur?

QVem dignitate magni nominis contigit decorari, non decuit vilitate parentum polluc 47 qnia vt Solis claritas tetris vaporibus obſcuratur, & obſcurata confunditur, ſic filij dignitas & auctoribus de parentum culpa ſordeſcit, & de vilitate elanguet. Attalaricus Paulinum ad Conſulatus dignitatem euecturus maiores deprædicauit honoribus ſemper nobilitatos, nullaque ſeruitutis macula obſcuros: nouerat namque de parentum nobilitate promanare germini lucem, vt obſcurari de ignobilitate ſplendorem: *Antiquos in te Decios Roma cognouit*, inquit 9. var. 22. *Decios, inquam, priſcis ſæculis honorataam proſapiam, libertatis auxilium, Curiæ decus, Romani nominis ſingulare præconium. Cui ſpecialiter adſcriptum eſt,* Caſſiod. *quod immaniſſimum hoſtem ſtatu Reip. periclitante euaſit, & in tanta virorũ fortium multitudine ſolus inuentus eſt, qui patriam plus amaſſet.* Qui Conſulatus accipere debuit dignitatem, maiores ſortitus eſt, ſeruilitatis adeò notâ liberos, vt periclitante Republica depulerit aduerſarios: nec enim fas eſſet ad amplam adeò dignitatem deligi, quẽ maiorum non conſtaret fumoſis ſtemmatis, & nobiliſſimis imaginibus inſigniri. Ob id fortè cùm Numẽ populi liberatorem Samſonem delegit matrem non ſolum macula liberam; ſed & ſuſpicione voluit. *Cane ne bibas vinum ac ſiceram*, monet, *nec immundum quidquã comedas: quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazareus Dei ab infantia ſua, & ex matris vtero, & ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſthinorum.* Samſon ad iudicis populi dignitatem euehendus erat, populique futurus ſalus: ergo matet ab omni quod poſſit inebriare, abſtinere iubetur, ne vel temeritati ſuſpicionis locus relinquatur. Vinum poſſet mater bibere, nec iniuriam rationi inferre; at improbitatis lingua non occludebatur, dum quiret vel ſobriam ſugillare, & contraiſſe rationi credere: dum verò matet omni potu interdicitur, os malignitati clauditur: erat enim decens, vt populi Principis ab omni matet ſuſpicione immunis luceret, ab omnique periculo aliena radiaret: *Ad hoc principaliter pertinebat, non bibere vinum aut ſiceram*, notauit Abulenſ. Abulenſis quæſt. 13. *quia iſta interdum inebriant, & per ebrietatem redditur quis valde deſpicabilis, & potiſſimè mulier, & quia iſtud vergebat in dedecus naſcituri, debuit abſtinere ab iis.* Si mater vino, ſiceraue vteretur, fors temeritas auderet, & aliquando iniuriam rationi potu intuliſſe blateraret. Ergo nullo vino, ſiceraque nulla vtatur, quo ab omni iniqua ſuſpicione longiùs deſtiterit, ne vel ſuſpicio gloriam germinis obſcurarit.

Chriſtus naſcitur, & licèt tuguriolo celarit humilitas, Magis prodidit ſtellæ cœleſtis claritas: Regem agnoſcunt, vtque dignis obſequiis adorauerint, quærunt: nec caſſus labor, quandoquidem Matth. 2. verſ. 11. attulit & eximium gaudium, & fructum: *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum.* Profectò paſtores non ſolùm puerum, ſed Mariam & Ioſephũ inueniunt, teſtante Luca: *Inuenerũt Mariam & Ioſeph, &*

Lucæ 2. verſ. 16. *& infantem poſitum in præſepio.* Si paſtores Deus Ioſephi aſpectu dignatur, Magus cur interdicitur? Putat Rabbanus curaſſe prouidentiſſimè Deum omnis de matre ſuſpicionis iniquæ occaſionem abſtuliſſe, ob idque abfuiſſe Ioſephum procuraſſe. Paſtores erant ſimplicitate candidi, Magi curioſi: vbi ergo candida ſimplicitas offerebat obſequium, non officit Sancti Ioſephi conſortium; at ne Magus recens natum puerum regem inclamare recuſarit, decuit matrem inani etiam ſuſpicione liberam ſplendere: quaſi euaderet dignitatis regiæ imminutio de matre vel audax, maléque fundata ſuſpectio. Rabbanum audi apud Rabban. D. Thomam: *Diuino nutu factum eſt quod abierat Ioſeph, ne aliqua mala ſuſpicionis occaſio daretur gentibus.* Magi vtpote gentiles, ſi adeſſet Ioſephus, puerum fortè crederent non diuinum, & matrem ſuſpicarentur illibati candoris luce non ornatam; Sed vti matritatam fœcundam. Ergo ne Magus ſuſpicax filij dignitati detraxerit, ab omni vel vana ſuſpicione aliena matet reſplenduit *Abierat Ioſeph, ne aliqua mala ſuſpicionis occaſio daretur gentibus.* Iam ſi decuit ad filij dignitatis nitorem matrem omni de puritate ſuſpicione carere, quis credat alicuius peccati macula defœdari? Certè iniquis tangi ſuſpicionibus non eſt culpa, Sed malignitatis offenſajat culpa infici, erroreque defœdari proprium eſt probrum, non alienum flagitium. Dum ergo omnis erga Virginem ſuſpicioni occluditur aditus, nulla vnquam inquinatam maculâ humanus docetur ſenſus.

49 Prouerb. 30. verſ. 19. Serpentem nullo veſtigio petram defœdare teſtatur Salomon Prouerbiorum 30. *Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquilæ in cælo, viam colubri ſuper petram, viam nauis in medio mari.* Coluber dum turpiter pectus per terram trahit, ipſa terram proreptatione defœdat, veſtigia imprimit, & peſtifero dente mordet, petra verò ſerpentinis dentibus non inuenitur obnoxia, nec veſtigiis fœdiſſimis opportuna: iam in Gloſſa. ſerpente diabolum ſignari, teſtatur gloſſa. *Quod ſerpens diabolum ſignificat, in primi hominis tranſgreſſione probatum eſt: ideo quidam ait: Quaſi à facie colubri fuge peccatum.* Itaque petra ſerpentis cibus non eſt, nec vllis culpæ veſtigiis fœdata, aut ſuſpicione veſtigiorum obſcura. Hinc claret cur Iſaias, dum agnum conclamat Regem, petram appellauerit matrem: *Emitte agnum Domine,* Iſaiæ 16. verſ. 1. *dominatorum terra de petra deſerti ad montem filiæ Sion.* In petra Rutham deſignari, aſſerit D. Hieronymus ad hunc locum: *Et ſenſus: O Moab, in quam deſaniturus eſt leo, & de qua nec reliquiæ quidem Salnari poterunt; habeto ſolatium hoc:* Hieronym. *Egredietur de te agnus immaculatus, qui tollat peccata mundi, qui dominetur in orbe terrarum de petra deſerti, hoc eſt, de Ruth.* Sapienter petram appellauit matrem nulli ſerpentino veſtigio obnoxiam, dum filium regem conclamauit, & peccati mortem prædixit: congruum namque non videretur regiæ maieſtatis exordium promanare à matre, cui ſerpens poſſet veſtigium peccati imprimere. Ergo ne quis audaci lingua, calumniæue audacia agni infamarit dominium, mater aſſeritur petra nullo ſerpentis morſu lacerata; imò omni vel leuiſſimo veſtigio exempta. Certè quod per ænigma de Rutha dicitur, Mariæ Dominæ noſtræ agni totius mundi dominatoris genitrici ſine difficultate applicatur: ergo Maria petra fuit, qua verus agnus eminuit, qua gigantis temeritatem proſtrauit, qua ſerpentinos dentes eliſit.

Angelus Samſonis matri non ſolùm vetuit vinum aut ſiceram bibere; ſed & immunda comedere: *Nec immundum quidquam comedas: quia concipies, & paries filium.* Superuacaneum alicui videatur præceptum, quandoquidem Leuitici 11. & Deuteronomij 14. generali edicto omnibus vetabantur immunda. Ergo hic neceſſum non erat replicari præcepta. Notauit Abulenſis quæſt. 15. Abulen. *Quæretur vlterius, quare iubebatur hic matri Samſonis, quòd non comederet immunda: quia iſtud neceſſarium erat iam, cùm lex illud poſuiſſet, & dato quòd non paritura eſſet, obligabatur.* Edicto generali ligatam opus non videbatur ob filium iterum teligari circa ea omnia, quibus vetabat edictum velci. Cur ergo lex de nouo iterum intimatur, & mater ſpeciali titulo ob filium impuris ferculis prohibetur? Iam Toſtatus reſpondet, videlicet legem generalitati impoſitam non adeò religiosè obſeruari, vt leuiter aliquando non deliquerint, & introducta quodammodo conſuetudine non peccarent. Si ergo mater illa ſola generali lege teneretur, locus eſſet alicuius, etſi leuis immunditiæ ſuſpicioni, quando cæteri eadem lege adſtricti delinquebant non ſemel leuiter maculati. Ergo ſtrictius præceptum imponitur, vt omni audax ſuſpicionis temeritas excludatur. Abulen- Abulenſ. ſem audi: *Licèt Hebræis præceptum eſſet de ciborum munditia; tamè circa quædam non obſeruabant illam munditiam, non curantes vel faciliter peccantes, ſicut nos ſolemus peccare in quibuſdam peccatis communibus, & quia ſi non inheretur nunc ſpecialiter matri Samſonis abſtinere ab immundis, fortè interdum comederet immunda, quod erat contra intentionem Dei, qui volebat magnam puritatem ſeruari hic propter fœtum naſciturum: ideò conueniens fuit, quòd exprimeretur de iſta munditia, & iſta fuit cauſa potiſſima.* Cum lege omnibus promulgata humana concordabat fragilitas aliquem etſi leuem defectum: nec erant alicuius ſuſpicionis immunes promulgatam colentes legem. Ergo quæ filium adeò eximium patitura erat, opus fuit nec leuiſſima macula exiſtimari obſcuram: aliter namque in filij dedecus cederet, ſi mater vel leuis maculæ ſuſpicionem ſubiret.

§. XII.

Fortitudo proles eſt ieiunij legitima, & iugum ſemper depulit abſtinentia.

NEſcit ieiunium pendere vſuram, dum recurrit ad abſtinentiam: qui paruo contentus eſt, iugum diſcutit; & honeſtè liberam ceruicem attollit: noſtræ nos cupiditates irretiunt, duriſque catenatum nexibus frangunt: quiſquis naturæ vixit, robori, & ſaluti conſuluit: eſt namque abſtinentiæ proles legitima corporis ſanitas, & ſalutis firmitas. Quàm benè Seneca epiſt. 110. *Quidquid* Seneca. *nobis bonum futurum erat, Deus & parens noſter in proximo poſuit: non expectauit inquiſitionem noſtram, ultro dedit, nocitura altiſſimè preſſit. Nihil niſi de nobis queri poſſumus. Ea quibus periremus, nolente rerum natura, & abſcondente protulimus. Addiximus animum voluptati, cui indulgere initium omnium malorum eſt. Seruilitas à cibo cepit exordium, coniunctum erat ieiunio imperium. Diſce,*

adnectit Seneca, *parvo esse contentus, & illam vocem magnus atque animosus exclamat: Habeamus aquam, habeamus polentam, Ioui ipsi de felicitate controversiam faciamus.* Aqua, polentaque contentus cum Ioue de felicitate certabit, quandoquidem nulli inseruiet, dum nullo indiget. Hinc clarer cur cœlestis nuntius Samsonem matri daturus, abstinentiam indixerit, & quidquid inebriare posset, virtute præceperit. Paritura erat fortitudinem, filium videlicet, qui captiuitatis iugum detereret, quique virtuti ac libertati consuleret: ergo abstinentiæ sinu concipitur, qui fortitudine mira cum hostibus depræliatur: *Cave ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quidquam comedas: quia concipies, & paries filium, cuius non tanges caput novacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris utero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistbinorum.* Opus fuit abstinentia, vt Deo gratum nasceretur obsequium, & abigeretur hostile iugum: *Abstinentia erat propter aliquam causam*, scribit Abulensis quæst. Abulens. 11. *scilicet quos concipere debebat.* Annectit in fine: *Quando dicitur quod abstinentia erat propter aliquam causam, & tunc non videbatur aliqua causa, quare abstineret. Respondendum quod causa magna suberat, scilicet vt mater esset disposita per sanctificationem ad fœtum, qui ex Dei dono gignebatur.* Gignendus erat fortis, captiuitatis depulsor, libertatis assertor. Ergo non potuit præcessisse abstinentia, vt eleganti historiæ penicillo fortitudinem esse ieiunij filiam, nobis sacra exprimeret Scriptura.

12 Elias claustra nubibus iniiciens Regis indignationem veretur, vtque effugiat mortem, desertorum latebris occultatur; postea Sareptam adiens cum morte colluctatus est, illam abegit, & quæ omnes imperio suo subiugarat, lugubre canere didicit: *Reversa est anima pueri intra eum, & reuixit.* 3. Reg. 17. vers. 22. Si quæras cur adeò fortis hic mortem viceri, qui deserto trepidauerit, textus ipse discriminis causam reddet: in deserto namque opiparè carnibus, siligineoque pane nec semel in die alebatur: *Corui deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi:* in Sarepta verò aqua & exigua polenta contentus est: *Fac de ipsa farinula subcinericium panem parvulum, & affer ad me.* Vbi ergo lætior victus, lautiorque potus, & mortis premebat metus; at vbi ieiunium viguit, vbi parsimonia efflorvit, in mortem Elias prævaluit: inspirat namque inuictas vires rationabilis abstinentia, de morte morbisque triumphat parsimonia: *Contra homines mors invicta*, aiebat Seleucensis Basilius orat. 11. Basili. *per Eliam vinci didicit, ac lingua prophetica vim passa lugubre cecinit.* Dum modica aqua, polentaque viuit, & in mortem imperium tenet: opiparè cibatus timuit, abstinens de inferno triumphauit. Audi Chrysologum serm. 41. mirè describentem, quanta naturæ humanæ detrimenta ingluuies ingerat, & quantas vires attulerit abstinentia, & procuderit parsimonia. Chrysol. *Audiuimus flevisse inter fauientes gladios, & inter enervata lenocinia cerruisse, regnis fuisse terrori, ludibrio fuisse peccatis, aduersas acies contriuisse ieiunes, & crapulatos suarum castra dissoluisse virtutum, iacuisse effuso vino, qui iacere effuso sanguine nescierunt. Vnde est hoc? Vnde? Quod hoc non est ratio, sed languor: non vita, sed febris, phrenesis, non natura.* Cibus vires abscindit, dum humores in languorem corrumpit; at abstinentia dum noxios coquit humores, corporeas reparat vires. En mors ieiunio cessit: Elias mortem cibatus expauit.

Adam paradisæis olim deliciis stipatus, innoxiisque voluptatibus septus orbi vt metallo datur, & laboribus anxiis atteritur: iam mulier ingemit dolorum, & ærumnarum theatrum, iam 13 Adamus mortis agnoscit imperium: *In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reverteris.* Genes. 3. vers. 19. Adamus morti in paradiso subiicitur, cum Noemus in ipso mortis discrimine victor coronetur. Cœlum imbrium ejaculabatur torrentes, apertæ cœlorum ad delendum hominem militabant cataractæ: aqua sepulti montes iacebant, & mors omnia vorticibus equitans detriumphabat; Noemus verò mortem euasit, & in arca vixit: *Remansit solus Noe, & qui cum eo erant in arca.* Iam si inquiras quid Adamum morbis mortique tradiderit, quidque Noemum asseruarit: respondebit Chrysologus serm. 12. Adamum cibo vetito ingurgitatum, Noemum custodisse ieiunum. Ergo mors ieiunantem non potuit vincere, nec paradisus non ieiunantem seruare. Ipsum audi: *Ieiunium, fratres, scimus esse Dei arcem, Christi castra, murum Spiritus, vexillum fidei, castitatis signum, sanctitatis trophæum. Hoc Adam seruauit in paradiso, quem inde detraxit gula: hoc in arca custodiuit Noe, mundum ebrietas cùm demersit.* Chrysol. Vel in paradiso violato ieiunio enervis Adamus redditur, & languoribus addicitur, cum ipso in cataclysmo Noe ieiunans produxerit vitam, & deiecta reportauerit morte palmam. Adde ad gehennalem æstum, ad ardentem sapiendam flammam, opportunam diuitem illum abstinentiæ ad speciem desideraſſe medelam.

Crapula ebrietatisque mala tardè cognoscens 14 inclusus ardoribus æstuabat, vtque dolorem leniret, aquæ guttulam obnixè popoſcit: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, qui crucior in hac flamma.* Lucæ 16. vers. 24. Satius videbatur copiosam ambire vndam, quàm vndæ stillam, & adeò desipit dives, vt sibi angustauerit refugierium, dum solùm aquæ guttulam suspirat votum? Imò ad parsimoniæ recurrit medicamentum, quo dolorum depulerit, aut saltem temperarit cruciatum. Ciborum eruditas vitalia absciderat, infirmarat stomachum, viriarat sanguinem, noxios generarat humores, vitiorumque insufflarat incendium, vt bis æger dives mentem perderet, & salutem. Ergo vt medici abstinentiæ occurrunt remedio, à cibis armato morbo: sic dives iste dum sanitatem anxiis ad speciem votis suspirat, & abstinentiam anhelat, nos edocet abstinentiam vel gehennalibus, si applicari posset, opportunam fore ardoribus medicinam. Hinc voco datum Chrysologum sermone 41. *Vt sanet abstinentia, quod veracitas sanciarat.* Chrysol. Aquæ stillam precatur, vt sanet abstinentia, quod veracitas sanciarat. Adnectit Chrysologus idem post pauca: *Ieiunium virtutum navis portat quæstum vitæ, lucrum salutis adultat.* Aquæ stillam postulat dives, si possit de abstinentia sepire flammam, & dum etsi tarda experientia eruditus abiurare videtur crapulam, nobis vtilem præbet doctrinam. Profectò in damnatis nil inueniet virtod sit rationi consonum; at dum vota diuitis nobis refert textus abstinentiæ declarat fructus. Quicumque ergo salute vegeta cupit florere, & morbos exter

exterminate ad ieunij recurrat medicamenta, & abſtinentiæ ſubſidia, ſciat Chriſto moderatis obedire ieiumis corpus gubernare menſura, mentem regere parcitate, ſobrietate fræuare ſenſum: ſic namque de vitio, & morbo aſſequetur facilè triumphum.

55 Paulus ad Timotheum ſcribens teſtatur fuiſſe Euam ſeductam, & à ſerpente adinſtar pueruli fallam. *Mulier ſeducta in prauaricatione fuit.* Vt Apoſtoli melius ſenſum eruamus, examinare oportet, quid mulier intenderit, dum ieiunij legem violauit: *Eritis*, aiebat ſerpens, *ſicut dij.* Coniecit aſtutus ſerpens placitum fore Euæ nullius poteſtati ſubeſſe, & dominiumque agnoſcere. Ergo promittit, ſi cibum carpat, Numinis ad inſtar nulli fore ſubiectam; ſed imperio, & libertate poritam, dumque, vt excuteret imperium, violare aggreſſa eſt ieiunium, ſeducta proditur, & illuſa comprobatur: nec enim quibat non ſubitici ventri indulgens, & appetitioni inſeruiens: *Verbum ſerpentis mulier non crederet*, inquit Abulenſis q. 6. ad Geneſ. 3. *à vera atque vtili re diuinitus ſe fuiſſe prohibitam, niſi iam ineſſet eius menti amor propriæ poteſtatis, & quadam de ſe ſuperba præſumptio.* Dum exambit ſubiectionis iugum excutere geſtitque comedere, ſeducta deſipit, & inſipiens deliquit: nec enim inſanis appetitionibus dedita, & ciborum auida quitet non ſubitici, iugo quæ premi. O quot fœminæ ſi coluiſſent ieiunium, indecoram vitarent ſeruitutem, nec virtutum paterentur ſtragem; at dum guloſæ cupediis inhiant, dum parſimoniam exterminant, alienæ ſunt voluptatis victimæ; imò libidinum maculæ. Samſonis mater, dum abſtinet, dum ieiunat, parit imperium, & hoſtile detexit iugum.

1. Ad Timot. 2. v. 14.

Geneſ. 3. v. 15.

Abulenſ.

§. XIII.

Omni mater præuenitur munditia, ſi filius ſingulari ornandus eſt excellentiâ.

56 PRouidentiæ ſtudium eſt, ab ipſa radice fructui honorem diſponere, & veluti tranſmiſſa morum laude prolem parentum virtutibus exornare. Ferri non poteſt perenni curſu vnda cryſtallina, ſi iam limoſitatem ab ipſa traxit ſcaturigine: ingratus vnde ſapor, aut degener color venam reddidit ſemper ſuſpectam. Opportunè Caſſiodorus 2. var. 15. *Prouidentia noſtra ratio eſt in tenera ætate merita futura tractare, & ex parentum virtutibus prolis indicare ſucceſſus: quia bona certa ſunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo neſcit deficere, quæ conſueuit radicitus pullulare.* Radicem omni vigilantia colit, qui ſaporatum fructum exambit: nam ſtirpis vitium & fructibus videtur innatum. Hinc diſces, cur cæleſtis nuntius, dum Samſonem, à quo populi ſalus pendebat, promittit matri, omni ſolicitudine moneat, ne vinum, aut ſyceram bibat, aut immundum quid comedat: *Cauе ergo ne bibas vinum, aut ſyceram, nec immundum quidquam comedas: quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim Nazaræus Dei ab infantia ſua, ex matris vtero & ipſe incipies liberare Iſraël de manu Philiſtinorum.* Si populi Saluator matrem ſortiretur legali immunditia polluram, aut potu à ſatione denam, quamtumuis propriis facinoribus emicaret conſpicuus, origine ſordeſceret obſcuratus. Ergo quia Samſon in populi ſalutem à Deo ſupra naturam conceditur, mater ab omni maculæ ſuſpicione prouidenter cuſtoditur: nec enim fas eſſet matrem omnium Saluatorem edituram, ſordeſcere maculatam, aut legibus ob cibum aduerſam. Adeſt Abulenſis q. 10. *Quæritur quare impoſita fuit matri iſtæ obſeruantia. Reſpondendum quod ſicut Deus voluit ſibi conſecrare Samſonem, & per ſpecialem cultum Nazaræorum incipere obſeruationem, eo quod faciebat eum liberatorem populi ſui, & dabat ei vires excellentes: ita voluit ad reuerentiam pueri naſcituri matrem eſſe mundam.* Subnectit poſt aliqua: *Ob hoc mater munda eſſe debebat, vt non videretur aliquid immundum pertinere ad filium propter matrem.* Non videbatur conſonum filium naturales leges ſupergredi, in ſalutemque populi procreari, & immunda matre oriri, quandoquidem filio applicaretur ad notam, ſi mater contraheret immunditiam. Ergo cauit prouidentia, ne matrem vlla obſcuraret ſuſpicio, quò filius auguſtiori reſplenderet elogio: *Voluit ad reuerentiam pueri naſcituri matrem eſſe mundam.* Hinc facile erit coniicere, quam ſedulè Mariam ab omni ob vetitum cibum periculo diuino prouidentia ſeruarit, quando editura erat non Samſonem libertatis ſolum principium; ſed Chriſtum totius mundi remedium & ſolius culpæ naufragium. Si Samſonis matrem adeò ſolicitè Angelus præuenit, prouidenterque admonuit, quis credat Mariam maculâ infectam, & ob cibum legi obnoxiam?

Origo neſcit deficere.

Abulenſ.

57 Deus Abrahamum de cognatione domoque paterna exire præcipit, non ſine ingenti præmio: *Dixit Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris. Et veni in terram, quam monſtrauero tibi, faciamque te in gentem magnam.* Magnæ gentis origo è paterna domo educitur, & ad meliora transfertur. Dubium non eſt hic Hebræorum gentem deſignari; non tamen incommodat, ſi inter ipſam Iſraelitarum progeniem gentem magnamintelligas Leuitas, qui omnibus carnis affectibus renuntiantes, affectionibuſque præciſis, Deo adhæſerunt, eiuſque honorem ſtudio vigilantiſſimo procurarunt. Ergo Abraham Leuitarum pater à terrenis educitur, & ad cæleſtia transfertur, vt tantæ ſanctitatis origo omni exornaretur munditia ac virtutum elegantia. Accipe Ambroſium de fuga ſæculi cap. 2. *Leuitæ relinquunt parentes, filios, omnem cognationem, vt adhæreant vni Deo. Denique & Abrahæ dictum eſt: Exi de terra tua, & de cognatione tua. Sed fortè dicas: Leuita non erat; ſed habebat in lumbis ſuis Leui.* Decuit leuitatum patrem mundi deſpectu nobilitari, vt filij quaſi hæreditario iure tranſmiſſum à parente ingenium acciperent, aut vt parens ab ipſis filiis mutuaretur: filij ſingulari nobilitandi excellentia partem exigebant, qui ſingulari reſplenderet munditia: *Non erat Leuita ſed habebat in lũbis Leui.* Leui in paternis adhuc lumbis degens patentem nobilitauit, & ſingulari ſanctitas priuilegio lucere fecit: Dominus namque quos ad eximiæ poſteritatis decreuit originem, ſolitat mirandis virtutum dotibus exornare, & cæleſtibus prærogatiuis munire. Succedat ſibi Abrahamus.

Geneſ. 12. v. 1.

Ambroſ.

58 Deus cum Patriarcha differens ſic aiebat: *Leua oculos tuos & vide à loco, in quo nunc es ad Aquilonem, & meridiem, ad orientem, & occidentem, omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo,*

Geneſ. 13. v. 14.

& semini tuo vsque in sempiternum. Abrahami semen ipsi parenti poteſtatem ampliauit, & quia ex Abrahamo futurus Chriſtus Abrahamus iam reſplendet telluris dominus: nulla patrem ſeruitutis dehoneſtat nota, ne germinis fuerit nebula. Audi Chryſoſtomum hom. 34. in Geneſ. *Hoc tibi concedam, vt qui ex te naſcentur, tibi ſuccedent, & ſimiliter terra fruentur, habebuntque perpetuam illam poteſtatem.* Filius perpetua poteſtate erat potitus: ergo congruum erat Abrahamum non deprimi aliqua ſeruituris ignominia; ſed Principatus prouidenter ornari gloriâ. Addit poſt aliqua Chryſoſtomus: *Cognoſce terram omnem, cuius dominus es non multo poſt & ipſe tu, & ſemen tuum in aternum poſſidebitis. Et ſemini tuo, inquit, vſque in ſaculum.* Semen præuiſum & ipſa in patris benedictione; imo eadem benedictio Patrem & ſemen coniunxit, & parens fumoſis nobilibuſque ſtemmatibus anteceſſit ornatus, vt filius ab ipſa origine promanauerit ſuſpiciendus: ergo donatur pater regali potentia, vt filius orundus integrâ fruatur coronâ

Chryſoſt.

59 Chriſtus Dominus Iericho ingreditur: *Ingreſſus perambulabat Iericho.* Cuius perambulationis intentum ſcrutatus Chryſol. ſerm. 54. ait Iericho fuiſſe ingreſſum, vt quod inimicus voce deiecerat, eleuaret, vtque quod lex damnarat, extueret: *Quia Chriſtus venit ſalnare quod perierat, ingreditur Iericho, vt quod lex terribili vociferatione deiecerat, Ieſus clamore piæ prædicationis attollat.* Itaque Chriſtus Iericho ingreſſus, Saluatoris exercet officium, vt Iericho, in ciuitate futuræ redemptionis iam præcederet præludium, & prænoſceretur myſterium: ergo repetamus hiſtoriam: Rahab, ex qua Chriſtus erat futurus filius, ſententiæ mortis non ſubiacet generali; imo eius domus ſpeciali coccinei funiculi priuilegio futuram ſtragem non timet, nec cum cæteris muri partibus caſu labaſcit: muri omnes bellico clangore perculſi hoſtibus cedunt; verùm Rahabæ domus, etſi muro inſerta, etſi ab eodem artifice conſtructa, etſi ex eadem materia fabricata cæteris partibus corruentibus manet illæſa, & coronata ſingulari victoria: *Muri illico corruerunt.* Audis murorum caſum, audi Rahabæ priuilegium: *Dixit Ioſue: Ingrediminì domum mulieris.* Rahab domus paſſa non eſt ruinam; ſed potita ſemper victoriam. Itaque in Iericho ciuitate Ieſu matris domus ſemper perſeuerauit caſus ignara, & cæteris corruentibus ſemper illæſa: ergo vt vniuerſalis redemptionis Dominus exhibeat imaginem, ingreditur Iericho, vbi eius matris domus ſanguinei funiculi merito non corruit, & vbi omne, quod inimicus voce deiecerat, Chriſti virtute reſurgit. Dum Chriſtus perambulat Iericho, opus non eſt matris eleuare domum, etſi opus fuerit, reliquum erigere murum: *Quia Chriſtus venerat ſalnare quod perierat, ingreditur Iericho.* Deiectorum ſaluator, quia Rahabæ filius, non inuenit in Iericho aliquid ad matrem pertinens, quod eleuaret: quia, ne caderet, antè prouidit: erat enim rationi conſentaneum, vt materna domus ſpeciali priuilegio emineret nobilitata, quandoquidem ex illa filius oriturus erat, qui caſum cæterorum erigeret, qui ruina alliſos ſaluaret.

Luc. 19. v. 1.

Chryſol.

Ioſue 6. v. 20

§. XIV.

Non eſt laus feliciter exordiri, niſi contigerit conſummare.

60 *Nil prodeſt*, aiebat Caſſiodorus 1. var. 25. *initia rei ſolidare, ſi valebit præſumptio inordinata deſtruere: illa ſunt enim robuſta, illa diuturna, quæ prudentia incipit, & cura cuſtodit: atque ideo non minor in conſeruandis rebus, quam in inueniendis adhibenda cautela eſt: quia de initiis pradicatio debetur inuento, de cuſtoditis autem acquiritur laudata perfectio.* Infelicitatis genus eſt rem magnâ feliciter aggredi, & mediis in conatibus deficiſſe, quandoquidem aut virtus clanguet, aut prudentia fatiſcit. Magnus quidem Samſon, ſi quam Philiſthinorum morte obtinere inceperat libertatẽ iteratis facinoribus conſummaſſet; finemque laudabilem impoſuiſſet; at dum ſolum libertatis exordium proditur, ab Angelo quodammodò ſugillatur: *Ipſe incipiet liberare Iſraël de manu Philiſthinorum.* Quàm eſſet auguſtius elogium, ſi dixiſſet: Ipſe libertatem conſummabit, & ſalutem perfectiſſimam obtinebit, quandoquidem optimum principium adauget ignauo probrum: *Iſte incipiet liberare, Iſrael,* inquit Abulenſis q. 21. *ſcilicet, incipiet, & non complebit: quia non fuit in diebus Samſonis perfecta liberatio Iſraelitarum de manu Philiſthinorum.* Libertas, dum affulgere incepit, ſpes nutriuit, quæ durius poſtcà torſerunt caſſæ, & abolitæ. Ergo magnum non fuit Samſonem libertatis extuliſſe principium, dum non perfectum, & abſolutum.

Caſſiod.

Abulenſ.

61 Nabuchodonoſori quod mente auolarat; nequiuit reuocare ſomnium potentia, aut ſapientum vigilantiſſima induſtria, ac humilis oratio & reduxit, & explicuit: Daniel arcanum aperuit, & ea admiratione regem perculit, vt in faciem ceciderit, Danieliſque Deum & ſummum, & maximum prædicarit: *Cecidit in faciem ſuam... Loquens ergo Rex ait Danieli: Verè Deus veſter Deus deorum eſt, & Dominus Regum.* Hic ipſe non multò poſt auream ſtatuam conſtruit, & ſpiritus ſuperbiſſimos gerit: *Nabuchodonoſor Rex fecit ſtatuam auream.* Ibi in faciem cecidit, vt adoraret; hinc in faciem imperabat omnes cadere, vt cultum ſibi indebitum extorqueret. Se deiecerat, vt ſtatuæ myſterium inueniret, at inuento intumuit & abiectionem cultu imprudenter extorto compenſauit, humilitatem colere inceperat, ſed ſtylum vertit, & adorationem ſitiuit. Adeſt Richardus, Victorinus lib. 1. de erudit. intern. hom. part. 1. cap. 63. *Tunc cecidit Rex in faciem ſuam; cùm Daniele prædicante periculum ſuum agnouit; ſed illa humiliatio, qua ſine perſeuerantia eſt imminenti periculo repugnare non poteſt.* Periculum inceperat auertere humilitatem colendo; ſed dum ſuperbit, dum non perficit, lapillum ſine manibus in ſe armat, imò ſecurem prouocat, & exacuit: incepit, ſed citò deſtituit, ab inceptoque deuiauit.

Daniel. 2. v. 46.

Daniel. 3. v. 1

Richard.

62 Ioannes Phariſæorum, Sadducæorumque gregibus ad baptiſmum venientibus fructiferam pœnitentiam conſuluit: *Facite fructum dignum pœnitentia, & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraha.*

Matth. 3. v. 8

Ad

Digitized by Google

Ad baptiſmum pœnitentiæ veniebant: ſed quia eo pœnitentiæ flore contenti ad fructum non maturabant, carpſit, eam pœnitentiam vtilem adſtruens, quæ in fructum conditur & perfectum, & maturum. Adeſt Tertullianus lib. de pudic. c. 10. *Facite dignos pœnitentiæ fructus, & ne dixeritis: Patrem habemus Abraham, ne ſcilicet rurſum blandimenta delinquentiæ de patrum ſumerent gratia: poteſt enim Deus de lapidibus iſtis filios ſuſcitare Abrahæ, ſic & nos ſequitur, vt eos, qui hactenus delinquant facientes dignum pœnitentiæ fructum: quid enim ex pœnitentia matureſcit, quam emendationis effectus.* vt in arbore, ni flos condiatur in fructum & ſpes laborat caſſa, & planta deuouetur igni infructifera, ita qui dignum pœnitentiæ fructum non protrudit, non eſt laude dignus, etſi nitere inceperit floridus: conſummanda eſt virtus, vt felicitatis ſit vena: nouellus namque flos, & qui facilè quauis pruina excoquitur, plantæ ad laudem non applicatur.

Tertull.

63 Magi illi ſyderum ſcrutatores noui inuiſique ſyderis luce etudiuntur, & depulſis tenebris Deum hominemque recens natum adoraturi, inuolarunt: Herodes audit, & quamuis eo nuntio non ſecus ac telo fuerit perculſus, iter non impedit; ſed ad ſe redire ſubdolus ſuadet: *Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renuntiate mihi.* Satius videbatur perturbationem ſopire, acerrimumque cordis timorem ſedare, iter prohibendo, & adorationis occaſionem tardando: cur ergo Herodes ſic deſipit, vt abire permittat, quos infelici labore diuexatos exoptat? Iam ipſe explicuit: vult Domino inuento iterum ad ſe redire: quod ſi fecerint, iter non conſummauerint; ſed itineris laborem amiſerint. Ipſe vrgebit ad iter, dum ſperet ad ſe redituros: nunc enim ipſum exordium verteretur in præiudicium: *Ite*, ait; ſed *cùm inueneritis, renuntiate mihi.* Quaſi dicat: Poſt adorationem, poſt humile obſequium, poſt oblata dona mihi obedite, & meis conſiliis parete: ſic enim arreptum iter erit ſolatium, non perturbationis augmentum: *Audierunt Magi Herodem*, inquit Rhemigius apud D. Thomam, *vt quærerent Dominum; ſed non vt ad eum reuerterentur.* Deuoto obſequio Dominum demereri, & poſtea fraudibus inſeruire, nil aliud eſſet, quàm virtutem abiurare, & doloſo gaudium afferre, quandoquidem ipſa virtutis via, ipſe itineris labor ad Herodis deflectebatur auxilium, & detorquebatur commodum. Ergo per aliam viam reuerſi ſunt curſum feliciter abſoluentes, & Herodis technas fruſtrantes: *Audierunt Magi Herodem, vt quærerent Dominum; ſed non vt ad eum reuerterentur.* Ergo ſi duce cæleſti ſtella Dominum quærere incepiſti, Herodi iterum non obedias, vt curſum feliciſſimè abſoluas.

Matth. 2. verſ. 8.

Rhemig.

64 Pſaltes eos vti miſeros carpit, qui poſtquam laborum truncinis, ieiuniorum, ac vigiliarum aſcijs ſe in Deos quodammodo transformarant, flebili caſu iterum vſque ad homines deiecerunt: *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes: vos autem ſicut homines moriemini, & ſicut vnus de Principibus cadetis.* Se quodammodo vſque ad diuinitatis eleuatant faſtigium; ſed poſt faſtigium, miſerum experti ſunt caſum; vnde iam non excelſi filij, ſed homines & cadentes: *Quæ maior dignitas eſſe poteſt,* ſcribit Incognitus ad hunc locum, *quàm quòd quis nomine fungatur, & filius Dei appelletur? Si ergo magna eſt hæc dignitas, ne ab ipſa quis cadat, magnopere ſe cuſtodire debet.* Conſonat Irenæus lib. 4. cap. 75. *Quamuis Deus hoc fecerit ſecundum ſimplicitatem bonitatis ſuæ: Ego, inquit, dixi, Dij eſtis; nobis autem poteſtatem diuinitatis baiulare non ſuſtinentibus: vos autem, inquit, ſicut homines moriemini.* Ab diuinitate quodammodò incipientes obſcuris moribus refutarunt, & quod inceperant reliquerunt.

Pſalm. 81. verſ. 6.

Incognit.

Irenæus.

Angelus Matiæ Dominæ Noſtræ lætiſſimum nuntium afferens ſic aiebat: *Ecce concipies in vtero, & paries filium.* Non eſſet plena felicitas, ſi abortum faceret, concepiſſe: ergo operis denuntiat perfectionem, quo denuntiatit felicitatem. En dum conceptum, maturo partu nobilitandum addidit, quibus conſtet felicitas, docuit. Adeſt Ambroſius apud D. Thomam: *Non omnes ſunt ſicut Maria, vt dum de Spiritu Sancto concipiunt, verbum pariant; ſunt autem quæ abortiuum excludant verbum ante, quam pariant: ſunt quæ in vtero Chriſtum habeant; ſed non dum formauerint.* Fortunatiſſimũ eſt cæleſti verbo animam fœcundari, ſi conformatum auctumque produxerit, omnique perfectione pepererit; aſt ſi verbum corde conceperit, & iam conceptum abortiuum excluſerit, erit infelix: quia ipſe conceptus augebit calamitatem abortus. Ergo Gabriel non ſolùm concipiendum Dei verbum; ſed pariendum etiam teſtatur, quo matris felicitas commendetur: *Concipies in vtero, & paries filium*; vt iam ex ipſa verbi generatione, matriſque felicitate nouerint, qui cæleſti verbo corde fœcundari deſiderant, quomodò poſſint ad felicitatis culmen peruenire, & quàm debeant abortus periculum deuitare.

63

Luc. 1. verſ. 31.

Ambroſ.

66 Ob id forte ſponſus ſponſam allaudans ſic aiebat. *Capilli tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad*: Non ait: quæ aſcendunt; *ſed quæ aſcenderunt*: nam qui aſcendit, poteſt metam itineris non attingere; qui verò iam aſcendit curſum feliciter conſummauit: ergo Sponſa laudanda fuit non ſolum ab incepto itinere; ſed à perfecto volatu, vt liqueat nobis non eſſe felicem, qui virtutis arripuit, quamtumuis alacriter, curſum; ſed qui peruenit ad terminum: *Capillamentum*, inquit Ambroſius, *verbi eſt altitudo, & eminentia quædam iuſtarum animarum: in altitudine enim cogitationis humanæ certum eſt eſſe ſapientiam.* Vti captæ peruenientes ad cacumina quos in itinere non vitabant, luporum eludunt rictus, & minaces fruſtrantur accelſus, ſic Sponſa in virtutis altitudine iam quieſcit curſu conſummato, & elogio integrè pleno.

Cantic. 4. verſ. 1.

Ambroſ.

§. XV.

Aliquando in ipſa infantia præclara videntur facinora, & indubia obiectant de facinoribus gaudia.

67 VT tenera in ætate præcox ſolet florere malitia, ita etiam relucere virtutum contigit gloria, nec dubia aliquando oblectant auſpicia, dum futura prænuntiant facta: ætate non ſemel puerulus morum luce tempora tranſcendit conſpicuus, & ætatis præiudicium euincit canus: in ſemine fructus ſunt, vtque fœcunda terra optimis ſeminibus fœcundata, & benigno actorum influxu fota ipſam ſpem de certitudine meſſis conuertere ſolet in gaudium, ita aliquorum infantia omnia finiſtræ ſuſpicionis vitat martyrium, & anticiparum adducit oblectamentum. *Meritorum laude* (aiebat Caſſiodorus

Cassiod. Cassiodorus 3. var. 5 moribus elegantem allocutus *ætatis præiudicia superasti.* Subnectit: *De maturitate quippe tua multò debent venire meliora, qui in ætate tenera te nouimus fecisse prædicanda: confidimus enim nec tui generis institutum, nec nostrum circa te errare posse iudicium.* Ab incunabilis Hercules fuit (vt aiunt) serpentum strages, vt iam futuras exorditetur virtutes. Nec aliter Samsoni videas accidisse. Nazaræus ab infantia futuræ iam libertatis clara prodebat indicia, ita vt quisquis illum nouerit, ab eo magna speraret, indubiéque futura crediderit: *Erit Nazaræus Dei ab infantia sua,* inquit Angelus, *& ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philistinorum.* Puerulus ætate iam populi cogitabat salutem, & certis futurorem spebus de suorum cordibus depellebat anxietatem. Accipe Abulensem quæst. 5. *Antequam Samson aliquid faceret, poterant Israelita aliquid magnum opinari de ipso, & certissimè opinarentur, eo quod de sterili matre per Angelicam nuntiationem natus fuerat.* Ea in Samsonis ortu mira concurrerant, vt in salutem populi natum dignè præsumeret prudentia, & prudens expectaret fiducia.

Abulens.

68 Natus est Ioannes gratiæ miraculum, naturæ vltra naturam elogium, cumque monticolæ ad natalis celebritatem conuenissent, de futuris facinoribus iam agebant, & ex ipso ortu in dubiè prænuntiata spectabant: *Factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes, qui audierant, in corde suo dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.* Conspicati diuinam manum futurum ipsa interrogatione virtutis attestabantur prodigium: nec enim locus erat dubio erga eximii pueri excellentiam, quando prætergredi videbatur otis grauitate pueritiam: *Propter duo igitur miracula hæc* scribit Neophylactus hîc, *cogitabant de nato, quod multos præcederet: facta autem sunt hæc omnia singulari quadam dispensatione, vt qui de Christo prophetizaturus esset, fide dignus haberetur, & omnes ex ipsa natiuitate Ioannis certiores redderentur quòd multis esset.* Iam excellentia prænoscebatur, iam ipsis cunabulis futurus resplendebat propheta, & inter ipsas fascias micabat gratia: nam quos Deus magnis facinoribus destinauit, vel à teneris annis de se laudabilem ingenerare opinionem fecit. Et quidem culpæ genus esset de patrandis à Baptista præclaris gestis dubitare, quando constabat supra ætatem & naturam lucere.

Luc. 1. vers. 65.

Theophyl.

69 Christus Dominus maternis se subtraxit aspectibus, & adesse voluit Doctoribus: inuentus est inter sapientes medius illos humiliter audiens, & sapienter ab illis responsa inquirens: *Post triduum inuenerunt illum in Templo sedentem in medio Doctorum audientem illos, & interrogantem eos: stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentia, & responsis eius, & videntes admirati sunt.* Diuina lingua sapientiam promebat, ætas infirmitatem monstrabat, vt iam conici posset in puero matrem arcanè fugiente, adeunte templum, Doctoresque sciscitante aliquid diuinum latere, & vitiorum venenum fore: nec enim illa ætas mirabilem adeò prudentiam quiret sortiri, in magnis rebus certum esset ætate tunc infirmum parari. *Diuina lingua*, scribit Beda apud D. Thomam, *sapientiam prodebat; sed infirmitatem ætatis præcendebat humana: vnde Iudæi inter alia, quæ audiunt, & infirma quæ vident, dubia admiratione turbantur.* Adnectit Gregorius ibi: *Nullum miraculum egit Dominus in pueritia; hoc tamen vnum prodit Lucas, per quod mirabilis videbatur.* In ipsa iam pueritia scribæ, & Pharisæi suæ prænoscebat ambitionis excidium, præuidebant iam noui feliciorisque regni exordium: vnde anxiis præiudiciis turbantur, & præsagiis certis anguntur. Nullum Christus in pueritia miraculum edidit, verum ipse sermo erat pro miraculo, omnibusque habebatur futurus virtutum norma, dum morum grauitate, & prudentiæ quæ luce sic splendescebat pueritia.

Luc. 2. vers. 46.

Beda.

Gregor.

70 Christus nascitur, & licet humili tuguriolo deliteſcat occultus, splendissimis noui syderis radiis proditur conclamatus: Magi inuolant, regemque adorant; *Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum.* Herodes nuntio percussus; imò diabolus acerrimo timore perterritus puero necem meditatur, & fœdere inito Herodes per diabolum, & diabolus per Herodem puerulum ardentissimè insequitur. *Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo.* Cettè cæco Herodes timore obturbatur, & diabolus immaturè concutitur, quando nequibat vagitu manum cogere, nec pauperculus militibus stipendia præbere: cur ergo & Herodes turbetur, & diabolus anxietate feriatur? Quia in ipsa infantia, respondet Chrysologus sermone 50. delibabantur futura, & indubia oculis hauriebantur præsagia: dum puerulum videt diabolus Magos sibi præripuisse, dum videt falsitatum tenebras infantiæ fulgoribus exterminasse, incipit amissum regnum lugere, & saragit periculis obuiare. Quam aptè Chrysologus *Herodes quærebat; sed Diabolus per Herodem, qui videbat sibi Magos quos habebat in erroribus suis Principes, aufugisse: Christum si vinctus pannis, si sub matris vberibus occupatus, si tacens lingua, si latens opere, si gressu nullus, diaboli significros, hoc est, Magos in duces fidelissimos commutauis, perfecta ætatis Christus, quid posset facere, diabolus iam videbat. Et ideò mouebat Iudæos, instigabat Herodem, vt Christi suspectam sibi præueniret infantiam, vt futura virtutis eius anticiparet insignia.* Vt optimo pollet diabolus acumine, in ipso infantiæ flore perfectæ ætatis fructus præuidebat vbertimos: præsentiebat iam quot Christus doctrinis, virtutibus, miraculis de tenebris transferret ad lucem, dum spectat Magos de erroribus translato ad veritatem? ipsa infantia erat felix futurorum augurium, & hostile dæmoni fatum. Et quidem dubium non est ipsa in pueritia sæpe sæpiùs futuras virtutes scintillare, & veluti in semine agnosci.

Math. 2. vers 2.

Chrysol.

71 Moysi, vt qui Ægyptium occiderat, & Sabulo absconderat opus fuit Ægyptum vertere, & ad desertum transire: *Audiuit Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysem, qui fugiens de conspectu eius moratus est in terra Madian.* In Principem adoptatum cædem perpetrasse, non erat res, quæ adeo aui animum posset exulcerare, odiúmque acuere, nisi antè suspectum Moysem habuisset, & fore regni sui stragem putasset; sed vnde hanc hauserit opinionem, quærunt Interpretes. Dicunt nonnulli, cùm puerulum tenerè auus amplecteretur, eiusq; vertici diadema imponeret, coronam abiecisse, quod Magi aruspicesque intuiti, regni fore naufragium prænuntiarunt & prædixerunt. Ita Abulensis q. 5. ad 2. Exodi: *Venustatem admiratus coronam regiam &c. tenebat, capiti pueri forte appositi, in qua Ammonis, id est, Iouis Aretini*

Exod. 2. vers. 5.

Abulens.

figura

Digitized by Google

figura sculpta erat; puer autem coronam proiecit in terram, & fregit: Sacerdos autem Heliopoleos, qui in domo regia de honoratissimis habebatur, à latere regis surgens dixit: Hic est puer, quem dij nobis occidendum esse mandauerunt, vt de cætero timore careamus. Ab infantia iuxta horum opinionem idololatriæ bellum indixit effigiem vituli in cineres redacturus: Ammonis imaginem contriuit, qui postèà vnicum verumque Deum futuris sęculis promulgauit. De eius infantia ita Philo lib. 1. de vita Mosis: *Nullum educationem regiam, nequaquam infantium more delectabatur assentationibus, iocis, lusibusque, quamuis indulgenter haberetur ab educatoribus; sed iam tunc modestiam, grauitatemque præferens malebat audire, spectareque vtilia.* Ipsa oris grauitas, ipsum pueri ingenium iam de futuris prænuntiabant, & quàm graue Ægyptiis futurum esset naufragium, non dubiis argumentis promebant: nam quos Deus ad heroicum perfectionis gradum promouere decreuit, ab ipsa solent infantia virtutis telam ordiri, & contra vitium armari.

Philo.

§. XVI.

Qui exactorum honestè reprimit insolentiam, populi adauget fortunam?

71 Matth. 22. vers. 21. *Reddite*, aiebat Christus, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Tributum Principi pendere oportet, vt copiosum militem alat, ne hostilis audacia tranquillè degentes premat. Quod bono Principi penditur, pendentis commodis applicatur: nam inimicorum arcetur hostilitas, & reprimitur exoculata cupiditatis temeritas; verùm ex ipso commodo otiri solet pendenti maximum detrimentum: nam dum exactorum, ministrorumque auri cupida gliscit rapina, tributarios opprimere solet violentia. O quot artibus fraudibusque circumuenire didicerunt innocuos, vt auro reliquerint viduatos: *Vnum munus*, aiebat Seneca libro 2. de benef. capite 4. *per multorum teritur manus.* Ministrorum manus, quæ subiectus præstitit, terunt, & dum pensa hac aut illa fraude imminuunt, pendenda adaugent, & pendentes amaritudine replent. Nil adæquè durum est, ac nunquam satis pependisse, nec exigentium cupiditatem placasse: vnde qui exactorum sitibundam repressit flammâ. Reip. sine dubio adauxit fortunam; imò prima Reip. commoditas videtur esse iniquis exactoribus liberari, secunda hostili metu carere. En Angelus Samsonis matri Reipublicæque læta denuntians, filium promittit, qui suos libertare incipiat de manu Philisthinorum. *Ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthin.* Abul. q. 10. ad c. 14. Iudicum, inquirit, quale fuerit hoc libertatis exordium: nam cùm Samson aciem non instruxerit, nec exercitum in aduersarios collegerit, non videtur populus aliqua libertate donatus, quando dura seruitute profertur oppressus: quomodo ergo Samson libertatis contulit beneficium, quando depulisse non constat iniquæ subiectionis opprobrium? Quia Samson, respondet Abulensis, inimicorum repressit audaciam, &, quod amplius est, coercuit exactorum violentiam. Ergo populus libertate fruebatur, dum liber exactoribus respirabat: nec illorum cupiditati victima semper ser-

Seneca.

Abulens.

uiebat: *Potest intelligi, quòd viuente Samsone aliqua de exactores Philisthinorum, qui colligebant tributa Israelitarum, non ausi fuerint venire ad colligendum formidantes Samsonem.* Tributum pendebatur; sed exactoribus populus liberabatur. Ergo Samson dum exactorum violentiam repressit, libertatem populo asciuit: tributum namque penditur vni Principi; sed pendens multiplici subiicitur exactori. Adhæc Princeps pendentis substantiæ consulit, vt exinceps possit tributi repetere obsequium; at exactor solùm anhelat acquirere sibi lucrum: vnde fit vt Princeps subiectum alleuet, vt sibi attendat, at exactor durius grauat, vt copiosiùs sibi prouideat.

Deus, vt qui populi Hebræorum non solùm Deitatis titulo; sed speciali Principatus regimine causam ageret, noluit agrorum colonos duplum semen terræ committere: *Non seres vineam tuam altero semine, ne & sementis, quam seuisti, & quæ nascuntur ex vinea, pariter sanctificentur.* Hæc de vineis prouidentia plus deseruiebat eruditioni moribus, quàm curandis vetandisve fructibus. Philo Hebræus lib. de creat. Princip. testatur hoc præcepto inhibitam fuisse colonorum auaritiam, & omnia perdentis cupiditatis exuberantiam: nam dum ager nimis premitur, reddendisque duplicatis tributis cogitur, necesse est, vt prorsus elangueat, & pereat, vnde Respublica graue sustinebit damnum campis orbata feracibus ac viduata copiosis vitibus: Philonem accipe: *Est & tertia ratio, ne bonus ager prematur onere grauissimo vexatus, vel seremium, plantariumque operis in orbem redeuntibus, vel duplicata feracitate fructuum: satis enim est, si Dominus è suo prædio tributum vnum exigat annuum.* Addit politicus interpres: *Sicut rex è sua ditione; qui verò plura tributa conatur imponere subditis, non facit officium boni Principis; sed auari, & pugnantia cum natura legibus.* Si vinea segetes prometet, vuasque produceret, ampliorem fructum vtpote duplicarum Princeps aliquando perciperet, & exactor duplum Sacerdotibus addecimaret; verùm præterquam quod ager citissimè exuccus langueſceret, colonus, qui vnum Principi vti addecimatum offerret, sibi nouem applicaret; vnde vinea graui onere pressa cito marcesceret, aut fructum degenerem prometet. Ergo dum Princeps illius Reipublicæ lege lata colonorum exactorumque cupiditatem prohibuit, sibi ipsi, & bono regimini attendit. Adde quod vitis vinum generat Deum lætificans: *Numquid possum*, aiebat Iudic. 9. *deserere vinum meum, quod lætificat Deum, & homines?* Ergo opus erit tanto minus reddere Domino, quanto plus reddiderit exactori. Adest citatus Philo: *Alia huius legis causa est, ne altera species ladatur ab altera, dum sibi inuicem alimenta subtrahunt, & humor in multas stirpes absumptus languidiores eas facit præ inopia, aut in totum steriles, aut fructum degenerem.* Profectò degenerem fructum vitis Deo penderet, si eius succum colonus ad alias segetes deriuaret, sibique acquireret. Ergo exactorum, colonorumve cupiditatem reprimi ingens vineæ fuit commodum, & Principis etiam lucrum, quandoquidem moderatè durant, & immodica semper grauant.

72

Deut. 22. v. 9.

Philo.

Iudic. 9. v. 13.

Philo.

Hanc fortasse politiam expressit Christus Dominus, cùm ab eo exigeretur tributum: Capharnæum intranti accesserunt qui didrachma accipiebant, vt Cæsari tributum penderet: *Cùm veniſſet*

Digitized by Google

veniſſet Capharnaum, acceſſerunt, qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſoluit didrachma. Vides ad accipiendum didrachma exactores plures conueniſſe, & à Domino non debitum poſtulaſſe. Tranſi modo ad Chriſtum, qui vt à piſce tributum acciperet, vnicum Petrum delegauit: *Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum ſumens da eis pro me & te.* Chriſtus & Cæſar tributum exigunt; eo tamen diſcrimine, quod Cæſar pluribus exactoribus vtitur, teſtante Scriptura: *Acceſſerunt, qui didrachma accipiebant*; at Chriſtus vnico Petro; *vade ad mare.* Vnicum miſit, non exactores multiplicauit: & quidem exactorum numerus, quam aliud Cæſaris & Chriſti oſtendebat regnum: æternum erat regnum Chriſti, & Cæſaris erat caducum: ergo Chriſtus vnico tantum exactore, eoque fideliſſimo, Petro ſcilicet vtitur; Cæſar verò multis exactoribus obtruditur: *Acceſſerunt*, inquit, *qui didrachma accipiebant*; imò & qui extorquebant didrachma. Plures exactores adſcribuntur Cæſari, Chriſto vnicus: nec mirum, quando Chriſti regnum rationi conſonum, non violentum. Notauit Hieronymus in catena, ipſa in repetitione tributi dolos obtendiſſe ipſi Chriſto Cæſaris exactores, ſi poſſent factitiis dolis non ſolum pendendam extorquere pecuniam; ſed ad ampliorem cogere copiam: *Malitioſè interrogant, vtrùm reddat tributa, an contradicat Cæſaris voluntati.* Toti ſunt Cæſaris exactores in repetendo à non debentibus, in ſtruendis captioſis litibus, & concinnandis criminibus. Et quid aliud expectares, vbi exactorum multiplex copia, & litibunda auaritia.

matth. 17. verſ. 23.

Hieronym.

75 Iſaias populo tranquillitatem promittens, exactores abigendos teſtatus eſt, quaſi nequeat conſtare felicitas, niſi exactorum exulauit rapacitas: *Miſeribitur Dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam.* Addit: *Et erit in die illa, cùm requiem dederit tibi Dominus à labore tuo, & à conculſione tua, & à ſeruitute tua dura, qua ante ſeruiuiſti, ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſauit exactor?* Exactorem abegit, vt proſperitatem populis impertiret: ceſſauit exactor, vt fieret felicitas: nec enim quantumuis aliæ proſperitates ad populum confluerent, ni careret exactore, tranquilla vteretur requie: ſemper namque factitiis interpellaretur criminibus, coloratis ſubdolè litibus vrgeretur: ergo vt requieſcat animo imperturbato, improbo liberatus eſt exactorum ingenio. Athanaſius lib. de cruce & paſſione, & apud gloſſam in exactoribus teſtatur dæmones figuratos. Ipſum audi apud gloſſam: *Poſtquam tu Domine ab illo* (Principe ſcilicet huius mundi) *exterſiſti chirographum, quod erat contra nos, idque affixiſti cruci, omnes Sathanæ inſultant dicentes: Quomodo cohibitus eſt exactor?* Itaque ſub ænigmate exactoris cohibiti dæmon prædicitur à Chriſto Domino depellendus, & mundus felicitate donandus, ne deletâ iam per Chriſtum culpâ, grauiſſimâ homines exactorum premerentur violentiâ. Et quidem vt noueris quàm miſera ſit plebs plurimis exactoribus ſubiecta, audi quid ipſe Iſaias cap. 3. dicat: *Populum meum exactores ſui ſpoliauerunt.* Non hoſtes, non aduerſarij; ſed exactores. O quam ruebat iam ille populus multis exactoribus preſſus, & rapinis iniquiſſimis prorſus attritus: *Ruina hæc*, aiebant ad Principatum inuitantes, *ſub manu tua.* Quæ ruina? Quam patimur exactorum illuuie, & peruerſitate. *Deuorant* (inquit Hieronymus ad hunc locum) *non iuxta Apoſtolum domus tantùm viduarum, ſed vniuerſum populum.* Profectò aliquando leo vrſuſve arietem de medio gregis, cui Dauid præerat, diripiebant; non tamen deuorabant, quandoquidem de belluarum ore non ſemel Dauid extraxit; at exactoribus non eſt facile etipere, quia inueniuntur ſemper vorare: Vnde nocentiores ſunt ipſis leonibus, ipſis viſis deteriores.

Iſaiæ 14. verſ. 1.

Iſaiæ 3. v. 12.

---

§. XVII.

Qui Angelicam puritatem ſortiri diſcupit, non tantùm proprij; ſed omnem ſpeciem periculi fugit alieni?

76 PVlcherrimus flos eſt caſtitas; ſed & floris ad inſtar deuenuſtatur, & facillimè langueſcit. Sanâ radice alieno habitu ſolet obſcurari, viſúque infici: *Vera & tota, & pura virginitas,* inquit Tertullianus, de veland. virgin. cap. 15. *nihil magis timet, quàm ſemetipſam, etiam feminarum oculos pati, non vult: alios ipſa oculos habet, confugit ad velamen capitis, quaſi ad galeam, quaſi ad clypeum: qui bonum ſuum protegat aduerſus ictus tentationum, aduerſus iacula ſcandalorum, aduerſus ſuſpiciones, & ſuſurros, & æmulationem, ipſum quoque lumorem.* Libidinoſus oculus ardorem exhalat, qui ne clypeo repellatur prouido, etſi non adurat caſtitatem, infuſcat ſaltem eius ſplendorem: vt bonum ſuum protegat vera, & tota, & pura virginitas, vel aliena ſcandala fugit: quia de alienis ſcandalis in ſe contorqueri iacula nouit. Mirè hanc doctrinam confirmat Angelus, qui Manue vxorem allocuturus, vt ſuo muneri ſatisfaceret, eum oſtendit vultum, qui oculos ad concupiſcentiam non adduceret, ſed reuerentiam ſuaderet. Ecquis hoc ait? Ipſa ſane Manue vxor: *Cum veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei: Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum, terribilis nimis.* Hebraicè habetur: *Aſpectus eius ſicut aſpectus Angeli Heloim terribilis valdè.* Omnis Angelus periculi expers erat, vt tamen vera, & tota, & integra puritate eluceret, noluit pati cupidos mulieris oculos, quaſi aliena concupiſcentiæ ad noſtram eruditionem fuerit nitoris nebula, & candoris vmbra. Opportunè Caietanus ad hunc locum: *Non apparuit ſub ſpecie viri amabilis; ſed timendi: quia mulieri iuueni apparebat, nec decebat eam trahere ad ſui amorem; ſed reuerentiam.* Si placido vultu alloqueretur mulierem, forſitan illa oculos pulchritudine paſceret, & ipſo aſpectu ſuſpicioni locum præberet. Ergo Angelus aduerſus ſuſpiciones, & ſuſurros clypeum obiecit, & timorem perſuaſit. Oculos pati noluit Angelus: nam vt optimè Hieronymus ad Euſtochium. *Aliter vident impudici oculi.* Etſi purus virginaliſque oculus propria concupiſcentia non deturpetur, omnem debet alienis oculis concupiſcendi occaſionem auferre,

Tertull.

Hebraica.

Caietan.

Euſtoch.

Digitized by Google

ferte, ne de aliena flamma contingerit denigrari.

77 Apoſtolus virgines ad integrum puritatis honorem erudiens hîc aiebat: *Debet mulier poteſtatem habere ſupra caput propter Angelos.* D. Anſelmus legit *Debet mulier velamen habere ſuper caput ſuum, & propter Angelos.* Velamen appellauit poteſtatem: quaſi iam ſua non ſit, quæ patuit oculis, & alienis conſtuprata eſt deſideriis. Itaque velamen virginis arcet oculos, ne alicuius appetitionis ſubeat periculum, & quaſi ſatis non fuerit proprios velamine vitare ſcopulos monentur oculos velo interpoſito arcere alienos, ne ardenti cupidinis viſu tacta puritas obſcuretur, & illibati candoris gratia amittatur. Anſelmum audi: *Non habeat caput liberum in Eccleſia; ſed velamine tectum propter Angelos, id eſt, propter Sacerdotes diuina voluntatis nuntios, ne in eius faciem irritentur ad libidinem.* Adnectit: *Vel propter Angelos, qui nobis ſunt ad cuſtodiam deputati, ne diſpliceat eis laſciua mulieris denudatio, ſi viderint fomitem peccati per eam excitari.* Itaque vt virgo omni cura ſplendiſſimi candoris puritatem cuſtodiat, opus eſt venaticis aſpectibus non patere; ſed velaminis clypeo protegi: nam laudabilior puritas non ſolùm vitat innata obſcurari flammâ; ſed alienæ etiam innubilari libidinis culpâ.

1. Cor. 11. verſ. 10. Anſelm. Anſelm.

78 Sponſus Sponſæ puritatem dignis elogiis commendans eius capillaturam fœminis pro decoris velamine datam captis montium receſſu degentibus comparauit: *Capilli tui ſicut greges caprarum, que aſcenderunt de monte Galaad.* Prolixa Sponſæ coma laudabili interdicto eius oculos fœnabat, & liberum aſpectum arcebat, verùm ſatis non fuit illibato gaudere intuitu, niſi ab omni periculo ſolicitæ cautelæ libera lateret receſſu. Notauit Ambroſius ad hunc locum: *Vbi aliis præcipitia ibi capris nullum periculum.* Subiicit: *Spectantur à paſtoribus ſuis dumoſa de rupe pendentes, vbi luporum incurſus eſſe non poſſunt.* Dumoſa de rupe pendent, quo lupus incurſum impoſſibilem noſcat, & nullatenus acceſſiſſe præſumat: quaſi iam Sponſæ aliquod emerſerit detrimentum de impuro lupi aſpectu, aut de poſſibili incurſu. Ob id ergo Spiritus ſanctus captis Sponſam comparauit, vt noueris eius pulchritudinem nulla ingenita cupidine infectam; ſed nec aliena audacia obſcuratam: ad integrum namque puritatis candorem ſpectat, propriis oculis non delinquere, nec alienis vulnerari.

Cant. 4. v. 1. Ambroſ.

79 Fortaſſis ob hanc rationem, cùm cœleſtis Sponſi ſitibunda Sponſa foras ſe protripuiſſet pallio, vt decebat, velata, in circitoreſque incidiſſet, qui pallio denudarunt, vulneratam ſe deploravit: *Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. Adiuro vos, filia Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.* Dum ſe caſtiſſimi ſolùm amoris ardore fatetur æſtuantem, ab omni concupiſcentia declarat etiam immunem: quæ ergo fuerunt hæc vulnera à circitoribus illata, & audaci manu impreſſa? Iam ipſa explicauit: *Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me.* Quo vulnere? Pallij profectò denudatione: *Tulerunt pallium meum.* Dum nudatam violenter faciem circitores minùs caſtis oculis inſpexerunt, iam puritatis candorem ipſa audacia vulnerarunt; & quia ablato pallio audentibus oculis ſe cognouit inſpectam, & ingemuit vulneratam: quaſi iam puritas alienæ audaciæ gladio fuerit percuſſa, & mucrone libidinoſi intuitus vulnerata. Huc voco Tertullianum de veland. virgin. c. 5. *O ſacrilega manus, quæ dicatum Deo habitum detrahere potuere. Quid prius aliquis perſecutor feciſſet, ſi hoc à virgine electum cognouiſſet? Denudaſti puellam à capite, & tota iam virgo ſibi non eſt: alia eſt facta.* Aliquid nudato capite amiſit, ſi non integritatis, decoris: ergo iure ſe dolet impuro aſpectu vulneratam, & cupidine aliena percuſſam: nec ſine prudenti conſilio, quæ apud Sponſum intercedant, Ieruſalem filias aſciſcit: nam licèt antea patronis non egueit Sponſum capite velato requirens, & circitores illæta tranſiès: *Paululum cùm pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea;* ab ipſis tamè conſpecta iam diſplicere timet, & patrocinium exambit. A nullo conſpecta adire Sponſum non timuit, iam viſa, & pallio denudata veretur zelotypum, & Ieruſalem filiarum apud Sponſum quærit ſuffragiũ. Amore languens omni offenſæ ſuſpicione caret; verùm dum audacibus oculis inſpecta eius pulchritudine candor integer ad ſpeciem non conſtabat, oculos Sponſi timebat: & quidem nimia hac ad ſpeciem ab Sponſo requiſita cautela, edocet quanta ſe circumſpectione gerere debeant eius Sponſæ aduerſus alienos oculos, & ſuſurros.

Tertull. Cantic. 3. verſ. 3.

80 Degebat Agar ſupercilium dominæ fugiens in deſertorum ſolitudine: Angelus, vt errantem reuocaret, & ſubiectioni vtili reſtitueret, illi apparuit, & ad dominam ſuam iterum reuerti monuit: *Dixit ei Angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius:* Agar poſtea nota hîc ſe vidiſſe teſtatur: *Profectò hîc vidi poſteriora videntis me.* Alibi iterum eam Angelus vocat, fontemque oſtendit, & iam hîc terga non videt: *Vocauit Angelus Dei Agar de cœlo dicens: Quid agis Agar? noli timere.* O quanta hîc myſteria latent! adhit lux cœleſtis, vt aliqua eruere poſſimus. Inquiramus, ſi placet, cur Angelus deſerto degenti non faciem; ſed terga oſtenderit? Quia fortè ſolitudo, vbi degebat, hanc ad noſtram eruditionem cautelam conſuluit: totius Angelus periculi expers faciem abſcondit, ne ſi mulier miram eius pulchritudinem ſpectaſſet, viſu obiectaretur: ſatis erat mulierem in ſolitudine degentem monere: ergo noluit Angelus faciem eius oculis obiicere: quia cùm omnia ad noſtram doctrinam, & eruditionem inſeruant oportuit Dei miniſtrum ea circumſpectione munus obire, vt quidquid ad munus non ſpectabat, vitaret. Opus erat conſilio, non aſpectu. Ergo Angelus celauit aſpectum, tribuit conſilium: *Videtur*, ſcribit Oleaſter hîc ad litteram, *quod Angelus noluerit ei faciem oſtendere; ſed cùm recederet, ſibi poſteriora oſtendit, quemadmodum Dominus Moyſi, & ideò dicit ſe vidiſſe poſteriora videntis ſe.* A muliere noluit Angelus ſpectari, præcipuè ſolitariè degenti, vt eximiâ eius circumſpectione erudiamur, intelligamuſque ſatis non eſſe proprio catere periculo; ſed occurrendum etiam alieno: poſtea cùm Angelus matri apparuit filio, vt volunt Patres, grandi non longè diſtante, nil de facie aut tergore ſcribitur; ſed vbi teſtis non adfuit, cautela nobis doctrinalis declaratur. Diſcamus ergo ab Angelis vtilem oris ſeueritatem, dum alloquimur fœminas, ne affabilis oris placiditas videntibus ſuſpicionem ingeneret, aut ipſi fœminæ aliquam occaſionem attulerit.

Genes. 16. v. 9. Genes. 21. v. 17. Oleaſt.

§. XVIII.

Pudica mulier vel Angelicum hominem alloquens, longam sermonem non texet, sed ad silentium recurret?

81 VIrginitas virtutum decus, Dei simulacrum, Angelorum consortium, parens vitæ, amica sanctitatis, fomentum fidei, perpetuum gaudium, charitatis subsidium est; facillimè tamen, si non corrumpitur, obscuratur: & hoc non solum possidentis inertia; sed & enormiter præsumentis audacia: aduersus susurros & suspiciones debet cautela obarmari, liuorique, & æmulationi serpentinam linguam occludere. *Est aliquid apud ethnicos,* aiebat Tertullian. de veland. virgin. c. 15. Tertul. *metuendum, quod fascinum vocant, infelicioremlaudis, & gloriæ enormioris euentum.* Vt eximia corporis habitudo fascinantibus oculis inspecta languet, halituque pestifero obturus tacta labascit, sic pudicitia, virtutum venustas laudis fascino, curiositatis adspectu, hominis alloquio splendorem deperdit, & illibati gloriam amittit. Vnde pudicis fœminis studiosissimè curandum est omnem iniquè suspicioni aditum occludere, & vel leuissimam susurri causam exterminare. Opus est aliquando cum homine miscere colloquia: sed prudens pudicaque mulier, quantumuis absit periculum, longum, ni opus fuerit, non texet colloquium, memor Leuiathan halitu prunas incendere, & ardorem enutrire. Samsonis mater extat pudicitiæ exemplum. Degebat in suburbano precibus dedita, & ab humanis aspectibus semota, cùm Angelus inuolat læta denuntiaturus: ea erat oris modestia, vultusque grauitas, vt intuenti reuerentiam suaderet, & quid ibi latere diuinum maiestate publicaret. Ipsa sic marito refert: *Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum terribilis nimis. Quē cùm interrogassem quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere.* In textu Hebræo aliter prorsus habetur: *Et non interrogauit enim, quo ab ipso iste. Et nomen suum non indicauit* Hebraica. *mihi.* Nostri textus veritati standum est: quia tamen Hebraica litteras adaptandis moribus potest conuenire, attendere oportet, cur hæc mulier, etsi vultum Angelicum adspexerit, verba non miscuerit, nec longa colloquia traxerit, quando inspe-rati Euangelij alacritas suadebat prolixiùs scisci-tari, & quis esset nuntius, inquirere: cur ergo insolita fœminis incuriositate tacuit? Vt consuluerit pudo-ti, inquit Caietanus: *Manifestat mulier se nihil* Caietan. *aliud scire de conditionibus Angeli, qui apparuit: quia nescit nomen illius, & non interroganit, quo iret à loco isto: & per hoc manifestat quod nescit vbi habitet, aut quo diuerterit:* Vultus testabatur Angelum, gratissimum erat nuntium; mulier tamen nihil interrogauit, sed ad silentium recurrit: noluit vbi habitaret, scire, ausa non est, vnde venerit, scisci-tari, ne si Angeli hominem referentis scisci-tata fuerit hospitium, sinistræ suspicioni dederit locum. Et quidem vt nouerit vel cum Angelo hominis specie apparente prolixa miscere colloquia: suspicionem aliquando ingenerare, animaduerte postquam pudica hæc mulier iuxta nostram vulgatam matito retulit se de nomine, de habitatione, de genereque interrogasse, opus fuisse ad suspicionem exterminandam Deum exorare, vt Angelus iterum aduenians mariti mœrorem delinitet, & vxoris pudicitiam asseueret. Ita Hugo Cardinalis ad hunc Hugo. locum: *Nesa Manue, quando vxor narrauit quod viderat, commendans faciem, & pulchritudinem Angeli, qui ei apparuerat, contristatus est valde: erat enim Zelotes: ideo vxor eius, vt mitigaret irrationabilem motum eius, consuluit ei, vt ambo orarent Deum, vt iterum veniret Angelus ad eos.* Profectò quæ mulier interrogarat, rationi congruebant; verùm dum habitudinem commendauit, dum colloquium retulit, animum mariti nimiùm suspicioli percussit, opusque fuit ad stultum mœrorem deterendum, ad orationis confugisse subsidium, & iteratum impetrari à Domino Angeli aduentum: leui adeò occasione suspicio gignitur, ex suspicione candor pudicitiæ obscuratur.

Cum nihil in Scriptura mysterio careat, iuuat 82 expendere arcanum fœminarum Christo famulantium silentium: sequebantur Dominum à cœlesti eius ore pendentes, & animos saporato doctrinæ pabulo recreantes, verùm dum inuidia fatale optimis telum Christum abstulit, & cruci affixit: defuit præsentia obturui; sed nec post mortem obliuio irrepsit affectui: ad sepulchrum contendunt, ibique adspiciunt Angelum iuuenis specie fulgentem. *Viderunt iuuenem se-* Mar. 16. v. 5. *dentem in dextris coopertum stola candidâ.* Angelus mulieres blandè alloquitur & solatur; pium earum allaudat studium, ad videndum sacrum inuitat loculum: *Scio quòd Iesum, qui crucifixus* Matth. 28. *est, quaritis: non est hîc. surrexit enim, sicut di-* vers. 5. *xit. Venite & videte locum, vbi positus erat Dominus*: dum audiunt illic non esse, quem anxiis votis perquirebant, crederes, vbi sit scisci-taturas tum innato fœminis sciendi desiderio, tum obsequij exercendi studio; non tamen audies verba cum Angelo texuisse, aut sermonem protelasse: imò citatum refert textus arripuisse cursum, non protulisse aliquod verbum: *Exierunt citò de monumento cum timore & gaudio magno*: timentibus occurrit Dominus, comiter eas salutat, & iam accedunt pedes amplexæ, & vestigia deosculatæ: *Illæ ac-cesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.* Hic placet inquirere cur mulieres acri timore inuolarint agitatæ, & cur nec protulerint verbum mutæ? Ea se mihi offert ad nostram eruditionem ratio, apparuisse videlicet Angelum specie iuuenis. Ergo quæ Christum anxiè quærebant, à verbis etiam cum iuuene Angelico abstinuerunt, & cursibus ad Dominum inuolarunt: Angelus iuuenem referens ad videndum locum inuitat, & tamen ne quæ oculis obiiciebatur iuuentus, aduersus, qui tegebatur, aliquid auditet spiritum; sermonem non miscent; sed trepidant; sed aufugiunt; sed inuolant. Et fortassis si ibi substitissent, si moras Angelum allocutæ traxerint, aliquod illis crimen Iudæorum peruersitas impegisset, & calumnijs factiosissimis obscurasset: *Cum timore egressæ* Euthym. *sunt*, scribit Euthymius, *ab admiranda quæ viderant.* Adnectit: *Fugerunt secundum Marcum propter Iudæos, ne conspecta viderentur ipsa furari Iesum.* Ob admiranda, quæ viderant, fugiunt, videlicet ob Angelum iuuenescentem, & ne, dum sermonem protrahunt furti aliquam suspicionem incurrant, aut minus benè apud perfidos

perfidos audiant. Nullum erat periculum; ſed qui negabant Chriſtum de morte triumphatorem, & Angelicum denegarent etiam iuuenem. Ergo ne perfidia, audaxque inimicorum temeritas pientiſſimas fœminas commentitio crimine quiuerit denigrare, ad ſilentium recurrunt, & curſum capiunt.

83 Magna mulier pietate fulgurans Eliſæum hoſpitio recipit, ſedulo miniſtrat officio: ille, vt erat gratus quid ſibi velit, interrogat per miniſtrum: *Loquere ad eam*: Ecce *ſedulò in omnibus miniſtraſti, nobis, quid vis vt faciam tibi?* Interrogata pauciſſimis verbis reſpondit: *In medio populi mei habito*: ſtatimque ſe oculis ſubtraxit, & ad cubiculi ſecretum rediit; Ecquis hoc ait? Textus ipſe: nam cùm Eliſæus per Giezi orbari filiis didiciſſet; nec enim, & ſi ibi ſæpè ſæpius hoſpitio fuerit receptus, nouerat: quia ſe nullatenus ingerebat: ſed cubiculi ſecretum ſeruabat.) illam præcepit vocari: *Præcepit itaque, vt vocaret eam, quæ cùm vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, dixit ad eam.* Mira res: interrogata ſermonem non protrahit, vocata non ingreditur; ſed ante lumen conſiſtit, etſi propheta miris virtutum dotibus reſplenduerit, etſi Giezi ocularis adfuerit teſtis. Quæres, cur ad ſpeciem inciuilis mulier receſſerit, cur gratitudinis ſigna non ediderit, cur etiam Eliſæus non per ſe alloquatur; ſed per puerum? Certè nos & propheta & mulier cautam modeſtiam edocent, omnemque vel iniquæ ſuſpitionis aditum occludere factis erudiunt. *Vide modeſtiam Eliſæi*, inquit, Caietanus, *quod nec per ſe ipſum alloquitur mulierem.* Addit de muliere: *Receſſerat mulier à conſpectu Eliſæi, & colloquendo cum miniſtro ſuo dixit Eliſæus iuxta Hebræum: Et quid faciendum ei?* Vterque propheta & mulier mira nobis modeſtiæ exhibuerunt exempla. Propheta multis iam miraculis editis colloquia cum muliere & quidem honeſtiſſima recuſans, & mulier ſermonem breuians, & prophetæ limen non intrans. Adiice quòd cum peſtilenti morbo raptum filium Eliſæus luci, vitæque reſtituiſſet, mulier iuxta Eliſæi pedes corruens gratam ſe exhibuit, non tamen moram aliquam traxit: *Vocata ingreſſa eſt ad eum: Qui ait: Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram, tulitque filium ſuum, & egreſſa eſt.* Cum celebri reſurrectionis miraculo de magnitudine decertat modeſtiæ exemplum. Eñ nec de induſtria moras traxit, nec ad reddendas gratias prolixum ſermonem texuit; imò ſtatim receſſit pudica, non inurbana. Notauit datus Caietanus: *Nihil mora traxit in aula Eliſæi; ſed ſuſcepto filio egreſſa ſtatim eſt ad exemplum mulierum conuerſantium cum viris ſpiritualibus.* Chriſti perſonam gerebat Eliſæus, mortis erat detriumphator, geminato reſplendebat ſpiritu, & nihilominus mulieris etiam piæ recuſabat alloquium, vt illa etiam vel prophetæ Sancti conſpectum. Vt diſcant Dei miniſtri, & fœminæ quantumuis piæ longa non protraxiſſe colloquia, nec in colloquendo prolixa temporis conſumere ſpatia.

4. Reg. 4. verſ. 13.

Caietan.

Caietan.

§. XIX.

Si opus fuerit fœminam alloqui, Dei miniſter quàm citò ſe expediet, nec prolixa colloquia trahet?

Addiſcimus, aiebat Tertullianus de cultu fœminar. cap. 12. *aduerſus congreſſus etiam, & ſuſpiciones impudicas prouidendum omnino eſſe: quid enim caſtæ mentis integritas in alterius ſuſpicione maculatur? Quid ſperatur in me, quod auerſor? Cur non mores meos habitus pronunciat, ne ſpiritus per aures ab impudentia vulneretur?* Per aures oculoſque ipſo mulieris halitu & aſpectu ſæpè animus vulneratur, & niſi quis fugæ clypeum arripiat, miſerè corruet: blãdus mulieris ſermo oris placiditas ſe inſinuant, vtque venenata pocula, dum exhauriuntur gratiùs, corda adurunt viuidiùs, ſic fœminarum adulationes, ac blanditiæ voluptate percipiuntur, ſed aures ipſa voluptate conuulnerantur. Magnus ille Patriarcha Iudas ouium tendebat ad tonſuram; verùm dum tantiſper in via hæſit mulierem allocutus, ceſſit artificio, & ſeruiuit deſiderio: *Compellauit, & pactus eſt*, inquit Tertullianus. Colloquium intulit pactum, pactum cupidinis abſoluit negotium. Oppones opus eſſe Dei miniſtris frequentiſſimè fœminas alloqui, & pro variis cauſis audire. Fateor; ſed tunc ratio exigit, vt ipſe conuerſationis habitus omnem ſuſpicionem abigat; imò & ſuſpicionis temeritatem repellat: *Cur non mores meos habitus pronunciat?* Quaſi dicat Tertullianus: Si auerſor quidquid ad muneris, & obligationis cauſam ſpectat, quid mitum ipſe pronũciationis, & colloqui habitus prodat animum: & manifeſtet ingenium? Certè prolixa trahere colloquia, longum ſermonem texere, frequenter inuiſere, malitiam armat, & ſuſpicionem confirmat. Ergo addiſcamus non ſolum aduerſus congreſſus; ſed aduerſus iniquas ſuſpiciones prouidere, & quam citò nos à fœminarum colloquiis expedire. Adeſt optimus magiſter Angelus, qui delegatus à Deo, vt Samſonis matri filium promitteret, afflictionemq; ſterilitatis leuaret, quæ ad cauſam attinebant, diligenter peregit; ſed quidquid non pertinuit, vitauit: *Concipies, & paries filium. Caue ergo, ne bibas vinum, ac ſiceram, nec immundũ quidquam comedas.* Fœmina quis ſit interrogat, vbi diuertat, venerit vnde? verùm Angelus nil reſpondit: ſed peracta legatione inuolauit. Ipſam fœminam audi. *Cùm veniſſet ad maritum ſuum, dixit ei: Vir Dei venit ad me habens vultum Angelicum terribilis nimis. Quem cùm interrogaſſem quis eſſet, & vnde veniſſet, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, ſed hoc reſpondit: Ecce concipies, & paries filium.* Omnia alia à fœmina curiosè interrogata ad legationem munuſque exequendũ non pertinebãt. Ergo Angelus Deique miniſter, quidquid munus exigebat, edocuit, ad alia tacuit, vt nouerint Dei miniſtri, abſtinendum non eſſe à mulierum colloquiis, dum miniſterium, aut honeſta cauſa poſtulat; ſed nec prorrahendum prolixiùs ſermonem, ſi cauſa non requirat. Adeſt Abulenſis q. 21. *Ego quæſiui ab eo vnde veniſſet, quis ipſe eſſet, & de nomine ſuo; ſed ad nullũ mihi voluit reſpondere.* Præcidit ſuperflua & protulit Angelus neceſſaria. Et fortaſſis nõ minus mulier ex eius ſermone, quàm ex oris grauitate Dei eſſe virũ coniecit

84 Tertull.

Abulenſ.

& prædicauit. Qui animarum ſterilitati cupiunt mederi, qui virtutum optimos fœtus deſiderant procreari, Dei ſe miniſtros teſtentur decenti oris ſeueritate, & prudenti verborum circumſpectione: ſic namque proximi nos Dei miniſtros, ſanctitatiſque procuratores verebuntur; ſin aliter, ſuſpicionibus obſcurabunt, aut minorem reuerentiam exhibebunt.

85 Rebecca impetratis à Deo filiis eam ipſis in viſceribus paruulorum rixam experiebatur, vt iam fœcunditatem ſterilitate commutaret, factique pœniteret: *Collidebantur in vtero eius paruuli, Quæ ait: Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* Moleſtis adeò filiorum luctibus perſuaſa decreuit, quid futurum eſſet ſcire, & Dominum conſultura pertexit: *Perrexit, vt conſuleret Dominum.* Qui conſulebatur, reſpondit: *Duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori.* Inquirunt Patres, à quo reſponſum acceperit Rebecca, quemque adierit conſultura: *A quo Rebecca ſcire voluit ſortes infantium, quos in vtero gerebat:* inquirit hic Theodoretus quæſt. 75. Reſpondetque exiſtimaſſe plures retendiſſe conſultum Melchiſedechum illum Dei Sacerdotem pietate inſignem. Ipſum audi: *Quidam aiunt ipſam adiiſſe ad Melchiſedech, nempe ſummum Sacerdotem Dei Altiſſimi virum nobilem, & pietate inſignem.* Conſonat Auguſtinus apud gloſſam: *Forſitan ad locum (iuit) vbi aram conſtituit Abraham; ſed quomodò ibi reſponſa darentur, tacet Scriptura: An per aliquem Sacerdotem, quem mirum eſt, ſi ea, non fuiſſe nominatum.* Itaque Rebecca ad Melchiſedechum Dei vices gerentem ſe contulit pro afflictionis leuamine, futurorumque cognitione. Quid tunc Melchiſedechus? Ea ſolùm reſpondit, quæ ad cauſam pertinebant, quin ſermonem traheret, aut de induſtria nouas alloquendi cauſas produceret. Vnde munus, quod gerebat, nobilitauit, & Deum per ſe reſpondere oſtendit: opus non erat reſpondentis nomen euulgari, aut conſulentis conditionem inquiri. Ergo oraculi ad inſtar innominatus Sacerdos reſponſa edidit, & ſermonem longum vitauit. Certè ſi omnes Dei miniſtri, dum à fœminis conſuluntur, Melchiſedechi normam ſequerentur, Numinis haberentur cæleſtes nuntij, quas doquidem Rebecca abiiſſe dicitur, vt conſuleret Dominum, cùm adierit Abimelechum: quia ille conſultus Dei perſonam geſſit, & quidquid humanum erat, depoſuit.

Geneſ. 25. verſ. 22.

Theodoret.

Auguſtin.

86 Sunamiti, cùm nuptialem illa expectaret thalamum, de mortuo filio inopinus morbus attulit feretrum: illa experta Eliſæum orationibus naturam viciſſe, credidit & precibus in mortem poſſe: in monte degentem adiit, gemitibus cordis dolorem oſtendit, filij caſum luctu declarauit: *Numquid petini filium à Domino meo? Numquid non dixi tibi: Ne illudas mihi?* Conferes prophetam de morbo, de mortiſque genere rogaturum, & tamen non inuenies ad mulierem verbum protuliſſe: ſed Giezi morti afferre remedium imperaſſe. *Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade.* Inſtitit mater, nec paſſa eſt à prophera diuelli: *Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te.* Propheta pietate compulſus præeuntem ſecutus eſt: *Surrexit ergo, & ſecutus eſt eam.* Non eſt comitatus, ſed ſecutus: nec enim neceſſum erat matris adhærere lateri ad reuocandam animam pueri. Ipſo interuallo pudori conſuluit, & colloquia cum muliere vitauit: peruenit tandem domum, & reuocato iam puerulo ad vitam per Giezi illam vocat, & miniſtro præſente ait: *Tolle filium tuum.* Adorauit mater, tulitque filium ſuum, & hoc facto ſubnectit textus: *Et Eliſæus reuerſus eſt in Galgala.* Expende, amabo te, quàm fuerit ſermonis cum muliere parcus, qui miraculo luxit magnificus ſolùm inueniens ad mulierem dixiſſe: *Tolle filium tuum. Et* cur refuſa vita non traxerit ſermonem? Cur per aliquos dies gratitudinis obſequia non acceptarit? Cur ibi per aliquod tempus otio non indulſerit? Cur laboris non procurarit leuamen; ſed ſtatim perfecta reſurrectione in Galgala ſe receperit? Quia Chriſti gerebat vices, reſpondet Baſil. Seleucienſis orat. 10. *Eliſæus Chriſti figuram gerit: populus autem gentium erat ille mortuus vi peccatorum.* Nil non fecit Chriſti vicarius, vt abigeretur culpa, & refunderetur puerulo vita: abſtinuit verbis, vt ſumptuoſis eluceret miraculis: non ſe negauit afflictionis leuamento, non detrectauit laborioſum iter ſubire, non refugit incuruari, non exhorruit oculos oculis admouere, oſque ori imponere, & cum demortui pedibus pedes contendere; excuſauit tamen verba, quæ ad cauſam non ſpectabant, nec reformandæ vitæ inſeruiebant. Certe ſi cùm mater propheræ adiuit, longũ traxiſſet ſermonẽ ſi prolixa miſcuiſſet colloquia, tardius & difficiliùs repararetur puerili vita; at dum linguam frænat, dum opem allaturus inuolat, Chriſti perſonam gerit, & cadaueti lucem refundit: *Eliſæus Chriſti figuram gerit.* Qui Chriſti Domini vices gerit, verbis abſtineat, fœminarum vitet colloquia, vt perficere queat miracula. En Angelus Dei miniſter, nuntiuſque cæleſtis ſterilitati medetur; ſed ad interrogata non reſpondet, nos edocens mederi fœminarum, anxietatibus, non tamen prolixi agere cum illis ſermonibus.

Baſil.

4. Reg. 4. verſ. 28.

§. XX.

Dei miniſter ſe non ſubtraxerit neceſſitati vocatus; ſed nec ſe ingeſſerit importunus.

87 PRudentia charitatis non ſolum ornamentum; ſed & gubernatulum eſt. Dei miniſter numquam proximi neceſſitati deerit, ſi poſſit opitulari ſic tamen ſe geret, vt omnem malignitati ſuſpicionem abſciderit. Qui licèt candidè, importunè ſeſe ingeſſit, detrahentium linguis occaſionem exhibuit, quandoquidem exiſtimabit malignitas non tam virtutis agere negotium, quàm ſuum. Ecce Dei Angelus Samſonis matri apparens humana ſpecie filium promiſit, retulit illa, ne quid lateret, marito ille penitiorem erga futuri pueri educationem notitiam deſiderans; ad orationis precumque recurrit patrocinium, Angelique prometuit colloquium, & documentum. *Oranit itaque Manue Dominum, & ait: Obſecro Domine, vt vir Dei, quem miſiſti veniat iterum, & doceat nos, quid debeamus facere de puero, qui naſciturus eſt.* Vxore inſtructa Angelus domum iterum non inuiſit, quouſque Manue eius reditum fuſis precibus poſtulauit: dum oportebat, non inuitatus adſtitit; ſed abſoluta iam legatione, niſi obnixè poſtulatus non rediit inſtruens ſuis factis Dei miniſtros neceſſitati non deeſſe; ſed ſe munere expleto ſubtrahere, nec frequenter domos inuiſere. Multis opus fuit precibus, vt repeteret ſuburbanum, qui non vocatus inuolarat,

Digitized by Google

Abulenſ. inuolarat, & quid agendum, docuerat: *Orauit Manue, vt veniret iterum vir Dei*, ſcribit Abulenſis quæſt. 4. *nam ille iam docuerat vxorem ſuam de eo quod factura erat tam ipſa, quàm paruulus, poſtquam naſceretur: idèo non opus erat quod denuò appareret.* Si opus eſſet, non inuitatus iterum apparuiſſet; at munere iam abſoluto, opus fuit, vt iterum aduenirent à Deo reditum precibus impetrare. Diſcant Dei miniſtri ab Angelo nulli labori parcere, quò eorum ope indigentibus opitulentur, at cùm opus non eſt, ſe non ingerere, aut auſam ad ſe ingerendum arripere: ſolent namque nonnulli importunè faſtidium ſui facere: quia aliquando contigit opus eorum præſentia fuiſſe. Ergo cauendum eſt Dei miniſtro, ne munus dehoneſtarit, ſi ſe ignauè neceſſitati ſubtraxerit, aut ſolicitè vltra neceſſitatem ſe ingeſſerit.

88 Spiritus gratiâ à Saule tranſlata ſpiritui nequam habitationem concedebat: quale enim Saul adaptabat diuerſorium, talem ſuſcipiebat hoſpitem: deſertam igitur à gratia, nec habitatam Saulis animam nactus dæmon vti proprium poſſederat domicilium: commiſeratione erat dignum videre hominem purpurâ collucentem, & lapillis diadematis fulgurantem profundiſſimâ triſtitia obtutum, interiorique angore preſſum: tunc qui morbo medelam afferat, Dauid aſciſcitur, præſtò adeſt, & lyræ pulſu dæmonen abigens, Saulem mœſtitudine releuat, & exhilarat: *Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat: recedebat enim ab eo ſpiritus malus.* Iam infirmitate depulsâ cùm rex in campum contra inimicos acies produceret. Dauid receſſit, & mapalia repetiuit: *Abiit Dauid, & reuerſus eſt à Saul, vt paſceret gregem patris ſui in Bethlehem.* Palatia intrauit à rege vocatus, reliquit non dimiſſus; verùm inquiramus, ſi placet, cur Dauid à Principe dilectus illum non fuerit ad certamina euntem comitatus? Nonne grandis illi honor, commodumque reſultabat ex Saulis conſortio? Cur ergo non manu miſſus, imò, ne abiret, rogatus deſeruit Principem, vt egerit ouium cuſtodem? Textus indicat: vocatus fuerat, vt morbo mederetur, quod feliciter abſoluit: ergo munere abſoluto ſe palatiis non ingeſſit; ſed agreſtem caſulam repetiuit. Innuit Abulenſis quæſt. 13. *Saul fecerat diligenter, quod ſibi aſſiſteret Dauid, & dixerat ad patrem eius Iſai: Stet Dauid in conſpectu meo: quia inuenit gratiam in oculis meis.* Subnectit: *Nunc autem erat liberatus à dæmone: ideò non erat opus, vt ſecum haberet Dauid.* Si Dauid perſeueraret, lucraretur Principis gratiam; at depulſo iam dæmone morbus non exigebat eius præſentiam. Ergo cùm fuerit Chriſti Domini imago, neceſſitati non defuit, nec ſe palatiis intruſit: ſalute reſtituta ſolitudinem repetiuit, vt aduerſaretur dæmoni, palatium adiit. Profecto ſi alius eſſet Dauid, vel vrgente ouium periculo, patreque vocante, à palatiis non diſcederet; ſed varias ad aſſiſtendum Principi cauſas coloraret; at vt erat totus ad virtutem factus, optimiſque moribus exculcus, nec le proximi neceſſitati negauit nec abacta neceſſitate ſe ingeſſit.

I. Reg. 16. verſ. 23.

I. Reg. 17. verſ. 15.

Abulen.

89 Eò ſe libidinis ardor extenderat, vt diluuio fuerit opus ad peſtiferam extinguendam flammam: hac lue omnis creatura ſordeſcebat corrupta, ſanieque inquinata. Cùm igitur malum videretur immedicabile, & in dies augeſceret morbus, ac impietatis fieret progreſſio peregrinis aquis peregrinas Deus obruit ægritudines: lupernè cælum tor-

rentes ciaculabatur, tellus abyſſos relaxabat, infernè: nulla iam aridæ manſique diſcretio: vnius fluenti alueo omnia connoluebantur. Solus Noe eiuſque familia Arcâ paradiſo firmiori vehebatur: & quod, primo parentibus ligneum mortis fuit inſtrumentum, his vitæ extitit ac ſalutis auxilium. cum ergo iam ira Dei deferbuiſſet, & recurrentes ad antiquos limites aquæ ſtagnaſſent, Noe columbam mittit exploratricem: illa, etſi opportunum fuerit paſtum oliuæ nacta, ad Noe venit, & oliuæ ramum portauit malens munus citè abſoluere, quàm ſibi vnicæ prouidere: *Venit ad eum ad veſperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore ſuo: intellexit ergo Noe quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram.* Noe, ne, dum accelerat egreſſum, prudentiam innubilarit in re adeò magni momenti, maluit patienter adhuc expectare, quam feſtinanter prodire: iterum columbam mittit; illa verò reuerſa non eſt, non ingratitudine beneficium dehoneſtans; ſed ſe Spiritus Sancti ſymbolum probans: *Emiſit columbam, quæ non eſt reuerſa vltra ad eum.* Munere expleto, & virente ramo foret liberum ex arca egreſſum teſtante amanti receſſum, vt quæ iam ablouerat exploratricis negotium. Florente oliua quiuerat immorari, eiuſque laporatis fructibus velci; verum redit propriæ vtilitatis oblita, & communi neceſſitati dicata: at vbi opus non erat eius reditu, creaturarum fuga conſortium, & volatu petiuit cælum. Opportunè Rupertus lib. 4. in Geneſ. cap. 22. *Cornus emiſſus eſt, & iam non reuertitur; at verò ſancta Apoſtolica Eccleſia Spiritu Sancto accepto miſſa reuertitur; iuxta quod de ſanctis Euangelij prædicatoribus per admirantem prophetam dicitur: Qui ſunt hi, qui vt nubes volant, & quaſi columba ad feneſtras ſuas? volant enim vt nubes pluuiam pacis mundo afferentes, & quaſi columba ad feneſtras eius reuertuntur, à quo ad miniſterium noſtræ ſalutis miſſi ſunt gloriam auidè contemplantes.* Addit cap. 23. *Redit ad veſperam, & virentis oliuæ ramum in ore ſuo denexit... Tertio nihilominus emiſſa iam non eſt reuerſa.* Quæ Dei miniſtros Apoſtolosque deſignabat columba, aliter ac cornus ſe geſſit: ille ad vtiliſſimum omnibus miniſterium emiſſus munus detorſit, & infelici paſtui ſolùm attendit; at columba ſapidiſſimo fructu inuitata, & oliuæ virore allecta, miniſterium perfecit, & pacem allato ramo enuntiauit, at denuntiatâ iam pace, & legatione perfecta gloriam auidè malunt contemplari, quàm ad creaturas redire: Noëmo non defuit, dum opportuna, nec affuit, cùm videbatur ſuperflua.

Ruper.

Sunamitis filij mortem ſibi luctuoſiſſimam 90
poſſa ad Eliſæum celeri pede contendit, & quam verbis non poterat, lachrymis ſingultibuſque ſtragem eloquentiùs exponit: ille nubeculis dolorem commiſeratus, itineris labores ſubit, domum ingreditur, ſe caduceri inſternit, orat, ocari bulat, inſtrationem iterat, ac tandem filium reſuſcitat: *Ingreſſus clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper puerum, & orauit ad Dominum, & aſcendit, & incubuit ſuper puerum, &c. & oſculatus puer ſepties, aperuitque oculos.* Puero vitæ reddito Galgala repetiuit, & ſe plauſibus reſurrectionis ſubtraxit: *Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terram, tulitque filium ſuum, & egreſſa eſt. Eliſæus reuerſus eſt in Galgala.* Et cur prophetam tinere deſatigatus & labore in puero excitando preſſus apud parentes diu non maneat, & otio ſalubri indulgeat? Frustra opipara menſa, expectet donatia, nec detrectarit, quæ ſuadet occaſio, commoda:

4. Reg. 4. verſ. 32.

Digitized by Google

Eujus, inquit Basilius Seleucienſis orat. 10. *Christi figuram gerit.* Vt Christi Domini gerat figuram, vocatus adest, mortem depellit, parentes ſolatur, sit absoluto munere se non ingessit; sed Galgala repetiuit, docens Dei vicarios, ministrosque nullum recusare laborem, si proximi necessitas exigat; at si non exiget, fugere, & aspectibus se subtrahere. Vitam fortassis puero refudit, quia Galgala repetiuit: est enim proximorum salutis optimus administer, qui opportunè fugit sibi redditus, & religiosæ vitæ, ac recessui restitutus. Quisquis Christi figuram gerere exambit munere functus fugiat à sæculo: sic namque infundet vitam defuncto.

§. XXI.

Cœlestis probatur minister, qui sibi nil applicat ad commodum; sed omnia solicitat ad populi, & Superioris obsequium.

91 ETsi superior opes suas reputet thesauro pietatis augeri, & si execretur commoda, quæ vexatorum fuerint calamitatibus acquisita, non semel ministrorum: manus aut beneficia corrumpunt; aut oneris auctaria imponunt, sibi applicant ad propetum diuitiarum cremētum, quod ad Principis esset applicandum subsidium. Giezi citissimè diteſcit: quia præstitum in Domini gratiam obsequium, turpe detorsit ad lucrum. Putabat Syrus officium exhibuisse prophetæ, & seruiebat ignatus fraudi. Plures inueniuntur cupiditatis vernulæ, qui dum causas gerunt, ab vtraque parte pretium accipiunt, à Superiore salarium, & ab subiectis obsequium. Rarus est, qui propria vtilitate neglecta incorruptè gerat negotia. Manus Dei apparet Angelus filium promittens Numinis fauore ortum: ille, vt erat ingenuus, in argumentum gratitudinis conuiuium ministrio præparare festinat, hoedumque parat: *Obsecro te, vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hoedum de capris.* Quid tunc cœlestis nuntius? Sibi nil admittit; sed sacrificium offerri Numini consulit: *Si me cogis, non comedam panes tuos: sin autem vis holocaustum facere, offer illud Domino.* Profectò antequam ascendente à sacrificio flamma equitaret, minister prodebatur cœlestis, quando oblatis restitit donis: ni enim talis esset, sibi applicuisset hoedum, nec curaret Domini sacrificium: *Postquam notificauerat Angelus ipsi Manue ex parte Dei de filio nascituro,* inquit Abulensis quæst. 26. *tanquam susceptο beneficio quodam per ipsum, voluit eum inuitare ad cibos putans quod vir esset*: Addit quæst. 27. in calce: *Ipse non comedit, ideò quia erat Angelus.* Se Angelum probauit nil accipiens sibi, & holocaustum applicans Superiori. Minister humanus inuitatus annueret, & fortè hoedum sibi dari postularet. Hinc est quòd rarò quidquid à subiectis penditur, integrè Dominis applicatur: *Ipse non comedit quia erat Angelus*: ni esset Angelus, comederet, & pro læto nuntio strenas exigeret: holocaustum voluit Domino offerri, vt totum eius in honorem transiret, nec quid ad administrum Domini pertineret: *Si autem vis holocaustum, inquit, facere, offer illud Domino.* Adnectit textus: *Et nesciebat Manue quòd Angelus Domini esset.* Quasi miretur Scriptura Manue non cognouisse administrum non esse humanum, quem omni cupiditate expertus est nudum. *Ego nolo bibere*, scribit datus Abulensis quæst. 26. eius nomine, *aut comedere de pane tuo; si tamen vis totaliter expendere aliquid circa expende illud in holocaustum, & offer illud Domino.* Quantumuis celaret Angelum forma, prodebat lingua: nec enim, ni cœlestis esset spiritus, integrè ad Dominum peruenirent impensum; sed multimodis defraudatum. Dubium non est plures Regum Reipublicæque ministros omni puritate relucere, & incorruptam integritatem seruare; verùm negari nequit inueniri nonnullos, qui sibi solùm attendant, & occultis substantiam fraudibus augeant.

Abulens.

Doeg Saulis gregis custos ad eam peruenit opulentiam, vt iam inter seruos haberetur primus: quia amplissimis facultatibus diuitatus: *Erat ibi vir quidam de seruis Saul in die illa intus in tabernaculo Domini, & nomen eius Doeg Idumæus potentissimus pastorum Saul.* Qui olim quidam, iam pastorum potentissimus, alioſque diuitiarum censu supergressus. Iam si quæras, cuius fuerit ænigma, audies à Sancto Ambrosio apud glossam Iudæ extitisse imaginem. *Nec Doeg*, inquit, *figurâ vacat, qui erat custos mulorum, eo quod nemo alius nisi infructuosi gregis custos Iudæ proditoris typum impleret.* Iudam oblatos Christo Domino loculos constat suffuratum asserente Ioanne: *Fur erat, & loculos habens ea, quæ mittebantur, portabat.* Ergo Doeg dum Iudæ facta imitatur, pastorum potentissimus inuenitur. Et quidem infœcundum agens nequibat ritè acquisitis fructibus diteſcere, aut pastoris salario ad superbam adeò opulentiam peruenire; at dum fraudibus sibi applicat, quod Domini fuisse constat, citò diteſcit, & potentiam diuitiis sibi procudit. Fur erat Doeg, cúmque Principis administraret substantiam, industriosis technis gregis applicabat sibi copiam: *Infructuosi gregis custos Iudæ proditoris typum implebat.* Infructuosus erat grex, nō ministro, sed Domino: quia quod applicādum domino, applicabatur ministro. 92 1. Reg. 21. vers. 7. Ambros. Ioan. 12. vers. 6.

Cùm Moyses & Aaron libertatis populi ministri fuerint, magno nominum distinguuntur discrimine: Moyses appellatus est Deus; Aaron mansit homo, & si prophetæ elogio honoratus: *Ecce constitui te Deum Pharaonis, & Aaron frater tuus erit propheta tuus.* Augustinus acutè notauit Moysem non datum populi Deum, fortassis quia populi delectus est liberator. *Notandum*, inquit Augustinus quæst. 17. in Exordium, *quòd cùm ad populum mitteretur, non ei dictum est: Ecce dedi te Deum populo.* Deus in omnia subiectorum bona ius habet: ergo minister dum existimat Deitatis priuilegio gaudere, populum non liberat; sed dispoliat: quia quæ subiectorum, reputat sua. Benè: sed alia huius nominis causa quærenda est; & expressit, ni fallor, textus: nam dum populus Ægyptum egrederetur, totos occupatus fuit in aureis vasis, & supellectilibus colligendis: *Petierunt ab Ægyptiis vasa argentea & aurea, vestemque plurimam.* Sacramento adacti, vt ossa Ioseph secum asportarent, non tam studuerunt adimplere promissum, quàm diripere sibi aurum: Moyses verò se totum dedit ad Ioseph ossa honestè loculo collocanda, & ad patriam deferēda *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum, eo quod adurasset filios Israel.* Moyses quod religioni, populoque expediebat, solicita diligentia curauit, aurum sibi acquirere spreuit: ergo iam ab homine quodammodo in Deum transiuit. Græcus apud Lippomanum sic ait. 93 Exod. 7. v. 1. Augustin. Exod. 12. vers. 35. Exod. 13. vers. 19.

Iudæi

Græcus *Iudæi vt pote infamibus ſimiles aurum atque argentum detulerunt; Moyſes verò intemerati animi vir Ioſeph oſſa deportauit.* Ioſeph oſſa deportans ſatisfecit religioni, auro non inhiauit, quo adularetur cupiditati: hic ergo miniſter diuinum meruit elogium, quia humanum quodammodò exuerat ingenium. O quam vtilis probatur populo Moyſes, dum ſpernit aurum, & adimplet iuramentum. Hic Iſraelitorum neceſſitatibus ſubueniebat, hic diuinas iras placabat, hic auertebat pericula, & populo procurabat calamitatum remedia: Circumducens per viam deſerti populum, eam à Deo inſtructus elegit viam quæ careret periculis, quæque impiis obſiſteret votis. Notauit

Hugo Hugo Cardinalis: *Moyſes, cui Dominus loquebatur facie ad faciem, per deſertum tamquam viam ſecuriorem duxit populum ſuum ad terram promiſſionis.* Ea duxit via, qua ſecuritas floreret, & populus ad optatas ſedes inoffenſus perueniret. O ſi plures huiuſcemodi miniſtros ſortiretur Reſpublica! Certè ſalus floreret, & calamitas exularet.

94 Petrus Ioanneſque cum ad orationem curſum caperent, indefidioſum claudum inciderunt, & qui ſua non grauabantur inopia, ærumna afflictabantur aliena: Petrus Chriſti nomine inuocato

Actor. 3. v. 6 pedes reſculpſit, & hominem integrauit: *In nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula. Et apprehenſa manu eius dextera alleuauit eum, & protinus conſolidatæ ſunt baſes eius, & plantæ, & exiliens ſtetit, & ambulabat.* Miraculi nouitas ſic omnes perculit admiratione, vt ad Petrum Ioannemque ſtupentes accurrerent: *Cum teneret autem Petrum & & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, ſtupentes.* Quid tunc? Petrus, nequid illius miraculi ipſi adſcriberent, Chriſti virtute patratum exertè deprædicauit: *Viri Iſraelitæ, quid miramini in hos, aut nos, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus Patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum Ieſum.* Quam erat Petrus laudabilium miniſtrorum egregia norma! Operas ſuas contulit, dexteram porrexit, claudum leuauit; ſibi tamen nihil abſcripſit; imò vt inhoneſtum poſſet furtum, à ſe repellere niſus eſt omni ſolicitudine plauſum: totus fuit in Domini gloria adaugenda, & claudi ſanitate procuranda, vt miniſtros edoceret nil ſibi vſurpare, & ſolicitè Domino, ac proximis inſeruire. Adeſt Gregorius homil. 5. in Ezechielem & apud

Gregor. gloſſam: *Sancti viri coram infidelibus, vt eos ad fidem trahant, miracula faciunt; ſed ſibi ipſis, quæ fecerint: non adſcribentes, hæc omnipotentis Dei virtuti tribuunt, & auctori ſuo gloriam, & laudem reddunt, per quem ſe poſſe talia ſciunt.* Adnectit ſanctiſſimus Doctor. *Hinc Petrus ſignum quidem faciens intuentium oculis miraculi lumine perſtrinxit; ſed humilitatem cuſtodiens laudem auctori reddidit.* Oprimus Chriſti & proximorũ ſalutis adminiſter nec retraxit manum; nec plauſus ambiuit lucrum: Chriſto ſituit laudes, & claudo reſculpſit pedes. Sunt plures ad extendendam operi manum deſidioſi, & ad captandam gloriam ſemper intenti.

§. XXII.

Bonus Dei miniſter totum ſe alienæ ſaluti attemperat, & neceſſitati adaptat.

MVlta ſunt, quæ ab operantis intentione nomen accipiunt, cùm ex ſe deflecti poſſint ad 95
charitatis elogium, & propriæ vtilitatis ad lucrum: propriam excellentiam ingenio humilitatis celare laudabile eſt, nec minus laudabile ſi exigat charitas aperire: lauta frui menſa, fulgenti mitrare ornatu, aliquando erit ſordibus, & inedia laudabilius: vt etiam aliquando nuditas, & auſteritas quid prætioſius & honeſtius. Ergo oprimus Dei miniſter animarumque Zelotypus ſe totum prudentiæ adaptat, & opportunitati conformat: quid exigat charitas, ſtudioſè meditatur, & mira Metamorphoſi eas aſſumit formas, quas proximi poſcit ſalutaritas, & cur Prothæos ſuos non fingeret charitas? Charitas man ad inſtar ſe in omnia transformat, vt animarum ſaluti inſeruiat. Omnibus, aiebat Apoſtolus, *omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.* Omnium ſe adaptabat in- 1. Cor. 9.
geniis, vt facilius alliceret, ad virtutes: non fu- v. 22.
giebat gloriam, non timebat ignominiam, menſam non recuſabat opiparam, nec luridam exhorreſcebat inediam: ad animarum namque ſalutem vt ad Helicen reſpiciẽs omnia opera charitatis gubernaculo dirigebat, & tam per aduerſitatis vortices, quàm per ſecundę autæ tranquillitates intentionis ſcapham aurigabat: *In ſe perſonas omnium piè transfiguranus*, exponit ad hunc locum Anſelmus, *ex ſemetipſe diſcebat, qualiter vnicuique miſereri* Anſel.
debuiſſet. Infirmabatur cum infirmis, congaudebat gaudentibus, erantque animarum lucra actionum norma. Vt cæleſtem ſe probaret Dei miniſter ad Manue delegatus filium promiſit tot populi calamitatum exilium: cumque pro læto nuntio prandium illi Manue offerret, nullatenus acquieuit, ſed holocauſtum offerre Domino perſuaſit: *Si me cogis, non comedam panes tuos; ſi autem vis holocauſtum facere, offer illud Domino.* Vides recuſare edulium vide modo Angelos apud Abrahamum Geneſ. 18.
acceptare lubenter prandium: *Tulit butyrum, & verſ. 8.*
lac, & vitulum, quæ coxerat, & poſuit coram eis ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore: cumque comediſſent, dixerũt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? Rogabis cur alibi Angelus opiparam non detrectarit menſam, & alibi ieiunus ſolum Domino admiſerit hoſtiam: ſi apud Abrahamum Angelus refrigerauit, cur apud Manue non comedat? aut ſi hic recuſat cibum, cur ibi acceptauit prandium? O miram nobis eruditionem! Dei miniſtri, ſuperni cælites ſe attemperant hoſpitum neceſſitati: abſtinent, dum oportet, edunt opiparè, dum conducit: quia illis pro regula eſt charitas, & proximorum vtilitas. Notauit opportunè Abulenſis q. 28. ad 13: Iudic. *Angeli, qui venerunt ad* Abulenſ.
Abraham, comederunt; quia illi veniebant ad nuntiandum conceptum Sara, & quia ſi non comediſſent, non habuiſſent occaſionem cum Abraham loquendo, vt denunciarent ei de conceptu Iſaac, & vt videret Sara, volnerunt comedere cum Abraham. Adnectit: *ſic etiã fuit de Raphaele Angelo, qui fuit ductor Tobiæ per tot terrarum ſpatia, & coram illo*

comedebat, & bibebat: quia, vt ipſe dixit poſteà Iobia 12. expediebat quod illo tempore ſe occultaret in viri effigie, & quia ſi non comederet, cognoſceretur eſſe Angelus, voluit ſemper comedere; nunc autem non erat procuranda aliqua vtilitas ſi comederet iſte Angelus: ideò comedere noluit, ſed potius è conuerſo, ſi comediſſet, ſecuta fuiſſent duo inconuenientia. Manue, vt ſupra habes, erat zelotypus: ergo Dei Angelus, vt omnem ſuſpicionem abigeret, ſe non comedendo prodidit. Qui apud Abrahamum diuerterunt, qui Tobiam comitatus eſt, cibo & habitu faciendi occaſiones procuderant, & ſe opportunitati adaptarant: quò nouerint, qui Angelorum munere funguntur pro charitatis arbitrio excellentiam ſuam occultare, aut virtutem manifeſtare: non eſt lautus cibus, & iucundus potus detrectandus, ſi virtuti expediat; non eſt fugienda parſimonia, aut inedia, ſi congruat. Vnde cum iuſto lex non ſit poſita, non eſt facile operandi regulam exhibere, quàm Dei miniſtri à charitate debent accipere.

96 Elias Eliſæuſque etſi eodem floruerint ſpiritu; diſſimili tamen diſtare videntur actu: Sareptanæ viduę lues peſtifera filium rapuit: illa ad lamentum recurrit, quo vel deſperatæ calamitati medicamentum inuenit: propheta in cœnaculum, vbi ipſe manebat, puerum tulit, ibique poſtquam Dei clementiam precibus anxiis pulſauit, ſe expandit, & puero vitā refudit. *Expandit ſe, atque menſui eſt ſuper puerum tribus vicibus.* Se quodammodò producit, & protrahit, cum Eliſæus vitam puerulo refuſurus ſe anguſtarit, & contraxerit: *Incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri.* Eumdem vides ſpiritum iam contrahi, iam produci: Quod ſi cauſam inquiras, nullam aliam inuenies, quam puerorum vtilitatem. Cedebat in Elia charitati humilitas, magnumque ſe oſtentabat, & ad vitam puerulo reſculpendam producebat: Eliſæo verò charitas ſuaſit humilitatem, & ob id ſe quodammodò imminuit, &, ſi fas eſt dicere, decurtauit, cùm vtriuſque idem fuerit ſcopus, puerorum ſcilicet vita, magna fuit actionum differentia: *Pueri cadaueri*, aiebat Baſilius Seleucienſis orat. 10. *Se ipſum inſtratum applicauerit; nam pueri ori ſuum os impoſuit, naſum, naſo aptauit, faciem facie falciit, cum pedibus pedes contendit pectus impoſuit pectori, oculi ocules admouit: paucis denique membris ſigillatim applicata prophetæ membra vitam conferebant.* Vt paucis ſe applicarit membris, opus fuit anguſtari: & fortaſſis fuit neceſſarium Eliam protendi, vt ſe magno exæquarit cadaueri: ergo decurtationis, productioniſque arbitra fuit neceſſitas, & ad vitam reuocandorum vtilitas. Iam prophetas Chriſti geſſiſſe figuram nulli dubium eſt: *Eliſæus*, inquit datus Baſilius, *Chriſti figuram gerit.* Qui prophetæ Chriſtum induerant, vt ad ſpiritualem reuocarent vitam, ſe cadaueribus adaptabant: fortaſſis ſi Elias ſe anguſtaſſet, morti ſuppetias ferret, aut etiam Eliſæus, ſi ſe protraheret.

97 Expendebat Tertullianus diuerſiſſimo, & veluti ſibi oppoſito Chriſtum Dominum induiſſe vultus: Iordanem adit à ſeruo tingendus, & mire in totam humilitatem transfigurandus: *Venit Ieſus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, Ioannes autem prohibebat eum dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Reſpondens autem Ieſus dixit ei: ſine modo: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Ecce quo Ioannes impleat omnem iuſtitiam, non recuſat Chriſtus Dominus intentionem ad ſpeciem magnitudinis ſuæ offenſam, cum tamen in editiſſimo montis vertice toto ſolarium radiorum cenſu emicuerit, & fulgentiſſimo candore radiarit: *Reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*, ſi ſcruteris, cur hic qui ſolares vincerent radij è Chriſti vultu promicuerint: reſpondebit textus hominum hic Magiſtrum à patre depredicari: *Ipſum audite*; in Iordane verò mundum culpis demerſum eleuaſſe. Ergo vbi opus erat ad magiſterium auctoritate, lucem induit; vbi oportuit, è cœnoſis fluctibus merſum eruere, ad ſpeciem ſorduit: ſolem induit, vt à diſcipulorum cordibus paſſionis arceret ſcandalum: veſtes depoſuit, vt diſcipulis exhiberet exemplum, factis eruditens veram charitatem eas formas ſibi adaptare: quas nouit proximis conuenire: *Aſcendit Ieſus de aqua* (inquit Gregorius Nazianzenus orat. in ſancta luminaria) *ſecum quodammodò demerſum educens, & elenans mundum.* Vſque ad Iordanis profundiora deſcendit, vt cœno ſepultum hominem educeret, & liberaret: in vertice luxit, vt ad ſe audiendum ſplendoris luminibus excitaret. *Adultus non geſtis agnoſci*, inquit Tertulianus lib. de patientia cap. 3. *ſed contumelioſus inſuper ſibi eſt, & à ſeruo ſuo tingitur.* Subnectit: *De Domino ſit Magiſter docens hominem euadere mortem.* Vbi oportuit, vt homo mortem euaderet, mira claritate reſplenduit: vbi congruit mundum educere: à ſeruo tingi non recuſauit.

98 Moyſem quid manu geſtet, rogat Dominus non ignorans; ſed eruditens: *Quid eſt quod tenes in manu tua?* Agolum ſe prænſate reſpondit: *Reſpondit: Virga:* in terram baculum iubetur proiicere, & iam quæ manu prænſa recta erat virga; extra manum tortuoſum in ſerpentem ad ſpeciem degenerauit mutata: *verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes.* O quam grande virgæ conferebat beneficium, dum Moyſes præmebat manu! Certè aliquando dolore aut calamitate compreſſi rectitudinem ſeruamus, qui manumiſſi tortuoſitatem ſerpentum imitaremur. Itaque quid manu gerat, rogauit, vt ſe virgam geſtaſſe dicere proiici iuſſit, vt ſerpentem lacere noſceret Quod ad noſtram eruditionem aptans Bruno in allegor. Tilmami, ait Deum, vt peccatores corrigat, varias ſibi adapteaſſe figuras: iam infirmitatem noſtram ſubleuat virgâ conſolationis; teſtante propheta: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*: iam flammiuomus ſerpens deterret ſi terrore culpis medeatur, & peccatoribus auxilietur: Brunonem accipe: *Quid per virgam niſi Dei correctio? Vnde virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Hac autē virga illa vertitur in draconem, qui leniter correcti emendare ſe nolunt.* Virga poteſtaris inſigne maledicti ſerpentis aſſumit formam, & ſerpens humiliter adreptans ad virgæ tranſit poteſtatem: quia poteſtas audacibus corrigendis congruit, & humanitas infirmis alleuandis conducit. Eum induendum habitum docuit Dominus, quem hominis neceſſitas exigit, quem charitas perſuadet, quin humilitas magnitudinem detrectet, aut magnitudo humilitatem repudiet.

3.Reg. 17. v.21.

4.Reg. 4. v.34.

Baſili.

Mat.3.v.13.

Marth 17. verſ.2.

Naziani.

Tertull.

Exod.4.v.2

Pſal.22.v.5.

Bruno.

§. XXIII.

Deo meliora ſemper dicanda, non obſcura defectibus offerenda.

AMbiunt homines exiguo ſumptu pietati inſeruire; imò ſe incommodis religionis prætextu exonerare: vnde quidquid venuſtate conſpicuum, & naturæ dotibus clarum, ſibi applicant, reiectaneum, ſordidumque Deo frequentiſſimè dicant: *Offertis ſuper altare meum*, querebatur Dominus per Malachiam, *panem pollutum, &* Malach. 1. verſ. 7. *dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt: ſi offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? Et ſi offeratis claudum & languidũ, nonne malũ eſt? Offerillud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.* Mitè hominum ſugillat imprudentiam, nam cùm ducis gratiam exambientes, offerant omni macula carentem agnum, omnium exercitum Domino applicant exſuccum & ſcabioſum: ſolicitè munera ſua adornant, quo gratiam accipientium conciliauerint, & beneuolentiam accenderint; cùm Deo offerenda negligenter tractant, & ſolùm onera dicent. Audi Hieronymum ad hunc locum: *Nathinæi, ſeruique Salomonis, quorum Eſdras ſcribit κατάλογον, illicitas* Hieronym. *Domino victimas offerebant, cæcas videlicet, & claudas, ac varia debilitate confectas: hoc eſt enim, quod dicit languidum, vno cuncta ſermone comprehendẽs: ſi iſtiuſmodi, inquit, Duci tuo offerres munera, nonne reſpueret? Nonne ſibi factam putaret iniuriam? Et hoc audetis offerre Deo, quod dare hominibus non audetis?* Ex Babylonica captiuitate editi agnoſcebant ſe Deo gratias pro libertate debere, vtque nec auaritiæ, nec pietati deeſſent, decreuerunt eas victimas altaribus conſecrare, quæ oneri fuiſſent paſtori: dumque ad ſpeciem pietatem viderentur colere, iniuriam inueniebantur inurere. Certè ex filiorum filiarumque cenſu claudus aut luſcus, deformiſue religioſis cætibus applicatur; quid quid pulchrum, ſæculo & thalamis cuſtoditur. Sic cæcutiunt homines, vt Deum velint ſibi obſtringere iniurioſis obſequiis, cùm hominum fauorem ſolicitent muneribus copioſis, & omni ex parte conſpicuis. Quid dicandum Domino docuit Manue, qui cùm de futura eximia prole nuntium accepiſſet, dignas gratitudine gratis exhibere decreuit, & de farinæ flore libamina obtulit: *Tulit itaque Manue hœdum de capris,* Caietan. *& libamenta, & poſuit ſuper petram.* Sacrificium vt pote dignum flamma conſumpſit, & ipſa veſtitus flamma ad cælum Angelus diuinis oculis offerendum inuexit: *Cùm aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit.* Caietanus iuxta Hebræum textum, libamina fuiſſe ait, ex farinæ flore cum oleo puro: *Tulit Manuach hœdum caprarum & libamenta iuxta Hebraum habetur*, inquit Caietanus, *& munus: ſignificat enim florem farinæ cum oleo.* Libamina de farinæ flore conformata fuerunt munera: eſſent de furfure contumelia. Ergo Manue exambiens gratum exhibere obſequium, Deo obtulit delicatum & floridum.

99

100

Hanc politiam exigit ratio, hanc ſuadet debita Numini reuerentia, verùm ea eſt hominum cæcitas cæca adeò improbitas, vt luxui, voluptati, erroriq; quæ præcipua, & ſplendidiora dicent; Deo autem obuia aut communia. Populus, dum Moyſes neceſſaria abſentia apud Deum in Sinæo degeret, vitulum ſibi conflari quærit: vrgetur Aaron, & inaures ad vituli conſtructionem exegit: *Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumque, & filia-* Exod. 32. v. *rum veſtrarum auribus, & afferte ad me.* Inquirunt Interpretes, cur inaures præ aliis mulierum iocalibus, aurue ſue ſupellectilibus petierit: reſpondentque inaures purius ad ſui formationem aurum requirere, vt quod in tenuiſſimas laminas opus ſit produci: ergo vt factis confirmet Aaron voluptati idoliſque non quæcumque dicari; ſed præcipua, & nobiliora ſemper adſcribi, id aurum petiuit, quod & purius & nobilius: *Exegit ab eis*, inquit Hugo Cardinalis, *quod charius habebant, ad faciendum vitulum, ſcilicet inaures.* Hugo Conſonat Interlinearis: *Tollite inaures aureas: quia hoc aurum purius & charius.* Purius cariuſ- Interlin. que metallum vitulo offertur, & idolo conſecratur: eſt enim ſolemne hominibus parui momenti ſacrare Numini, optima & cariora errori, cùm tamen Deus homini offerat, quæ præcipua, & ſpeciali cura ſelecta.

Aduentauit prodigus inedia ſtimulatus, cui vel 101
ſiliquatum copia ad ſedandam famem non erat; pater accurrit, & ſuper filij collum decidit, vt ſacro onere grauiſſimũ onus tulerit peccatorum, ſeruiſque imperat ſtolam primam deferri, & vitulum ſaginatum occidi: *Cito proferte ſtolam primam, &* Lucæ 15. *induite illum, & date annulum in manum eius, &* v. 22. *calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum ſaginatum, & occidite.* Chryſologus ſolito acumine expendit non communem; ſed ſaginatum vitulum in filij honorem fuiſſe mactatum, & ad opiparum prandium conditum. *Communis vitulus,* inquit ſerm. 3. *non ſufficit, niſi fuerit pinguis niſi* Chryſol. *fuerit ſaginatus: vitulus pinguis teſtatur paternæ pinguedinem charitatis.* Dives Paſtor, cuius omnes vituli erant, contentus non eſt offerre homini ſiliquis aſſuefacto vitulum ouium aut communẽ, ſed ſpeciali ſtudio ſaginatum, & ad ſaginam ſepoſitum. Reſplenduit oblato amoris ardentiſſima flamma, vt agnoſcerut etiam non ſemel in oblatis Deo cæca & iniurioſa auaritia. O rem miram! Deus vt morem homini gerat, offert pretioſiora homo tot titulis Deo obligatus, tot beneficiis obſtrictus, vt offerat, à pretioſis ſecernit vilia. Satis videbatur communis vitulis famelico, & lurido, ſed quod erat ſatis fami, non erat ſatis amori: *Cõmunis vitulus non ſufficit, niſi fuerit pinguis niſi fuerit ſaginatus*: & qui nõ ſufficit? Paternę ſanè pinguedini charitatis. Diſce à Deo vicẽ rependere, & officium officiis remunerare: Deus tibi offert optima, ne reddideris defœdata.

Duos filios ſortitus eſt Abrahamus: Iſmaelem ex 102
Agar ſuſcepit, ex Sara Iſaacum: hic integra nobilitate ſplendebat: ille, ex matre claudicabat; cumque Deus de filio parare ſibi victimam voluerit non Iſmaelem; ſed Iſaacum poſtulauit. *Tolle filium tuũ vnigenitum, quem diligis Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum.* Amoris, quo Abraham erga Deum flagrabat, experimentum vocauit tentationem ſcriptura: *Tentauit*, inquit *Deus Abraham*: nam vt amor ſcintillaret, offerendus erat Iſaacus teneræ Geneſ. 22. dilectus, & totus ad elogium venuſtatis formatus: dicaſſe Iſmaelem ingenio aſperum, moribus obſcurum, domus ac familiæ paci ſemper aduerſum, eſſet offerentis lucrum, non Numinis holocauſtum quandoquidem non tam erat ſacrare,

quam

quam expediri. Ergo Abraham, vt deuotionem erga Numen testetur, offerre debuit Isaacum. Adest Zeno Veronensis serm. 1. de Abraham: *Volo, dixit Deus, mihi fieri sacrificium Abrahami tuis manibus in monte de filio tuo. Hac mihi victima placet, hoc me sanguine deplacabis, iste meis sacris debetur.* Si Deo sacrificandus aliquis è filiis est, Isaac debetur miris dotibus exornatus, non Ismael materno genere obscurus, & indole difficili deprauatus: hic namque vtpote qui ex patris domo debuit expelli, grauaret non nobilitaret aram. Igitur Deus, vt quale sibi sacrificium fieri debeat ostenderit, Ismaelem respuit Isaacum efflagitauit *Volo inquit, mihi fieri sacrificium.* Plures pietatis ac Religionis obtentu Deo offerunt, quæ sibi officiunt, filiam videlicet aut luscam, aut fatuam, aut alio naturæ defectu obscuram, cùm tamen hoc non tam sit deuotionis oblatio, quàm grauaminis redemptio.

Zeno.

103 Vtinam sic nos erga Deum, vt erga auaritiam, cupiditatemque gereremus: idolorum seruum vocauit Apostolus auarum: & quidem ipsa auaritia est seruitium, & idolum: vt ergo videas quæ homines suæ sacrificauerint auaritiæ, recole quid fecerit Saul, quæcumque Amalech erant, iussus exterminare, ac penitus abolere: vilia demolitus est pulchrioribus asseruatis, & custoditis: *Pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant.* Quale fuerit huius veniæ studium scriptura non tacuit, verum dum Saul ad nostram eruditionem cupiditatem religionis titulo colorauit, quid fuerit Numini dicandum, quidque cupiditati dicetur, ostendit: *Pepercit populus meliortbus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo.* Ipsa fraus docuit qualia esse debeant Domino consecranda, & altaribus imponenda: *Vt immolarentur* inquit, *Domino Deo tuo.* Ac si dicat: Deo litanda pulchriora esse debuerunt, quandoquidem esset indignum aras onerare reiectaneis, & hostiis premere indignis. Itaque quod fas est Deo offerri explicuit verbis, sed quid auaritiæ, cupiditatique consecretur, factis Dei præcepto quidquid vile fuit, obtuleruntquidquid pulchrum, cupiditati asseruarunt. Itaque aliqualis religio ac vera cupiditas sic Amalecitarum prædam partitæ sunt, vt Israelitæ in Dei obsequium demoliti sint quidquid, reiectaneum; ad cupiditatis votum asseruauerint quidquid pulchrum. *Quidquid vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt*, Ecce oblata est præcepto victimia, quæ mi offerretur, esset offerentibus sarcina: *Israelita*, inquit Abulensis q. 18. *accipiētes pecora de Amalech elegerunt ea qua pulchra & optima erant reliqua verò occiderunt, vt patet infrà; hoc autem pertinebat ad sacrificium: quia non debent Domino immolari animalia, qua immunda sunt & maculata, & contemptibilia.* Addit post aliqua: *Solùm fecerunt hoc propter vtilitatem suam; scilicet quia concupierunt spolia terra Amalech.* Quæ religioni, si licerent forent dicanda, cupiditati dicarunt, & quæ pulcherrima, ambitioni & auaritiæ elegerunt; dum tamen religionis fuco auaritiam colorant, qualia esse debeant Domino sacrificanda, vel ipsa fraude asseuerant.

Abulens.

104 Iephte Deo in holocaustum offert, quidquid sibi triumphatori primum occurrat; post emissum votum patri ditissimis inimicorum spoliis coronato vnica obuiat filia, & iam pater dolore plena prodit lamentata. *Heu mihi filia mea decepisti me.* Iudic. 11. vers. 35. Dum se deceptum deplorat, non filiam; sed vel seruum, vel animal aliquod voluisse sacrificare Numini manifestat; verum imprudens oblatio iustè punita est, & dum Domino, quod deterius est nititur immolare, coactus est, quod pretiosus, amittere: *Expletis duobus mensibus reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut voluerat.* Amisit, quia non deuouerat filiam, fortè non amitteret, si vouisset, at dum iniuriam quodammodò aris infert, dum vilius ac deterius vouit imprudentis voti tulit suppliciũ, & amisit quod sibi carius. Opportunè Prosper de promiss. parte 2. cap. 10. *Vidit sibi aduersarios prænalere, temeraria præsumptione votum vouit; quod si inimicos vincere contigisset, quidquid ei primitus ex domo sua obuiam fieret, offerret in sacrificium. Cuius audacia hoc modo correpta est; vt non animal cuiusque pecoris existimatum; sed vnica filia virgo triumphantis more occurrens afflixeret graniter de promissione victorem.* Deo sic disponente amisit filiam: quia deteriorem vouerat hostiam.

Prosper.

§. XXIV.

Mirum erit, si Deo adiiciatur auctarium; imò si reddatur promissum.

105 VErentur homines fidem fallere, & inconstantiæ detrectant crimen subire. Hinc promissis stant, si tamen se vanitati obstrinxerunt, aut fidem sæculo oppigneratunt: Deo namque promissa aut obliuioni traduntur, aut inerter adimplentur. Quisquis ob acceptum à Numine beneficium exhibere religiosum tenetur obsequium, aut citó sponsionis suæ obliuiosus sententiam detrectat, aut sponsionem decurtat: plures, quia seriò non decernunt vota adimplere, Deo non verentur promittere sæculo adiiciuntur auctaria, non reddunturtuti promissa: vnde decantandus est Manue Samsonis pater: cùm ab Angelo humana specie apparenti lætum accepisset nuntium, fore videlicet sibi filium, ad Euangelium debita gratitudine persoluendum, hœdum allaturus properabat: *Obsecro te, vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris:* verùm Angelus cælestis ministet Deo religiosum consuluit offerti holocaustum, nec acceptauit sibi conuiuium: tuncque Manue hœdo libamina adiungit, ac Domino obtulit: *Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamina, & posuit super petram differens Domino, qui facit mirabilia:* non dubito ad filij promissionem hæc mirabilia referri, quandoquidem sterilitas fœcundata diffecebat, & honorata filio ignominiam propulsabat; verùm cùm plurali voce mirabilia designentur, non erit ad componendos mores abs re hæc à Deo mirabilia patrata agnoscere non solùm in filio; sed etiam in holocausto. Hœdum promiserat, & libamina promissis addidit: quod erat vti insolitum, mirum: *Describitur*, inquit Caietanus, *ad litteram, quod Manue posuit supra petram hœdum, & munus ad offerendum summo Deo.* Auctarium addidisse, & promissionem cumulatissime impleſſe, si hominum stylum consulas, miraculi adinstar fuit, quando homines facta Deo vota non reddunt, aut tardè saltem persoluunt. Mirum ergo fecit Deus sterilitatẽ fœcunditate commutans, & mirum etiam fuit statim promissa

Caietan.

Digitized by Google

promiſſa ſolui, & auctarium promiſſis addi.

106 Sæculo vltra promiſſum penditur frequenter auctarium, Deo vt dicebam, redditur non adeò expromptè promiſſum. Adeſt Iacob, qui etſi virtute exultus, vt omnia in figura contingebant illis, ſuis factis noſtram theſim comprobat, & fuſtulcit: fratris iram deuitans iter agebat anhelo greſſu, imò pernici volatu, cùmque itineris labore defatigatus, ſomnoque irretitus feſſa membra tantiſper recrearet, ſcalam illam cæleſtem aſpexit, & Deum ſolicitè eius commoda curantem audiuit, vtque dignas gratias redderet, in hunc Geneſ.28. verſ. 20. modũ votum emiſit: *Si fuerit Deus mecũ, & cuſtodierit me &c. Cunctorũ quæ dederis mihi, decimas offerã tibi.* Emiſſo voto ad Labanũ cõtendit, mitaque Rachelis pulchritudine illectus, ſi eius fruatur nuptiis, ſeptem annis oues ſe curaturum ſpopondit: Geneſ.29. verſ. 18. *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis.* Audis ſeptem ſeruituris annos pro Rachele promiſiſſe, Deoque oblaturum decimas affirmaſſe; vide qualiter datam fidem liberauerit, & promiſſionem impleuerit: ſeptem annos gelu aduſtus, æſtu diuexatus poſuerat, cùm pro laboris mercede fraudem accepit, & nihilominus alios ſeptem annos deluſus non minori ſedulitate inſeruiuit, & & promiſſum ſeruituris tempus duplicauit: quatuordecim annos, vt acciperet Rachelem in oxium cura non ſine ingenti labore poſuit; cùm tamen opus fuerit vrgeri à Deo ad extruendam aram, Geneſ 31. verſ.1. & aræ imponendam hoſtiam: *Interea locutus eſt Deus ad Iacob: Surge & aſcende Bethel, & habita ibi, faceque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Eſau fratrem tuum.* Ad ſoluendum Deo votum irritatore indiguit, pro Rachele alios ſeptem laboris annos adiecit: Audi Lippomanum ad Lippom. Geneſ. 35. *Exigit Deus gratiarum actionem à Iacob de beneficio liberationis ſuæ in fuga Eſau, quã vſque tunc omiſiſſe videtur non leui forſaſſis peccato qui, vouerat rediturus Domino ſe gratias ibidem relaturum, necdum feciſſe legitur.* Non legitur obtuliſſe promiſſas Domino decimas, quouſque præmonitus; legitur tamen alios ſeptem annos prioribus adiunxiſſe ſpontaneus, vt noſtræ theſis veritas eluceſcat, mirum ſcilicet eſſe auctariu Deo promiſſis addere, & frequens promiſſis ſæculo adiungere. En Iacob pro Rachele pluſquam promiſit, peregit, cùm tamen, vt factam Deo promiſſionem ſoluerit neceſſum fuerit nouum adurgere periculum, Deumque reuocaſſe in memoriam votum.

107 Anna ab æmula afflicta, ſteriliratiſque male dicto ſubiecta eis aliquando doloris flammis ardebat, vt extra ſe videretur acta, etſi reuera precibus dicaretur denota: inter orandum ſi, filium ſuſceperit, Deo ſe dicaturam promiſit, ad gratitudinis 1.Reg.1. v.11. argumentum, acceptique beneficij clariſſimum teſtimonium: *Si reſpiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obliti ancillæ tuæ, dederiſque ſeruæ tuæ ſexum virilem, dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius.* Anxietudine ſtimulata ſe daturam filium vouit, & voti compos perfecit: *Adduxit eum ſecum poſtquam ablactauerat, in vitulis, tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum Domini in Silo.* Secum attulit, vt ſe etiam offerret in filio; nec tantùm attulit, quod promiſit; ſed votum auctariis nobiliſſimis exor- Rabban. nauit: *Si dederis ſeruæ tuæ ſexum virilem*, aiebat, *dabo eum Domino.* Filium promiſit; ſed vimlos, farinam, & vinum addidit. In hac fœmina Eccleſiam deſignatam fuiſſe teſtatur Rupertus, & Rabbanus apud gloſſam. *Hæc dona pro puero offert Eccleſia gentium, vt oſtendat ſe puerum genuiſſe.* Verùm inquirere iuuat, quid adeò eximium hac in oblatione reluxerit, vt totius Eccleſiæ vmbram geſſerit: filium obtulit, ſed & Samſonis mater filium dicauit: cur ergo Anna mortalium conditionem excellat: & Eccleſiam repræſentarit? O ex pende non ſolùm reddidiſſe promiſſum, ſed adiunxiſſe etiam auctarium: ergo humanam exuit naturam, & Eccleſiæ geſſit perſonam: cùm de more ſit hominibus non ſolum non addidiſſe auctarium; ſed nec reddidiſſe Numini votum: *Hæc dona pro puero offert Eccleſia gentium.* Quis ſalutem nactus, quis deſiderata allecutus promiſſa ſoluit, & beneficium à Numine acceptum exprópta gratitudine compenſauit? Anna gratiam ſonat, & auctariis Eccleſiam gentium adumbrat.

108 Dalilæ promiſerunt Philiſthinorum Principes, ſi vitum deciperet, & fortitudinis radicem proderet auri ſummam: *Venerunt ad eam Principes Phi-* Iudic.16. verſ.5. *liſtinorum, atque dixerunt: Decipe eum, & diſce ab eo, in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodò eũ ſuperare valeamus, & vinctum affligere. Quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & centum argenteos.* Non monent capillos raſerit; ſed roboris cauſam ſciuerit: promiſit illa, & nimia diuexatũ importunitate compulit, vt arcanum illi committeret; fecit incautus, & amoris præſtigiis cæcus: reſerato myſterio ſubdola vocat tonſorem, vtque fidem ſuam liberarit, raſis crinibus hoſtibus tradit prorſus inermem: *Illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput; vocauitque tonſorem, & raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum.* Plus fecit, quàm petebatur, pluſquàm promiſerat, perpetrauit: illi ſolùm expetebant notitiam, vt inferre poſſent violentiam: *Diſce ab eo, in quo habeat tantam fortitudinem:* illa didicit, & pro auctario decapillatum ac vinctum tradidit: contenta non eſt, quod exhibeatur; perficere; ſed de ſuo & noua molitur addere. Tranſi modo ad Sponſam, quæ cæleſtis Sponſi amore fauciata per vicos & plateas, quin ſtudium intermitteret, ſe indagaturam promiſit: *Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quæram, quem* Cantic.3. verſ.2. *diligit anima mea.* Poſt promiſſionem aduenauit Sponſus, cumque opus non eſſet per ciuitatem excurrere, plateas terere, aut vicos circumcurſare: ſed oſtium pulſanti tantummodò aperire, renuit, & diſtulit, & promiſſionem tardauit: *Exſpoliaui me tunica mea, quomodò induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Vides Dalilam promiſſa operibus ſupergreſſam, Sponſæ tamen fidem nullatenus liberatam. Certè vtraque fœmina, imbecillis vtraque: Si ergo Dalila omne periculum ſpernit, vt datam fidem liberet imò pluſquàm à Philiſthinis poſtulabatur, impleuit; cur Sponſa, quæ tanta promiſerat, vel pulſanti non aperiat? Certè quia alia promiſerat Deo, oppignerauerat fidem mundo, Dalila addere auctarium feſtinat, Sponſa vel aperire detrectat. Notauit Noſter Delrius in littera ad 5. Cantic. *Qua paulò prius per niues & ignes ſecutura videbatur, frioolas, & pueriles moras nectit: Veſtes,* Delrius. *ait, interiores depoſui, ſtragulis intepui.* Aperiri ſibi oſtium exigebat, tantummodò Sponſus, vt qui bene nouerat, quam difficulter fides illi data liberetur, & quàm protractis de induſtria moris promiſſio non impleatur: verùm nec promiſſo-

rum

rum difficultatem alleuant, & imminuens obtinere potuit ab Sponſa, vt exiguo labore aperiret oſtium, cùm Dalida ſupergreſſa fuerit promiſſum: eſt namque de more Numini non reddere votum, & addere mundo auctarium.

§. XXV.

Adeò ſacerdotalis dignitas eſt eximia, vt pio ambitu eam Angeli diſcupiant, & hilariter exerceant.

109 SAcerdotalis dignitas vti altiſſimo dicatur muneri, ita & amplo nobilitatur honore. Tertullianus de orat., cap. 3. Sacerdotes appellauit Angelorum candidatos, vt qui in terris munus Angelorum exerceant, & officium futuræ claritatis ediſcant. *Cui illa Angelorum circunſtantia non ceſſet dicere Sanctus, Sanctus, Sanctus: proinde igitur & nos Angelorum, ſi interuerimus, candidati iam hinc caleſtem illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis ediſcimus.* Ediſcunt Sacerdotes ab Angelis Dei laudes intonare, indefeſſaque voce eius elogia proferre; ſed Angeli Sacer, dotibus honeſtè inuident Chriſti Domini corpus altaribus litare, & Dei imaginem in homine culparum fœditatibus penè obliteratam, abſolutione ad gratiam reſculpere, & miris Sacramentorum coloribus reformare. Sacerdos vti Dei vicarius Angelos tranſgreditur poteſtate, & ſacrificandi honore. Hinc ſacra laudabilique æmulatione opportunam nacti occaſionem munus Sacerdotis obcúr, exercereque exambiunt, quod noſtro ex textu non obſcurè probatur: nam cùm Manue gratitudinem ſuam ob promiſſum filium conteſtatus hœdum, libimentaque Domino in holocauſtum offerenda petræ ſuperpoſuiſſet, & vt qui Sacerdos non erat offerre non quiret, ipſe Angelus pro Sacerdote fuit: *Tulit Manue hœdum de capris & libamenta, & poſuit ſuper petram offerens Domino qui facit mirabilia, ipſe autem & vxor eius intuebantur.* Intuebantur quidem Angelum Sacerdotis officium exercentem, & ſacra ambitione litantem: teſtatur Caietanus: *Deſcribitur ad litteram, quòd Manue poſuit ſuper petrã hœdum, & munus ad offerendum ſummo Deo, & ipſe non obtulit Deo ſed reputauit Angelũ qui appellatur mirandus vt faceret holocauſtum, & ipſe & vxor eius imitabãtur Angelũ facientẽ holocauſtũ.* Annectit: *Habes quod Angelus officium Sacerdotis exercuit faciendo quæcumque erant ſecundum legem holocauſti.* Mirandus erat Angelus, ſi fas eſt dicere, cæleſtibus ſpiritibus, vt qui Sacerdotis peregiſſet officium, & litaſſet holocauſtum: adeò munus hoc eſt ſacrum, vt eo Angeli nobilitentur, & digni ſacra æmulatione habeantur.

110 Iſaiæ 6. Deus prophetæ obiicitur excelſo elenatoque throno inſidens, Seraphinorum circumſtantia adſtabat, nec longè conſpiciebatur altare flammanti pruna reſplendens, & grato oculos ſplendore alliciens; cùmque opus eſſet prophetæ ad populum delegandi purgati labia vt diuina poſſet proferre verba, vnus de Seraphim innolauit, manu calculum afferens, quem forcipe de altari tulerat: *Volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.* In calculo Euchariſtiam adumbrati tradit Hieronymus ad hunc locum: *Intelligimus altare Dei plenum eſſe carbunculis, hoc eſt ignitis calculis & prunis peccata purgentibus: vnde ſcriptum de Deo legimus: Carbones ſuccenſi ſunt ab eo; & de ipſo Domino dicitur, quod ignis conſumens ſit.* Subiungit de Seraphino: *Volat propria voluntate: quia huic officio mancip. tus eſt.* Dum Seraphinus altari deputatur, dum Sacerdotis officio addicitur, ocyſſimè inuolat, ipſoque volatu, quam munus hilariter exerceat, declarat. Laudabiliter exambiuit Sacramenti vmbram manu gerere, igneque cæleſti peccata purgare: quid enim glorioſius, quàm Sacerdotalibus inſeruire officiis, nobilitarique exhibitis Sacramentis. Quod ſi vmbram Sacerdotis gerere adeò magnum eſt, vt ſuptemi Angelorum Seraphini diſcupiant, læteque exerceant; quale erit veritatem implere, & ſuſpiciendo adeò muneri deputari? Hinc claret qua puritate, qua vitæ ſanctimonia, morumque elegantia debeant Sacerdotes clarere, cùm vel Seraphinus Euchariſtiæ vmbram vereatur attingere, & forcipe de altari conſtet educere.

Iſai. 6. v. 6. Hieron.

111 Irridebat iure Tertullianus in Apologet, cap. 30. gentilium vecordiam, qui cùm tori eſſent in examinandis victimarum præcordiis, de vita Sacerdotum nullatenus curabant, imò curam deſpiciebant. *Mirer cùm hoſtiæ probantur penes vos à vitioſiſſimis Sacerdotibus, cur præcordia potius victimarum, quam ipſorum ſacrificantium examinantur.* Veri legitimique Sacerdotis munus eximiam exigit puritatem: vnde attentius eius mores deberent inſpici, vitaque ſolicitius examinari: cùmque ei muneri deputetur, quod Angelicum exambit ſtudium, expungi debet, ni retulerit Angelum. Tertull.

112 Non ſemel apud me cogitaui cur Zacharias Angelum intuitus moriturum ſe non putarit, nec vti Paret Samſonis luxerit: aſcendit in ſacrificij flãma Angelus, cumque Manue cæleſtem ſpiritum agnouiſſet, morti ſe obnoxium ingemuit: *Intellexit Manue Angelum Domini eſſe, & dixit ad vxorem ſuam: Morte moriemur, quia vidimus Deum.* Zacharias verò etſi tantiſper timuerit, colloquia cum Angelo texere non detrectauit, nec de morte edictum, vt tunc credebatur, extimuit: *Dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc ſciam?* Angelus ſe Gabrielem Deo ſemper adſtantem prodit: *Ego ſum Gabriel, qui aſto ante Deum, & miſſus ſum loqui ad te:* Nec his auditis corruit Sacerdos, cùm vterque Tobias audito Raphaelis nomine proſtratus iacuerit: *Cùm hæc audiſſent, turbati ſunt, & trementes ceciderunt ſuper terram in faciem ſuam.* Nec mirum, cùm Deum pectore gereret, & ſacrificium conficeret. Sacerdos eſt Angelis ſuppar; imò dignitate vel ipſos Angelos ſupergreſſus. Timeant ergo cæteri, ſi Angelum intuiti, aut cum cæleſti ſpiritu conuerſati; at non vereatur Sacerdos aſpectum, aut colloquium quãdo tali puritate aris tenetur accedere, vt poſſit cum Angelis conuerſari. Manue timuit edictum illud, Exodi 33. *Non videbit me homo, & viuet:* quia ſe experiebatur hominem? at Zachariæ altari accedens iam exuerat humanam, & in naturam quodammodò tranſierat diuinam. Notauit Chryſologus ſerm. 87 *Benè dixit, ingreſſus in templum; non, ingreſſus templum: quia ipſe erat Dei familiarius templum portans in ſui pectoris puritate tota legis arcana, & apponẽs non tàm thuris, quam puræ ſupplicationis incenſum.* Adiungit Chryſologus: *Apparuit ei Angelus, cum iam defecerat totus homo.* Cùm iam totus homo defeciſſet, Iudic. 13. v. 22. Luc. 1. v. 18. Tob. 12. v. 16. Chryſol.

ciſſet; quid Zacharias edictum de homine aſpiciente timeret, præcipuè cùm talis eſſet, vt eius colloquium non dedignaretur Angelus, cum talis altaribus aceeſſiſſet, vt prorſus videretur Angelus.

113 Nato Chriſto Domino ſtella eloquenti luminum claritate Magos adducit, & licèt tectum tugurioli felicissimum ſibi habitaculum delegerit, clariſſimiſque fulgoribus irradiarit, manſit nihilominus exteriùs: *Vſque dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer*, notauit textus. Paſtores feſtinantes aduentant, & infanti præſepi reclinato accedunt, & mira animi voluptate cæleſtem illam pulchritudinem oculis expanſis aſpiciunt: *Factum eſt, vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cælum, paſtores loquebantur ad inuicem. Tranſeamus vſque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in præſepio: videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.* In illo fulgentiſſimo ſydere Angelum agnoſcunt nonnulli, vt teſtatur apud D. Th. Rhemig. *Dicunt fuiſſe Angelum, vt ipſe qui apparuit paſtoribus, apparuerit & Magis.* Benè, ſed hinc oritur difficultas, cur Angelus fulgentiſſimum ſtellæ habitum induens exterius manſerit, cùm paſtores præſepi acceſſerint? Certè apud ſæculum non raiò amplissimis ornati meritis, & ſcientiarum luce conſpicui lugent excluſi, cùm indocti, nudique doribus gaudeant ad dignitatem elati; verùm cùm hîc nil obſcurum; ſed totum fuerit arcanum; quærendum eſt, cur paſtores propè adeò acceſſerint, & poſitum præſepi, vt potè ſanctis animalibus pabulum Chriſtum Dominum ſpectarint. Ambroſ. profundus myſteriorum indagator in Paſtoribus ſacerdotes agnoſcit. Ipſum audi ad Lucæ 2. caput: *Vide Eccleſiæ ſurgentis exordium. Chriſtus naſcitur, & paſtores vigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum modo antè viuentes in caulam Domini congregarent, ne quos ſpiritualium beſtiarum per offusas noctium tenebras paterentur incurſus. Et benè paſtores vigilant, quos bonus paſtor informat: grex igitur populus, nox ſæculum, paſtores ſunt Sacerdotes.* Ea ratio cur Angelus extrinſecùs ad ſpeciem maneat, & proprius paſtor præſepi accedat: nam cùm in panis domo cæleſtis panis inter paleas anteà bruteſcentibus ſed iam hominibus fuerit appoſitus, &, vt populo impertiantur, paſtoribus hoc eſt, ſacerdotibus ſit commiſſus, iam inter Angelos, paſtoreſque commercia ſunt & colloquia. O quàm laudabili æmulatione inuidebant paſtorum felicitati, quando ipſis conceſſum eſt, manibus cæleſtem panem præbere, & populis impertiri; cùm Angelis datum non ſit impertiri; ſed venerari. Adde paſtores illos Sacerdotes non fuiſſe; ſed Sacerdotes adumbraſſe; ea tamen eſt Sacerdotis dignitas vt Sacerdotis vmbram gerens propiùs acceſſerit puero, & ſydus exteriùs hæſerit tugurio.

114 *Attendite vobis*, aiebat Paulus, *& vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus Sanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.* Qui alios ad ſalutem deſiderat promouere, ſuæ priùs attentiſſimè tenetur conſulere, ne ſi Sacerdos degeneri ſe conuerſatione polluerit, munus obſcuret, & dignitatem infamet. Ergo Apoſtolus dum ait: *Attendite vobis*, morum expoſcit elegantiam, virtutum ſummam. Bene, ſed etiam vt Balduinus in allegor. Tilman. putat, Dei Sacerdotes, Epiſcoposque admonet, vt attentè expenderint, quàm alto dignitatis vertice emineant: nam etſi pro humana conditione mortalem induant naturam, ob munus dignitatem ſortiuntur Angelicam, cùm poſſint cum ipſis Angelis de dignitate decertare, & Angelici nominis elogium implere: *Quia homines eſtis*, ſcribit Balduinus, *infirmi eſtis ſecundum naturam infirma conditionis, ſecundum functionem iniunctæ legationis (propter Angelos) Angeli pacis eſtis, in quibus Deus poſuit verbum reconciliationis.* O eximia dignitas, à Deo alienatum hominem poſſe reconciliare, & æternæ vitæ alimentum populis impertiri! Ergo mirum non eſt, cum tantâ munus hoc honoris pompa reſplendeat, ſi laudabilem Angelicis ſpiritibus inuidiam faciat.

Matth. 2. v. 10.

Lucæ 2. v. 5.

Rhemig.

Ambroſ.

Balduin.

Actor. 20. v. 28.

---

§. XXVI.

Munera priuilegiorum ſunt officina, & ſæpè ſæpiùs legis violentia.

A *Retificium promerendi*, aiebat Tertullianus lib. de patientia cap. 4. *Obſequium eſt.* Quæ ſine artificij ope effici nequirent, artis ſæpè patrocinio vincuntur, & feliciter obtinentur. Ergo quiſquis promereri ſibi benevolentiam diſcupit, ad munerum obſequium vti ad promerendi artificium liberalis recurrat. Parit aurum dilargitum benevolentiam, argentum generat amicitiam. *Munera*, aiebat Poeta, *placant hominesque deoſque.* Parum dixit: non ſolum homines placant; ſed vinciunt, & ad legem in dantis commodum interpretandam aut derogandam impellunt. Quiſquis xenia accepit, quodammodò libertatem amiſit: imperat acceptum aurum, ne donis ſubornatus quiuerit abnegare, quod offerentem non dubitatur ambire. Vel æquiſſimus iudex, ſi quid accipiat, obſcurat famam, & creditur venalitate pollutus, quamtumuis incorrupta iuſtitia ornatus. Mirè expreſſit Theodahadus 5. var. 43. cauſam expediuerat, & quam reus purgationem allegauerat, ſuſceperat, & ne audax ſententiam ſuſpicio abroderet, oblata munera non accepit, & in vtriuſque commodum recuſauit, quando offerens putaretur auro redemptus, & abſoluens muneribus obcæcatus. Ipſum audi *Synceram purgationem pura mente ſuſcepimus; ſed auri tranſmiſſi munera non tenemus, vt & ipſi intelligatis cauſam per iuſtitiam fuiſſe motam, quam nulla potuit finire venalitas. Fecimus vtique regalia: ſic nos ſuperanimus tyrannicam cupiditatem, ſicut & vos viciſſe conſtat errorem. Redeant ad cubiculum veſtrum munera, quorum tantum oblatio videtur eſſe gratiſſima. Negligatur aurum, vbi electum & conſcientiæ pramium: patiatur aliquando repulſam, quod ſemper auaris regibus imperabat.* Sententiam per iudicem munera accipientem delata à muneribus, non à legibus exiſtimatur profecta: vnde vt qui puræ conſcientiæ amat elogium, recuſat aurum, ita offert aurum, qui ſibi deſiderat patrocinium. Itaque oblata munera offerenti conciliant gratiam, & legi afferre ſolent violentiam. Nec ſolum hanc aurum efficaciam ſortitur apud mortales; ſed etiam apud Deum; ea tamen differentia, quod oblatum Deo munus verum tranſit in meritum, homini oblatum eſt promerẽdi artificium. Vnde quicum que cæleſtis iudi-

Tertull.

Caſſiod.

Aurum auaris imperat iudicibus.

cis veretur rigorem, dignis obsequiis severitatem præveniat, dignisque Deo muneribus sibi eius benevolentiam conciliare disponat: sciat apud Deum obsequiis obtineri privilegia, & honestis largitionibus dispensari non semel legis edicta. Testatur Samsonis mater: obtulerant Deo holocaustum, cuius flamma equitans in cœlum Angelus se recepit, Manue intuitus doluit: quia ob latam Exodi trigesima tertia, legem: *Non videbit me homo, & vivet.* Morti se arbitrabatur obnoxium: *Morte moriemur, quia vidimus Deum.* Quid tunc prudentissima mulier? *Si Dominus*, inquit, *nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustum & libamenta non suscepisset.* Ac si diceret: Esto lata fuerit lex, qui tulit, sine dubio derogavit, quandoquidem dona suscepit: nec enim acceptum obsequium nobis erit cassum; sed promerendi artificium. Oblati à nobis muneris eloquentia non solùm avertet supplicium; sed obtinebit etiam specialissimum privilegium: *Non moriemur*: nam si Deus nos lege vellet mulctare, munera à nobis oblata non dignaretur accipere; acceptis verò donabit vita, & assequemur desiderata: *Ista ratio*, inquit Abulensis quæst. 41. *est omnino concludens, & non est persuasio.* Addit post Aliqua: *Convenienter ergo dixit uxor Manue, quòd non morerentur: & sic fuit ipsa animosior, quàm vir suus, non timens; & etiam fuit prudentior: quia scivit inducere rationes pro hoc.* Ut vidit Deum muneribus oblectari, ut vidit holocaustum non repelli, intulit prudentissimè non solum mortem non subituros, sed contra sterilitatem privilegio donandos, & ex illa, quam putabant, lege speciali benevolentia eripiendos: *Ista ratio est omnino concludens.* Ergo disce à Samsonis parentibus animi sterilitatem dignis virtutum obsequiis excludere, Deumque honestissimè subornare. Eme tibi speciale privilegium de redempta eleemosynis inopum vita, de abacta auro orphanorum miseria, de eliquata digno pœnitudinis dolore lachrymarum copia: sic enim non moneris; sed fructus Deo dignissimos prodes.

Abulens.

116 Genes. 15. v. 4.

Deus Abraham apparens hæredem singulari privilegio promittit, *Qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem.* Divina liberalitas collatis beneficiis excitatur ad potiora, & accepta sunt pignora futurorum: ergo qui promisit hæredem, adiecit hæreditatem: *Ego Dominus, qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam.* Abrahamus non promissi dubius, sed nostram ad eruditionem providus, unde hoc sciri possit, inquirit: cui Deus: sume, inquit, *mihi vaccam triennam, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam.* Abraham iussa compleuit, vtque vidit cœlesti igne à Domino acceptari holocaustum, fœcunditatis possessionisque firmissimè credidit privilegium: *Fecit Abraham, quod ex divina institutione accepit*, inquit Richardus Victorinus in allegor. Tilman. *& super hostias suas accepto cælitus igne signum, quod optarat, obtinuit: quod & magnæ dilectionis fuit indicium, & maioris spei præbuit incentivum.* Richardo assentior; sed iuvat discutere, quomodo oblatum Domino sacrificium futuræ possessionis maius fuerit argumentum, quandoquidem quod offertur non à Domino; sed ab homine exhibetur, & quod optabat Abrahamus, erat à Domino argumentum consequi, non offerre. Imò ut signum, quod optabat, obtinuerit, iubetur sacrificare. Obtulit munera, & accepit privilegia: obtulit munera exigua, & accepit prædia ampla, dumque Dei dignis muneribus sibi conciliavit gratiam, honestam naturæ suasit inferre violentiam.

Richard.

117 1. Reg. 17. v. 17.

Isai vir prudentissimus, cùm tres filios in castris haberet, de eorumque salute solicitaretur, munera misit tribuno, quibus eos adversus pericula armaret; imò à periculis maturè eximeret: *Dixit Isai ad Dauid filium suum: Accipe fratribus tuis ephipalente, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei has deferes ad tribunum.* Noverat maturus senex oblatis muneribus iniri facilè gratiam: vtque filios suos discrimini eriperet, tribunum oblatis muneribus sibi allexit: *Voluit Isai*, scribit Abulensis quæst. 14. *offerre decem caseos tribuno, sub quo dispositi erant filij sui, ut ipse benignè se haberet ad eos quantum ad opera belli.* Fortè tribunus, ni eis muneribus allectus, Isai filios discrimini obiiceret, & duriori conflictui exponeret; at muneribus subornatus, quantumuis urgeret bellum, eos tutiori statione collocaret, & privilegio gratitudinem ostenderet. Ergo ut se benignè ageret, muneribus devinxit, non ignorans munera parturire benevolentiam, conciliare offerenti gratiam, habereque ad privilegia elucranda non modicam energiam. *Voluit Isai offerre decem caseos tribuno, sub quo dispositi erant filij sui, ut ipse benignè se haberet ad eos quantum ad opera belli.* O quot tribuni ad colligendas militum copias destinati benignè se habent erga munera offerentes, cùm non offerentes durissimè adurgeant, & abire ad castra compellant! Non semel parentum indigentia, filiorum orbitas, ne quis nomen militiæ daret, suadebant, & nomen muneribus non defensi coguntur, cùm alij, quos ius esset ad militiam cogere, munerum privilegio eximantur, otioque inerti donentur. Ut Davidis fratres stationem à periculo remotam agant, casei tribuno offeruntur, & muneribus allectus eximit, quos fortè discrimini obiiceret, & aduersariorum irruptionibus exponeret.

Abulens.

118 Eccles. 20. v. 30.

Qui placet magnatis, effugiet iniquitatem: Xenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore avertit correptiones eorum. Munerum præstigiis sic Iudicum oculi eluduntur, ut delicta virtutes aliquando videantur. Qui ob facinora in Reipublicæ commodum fuisset exterminandus magno Reipublicæ commodo, inscendit aliquando dignitatis fastigium auri patrocinio, & munerum privilegio: nam cum xenia meritorum induant ingenium, offerentem efficiunt dignum. Ut exhalati è terra vapores in nubes texuntur, quibus retardatus Sol lucem contrahit, nec videt quid nube protectus perpetrarit: sic munerum nube dum impeditur obtutus, & inardescit affectus, largitoris non videt errata; imò ipsa errata vertit in merita: *Xenia & dona excæcant oculos*, scribit Hugo Cardinalis, *interiores, ut non videant veritatem: & quasi mutus in ore, id est, sicut mutus in ore canis proiectus obmutescere facit eum: sic xenia & dona obmutescere faciunt iudices, ne iudicent veritatem.* Mutus teste Strabo super Exodi 8. est quædam ranarum species, quæ dicitur calamitatum, & in ore canis vocem illi eripit: ergo si quæ ex his cani proiiciatur, statim eum facit obmutescere, & quasi dedisci latrare. Ergo munera & vocem, & visum eripiunt; imò, quod peius est, sic obcæcant, ut accipiens non videat quæ sunt, & videre videatur; quæ non sunt.

Hugo.

Strabo.

§. XXVII.

Digitized by Google

§. XXVII.

Quos Deus ad magna præparat, ciuitatum hominumque tumultu liberat.

119 Seneca. QVid tibi vitandum præcipuè exiſtimes, quæris? *Turba*, aiebat Seneca ſuo Lucilo epiſt. 7. Benè conſuluit: tarò namque ſe quis turbæ cõmiſit: nam ferè ſemper quid ex compoſitis turbatur, & ex iam fugatis redit. Quid longa ægritudine imbecilles, tarò ſine offenſa proferuntur: cumque noſtri animi longo inueteratoque morbo langueant, inimicam experiuntur multorum conuerſationem? vitia cõmendantur exemplis, & dum oculis ſpectantur, & animis imprimuntur: quo maior eſt populus cui commiſcemur, & periculum grauius incurrimus. Ob id Deus, quos ad magna facinora præparat, ab hominum conſortio, & tumultu liberat. Huius veritatis teſtis eſt Samſon, qui cælitus promiſſus, & ad libertatem populi natus, tunc à Numine inditos expertus eſt animos, cum ciuitatũ & vitiorum declinauit pericula, cùm ambitus, & cupiditatis fugit commercia: *Cœpit Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan inter Saraa, & Eſthaol.* Hebræa dictio agitationem

Hebraica. Caietan. exprimit: *Cœpit Spiritus Domini agitare eum in caſtris Dan.* Notauit Caietanus: *Locus in quo diuinus Spiritus cœpit commouere Samſonem, deſcribitur, non ciuitas: ſed caſtra Dan: quæ inter tentoria hic effectus apparuit.* In tentoriis fortis eluxit, in ciuitate inermis, & decapillatus iacuit: vt verum appareat, quod aiebat citatus Seneca: *Subducendus populo eſt tener animus, & parum tenax recti. Facile tranſitur ad plures. Socrati, Catoni, & Lælio excutere mentem ſuam diſſimilis multitudo potuiſſet: adeò nemo noſtrum, qui cum maximè concinnamus ingenium, ferre impetum vitiorum tam magno comitatu venientium poteſt.* Veluti facta manu vitia in ciuitatibus irruunt, & vel Catonem impetu ſequentium obtruunt: qui ab hominum receſſit tumultu, facilius declinauit vitia, dum oculis non hauſit exempla: inaurantur errores à magnatibus exerciti, & præclaris viris adſcripti. Ergo locus, vbi Samſon à diuino Spiritu agitatur, non eſt ciuitas tumultu confuſa; ſed tentorium ab hominum frequentia ſeparatum.

120 Deus cum Iobo diſſerens aquilam in præruptis aſſerit commorari: *Numquid ad præceptum tuum*

Iob 39. verſ. 27. *elenabitur aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, & in præruptis ſilicibus commoratur atque inacceſſis rupibus.* Quaſi dicat: Quæ ad præceptum tuum aquila non eleuabitur, meæ præceptioni obedit, & in præruptis ſilicibus abſconſa viuit. Profectò non videbatur aquila ab auium conſortio ſeiungenda, nec exilio ſi fas eſt dicere, ſolitudinis condemnanda. Nonne aquila volitantes pullos ſuſcepit, & humeris aſportauit: teſtante Scriptura: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum atque portauit in humeris*

Deuter. 32. verſ. 11. *ſuis?* Nonne aquila mulieri magnæ ſuppetias tulit: *Datæ ſunt mulieri ala duæ aquilæ magnæ, vt*

Apocal. 12 verſ. 14. *volaret in deſertum.* Nonne aquila inter animalia Dei quadrigam vectantia caput extulit, altiorque volitauit: *Et facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor.* Cur ergo ad deſerta amandetur ſolitudini dicata, & à tumultu ſeclusa? Certè ob id ipsũ: quia aquilam Deus magnis rebus deſtinauit, à mundiali ſtrepitu ſeiunxit, quò ibi liberius radios Solis inſpiciat, & rebus magnis aptior inſeruiat. Oppor. tunè Gregorius lib. 31. moral. cap. 19. *Ad præceptum Dei eleuatur aquila, dum viſionibus diuinis obtemperans in ſupernis ſuſpenditur fidelium vitaque & in arduis nidum ponere dicitur: quia deſideria terrena deſpiciens, ſpe iam de cæleſtibus nutritur: in arduis nidum ponit, quia habitatione mentis ſuæ in abiecta & infima conuerſatione non conſtruit.* Fugit aquila ciuitatum tumultus ardua inſcendit, quo candidiori fruatur luce, dumque ibi ab abiecta conuerſatione, & à garrulo auium conuentu exulat: mundum deſerit, ſed liberius cælum videt, & magnis triumphis inſeruit. Ezech. 1. v. 11. Gregor.

121 Ioannes caſtitatis ſpeculum, pœnitentiæ prodigium omnium virtutum elogium proditur in habitaſſe deſertum: *Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* Sacerdotis filius inter opulenta natus palatiis non degit; ſed antra colit. Certè qui venerat vt veritatis fulgoribus cæcas hominum abigeret tenebras, vt tenebroſas depelleret ignorantias, non debuit, obſcuris ſpecubus latere; ſed excelſo dignitatis candelabro radiare: cur ergo Dei verbum non fiat ſuper Ioannem ciuitatum incolam, ſed ciuem deſertorum: *Factum eſt*, inquit, *verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* Explicuit locum vt denotaret Euangeliſta myſterium: nam cùm Ioannes totus fuerit virtuti factus, & ad hominum ſalutem compoſitus, debuit deſertorum ſecuros errores colere, & à ciuitatibus fugere. Adeſt Chryſologus ſerm. 137. *Poſtquam legis vomere, & iugi cultu exinanita Iudaici caſpitis eſt vbertas, Beatus Ioannes gentium connolans ad deſertum, ſentes criminum ſpiritus igne ſuccendens, infructuoſas arbores excidens vltionis ſecuri, compianans aſperos ſuperbia colles, humilitatis conuallis erigens exæquando, & planitiem terræ totam (gramine perdito) aptans nutricibus fluentis ſubmittens irrigua Iordanis, ac ſic Euangelico ſemini noualia diffuſa præparat, fœcundat componit.* Lata diffuſaque noualia germinandis ſolum ſentibus aſſueta virtutum ſemine iacto fœcunda nutrici concione alit, & ad ſplendentem fructuum copiam perducit: & hoc totum ad gentium deſertum conuolans: ibi namque nec vaniloquio fœdatur, nec blanditiis emollitur, nec ciuitatum ſuperſtitione corrumpitur. Ergo ab omnibus receſſit omnium vtilitati productus, nec minus ſaluti inſeruiat, ſi aura populorum ſorduerit attaminatus. Certè non ſolum deſertorum incolæ magnis parantur; ſed etiam cùm ipſis in deſertis omnem prorſus humanum aſpectum fugiunt, vtiliores inueniuntur. Lucæ 3. v. 2. Chryſol.

122 Errabat Agar in deſerto, cùm Dei Angelus fœtum quẽ itineris labore anxietateque extinxerat, vitæ reſtituit, & miraculum patrauit: *Multiplicans*, inquit, *multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine:* ac deinceps: *Ecce, ait concepiſti, & paries filium.* Multa ſunt quæ expendi debeant: ad generis amplificationem Agar deligitur, non inter familiæ tumultus; ſed in deſertorum receſſu: *Cùm inueniſſet eam*, inquit textus *Angelus Domini iuxta* Genes. 16. verſ. 10.

Digitized by Google

fontem aquæ in ſolitudine, quæ eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illam. In deſerto Angelicum meruit alloquium, & multiplicationis accepit nuntium : quaſi apta non fuerit non dignis Deo fœtibus multiplicari inter hominum conſortia ; ſed poſtquam coluit deſerta : ab hominum recedens conſpectu diſcit vanitatem terere, & humilitatem colere : ſub manu affligentis dominæ didicit humiliari, quæ anteà ſolùm nouerat intumeſcere. Hæc de Agar, tranſeamus Ad Angelum: in deſerto fœtum extinctum viuificat, & cùm viuificat, terga vertit, & humanum aſpectum fugit.

Caietan. Ita Caietanus ad hunc locum : *Scito quòd Angelus inter loquendum cum Agar finitis ſupraſcriptis verbis ſtatim euanuit ab oculis Agar.* Itaque Angelus adſpectum fugit, cùm Iſmaelem extinctum viuificauit. Iam eis verbis. *Ecce concepiſti, & paries*,

Abulenſ. denotari extinctum fœtum fuiſſe vitæ non ſine miraculo reſtitutum, tradit Abulenſis ad hunc locum : *Dicunt quidam Hebræi quòd Agar paſſa fuerat abortum.* Addit : *Poteſt reduci iſta expoſitio ad litteram noſtram, in qua dicitur : Ecce concepiſti ex concubitu cum Abraham ; nunc autem iterum eumdem fœtum concepiſti, diuinâ gratiâ fœtum mortuum viuificante.* In deſerto Angelus fœtum viuificat, & quamuis puritatis gaudeat priuilegio, ad noſtram eruditionem, mulieris immorari noluit conſortio : *Hic vidi*, ait, *poſteriora videntis me.* Faciem ſubtraxit, & fauorem impertiuit. Itaque Iſmael à deſertum tunc incolenti, & humanos oculos excuſanti Angelo reſtitutus eſt vitæ, vt Dei Angeli miniſtrique ab Angelo ediſcant vitam refundere, & ad ſalutem paruulos reuocare. Honeſtum eſt in deſertis perfectioni ſtudere, ſibique ac Deo ſoli viuere ; laudabilius tamen ab hominum aſpectu ad tempus recedere, quo excultior, & perfectione exornatior quietis ad virtutem homines componere, & efformare. Imitandus eſt Angelus, qui fugit aſpectum, & reſtituit vitæ filium. Vides Agarem dum deſertum incolit, generis multiplicationi delectam, ipſiſque in receſſibus præparatam.

CAPVT

CAP. DECIMVM QVARTVM.

VERS. 1. DESCENDIT ergo Samſon in Thamnatha, videnſque ibi mulierem de filiabus Philiſthiim, 2. aſcendit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ dicens: vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem. 3. Cui dixerunt pater & mater ſua: Numquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircumciſi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum: Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. 4. Parentes autem eius neſciebant quod res à Domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſthiim eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraeli: 5. Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo, & matre in Thamnatha. Cumque veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis fæuus, & rugiens, & occurrit ei. 6. Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem, quaſi hœdum in fruſta diſcerpens, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. 7. Deſcenditque & locutus eſt mulieri, quæ placuerat oculis eius. 8. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eam declinauit, vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. 9. Quem cùm ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via: venienſque ad patrem ſuum & matrem, dedit ei partem, qui & ipſi comederunt: nec tamen eis voluit indicare quod mel de corpore leonis aſſumpſerat. 10. Deſcendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon conuiuium. Sic enim iuuenes facere conſueuerant. 11. Cùm ergo ciues loci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta, vt eſſent cum eo. 12. Quibus locutus eſt Samſon: Proponam vobis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones, & totidem tunicas: 13. Sin autem non potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſindones, & eiuſdem numeri tunicas. Qui reſponderunt ei: Propone problema, vt audiamus. 14. Dixitque ei: De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo, nec potuerunt per tres dies propoſitionem ſoluere. 15. Cumque adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad vxorem Samſon: Blandire viro tuo, & ſuade ei, vt indicet tibi quid ſignificet problema, quod ſi facere noluerit, incendemus te, & domum patris tui, an ideirco vocaſtis nos ad nuptias, vt ſpoliaretis? 16. Quæ fundebat apud Samſon lachrymas, & querebatur dicens: Odiſti me, & non diligis: ideirco problema, quod propoſuiſti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille reſpondit: Patri meo, & matri noluí dicere: & tibi indicare potero. 17. Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum: tandemque die ſeptimo cùm ei eſſet moleſta, expoſuit. Quæſtatim indicauit ciuibus ſuis. 18. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum: Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non araſſetis, in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam. 19. Irruit itaque in eum Spiritus Domini, deſcenditque Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros, quorum ablatas veſtes dedit iis, qui problema ſoluerant. Iratuſque nimis aſcendit in domum patris ſui. 20. vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

§. I.

Commentarius Littera.

Verſ. 1. Deſcendit ergo Samſon in Thamnatha, videnſque ibi mulierem de filiabus Philiſthiim.

Verſ. 2. Aſcendit & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum: quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem.

SEptuaginta Interpretes: *Aſcendit Samſon in Thamnatha.* Thamnata, quæ etiam Thamna, vrbs fuit ad tribum Iuda pertinens, vt patet Ioſue 15. tempore tamen Samſonis erat in Philiſthinorum poteſtate, non erat longè à Dan & Ephraim. De hac ſæpè mentio. Hanc Samſonem adiiſſe certum eſt: qua cauſa dubium. Ioſephus 5. antiq. cap. 10. conuentum ibi quod Hiſpanè dicimus Ferias, putat celebrari, Samſonemque deſcendiſſe comitatum parentes, textus tamen refragari videtur: nam ſi comitatus parentes tetendiſſet, opus non erat ad illos poſtea aſcendere, & amorem ſuum denuntiare. Verùm ſiue deſcenderit curioſitatis ſtudio ſiue aliquo ſuadente negotio, ibi ſauciatus fuit amore puellæ terræ indigenæ, cumque eam diſperiret, patri matrique ſuæ deſiderium ardentiſſimum 1 Septuag.

opus insedisse coniunctas. Ouidius 15. Metamorphos. sic de apibus :

Ouidius. *Cognita res vsu, de patri visitere passim*
Florigena nascuntur apes, &c.

Fauum certaminis meretedem sumpsit, cùmq; ipse iam libasset, ad parentes aliquid detulit : Iosephus putat partem detulisse ad sponsam : quod etiam citata epistola tradit Ambrosius ; sed vt tacuerat triumphum, tacuit etiam præmium. Expendendum occurrit, quàm dulcia fuerint omnia Samsoni ad nuptias tendenti; cùm tamen iam celebratis in ipso matrimonij exordio mella in fella fuerint conuersa.

Vers. 10. Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium : sic enim iuuenes facere consueuerant.

Vers. 11. Cùm ergo ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta, vt essent cum eo.

1 Ad Sponsi parentes pertinebat pro filiorum nuptiis conuiuia instruere : ergo Samsonis pater lautum conuiuium instruxit, vt iam filio suo sponsæ domum frequentare liceret : nam ante conuiuium paratum fas non erat : nec ciues honestæ consuetudini defuerunt : nam cùm fuerit moris apud veteres sodales adhibere communis lætitiæ consortes, triginta iuuenes Samsoni dederunt : hi apud Israelitas vocabantur Sponsi filij, & toto celebrationis nuptiarum tempore ab omni publico onere, imò & à communi ieiunio immunes erant Robustos fortesque iuuenes cautè adhibitos sub honoris specie, tradit Lyra cum aliis.

§. II.

Commentarius Litteræ?

Vers. 12. Quibus locutus est Samson: Proponam vobis problema : quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas.

Vers. 13. Sin autem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei: Propone problema, vt audiamus.

Vers. 15. Dixitque eis : De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo : nec potuerunt per tres dies propositionem soluere.

6 COnuiuiis hilarescentibus, inquit Iosephus, inser odorata pocula, & saporata fercula ænigma seu problema veluti ad ingeniorum exercitationem se velle proponere dixit : instabant illi, vt quàm citiùs proderet ; ille verò hoc pacto se propositurum dixit, vt videlicet si aperirent, ipse illorum cuilibet sindonem, & tunicam largiretur; sin autem eos problema fugisset, illorum quisque ei tunicam, sindonemque rependeret. Ergo acceptа libentèr conditione, de comedente exiuisse cibum, & de forti promanasse dixit dulcedinem. Ambrosius loco citato sic ait : *Læta iuuenus, inuenis se ad ludum inuitabat sermonibus, cùm alius alium falsiore dicacitate perstringeret : sicut se huiusmodi vsu habet : certamen lætitia accendebatur : ibi tunc quæstionem huiusmodi proposuit Samson iuuenibus coepulantibus.* Pagninus, Vatablus, & alij transtulerunt *ænigma* : estque sermo adeò implicitus, & abstrusus, vt haud facilè enodari possit. In Hebræo pro Sindon *Sedinim*, Pagninus & Vatablus transtulerunt *linteamina*. Lyra vestes lineas fuisse ait. Tostatus quæst. 3. vestem lineam, sed pulchram, quâ vtebantur in terra Chanaam viri supra cætetas vestes, vt nos vtimur pallio. De hac veste Martialis lib. 2. epigram epig. 16. in Zoilum.

Quid tarus à Nilo, quid sindone tinctus oleuti?

Iosephus problema sic retulit : *Ex voraci cibus prodiit, & ex inimici silanitas.* Septuaginta habent : *Manducabile quid exiit de manducanti, & de forti dulce.* Notauit Abulensis quæst. 14. eamdem sententiam duplici modo retulisse, vt dum geminam arbitrantur, difficilius in explicationem indicerent. Tres primos dies posuerunt iuuenes in problemata indagando : & forte hoc erat collato studio, cùm omnium interesset : verùm cùm inueniendam explicationem desperassent, ad alias artes verterunt animum.

Hebræi. Septuag. Chaldæus. Pagnin. Vatabl. Lyra. Abulens. Martial. Iosephus. Septuag. Abulens.

Vers. 15. Cumque adesset dies septimus, dixerunt ad vxorem Samson : Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi quid significet problema. Quod si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. An idcirco vocastis nos ad nuptias, vt spoliaretis?

Vulgata nostra diem septimum adesse ait, non quod iam dies esset vltimus; sed quia cùm appropinquaret, solicitè interpretationem quærebant. Septuaginta Interpretes sic habent : *Factum est in die quarta, & dixerunt vxori Samson : Decipe nunc virum tuum, & annuntiet tibi problema.* Hebræus, & Chaldæus die septima hoc accidisse exprimunt : quod sic Caietanus componit, quod quarto die ad vxorem recurrerint ; septimo autem cùm non indicasset, querelas dederint, & incendij minas adiecerint, mulieremque quatuor diebus blanditiis lachrymisque sensum indagarit, & tandem septimo obtinuerit, suisque prodiderit. 7

Vers. 16. Quæ fundebat apud Samson lachrymas, & quærebatur dicens : Odisti me, & non diligis : idcirco problema, quod proposuisti filiis populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit ; Patri meo, & matri nolui dicere, & tibi indicare potero.

Vers. 17. Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum, tandemque die septimo, cum ei esset molestia, exposuit : quæ statim indicauit ciuibus suis.

8 Cùm iuuenes recens nuptæ compendio problematis significationem venari decreuiſſent, miniſque deterrerent, & querelis non ſine ſupercilio ferrent, illa pareutis, ſuique periculo deterrita, maluit aliquale rei familiaris detrimentum ſubire, quàm ſuos omnes exaſperare: ergo affectibus pro armis vſa aggreditur Samſonem vincere, ad hocque lachrymas & querelas armauit: tribuebat odio ſibi ſecretum non aperiri, quandoquidem cùm ſeſe amantium idem ſit animus, & commune debet eſſet conſilium: Samſon ſe excuſabat quòd nec patri, nec matri retulerit, quos impenſè amare in dubium verti non poterat: vnde manifeſtum erat odij conſiliis rem non celare; ſed quia ſic expediebat ad certaminis victoriam: Inſtabat illa omnibus conuiuij diebus, vtque moleſtiam Samſon redimeret, ænigma expoſuit: nec illa diſtulit; ſed è veſtigio ſuis communicauit. Illud *ſeptem diebus conuiuij ſiebat*, intelligendum eſt, vſque ad ſeptimum diem flebat. Ita Abulenſis quæſtione 14.

Verſ. 18. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante Solis occubitum: Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos: Si non araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam.

9 Sodales, ad problematis explicationem de induſtria noluerunt terminum anteuertere, vt ſic viderentur, ſtudio, indagationeque, non arte aut fraude myſterium inueniſſe: audita explicatione Samſon conqueſtus eſt vxoris fraude vſos, nec per ſe, quod ratio petebat, problematis ſenſum fuiſſe perſcrutatos: Chaldæus ſenſum expreſſit: *Niſi inueſtigaſſetis in vxore mea.* Metaphora vitulæ vſus eſt: nam vt vitula dum arat, terramque vertit, quod occultum, abſtruſumque in lucem trahit, ſic ipſi, dum vxoris ope vſi ſunt, occultum indagarunt, & cognouerunt.

Verſ. 19. Irruit itaque in eum Spiritus Domini, deſcenditque Aſcalonem, & percuſſit ibi triginta viros, quorum ablatas veſtes dedit his, qui problema ſoluerant. Iratuſque nimis aſcendit in domum patris ſui.

Verſ. 20. Vxor autem eius accepit marituin vnum de amicis eius, & pronubis.

10 Etſi Samſon tunicas ſindoneſque ſolnere non teneretur, quandoquidem non inuenerant acumine; ſed eruerant fraude, maluit fidem ſuam liberare, præcipuè cùm hoc Philiſthinorum detrimento futurum eſſet. Ergo ſpiritu Domini impulſus deſcendit in Aſcalonem vnam videlicet è quinque metropolibus Philiſthinorum, ibique triginta Aſcalonitis occiſis eorum tulit veſtes, quas ænigma aperientibus ſoluit. Iuſtè potuiſſe occidere, veſteſque detrahere, diſputat Abulenſis quæſt. 16. & 17. atque in horum nullo peccaſſe. Textus non explicat, an veſtes occiſorum ſanguine ſordidas, an mundas tradiderit; ſed tantum integrum numerum impendiſſe, & datam fidem liberaſſe. Ergo fide iam libera dignam in vxorem iracundiam oſtendit, & à fraudulentæ, doloſæque conſortio declinauit ſe in paternam domum recipiens. Illa, vt videtur, nimis non doluit eius abſceſſum: & cùm non ignoraret ob ablatas veſtes, & occiſos homines non iniurios fore Aſcalonitas exaſperandos, voluit ſibi præcauere, & ex Philiſthinis ſponſum ducere, ob cuius gratiam occiſorum cognationis miteſceret odium, & periculum. Adhæc cùm veretetur Samſonem doloſis blanditiis, & ſecreti proditione exacerbatum, impendenti ſibi diſcrimini voluit occurrere; & neſcio quem de pronubis, qui oculos olim in eius pulchritudinem iniecerat, & pauerat, pro ſcuto aduerſùs imminens periculum duxit, & Samſonis indignationem adauxit: Hunc fuiſſe pronubum, qui gentium iure coniugalis fidei aſſertor & vindex eſſe debebat, teſtatur Arias Montanus. Itaque proditor extitit non ſine ſuſpicione malæ anteà initæ conſuetudinis, qui nuptiarum ſubiuerat curam, & parentes, ſponſoſque reduxerat ad concordiam.

---

§. III.

Sic oculus appetituſque proximant, vt idem fuerit concupiſcere, & intueri,

11 NOſtri oculi concupiſcentiæ patroni ſunt, eius agunt cauſas, dum imprimunt cordi formas: vt munda ſeruetur mens à voluptatis laſciuia, deprimendi ſunt oculi, ne dum fucatam exaggerant venuſtatem, animum impellant ad culpam: vnde Sanctus Iob cum oculis fœdus pepigit, ne inardeſceret affectus, & rationem faſcinaret obtutus: *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine*: non cum appetitu, cogitationeve fœdus pepigit; ſed cum oculis, quaſi ipſe aſpectus ſit appetitus: *Per hos corporis ſenſus*, aiebat Gregorius lib. 21. moralium cap. 2. *quaſi per feneſtras quaſdam exteriora quæque anima reſpicit, reſpiciens concupiſcit.* Qui incautè extrinſùs reſpexit, plerumque iam concupiuit: eſt namque veluti coniuncta cum viſu concupiſcentia. Si philoſophiam conſulas, cor concupiſcentiæ ſedem inuenies; ſi experientiam, oculum dices: nec enim gemina videtur actio concupiſcere, & videre; ſed vna eademque appetitus & aſpectus. Hanc veritatem confirmat noſter textus: nam, vt Samſonis retulerit appetitum, prodidit ſolum aſpectum: *Deſcendit ergo Samſon in Thamnatha, videnſque ibi mulierem de filiabus Philiſtiim, aſcendit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum, quam quaſo vt mihi accipiatis vxorem.* Non ait: concupiui; ſed *vidi*: nouerat namque eſſe idem cupiſcere, & videre: quod expreſſiùs patri reſpondit: *Hanc mihi accipe*, inquit, *quia placuit oculis meis.* Placere non pertinet ad oculum; ſed affectum, at vt explicet ipſis in oculis quodammodò appetitum reſidere, non dixit, quia placuit voluntati; ſed viſui. Ita Hugo Card. *Vidi mulierem in Thamnatha, & concupiui ſupple.* Idem fuit deſiderare, & aſpicere: & quidem ſpecies formæ cordi per oculos illigata vix magni luctaminis manu ſoluitur, quia ipſo aſpectu deſideratur. Quiſquis antè non prouidet, ne incautè videat, difficulter obtinere quibit, ne ardeat. Opportunè Saluianus lib. 3. de gubernat: *Idcirco ait Dominus peculios impudicorum hominum intuitus nexa adultery non carere, ſcilicet, vt qui bona fide fugeret adulterium, cuſtodiret aſpectum,* Conſonat Clemens Alexandr. lib. 3. pædag. c. 11.

Iob 31. 1.

Gregor.

Hugo.

Saluian.

Clem. Alex.

Laſcina

Digitized by Google

Clem. Alex. *Laſcina intuitiones, & cernere oculis verſatilibus, & conniventibus nihil eſt aliud quàm mœchari oculis, cùm per illos cupiditas ineat prima pugnæ præludia.*

12 Amœniſſimo in topiario deliciabatur Adamus, eratque voluptas innoxia, & oblectatio veneno vacua; verùm dæmon inuidentiæ œſtro ſtimulatus ſerpentem induit, & mulieri curatorem ſimulans accedit, vetitæ arboris fructum commendat, vt fœminam ad decerpendum alliciat: mulier arbo-
Geneſ. 3. verſ. 6. rem vidit, & pomum carpſit: *Vidit igitur mulier, quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* Certè ni mens concupiſcentia flagraſſet, non noceret quòd vidiſſet: ergo textus non ſolùm viſionem referat; ſed etiam cupiditatem, quandoquidem animus paſſionum vinculis impeditus malum cum oculo communicauit, nec ſolùm oculus concupiuit. Imò, vt noſcas, inquit Rupertus, quam proximet aſpectui cupiditas, dum tetulit vidiſſe, textus indicauit amaſſe. Audi Ru-
Ruper. pertum lib. 3. in Geneſ. cap. 9. *Interiores oculi exteriorum iam erant concupiſcentiâ prapediti.* Difficilis Ruperti ſenſus: ſi diceret: externi oculi interiorum iam erant concupiſcentiâ præpediti, expedita eſſet ſententia, quandoquidem interni oculi concupiſcunt, externi intuentur; at dum ait ab externis oculis concupiſcentiam ad internos deriuatam reddit ſententiam implexam; imò ingeniosè expeditam: ſic videre, concupiſcereque proximant, vt non tam videatur concupiſcentiæ ardor córde genitus, quàm ipſis in oculis procreatus: idem eſt oculos iniicere in fœminarum venuſtatem, & cupidinis nutrire flammam, & periculoſam fouere amentiam.

13 *Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.* Non refertur concupiſſe; ſed ſpectaſſe: & quidem ad vxores accipiendas non erat ſatis viſus; ſed affectus: ergo referat Scriptura oculos facierum venuſtate illectos incitaſſe cupidinem, & nuptiarum excitaſſe voluntatem. Vtrumque dixit, & quàm ipſis in oculis inſideat periculum, de-
Hugo. clarauit: *Acceperunt*, inquit Hugo Cardinalis, *victi concupiſcentiâ: ideo malum eſt reſpicere mulieres.* Ipſe aſpectus concupiſcentia flammeſcit, intuitus ipſe ſcintillis deſideriorum iam ardet: vnde qui deſiderat non concupiſcere, curet animitus non videre.

14 Pſalmiſta infelici experientiâ edoctus, & quàm ipſis ex oculis concupiſcentia erumpat expertus, ſic fuſis ad Deum precibus aiebat: *Auerte oculos*
Pſal. 118. verſ. 37. *meos, ne videant vanitatem.* Parum noceret vanitatem ſpectare, ni prolapſus fuerit vanitatis in deſiderium; imò videre vanitatem prodeſſe poſſet ad eius depellendum ſtudium: cur ergo Dauid videre refugit, quod videre ſolùm non nocet? Quia nouerat viſum cum cupiditate quodammodo æquiuocari, & ſpectantem ipſo aſpectu ſæpè irretiri ergo timuit oculos, vt prauos deuitaret affe-
Euthym. ctus: *Auerte eos*, exponit Euthymius, *à noxiis ſpectaculis, ita vt inania non videant; oculos autem non videant; oculos autem non corporis tantùm; ſed animæ etiam intelligit.* Cupiditatis oculos impediri deſiderauit, qui corporis oculos auerti petiuit: nouerat namque quàm deprædetur animum oculus, & quàm inflammet concupiſcentiam aſpectus.
Hugo Conſonat datus ſupra Hugo ſic ex Gregorio referens: *Non licet intueri, quod non licet concupiſci.* O quot dum oculos paſcere non timuerunt, anxium ſubiere conflictum, imò & fecere naufragium? Iis eſt pudicitiæ cum forma, & frequenter forma vincit litigans pudicitiam. Seipſum fallit, qui promittit ſibi cohibenda cupidinis deſideria, etſi pulchritudini attendant lumina. Sunt oculi deſideriorum præludia, ſunt cupiditatis incitamenta, ſunt rationis naufragia: vnde oportet cæcutire ſi deſideres cupiditatem depellere.

Sponſus prudenter zelotypus, vt animam ſe- 15
cum deſponſatam pacatè poſſederit, eius oculos inhabitare decreuit, vt per ipſum perſpiceret, nec alium vnquam videret: *Ecce ipſe ſtat poſt parietem* Cant. 2. *noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per* verſ. 9. *cancellos.* Vt ſibi omnes vindicarit Sponſæ affectus, oculorum feneſtras inhabitauit, ne ſi Sponſa libero diuagaretur obtutu, & cupiditatis infuſcaretur teatu. Per feneſtras denotari ſenſus, tradit
Ambroſ. Ambroſius in collect. cap. 2. *Proſpicit per feneſtras tuas. Quæ ſunt feneſtræ iſtæ? Legimus feneſtras, de quibus dicit Ieremias: Intrauit mors per feneſtras, per quas intranit anaritia, intranit libido: oculus tuus feneſtra eſt. Si videris mulierem ad concupiſcendum eam, intranit mors per oculum tuum.* Vides Sponſum ſibi vſurpaſſe oculos, vt prauos impediret affectus: gratum in Sponſæ corde inuenerat domicilium, ergo inſedit ipſis in oculis quaſi præcauens aſpectum, ne, ſi Sponſa oculis obtartit, de cordis eum habitatione depulerit, aliumque diſcupiat, dum alium videt: adeò miſcentur concupiſcere, & videre, adeò approximat adſpectui cupiditas, & cupiditati prauitas.

Ioſeph caſtitatis elogium, iuuentutis ornamentum, patientiæque theatrum, dum miris excelluit dotibus, & obnoxius ductis vixit calamitatibus: fratres inuidentia turgent, & miſeræ ſeruituti pro notho tradunt: placidè degebat ipſa in captiuitate, dum fluctus euaſit inuidiæ; verùm fratrum odia adulteræ excepit nocentior beneuolentia. Erat iuuenis corpore elegans, facie decorus, aſpectu placidus, quibus, inflammata mulier pudicitiam venari aggreditur; vtque ſacer textus impotens mulieris proferat deſiderium, iniecisſe in pulchellum teſtatur obtutum: *Iniecit domina* Geneſ. 39 *ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait. Dormi mecum* verſ. 7. Non ait: Flagrauit cupiditate, vehementi deſiderio inſaniuit; ſed, oculos iniecit: & quidem poſt viſum pullulaſſe non dubites deſiderium, vt etiam à deſiderio, non à ſolo viſu promanaſſe delictum. Ergo textus, vt ſugillet adulteram, prodat concupiſcentia inflammatam. O vtilem eruditionem! Dum iniecisſe teſtatur oculos, affectus prodit fœdis ardoribus inflammatos: quia videre à concupiſcere non diſtinguitur, aut certè viſus cupidine illaqueatur. Ex Hebræo legitur: *Leuauit vxor* Hebraica. *domini oculos ſuos in Ioſeph.* Ad quæ Oleaſter ad Oleaſt. mores: *Audis quid valeat honeſtas in fœmina: nam quamdiu hæc oculos habuit demiſſos, non peccauit cum verò leuauit, ſcandalum paſſa eſt.*

Vt oculos leuauit, deliquit quaſi ipſe oculorum aſpectus cupiditatis fuerit reatus.

§. 14.

§. IV.

Qui à communi via exorbitat, periculum ſibi frequenter creat.

17 QVi conſpici cupiunt, in habitu ſuo, ac viuendi genere notabilia architectantur aſperum alere cultum, intonſum caput, negligentiorem barbam, & argenti odium affectat: alter cubile humi poſitum, & quidquid ambitio anhelat, peruerſaque, & duriori via ſequitur: plures ſe hominum conſuetudini excerpere geſtiunt: cumque omnia eorum interna cæteris ſimillima ſint, à populo frons diſcordat: & quidem dum peculiaris via tenetur, & periculum ſæpè ſæpiùs ſolicitatur. *Id agamus*, aiebat Seneca epiſtola 5. *vt meliorem vitam ſequamur, quàm vulgus, non vt contrariam.* Quemadmodum impetu ferri, & premente vulgo circumagi diſtat ab æquitate, ita etiam viam publicam deſerere, & priuatam ſibi facere, lõgiſſimè eſt à ſalute: facilius ſolus deerat, & qui ab aliis diſiungitur, periculis imminẽtibus circumagitur. Quis illa erronea, quæ deſertum, vbi aliæ degebant, auerſata eſt, errando laborauit, pericula ſuſtinuit, & ni à prientiſſimo paſtore anxiâ ſolicitudine fuiſſet quæſita, luporum feritati luxiſſet præda: paſtor humeris imponens, vbi aliæ degebant duxit, & communem cum aliis vitam agere opportuniſſimè edocuit: *Dimittit nonaginta nouem in deſerto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam* Innuit Tertullianus de pœnit. cap. 8. *Inuenitur, & humero paſtoris ipſius refertur: multum enim errando laborauerat.* Dum exeritat, dum diuerſam à cæteris ſibi ſolicitat viam, patet feritati, & negotium faceſſit paſtori: ille cæteris reſtituit: quia dum aliarum conſuetudinem ſequitur, à luporum rictibus liberatur. Ecce Samſon, dum communi viâ cum patre matreque Thamnatha pergit, periculum omne euaſit: *Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha*; at dum peculiarem viam ſibi delegit, in leonem incidit, à quo, niſi gratia cæleſtis adeſſet, ſine dubio dilaceratus iacuiſſet *Cum veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus, & rugiens, & occurrit ei.* Si tritâ inceſſiſſet viâ, leo illum non inuaderet, aut auxilium contra inuadentem haberet; at dum ſolus & peculiari via graditur, à leone ſæuiſſimo impetitur. Adeſt Caietanus: *Hinc clarè habetur quòd Samſon declinauerat à via qua incedebant parentes eius, & extra viam occurrit ei catulus leonis.* Illud preme, *extra viam*: viâ namque publica cæteris communi gradientibus periculum occurrit nullum; at vbi peculiare ſibi iter faciebat, in ſe leoninos vngues armabat. Et quidem textus hiſtoriæ penicillo mirè nobis depinxit, quàm ſit periculis plenum à communi cæteris conſuetudine diſcedere, & peculiarem ſibi viuendi modum excogitare.

Seneca.

Lucæ 15. verſ. 4. Tertull.

Caietan.

18 Cum cæteris Apoſtolis Petrus tempeſtatis flatus accertimos ſubſtinebat: iactabatur nauicula fluctibus: cúmque per momenta minitarentur naufragia, Chriſtus adeſt, vt laborantes ſua recrearet præſentia: Petrus, vt erat feruidus, per marinos vortices cupit incedere, quò citiùs poſſit ad Dominum peruenire: *Iube me ad te venire ſuper aquas.* Solido veſtigio calcabat vndas; ſed actius ſpirans ventus periculum illi attulit: & fortè, ni Chriſtus dexteram præberet, per iret: *Cum cæpiſſet mergi, clamauit.* Cæteri Apoſtoli, etſi fluctibus iactati eluſ:re naufragium; at Petrus deguſtare cœpit periculum: *Cum cæpiſſet mergi.* Et cur mergi incipiat, qui Domino appropinquabat? Fortè de ipſa itineris ſingularitate ventus exortus eſt, qui viantem premeret, & naufragio miſero traderet, fluctus nauicula ſecare omnibus eſt commune; æquoris tergora humanis greſſibus calcauiſſe perarum: ergo ſuſtinuit periculum, qui viam ſibi fecerat ſingularem: *Petrus*, aiebat Zeno veronenſis ſerm. de timore, *æſtu marino fertur non naufragus; ſed viator: timet profundum intercipere non timentem* Curioſius attende, quæ Zeno adiecit: *Nec tamen in toto diſſimulat, ne per mare pedibus deambulaſſe non credat.* Et cur non credat ſe per mare pedibus ambulaſſe, ni eius animum ſolicitarit naufragium, & reddiderit anxium periculum. Iam explicuit: *Æſtu*, inquit, *marino fertur*: quaſi dicat: Petrus inuio itinere pergebat, adeóque certum eſt incidiſſe in pericula, qui viâ pergit inſolita, vt, ni ſuſtinuerit periculum, dubitare poſſet inceſſum: ergo ne dubitarit, ſingulari pede æquoris calcaſſe tergora, oportuit & delibaſſe naufragia: mergi cœpit, qui viâ ire ad Deum ſingulari tentauit, non quò omnis ſingularitas condemnetur; ſed vt virtutis cupidus inſtruatur. Vnus autalter ſingulari Dei priuilegio viam ſibi peculiarem aperuit, & inoffenſo veſtigio ad perfectionis portum illæſus appulit; verùm communis via tenenda eſt vanitatis ventum fruſtrate cupienti, & leoninos rictus eluſiſſe deſideranti.

Zeno.

Matth. 14. verſ. 28.

19 Video ſignum magnum in cælo tremulis aſtrorum luminibus fulgurans, quo ſerpentis verſutiam eluſerit, ſolitudinem petiuiſſe: *Mulier*, inquit, *fugit in ſolitudinem.* Hîc degebat; verùm malitia ſerpentina non deſtitit, quouſque aquilinis aſſumptis aliis deſertum adiuit: *Datæ ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in deſertum, in locum ſuum.* Adnectit textus: *Et iratus eſt draco in mulierem, & abiit facere prælium cum reliquis.* Iam inquiret curioſitas, cur modò deſiſtat, aquilinis aſſumptis aliis, qui fulgentiſſimis coronatam perſequebatur ſtellis? Ea ſe mihi ratio offert, Iſraelitas videlicet per deſertum tetendiſſe eiſdem aliis: aiebat namque Moyſes: *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portauit in humeris ſuis.* Cunctus Iſraelitarum populus aquilæ auxilio viam carpſit per deſertum: ergo dum mulier eâdem non tendit viâ, & aquilæ non vtitur etiam alâ ſerpentinos patitur adſultus, & ſerpens eius impedire nititur greſſus; aſt dum cæteris communem ſectatur viam, & communem induit alam, ſerpentinum eludit dolum, fugitque periculum: ſtellis fulget; ſed ſingulariter: luce ſplendeſcit; ſed vnica: degit in ſolitudine; ſed rara: ergo ſerpens ſpes fouet, & quia diſſitam ab aliis adſpexit, fraudulentus inuadit. Aſſumptis aliis quatum auxilio omnes vſi deſerti itinera peragrarunt, doloſæ inſidiæ ceſſerunt: *Datæ ſunt mulieri alæ duæ*, inquit Hugo Cardinalis, *tamquam arma, quibus ſe poſſet elongare.* Aquilinis alis populus à Pharaone ſe per deſerta ſeiunxit: ergo eiſdem vtatur mulier, vt ſerpentis iras fruſtrarit; ne forte ſi peculiarem viam habitumque ſingularem delegarit, veteroſi etiam ſerpentis dolos incurrerit.

Apocal. 12. verſ. 6.

Deuteron. 32. verſ. 11.

Hugo.

20 Chriſtus Dominus de dæmone triumphum adepturus in deſertum tendit, ibique quadraginta diebus

Digitized by Google

20 Chriſtus Dominus de dæmone triumphum adepturus in deſertum tendit, ibique quadraginta diebus producit ieiunium, & ieiunio diſcruciat virulentiſſimum aduerſarium: *Ductus eſt in deſertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo, & cùm ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit.* Theophylactus rogat, cur ieiunium in prolixius tempus non produxerit, quandoquidem virtus inerat ſpecialis: reſpondetque non protraxiſſe ieiunium, ne quis exiſtimauerit non virtutem; ſed fictionem. Audi Theophylactum: *Tot ieiunauit, quot & Moyſes & Elias: quod ſi plures ieiunaſſet, viſa fuiſſet incarnatio eius fictitia & apparens.* Certè huius Doctoris placitum profundum eſt, quandoquidem ſatius videbatur, vt incarnatio viuidiùs ſcintillaret famem protelaſſe, & ieiunium produxiſſe: ſi Moyſes Eliaſque prorſus hummani quadraginta diebus & noctibus ieiunarunt, cur Chriſtus Dominus, vt mirabiliorem virtutem in lucem extrahat, ieiunium non protrahat? Nonne maior eſſet virtus exceſſiſſe, quàm coæquaſſe? Ita equidem; verùm quia ſuis nos actionibus informabat, omnis ſpeciem ſingularitatis vitauit: nam cùm ſingularitas non ſemel virtuti ſit aduerſa, & veritati inimica, forſitan quis inde ad fictitiam incarnationem aſſerendum præſumeret argumentum, ſi de ſingularitate, raritateque fulgeret magis ieiunium: ergo, vt à virtute habeatur profectum, omnis ſingularitatis vel vmbratile periculum eſt excluſum. Addit Auguſtinus apud D. Thomam ſe tentandum præbuiſſe, vt diabolum vinceret, noſque edoceret: *Cur ſe ipſum tentandum præbuit? Vt ad ſuperandas tentationes mediator eſſet, non ſolum per adiutorium: verùm etiam per exemplum.* Sic diabolus vincitur ſingularitate expuncta, & viæ à Sanctis trita obſeruatâ.

Math. 4. verſ. 1.

Theophyl.

Auguſtin.

21 Sponſa ab Sponſo trahitur adoleſcentulis aſſociata: *Adoleſcentulæ dilexerunt te; trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Hìc audit exultantem, omniſque periculi expertem, & doloris immunem: *Exultabimus & lætabimur in te.* Tranſi ad caput 5. Canticorum, vbi cùm Sponſum quæreret, incidit in circitores ſatis audaces, qui & pallio verecundam denudarunt, & vulneribus percuſſerunt: *Percuſſerunt me, & vulnerauerunt me.* Et cur modò dolet percuſſa, quæ paulò anteà geſtiebat læta? Iam textus explicuit: anteà ab adoleſcentulis non tendebat diſiuncta; modò viam carpebat ſola ergo vbi ſingularis inceſſit, & pallium etiam amiſit: de conſortio fugabat anteà pericula, & graſſatorum frænabat vota; at dum ſingularis incedit, dum ab aliis ſeiungitur, dum cum illis non graditur, vulnus tulit, & Sponſum nō inuenit: & fortaſſis quaſi ſingularitatis iam pœniteat, Ieruſalem filiabus deſiderat aſſociari, vt quiuerit inuenire: *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.* Iam amat conſortium, ne vterum ſubeat periculum. Adeſt Bern. ſerm. 21. in Cant. *Ideò non ait, ſingulariter curram; ſed, curremus.* Vt vitet periculum, currentium amat conſortium: didicerat namque quàm ab aliis ſeiungi fuerit diſcrimini obnoxium, & hoſtibus opportunum. Ecce Samſon Dei Spiritu vicit leonem: ſed peculiari viâ incedens, & à publica abiunctus incurrit calamitatem.

Cant. 1. v. 3.

Cantic. 5. verſ. 7.

Bernard.

§. V.

Spectacula virtuti ſunt inimica, & voluptate amariſſimâ plena?

21 NVllus ſe turbæ tutò vnquam commiſit: nam facilè tranſitur ad plures: alieno vitium perſuadetur exemplo: & quicquid compoſuerat non ſine labore ratio, aut deletur; aut euertitur, aut turbatur. Multorum conuerſatio virtuti inimica eſt: nemo non aliquod affert vitium, quod extollat imprudentiq; imprimat, aut neſciēti allinat. Quò grādior, cui committimur, turba, eò plus periculi eſt, verùm quod bonis perniciоſius moribus inuenitur, eſt ſpectaculis, ſceniſque adeſſe: ibi namq; dum crudelitati plauditur, dū voluptas experitur, dum ambitur vanitas, ſuadentur homines metu nudari, & in flagitia proruere: vbi numeroſus mulierum, ac virorum concurſus, ratò aliqua non volitat libidinis ſcintilla, quæ per oculos ad cor perueniens illud adurit, & vſque ad incendium' eteſcit: ratò ibi aliqua litium occaſio non oritur; quæ inflammet animum, & afferat inflammatione periculum: *Nihil eſt tam damnoſum bonis moribus* aiebat Seneca epiſt. 7. *quàm in aliquo ſpectaculo deſidere: tunc enim per voluptatem facilius vitia ſubrepunt.* Vt inſulſus cibus, ſi aliquo condimento melliatur, auidè abſumitur; ſic vitium ex ſe naturæ aduerſum, ſi plauſu, vſuque videatur receptum, iam quæritur expetitum. Samſon in truculentiſſimæ feræ rictus incidens eius dentibus iaceret diſcerptus, ni animos ſacer indidiſſet ſpiritus: problemate aſtu indagato compulſus eſt vxorem deſerere, & homines aliàs innocuos occidere. *Deſcendit ergo Samſon in Thamnatha, videnſque ibi mulierem de filiabus Philiſthiim aſcendit & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum, quam quæſo, vt mihi accipiatis vxorem.* Ad quid Samſon in Thamnatha deſcenderit, quærunt Interpretes. Hugo Charenſis putat deſcendiſſe occaſione alicuius ſpectaculi, aut Philiſthinorum feſti, cui dum incautus adeſt, vagoque aſpectu circumſtantes perluſtrat, fœminam intuetur eximiè pulchram, cuius obtutus ſic adduſſit animum, vt iam Samſon patuipenderit legem, vt nuptias expetens inciderit in leonem: *Deſcendit Samſon in Thamnatha ciuitatem Philiſthinorum, vt videret ſolemnitatem, quæ ibi agebatur.* Philiſthinorum ſolemnitas occaſio fuit temerandæ legis, & audaciam ſuſtinendi leonis: *Nobis*, aiebat Tertullianus in Apologet. cap. 38. *ab omni gloriæ, & dignitatis ardore frigentibus nulla eſt neceſſitas cœtus, nec vlla magis res aliena, quàm publica. Vnam omnium Remp. agnoſcimus mundum. Equè ſpectaculis veſtris in tantum renuntiamus, in quantum originibus eorum, quas ſcimus de ſuperſtitione conceptas, cùm & ipſis rebus, de quibus tranſiguntur, prater ſumus.* Addit ingenioſiſſimus Doctor: *Nihil eſt nobis dictu, viſu, auditu cum inſaniacirci, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arena, cum Xyſti vanitate.* Aptiſſimè coniunxit theatro impudicitiam, circo ferociam, ſcenis voluptatem vaniſſimam: inde enim oriuntur cum ſalibus periculoſæ amaritudines, & amaræ voluptates. Qui virtutibus olim prouidebant,

Hugo

Tertul.

Digitized by Google

bant, solicitè studuerunt theatri scenæque periculosam corpori, & animæ voluptatem exterminare: quia nouerant quantam saluti virtutique perniciem huiusmodi otiositates afferent.

23 Psaltes, etsi eximia virtutum laude conspicuus, etsi reportatis de demone triumphis non semel nobilitatis, obnixis precibus Deum exorat, ne in spectacula incidisse permittat: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Ecquam ex tot tantisque vanitatibus videre recusat? Spectaculorum, inquit Euthymius noxiam voluptatem. Ipsum audi Auerte eos à noxiis spectaculis, ita vt inania nõ videãt: oculos autẽ non corporis tãtùm; sed animæ etiã intelligit.* Consonat Cyrillus Ierosolymitanus cateches. mystagog. 1. *Non sit curiosus frequentia spectaculorum, vbi conspicias minorum petulantias omni contumelia, & impudicitia refertas, & virorum effœminatorum choreas fœtoris.* Dum spectaculis assidens pulchritudine allicitur, dum oculus gratâ vestium picturâ depascitur, dum lautiori cibo, & iucundiori potui indulgetur, prudentiæ, nervus laxatur, & enervis voluptate animus, veluti facto vitiorum agmine captiuus adducitur: Ergo Dauid qui à leonibus prædam eripuerat, qui cantu abegerat dæmonem, qui lapide dejecit gigantem, sic spectacula exhorruit, vt ab eis exulare anxiis precibus postulauerit. Illum Saul auertebat à pugna, ipse verò pugnandi amore accensus ad se gigantis prouocationem rapuit, monstrumque deuicit, hic verò sic trepidat spectacula, vt oculos 24 auerti obnixè deprecetur, quasi nequeant adspici sine virtutis discrimine, & morum perturbatione.

Psal. 118. vers. 37. Euthym. Cyrill.

Psal. 1. v. 1.

Hanc iterum Psaltes edoceat veritatem: „*Beatus*, vir inquit, *qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Quid pestilentiæ cathedræ nomine intellexerit, quærunt Interpretes. Tertullianus lib. de Spectacul. capite 3. Spectaculis accommodat: ipsum accipe: *Inuenimus ad hanc quoque speciem pertinere illam primam vocem Dauid: Felix* inquit, *qui non abiit in concilium impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestium non sedit.* Adnectit: *Semper Scriptura diuina diuiditur: vbicumque secundum præsentis rei sensum etiam disciplina munitur, vt hic quoque non sit aliena vox à spectaculorum interdictione.* Itaque ipsos anfractus ad concessum per cliuum dispositos Psaltes vocauit cathedram, ex qua quàm plurimæ pestes & oriuntur, & grassantur: ibi homo dedisce humanitatem feritate oblectatus, & de hominum nece iucundus. Audi Salianum lib. 6. *In spectaculis primum deliciarum genus est mori homines, impleri ferarum aluos humanis carnibus, cum circunstantium voluptate, & conspicientium lætitia. Atque hoc fiat orbis impedium est. Adeuntur loca abdita, lustrantur inuij saltus peragrantur sylua inexplicabiles, & vt deuorari possint homines, non licet naturam rerum habere aliquid secretum.* Ferocior taurus quæritur, & sæuior: qui humanum possit sanguinem fundere, & circumspicientes detestabili feritate oblectare: ibi confusaneus vocum tumultus rumpit modestiam, & aures diuerberat spurcitia: ibi mutuus fœminarum ac virorum conspectus, ibi corruptior, & floridior vestis scintillas libidinosas emittunt, quibus si castitas non aduritur, denigratur: ibi conuiuiorum luxus grauissima salutis est pestis, & dum deturbat rationem, ascendit etiam libidinem. Ergo vt quis beatus esse possit, tot pestium cathedram sapienter exhorrescat, & cautè fugiat. Lactantius Firmianus lib. 6. cap. 20. nullam corruptelam bonis moribus nocentiorem existimat, quam scenam, & circumsidentem in spectaculis hominum fœminarumque copiam: *In senis quoque nescio an sit corruptela vitiosior: nam & comica fabula de stupris virginum loquuntur, & amoribus meretricum.* Discit puella in scenis, quibus adulationibus, quibus artibus, blanditiis quibus libidinis causam agat, & ad se homines pelliciat, & quæ hanc scientiam ignorabat vtiliter, oculis addiscit procaciter. Adiicit Lactantius: *Vitanda ergo spectacula omnia, non solum, ne quid vitiorum pectoribus insideat, quæ sedata, & pacifica esse debent; sed ne eius nos voluptatis consuetudo deliniat, & à Deo, atque à bonis operibus auertat.* Theatralis cantus animum emollit, & ad resistendum vitiis enervem reddit: ipsæ minimorum gesticulationes ipsæ corporum in choreis infractiones, saltationesque immodestæ præterquàm quòd oculos pudicos offendunt, animos quasi iniectis igniculis vrunt.

Tertull. Salian. Lactant.

25

Ignorantia humana sibi sapientissima argumentatrix videtur cumque timeat de huiusce modi gaudiis, & seculi fructibus quid amittere, totis nervis conatur defendere, testaturque nullam exertam in Scriptura inueniri de spectaculis prohibitionem: ob idque cùm Dei spectacula non sint inimica, nec Dei culioribus fore deuitanda. Ergo vt Tertulianus huic argumento respondeat legem adducit Exodi 20. à Deo latam. *Non habebis deos alienos coram me.* Qui vni soli Deo inservire tenetur, deuitasse spectacula cogitur, quandoquidem etsi ibi nil religionis veritati aduersatur, inueniuntur plura, quæ idololatriæ sunt appendices, vtpote vitiorum artes. Accipe Tertullianum de spectaculis cap 5. *Ludorum origo sic traditur. Lydios ex Asia transuenas iri Hetruria consedisse, vt Thymæus refert, duce Thyrrheno, qui fratri suo cesserat regni contentione. Igitur in Hetruria inter cæteros ritus superstitionum suarum spectacula quoque religionis nomine instruunt.* Itaque spectacula deorum causa agebant, & idolorum cultum ac religionem sensim assidentibus instillabant. Ergo cùm vnius Dei religio non solum prohibeat cuanida idola; sed quæcumque idololatriæ adiacentia, spectaculaque in Deorum obsequium antiquitus fuerint instructa, Christianum dedecent, & ob id quàm longè ab illis tenetur fugere, & his vanitatibus ethnicis renuntiare.

Exod. 20. v. 3

Tertul.

§. VI.

In nuptiis parentum est expectandus consensus, non sequendus appetitus.

26

QVæ impetu geruntur, rationi aduersa probantur: nam vt Sol obscuris vaporibus obturbatur, & terris aliquando caliginibus obruitur; sic rationis lux ad fectionis vaporibus languet, & cupiditatis nebulis tenebrescit; verùm etsi cupiditas sæpè sæpius rationi comprobetur aduersa, maximè in adolescentibus, vbi & flamma acrior, & experientia inuenitur minor: effrenis ad instar equi

voluptate

voluptate adiguntur, & adacti præcipitantur: placet ſæpè oculis forma, quæ multa ſecum affert honori, & tamen ab inſcato votantur, quia cæciſſimè prætereuntur. Hinc iuuenes ſeipſos habere debent ſuſpectos, nec oculis credere ſi deſiderent non errare.

Hierocl. *Non paucis*, aiebat Hierocles lib. de nuptiis, *intolerabiles fuerunt nuptiæ, non quod ſua culpa, aut ſuapte natura talis ſit cum vxore ſocietas; ſed quando ducimus, quas non oportebat, & ipſi quoque planè imperiti ſumus in vita, neque inſtructi ad ducendam ingenuam vxorem, tum vſu venit, vt difficilis, atque intolerabilis ſocietas ſit: hoc ſanè modo nuptiæ vulgo eueniunt: non enim procreationis liberorum, aut vitæ ſocietatis gratiâ ducunt vxores; ſed alij propter Magnitudinem dotis, alij excellentia formæ, alij verò aliis iſtiuſmodi cauſis ducti, ceu malis conſiliariis vſi.* Dum cupiditate pecuniæ aut formæ peſſimo conſiliatio plures vtuntur, ſibi parant tragœdiam, & æternant ignominiam.

Baſil. Aptè Baſilius Magnus de virginit. *Ex ipſo coniugij fine totam nuptiarum tragœdiam prudenti ratione collegit.* Vbi appetitus finis eſt, matrimonium tragœdia eſt: languente namque appetitu, & faſtidio ſuccedente deſinit obætatus amor in tragœdiam, & tragœdiæ miniſtrat cauſam. Hinc iuuenes parentum debuiſſent expectare conſilium, & ſequi placitum, vt prudentiæ gubernaculo aurigatus affectus frequentes Syrtes eludat, & tranquillitatis ac pacis portum appellat. Certè laudandus eſt Samſon, qui etſi iuuenculæ Philiſthææ pulchritudinem ardentiſſimè deperiret, patri deſiderium aperuit: *Aſcendit, & nuntiauit patri ſuo, & matri ſuæ dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthiim, quam quæſo, vt mihi accipiatis vxorem.* Non ſibi nuptias cæco diſpoſuit deſiderio; ſed de parentum accipere voluit placito: *Volebat eam accipere in vxorem*, inquit Abulenſis quæſt. 2. *Et non poterat, ſi pater & mater ei non darent illam, vel non conſentirent.* Vtilem cupiditati vim intulit, & parentum conſenſum expectauit, fortè veritus, ne ipſius cupiditatis præſtigiis cæcutiret deluſus, & deluderetur cæcus.

Abulenſ.

27 Sara nobilis illa virgo, cùm tot nequitiâ dæmonis calamitates perpeſſa fuiſſet, & ferè antequam maritata lugeret vidua, ſic Deum piè quæ-

Tob. 3. v. 15. rula alloquebatur: *Peto, Domine, vt de vinculo improperij huius abſoluas me, aut certè deſuper terram eripias me. Inſcia Domine, nunquam concupiui virum, & mundam ſeruaui animam meam ab omni concupiſcentia.* Subnectit: *Virum autem cum timore tuo, non cum libidine mea conſenſi ſuſcipere.* Non

Lyra. ait, duxi meo arbitratu; ſed conſenſi danti parenti. Ita Lyra: *Conſenſi parentibus meis hoc volentibus* Quaſi dicat: ſi ego parentum non expectaſſem conſenſum, mirum non eſſet pati dæmonium, quandoquidem qui ſine parentum conſilio inire properant nuptias, luctuoſas ſibi imprudenter comparauere tragœdias: cùm me non aduſſerit exoculata cupiditatis flamma: ſed exhibita ſubiectionem meam teſtetur parentibus obedientia, exterminare debes improperium, & luctum mutare in gaudium. Efficax profecto oratio inuenit Tobiam, & à Domino impetrauit miſericordiam & quidem Sara parentibus morigera, & à fumo cupiditatis aliena nequibat gratam Deo vim non inferre, & maritum exornatum virtutibus non ſortiri.

28 Diuus Paulus non ſolum matrimonij leges deſcribens; ſed coniugibus etiam conſulens ſic aiebat

1. Cor. 7. v. 39. mulierem alloquens: *Cui vult, nubat, tantùm in Domino.* Ambroſius ingenioſus myſteriorum indagator illud *tantùm in Domino* putat ſignificare expectandum fore fœminis parentum conſenſum: ne, ſi ipſæ ſibi maturauerint nuptias, imprudentis appetitus errore ſibi lamenta concilient, iurgiaque æternent: nam cùm fœmina parentum conſilium non præſtolata, cupidine probetur impulſa, non poteſt non ſibi calamitatem aſciſcere infortuniumque cæcitate elaborare. Accipe Ambroſium lib. 1. de Abraham cap. 24. *Mulier quæ amiſſo citò marito adoleſcentia laqueum infirmitati ſuæ timet incidere, ſi vult, nubat tantùm in Domino, vt electionem mariti parentibus deferat, ne appetentia procacioris æſtimetur auctor, ſi ipſa de nuptiis ſuis electionem ſibi vendicet: expetita enim magis debet videri à viro, quàm ipſa virum expetiſſe. Verecundiam præmittat, antequam nubat, quo ipſum coniugium plus commendet verecundia.* Profectò dum fœmina virum ſibi ardenter ſolicitat, ipſi viro inuerecundiæ ſuſpicionem ingenerat, & quam ſemel accipit ſuſpectam, ſemper timet libidini expoſitam, timoreque non bono conſiliatio vſus & premit clauſam, & angit vti periculo expoſitam. Adde ſæpiſſimè vel parentum conſilio nuptias peractas ſecum attuliſſe magnâ pacis, tranquillitatiſque detrimenta: vt coniectas hinc quid ſit ſperandum, ſi prudentiæ deſint conſilia. Eo Samſon ſponſam duxit non ſine parentum placito, & tamen ipſa nuptiarum gaudia conuerſa ſunt in lamenta: *Vxor eius*, inquit textus, *accepit maritum vnum de amicis eius & pronubi.* Quid aliud expectandum foret à muliere, quæ, vt videtur, patrem non conſuluit, vt Samſonem acciperet? Habebat equidem mulier hæc patrem, vt conſtat capite decimo-quinto verſ. nec tamen inuenies Samſonem fœminam ab eius parentibus poſtulaſſe; ſed cum ipſa de matrimonio ſolummodo egiſſe: *Deſcenditque, & locutus eſt mulieri, quæ placuerat oculis eius.* Addit textus: *Deſcendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio ſuo Samſon conuiuium.* Vides Samſonem cum futura vxore colloquia miſcuiſſe, Samſonique parentes cum ea de futuro matrimonio tractaſſe, quin mentio fiat de eius patente, quouſque iam matrimonium perfectum, & conuiuium præparatum: ergo mulier: quæ ad nuptias non expectauit parentum placitum, quam citò Samſonis duxit amicum: nam appetitus flamma, & procax inuerecundia, quæ illi pro arbitrio ſuo ſuaſerat matrimonium, perſuaſit adulterium, aut ſaltem nouum connubium: *Fuit vxor Samſon*, ſcribit Caietanus, *ſodali eius, qui ſocietatem fecerat ei.* Placuit ſodali, cui placuerat Samſon, & quæ inuerecundè concupiuit ſponſum, fors etiam ſolicitauit adulterum: *Vxor eius*, inquit, *accepit maritum*: non patet delegitiſed ipſa ſibi quæſiuit. Adde eam decere fœminas verecundiam, vt non ſolum patri commiſerint matrimonij cauſam; ſed ſponſalium etiam ornamentorum pompam Notauit citatus Ambroſius in Rebecca.

Ambroſ.

Verecundia commendet ſemper coniugium.

Caietan.

Abraham ſeniorem ſeruum, vt filio ſuo adduceret ſponſam in patriam delegauit: ille peracto itinere, vt à Deo electam hero ſuo agnoſceret, aquam miſericorditer dilargiendâ poſtulauit: & quod certius felicitatis præſagium, quam mulier verecundiæ dotibus exornata ornamentis pompaticis nuda, & miſericordiâ plena? Rebecca aquam lubenter præbet, & inaures accipit: *Suſpendi itaque inaures ad ornandam faciem eius, & armillas poſui in manibus eius.* Vides Rebeccam catere anteà aureis ornamentis, exundaſſe verò pictatis officiis: malis nam-

29

Geneſ. 24. verſ. 47.

Digitized by Google

que esse debuit quæ dilecto suo Isaaco à Numine deligebatur, & ex cuius connubio Christus nasceretur. A parentibus suis disponitur matrimonium: nec enim inscis parentibus puellæ solicitabatur arbitrium. Accipe datum Ambrosium. *Non has inaures Rebecca habebat, & virias, quæ lites in Ecclesia serere solent, quæ labuntur frequenter: alias inaures habebat, alias virias, quas vtinam vos habeatis. Inaures Rebeccæ pij auditus insignia, & virix Rebeccæ ornamenta factorum sunt.* Subnectit post aliqua Ambr. *Iudicium expectat parentum: nõ est enim virginalis pudoris eligere maritum.* A Deo in Christi matrem electa parentibus obsequitur, & virginalis pudor ipsa expectatione commendatur. Euripides in Androm sic inducit fœminam alloquẽtem: *Sponsalium meorum pater meus curam subibit: hoc enim non est meum.* Addit post relatam huius Philosophi sententiam Ambrosius. *Ergo quod & ipsi Philosophi mirati sunt, seruate virgines.* Seruare debent virgines, quod curauit ethnica, vt consuleret pudicitiæ, adulareturque verecundiæ: nam cùm præcipuum mulieris bonum sit pura conscientia, integra pudicitia, illibata modestia, quæ virum patre inconsulto suscepit, obloquentium linguis materiam copiosissimam ministrauit. Quis pudicam laudet, quam immaturis desideriis ardere videt. Ergo virgines iuuenesque Samsonis ac Rebeccæ exemplis eruditi nuptias nõ accelerent, sed parentum placitum expectarint.

Ambrof. Eurip. Ambrof.

§. VII.

Sæpè suadet aurum, quod pietatis non persuasisset studium?

30 VT malè edomiti equi fræno indigent, vt rationi pareant, regentique obediant: sic iuuenes, ne cupiditatis æstu iactati, fucatæve venustatis calcaribus impulsi præcipites ruant, opus habent aliquo fræno, quo arceantur, & ab erroribus liberentur. Certè debitum parentibus obsequium pro fræno esse debuisset; verùm quia apud mortales plurimi habetur aurum, & minoris pietatis officium, congruit de peruerso æquitati aliquando auxiliari, & ipsa cupiditate remedium cupiditatibus adhibere: *Calores caloribus amplius onerando compescit*, aiebat Tertull. aduers. Gnostic. de medico sapienti capite quinto, *& ardores siti potius macerando restringit.* Itaque sitis siti opponitur, & calor caloribus refragatur. Idem accidisse videas non semel animis, quod corporibus: auri sitis, hæreditatis ambitio carnis cupiditatem macerant, & insanientem appetitionem refrænant. Ecce Samson pulchellam de Philisthinis intuitus sic eius amore flagrauit, vt se illi totum commiserit, verùm licèt ardentissimè ambient cõnubium, tantisper distulit, & parentum placitum expectauit: *Nuntiauit patri suo, & matri suæ dicens: Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum, quam quæso vt mihi accipiatis vxorem.* Inquirunt Patres, cur amoris insaniæ inducias fecerit, & parentum placitum expectarit, quando frequenter qui pulchritudinis tenentur desiderio, parentum non soliciti rationabili obedire mandato: respondentque detrectasse sine parentum consilio inire connubium, ne exhæreditatus careret auro: ita Abulensis quæst. 2. *Volebat eam accipere in vxorem, & non poterat, si pater & mater non darent ei illam, vel non consentirent: quia aliàs nihil haberet in bonis illorum.* Fortè, ni timeret exhæredi-

Tertul. Abulenf.

tari, sine parentum consensu matrimonium iniret; at dum desiderat diuitias, temperat cupidinis flammas: auri sitis venustatis sitim macerabat, & diuitiarum calor carnis ardorem sopiebat: cupiditate suasus parentum desiderauit consensum, qui fortè pietate ductus non expectaret consilium: non caret tatione lex, quæ facultatem facit parentibus exhæreditandi filios: hic namque timor illos in officio continet, & ab erroribus arcet.

Iacob in agrum vocat vxores, quo illas profectionis consilij faciat participes: illic eis aperit se in patriam moliri regressum socero inscio. Quid tunc? Annuunt filiæ, & hanc rationem adducunt: *Numquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri?* Illis suadebat pietas & vrbanitas ne sine patris bene placito è domo eius auolarent; verùm dum nulla hæreditatis spes expectare paterni beneplacitum consuluit, nulla patrem præmonere expectauit: non inquiunt: Tecum pergemus, quia iubet Deus; sed quia nihil residui nobis est in paternis diuitiis: ergo dum non sperant, nec consilium profectionis retardant: fors detrectasset, si cupiditas persuasisset. *Numquid habemus residui quicquam?* inquit Lyra: *quasi dicant: Non totum dedit fratribus nostris?* Ecce denegarunt obsequium, quia non sperabant aurum, vt noscas quàm suadeat aurum præbere parenti obsequium.

31 Genes. 31. vers. 14. Lyra.

Israelitæ auro, argentoque prædiuites egrediuntur Ægyptum: *Eduxit eos*, inquit Psalies, *in argento & auro*: & quidem videbantur expeditiores ad carpendam viam sine auri argentique ponderibus: si cibaria misit ei in abundantia, si vestis nunquam trita, ad quid diuitiarum summa? Vt populus, inquit Rupertus, columnam sequeretur velociùs: nam si solum pietas iter suaderet, forsan lassescerent, & ignauis vestigiis carperent: ergo auro copiosi ditescant, vt dum timent dispoliari, gradum promoueant alacriùs, & inuolarint celeriùs. Certè si solùm ducti pietatis obedientiæque studio, fòrs lentiùs tenderent, quàm inflammati auri alatissimo desiderio. Audi Rupertum lib. 2. in Exod. cap. 31. *Ea ipsa quoque causa non parum iuuit, vt spolis Ægypti potius filij Israel quantò cupidius onusti tanto libentius, ac properantiùs irent ad imperium Domini.* Ratio suadebat columnæ ducatum sequi Pharaonis amarissimas delicias fugere: at veritus Dominus, ne ob pietatem tardiùs grauantiusque viam carperent, auro inescauit, vt acueret cupiditas, quos forsan non sic excitaret sanctitas: lentiùs parerent auri spebus vacui celeriùs detemperauerunt onusti: valet namque plus apud mortales ad obsequendum virtuti temporale commodum, quàm Numinis cœleste mandatum. Ergo in argento & auro eduxit, sine argento forsan non suaderet.

32 Psal. 104. vers. 37. Rupert.

Euangelicus pater, duos sortitus filios de excolenda, quam habebat, vinea cogitauit: vnum ex illis iussit ad vineam tendere, qui iussionem distrate non est ausus: sed nec implere est aggressus: *Accedens ad primum dixit: Fili vade hodie operare in vinea mea: ille autem respondens ait: nolo: postea autem pœnitentiâ motus abiit. Accedens autem ad alterum dixit similiter; at ille respondens ait: Eo, domine, & non iuit.* Vides filium pietati obsequium denegantem, & solum delusoriis verbis obsequentem. Transi modò ad ipsum patrem familias, qui præuento Solis splendore forum adiit, vt operarios conduceret: conuentione facta ex denario diurno non dubitarunt conducti

33 Matth. 21. vers. 28.

Solis

Solis æſtum tolerare, cum tellure decertando duris laboribus premi: *Conuentione facta cum operariis ex denario diurno miſit eos in vineam ſuam.* Non ſolum promiſerunt; ſed laborarunt: *Portauimus*, inquiunt, *pondus diei, & æſtus.* Inquiramus, ſi placet, cur filius obedire detrectarit, quando extraneus in vineæ cultu inſuadere non renuit. Strictior quidem filij obligatio. Ergo imitetur extraneum filius. O pecuniæ efficaciam. O filij inertiam! Quod extraneis perſuaſit aurum, filio non ſuaſit pietatis ſtudium: plus obtinuit pater familias à conducto ſeruo, quàm à progenito filio: *Meritò dixit. Exiit vt mercede conduceret: merces enim repoſita eſt præceptorum operariis*, inquit Euthymius: Vbi merces repoſita operarios conduxit, & in vinea ſolicitè adlaborantes inuenit; at vt terram percoleret à pignore non obtinuit: huic namque non eſt propoſita mercedis vtilitas; ſed pietatis officioſitas. Ergo renuit filius pietatis obſequium, extraneus laborauit ob aurum fuit namque ad perſuadendum eloquentior pecunia, quàm debita parenti obedientia.

Matth. 20. verſ. 2.

Euthym.

54 Sponſus aduentat rore comâ madidâ, frigore repercuſſus, & itineris, quem pedes confecerat, labore defatigatus: *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, colũba mea immaculata mea: quia caput meum plenũ eſt rore, & cincinni mei guttis noctiũ.* Illa cum omnem moram rumpere debuiſſet, vt obſequeretur dilecto moras de induſtria traxit, & coloratas cauſas prætendit: *Expoliaui tunica mea, quomodo indnar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* Non multò poſt vulnerata, & denudata pallio Sponſum quærſiuit, nec à quærendo fracta laboribus deſtitit. Quod ſi diſcriminis cauſam quæras, ipſa refert: *Caput eius*, inquit, *aurum optimum, coma eius ſicut elatæ palmarum.* Addit: *Manus illius tornatiles aureæ plenæ hyacinthis.* Vbi caput rore madidum, nequibat veſtiri, vbi aureo ſplendore micans, inſtitit inflictis etiam vulneribus veſtigare: vbi aureæ manus hyacinthis alliciebant, plateas obit, nuditatem ſpernit, dolorem ſuſtinet; at vbi ſolùm vrgebat pietas, detrectauit obſequium, & exhibere tardauit officium: fuit namque ad ſequelam efficacius aurum, quàm vox repetitis ictibus pulſantis oſtium: *Friuolas*, inquit noſter Delrius in littera, *& pueriles moras nectit.* Moras nectit, dum vocat pietas, non nectit, dum incitauit commoditas: Obtinuit ab Sponſa aurum, quod pietatis non obtinebat ſtudium. O quoties ob exiguum lucrum dici tollimus pondus & æſtus, cùm ad virtutem inueniamur prorſus delicati, ac ignauia reſoluti. Nihil non aggreditur diuitiarum cupiditas, & deliciarum commoditas: ad virtutem claudicamus, & vel leuiſſimis incommodis detinemur.

Cant. 5. v. 2.

Delrius.

Ergo optimo conſilio Ioannes cælorum ciuitatem auro plenam, ac micantem deſcripſit, ſi forte hominibus ſuaſerit aurum, quod legis non valet perſuadere præceptum.

***

§. VIII.

Connubia inter diſſimiles ſunt litium exundans copia, & iurgiorum fœcundiſſima vena.

COnnubia ratione ducta, & legibus legitimis celebrata pacis ſunt vincula, & exercendi amoris materia; at quæ ſolùm appetitus ardore, & impetus cæcitate ineuntur, quam citò obturbari ſolent diſſidiis, & diſſidere diſcordiis: vt enim papyrus accedente igne quam citò aſſurgit in flammam, & etiam quam cito flamma defecit deficiente etiam materia, ſic affectus præceps, & exoculatus quam citò inflammatur; ſed & quam citò interſtinguitur: *Sicut in paleis*, aiebat Plutarchus in præceptis connubial. *papyro, & pilis leporinis promptè ignis accenditur, extinguitur autem citiùs, ſi materiam aliam nullam, quæ conſeruare, & alere queat tum, amplectatur; ſic ii, qui ex corpore, & forma eſt acceptus, repentè flagrans coniugum amor nouorum haud ducendus eſt diuturnus, vel ſtabilis, niſi ſit moribus ſancitus, atque animum allexerit, atque habitum peperit vnum. Piſcatio, quæ fit medicamentis, citò comprehendit, & capi facilè piſcem; cæterum inguſtabilem, & pranum reddit.* Amoris præſtigiis, affectionis incantamentis facilè nõnulli capiuntur, prætermiſſaque ratione ineunt matrimonia; verùm, ipſum vinculum, quod animos debebat mutuâ concordiâ vincere, conſtat ad indefeſſa certamana conſociaſe: nam vbi cognouerunt, etſi ſerâ pœnitentia errorem, auerſantur animitus ſocietatem: vnde fit, vt ipſa amoris occaſio ad odij deflectatur materiam, & iurgiorum promouear cauſam: *Si quis pauper*, aiebat Stobæus de laud. nuptiar. cap. 68. *pecunioſam vxorem duxerit, non vxorem; ſed dominam habet, cuius famulus eſt, & ſeruus.* Addit Euripides apud ipſum cap. 70. *Sapientem oportet affines ſibi comparare ſuæ fortunæ homines: quicumque nuptias aut genere præſtantiores contrahunt, aut multarum opum gratia, vxorem ducere neſciunt.* Optimè dixit: nec enim maritus ducit vxorem, vxorue maritum; ſed vterque ſibi contrarium. Hinc cùm Deus Philiſthinorum punire decreuiſſet ſcelera, permiſit Samſonem Philiſthæam ducere, & matrimonium, quod videbatur amicitiæ fomentum, conuerſum eſt in diſſidium: *Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſthinorum, quam quæſo vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater & mater ſua: Numquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorũ, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircumciſi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum. Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Adnectit textus: *Parentes eius neſciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſthiim: eo enim tempore Philiſthiim dominabantur Iſraeli*: Connubia inter diuerſæ religionis potentiæque celebrata iurgiorum extiterunt ingentiſſima copia: nec aptior diſſidiorum inueniri potuit materia, quàm inter diſſimiles procurata connubia. Ita Abulenſis q. 6. *Nunc occaſione huius matrimonii poterãt oriri bella mutua inter Samſon & Philiſthinos.* Subnectit:

Stobæus.

Euripid.

Abulenſ.

Nesciebant (parentes) quod Deus incitaret Samsonem ad capiendum vxorem de Philisthinis: quia per hoc haberetur occasio pugnandi, & aliter non. Nulla alia occasio ad dissidia, odiaque visa est opportunior, quàm nuptiæ oculorum solùm consilio peractæ, & inter dissimiles initæ. Et quidem vt nostræ eruditioni omnia deseruiebant, dum inter inæquales perfectum matrimonium extitit bellorum campus, nos sacra Scriptura edocuit, quàm sint matrimonia solùm cupidine celebrata, & inter dissimiles perfecta fœcundæ iurgiorum venæ, & messes litium copiosæ.

33 Iacob fratris iram effugiens ad Labani domum peruenit: ille apparentes iustus, nomenque suum (nam interpretatur extrinsecùs dealbatus) adimplens quam pro eius laboribus impertiendam mercedem velit, rogat Iacobum; ille eximiam pro cura ouibus per septem annos solicitè impensa mercedem Rachelis matrimonium exoptat: *Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis.* Cui Laban: *Melius est, vt tibi eam dem, quam alteri viro: mane apud me.* Huius maioris vtilitatis causas quærunt Interpretes: vtilius namque esset, si alicui conciui suo ex magnatibus traderet, quando consilium approbabat experientia, & quando nobili & copioso Sponso Rachelis augeri posset fortuna. Certè Iacobus tunc parum notus, & licèt notus, pauper, & peregrinus, quandoquidem testatur ipse in baculo transisse Iordanem: *In baculo meo transiui Iordanem:* ergo sententiam demutet Labanus, nec proferat: *Melius est, vt tibi eamdem, quam alteri.* Imò iterum repetat, inquit Abulensis: Iacob namque vtpote eius consobrinus erat eadem origine exortus: ergo licèt prædiuites Rachelem ob eximiam pulchritudinem peterent, licèt magnates discuperent, melius erat locare eam æquali, quàm nobiliori, & dissimili. Solent non semel nobilitate clari, & fortuna conspicui venustatis illicio capti cum inæqualibus nuptias celebrare, & ambitiosè discupere; verùm vbi cupiditatis ardor elanguit, vbi ratio appetitus tenebras depulit, transit matrimonium in iurgium; nec solùm affectant studiosè vxores spernere, sed affligere: ergo prudenter ait Labanus conducibilius esse eam tradere æquali, quàm diuitiis tumido aut nobilitate inflato. Audi Abulens. q. 1. *Melius est, vt dem eam tibi, quam alteri viro: quia tu es de cognatione mea.* Adnectit: *Extraneis autem non libenter filias suas dabant: quia non erat tantus amor vicissim, & affligebant vxores.* O nimis verum! Nonnunquam parentes filiarum pulchritudine venari cupiunt nobilitatis splendorem, auri censum, pompaticum satellitium: falluntur tamen, quia filias non tam marito tradunt, quàm domino: saciata namque cupidine eas habent ancillarum numero, & loco: vnde vxores sunt solummodò ad despectus, doloriscque sensum, non ad mutui amoris lucrum, nec ad laudabile matrimonij commercium. Adde quòd licèt inæquales coniuges amor veniat, æqualesque reddat, amor namque aut inuenit, aut facit æquales, inter vxoris aut mariti cognatos gliscunt rixæ, & rixarum perennes causæ. Hanc comprobant veritatem Moysis fratres.

37 Duxerat in Ægypti Principem adoptatus mulierem non Hebræam sed Madianitidem, Sephoram videlicet filiam Sacerdotis Madian: ergo cùm Aaron & Maria ductam oues agentem despicerent, fratremque arroderent, opus fuit populum diu deserti immorari, & sororem Moysis seiungi: *Locuta est Maria & Aaron contra Moysem propter vxorem eius Æthiopissam.* Obmurmuratio lepra murmurantem infecit, & dum excluſa à castris degit, totus populus viam non carpit. *Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Maria.* Ecce quid inter inæquales attulerit matrimonium: non dissidebat ab vxore Moyses, vtpote optimis moribus excultus, & virtutibus informatus; dissidebant tamen ab eo & vxore cognati, dumque in illum dicacem obarmant linguam, non modicæ calamitatis exhibent causam. Soror degit à fratre separata: & hoc totum ob inter inæquales connubium, & inter dissimiles matrimonium: *In quartadecima mansione* (verba sunt Hugonis Cardinalis ad hunc) *insurgunt sunt Aaron & Maria contra Moysem, improperantes ei quod Æthiopissam duxisset.* Ducta in matrimonium Æthiopissa litium iurgiorumque copiosam materia ministrauit: nam licèt Moyses cum vxore concordem habuerit pacem, cum fratribus ob nuptias fastidiosas sortitus est lites, vnde & separati, & secluſi.

Paulus ad Corinthios scribens sic aiebat: *Si infidelis discedat: non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi; in pace autem vocauit nos Deus.* Egerat Paulus de coniugibus diuersam religionem sectantibus, & quid foret agendum, Apostolicis documentis instruxerat. Denique fidelem ait ab infideli seiungi posse ne virtus periclitetur, aut illibata religionis fides minuatur, quasi matrimonium illud nullatenus iurgiorum possit non esse seminarium, vbi coniuges moribus dissimiles, & sibi ipsis ob mores diuersissimos aduersantes. Audi Ambrosium ad cap. 16. Lucæ: *Si infidelis discedit, discedat: in quo mirabiliter & noluit apud Christianos causam residere diuortij, & ostendit non à Deo omne coniugium: nec enim Christiana gentilibus Dei iudicio copulantur, cum lex prohibeat.* Vbi matrimonium virtute aduersante initur, pacis & concordiæ vinculum conuerti solet in certaminum ac litium campum: vt vera sit nostra thesis, coniugium videlicet inter dissimiles non tam esse pacis harmoniam, quam miserandam tragœdiam.

Domus & diuitiæ dantur à parentibus, aiebat Salomon, *à Domino autem propriè vxor prudens.* Ambrosius iam suprà datus sic legit: *Domus & substantiam patres partiuntur filiis; à Deo autem præparatur viro vxor.* Addit ex Græco præparari harmoniam: *Benè enim dixit Graecus ἁρμόζεται: harmonia enim conueniens & apta rerum omnium dicitur commissa connexio Harmonia est, cum fistula organi per ordinem copulata legitimè tenent gratiam cantilenæ, chordarumque aptus seruat ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam suam nuptiæ, quando Christiano viro gentilis mulier non legitimè copulatur. Ergo vbi nuptiæ, harmonia: vbi harmonia, Deus iungit, vbi harmonia non est, pugna atque dissensio est.* Quando matrimonium ob solam voluptatis cupiditatem initur, nuptiæ dulcem non reddunt harmoniam: debent namque virtute disponi, & rationis ac prudentiæ consilio vniri, vt sibi consonent coniuges. Dissimilium nuptiæ non sunt harmoniæ; sed pugnæ ergo cùm à Deo esse nequeat, quod à ratione discedit, tales nuptias ratio non suasit; sed appetitus sæpissimè intrusit. Vbi consonant mores, vbi coniugum non discrepant qualitates, sonoram reddunt dulcedinem; aliter asperum auresque diuerberantem reddent clamorem.

Hugo

38 1. ad Cor. 7. vers. 15.

Ambros.

39 Prouerb. 19. vers. 4. Ambros.

§ IX.

Digitized by Google

§. IX.

Parentes, dum filiis optatas non dant vxores, aeternas matrimonio ſeminant lites.

40 VT matrimonium ſit vndequaque perfectum, eſſe debet non ſolum corporum vinculum, ſed affectuum etiam commercium: vbi amoris philtro ligantur animæ floret iucunda pax, ſtata concordia, conſtat aduerſus caſus lætitia: *Non aurum, non regnum*, inquit Euripides apud Stobeum de laudib. nuptiar. cap. 67. *non diuitiarum luxus voluptates tam eximias præbet, quàm boni mariti, & vxoris pia voluntas iuſta & legitimè affecta.* Concors animus, bene affecta voluntas gignit lætitiam, parit gaudium, & affert moleſtiis omnibus leuamentum: at ſi diſſideant animi illigatis matrimonij, vinculo corporibus, erit fœcundiſſimum litium ſeminarium, & diſcordiarum fomentum: quo ſibi ſunt viciniores coniuges, eò ſi diſſideant, eſt grauius periculum, & diſcrimen periculoſius. Opportunè Lycurgus. *Cum ſemel vxor benevolentia in maritum priuata eſt, minimè vitalis ei reliqua vita eſt.* Itaque ſi deſit benevolentia, mortalis eſt vita, vt dulcis, ſi inter coniuges efflorcat. Hinc diſces, cur Samſon parentibus refragantibus Philiſthæam ſibi placuiſſe dixerit, & cur parentes illam præ aliis filio ſuo acceperint: *Cur dixerunt pater & mater ſua: Numquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & omni populo meo: quia vis accipere vxorem de Philiſthiim, qui incircumciſi ſunt? Dixitque Samſon ad patrem ſuum: Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis.* Vidit Samſon ſuos parentes erga matrimonium illud non bene affectos, & obiecit hanc ſibi placuiſſe: ac ſi diceret: Si ducam non placentem mihi, erit amara vita; ſi verò hanc mihi placitam, ſtabilis erit concordia; quæ ratio eâ valuit efficacia, vt parentes deſideratam filio ſuo acceperint, matrimoniumque adornarint: *Placuit oculis meis*, inquit Abulenſis q. 4. *id eſt diligo eam valdè: quia viſa eſt mihi pulchra. Iſta ratio Samſonis videbatur conueniens, ſcilicet iſtam diligo, & cum ea delectabiliter, & quietè viuam; ſi autem das mihi aliam, quam non diligam, erit mihi amara vita cum ea, & litigioſa, & neceſſe erit repudiare eam.* Matrimonium cum non amata eſt perenne iurgium, diſceptationis campus, athletarum arena, & viua ſemper diſcordia: vnde nonnulli parentes, dum ob has aut illas cauſas filios aſſociant non concupitis; ſed aliis, non tam adornant matrimonium, quàm bellum, non tam ducum ad genialem torum, quam Martialem producant in campum. Profectò maioris momenti eſſe debet apud patres pacifica delectabiliſque concordia, quàm auri ſumma: nam ſi filius duxerit diuitem non placentem, ipſo auro aliarum emet pudicitiam, & redimet non ſine crimine diſplicentiam: ergo curent parentes, quantum fas eſt, filiorum votis non refragari, ſi cupiunt inter coniuges pacem, & amorem ſtabilire: aliter nil aliud eſt matrimoniū, quàm iurgiorum ſeminarium, honoris periculum, & ſæpè vitæ naufragium: *Si das mihi aliam, quàm non diligã, erit mihi amara vita cum ea & litigioſa.*

Euripides

Lycurgus

Abulenſis

Miraberis datas à Lia de patre querelas, cùm putares acturam gratias: vocauit Iabod Rachelem, Liamque in campum, vbi curabat gregem, quo 41
ſine arbitris profectionis in patriam, quam moliebatur, participes faceret: illæ approbauere conſilium, & in patrem declaranerunt ſtomachum. *Reſponderunt Rachel, & Lia: Numquid habemus reſidui quidquam in facultatibus, & hæreditate domus patris noſtri? Nonne quaſi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium noſtrum?* Genes. 31. v. 14.
Mirum non eſſet ſi Rachel, cuius poſt tot anxios labores pater matrimonium diſtulerat, conqueretur, quandoquidem & eius pretium comedit, & alienam quodammodò reputauit; at Lia nullam querelarum cauſam ſortita eſt, quandoquidem ſoroti prælata, & Iacobo in matrimonium coniuncta: cur ergo ſe habitam vti alienam doleat, & parentis anxium ſtudium non ſine indignatione carpat? Ecce qua gratitudine filia patri compenſat ob eius matrimonium denoraſſe peccatum, & iniuſti ac doloſi tuliſſe probrum. Fallar, ni fuerit puerularum cauſa eam dediſſe marito aliam amanti nec eius matrimonium petenti; quando Labanus ob hanc aut illam cauſam Liam neſcienti Iacobo dedit vti de lapide emptam æternis litibus ac iurgiis expoſuit: & quidem, ni talis eſſet Iacobus illam non proſequeretur ſtudio; ſed auerſaretur odio. Ergo iure queritur matrimonium à patre procuratum ſine mariti conſenſu, quandoquidem occaſionem præbuit mutuis diſſidiis, & altercantibus ſemper odiis: *Filiæ quæ debuerant patrem excuſare, apud virum accuſant*, inquit Oleaſter ad mores, *& maiora mala, quàm audierunt, deteguntur.* Adnectit: *Vide quæ crimina patri obiiciant, quòd ſcilicet eas extraneas reputauerit, quòd eas vendiderit.* Per diſtributionem accommodam, vt dicunt Philoſophi, intelligendum eſt, quandoquidem non Liam: ſed Rachelem vendidit: & non Rachelem, quam vt propriam vendidit, ſed Liam extraneam reputauit: nam dum eam tradidit viro illam non amanti; ſed alteram diligenti, connubium illud ex ſe nihil aliud fore videbatur, quàm diſcordiarum copioſa meſſis, exundans iurgiorum copia, & implacabilis diſſidiis cauſa. Oleaſt.

Lot de Angelorum conſilio futuros generos 42
inuitat, vt vxoribus aſſociati flammarum eluſerint incendium, & vitarint periculum: *Egreſſus itaque Lot locutus eſt ad generos ſuos, qui acceperant filias eius, & dixit: Surgite, egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc.* Genes. 19. v. 14.
Angelus monuit educere generos Lotus illis denuntiauit periculum. Quærunt Patres, cur in tanto diſcrimine moras traxerit, & in monendo generos tempus conſumpſerit. Ambroſius apud Lippomanum opportunam noſtræ theſi reddidit cauſam, videlicet filias amore illorum; quibus iam promiſſæ erant, teneri: Ergo vt pater filiabus omnem erroris occaſionem præciderit, omneque pacis, & tranquillitatis ſcandalum prudenter auerterit, eos ſecum ducere ſatagebat, & cum illis filiarum matrimonium ſolicitabat, ne ſi aliis dederit magnum filiabus crearit periculum, & pudoris fortè ſubeant naufragium. Accipe Ambroſium: *Egreſſus Lot locutus eſt ad generos ſuos, ne deſerendo eos erroris filiarum cauſa ipſi aſſignaretur* Si pater illorum quos amabant matrimonio priuaret aliis traditurus, forſan dum maritum præbet Ambroſ.

ingratum, perenne seminat iurgium. Ergo quantum in se fuit, filiarum erroribus obuiauit, & omnem amatulentiæ occasionem præcidit: eos secum exoptat iter carpere: quia filiabus cognouerat iam placere, ne filiæ corporis vitantes incendium, deteriorem incendij paterentur periculum. Et quidem aliquando parentum placito plusquam suo, matrimonio iugatæ non sine modestiæ detrimento, Sponsique probo alios expetunt viros, vim criminantur illatam, & totam turbant familiam. Ex Euripide refert D. Ambrosius apud glossam ad Genes. 24. nuptam, cùm alias nuptias expeteret, respondisse sponsalia sua patris voluntate peracta: *Illud Euripidaum, quod mirantur plerique, vnde trastatum sit, manifestum est: ait enim in persona mulieris, quæ tamen maritum volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias: Sponsalium quidem meorum pater meus curam subibit.* Certum est hanc ad patrem modestiæ, subiectionisque causa sponsalium curam delegasse, dum expetebat alium; sed nec minùs certum est hanc nonnullas, dum alios expetunt, rationem alia intentione proferre, nempe matrimonium non tam suo, quàm parentum placitò, consensuque peractum, nec velle se continuo dolore aduri, vt videantur parentibus adulari. Dum sponsalium pater curam subit, nuptiæ repetuntur: & fortassis licèt hæc pudori consulens ad patrem delegauerit sponsalium curam, vti primum maritum discupiebat deserere, sic ad secundum deserendum in ipso nuptiarum limine iam videbatur causam texere, & præparare: meritum hæc volebat relinquere; & quid in causa erat? Sponsalium suorum curam pertinuisse semper ad patrem. O quot fœminæ cum maritis litigant! O quot pro dissoluendis matrimoniis peracta sine proprio consensu allegant!

Ambros.

43 Certè mutuus & voluntarius consensus matrimonium perficit, vt & contrarium dissoluit: vnde quantumuis variæ causæ impellerent ad filias matrimonio locandas, earum placitum debuisset explorari: cùm sæpè causæ, quæ parentes alliciunt, imò ad tradendam filiam impellunt, filiam non moueant, nec matrimonium sibi commodum persuadeant. Ergo ad matrimonia celebranda opus est parentes priùs inuigilare, mores, ingenium, nobilitatem, & alia accipiendi anatomica curâ discutere, & posteà puellæ voluntatem nulla adhibita violentiâ inquirere, & explorare. Extat huius rei opportunum exemplum Genes. 24. nam cum Abraham pro vxore filio adducenda seruum canitie honorabilem, & prudentia præditum delegasset, vt peruenit ad Bathuelis domum, legationem suam exposuit, & diuitias Domini prolatis munenbus veluti indicibus declarauit: tunc Laban, & Bathuel à Domino hoc disposituni cognouerunt: *Responderunt Laban & Bathuel: A Domino egressus est sermo, & non possumus extra placitum eius quicquam aliud tecum loqui. En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij domini tui, sicut locutus est Dominus.* Parentes, fratresque quantum ex se erat, matrimonium desiderabant, & à Domino dispositum agnoscebant. Quid tunc? Puellam vocant, & an velit ire, interrogant: *Dixerunt. Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem*: si agnoscunt à Deo rem dispositam, si dubitare non possunt de prædiuiti sponsi censu, de antiquissimis generis stemmatis, quid opus est moras texere, & Rebeccæ propositum explorare? O mitem prudentiam! Non inuenies

Genes. 24. vers. 50.

parentes, fratresue puellæ persuasisse, vt iniret matrimonium, etsi plures vtilitates inde sibi promanare non dubitarint; imò quale eius sit studium, liberè inquirunt: nam cùm in matrimoniis mutuus consensus, & propensus animus sint præcipua, omni abstinuerunt suadela: *Secundum legem*, inquit Interlinearis, *sponsalia consensu contrahentium fieri oportet.* Adstipulatur Lyra: *Dixerunt: vocemus puellam, &c. quia in matrimonio requiritur consensus expressus.* Ex hoc matrimonio Christus nascitur, pax, & concordia gignitur: quia parentes diuinum placitum attenderunt, nec puellæ propositum immutarunt.

Intellin.

Lyra.

§. X.

Prudens ob nuptias honori notam non inuret, nec prædecessorum gloriam innubilabit.

CÆcè geritur, quod appetitu solùm geritur: 44
vtque somno sibi placidissimam depingens vitam dolet, dum expergefactus duram experitur miseriam, sic qui altissimo demersus appetitu in nuptiis plura sibi commoda finxit, si posteà ardore sopito rationis aperiat oculos, & quæsisse sibi notam cognouerit, serâ pœnitentia dolet, & luget: *Quanam domus*, aiebat Sophocles, *inter homines vnquam beatis diuitiis: & deliciis absque bona muliere excreuit?* Quamuis auri census oblectet, quamuis deliciæ affluant, nil proderunt, si animus honori suo detraxisse cognouerit, & impegisse maioribus inhonestam notam animaduerterit. Coniux ignobili progenie natus infami sanguine obscurus, notis sceleribus deturpatus radix est infectissima: quæ totius commoditatis gaudium eludit, & vitam anxietatibus plenam reddit: dum amantur tenerius, grauius est filios maculis videre indecoros: dum viuidius exambitur dignitas, plus dolet ab honorum luminibus arceri, & infamiæ deputari: *Plantæ*, aiebat Hierocles libro de nuptiis *Sola natura viuunt, animæ expertes; animalia verò phantasiis ad res sibi commodas trahuntur, & cupiditatibus impelluntur; at nobis natura rationem donauit, vt & alia omnia, & cum omnibus; imò ante omnia ipsam naturam considerei, vt ad ipsam ceu scopum rectè, splendidéque propositum feratur.* Bruti est cupiditatibus solùm ac phantasiis impelli, hominis honestatis legibus gubernari. Hinc cùm Samson impotenti Thamnathæ amore teneretur, eamque sibi in vxorem dari, obnixè à parentibus postulasset, genere obiecerunt ingloriam, quò cupiditatis sopirent flammam: *Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo: quia vis accipere vxorem de Philisthiim, qui incircumcisi sunt?* Apud Hebræos incircumcisi viles ac degeneres habebantur: ergo generis notam obiecerunt parentes, vt Samson sententiam verteret, ne infamiam incurreret. *Sciendum*, scribit Tostatus hic quæstione. 3. *Quod istud nomen incircumcisus proferebatur inter Hebræos ad opprobrium magnum: quia cùm omnes Hebræi essent circumcisi, reputabant gentes incircumcisas valde viles, & opponebant eis tamquam opprobrium.*

Hierocl.

Abulens.

Addit:

Addit: *Ob hoc innuebat pater Samsonis quòd erant omnes Philisthinorum filiæ de vili genere : quia erant filiæ incircumciſorum: ideò non erat accipienda vxor de eis.* Potius debuiſſet obiici culpa, quàm nota ; verùm cùm mortales plùs notam extimuerint, quàm culpam, prudens pater, vt ab ſtudio reuocaret, obiecit infamiam : *Non erat iſta cauſa potiſſima*, ſubiicit Abulenſis, *quare non deberet accipere Samſon de mulieribus Philiſthinis : quia accipere mulierem degenerem pœnale eſt, & non culpabile ; culpa tamen magis fugienda eſt, quàm pœna ; ſed debebat fugere talem : quia à Deo prohibita erat Exodi 34. & Deuteronom. 7. Pater tamen Samſonis fortè dixit iſtud, quia putauit iſtam eſſe efficaciorem ſuaſionem pro Samſone: quia cùm eſſet iuuenis, & arderet in fœminam, non multum curaret de lege, ſed potiùs, ſi indicaretur ei quòd erat magnum dedecus talem accipere vxorem.* Dedecus obiecit, vt eas recuſaret nuptias, ex quibus & filiis nota, & legi oriebatur iniuria. Verùm ea eſt iuuenum dementia, vt ſæpe ſæpiùs originis gloriam innubilent, & ne exoculata voluptate priuentur, famæ, nobilitati, ſplendori, gloriæque irrogare ignominiam non vereantur.

45 Sethi filij partem adepti meliorem eo fulgebant honore, vt Dei dicerentur filij : hi pulchellas iuuenculas, & ornatu florentes conſpicati non dubitauut cum eis inire connubia, & glorioſa adeò à maioribus accepta obſcutate præconia : Genes. 6. v. 2. *Videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus, quas elegerant.* Citò Dei filiorum ob nuptias amiſerunt elogium commune omnibus ſortiti vocabulum : *Videns*, inquit textus, *Deus, quòd multa malitia hominum eſſet in terra. &c. Delebo, inquit, hominem, quem creaui.* Non ait filios Dei; ſed hominem : nobilitatem namque, quam à parentibus acceperant, filias hominum accipiendo confuderunt, & obſcurarunt : ecce iam homines, qui retrò Dei filij : & quare ? Quia filias hominum acceperunt : Videntes filij Dei filias hominum. Audi Baſilium Seleucienſem oratione 6. Baſili. *Sethi poſteri partem adepti mulierem, & appellatione honorati, & paterna benedictionis hæredes filias ex Caini poſteritate formoſas conſpicati ſplendidas, & ornatu florentes, ſeruamque libidini rationem tradentes diuina calcant edicta, & execrabilium egreſſu fœdantur.* Nobilitatis titulum, honoris inſigne, acceptum à parentibus ſtemma ignobiles contrahendo nuptias obſcurarunt, & honoris titulos amiſerunt. Iam exinceps commune omnibus idem vocabulum aſſerente Domino : *Pœnitet me feciſſe hominem*, cùm anteà Sethi filij ſortirentur appellationem honore diſcretam, & diſcretione honoratam : *Partem adepti meliorem, & appellatione honorati execrabilium egreſſu fœdantur.* Non ſemel videas clariſſimæ ſtirpis hæredes cæca cupiditate rapi, eaſque contrahere nuptias, quæ generis nobilitate dedecorent, & quidquid maiores nobilitatis ſibi dignis facinoribus acquiſiuerunt, obliterant. Certè ambitio cum cupidine debuiſſet decertare ; imò & voluptatis cupidini prævalere : eſt namque homine mediocriter prudente indignum tenebras denſiſſimas offundere parto à maioribus honori, vt cæcæ, caræque aduletur cupiditati.

46 Eſau Iſaac patientiam exercuit, ingentique parentis animum dolore exulcerauit, matrimonium iniens non rationis conſilio ; ſed cupiditatis ſolummodò deſiderio : *Eſau quadragenarius duxit vxores Iudith filiam Beeri Hethæi, & Baſemath filiam Elon eiuſdem loci, quæ amba offenderant animum Iſaac & Rebeccæ.* Dum vxores accepit ab Agar ancilla origenem ducentes, patriam nobilitatem ſeruitij notis confudit, & degeneri ſanguine maculauit. Dum patris non expectat conſilium, dum non explorat Rebeccæ placitum; ſed libidinis æſtro ducitur, nobilitatis inſulis denudatur. *Hic probatur patientia Iſaac*, ſcribit Ly- Lyra. ra, *reſpectu propriæ familiæ in hoc quod Eſau abſque conſilio patris & matris accepit duas vxores de genere Hebræorum.* Iſaacus aris deuotus, & religioſis vinculis compeditus ſic Abrahami commendauit patientiam, vt afferret etiam lætitiam, quandoquidem genus moribus referebat, & dignis tanto ſanguine actionibus irradiabat; at Eſau cupiditate abductus, & parentibus inglorius patris vehementi dolore animum perculit, quandoquidem contemplabatur filiorum primogenitum obſcuræ vxoris tenebris prædeceſſorum ſplendorem innubilaſſe, & ignobilitati admiſcuiſſe. O quàm dignus fuit Eſau, qui primogenituræ titulis exauguraretur, dum cupiditatis ſeruus probatur. Textus Hebræus ſic habet : *Fuerunt amaritudo ſpiritus Iſaac & Rebeccæ.* Hebraica. Amariſſimum fuit parentibus filium de ignobili genere duxiſſe vxorem, quandoquidem adulterinis moribus à vera religione diſſidebat, & obſcuro ſanguine tot conſpicua ſtemmata denigrabat. Iure fratri datus eſt ſeruus : *Fratri tuo ſeruies,* Genes. 27. qui ſeruili progenie natam duxit Sponſam. Ecce v. 40. inuenitur ſeruus, qui primus ; & dum appetitus delirium ſequitur, parentibus offenſis in ſeruorum cenſum redigitur. Videas ſæpeſæpius iuuenes, qui, ſi parentum conſilia ſequerentur, congruamque ſibi Sponſam ducerent, mille commoditatibus exundarent, à parentibus ob nuptias exhæreditatos, & ærumnis multiplicibus iure afflictos : dum exoculato deſiderio, & præcipiti cupiditate nil aliud, quàm inſanam appetitionem explere geſtiunt, honori notam, & nobilitati iniuriam inurunt. Iuſtâ prudentiæ lance penſandum eſt, ne matrimonium nobilitatis ſit nubilum, & honoris detrimentum : aliter namque exoculata cupiditas, & amens deſiderij vehementia volaticum gaudium emet indelebili infamiâ, & infelici fortunâ.

§. XI.

Prudentis eſt breui renuntiare lætitiæ, ne duriori poſteà tradatur pœnæ.

47 MVlta ſunt, quæ prima ſpecie fallunt, & commoditatem promittunt, quæ, ni attentis oculis diſpiciantur, non ſine damno admittuntur : *Voluptas*, aiebat Seneca lib. 7. de benef. Seneca. cap. 2. *fragilis eſt, & brevis : faſtidit obiecta, quò* Voluptas *auidiùs hauſta eſt, citius in contrarium recidens,* breuis, & *cuius ſubinde neceſſe eſt aut pœniteat, aut pudeat.* fragilis eſt. Non attendimus deliciarum fines, earum præſtigiis deluſi, & cæci : magno pretio emimus noſtra incommoda, & breui lætitia elaboramus nobis diuturniora detrimenta : gaudebis in diem; ſed ſi breuem lætitiam annuo luctu compenſes, tibi ipſi inuidiſti, & fortunam irritaſti. Ecce

Digitized by Google

Hebræi nacti fortissimum Samsonem, iugum non excutiunt, nec adornare in Philisthinos bellum exambiunt. Opus fuit Deo occasionem contra Philisthinos quærere, quia Israelitæ in ipsos detractabant irruere. *Parentes eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthiim: eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli.* Inquirit Abulensis quæstione nona, cur iugum non fuerint conati abiicere, in campumque contra inimicos procedere: respondetque non attendisse solùm, quod tunc offerebat occasio, sed Angeli verba ad Samsonis matrem facta attentiùs cogitasse: Angelus præcedenti capite non promisit libertatem Israelitarum perficiendam; sed à Samsone inchoandam: *Ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum.* Ergo apud se cogitarunt inceptam libertatem graviori, duriorique excipiendam fore seruitute: ergo maluerunt abstinere ab imperfecto libertatis gaudio, ne posteà premerentur duriori iugo, quandoquidem prudentis, est brevi lætitia longam tristitiam non emere; sed vt calamitatem depulerit, gaudio breuissimo renuntiare. Audi Abulensem: *Quia Angelus prædixerat de Samsone, quòd ipse inciperet liberare Israel præcedentis capite, id est, quod non posset totaliter eruere de manu Philisthinorum, sicut quilibet aliorum Iudicum fecerat.* Adiicit: *Ideò iudicabant melius sibi esse manere in parua seruitute, quàm pugnando incidere in magnam calamitatem.* Non dubitabant Hebræi posse aliquo tempore frui victoria; agnoscebant verò tandem fore, vt recrudesceret calamitas, & compensaretur brevis illa lætitia ingeminata grauiter pœna. Ergo vt fugerent pœnam, detrectarunt etiam victoriam, vt ab historia vtile componendis moribus documentum eruamus: nouerimusque imprudentis esse brevi gaudio in posterum incrementare sibi lamentum, vt prudentis, vt vitarit posteà lamentum, fallax, præsentaneumque respuere gaudium.

Iudic. 13. vers. 5.

Abulens.

48 Ioseph per fraterni odij, & probrosæ seruitutis gradus ad potestatem deuenit: Putiphar servus sic eius gratiam obsequiorum artificio promeruit, vt non tam eius videretur famulus, quàm secundus familiæ dominus; verùm vt nihil est à diabolicis versutiis tutum, quem paterna domo expulit à fratribus impetitum, in Ægypto deiicere tentauit amatum: eius namque domina iuuenis elegantiâ ac prudentia illecta laqueos pudicitiæ obtendit, & verecundiæ metas egressa animi passionem seruulo impudenter Declarauit: *Dormi mecum.* Ioseph ad somnium inuitatus maluit inuigilare, & rationem custodire. Quot à domino dilargitis beneficiis vteretur in memoriam retulit, vt brevi voluptati diuturna potestas, & commoditas resisteret, pro virtuteque militaret: *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est, quod non in meam sit potestate.* Pensauit æquissima prudentiæ lance eam voluptatem emi magnæ potestatis iactura, modicumque oblectationis tempus longo commoditatis splendorisque tempore commutari. Ergo vti prudens non emit brevissimam voluptatem prosperitate diuturnâ, & commoditate magnâ opportunè Gregorius Magnus lib 30. moral. cap. 9. *Bona, quæ affectus fuerat, repentè memoria intulit, & malum, quod se pulsabat, euicit: quia percepta gratia meminit, vim culpæ imminentis fregit.* Subnectit: *Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, eiusdem prosperitatis est consideratione feriendus, quatenus hostis noster vnde oritur, inde moriatur.* Voluptas prosperum, à dominoque exaltatum adoriebatur. Ille verò ipsa tentaminis oblectamenta prudentiæ vertit in arma: considerauitque satius, conducibiliusque esse tot sibi bonis traditis vti, concessaque à domino potestate fulgere, quàm exiguo ac brevissimo tempore delectari.

Genes. 39. v. 8.

Gregor.

Cùm Dominus in editissimis montis vertice fulgurans spectaculum edidisset, & de subeunda Ierosolymis morte ad tyrannidem dæmonis depellendam cum Elia & Moyse sermonem texeret, Petrus voluptate captus ibi manere desiderauit: *Bonum est nos hîc esse*; verùm, etsi eius studium fuerit deuotum, fugillatur vri prudentiæ minimè aptum: *Nesciens quid diceret.* Huius inscitiæ quærunt Interpretes rationem, & quamuis varij varia dixerint, placet apud D. Thomam Damascenus, qui ait errasse Petrum, quia ob brevem, quantumuis cœlestem gloriam, futuram non attendebat ad pœnam. Certè, ni pendulo crucis ariete diabolicæ ciuitatis muri corruerent, nisi Christi sanguine rubens clauis cœlorum portas recluderet, nullus posset regna penetrare cœlestia, aut Adami ruisse vincula: ergo erat Petrus dum brevis lætitiæ sensum copioso emit infelicitatis cumulo: *Non est bonum Petre tibi*, ait, *quòd Christus ibi moretur: quoniam si mansisset, nequaquam tibi facta promissio consequeretur effectum: nec enim claues obtinuisset regni, nec mors tyranni abolita esset: non quæras ante tempus felicia, vt Adam Deificationem.* Adam brevi gustu paradisum amisit, & se diuturnis agriculturæ laboribus dedicauit. Ergo tu Petre, patris non imiteris exemplum: nam quamuis hæc gloria & cœlestis, & à Domino sit; tamen gratia intra modum cohibetur, & mors culpæ auxilio omnibus dominatur: *Nesciens quid diceret.* Quod si Petrus fugillatur imprudens, dum ob cœlestem gloriam, quia brevi tempore inclusam, morti se dominanti exponebat, quàm erit insipiens, qui ob euanidam felicitatis vmbram, aut brevem voluptatis lætitiam æternæ se exponit pœnæ! O vtinam insonet resplendens ille Patris accentus, qui edocuit Petrum, vt nos etiam erudiat, & ignorantiam depellat!

49

Luc. 9. v. 33

Damascen.

Dauid aquam ipsam, quam concupiuit, expauit: in castris degens, qua nutritus fuerat, Bethlehemiticæ cisternæ vnde recordatus est, & votum rupit silentium: *O quis mihi daret potum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portam.* Vt Principum desideria quæcumque illa sint, à deuotis, vel ab adulatoribus citissimè perficiuntur, potus frigidæ allatus est non sine ingenti afferentium, & offerentium periculo, at Dauid demutato consilio noluit bibere; sed libare: *Ille noluit bibere; sed libauit eam Domino.* Existimant Patres aquam respuisse, & Domino deliba sse: quia tunc memoriam subiit earum illud pulchritudinis desiderium, recordatus est quanta tulerit ob brevissimam cupiditatem: ergo noluit modò ob angustum poculum pati prolixum supplicium: respuit aquam sua calamitate edoctus, & longam infelicitatem expertus, *Dauid alienam vxorem concupiuit, & abstulit*, inquit Gregorius apud glossam, *cuius culpam dignæ verbera sunt secuta, & malum, quod perpetrauit, per pœnitentia lamenta correxit.* Adnectit: *Vir flagellis eruditus*

50

2. Reg. 23. v. 15.

Gregor.

eruditus ſe protinus cum periculo militum aquam deſideraſſe reprehendit, eamque Domino fundens libauit. Aquam in manibus habens expendit, quàm eſſet anguſtus potus, qui militari galeâ afferebatur incluſus, & memoriam ſubiit etiam, quam longa ipſum calamitatum catena ob breuem ac pœnitendam voluptatem conſtrinxerit: ergo qui priùs errauit cæcus, modo abſtinuit eruditus docens delitium eſſe breuem ac exiguam voluptatem ambire duriſſimis flagris puniendam, & calamitatum vorticibus expiandam: modicus ille aquæ guſtus ſitim non ſopitet; ſed inflammaret, at libatus Domino eluſit infligendum ſupplicium, & immortale offerenti æternauit elogium. Liba igitur Domino exiguum aquæ poculum, vt magnum obtineas præmium: nam vt imprudentis eſt ob exiguam voluptatem magnam in ſe concitare calamitatum procellam, ſic eſt prudentis immortale ſibi gloriæ elucrari præmium ob ſpretum volaticum voluptatis illicium.

§. XII.

Iudex ſi incorruptè debet fulgere, vt veriſimile non videatur legem aliquando violare.

51 IVdex honore fruitur, & auctoritate exornatur; vt legi ac iuri patrocinetur: legis munus gerere, & legibus, contrariè ſic debent à prætextato diſtare, vt ſatis fuerit ipſum protuliſſe ſententiam, quo ab omni ſuſpicionis iniuria cenſeatur libera, tanquam iuris præſcripto conſentanea: *Nomen ipſum Iudicis*, aiebat Caſſiodorus 11. var. 40. *dictatum videtur eſſe iuſtitiæ.* Sic cum iudice debet æquitas conuenire, vt inſeparabile quodammodò conſortium vel ſuſpicioſæ temeritatis excludat auſum: inuadentium ceërcendæ ſunt manus, phrenetico illigandus eſt appetitus: ſic purè viuendum iudicij, vt nullus exiſtimet vendidiſſe, quod legis præſcripto tenebatur conferre: qui aliorum intemperatis continendis motibus prouiderur, ab illicitis auſibus longè diſtitiſſe noſcatur; aliter contra ipſos iudices incipient erigi, quos iura illæſa, ac incorruptæ leges debuiſſent moderari. Iudicium ea laus eſſe debet, vt ſuſpicio nil audeat indecorum proferre, ne cogatur dedecus mendacij ſubire. Ea puritate Iudicium effulgeat vita, vt, ſi quid conſtet decernere, credatur legibus concordare. En Samſon populi iudex pulchram Thamnathæam in matrimonium ſibi copulauit. *Hanc mihi accipe, aiebat patri, quia placuit oculis meis: parentes autem neſcibant, quòd res à Domino fieret.* Cùm exceptio firmet regulam in contrarium, videtur textus innuere Samſonē à Deo monitum eam duxiſſe vxorem: aliter namque legibus contrairet: cumque dignitate iudiciali fulgeret, credendus non eſt legem temeraſſe; ſed rationabiliter proceſſiſſe. Ita R. Dauid Kimhi apud Abulenſem quæſtione tertia. *Samſon erat iudex, & non erat veriſimile, quòd faceret iſtud, ſi eſſet contra legem Dei: ideo credendum quòd ipſe faceret tali modo, quod non eſſet contra legem Dei.* Si iuris ſolum ſpeciem attendas, Samſon videtur legum præſcriptis refragari, quando Exodi 34. & Deuteron. 7. conſtat fuiſſe eiuſmodi connubia prohibita, legeque vetita; verum cum ipſe iudex fuerit, ait Dauid Kimhi, cenſendus eſt à Deo monitus, non præſcripti legum aduerſus. Non fero iudicium de ſententia Dauid Kimhi; aſſentior tamen eâ iudicem debere puritate fulgere, vt nec ſuſpiciò audeat legem ab ipſo temeratam criminari; imò coniecturis, in contrarium vocantibus ſententiam cogatur ſuſpendere.

52 Pſaltes iudices alloquens ſic aiebat: *Ego dixi, dij eſtis, & filij excelſi omnes.* De iudicibus hic inſtituiſſe ſermonem teſtatur. Euthymius: *Mihi videtur quòd iudices, Principes dij appellati ſint.* Vt Deus nullius maculæ eſt capax; ſed omnis vmbræ piaculi expers, ita ſe naturæ inſerere diuinæ imitatione debuiſſent, vt nulla cupiditatis maculâ ſordeſcerent, aut iniquitatis vmbrâ munus diffamarent. Diuina natura iniquitatem ſic auerſatur, vt ad illam reſpicere nequeat, non de ignorantiæ cæcitate; ſed laudabili de auerſione. Ergo qui iudicaturam aſcendit, Dei mores induat, extra omnem criminationem poſitus, & ſceleris potentia quodammodò denudatus. Quàm libera fronte alloquebatur Senator præfect. 11. var. 16. *Gratificati ſumus cui leges fauerunt; neganimus qui iuſtitia non promiſit: nemo triſtis exiuit de victoria ſua: quia ſaluis facultatibus obtinuit, quando vt fieret ſuperior, non redimit.* Apud hunc iudicem pro litigantibus ſolùm erant leges: nec erat iudici præda, quæ alteram litigantium partem lætificabat victoriam: vincunt plures æquitatis merito; ſed ad accelerandam victoriam indigere ſolitant auro: ſi non ius redimitur ſaltèm tempus; & ne irati iudicis tulerit ſupercilium, offert prudens non ſemel donum. Adiicit Caſſiodorus: *Noſtra omne quod loquimur: neque enim in cubiculis noſtris ſecretaria noſtra peracta ſunt: quod egimus, cohortes nouerunt; ſumus nimirum ad nocendum priuati, ad præſtandum iudices: diſtrictio noſtra in verbis eſt addita, & in factis ſenſa benignitas: iraſcebamur placati, minabamur innoxij, & ne potuiſſemus ledere, terrorem videbamur inferre. Habetis, vt ſolebatis dicere, caſtiſſimum iudicem relinquam vos integerrimos teſtes.* Adeò caſtè incorruptè adeò exercuit officium, vt ſubiectorum non expauerit teſtimonium. Hanc requirit integritatem iudiciale faſtigium: aliter erit ferale commercium.

53 Iacob copioſas filiis benedictiones diceſſurus imperiens, cùm ad Danitas deuenifſet, aiebat: *Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſrael.* Cumulatior videretur benedictio, ſi iudiciariâ poteſtate exornatum ſine æquitatis iniuria, ſine paupertatis violentia munus teſtaretur exercuiſſe, & debitam legibus reuerentiam ſeruaſſe; at dum ſolùm pronuntiat inſcenſurum iudiciariæ dignitatis faſtigium, dubium relinquit præconium: ergo addat, quibus deteratur ſuſpicio, & æquitatis conſtet laudatio. Satis viſum eſt Iacobo, vt huius tribus laudes decantauerit, iudiciali ornatam poteſtate aſſeruiſſe, vt pro virtute capeſſituram arma, vt pro æquitate ſuſcepturam nullus ambigeret bella. Innuit Rupertus lib. 9. in Geneſ. capite 31. *Samſon iudex Iſrael de tribu Dan fuit: hoc ergo dicit: Nunc video in ſpiritu comam nutrire Samſon Nazaræum tunc captis hoſtibus triumphare, quod in ſimilitudinem colubri, reguliquè obſidentis vias nullum per terram Iſrael tranſire permittat? ſed etiam ſi quis temerarius virtute ſua, quaſi equi velocitate confidens*

Pſal. 81. v. 6. — Euthym. — Caſſiod. — Caſſiod. — Geneſ. 49 verſ. 16. — Rupert.

fidens eam voluerit prædonis more populari effugere non valebit. Itaque quod Iacobus voluit morti proximus prædicere, fuit, vias à prædonibus fore securas, contra religionem adsultus propellendos, iniquos vel solo visu prorsus exterminandos, quia tamen totum hoc instante morte, & angustiis temporis explicitè prænuntiare nequibat, Dan futurum iudicem dixit, & compendiariè explicauit: quasi idem fuerit iudiciaria fulgere potestate, & grassantis ad instar pestis vitia adurere, & æquitatem defendere. De Regulo fama fertur venato aspectu vigorem expectorare, mortemque inferre. Ergo hic tuus iudex, inquit Iacobus, ingenium induet reguli, & solo aspectu iniquos percutiet, iniquitatemque fascinabit: nutrier comam, vt sibi adauxerit semper gratiam, nec curabit minùs studiosè gratiæ augmentum, ac pulchellæ ictrufare solent capillum. O quàm magna populi erat benedictio iudex his proprietatibus exornatus, & virtutibus huiusmodi excultus! Verùm si non Rupertum; sed alios consuluerit interpretes inuenies Iacobum, vbi Danitam iudicial potestate functum prædixit, & Ceraſten mordentem prænuntiasse, & tortuosum colubrum depinxisse quasi idem fuerit sibi diripere & iudicare.

54 *Dan*, aiebat, *iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel.* Opus non fuit Danitarum diuitias expressisse copiosas, quando eos iudices designauit: *Exponitur*, inquit Hugo Cardinalis, *de Iuda proditore sic: Dan, id est, Iudas de tribu Dan iudicabit, id est plenariam potestatem Apostolus habebit.* Vt Iudam pecuniarum sugillaret cupidum, iudiciaria potestate expressit ornatum: Et quidem Iudas iustiyiam vendidit, & pecunias adaggerauit. Ergo Dan iudicabit, id est, exundabit diuitiis iustitiam venditando, & iniquis moribus substantiam sibi auferendo: *Mordebit vngulam equi*, addit Hugo, *vt cadat ascensor eius retro, id est, subtrahet quibusdam bona temporalia.* Iudex hic in Ceraſten transiuit, & vt equi ascensorem quiret mordere, vt bona eius tempotalia posset diripere, captiosos in via obtendit laqueos, & suspirauit gradientis casum, qui curare debuisset, vt deiectus graderetur. O quot dolosæ technæ, quot iniquę fraudes ab ipsis aliquando iudicibus prætexuntur! anhelant mordendi opportunitatem, & solicitant ipsi vt ascensores equorum cadant. Iam si ad circitores sermonem deflexeris, videbis aliquos omnis fraudis, omnisque artificiosæ dolositatis esse sentinam: mulierculas infames de industria emittunt, vt dum ad infelix libidinis aucupium inuenes inuolauerunt incauti, mentito æquitatis colore, tecti captos dispoliarit auro, non vitio accurrunt stationarij, quasi studeant salacem retrudere in carcerem, cùm tamen iustitiam solum histrionicè repræsentent, & ad rapinam. hiarint.

Hugo

***

§. XIII.

Qui peccatis collum non renuit subdere, aliquando cogitur omnem libertatis spem à se proiicere, & amandare.

55 LVctuosus est semper seruitutis status flebilis possessæ libertatis iactura quando ab homine videtur transire in brutum, qui ignobili iugo cogitur submittere collum; verùm etsi omnis seruitus sit amara, ea præcipuè videtur deflenda, qua homo durissimo peccati iugo sic premitur, vt vincula desperet rumpere, aut iugum frangere. *Libertas est*, aiebat Seneca lib. de constantia Sapientis cap. 19. *animum opponere iniuriis, & eum facere se, ex quo solo sibi gaudenda veniant, exteriora deducere à se, ne inquieta agenda sit vita omnium risus, omnium linguas timenti.* Si liber non viuit, qui viriis animum non opponit, quàm erit seruus, qui nec opponere posse credit? Qui prorsus omne spei à se solatium expunxit, & malum suum omnes medicinæ vires supergressum putauit? Ecce populus Israelitarum Samsonem fortissimum nactus ausus non est Ducem eligere, aut bella comitari, ne Philisthæos acrius inflammarent, & duriorem seruitutem subirent. *Eo tempore Philisthiim dominabantur Israeli. Descendit itaque Samson cum patre suo, & matre in Thamnatha: cumque venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis saeuus & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilaceranit leonem quasi hœdum.* Leonum discerptor patre matreque solis descendit associatus, nec suorum duxisse aliquando inuenies contra aduersarium exercitus: iam si cum Abulensi q. 9. inquiras, aut Hebræi opportunam adeo nacti occasionem bellum in hostes non mouerint: respondebit sic Hebræos omnem libertatis spem à se proiecisse, vt illam non suspirauerint, solumque studierint, ne à Philistheis durius tractarentur, si quid moliri cognoscerent, aut tentare præsumerent; ob id non solum Samsonem in aciem non producebant; sed vt ipsis adulatentur inimicis tradendum neruosis funibus illigabant. Accipe Abulensem: *Quaretur quare Israelita habentes talem ducem, scilicet Samsonem non conueniebant cum eo ad pugnandum contra Philisthinos, vt exuerent seruitutem eorum?* Iam respondet: *Dicendum est quod Israelita non habebant cor ad resistendum Philisthinis: putabant enim quod non possent praualere contra illos, etsi committerent bellum, etiam superarentur, & premerentur nimis ab illis: ideo elegerunt potiùs seruire Philisthinis; vnde non solum ipsi Israelita non audebant pugnare contra Philisthinos; sed etiam increpabant Samsonem: quia pugnabat contra illos.* Adiicit: Ipsi etiam iuerunt ad ligandum Samsonem, *vt complacerent Philisthinis: quia erant subditi illis: ergo ex timore faciebant.* Acer adeò erat timor, sit delæuiebat tyrannis, vt cogerentur omnem libertatis spem sibi ipsis præcidere, si grauiorem quirent acerbitatem vitare: in eam deuenerunt stultitiam, aut potiùs amentiam, vt & delusi existimarint non posse iam iugum excutere, & quia semel victi, ab omni spe inseruirent alieni. Spem suam ligatam tradere

Seneca.

Abulens.

coge-

cogebantur, ne durius duriuſque diuexarentur. En miris hiſtoriæ penicillis depictum, quod culpis experitur ſubiectus, ſic priuatus corde deſipit, ſic timore exagitatus delinquit, vt omnia ſibi ipſi effugia præcludebat, & ad complacendum voluptatibus trahat.

56 Herodes morum peſtis, regni inuaſor, ambitionis vernula, & ſitiens ſemper rapina Chriſtum veniſſe audit, & acerrimi timoris vndis obruitur? Matth. 2. v. 3 *Audiens autem Herodes Rex turbatus eſt, omnis Ieroſolyma cum illo.* Salutem propinquare audit Ieroſolyma, & audiens perhorreſcit. Si quæras cauſam, reſpondebit Chryſologus eis peccatorum voluminibus, eis culparum aggeribus fuiſſe illigatam, vt non crediderit futuram ſibi veniam; ſed extimuerit duriſſimam mulctam. Dum audit Regem, æquitatis verétur vindicem, & quantis defœdaretur culparum maculis ſibi conſcia iudicem pauitare cœpit acti timore percuſſa. Chryſol. Accipe Chryſologum ſerm. 158. *Deuotus miles poſt conflictum, poſt victoriam præſentiam Regis optat, vt præmiis ſudores, & vulnera remuneratione compenſet. Sic ad palmam ſuam cupit venire Chriſtũ, qui bella mũdi indefeſſa virtute proſternit.* Adiicit ingenioſus Antiſtes. *Sic Chriſtũ venire non vult, qui ſuperatus illecebris ſæculi de pœna trepidat, de venia nil præſumit.* Chriſtus Dominus recèns natus validius omni culpa pharmacum ſecum deferebat, & qui paruuli vagientis habitum induit, gratiam offerre omnibus affectauit; at Ieroſolyma, Herodeſque, dum naſcentis penſant miſericordiam, & propriæ conſcientiæ delictorum expendunt ſummam, de pœna trepidant, de venia nil præſumunt: ob id ergo timore Ieroſolyma concutitur, & acri viſcerum concuſſione obturbatur.

57 Succedat ſibi Chryſologus. Peſtilenti morbo corripitur Lazarus, ſorores Chriſto periculum ægroti denuntiant; ille verò morti poſſe permittit, licentiam dat fœtori, totam mortis vim exple ri in Lazaro, non recuſat: quia nouerat ſe poſſe facillimè commutare mœrorem in gaudium, mortem in vitam, & ſepulchrale ſudarium in mortis vinculum: Lazarum vocaturus aduentat, & Iudæi dum Chriſti amicum ad vitam reuocari conſpiciunt, illachrymatur, & animi pauorem ſingultibus confitentur: Ioan. 11. v. 33. *Vbi vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſe ipſum.* Infremuit Chriſtus quia vidit Iudæorum ſpem nec tanto miraculo reuocatam; ſed ſcelerum conſcientia prorſus extinctam: flebant Iudæi conſcientiâ repercuſſi, & omni deſperatione poſſeſſi: ergo infremit, obturbaturque Chriſtus: quia videt quatriduanum mortuum fulguranti vocis ſuæ imperio vitæ reſtitui perfidos verò Iudæos deſperatione obſtinari: Chryſol. *Flebant Iudæi*, inquit Chryſologus ſerm. 64. *& conditionis ſuæ memores, & futuræ vitæ deſperationis poſſeſſi.* Non ſperabant ipſos lucis vſuræ reſtituendos, ſed pœnis duriſſimis condamnandos: ergo flebant vitæ deſperatione poſſeſſi, & dum collum ſubſiderunt culpæ, ſpem proiecerunt veniæ: in eam profecto calamitatem ſolet peccator incidere, vt inextricabilia ſua crediderit vincula, nec ſolui poſſe, aut poſſe putauerit rumpi.

58 Cainus poſtquã humanã ſanguinẽ deguſtauit, poſtquã mortis, quam nondũ didicerat, viam edocuit poſtquam prima naturæ ſpolia ſepulchro conceſſit, poſtquam fratrem præmiſit Orco, contra ſe arrhabonem futurum; Deum expertus eſt fraterni ſanguinis vindicem: vbi ſit Abelus, rogat, ſi fortè ipſa interrogatione animum occiſoris percellat, & delictum verâ pœnitudine delere ſuadeat: *Vbi eſt Abel frater tuus?* Ea erat frontis peruicacia, vt ipſi Numini celare culpam conetur, & ſtomacho reſponderit, quia rogatur: *Reſpondit, neſcio: num cuſtos fratris mei ſum ego?* Deum quodammodò carpit quod ipſum de fratre rogarit, quandoquidem ipſe non erat eius cuſtos ad ſciendum, aut ad ſeruandum: eius Dominus execrabile delictum pandit, & ſe effuſi ſanguinis clamoribus interpellatum oſtendit: Quid tunc? *Maior eſt iniquitas mea*, inquit, *quàm vt veniam merear:* qui criminis magnitudine debuiſſet ad pœnitentiam impelli, inuentus eſt ad deſperationem trahi: non credidit tantam culparum molem diuina poſſe miſericordiâ deleri, aut benignitate abſolui. Cæcior quidem deliquit ſpem abiiciens, quàm fraternum ſanguinem fundens; at dum culpis ſe vendidit omnis ſe veniæ expectatione priuauit: *Maior eſt*, inquit, *iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Falſus eſt in peccatorum magnitudine taxanda, vt in miſericordia Numinis dimetienda; at delictum ipſum ſic obſcurauit rationem, vt vulnus crediderit prorſus immedicabile: *Eiicis me*, aiebat, *à facie tua, & à facie tua abſcondor.* Hugo Cardinalis adeò ſibi grauem extitiſſe ait, vt omnem deſperarit ſalutem, & ſe faſtidiens optarit mortem: Hugo. *Oneroſus factus eſt omnibus, etiam ſibi, quod iam in præſentia Domini non audeat comparere. Iob. 7. Poſuiſti me contrarium tibi; & factus ſum mihimetipſi grauis.* Adnectit Hugo Charenſis: *Sicut lux infirmis oculis odioſa eſt; ſanis autem delectabilis & ſano palato panis ſuauis, & infecto amarus: ita facies Domini ſana menti delectabilis eſt infirma autem offendiculum.* Cainus Dei exhorret præſentiam, cùm eius debuiſſet faciem exorare, & ad miſericordiam pœnitudine flectere: nam iniquitatis phreneſi exagitatus remedium ſibi nullum fore putauit prorſus deluſus, nec enim ſolùm vitiorum nocet iniquitas, ſed eius proles amentia: quia ſic peccatores aliquando delirant, vt nullam ſalutis ſpem ſibi iam remanere credant

§. XIV.

Non ſtat per Deum peccatorem calamitate non eximi; ſed per ipſum dum conſtat ſuis clamitatibus auxiliari.

59 QVæ à libeto pendent arbitrio, nequeunt ſine arbitrio, perfici, & ad profectum perduci: eximium hominis ornamentum libertas eſt; verùm vt gladius in prudentis manu eius auxiliatur ſaluti in phrenetici verò dextera prodeſſe ſolet calamitari; ſic libertas prudenter vſo eſt eximium commodum, abutenti maximum detrimentum. Sæpè ſæpius aggreditur Deus calamitatem excutere; ſed ipſe qui patitur, proſequitur ampliare. Inter Deum peccatoremque contentio eſt: Deus ad laborat laqueis eximere, homo exambit illaqueari. Ecce Samſon fortiſſimus ſupra reliquos pro populi libertate laborat, leònem diſcerpit; & tamen licèt habeat populus, qui trium-

qui triumphos agat de feris,nondum libertate fruituriſed aduerſariis ſubiectus premitur. *Eo tempore Philiſthiim dominabantur Iſrael.* Quo tempore ? Cùm vxorem duxit, cùm leonem in fiuſta dilaceraſſet.Iam ſi quæras cur ſuos penitus non liberarit : reſpondebit Abulenſis quæſt. 10. liberare
Iudic.13. v. 5. incepiſſe,vt prædixerat matri Angelus : *Ipſe incipiet liberare Iſrael de manibus Philiſthinorum*; eos verò ſuæ libertati refragatos, & ſuæ vtilitati reſtitiſſe ſemper aduerſos:cumque perfecta felicitas & libertas oritura eſſet à Samſone incipiente, & à populo coadiuuanti, iugum excuſſum non
Abulenſ. eſt, non quia Samſon non inciperet; ſed quia ſe populus non iuuaret : *Quando Samſon pugnabat contra Philiſthinos, non rebellabant Iſraelitæ Philiſthinis ad non ſoluendum aliquid,vel ad hoc quòd tollerent eis aliquid de ſeruitute ; aliàs non rebellarent penitus;ſed ipſi adiuuabant Philiſthinos contra Samſonem:nam cùm cremauit vineas Philiſthinorum,& fugit,ipſi Iſraelitæ duxerunt eum vinctum, & tradiderunt manibus Philiſthinorum.* Ecce ipſi auxilium ſuum dedebant, & in ſe calamitatem armabant : aggrediebatur ſæpè ſæpiùs Samſon ſuos ſtenuis facinoribus liberare ; ſed laborabant ipſi liberatorem vincire : vnde nunquam floruit perfecta libertas : quia ipſi Iſraelitæ erant ſibi impedimento & auxilium tradebant vinculo.

60 Pſaltes quales nos eſſe Deus deſideret, quamque nos eius voluntati reſiſtamus, explicans Dei nomine ſic arcbat : *Ego dixi Dij eſtis & filij excelſi omnes , vos autem ſicut homines moriemini.*
Pſal.81. verſ. 6. Vides deos ad hominum caſus miſerè deuolutos. Iam ſi quæras quotnodo à tanta celſitudine prouoluti ad tantam fuerint miſeriam : reſpondebit Irenæus libro quarto, capite ſeptuageſimo-quinto,ipſos homines noluiſſe à Deo honoribus dilargius fulgere ; ſed terram incolere , & pellitos duris laboribus defœdati: *Ingrati nolentes primò eſſe hoc quod facti ſunt , hominum paſſionum capaces, ſed ſupergradientes leges humani generis.* Accinit
Irenæus. Tertullianus libro de pallio capite tertio. *Cùm de originis loco exterminat,quippe deliquerat,pellitus orbi vt metallo datur.* Deus hominem in paradiſum intulit, quo regia fulgeret maieſtate animantibus imperans, cæloque conuerſans. Verum
Tertull. homo dum delitans ſuo adæquari exambiuit auctori,cecidit ſuperbus,& præſumpſit vanus. Adiiciat Irenæus : *Quamuis Deus hoc fecerit ſecundum ſimplicitatem bonitatis ſuæ : Ego,inquit,dixi; Dij eſtis , nobis poteſtatem diuitatis baiulare non ſuſtinentibus : Vos autem,inquit,ſicut homines moriemini.* Cæleſtis artifex nos animantium condidit dominos : at humana præſumptio, impatienſque ambitio ipſa ſe paradiſo detruſit , & ad antiquam pulueris vilitatem redegit : *Pellitus orbi vt metallo datur,quippe deliquerat.*

61 Expendebat Origenes homil. vigeſima-quarta in Matthæum, aliter Deum protuliſſe ſententiam in iuſtos,ac in malos. His arcbat : *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum , qui paratus eſt diabolo & Angelis eius:* illis : *Venite benedicti Patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi* Si adæquè honor iudicis eſt malos punire,& iuſtos remunerare, cur flammis tradendos
Math.25. verſ. 34. à patre maledictos non dixerit,cum æternis gaudiis fruituros benedictos Patris nominarit ? Et ſi iuſtis amœnus præparatus eſt locus , cur iniuſtis horrendus non præparatus ſit ſitus ? Iam reſpondet Origenes: *Benedictionis quidem miniſtrator eſt Pater ; maledictionis autem vnuſquiſque ſibi eſt auctor, qui maledictione digna operatus eſt.* Infelicitatis ac extremæ ſeruitutis quiſque ſibi auctor extitit ; Deus verò regiis nobilitate honoribus procurauit. O quoties Deus à noſtris ceruicibus ignobilis iugum ſeruitutis conatur depellere , & tamen vitula Ephraim docta diligere trituram pabuli dulcedine allecta ceruicem ſubdit, & iugum trahit.

Angeli Sodomam ingreſſi Loth admonent, ſe 62
quam citò expediat , vt imminens ciuitati excidium euadat: *Cogebant eum Angeli dicentes : Surge,tolle vxorem tuam,& duas filias,quas habes, ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis.* Adhortationum ſtimulis incitatus adhuc auertebat oculos à Geneſ.19. v. 15. lumine paradiſæis campis detentus , & voluptate ineſcatus : diſſimulantem honeſta vi extraxerunt, & ad montem conſuluerunt properandum : *Eduxerunt eum & poſuerunt extra ciuitatem,ibique locuti ſunt ad eum dicentes : Salua animam tuam, noli reſpicere poſt tergum , nec ſtes in omni circa regione;ſed in monte ſaluum te fac.* Audit,quo loco oporteat ſaluari , & inſtat, vt ſibi liceat confugere ad ciuitatulam: *Saluabor in ea.* Annuerunt Angeli precibus poſtulantis ; verùm dum ad ciuitatem tenderent , Sol manicat , & mulier carè curioſa ciuitatem reſpiciens Salis ſtatua remanſit: *Verſa eſt in ſtatuam ſalis.* Lippomanus expendit Lotum ſibi pertinaciter periculum aduocaſſe ; Deum verò perſeueranter monuiſſe, & honeſta coactione à periculo liberaſſe:ſalutis illi Deus deſignauit aſylum,ipſe aliò iter deflexit,vt vxorem, quia deflexit, amiſit : *Iuſſus montem conſcendere* Lippom. *elegit ciuitatulam:ideò vxorem,perdidit.* Suæ ipſe infelicitatis fuit auctor,dum etſi bona intentione liberare ſe præſumpſit,& monitis cæleſtibus obuiauit:nil amiſiſſet,ſi citiùs properaſſetat dum dormitantes oculos tradit inertiæ , dum totum ſe committit ignauiæ,tempus terit , quod , ne vxor reſpiceret,tenebris vtiliſſimis obuiaſſet.Igitur non ſtetit per Deum illius libertas ; ſed per ipſum, qui iuſſis reſtitit, greſſumque tardauit.

Si emeris ſeruum Hebræum , iubet Legiſlator, 63
ſexannis ſeruiet tibi , in ſeptimo egredietur liber Exod. 21. v. 2. *gratis.* Seruus lege ſeruitutem redimente aliquando libertati tenuntiat addictus famulatui. *Quod ſi dixerit ſeruus: Diligo Dominum meum, & vxorem , ac liberos , non egrediar liber , offeret eum, &c. & erit ei ſeruus in ſæculum.* En perpetua premitur ſeruitute ; non tamen ſtetit per Deum non potiri libertate ; ſed per ipſum , qui maluit inſeruire , quam dominari : ipſe ſibi ſuam ſeruitutem elaborauit, ipſe repudiauit honorem, ipſe commutauit dura catena ingenuam ac amabilem libertatem,ipſe ſubulam exacuit, vt perforatus & libertatis amitteret gloriam , & ſubiret ſeruitutis iniuriam : *Perforabit aurem eius ſubula* , inquit Lyra: Lyra. *hac pœna & verecundia ſit ei , eo quòd non vult vti libertate ſibi à Deo data : & perforatur auris magis quàm alia partes : quia per illam partem intellexit , vel intelligere debuit legem de libertate.* En Deus , vt à ſeruitute extrahat,non ſolum inuitat libertate , ſed deterret etiam dolore ; & tamen ea eſt hominis ſtultitia, vt non ignorans ſeruitutem delegerit, & imprudenti electione autem amiſerit : iuſtiſſimè auris perforatur, quæ libertatis legem audiuit,& auditam repudiauit , vt exinceps iamnon audiat , quod dum audiret , deſpexit. Timendum eſt libertatem repudianti aures amittere : nam qui ſtultam diuinæ legi vocanti ſurditatem affectat , iuſtè, ne audierit, obſurduit:

ſeruus

ſeruus manet ; ſed reclamante lege, ſed ad libertatem inuitante Domino ; ſed ſtimulante ſupplicio, vt omnibus conſtet non ſtetiſſe per legiſlatorem, quin ſeruitute liberaretur ; ſed per ipſum, qui ſibi inuidit, & ſeruituti ſe tradidit

64 Deliquit Adamus; ſed Deus miſeratione commotus humana voce compellat, & quibus medeatur vulneri, potentiora ſe afferre medicamenta declarat; verùm Adamus compellatus fugit, ſeque longiùs abſentat : *Abſcondit ſe Adam & uxor eius à facie Domini Dei.* Genes. 3. v. 8. Pietas cum malitia certabat, Deus ad attrigendum inuolabat; ſed homo, ne erigeretur, currebat : cúmque grauior hominis calamitas ſit Dei vultu priuari, Adamus fugit, cùm Dominus aſpectu ſuo contendit. Basil. Notauit Seleucienſis Baſilius oratione tertia. *Illi terrore perculſi ſe ipſos tranſgreſſionis accuſatores ac teſtes exhibentes exilio ſuo ſuffragantur.* Qui iniuria laceſſitus ſuſpirabat remedium, & qui deliquerat, ſibi protelabat exilium: ea namque eſt hominum amentia, vt ſibi ipſis aſciſcant calamitatem, cùm Deus illotum attulerit ſuſpirauerit ſeruitutem.

§. XV.

Optimus Superior ſic puniat culpam, vt coloratam vitet vel querelam?

65 NOn ſemel quæ puniri debuiſſet culpa, variis circumſtantiarum coloribus obarmatur, & contra imminentem pœnam munitur : cùm aliquando non conſtet delictum, ſupplicium putatur odium, & qui tulit mulctam, rationabilem ad ſpeciem profert querelam, & ſuſpectam reddit iuſtitiam : vnde Superiori maximè curandum eſt, ſi res patitur, eo tempore ſupplicium infligere, quo omnem querelarum poſſit acerbitatem vitare. Itaque non ſolum eſt punienda culpa ; ſed fucata etiam eſt euitanda querela : nam factitiis querelis apud ſtultos non ſemel obſcuratur iuſtitia ; imò apud cordatos non audit aliquando bene prudentia. Philiſthiim digniſſimi erant, qui à Samſone populi Iſraelitici Principe punirentur; verùm Deus, ne iniuſtus, & inimicus auditet, pœnas diſtulit, & opportunam occaſionem expectauit : ſic voluit Deus Samſonem inferre mulctam, vt nec coloratam ſuſtineret querelam : Philiſthæam duxit, quæ inito cum Samſone matrimonio problema prodidit, & pronubo nupſit : quod vt erat rationi aduerſum, ſic ſuppliciis dignum, & à querelis alienum : *Dixit Samſon ad patrem ſuum : Hanc mihi accipe : quia placuit oculis meis : parentes autem eius neſciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occaſionem contra Philiſthiim.* Ea expectata eſt ad ſupplicium inferendum occaſio, quæ omnem à Philiſthæis cauſam criminationis auferret, & coloratam etiam querimoniam impediret. Ita Abulenſis quæſtione ſeptima. Abulenſ. *Licèt Deus poſſet pœnam iuſtè infligere, tamen non videbatur quòd iuſtè poſſet Samſon exequi illam contra Philiſthinos : ideò voluit Deus inquirere occaſionem pro Philiſthinis, ſcilicet ne poſſent conqueri de Samſone, quamquam puniret eos ; & iſtud fuit dando ei uxorem de terra Philiſthinorum : quia Philiſthini grauarent eum tollendo uxorem ſuam, & ipſe moueretur contra eos ad vindictam, & occideret de eis multos, terramque eorum vaſtaret.* Iuſtiſſimè poſſet Samſon à Deo electus Philiſthinorum ſcelera pœnis inflictis punire ; verùm cùm tunc nulla ſpecialis cauſa appareret, puniti inuidioſas poſſent dare querelas, & dignum ſupplicium dehoneſtare vti ardentiſſimum odium. Ergo Deus, vt omnem præcidat querelam, infligendæ mulctæ occaſionem attulit opportunam. Profectò cum omnia ad noſtram doctrinam ſcripta ſint, hoc exemplo Deus etudire voluit Præſules, Superioreſque, ne ſi immaturè punire geſtiuerint cum puniti in ſe coloratam arment querelam : tunc namque, etſi iniuſtè inflictum ſupplicium, verti ſolet in ſcandalum. Ergo maturandà eſt vindicta, præcidenda vel fucata, & colorata querela.

Chriſtus Dominus cum Scribis & Phariſæis 66
diſſerens vineæ propoſuit parabolam : annuos fructus poſſeſſori retulit denegatos, iniuriis ſeruos affectos, occiſum filium, & quali ſupplicio digni eſſent agricolæ, interrogauit : illi contra ſe imprudenter dignam protulere ſententiam : *Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit aliis agricolis.* Matth. 21. verſ. 40. Quærunt Patres, cur ab eis ipſis, quos punire oportebat, ſententiam rogarit, quandoquidem vti iudex poſſet proferre, & vti Deus meritis ad amuſſim adaptare, cenſentque ſuo ipſorum ore voluiſſe ſtatuere mulctam, ne ſi criminentur prolatam ab æmulatione ſententiam infamare tentent iuſtitiam : omnem querelis præcluſis aditum, & tunc inflixit ſupplicium : *Eos interrogat*, inquit Euthymius, *vt contra ſemetipſos ipſi concitarentur, ac ſeſe prolata ſententiâ condemnarent.* Euthym. Ab ipſis in ſe ipſos proferri voluit ſententiam, quo omni ſiniſtræ affectionis ſuſpicione appareret purgata : nam ſi Dominus eam à ſeipſo fulminaſſet, fors criminarentur odium, cauſarenturque degeneti maleuolentiæ effectu procuratum ſupplicium : ergo iuſtiſſimus Dominus pro immortali ſua ſapientia ſic punuit culpas, vt omnes querelarum abſciderit prouidentiſſimè cauſas, quando quod ipſe in ſe protulit reus, alieno adſcribi non potuit odio ; ſed cauſæ merito.

Adamus topiario amœniſſimo deliciabatur, 67
carebant deliciæ fraude, quouſque diabolus efferatus ſerpentem induit, & veneno mortifero infecit. Eua, vt volatica, inſulſaque voluptate frueretur, mandatum calcat, & ſerpentis impulſa ſibilo ad veritum pomum inhiat ; tulit, nec deliquiſſe contenta marito etiam propinauit venenum, traxitque ad delictum : apertis ſerò oculis ſe infelices cognouerunt : ridebat fortè diabolus, cùm Dei conſputcaſſet imaginem : iudex aduentat ſententiam in tranſgreſſores latturus, & proprio reos nomine citat, & ad parendum compellat : *Vocauit Dominus Deus Adam, & dixit ei : Vbi es ?* Genes. 3. verſ. 9. Chryſoſtomus hom. 7. ad pop. legit : *Adam, vbi es ?* Chryſoſt. animaduertitque aliter ſe Dominum cum Adamo, quàm Saulem cum Dauide: & Phariſæos cum Chriſto Domino geſſiſſe: Saul mortis in Dauidem ſententiam protulit ; ſed querelæ, & quidèm iuſtiſſimæ occaſionem exhibuit, dum maleuolentiam ſuppreſſo Dauidis nomine declarauit: *Cur non venit filius Iſai, nec heri, nec hodie ad veſcendum ?* 1. Reg. 20. verſ. 30. Adiecit : *Adhuc cum*

ad me, quia filius mortis est. Dum spirat odium, mortis improbat ipse decretum, quandoquidem prolata à malevolo sententia cunctis suspicionem ingenerat. Nec dissimili turgebant odio Pharisæi dum an Christus festo adesset, quæritantes suppresso nomine aiebant: *Vti est ille.* Itaque nomen non proferre certum erat in Scribis & Saule odij ac malevolentiæ indicium. Ergo Dominus sententiam in Adamum prolaturus nomen protulit, & quamuis degenetis affectionis sit incapax, vmbratilem querelam, & speciem iniquæ suspicionis vitauit, superiores erudiens omnem sinistri affectus vmbram effugiendam, dum culpa corrigitur: aliter namque ab odio exorta mulcta censetur: si punitus quid possit architectati ad culpam levandam, & ad iudicis improbandam sententiam, patulas aures inveniet, & criminatrice commiseratione vicem eius dolentes detrahent Superiori, & conciliabunt invidiam Iudici: *Saul non dixit: Vbi est David?* (verba sunt Chrysostomi supra dati) *sed, vbi est filius Isai? Iudæi quoque quoniam auersabantur & oderant, non dixerunt: Vbi est Iesus. Sed, vbi est ille? Sed Deus & in hoc demonstrare volens quòd nec peccatum amorem extinxit, ait: Adam vbi es?* Etsi nomen supprimeret, pœnamque inferret, Adamum iustissimè castigaret; verùm ne quis de suppresso nomine conijcere malevolentiam auderet, impioque ausu sententiam improbaret, amorem dilucidè ostendit, & culpæ pœnam explicuit: ipsum in iudicem peccarat Adamus: ergo sententiam compellente iustitia prolaturus benegnitatem ostendit, & ab omni indignationis specie abstinuit.

Chrysost.

68 Cain & Abel hostiam parant Numini; verùm illorum quisque diuersam pro morum diuersitate: Deus, qui priusquam acceptet donum, offerentis inspicit animum. Caini munera repudiauit Abelis accepit: *Respexit Dominus ad Abel, & ad Cain verò & ad munera illius non respexit.* Cain superbus furit, gliscitque; sed quamuis indignus Dei alloquio, Deus ipse mœrorem solatur, & tristitiæ inquirit causam, vt occasionem præbeat levandi tristitiam: *Dixit Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si benè egeris, recipies? sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit?* Ne criminaretur Deum contra se stomachatum; quia non adeò ampla ac fratet, obtulisset dona, illum alloquitur, & qui non respexit iustus, solatur peccatorum benevolus: non respexit vt corrigeret, allocutus est blandè, vt omnem sinistræ suspicionis occasionem depelleret: ipse indignanti occurrit, prior ipse alloquitur, & ad præteriti pœnitentiam hortatur: nam cum Iudicum ac Superiorum imitandum fuerit exemplum, culpam non reliquit inultam, & omnibus testatam esse voluit erga peccatorem benevolentiam, vt si Cainus gliscat, ac furat, nullum criminationis colorem habeat: *Mitigat per se ipsam tristitia vim Deus*, inquit Basilius Seleucienſis orat. 4. *de mort. humanorum medicorum, qui etsi malum desperent; spem tamen habent repositam in medicamine: & voce communicat, & ratione quadam, consilioque ab eo gratiam init.* Caini quodammodò gratiam inire affectat Deus, illum verbis blandissimis alloquendo, & opportunum consilium dando, ne vel falsis criminationibus possit stomachatum causari, & sibi infensum asserere: nam vti peritus medicus, dum pestiferum morbum curat, omnem de impetita curatione coloratam querelam solicitudine vitat; ita Deus in Caini morbo medendo nihil omisit ex iis, quæ ad salutem spectabant, quæque omnem speciem iniquæ criminationis, & querelæ depellebant.

Genes. 4. v. 4.

Seleucienſ.

§. XVI.

Inualidos potentium adurit ira, si potentes aliqua mulctauerit pœna.

69 PRouerbium erat: Quidquid delirant reges, plectuntur achivi: nec sine experientia prolatum: inualidus namque & plebeius homo pro signo est potentiæ, quo furoris collimet sagittas, & quas à maiori patitur, à minori repoſcat pœnas: pusillus grex est feritatis victima, ferociæ hostia, & placandi furoris sæpe materia. *Sed Scytharum Dianam*, aiebat Tertullianus aduersus Gnostic. cap. 7. *aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominem victima placari apud faculum licuit.* Iam qualis fuerit victima placationis, audi ex cap. 9. in Apologet. *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam.* Agitabatur, vt illorum existimabat opinio, aliquando furore, Saturnus: cumque vindictam nequiret ab æquali, aut potentiore expetere, paruulorum sanguine iracundiæ sopiebat flammam, & soluebat exiguus, quod deliquerat magnus. Audi Lactantium lib. 1. cap. 21. *Pescennius Festus in libro historiarum per satyram refert Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare, & cùm victi essent ab Agatocle rege Siculorum iratum sibi Deum putauisse. Itaque vt diligentius piaculum soluerent, nobilium filios immolasse.* Stragem passi cogebantur placare Saturnum, & paruulorum offerebant gregem: quia de more imbellium sanguis magnatum placat furorem. Hinc liquet, cur Deus vindictam de Philistæis non exegerit per Samsonem, quousque iustæ iracundiæ ipsi occasionem præbuerint: nam si Samson aliquod illis malum antè inferret, in populares Philisthini desæuirent, illosque adurgerent. Ergo Deus tantisper à vindicta abstinuit, ne Hebræos satis tunc afflictos luctuosior calamitas premeret: *Parentes eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthiim: eo enim tempore Philisthiim dominabantur Israeli.* Philisthæam in matrimonium sibi dari desiderabat Samson, eius parentes mysterij ignari contradicebant; at Deus sic fieri voluit, vt Samson iusta causâ eos delere inciperet, nec ipsi aliquo titulo ab Hebræis, etsi Samsonis contribulibus expetere vindictam valerent. Abulensis quæst. 8. sic ait: *Quæretur ad quid opus erat, quod quæreret Deus occasiones pro Samsone ad pugnandum contra Philisthinos: nam ipse poterat non exquisita aliqua occasione pugnare.* Quæstionem audisti: solutionem attende: *Sciendum quòd Israelita nunc erant subiecti Philisthinis, vt patet in littera, & non poterant resistere illis: & si Samson, vel aliquis de Israelitis pugnaret contra Philisthinos, ipsi retorquerent totum malum in populum Israel.* Samson eximiis valebat viribus: cumque Philistæi in ipsum nequirent insurgere, minores attererent, vt conceptam indignationem sedarent. Ergo opportuit talem fuisse exhibitam Samsoni occasionem, vt

Tertull.

Lactant.

Abulenſ.

Digitized by Google

vt nullum haberent colorem ad Iſraelitas affligendos, ſeque vindicandos.

70 Serpens è cœlo detruditur, Michaelis cœleſtiſque exercitus armis vertit tellurem abactus, & iam pulſat cœlum compaſſio: quia quanta homines paſſuri ſint, non ignorat: *Va terræ & mari: quia deſcendit diabolus ad vos habens iram magnam.* Deiectus, abactuſque quàm furoris nutriebat flammam, in cœlites nequibat effundere, nec odio eorum calamitatibus adulari: ergo væ paruulis, quos furor vrgebit, & indignatio vexabit. Non deſcendit Diabolus; ſed abactus ruit, ea tamen fuit Angelorum modeſtia, vt ſuæ, ſi fas eſt dicere, detraxerint victoriæ, ne plagam exulcerent ignominiæ Ergo diabolus inſano furore ardens, & viuidiſſimo ardore furens, quod à cœleſtibus paſſus eſt, probrum, compenſare nititur paruulis inualidiſque ſæuum architectatus tormentum. *Videns diabolus*, inquit Ambroſius, ad hunc locum, *ſe maximam multitudinem electorum amiſiſſe, & inter anguſtias cordium reproborum eſſe concluſum, perſecutus eſt mulierem, id eſt Eccleſiam: concitauit enim Imperatores Romanorum, omnemque multitudinem impiorum ad perſequendum populum Dei.* Vbi è cœlo eiectus cœlites nequiuit ferire, conatus eſt paruulorum calamitate iræ furorem ſedare: mulier deſerta colens draconis experitur ſæuitiam: draco à cœli magnatibus proiectus iam vertit terram.

Apoc. 12. verſ. 17.

Ambroſ.

71 Diabolus hominem tyrannide inuaſerat, vtque vitam morte duriorem pateretur, fœtidis amandarat ſepulchris; verùm Chriſtus Dominus miſeratus hominem violentiæ eripuit, & prædonum inſolentiam, vt fas erat, duris verberibus caſtigauit: dirè ſe tortos fatentur: *Ne me torqueas*, & fas ſibi eſſe in porcorum gregem intrare precantur: obtinuit furor licentiam, & præcipitato grege ſedauit iram: *Exeuntes ſpiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus eſt in mare.* Inquires cur inualidum in aquis ſuffocarit gregem, qui adeò obnixè rogauerant facultatem: cui dubio reſpondebit Chryſoſtomus in catena, porcos præcipitaſſe inſano, quo vrebantur, furori adulantes, & indignationis flammas de gregis ruina aliquomodò ſopire cupientes. Expulſi de pulſorem recruciare non poterant: ergo gregem adoriuntur inualidum, & quam conceperant rabiem, gregis præcipitio ſolari cupiunt. Adeſt Chryſoſtomus apud D. Thomam: *Multò peiora vellent hominibus infligere, ſi poſſent virtute non impediti diuina, & quia in hominibus hanc demonſtrationem fieri eius pietas non ferebat, ipſos in porcos intrare permiſit, vt in illis virtus & furor dæmonum videatur.* Conceptus furor, & gehennalis ardor, vbi nequiuit vindictam expetere ab homine, ſumpſit à præcipitato ſuffocatoque grege, & inualidi præcipitium fuit furore delirantis ſolatium: grex inualidus ſoluit furori, quod furor inferre nequiuerat poteſtati, ſi quiret dæmon, in ipſum Chriſtum auderet, & conceptum lethale odium virulentiſſimè effunderet; at dum ardore conſumitur, & impotentia ligatur, inualidorum ſe ſolatur infeliciter damno, & mœrori adulatur gregis tormento. Et quidem quod hic dæmonis executa eſt amens ſæuitia, hominum ſæua non ſemel imitatur amentia, ſi quam à potentiori acceperint offenſam, iniuriamve, furunt, gliſcunt, & quia potentiorem non eſt fas aggredi, inferiorem geſtiunt impetere, & copioſæ miſeri lacrymæ inſaniæ ſopiunt ardorem.

Marc. 5. v. 8

Chryſoſt.

Cainus primum naturæ pignus principatû fruebatur, cùm minoris fratris exemplo, aut naturæ ipſius conſilio ſacrificium Deo in maieſtatis proteſtationem offerre aggreditur; verùm cùm religione impietatem coniungens, dum adulatur auaritiæ, oculos maieſtatis offendit: infructuoſus animus fructus apportat anima carentes; verùm ſpreuit Deus ſacrificium ipſa offerenti dextera defœdatum; & animaduerſis offerentis moribus ſacra illa execratus eſt: *Ad Cain, & ad munera illius non reſpexit.* Quid tunc? Cainus ità excandeſcit, & in ipſum Deum indignationis flammis veſanus ardet: *Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius.* Dolore vrebatur repulſæ, non pœnitentiæ. Certè ſi pœnitudinem ſacrificij loco obtuliſſet, impietatis retractatione errorem inauraſſet: doni namque loco Deus prauì conſilij retractationem admittit, verùm furens iram euaporare geſtiebat, & quia eius delirans animoſitas, à quo deſpectus, inferre Deo plagam nequibat, Abelis fratris minoris cæde mitigare properabat: *Conſurrexit Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & interfecit eum.* In potentiorem ſtomachatus, inferiorem occidit, & quia perpetrare non poterat contra immortalem homicidium, de inferioris homicidio furori negotiabatur ſolatium. Ad rem Baſilius Seleucienſis oratione quarta. *Erat, vt apparet, Cainus immanſueta bellua: labitur ipſe, & gliſcit irâ; neque mora perturbationem molliebat; ſed perdurat eadem parturiens voluntas, dum animi flamma inuidentiâ accenſa eadem pariat.* Ira in Deum concepta, & liuore fraternæ felicitatis viuidiùs fota cædem parturiuit; ſi inferioris ſanguine poſſit iracundiæ ſitim aliquantulum placare, dum Superioris cruore non illi dabatur ſopire: vti immanſueta bellua in Deum gliſcit, & fratrem minorem ferit, vt ab exordio compertum fuerit, quas nonnulli à Superioribus putant iniurias accepiſſe, inſana rabie inferiorum vexationibus vindicaſſe. Adiice quòd ſi aliquando negotium, deſiderium ve ob hanc aut illam cauſam è ſententia non ceſſerit, pœnas repoſcunt ab immeritis, & infligunt plagas innoxiis.

Genes. 4. v. 5.

Baſil.

72 Huius veritatis teſtis eſt Balaamus: pergebat geminis cupiditatis, ambitioniſque calcaribus agitatus; verùm Angelus ſtricto gladio viam impedit, & cupiditatis flammis ardentem mora percellit: ſubiugale brutum animal viam nequibat carpere ab Angelo prohibitum, & detritum: *Cernens aſina Angelum ſtantem in via euaginato gladio auertit ſe de itinere.* Balaam, vt ab ſtudio cohiberi ſe animaduertit, repetitis verberibus aſinam referiebat, & inſtigabat. *Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, ſtetit Angelus in anguſtiis duarum maceriarum.* En animal, quod ſupplicium non commeruit, durè diuerberatur, ictibus repetitis feritur, & terra ferè exanime iacere compellitur: quod ſi huius ſupplicij cauſam inquiras, nullam aliam inuenies, quàm Balaamum à potentiori impeditum & retardatum. Vbi negotium, quod ardebat, è ſententia non ceſſit iratis, immeritum animal verberauit, de inflicto dolore dolorem ſuum emollire geſtiens, aut ſatiare furorem cupiens.

Numer. 22. v. 23.

Vtinam haberem gladium, alloquebatur aſinam, *vt te perforarem.* Quam infelix erat aſina Balaamum ſortita dominum! vt eius cupiditatibus inſeruiret, non ſolùm non cupiebat requiem; ſed duro adurgebatur calcari, & dum anxio labore feſtinat, Angelum ſuſtinet remorantem, & dominum patitur referientem. Certè ſi armatus inceſſiſſet, quam conceperat rabiem retardatus, inflictis plagis ſolaretur, & ſolueret aſina occiſa furori, quam repetere nequibat vindictam à poteſtate. Innuit Philo Hebræus lib. 2. allegoriarum: *Gratia maxima conditoris, qui ſciens imprudentia rabiem non dedit tamquam furenti gladium.* Vitæ aſinæ Deus prouidit, dum retardato gladium non conceſſit: nam quam non benè cedente deſiderio rabiem concepérat flammam innocui animalis cæde mitigaſſet, & furori inſano placuiſſet. Ergo vides quàm ſæpè ſoluant inualidi, quod à potentioribus repetere nequeunt aliqua cauſa exaſperati, aut ſine ratione iracundi.

Philo.

§. XVII.

Dæmon aliquando ſuſtinebit ſibi iuſtum; ſea furet, ſi aliena viderit ſalutis Zelotypum.

74 DÆmoni officit, quod virtuti inſeruit: moribus excultus, & virtutibus concinnatus truculentiſſimo ſerpenti inuenitur aduerſus; verùm etſi omnis ſanctitatis amator ſit diabolo odibilis, in illum præcipuè ignita ſua collimat iacula, qui animatum exambit lucrahunc namque vti vitiorum peſtem gehennæque lucem animitus auerſatur, & delere prorſus molitur. Timor odij non ſemel parens & nutrix eſt, vnde vindictori odio ſolitat impeti, quem conſtat actius timeri. Apte Tertull. in Apolog. cap. 27 de dæmonibus agens *Vt ne quam ſerus metus nonnunquam contumaciam miſcent, & ludere geſtiunt, quos alias verentur: odium enim etiam timor ſpirat.* Pro timoris menſura odij vis eſt, eamque dæmones plus vereantur zelotypum, & plus oderunt vti ſibi nocentiſſimum aduerſarium. Certè quoadusque Adamus Quæ profecit, in illum dæmon elaborata ſerpentinis verſutus arma non mouit; at dum prodeſſe vidit, odio implacabili exarſit. *Per latus hominis*, aiebat Baſilius Seleucienſis orat. 3. *ſtructuram ſubruere inceptat.* Fortè ſi latus alteri non profuiſſet, nec ſubruere ſtructuram tentaſſet; at dum intuitus eſt, non ſolùm Adamum vitâ frui; ſed alterius prodeſſe vitæ, ſerpente efferatus induit, & odio ardentiſſimo conflagrauit. Ob id fortè etſi Samſon in caſtris Dan ſpiritu floruerit: *Cœpit Spiritus Domini eſſe cum eo in caſtris Dan*, leoninam ferociam non armauit, nec truculentus dæmon occurrit, at vbi ad vineas oppidi Sponſam de Philiſthinis ductus peruenit, leo ſæuiſſimus greſſum non ſolum impedire geſtiuit; ſed gradientem deuorare tentauit: *Cùm veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſaeus & rugiens, & occurrit ei.* Non patri, matriue occurrit, ſed Samſoni Sponſam ducturo, vineiſque proximo: quod interpretatus Hugo Cardinalis ait, Samſoni: vt qui interpretatur *Sol eorum*, & iuxta vineas, quibus Eccleſia figurabatur de gentibus congregata, occurriſſe, vt qui impatienter zelotypum tulerit, & animas quærentem animitus oderit: *Deſcendit Samſon, id eſt, Chriſtus in Eccleſiam: Samſon enim Sol eorum interpretatur, & Chriſtus eſt Sol iuſtitiæ.* Subnectit poſt aliqua: *Vinea dicitur nouella Eccleſia de gentibus, ad quam cùm Chriſtus venit, ſtatim apparuit catulus leonis, ſaeus & rugiens occurrit ei, id eſt, diabolus vel Herodes.* Vbi Solis ad inſtar radios fulgentiſſimos explicare cœpit, vbi Sponſam de gentibus ad veritatis, virtutiſque partium traducere feſtinauit, leonem in ſe truculentia armatum inuenit: nec enim ſuſtinere poteſt nequitia alienæ ſalutis zelotypum, & ſerpentinæ veritatis laudabiliter æmulum. Suſtinebit, etſi inuitè, aliquando rationi conſulentem, virtutibuſque vacantem; at ſi quem aſpexerit cæleſti ardore inflammatum, & animarum ſaluti dedium, feſtinabit terroribus debilitare, aut, ſi poſſit prorſus deſtituere.

Tertull. Timor odium ſpirat. Baſilius. Iudic. 13. v. 25. Hugo

Bis reperio Sponſam Sponſi amore æſtuantem, & foras, vt inquirat, ſe propipientem: eam vigiles inuenerunt, nec propoſiti gnati vulnerarunt: *Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem: Num quem diligit anima mea, vidiſtis? Paululum cum pertranſiſſem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Vides illæſam tranſiſſe, & Sponſũ feliciter indagaſſe. Tranſi ad ipſam cap. 5. vbi Ieruſalem filiabus eis dotibus Sponſum ſuum, eis diuitiis, ea amabili ingenij indole ornatum deſcripſit, vt eas anteà ignorantes frigidaſque ſic in Sponſi amorem excitarit, vt iam inuolare diſcupiant, inueniteque ardeant. *Quo declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* Hic iam vulnera Sponſa patitur, iam hic à circitoribus repercutitur: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulneraverunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Ambroſius profundus myſteriorum indagator expendit priùs non percuſſam, & modò langueſcere vulneratam. Ipſum audi in collect. ad cap. 5. *Habuit ergo certamen; ſed qua ratione ſuprà non vulnerant pallium, hæreo reperire.* Repetire hæſit Ambroſius; ſed Gregorius Magnus ad cap. 5. Canticorum inuenit: *Enumeratis tot laudibus, oſtenſis tot muneribus, quis audiens non concupiſcit, quis intendens non in ardeſcit? Fidelis quippe anima quaque, quo dulciora & ampliora de redemptore ſuo audit, eò ardentius inhiat, & manifeſtiora de eo cognoſcere appetit, dicens: Quò abijt dilectus tuus o pulcherrima mulierum? Quo declinauit tuus, & quæremus eum tecum?* Dum ſibi ſoli quærebat Sponſum, non ſic cuſtodes indignatione efferbuerunt, vt plagas infligerent, & nudarent; at cum iam ſecum deferret in hortum, quò Sponſus ſuus declinauerat, ipſa teſtante: *Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum:* Plures Ieruſalem filias mutorum cuſtodes & retardant, & vulnerant, ne muros tranſiliant ad Sponſum inquirendum, quæ intra ciuitatis muros vagantes adeò ab eius amore diſtabant, vt nec haberent notitiam, nec deſpicerent ignorantiam. Itaque Sponſa, dum vni ſibi inuenitur iuſta, non patitur; dum tamen adlaborat alias ſecum animas ad Sponſum ducere, plagis, nuditate ac vulneribus impetitur. Gregor. Cant. 5. v. 7. Cant. 5. v. 17. Ambroſ. Cant. 6. v. 1.

75

Vt hominũ cupiditas ipſis adiectionibus non ſopitur, ſed inflammatur, Achabo nec regni latiſſimis amplis poſſeſſionibus ſatiatus eſt, ſed Naboth viteam concupiuit, viteſq; fructiferas deſiderauit eradicare, vt germinauerint olera: apud malos nãq; Principes frugi feri vtiliſſimiq; parui habentur, & nullius frugis homines præponuntur: teſtitit Naboth religionis

Digitized by Google

religionis ſtudioſus; ſed vbi reſtitit poteſtati, & approximauit mortis: lapidatus occubuit, vt ſimul amitteret vitam & famam; verùm iuſtitiæ oculus dignum ſupplicium decreuit, & Iezabel, cuius fraudibus hæc fuerat concinnata tragœdia, canum ventribus ſepeliendam per Eliam verbis clariſſimis denuntiauit: *Canes comedent Iezabel in agro Iſrael,* Durà adeo ſententia percuſſam Iezabelem non reperio indignationis flammis exarſiſſe, nec mortis minas in prophetam fulminaſſe; cum tamen vbi Elias cæleſtis illo igne populi tenebras effugauit, & occiſis Baal Sacerdotibus ad veram religionem traduxit, eo ardore inſanuerit, vt iam prophetæ viuere non liceuerit: *Hæc mihi faciant Dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis.* Inquires cur modò ardentiùs furat, nec durâ adeò interminatâ ſibi ſententiâ inſaniat? An quia præ ipſa vita vitium æſtimabat? Benè; ſed mihi videtur diabolum per Iezabel non ita ardenter impetiuiſſe propheram, cùm Deo obedit, & iuſtitiæ cauſam agit, quàm dum zelo enardeſcit, populique tenebras excutit, & cultum veræ religionis prodigiis cæleſtibus ſtabilit, Huc voco Baſilium hom. 10. quæ eſt de ira: *Elias zelotes quinquaginta Supra quadringentos turpitudinis Sacerdotes, & quadringentos viros ſacrorum nemorum comedentes de menſa Iezabel iuſta ſapientique indignatione in totum Iſrael vtilitatem, vt morte multarentur, efficit.* Dum zelat Dei gloriam, dum alios ad veri Numinis agnitionem ex idololatriæ errore traducit, dum vitiorum antiſtites ac patronos pio cultro demerit, ardentiſſimam reginæ indignationem incurrit: non ſic perſecuta eſt ſibi oppoſitum, ſtragemque luctuoſiſſimam minitantem, & cauſam æquitatis agentem, quam zelotypum & infidelitatis exilium: quò noueris quàm eximia virtus ſit animarum zelus, quando ſic adurit dæmonem, vt per miniſtros ſuos in zelotypos & inſaniat, & furat, & ardeat.

3. Reg. 21. verſ. 23.

3. Reg. 20. v. 10.

Baſil.

77 Huius veritatis gnatus ſenex ille Simeon, vt canitie venerabilis, virtute celebris, vbi in vlnas accepit Chriſtum, & poſitum in ruinam, & reſurrectionem multorum dixit, ſignum fore, cui contradiceretur, aſſeruit: *Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur.* Vbi ignorantiæ peccatorumque tenebris ſepultos ad veritatis lucem extrahit, vbi vitiis ruinam parat, contradictionem iam ſuſtinet: iam dæmones in ipſum collimabunt indignationis ſagittas, iam homines illi prætendent captioſas techuas, & doloſas inſidias: præſepi arctatus, pannis inuolutus à paſtoribus adoratur; at mortuorum reſurrectio à dæmonibus impetetur: *Situs eſt, vtpote lapis angularis,* ſcribit Euthymius ad hunc locum; *coniungens ad ſe ipſum duos populos veterem ac nouum: nam & per Iſaiam prædixit Deus: Ecce pono in Sion lapidem offenſionis, & petram ſcandali.* Vbi angularis lapis Deo coniungit homines, dæmones ac iniquos offendit: quia inde ipſis exortum eſt offenſionis ſcandalum, vnde aliis ad ſectandam virtutem promanauit auxilium. Signum erit contradictionis, dum fons inuenitur luminis.

Luce 2. v. 34.

Euthym.

§. XVIII.

Qui ſe à parentibus ſeparet, in ſe fortunam inſtigat.

78 NAturæ vis fertur in poſteros, vt etiam pietas in parentes: vel ferarum catuli materno lateri adhærent, vel fontes originis ſaporem conſeruant: vel à cæſpite ſuo virgulta non diſcrepant: ea ſunt, quæ filij receperunt beneficia, vt vel extraneam poſſent obligare perſonam. *Nutriuntur,* aiebat Caſſiodorus Secundo variar. 14. *à puerulo, ipſis laboratur, diuitiæ ipſis conquiruntur.* Addit: *Proh dolor! non mœrebimus eorum affectum, pro quibus ſubire non recuſamus exitium.* Subeunt parentes non ſemel exitium, vt ſubueniant filiis; non recuſant ſæuis exagitata tempeſtatibus tranare æquora, telluris inueſtigare profunda, & cùm filij deberent reſpondere pietati, reſpondent ingratitudini: à parentibus diſſident, vtque cupiditatis egerint cauſam, naturæ non recuſant inferre iniuriam; nouerint tamen grauiſſima ſibi maturare pericula, vrgentiſſima aſciſcere detrimenta, ſi à parentibus diſcedant, & à debita pietate reſiliant. Producamus ad huius veritatis confirmationem hiſtoriam nam cùm omnia in figura contigerint, ipſis in materialibus cauſis morum cauſa agitur, & mens externis actionibus eruditur. En Samſon leonis ſuſtinuit audaciam, dum à parentibus ſecedit, aliamque viam init: *Apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei.* Si patre matreque aſſociatus tendebat: ait enim textus: *Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha:* quomodo non illis; ſed ei leo occurriſſe refertur? Iam reſpondet Lyra: quia ſe, inquit, à parentibus ſeparauerat, & dum ab eis diſcedit, leonis ferociam incurrit: *Apparuit Samſon,* inquit Lyra, *quaſi ad deuorandum eum: ſeparauerat enim ſe Samſon à parentibus ſuis.* Expende illud: *Separauerat enim ſe:* ac ſi dicat: vbi à parentibus ſe abiunxerat, ſibi maturauit periculum; & niſi adeſſet gratia, ſuſtinuiſſet detrimentum: Hiſtoriæ penicillo quid filiis diſſidentibus accidat, mirè depictum eſt: plures filij, ſi parentum lateri adhæſiſſent, ſi eorum amplecterentur conſilia, ſi ſeruarent monita, euaſiſſent pericula; at dum cupidinis, iuuenturiſque arbitrium ſectantur, leoninis vnguibus diſcerpuntur.

Caſſiod.

Lyra.

79 Prodigus dum cupiditates ſequitur, incurrit calamitates, in regionem longinquam abit, vbi omnibus conſumptis valida fame adurgebatur indecoro exercitio militans, & laborans: *Ego hic fame pereo,* inquit. Et quod tantis malis remedium erit? Iam profert: *Ibo ad patrem meum.* Nouit expertus, dum ſe denegauit pietati, occaſionem præbuiſſe crimini, cauſam miniſtraſſe fami: ergo ſe denegauit parenti, vt ſe reſtitueret felicitati: *Abiit longè plus mente, quàm loco,* inquit Chryſologus ſerm. 1. *vt dato, non accepto pretio miſera ſe venderet ſeruituti: ſic mercator ad talem contractum peruenit, qui parentum debitum neſcit ſoluere, qui vicem neſcit redhibere generanti: eſt penes patrem dulcis conditio, libera ſeruitus, abſoluta cuſtodia:*

Lucæ 15. verſ. 17.

Chryſol.

Patri obtemperans, de obsequio adauxisset sibi fortunium, & honoris vitalset notam; at dum pietatis denegat lucrosum tributum, sibi parat impendiosissimam detrimentum.

80 Ablalon qui naturæ probrum, qui calamistro editus, & comis mandis capillis natus ipsa cæsaries cælestem sibi lucem impediebat, vindictæ ardore furens cum fratre aperto Marte non contendit: sed insidus, subdolusque adornauit miserum prandium, vt vindictæ expleuerit votum; verùm ensi fraterno sanguine mappam defœdarit, & fercula aspersserit, fugæ locum adinuenit: *Fugit autem Abſalon.* Itaque post tot perpetrata scelera non illi denegatur effugium; imò inuenit ad tuendam vitam suffragium: *Porrò Abſalon,* inquit textus, *fugiens abiit ad Tolomai filium Ammiud regem Geſſur.* Vt ardor temporis lapsu solet sopiri, digna Dauidis ira temporis tractu deferbuit, & placata preces admisit: restitutus est paternæ gratiæ, regalique pompæ: *Vocatus eſt Abſalon, & intrauit ad regem.* Qui venia debuerat erudiri, inuentus est inflammari: proditionem adornat in ipsum patrem, immaturam exambiens coronam, maturat sibi miseriam: nam dum à patre discedens copias producit in campum, deuictus fugit, & quercum sceleris carnificem, qua suspenderetur, inuenit: *Accidit, vt occurreret Abſalon ſeruis Dauid ſedens mulo: cumque ingreſſus fuiſſet ſub ramis condenſam quercum & magnam, adhæſit caput eius quercui, & ille ſuſpenſus inter cœlum, & terram mulus, cui inſederat, pertranſiit.* Mulum ipse non texit; sed mulus sceleratum traxit: inter cœlum & terram detinebatur suspensus: quia nec cœlum poterat admittere, nec patiebatur tellus sustinere. Itaque ab omnibus repudiatus repetitis ictibus periit transfixus. Iam si quæras, cur qui occiso fratre fugæ subsidio fuerit saluatus, modò fugæ cauerit subsidio quercus manibus illigatus, & tentus, respondebit Drogo Ostiensis de Sacram. Domin. Passion. debuisse similem ac Iudas subire pœnam: quia & imitatus est culpam: *Pendet adhuc Iudas & Abſalon per comam capitis ſui.* Addit: *Talis erat Iudas talis Abſalon.* Deum Iudas proditorie vendidit, Absalon se à patre seiunxit: ergo vt nouerit, quàm displiceat Deo, qui se à patre irrationabiliter separat, & seiungit, eandem pœnam Absaloni, Iudæque decreuit: dum à patre Absaloni non discessit, quantumuis criminibus defœdatus, adeptus est veniam; at patri aduersus dignissimam tulit mulctam: inuenit fugiens apud exteros subsidium; modo verò quantumuis fugerit, nec apud suos potuit inuenire suffragium; imò creaturæ omnes in proditorem armabantur, & tunc quercus tulit saporatum fructum, cùm fraudolentum puniuit filium. Accinit Chrysostomus apud glossam: *Capilli ad lignum eum alligarunt, & brutum animal eum tradidit, & pro fune quidem comas, pro ligno autem arbor extitit, pro milite autem adduxit eum mulus. Conſidera, quod eſt mirabile: nemo ſuorum ad eum accedere auſus eſt, cùm tantum fuiſſet ſpatium; hoc autem Deus proniderat, vt neque detraheretur, ne vinctus ad patrem afferretur:* patri aduersus Deum tulit inimicum, vt constaret omnibus quàm sit periculosum à parentibus seiungi, à pietateque separari.

81 *Quàm malæ famæ eſt,* aiebat Ecclesiasticus, *qui derelinquit patrem; & eſt maledictus à Deo qui exaſperat matrem.* Hugo Charensis sic locum interpretatur: *Ex quo Deus præcepit honorari parentes, & tot bona attribuuntur eis, qui honorant eos, renera infamis eſt & impius, qui negligit eos.* Qui parentum negligit documenta, qui pendere detrectat subsidia, sibi ipsi nocet: nec enim à pietate discedens potest felicitari, & fortuna prospera vti; imò dum parentum placitæ negligit cupiditatem errore adductus, voluptatibus delirio tractatus, famam vt plurimum læsit, & in calamitatis syrtes, & scopulos incidit: leonem inuenit Samson à parentibus seiunctus, & ni Dei Spiritus adesset, sine dubio separatus perisset. E contra parenti obsequens, & ab eius placito, si rationi consonet, non discedens, frustratur periculum, & æternum sibi stabilit elogium.

82 Ecce Dauid leonum discerptor, dæmonis detriumphator, à propheta sacro oleo vnctus nondum rex apparet, quoùsque à parente missus in castra deuenit: ibi rex declaratur obedientia, triumphali redimendus corona: gigantem deiecit puerulus, nec mirum, dum præstito parenti obsequio obarmatus: tres Dauidis fratres patrem reliquerant Saulem secuti; non tamen exprimitur, an à patre fuerint missi, aut certamini eius consilio applicati: Dauid patri obsequitur: *Dixit Iſai ad Dauid filium ſuum: Accipe fratribus tuis ephi polenta, & decem panes iſtos, & curre in caſtra:* & dum obsequitur, coronatur. Seleuc. Basilius orat. 15. existimat hic iam clariùs eius regnum illuxisse, & vnctionis gratiam dilucidius radiasse. *Tunc militem ſuum producit in medium gratia, verè regem futuris declarans.* Quando tunc? Quando obsequium patri præstitit, quando morigerus obediuit, quando humerum subiecit oneri, vt obtemperaret pietati. Hoc idem in Isaac expendebat Paschasius in Psal. 44.

83 Quos filios suscepit Abrahamus: ex Ismaële originem duxerunt duces, ex Isaaco orti sunt reges; imò quod plus est, ex Isaaco ortus est Christus, æternum regnum: *Dixit Deus ad Abraham: Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai; ſed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum, eritque in nationes, & reges populorum orientur ex eo.* Ex Isaaco promanant reges: iam si huius felicitatis inquiras causam, respondebit datus Paschasius, à patris pia voluntate nunquam seiunctum, nec eius iussis refragatum; imò morigerum semper paruisse, & Abrahami placitis se adaptasse: *Audi Iſaac quomodo exequitur paternam oblationem vſque ad gladium, & vſque ad ignes.* Totus paternæ voluntati conformatur, totus obedientiæ addictus sibi felicitatem æternat, & prosperitatem firmat, quò notum omnibus fuerit, à parentibus discedentes maturasse sibi infortunium; morigeros verò, & obsequentes parturire sibi gaudium.

* * *

Drogo.

Chrysost.

Eccl. 3. v. 18. Hugo.

Basil.

Genes. 17. v. 15.

Paschas.

§. XIX.

Animarum zelotypum vrgentiſſima videntur adoriri pericula, ſed qua citò Dei ope tranſeunt in decantanda trophæa.

83 PLura ſunt, quæ virtutem retardare moliantur, plura quæ accedentem impedire aggrediuntur, verùm etſi à primordio virtus inuidiam ſortita fuerit, licèt in ſanctitatis cultorem multiplices extruantur inſidiæ, in eum præcipuè furor gehennalis armatur, & gliſcit, qui non ſibi vni prouidet; ſed proximorum etiam ſaluti ſtudet. *Calamitates, terroreſque mortalium ſub iugum mittere,* Seneca. aiebat Seneca de prouid. cap. 4. *proprium magni viri eſt.* Non eſt magni viri periculis tantùm ac terroribus eximi, ſed aliorum etiam diſcriminibus ac terroribus ſubuenire: opus eſt ad virtutem alicienti animo: gaudent magni viri rebus aduerſis, non aliter quàm fortes milites bellis: ignauos fortuna ſpernit, cum ſtrenuis ac robuſtis confligit. Qui virtutis cauſas agere propoſuit, non ignorat bellum, ſed cogitat triumphum. Opportunè datus Seneca: *Auida eſt periculi virtus, & quò tendat, non quid paſſura ſit, cogitat: quoniam & quod paſſura eſt, gloriæ pars eſt.* Procuratum à dæmone periculum, vibratum timoris telum eſt fortitudinis teſtimonium: non impetitur, ſed calcatur ignauus; oppugnatur ſtrenuus. Samſoni cum parentibus in Thamnatha deſcendenti leo occurrit exacuris vnguibus, feroci rictu ardentibus oculis obarmatus, & ad mortem inferendam feſtinus: *Cùm veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei.* Occurrit, vt timore præpediret, vt terga inhoneſtè vertere perſuaderet: verùm qui tendebat Solis ad inſtar obſcuras gentium tenebras depulſurus, ab inceptis non deſtitit pauidus, ſed pericula deſpexit ſtrenuus: leonem diſcerpſit, vtque poſſet hœdum, dilacerauit: *Irruit Spiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem quaſi hœdum.* Pericula conuerſa ſunt in tropæa & Samſon opecæleſti munitus non cæca audaciâ, ſed prudenti animoſitate leonem inuenitur aggreſſus. Iam cur leo Samſoni occurrerit, docet Hugo Cardin. Samſoni Hugo. nomen interpretatus: *Samſon* inquit, *Sol eorum interpretatur.* Tendebat gentium noctem lumine fugaturus: ergo ei præ aliis obuiarunt pericula & deterruerunt obſtacula: plures eâ fortè viâ tetenderant, quibus nec leo occurrerat, nec terror inuaſerat, at Samſonem luce gentium tenebras depulſurum leo inuadit & periculum occurrit. Vicit profectò animoſus obſtacula, & quò plus periculi erat: plus gloriæ additum, & laudis inuenitur adiectum: leo tranſiuit in hœdum, vt nouerint qui Euangelica luce confuſas hominum tenebras geſtiunt depellere, non defutura pericula; ſed, ni deſtiterint, fore vertenda in trophæa.

84 Elias ille magnus zeli gladio Baalis prophetarũ gregem aggreditur: opus fuit ingenti miraculo, vt populus recederet ab inſania, & veræ religionis amplecteretur doctrinã: prophetas Elias occidit, & religionẽ piâ ſeueritate defendit; verùm zelotypũ iam adoriuntur periculorum volumina, & à leuibus Supplicia denuntiantur tentata: *Hæc mihi faciant dij & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam, ſicut animam vnius ex illis.* Prudens Eliæ timor fugam conſuluit, deſertorum errores petiit, vbi ab Angelo cæleſti epulo recreatus viam carpſit vſque ad Dei montis cacumen, vbi cùm in ſpelunca diuertiſſet, quàm familiari Dei ſermone fuit exceptus, & ad pugnandum pro virtute iterum delegatus: Ait Dominus ad eum: *Vade & reuertere in viam tuam per deſertum.* Solatur timidum, & iterum ingredi bellum iubet, nec dubium triumphum repromittit: exiitur ares prophetam regio furore impetitum, ſolertique ſatellitum ambitione exploratum quam citiſſimè perituru; verùm omnia illa pericula tranſierunt in decantanda trophæa: illum paſcit Angelus, illum alloquitur Dominus, illum ex hominum conſpectu tranſlatum candidiſſimis fulgurans luminibus euehit currus: *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque, & aſcendit Elias per turbinem in cælum.* Religioſus zelus non amiſit vitam, ſed æternauit ſibi victoriam: perſtrepebant bella: regis in prophetam obarmatur inſania: opprimendus prorſus videbatur tyranna potentia; verùm vt æquor ventis acriùs adſpirantibus ferueſcens, & altercantibus ſolicitum flabris verti ſolet in tranquillitatem, & iam eſt malacia, quæ horriſona aures diuerberabat procella; ita accidere ſolet zelotypis, & virtutis curatorem agentibus: *zelum habuit Elias,* ſcribit Ambroſius in Pſal. 118. octon. 17. Ambroſ. numero 25. *& ideo raptus ad cælum eſt.* Ob zelum affligitur; ſed ob zelum rapitur: virtutis hoſtes accerrimo prophetam exagitauere timore: ille verò vicit cæleſti munitus turbine: vnde quæ ingentiſſima inſurgere videbantur pericula, glorioſa conuerſa ſunt in trophæa: zelus ſæpe ſæpius confuſis ſolitat perſecutionum fluctibus circumagi; ſed tandem vincit pericula, & de ipſis periculis ſibi incrementat elogia. Ecce Elias menſa cæleſti paſcitur, Angelum vitæ prouidentem ſortitur, Numinis alloquio honoratur, ac tandem mortem detriumphans radiis, qui Solares vicerint redimitur.

Chriſtus Dominus milites pro religione ac veritate deſignans lucis naturæ comparauit *Vos eſtis* 85 *lux mundi: non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.* Matth. 5. v. 14. Lucem non ſemel acies tenebratum impeti, & denſis caliginum voluminibus tumulare ardentiſſimè geſtit: lux verò depellit tenebras, triumphat vmbras, & quæ lux bellum cœpit, ciuitas muris validiſſimis ſepta, & montis firmata vertice abſoluit. Innuit Hilarius can. 4. in Matth. Hilarii *Natura luminis eſt vt lucem, quocumque circumferatur, emittat, illatumque adibus tenebras interimat luce dominante. Igitur mundus extra cognitionem Dei poſitus obſcurabatur ignorantia tenebru, cui per Apoſtolos ſcientia lumen inuehitur, & cognitio Dei claret.* Expende illud: *Interimit tenebras luce dominante.* Ac ſi dicat: Dubium non eſt obſcuriſſimas in lucem tenebras conglobarii verùm nec anceps eſt candidiſſimis luminum ſpiculis referiri, & interimi: pro luce ſtat ſemper victoria, ſi congrediatur cum tenebris: nam caliginum agmina ſolum lucis militauerunt trophæis. Ergo & vos, inquit Chriſtus Apoſtolos alloquens, ingenium lucis ſortiti, etſi videamini tenebrarum voluminibus obruendi, luce dominante vincetis, triumphoſque decantandos ſæculis teportabitis.

1. Reg. 19. verſ. 2.

4 Reg. 2. v. 11.

86 Vbi Chriſtus Dominus templum vidit in mundinarum emporium verſum, vbi contentionum aduertit forum, zelo honoris Dei inflammatus, omnes de templo eiecit, & æs nummulariorum effudit: hoſtes zelo inflammatum circumſtãt, & quasi poteſtate aggreditur, rogant. Quid tunc Dominus? *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Sæuum prædixit bellum; ſed & mirum prædixit triumphum. Ac ſi dicat; Huius ardentis zeli lumine repercuſſi me inuadetis, obſidebitis vt tauri pingues: verùm omni veſtra ſolicitudine fruſtrata quàm citò reſurgam, & quibus zelum tumulate aggredimini, eiſdem gloria redimietis, & præter opinionem triumphis nulla iniuria temporum delendis nobilitabitis: Zelus namque Dei poterit tantiſper impediri, nequibit tamen triumphos de hoſte non reportare. Veſtra deteſtanda audacia, audaxque inuidia, inquit, mei corporis templum diſſoluet, abſcondereque poterit tempore exiguo ſepulchro; ſed tandem vincet, & conculcatis veſtris machinis detriumphabit: *Nequaquam illos*, inquit Athanaſius apud D. Thomam, *ad homicidium prouocat dicens: Soluite; ſed hoc eis affectantibus non ſibi eſſe abſconditum demonſtrat. Audiant autem Ariani, quomodo Dominum mortis deſtructor dixit: Excitabo illud.* Qui viuentem zelus comederat, mortem deglutiuit, eo tamen diſcrimine, quod de ipſius vitæ fine mortiferum morti eſt medicatus venenum, & nullis claudendum temporibus vitæ triumphum paſſus eſt zelus per triduum hoſtilem adſultum; ſed æternum adeptus lucet tropæum: tangunt non abſorbent zelum diſcrimina: quia zelus diſcrimina nouit conuertiſſe in trophea. Ergo vbi Chriſtus zelotypus aurum euertit, furor hoſtilis prædicitur; ſed & triumphus prædicatur.

Ioan. 2. v. 18

Athanaſ.

87 Sapiens bella inter cælum Ægyptumque enumerans, ignem ait ipſis fluentis veluti apta materia inuitum, & fotum. *Ignis in aqua valebat ſupra ſuam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiſcebatur.* In cæleſti igne religioſum deſignari zelum aſſerit Lauretus Ceruarienſis in allegor. verbo *ignis: Ignis*, inquit, *Zelus bonus.* Hoc ergo ſuppoſito expende, amabo te quot cæleſtem ignem Ægyptiorum impetant fluctus. Cenſeres ardorem prorſus ſuffocandum, & ſplendorem penitus interſtinguendum; verùm vndæ ignis ſolùm militabant trophæis: ibi namque ſplendeſcebat viuidior, & lucebat ſplendentior, vbi ingentiſſimis videbatur adurgeri periculis, & mortis impeti iaculis: *In aqua valebat*, quia ipſum periculum detriumphabat: armabatur vnda frigiditatis iaculis; ſed ipſam obliuiſcebatur naturam, & in certamine cum igne amittebat efficaciam: non extimuit ignis vndarum vortices, quia didicerat periculis ali, & ipſis diſcriminibus confoueri. Ergo ne timeas pericula, ſi cæleſti ac prudenti zelo flammeſcas, vinces ſine dubio, & quod videbatur ineuitabile fore naufragium, ſumptuoſius erit trophæum.

Sap. 19. v. 19.

Lauretus.

§. XX.

Facilè licere credimus, quæ fieri ardenter deſideramus.

88 Fides pio conſtat voluntatis affectu, & quæ per ſe ob obſcuritatem ardua, affectu redditur expedita: quæ ſe oculis ingerunt, ſi reluctetur animus, difficulter ſortietur aſſenſum: vt è contra quæ videntur difficillima, emolliri ſolent affectionis ingenio, & voluntatis conſilio. Lex diſertis verbis prohibebat alienigenas cum Iſraelitarum filiis in matrimonium coniungi. Hoc legis edictum Samſonis parentes oppoſuerunt, cùm ipſe Philiſthæam ſibi deligeret inſtitit ille, & tenero ſe affectu ob eximiam eius pulchritudinem flammeſcere confeſſus eſt. Quid tunc? Pater nuptias diſponit, & cum filio Thamnatham celeri pede contendit: *Deſcendit itaque Samſon cum patre ſuo & matre in Thamnatha.* Quærunt Interpretes, quomodò Samſonis parentes legis gnati filij votis obtemperarint: reſpondentque retuliſſe eis filium à Deo ſe monitum, & ad vxorem de Philiſthinis accipiendum impulſum: quo audito facilè fidem adhibuerunt, & matrimonium tractarunt: *Videtur quod parentes eius malè fecerunt,* inquit *Lyra illam mulierem petendo pro filio: quia hoc prohibetur Deuteronomij 7. vbi dicitur: filiam eius ſcilicet alienigena, non accipies filio tuo vxorem. Iam dubio ſatisfacit: Dicendum quòd Samſon eis voluntatem Domini reuelauit, licèt non ſit ſcriptum: erant enim deuoti, & ideò non eſt veriſimile: quod feciſſent contra præceptum Domini, niſi Samſon eis dixiſſet hoc eſſe de voluntate Domini.* Eximia illuſtriſque patentum virtus actionem ad ſpeciem præcepto oppoſitam à calumnia defendebat, & quid ibi latere perſuadebat arcanum, & celati Sacramentum. Benè; ſed vt noſtræ theſi accedamus, expende quam facilè Samſonis dictis fidem adhibuerint, quamque ſine tergiuerſatione crediderint: diſcupiebant filio complacere, & eius deſiderio ardentiſſimo obtemperare; ergo facilè crediderunt licere. Profectò impensè concupita, & ardenter deſiderata, ſi aliqua ratio veriſimilis appareat, quæ conſcientiæ morſus ſopiat, licere non dubitamus; ſed credimus. Ergo parentes Samſonis, dum filio complacere deſiderant, reuelationem intercedere autumant. *Benè debebant ei credere*, addit Lyra, *eò quòd fuerat per Angelum annuntiatus, & mirabiliter natus.* Semper inuenit affectio rationes, quibus credulitatem ſtabiliat, & difficultates emolliat.

Lyra.

89 Achab ſuperiorum bellorum euentu inſolenter inflatus recuperare Ramoth Galaad, quam olim Syri ab Hebræis abſtuleranr, ardenter diſcupiens, Ioſaphat, qui eo tempore officij ac beneuolentiæ cauſa ad illum inuiſendum venerat, adhortatur, vt ad inuadendum hoſtes illum comitetur: *Ait ad Ioſaphat: Venieſne mecum ad præliandum?* Ioſaphat affinis, & à Rege honorificè exceptus annuit; eà tamen conditione, vt per Dei prophetam diuina exploraretur voluntas: aderat fatidicorum copioſus numerus, qui omnes decertabant adulationibus demulcere non vera prædicere: inſtitit Ioſaphat, vt Dei adduceretur propheta, & ne Achabus videretur obſiſtere, Michæam præcepit vocari: aduenit, & futuram ſtragem verbis clariſſimis prænuntiauit: *Ecce dedit Dominus Spiri-*

3. Reg. 22. v. 2.

tum

tum mendacij in ore omnium prophetarum tuorum, qui hic ſunt, & Dominus locutus eſt contra te malum : Poſt oraculum Iolophat iter aggreditur, & Achabum comitatur : *Aſcendit itaque Rex Iſraël, & Ioſophat Rex Iuda in Ramoth Galaad.* Quærunt Patres, quomodò Ioſaphat, cum tantopere ſtuuerit diuinam explorare voluntatem, iam explorata in bellum perrexerit, nec ſententiam demutarit. Mirum non erat Achabum verbis Michææ fide non adhibita adornare profectionem: at cùm Ioſaphat religione, & pietate excelleret, bellum non recuſaſſe, eſt mirum. Hanc difficultatem tetigit Abulenſis q. 18. *Dato*, inquit, *quod Achab, qui erat vir impius, & idolis deditus, aſſentiret prophetis Baal, potiùs, quàm Michæe prophetæ Domini, quomodò Ioſaphat Rex Iudæ, qui erat valde Catholicus, aſſenſit prophetis Baal contra Michæam prophetam Domini?* Reſpondebit non aſſenſiſſe falſis prophetis; ſed cùm Elias prænuntiaſſet occidendum in agro Iezrael : *In loco hoc, in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth lambent quoque ſanguinem tuum* : credidiſſe Michææ verba fortè comminatoria, ſtandumque Eliæ verbis : *Fuit principalius*, addit Abulenſis, *propter contra dictionem apparentem inter verba Eliæ, & verba Michææ, vt ſupra indictum eſt : Ioſaphat potiùs credebat verbis Eliæ.* Deſiderabat Ioſaphat complacere Achabo, & quamuis Michææas Dei voluntatem clariſſimè ediceret, neſcio qua apparente contradictione colorem habuit reſiliendi, & Eliæ ſententiam approbandi. Itaque ad Eliæ verba recurrit, & licere profectionem facilè credidit. Numquam deeſt aliqualis color ad impensè deſiderata : ergo affectus difficultates mollit, & emollit. Ioſaphat, cùm ſuppetias Regi ferre deſideraret, apparentis contradictionis colorem ad præſtandam fidem quæſiuit.

Abulenſ.

3. Reg. 21. v. 19

90

Saul, quò plus Dauid facinoribus reſplendebat, durius cruciabatur, nec eum viuere pati poterat: ergo manum cogit prædator inuitus, & benefactorem inſequitur, montes luſtrat, vallium ima perueſtigat, campis exerrat; verùm incidit in foueam quam fecit : ingreſſus namque obiacens ſpelæum neſcio qua neceſſitate compulſus, in Dauidis ibi latitantis manus incidit : Dauidis ſocij, qui ardenter exoptabant tot periculorum fluctibus eximi, tot confuſis calamitatum voluminibus liberari; Dauidis manus exacuebant, & inimicum morti tradere honeſtiſſimum affirmabant : *Dixerunt ſerui Dauid ad eum : Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei, ſicut placuerit in oculis tuis.* Nouerant generoſum Dauidis pectus ſolùm gratiæ ſeruire gnarum : ergo vt ad vltionem adurgeant commemoratis Dei verbis licitam aſſeuerant; nec mirum, facilè crediderint licere, quod ardenter deſiderabant contingere: *Socij Dauidis*, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 26. *fugitiui opportunam rati prædam aduerſarium præſentem Dauidem exacuunt : Ecce dies, de qua locutus eſt Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, vt faciat ei, ſicut placuerit in oculis tuis.* Dei commemoratio prophetam ad cædem faciendam non excitauit; Sed feliciori ipſe in venia perſuadenda Socios deuicit : Hominis, inquit, interemptio Dei donum non eſt, neque oculus diuinus arridet : imò cùm oram chlamydis abſcidiſſet, aliquid habuit, quod non probaret, teſtante Scriptura : *Percuſſit cor ſuum Dauid eò quòd abſcidiſſet oram chlamydis Saul.* Deuid cor percutit obſciſſæ chlamydis irreuerentiâ: ſocij licitam teſtantur illata morte vindictam : deſiderabant interempto Saule ærumnis exolui : ergo non dubitarunt licere; imò à Deo ad necem traditum inſiterunt ſemel & iterum affirmare. Certè virtutis & iam ſectatores, ſi quid ardenter diſcupiant, aliquando variis coloribus & ratiocinationibus quæſitis conſcientiam ſopiunt, & omni expuncto errore licere ſibi promittunt.

1. Reg. 24. v. 5.

Baſil.

91

Mater Ioannis Didacique filios impensè amans, ac chorum Apoſtolorum diſſecans Chriſto accedit, & primas filiis ſedes exhibito adorationis obſequio poſtulat : *Dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo.* Chriſtus regnum cælorum decertantibus fore teſtatur præmium, non gratuitum donum : *Sedere ad dexteram vel ſiniſtram non eſt meum dare vobis; ſed quibus paratum eſt à Patre meo.* Itaque vt non eſt muneratij præmium decertantibus deſignatum impertiri pro libito, ita ait Chriſtus Dominus ſedes à Patre decertantibus deſignatas non poſſe ſine meritis concedi, aut conſanguinitatis titulo dari : Inquiramus quòmodò pia mulier, Dominoque accedens licere crediderit, quod ipſe Dominus ſine meritis dandum non eſſe affirmauit : *Non eſt meum dare* : quaſi dicat : dare gratuitò non eſt meum, vt qui decreuerim ſedes concedere omnia relinquentibus, & ſtrenuè pro virtute militantibus. Vides remunerationem accipientis meritum poſtulare, thronumque laborum præmium non donum gratuitum eſſe: quomodò ergo pia mulier nuda poſtulatione credidit poſſe conſequi, & dari. Iam audi: impensè filios amabat, illique primas ſedes ardentiſſimè diſcupiebat : ergo votum omne difficultatum auferebat obſtaculum : *Dic vt ſedeant*, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 24. *O matrem filiorum impensè amantem, & piam mulierem!* Addit : *Mater regnum poſtulauerat obtentu facile arbitrata, ſperabatque quod ſperabatur, ex ſola poſtulatione rogantibus obuenturum.* Licere credidit, quod inuenta eſt impensè filiis diſcupere, & quamuis rationi obſiſtere detrectaret; amori tamen iuris legumque interpreti facilè aſſenſit, fidemque exhibuit : Poſtulauerat obtentu facilè arbitrata

Matth. 20. v. 21.

Seleucienſ.

---

§. XXI.

Qui ſibi relictus eſſet hoſtium præda, Dei auxilio eximia de hoſtibus coronatur victoria.

92

ERrauit, qui de ſe præſumpſit, qui ineſſe ſibi inuictam fortitudinem credidit : homo namque ex ſe terreus nequit conſiſtere; ſed didicit manus dare, at qui ex ſe puluis, ſi diuino afflatu obarmetur, nihil non vincet, & ad omnia præualebit. *Omnia non poſſum*, aiebat Paulus, *in eo, qui me confortat.* Ac ſi dicat: ſi me gratia obarmauerit, mundus & inferi cedent, aduerſus acriores tempeſtatum flatus pertiſtam immobilis, & cum ipſis dæmonibus congreſſus conſequar victoriam, obtineboque palmam; in me verò mihi non eſt auxilium, nec potero, quamcumuis coner, deuiciſſe aduerſarium. Adeſt Anſelmus ad hunc locum : *Ecce in altum ramus producitur; ſed quia in radice ſe tenet, in viriditate permanſit : in altum enim ſurgens arefceret, ſi ſe à radice diuiſiſſet : ſibi enim nihil tribuit, quia omnia ſe poſſe non*

Ad Philip. 4 verſ. 13.

Anſelm.

non in ſe ; ſed in Domino , qui ſe confortat , fatetur. Vt ramus à radice fugit , quo aduerſus frigoris gelu , & caloris æſtum conſeruet viriditatem, vtque , ſi inter ipſum & radicem interceſſerit diuortium , marcet; ita homo Dei auxilio ſuffultus & creſcit , & floret, & vincit ; at ſibi derelictus eſt quoddam imbecillitatis miraculum, & ignauiæ mirum portentum. Huius veritatis adeſt Samſon indubius teſtis : nam cum illi occurriſſet leo ſæuo ac truculento vultu deterrens , ſibique iam de obtinendo triumpho rugitu plaudens , intertitè inuaſit , & fœliciter vicit : *Irruit Spiritus Domini in Samſon , & dilacerauit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens* . Vides in leonem prævalentem, ipſum aſpice Philiſthinorum prædam : receſſit ab eo Dominus,& iam decapillatus totus fuit ad vincendum inertia ; imò ad reſiſtendum ignauia *Eruerunt oculos eius , & duxerunt Gazam vinctum catenis , & clauſum in carcere molere fecerunt.* Quam alius fuerit diuino ſpiritu afflatus , & cæleſti auxilio nudus, notauit Auguſtinus ſerm. 107. de tempore : *Samſon fortitudinem habuit de gratia Dei , non de natura propria : nam ſi fortis eſſet natus , cùm ei capillus diminueretur , fortitudo non admiretur. Et vbi erat illa potentiſſima fortitudo, niſi in eo , quod Scriptura dixit : Incedebat cum illo Spiritus Domini.* De Spiritu Domini fugebat fortitudinem, de ſe ſolum habuit imbecillitatem: dum inſeruiit legi , vixit & laudi ; at vbi tranſgreſſus deliquit mandata , ignominioſiſſima tulit probra , & cæca incurrit pericula. Qui detriumphator leonis , factus eſt præda mulieris : vt conſtaret omnibus quam inuictas vires miniſtret gratia , quàmque imbecillis humana fuerit natura. Ergo de te nil præſumas , nec diuina munitus gratia animum, quantumuis pericula adurgeant, deſpondeas. Omnia poteris, ſi te Deus confortarit ; nihil poteris , ſi receſſerit.

Iudic.16. v.21.

Auguſt.

93

Quàm ſit alius homo ſibi derelictus, ac Domini auxilio adiutus oſtendit propheta Elias : in Baal ſacrificulos exarſit , & religioſo cultro peremit,quin to: Baal colétiũ extimuerit iram,aut idolatriæ Regis potentiã: *Duxit eis Elias ad torrentẽ Ciſſon, & interfecit eos ibi.* Hic ipſe propheta ſic Iezabel minis eſt deterritus , vt celerẽ fugã arripuerit,&laſſus animũ quodãmodò deſponderit: *Timuit ergo Elias , & ſurgens abiit.* Quærunt Patres , quomodò Elias inuicto animo in prophetatum turbam irruens ignauo timori ceſſerit, & totis artubus trepidauerit? reſpondentque alibi diuino auxilio ſuffultum , naturæ alibi ad noſtram eruditionem relictum Ergo qui intrepidè innumero adoritur cæleſti ardore agitatus , vel vnius mulierculæ minas expauet ſuis quodammodò viribus derelictus. Adeſt Theodoretus q. 57. *Cur cùm tantas habeat vires , ſolam timuit Iezabel?* Iam reſpondet : *Quoniam non ſolùm erat propheta; ſed etiam homo , & alioqui timor erat diuina diſpenſationis : nam ne miraculi magnitudo eius ſpiritum nimis attolleret , conceſſit gratia naturæ , vt timorem ſuſciperet , vt ſuam agnoſceret imbecillitatem.* Quàm imbecillis trepidabat natura,quàm intrepida audebat gratia ! Vt noueris eximia opera gratiæ ſemper adſcribenda , tibi nunquam applicanda : Hanc ipſam veritatem idem iterum confirmat Elias : nam cùm per deſertum viam vnius diei carpſiſſet , & ſuccubuit , & defecit : *Perrexit in deſertum viam vnius diei ; cumque veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperum , petiuit animæ ſuæ,vt moreretur.* Dormiens ab Angelo excitatur, viatico inſtruitur , & iam per montium abrupta tendit, quin vires laſſeſcant,quin ſomnus vrgeat, quin ignauus metus præpediat : *Comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta noctibus vſque ad montem Dei Horeb.* Quam defatigatus vel vnius diei itinere iacuit ! Quàm alacris tot diebus ac noctibus per ſaxeas rupes inſcendit ! Nec mirum , quandoquidem priùs non fuerat panis cæleſtis fortitudine inſtructus ; ſed ſolum naturæ viribus obarmatus: *Patenter innuitur* , inquit Paſchaſius libro de corpore & ſanguine Domini cap. 10. *quòd cibus iſte (Euchariſtia corporis & Sanguinis Chriſti) manibus Angelicis defertur , & refertur , per quem noſtra infirmitas releuatur.* Releuata infirmitas cæleſti munimine infatigabilis perſeuerat , inſomnis inuolat , ore ſicco, ac ventre arido montium cacumina prænſat ; at munimine deſtituta & trepidat , & ægreſcit , & cadit.

3.Reg 18. v.40.

Cap.19.v.3.

Theodoret.

3 Reg.19. v.4.

Paſchaſ

Dauid eo acerimo timore concutiebatur,vt corde pauitaret , & iam ſe mancipium mortis timeret : *Cor meum conturbatum eſt in me , & formido mortis cecidit ſuper me. Timor & tremor venerunt ſuper me , & contexerunt me tenebræ.* Euthymius miratur acerrimo nunc mortis timore pulſari, cùm ipſe propheta inter ipſas mortis vmbras intrepidè inceſſerit, & animosè ambularit, *Si ambulauero in medio vmbræ mortis non timebo mala.* Si ibi proxima mors audentem non turbat , cur modò vel mortis timor exagitat ; Iam ipſe retulit: *Si ambulauero in medio vmbræ, mortis* inquit , *non timebo mala,quoniam tu mecũ es.* Vbi adeſſe ſibi diuinum experiebatur auxilium , mortem deſpexit; imò illi exerto pectore occurrit ; at vbi ſibi ſe putauit derelictum, & extimuit , & pauitauit. *Quomodò alibi* (verba ſunt Euthymij ad Pſalm. 54.) *dicit : non timebo millia populorum circumnallantium me, & alia huiuſcemodi multa, & nunc apertè timorem fatetur?* Iam reſpondet Euthymius: *Quia ſcilicet ſentiens tunc diuinum auxilium ſummâ erat plenus fiducia ; aliquando tamen diuina diſpenſatione derelictus eſt.* Ita à ſe ipſo diſtat Dauid , dum ſolus , & dum Domino aſſociatus , vt de mille populis circunſtantibus, deque ipſa morte decantandum reportet triumphum , aut acerrimum pectore foueat metum : nec ſine Deo potuit victoriam præſumere,nec cum Deo nouit timere.

94

Pſal.54.v.5.

Pſal.22.v.4.

Euthym.

95

Cant.1.v.3

Hanc ipſam veritatem teſtatur etiam Sponſa: *Trahe me* , aiebat , *poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Si adeò agilis inuenitur , vt cum gigante currat (Sponſus namque exultauit vt gigas ad currendam viam) quomodò trahi veluti ignauam ac deſidem exorauit ? Aut ſi experta ignauiam fatetur ſe tractione indigere , quomodo curſum adeò celerem audet arripere ? Quia anteaquàm traheretur , inquit Bernardus ſerm.21. in Cantica,torpebat cæleſti auxilio deſtituta ; iam verò attracta fauore ſe cæleſti agnoſcit ornatam, & ita à ſe ipſa differt , vt quæ vel pigris greſſibus anteà nequiret incedere , modò vel gigantæis præſumpſerit inuolare. Bernardum audi : *Feſſa ſum,* inquit , *deficio noli me deſerere.* Addit : *Trahe torpentem , vt reddas currentem : erit , quando non indigebo tractore : quoniam voluntariè , & cum omni alacritate curremus. Non curram ego ſola , etſi ſolam me trahi petierim.* Vbi ipſa erat ſola ,opus fuit trahi ; vbi iam Sponſo aſſociata , & adiuncta , & cucurrit & feſtinauit. Quàm alacriter fœmina natura mollis, ingenio delicata , cum ipſo gigante curſum capit,

Bernard.

pit,

pie, & aſſimilati contendit! Quàm hæc ipſa vel greſſum ponere non valebat tota ignauia reſoluta, & tota mollitie ignaua!.

§. XXII.

Inuidia lues mortifera difficulter ſuſtinet medicinam, imò hominem tranſmutat in beſtiam.

96 QVam antiqui finxerunt Circem, exiſtimatim inuidiam: mutat ingenia, & tranſmigrare facit quem inuaſit, in bellum, truculentiſſimam illi ſuadens feritatem, & quodammodò extinguens rationem: inuidus fera eſt humana facie perſonata, & doloris ſtimulis repercuſſa. Diabolus homini inuidens induit ſerpentem, Deum bello petens draconis aſſumpſit formam, vt adulteratam liuoris præſtigiis agnoſceremus naturam.

Geneſ. 3. v. 4 *Dixit ſerpens ad mulierem: Nequaquam morte moriemini.* Non diabolus; ſed ſerpens, quaſi iam diabolus quodammodò à nobilitate rationis degeneratit, & Angelicum ingenium exuerit.

Baſil. *Iſtus inuidia*, inquit Baſilius Seleucienſis orat. 3. *Serpentem efferatum induit.* Acuminis vſu liuor, ſi fas eſt dicere, priuauit, & obruteſcere fecit. Vitia alia vitioſos oblectant, in virtutem militant, inuidia verò cor inuidentis exedit, & mortifero viperæ ad inſtar parentem veneno occidit: Ecce ſerpens pedibus viduatur: *Super pectus tuum gradieris*, dum hominem liuore aggreditur. Opportunè

Cyprian. Cyprianus lib. de patientia: *Diabolus hominem ad imaginẽ Dei factum impatienter tulit inde & periit primus, & perdidit.* In inuidum arma priùs contorſit inuidia & primus periit, dum

Tertull. inuidit. *Decepit eum*, aiebat Tertullianus lib. de patient. cap. 5. *quia inuiderat; inuiderat autem quia doluerat.* Inuidia doloris filia, vetuſtum malum mortiferum venenum rationi ſemper aduerſa, & feritatis inuenitur ſemper cognata. Samſoni Sponſam de gentibus ducturo immanis occurrit bellua, necem ſpirans, & rictus truculentia omnem rigorem expectorans: *Apparuit catulus leonis ſanus & rugiens & occurrit ei.* Diuus Auguſtinus apud gloſſam exiſtimat in Samſone Chriſtum, in leone Iudeorum populum adumbratum. Ipſum audi: *Quando fremuerunt*

Auguſt. *gentes, tunc leo ille viro forti Samſon venienti ad ducendam de alienigenis vxorem, Chriſto ſcilicet deſcendenti ad habendam Eccleſiam de gentibus fremens ibat in obuiam.* Leo rugitu ſæuitiam oſtentans, & horridis iubis terrorem ingeminans fuit populi inuidentis ænigma. Quòd ſi inquiras quomodo bellua omni feritate armata, omnique ratione nuda emblema quiuerit eſſe populi ratione præditi, & cæleſti doctrina imbuti: reſpondeo hominem liuoris præſtigiis quodammodò in ferocientem belluam tranſmutari omni rationis lumine ſi non extincto prorſus, ſaltem innubilato: hinc eſt quòd obruteſcit, ſæuit, & furit, Ergo ſacer textus, vt inuidos propriis depingat coloribus, leonem protulit carniuorum, & truculentiſſimè ſæuum.

Deus inſanabili plaga percuſſurus ſceleſtos 97
teſtatur per Ieremiam: *Ecce ego mittam vobis* Ieremi. 8.
ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio, & v. 17.
mordebunt vos, ait Dominus. Galfridus in allegor Tilman. in regulis ſerpentibus inuidentiæ ac liuoris peſtem agnoſcit: quæ peſtis vt facilè gliſcit, ſic difficulter medelam capit: regulus viſu enecat, ſerpens ſibilo atraminat, ac dentibus, morſuque diſcruciat: ergo inuidus tranſit in feram; imò in ferarum Pandoram: mutuatur namque à regulo oculos necem ſpirantes à ſerpente venenatam linguam, qua non vincam; ſed multiplicem intulerit plagam. Galfridum Galfrid.
audi: *Sciendum eſt inuidiæ morbum difficilius ad medelam quàm cætera vitia peruenire, nam eum, quem ſemel veneni ſui peſte corruperit, penè dixerim carere remedio: ipſa namque eſt lues, de qua figuraliter dicitur per prophetam: Ecce ego mittam ſerpentes regulos. Rectè igitur mortiferis baſiliſci venenis morbum inuidiæ comparatur: quia primus ille omnium venenorum artifex & Princeps & periit, & peremit.* Inuidus viſu felicitatem faſcinat, & defundit mortifera reguli ad inſtar venena: nec his contentus, dentibus dilacerat famam: obarmatur venenatis dentibus in fortunam: *Mordebunt vos:* vtque nouerint hanc medicamine peſtem carere, adiecit propheta: *Quibus non eſt incantatio.* Alia vitia incantamenta patiuntur; officiis, & ciuilitate domantur; at liuor ipſis officiis recrudeſcit, & ipſis incantationibus furit.

98 *Furor illis*, aiebat Pſaltes, *ſecundum ſimi-* Pſal. 57. v. 5
litudinem ſerpentis, ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter. Euthymius de Saule teſtatur prolatum, qui viſus eſt tranſiſſe ab homine in beſtiam, quandoquidem à dæmone liberatus de ipſa ſalute ingeminabat inuidiam, & ipſam dæmonis malitiam inuidentiæ furoribus ſupergreſſus in benefactorem eiaculabatur haſtam. Itaque nec officiis, nec obſequiis, nec temporalibus lucris inuidentia ſanabatur; imò medela in morbi tranſibat augmentum, & furoris exacuebat delirium. Redeat datus iam Galfridus: *Vſque adeò* Galfrid.
incurabilis eſt iſta pernicies, vt blandimentis exaſperetur, infletur obſequiis, muneribus irritetur: quia vt idem Salamon ait: Nihil ſuſtinebit zelus: quantò enim amplius aut humilitatis ſubiectione, aut virtute potentiæ, aut munificentiæ laude profecerit, tantò ille maioribus ſtimulis incitatur, qui nonniſi ruinam aut mortem eius, cui inuidet, concupiſcit. Inuidentia expers medelæ videtur, quandoquidem remediis ipſis acrius exaſperari probatur: inuidioſi ſitit ruinam, qua ſola non gliſcet flamma. Adde inuidos. etſi aliquando ſe ipſos erubeſcentes non audeant inuidioſi famam palàm abrodere, ſecretis tamen obtrectationibus lacerare: cui malo vtpote occultè ſerpenti ferè impoſſibile eſt adhibere remedium: quia ſecreti armis communitur, & muſſitatione infectatur.

99 *Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo mi-* Eccl. 10.
nus habet, qui occultè detrahit, aiebat Ec- v. 11.
cleſiaſtes: Santes Pagninus paulò aliter, *Si* Pagnin.
mordeat ſerpens abſque ſuſurro, & non eſt vtilis habenti linguam. Septuaginta ſic vertunt: *Si* Septuag.

Si momorderit ſerpens in non ſuſurro, & non eſt amplius incantanti. Quaſi dicant: Dum vertuta ac ſerpentina inuidentia, vt famam ſecuris mordeat, non ſibilat; ſed preſſo ſuſurro nondum abrumpit ſilentium, nullum erit morſo, quantumuis ſapienti, effugium. Opportunè Tilman. in allegor. ad Ieremiæ 8. *Si momorderit ſerpens non in ſibilo, non eſt abundantia incantatori: iſti enim ſunt taciti morſus, quibus ſolis ſapientium medecina non ſubuenit.* Dum ſerpens ſibilat mendacia, audiuntur, & veritate eneruantur; at ſi non ſibilet: ſed vtatur ſuſurro, nullo ſibi ſapiens prouidere quibit remedio: vnde fama, vitaque apud plures dente liuidiſſimo obſcuratur abrota, & abroditur lacerata, quin adhiberi poſſet medela, dum latet mordentis lingua: virus ſuſurro effuſum, & linguaci ſilentio armatum honoris ſubruit muros, & antea videas prorſus labefactos, quàm ſenſeris impetitos. Adhuc inuidum non ſolùm eſſe virtutum exterminium: ſed amplum dæmonum diuerſorium, vbi malitiæ dæmoniacæ fretus procreantur, & ſecuriſſimè aluntur.

Tilman.

100 Chriſto Domino accedit Scriba ex inuidorum grege diſcipuli ſpecie & tumentis veritate: *Magiſter ſequar te quocumque ieris.* Ac ſi dicat: Te ſequar, & quæcumque feceris, imitabor: nec enim tua opera virtutem excedunt humanam. Quid tunc Dominus? *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.* Ac ſi dicat: Ego in vobis non inuenium vel ſolum reclinando capiti locum, quia veſtris in cordibus adeo amplos dæmones nidos ſibi extruunt, vt pullos ſuos poſſint excludere, & procreare: vulpes veſtris in animis abſtruſas adeò foueas ſibi fecerunt, vt malitia ſecurè degat, & lateat. Ita Chryſologus ſerm. 19. *Antes hic quoque appellat dæmones in aere volitantes qui & ipſi in pectoribus Scribarum malitiæ ſuæ nidos fecerant, vbi tota nequitiæ ſuæ germina procrearent.* Alia vitia aliquam contubernalem non tenuunt admiſſe virtutem at inuidentia ſic virtutis excludit omne conſortium, vt inuidi cor ſolùm dæmonum ſit aſylum: vbi plures nidificant, & fœtus infeliciſſimos procreant: *Nidos fecerant, vbi tota nequitiæ ſuæ germina procrearent.* Certè inuidus dæmoniorum eſt receptaculum, promptuarium nequitiæ, doloſitatis miraculum, & totius virtutis exilium, dum inuidentia gliſcit malitia floret, & ratio prorſus elanguet.

Matth. 8. v. 19.

Chryſol.

§. XXIII.

Humilis de dæmonibus ſemper reportauit triumphum durumque inflixit tormentum.

105 HVmilitas beatitudinis æmula, dum neſcit factum, feliciter aggreditur inimicum verſutiæ quodammodò terminos ſupergreditur humilis, & dum in tuto locatur, hoſtem feliciſſimè aggreditur: *Beati pauperes ſpiritu*, aiebat Dominus, *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum:* iam cælicolarum ad inſtar pacatè degunt, & in hoſtem virulentum inſurgunt: *Quos felices Dominus*, aiebat Tertullianus lib. de patientia cap. 11. *niſi patientes nuncupauit, dicendo: Beati pauperes ſpiritu illorum eſt enim regnum cælorum. Nullus profectò ſpiritu pauper niſi humilis.* Humilis, quæ à malo collimantur, tela retorquet, & hoſtem ſtudio humilitatis eludit, eludendoque referit. In Samſonem rugiens fœuuſque leo obarmatur: *Apparuit Catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei.* Samſoni occurrit, qui teſte Hugone Cardinali interpretatur *Sol eorum*: ergo Solem aggreditur leo, ſi fortè de innato, acquiſitoque ſplendore cæcum poſſit deuorare, aut ſaltem ferire; verùm Samſon, qui nomini ſatis faceret, feram abigens, antriſque occludens illam diſcerpſit, ac fruſtatim diuiſit. *Dilacerauit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens, nihil omnino habens in manu.* Hugo Charenſis hac vltimâ clauſula putat deſignari humilitatem, qua leonis fortitudo euigoratur, & euigorata diſcerpitur: *Nihil habens in manu*, inquit, *id eſt nullum bonum opus ſe feciſſe reputans* Lucæ 17. *Cùm feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite: ſerui inutiles ſumus, quod debuimus facere, fecimus.* Ecce humilitas dum ſtudet operari, refragaturque præſumptioni, triumphum agit, & leonem in partes minutas diuidit: virtutes aliæ dæmonem affligunt; at humilitas non ſolùm diſtorquet; ſed diſcerpit.

Hugo.

101 Serpens vt vidit hominem paradiſi dominum animalibus præſidentem, Dei ſimilitudine nobilitatum, ad inuidiam incitatus eſt, & ſeruum cum Domino committere aggreditur: mulier ambitionis tumore inflata decerpſit pomum, & hauſit cum voluptate venenũ. Ridebat fortè diabolus cum Dei conſpurcaſſet imaginem, Deus verò, quò illum grauius referiret, homini ſimillimus aduentauit: *Cùm audiſſent vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad auram poſt meridiem, abſcondit ſe Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradiſi.* Adam fugit, ſed ſerpens obrigens etiam expauit: exprobrarat homini à præſumpta Deitate fuiſſe vſque ad terram deiectum; at Deus vt in exprobrantem tela verteret, humanâ ſtola indutus apparuit. Innuit Richardus Victorinus in allegoriis Tilmani: *Reiecit homo ad quam formatus eſt, ſimilitudinem diuinam: Deus è veſtigio conformauit ſe ad illam, qua homo transformauerat ſimilitudinem humanam. O qualis reformatio honoris! O qualis deterſio exprobationis!* Deus humili habitu ſerpentem torſit, & hominem humilitate eleuauit, vt dum humilitatis altius ipſa ambitionis temeritate præſumptioneque euehit hominem, dirè tortuoſum diſcruciarit ſerpentem. O quanta paſſus eſt verſutiſſimus dæmon, cùm Deum humana forma deambulantem aſpexit, & humana lingua loquentem vidit: humilitas namque diabolo ſemper inimicâ quæ vt ab eius degit iactibus libera, ita illũ præpilatis telis vulnerat ſemper aduerſaria.

Genes. 3. v. 8

Richard.

105 Moyſi ſeſe humiliter deijcienti, & ad legationem ineptum prorſus reputanti, virga, qua elementis imperet, conceditur, & olim paſtor Pharaonis Deus declaratur: *Ecce conſtitui te Deum Pharaonis.* Dei ad inſtar nequibat à Pharaone fetiti, cùm virga poſſet refractarium diuerberare: iá Moyſes tanatũ clamoribus pertinacẽ diuexat, iam agmine muſcarũ diſcruciat, iam ſcyniphes armat. Quod ſi quæras vnde tanta ad diſtorquendũ potentia

Exod. 7. v. 1.

Digitized by Google

Rupert. potentia respondebit Rupertus Abbas libro 1. in Exod. capite 26. ab humilitate exortam: *Quoniam tu mitissimus virorum pro tam glorioso negotio cum Pharaone dimicare, & cum regibus confligere te indignum ducis: atque hoc modo vsque ad nouissima terræ te deprimis: Ecce ego sustollam te super altitudinem nubium, faciamque te Deum, non quem ille fideliter adoret; sed quem seruiliter formidet, vt imperes aquis pro potestate Dei, vt ranas arces, vt imperes terræ ac cinifi, faciasque in rege & in exercitu eius scimphes & vesicas.* Quam potens erat Moyses in dæmonem, quàm durus in Pharaonem, cùm se humiliùs deijciebat, & abiectius humiliabat!

104 Dauid a dæmone, cuius Semei vices gerebat, impetitus linguam coercuit, & humilitatem arripuit: *Posui ori meo custodiam, cùm consisteret peccator aduersum me: obmutui, & humiliatus sum.* Cùm semper in armis sit inimicus, occasionem nactus Semei linguam, manusque in Dauidem armauit: dura lapidum grandine nisus est impetere, & simul impudentissima lingua ferire: Dauid corde latentem dæmonem intuiciens veternosaque calliditate lucrum sitire cognoscens, nempe ipsius blaterantis mortem, & iniuriam vindicantis stragem, vt gemino periculo occurreret, taciturnitatis se protexit clypeo, & in hostem humilitatis vius est gladio: *Humiliatus sum.* His armis blaterantem eius vestigia deosculari compulit, & intigatorem deiecit. Ita Ambrosius ad hunc Psalmum: *Videbat Dauid consistere aduersum se peccatorem, quando Semei maledicebat, & lapidabat regem suum, & clamabat: Exi vir sanguinum: nec enim tam præruptus foret, vt nec tanti regis reuerentia moueretur, nec armatum eius timeret exercitum, cùm vnus de exercitu eius conturbationem posset cidere; sed amentem diabolus fecerat, qui eum impellebat ad mortem: ideò Dauid aduersus auctorem magis præliabatur, quàm ministrum persequebatur.* Ea nonnunquam ministri audaciâ turgent, eâ temeritate insaniunt, vt diabolus ipse ad Dauidem petendum potius delegerit ministri vti audacia, quàm propriâ versutia; verùm Dauid patientiæ & magnanimitatis elogium se dissimulando vindicauit, & diabolum se deijciendo percussit: *Obmutui, & humiliatus sum.* Et quare? iam pro Dauide respondet Ambrosius: *Non gladio diabolus; sed Dei verbo vincitur: ideò tacet lingua hominis, Dei verbum loquatur.* Dum humilis sustinuit, dum magnanimus tacuit, vicit: est namque humilitas, omnique custodia durissimum contra dæmones telum, & si dici potest, intolerandum martyrium.

Pſal. 38. v. 2.

Ambroſ.

105 Diabolus, vt bonorum semper est æmulus, quam erga Iob inuidiam conceperat, falsissimis suspicionibus, conjecturis inquissimis explere nititur, aut alleuare conatur: ergo obtentâ à Domino facultate nihil non tentat, quo adamantinum virtutum murum suffodiat: nouit Iob se turbulentissimis ventorum flatibus agitari, horrisonis tentationum voluminibus impeti, vtque assequeretur victoriam, inuincibilem recurrit ad armaturam: *Tunc surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit.* verba sibi censeas aduersari, quandoquidem si surrexit; non iacuit, &, si iacuit, non surrexit: quomodo ergo eodem tempore ait surrexisse, & per tellurem reptasse: *Tunc surrexit Iob, & corruens in terram adorauit.* Difficultati respondet Origenes, corruisse videlicet in terram humiliatum, idem esse ac surgere valenter in inimicum. Ergo cùm oporteret prodire in campum, aduersarioque obuio pectore occurrere, se priùs humilitate, ac deiectione obarmauit, & iam armatus surrexit. Plurimis anteà Iobus incedebat virtutibus stipatus; at cùm à diabolo studiosiùs impetitur, abiectiùs, quò facilius inimicum vicerit, humiliatur: calluerat namque ab humilitatis armamentario fore desumenda spicula, quibus hostem vulneraret, & vinceret. Audi Origenem lib. 1. in Iob: *Nunc Beatus Iob totondit comam capitis sui, vt humiliaret se, vt subiceret; vt miseriam ostenderet.* Addit post aliqua: *surrexit ad prælium, prostrauit se ad precem: surrexit ad virtutem prostrauit se ad orationem: surrexit ad victoriæ perfectionem, prostrauit se ad coronæ acceptionem: nam & ante Imperatores, qui victores extiterunt, non stantes; sed deorsum adorantes coronam accipiunt.* Ea est humilitatis vis in dæmonem, vt Iob se tellure sternens, seque humilians iam coronâ donetur, resurgatque victor: ad speciem aduersarij egit partes comam tondens, vestem abiiciens; verùm dum se indignum non solùm circumfientibus externis bonis; sed ipso à natura dato capillamento professus est: non tam se expoliauit capillis, quàm verticem adaptauit coronis. In Iobum, etsi tot virtutum cohortibus stipatum viderit, dæmon acerrimam adortus est pugnam; at dum vidit profundissimâ humiliatate munitum, iam desperauit victoriam. Ergo ad humilitatis arma recurre, si cupis triumphos de hostibus reportare.

Iob. 1. v. 20.

Origen.

§. XXIV.

Pœnitentia sæuum diaboli inuenitur tormentum, eiusque virium prorsus excidium.

106 POenitentia dum quidquid in corde hominis ignorantia contaminat, verrit, & radit, ac foras proiicit, gratum pectoris domicilium superuenturo spiritui sancto parat, quo se cœlestibus bonis prædiuitem lubens inferat, & armatum fortem victum ac detriumphatum depellat. Versutus serpens in fraudis officina, quibus primos homines impeteret, cupiditatis ambitionisque fabricauit arma; verùm Deus ne inultus manserit inimicus, à primordio in semetipso quodammodò dedicauit pœnitentiam, grauissimam dæmoni semper mulctam. *Deus*, inquit Tertullianus lib. de pœnit. c. 2. *post tot ac tanta delicta humanæ temeritatis à Principe generis Adam auspicata, post condemnatum hominem cum sæculi date, post eiectum paradiso, mortique subiectum, cùm rursus ad suam misericordiam maturauisset, iam inde in semetipso pœnitentiam dedicauit, rescissa sententia irarum pristinarum ignoscere pactus homini, & imagini suæ.* Itaque Deus pœnitentiam seuit, ex qua dum hominis pullulat salus, acerrimè distorquetur dæmonis virus: Dei imaginem resculpit pœnitudo, & dum resculpit, æmulum altissimè ferit. Hinc fortè Deus, postquam hominem pellibus induit, antiquæ quodammodò dignitati restitutum agnouit: *Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* Pellitus pœnitentiæ auxilio

Tertull.

Gen. 3. v. 21.

imaginem reſculpſit, & diabolum de reformatione perculit: doloſè aggreſſus eſt Dei imaginem voluptate conſpurcare inimicus; Deus verò pro immortali ſua ſapientia hominem diuinæ ſimilitudini reſtituit, vt reſtitutus pœnitentiæ auxilio dæmonis eluderet verſutias, & graues eludendo infligeret pœnas. *O qualis reformatio honoris*, aiebat Richardus de ſancto victore in allegor. Tilmani. *O qualis deterſio exprobrationis!* Pellis lugentis habitus dæmonem diſcerpſit, & imaginem deterſa infamia reſculpſit. Hinc Samſon leonis diſceptor, & detrumphator, dum lugens peccata proditur: *Dilacerauit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens.* Quo dilacerauit? Peccata plangendo, & culpas, vt deleret, conſiderando. Ita Hugo Cardinalis moribus hiſtoriam adaptans: *Iuſtus diabolum fruſtatim deuorat: quoniam peccata ſingula conſiderans deflet, & emendat.* Fletus, morumque emendatio leonis inuenitur diſcerptio, quandoquidem non potuit verſutiſſimus leo fruſtatim non diſcerpi, dum conſtabat vitam hominis auxilio pœnitudinis integrari: eſt namque pœnitentia aduerſum diabolo fatum, naufragium luctuoſum, manifeſtum excidium, ſæuum tormentum. Ergo leo à Samſone diſcerpitur, dum culpa pœnitudine abigitur. Si in truculentiſſimam feram optas irruere, ſi triumphum Samſonis ad inſtar agere, armis pœnitentiæ vtere, quibus hoſtem ſine dubio triumphabis illæſus, fulgebiſque exuuiis honeſtiſſimis diuitatus.

Richard. Hugo.

107 Exod.3.v.9. Moyſes Deus Pharaoni datur, & redemptor populo adſcribitur: *Veni & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael de Ægypto.* Inquirunt Patres cur Moyſem præ Aarone delegerit, & cur diuinitatis honore nobilitarit: *Ecce* inquit, *conſtitui te Deum Pharaonis.* Sanè quem Pharao timeat, quem exhorreat, certè cùm poſtea Angelus nubis columnæ inſidens populum duxit aſſerente ſcriptura: *Dominus præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis.* Inuerſus videtur ordo: nonne opportunior eſſet Angelus ardentiſſimas flammas eiaculans ad Pharaonis duritiam emolliendam; & audaciam ac temeritatem frænandam, quàm Moyſes lingua blæſus, & loquela tardus? Mittatur ergo Angelus, vt dignas Pharao ſubierit pœnas, quando tot tantaſque tyrannica ſæuitia affligendo populum perpetrauerat culpas. Imò, inquit Abbas Cellenſis lib. de panibus capite 12. vt dignas Pharao dederit pœnas, non Angelus mittitur; ſed Moyſes delegatur. Moyſes namque aqua interpretatur. Ergo dæmoni, Pharaonique durior eſt lachryma, quàm flamma. Angelus poſſet hoſtem deterrere, non captiuorum ſordes abluere; at lachryma vtrumque præſtat, & dum culpas abluit copioſius, inimicum adurit acriùs. Audi Cellenſem; *Sathan tolerabilius ſuſtinet flammam ſuam, quàm lachrymam noſtram, acriuſque contriti cordis lachrymâ, quàm flammâ infernalis incendij torquetur.* Aaron non eſt lachryma, nec Angelo lachryma eſt: eſt Moyſes, vt qui de aqua nomen accepit. Ergo Moyſes miſſus eſt, & dum ſua populus lachryma liberatur, diriùs Pharao, quam vibratis flammarum globulis diſtorquetur. Clemens Alexandr. in adhortator. ad gentes, nihil aliud ait adeò curaſſe dæmones, quàm luctus in deorum Cantica transferri: timebant namque vti præſentaneum venenum luctum: *Mihi quidem videntur & Thracius ille Orpheus, & Thebanus, & Methymnæus viri quidam non viri fuiſſe; ſed deceptores, qui præcentu muſicæ vitæ perniciem afferentes artificioſis quibuſdam præſtigiis ad corruptelas dæmoniacè incitantes, probra orgiis celebrantes, luctus in deorum cantica traducentes primi deduxerunt homines ad ſimulachra.* En vt dæmonum addicerent homines ſeruituti, lachrymas abſtulerunt, animoſque ne in luctum prorumperent, pernicioſa melodia exhilararunt: nouerat namque dæmon ſe vel eoibratis ab Angelo flammis arripuiſſe fugam, fluentis tamen ſuperuenientibus naufragij ſuſtinuiſſe miſeriam: eſt enim pœnitentiæ lachryma dæmoni dutiſſimum fatum, naufragium certum, non tolerandum exitium. Ergo in pœnitentiam armatur, quæ ſi vigeat, opus eſt quòd ipſe pereat.

Exod.7.v.1. Exod.13. v.21. Cellenſ. Clem. Alex. Chryſol.

Erunt, aiebat Iſaias de pœnitentibus, *capientes eos, qui ſe ceperant, & ſubicientes exactores ſuos.* Vt peccator vinculis conſtrictus ſubiiciebatur dæmoni, ſic dæmon vice verſa vinculis conſtringitur, & à pœnitentia premitur: eſt enim pœnitentia duriſſimum diaboli vinculum, cruentum flagellum. Nihil ſic timet: quia nouit rupto Chriſti Domini latere poſt ſanguinem aquam efluxiſſe, vt ſi forte quod emundarat ſanguis, iterum maculet culpa, poſſit aqua diluere, & candorem inſtaurare: *Subiicient exactores ſuos*, inquit Hugo Cardinalis, *pœnitentia.* Diabolicus exactor pœnitentia ſubiicitur illigatus, & tanquam verſutiſſimus ſeruus conſtrictus: pœnitentia namque dum captiuos homines liberat, captiuantes dæmones damnat: miſeram dæmon regnante pœnitentia patitur ſeruitutem, & anxiam non poteſt non ſubire calamitatem.

108 Iſai.14.v.2. Hugo.

Chriſtus Dominus dæmonem depulſurus à puero, patris exegit fidem: *Si potes credere, omnia poſſibilia ſunt credenti.* Pater fidem ſuam attulit, & clamorem ſingultumque adiunxit. Et continuò exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat: *Credo Domine.* Clamore patris adeò dæmon perculſus eſt, vt non ſolùm diſceſſerit; ſed clamarit: *Exclamans, & multum diſcerpens eum exiit ab eo.* Ecce mutantur vices: antea quàm clamor pueri patrocinaretur ſaluti, dæmon non clamabat; ſed ridebat; at vbi clamor in campum proceſſit, eiulans ac deiectus aufugit: *Exclamans exiit ab eo.* Non poterat dæmon non clamare, vbi lachrymarum in ipſum pugnabat copia; & clamoris armabatur efficacia: clamor clamore genitus eſt, & qui flammas puero excitabat, vt perderet, lachrymas, quibus ipſe periret, tulit: *Pateſcunt clauſa*, inquit Chryſologus ſerm. 52. *vincula ſoluuntur, ſermo redditur, auditus redit, homo reparatur, & ſolus diabolus deflet diuturna ſe poſſeſſione detruſum.* Hominis luctus luctum diabolo attulit, nec poterat non clamare, qui lachrymis experiebatur depelli: lachryma pro ſagitta eſt, & quot ex oculis erumpunt lachrymæ, tot confodiunt diaboli interna ſagittæ: vnde ſi vis honeſta vindicta diabolum repercutere, funde lachrymas certus quòd illi duriſſimas infliges plagas & pœnas.

109 Marci 9. v.23.

Nabuchodonoſoris miniſtri, vt Bethuliam caperent, aquæductum inciderunt: *Incidi præcepit aquæductum illorum.* Nec his contentus eſt Holofernes; ſed fontes omnes milite copioſo muniuit,

110 Iudith.7. v.6.

Digitized by Google

muniuit, ne aqua Bethulienſibus eſſet: *Conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes.* Vbi deficiebat aqua, iam Holoferni arridebat victoria. Quid tunc? Iudith in lachrymas & clamores effuſa Ægyptiorum naufragio memorato aiebat: *Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos: ſic fiant & iſti.* Certè oratio videtur ad ſpeciem imprudens: ſi non ſunt in Bethulia aquarum torrentes, quomodò Holofernis exercitus quiuerit fluentis impeti, & abſorberi? Perierunt Ægyptij; ſed mari; aſt Aſſyrij mari nequibunt perire, quia conſtat Bethuliam aquis carere. Vide quid ipſa fecerit: *Poſuit cinerem ſuper caput ſuum, & proſternens ſe Domino, clamabat ad Dominum.* Iudithæ lachrymæ pro diluuio fuerunt, vtque Ægyptij marinis fluctibus ſubmerſi, ſic Aſſyrij & ſingulibus ſunt abſorpti: vnde oratio non ſolùm fuit prudentiſſima; ſed euentu fortunata. Adeſt Ambroſius lib. de viduis, & apud gloſſam: *In promptu ſunt lachrymæ redemptrices... paratus eſt mœſtitudini animi fletus oculorum, miſericordiam conciliat, laborem minuit, dolorem alleuat.* Fletu Iudith hoſtes ſubmerſit, & illorum vires attriuit.

Iudith. 9. v. 8.

Ambroſ.

§. XXV.

Virtutem colenti pericula imminent ſpecie truculentiſſima; ſed re inania.

111 MVlta ſunt quæ fallunt viſum, quæque fallis replent terroribus inexpertum. Certè virtus amplectenda eſt, etſi ineſt carnifex, etſi diræ et tortor, etſi conſumat ardor. Audi ex Seneca epiſt. 66. *Ad omne pulchrum vir bonus ſine vlla cunctatione procurret: ſtet illic licèt carnifex, ſtet tortor, atque ignis: perſeuerabit, nec quia paſſurus; ſed quid facturus ſit, aſpiciet, & ſe honeſta rei tanquam bono viro credet, vtilem illam ſibi iudicabit, tutam, proſperam.* Apud virtutis ſtudioſum eundem locum habebit honeſtas, ſiue benignius à fortuna tractetur, ſiue ſortis iniquitate prematur: verùm ne quis terriculamentis angatur, & ludicris terroribus diuexetur, ſcire oportet, vt in plurimum in virtutem inſurgere pericula facie ſæuiſſima; ſed re inania: nam quos dæmon nequit vi auertere, terriculamentis ſatagit impedire; at ſi exerant animum, ſi deſpexerint metum, inuenient diſcrimen fuiſſe vmbratile, inane periculum, verum trophæum. Ecce Samſoni Chriſti imaginem gerenti, & ſponſam ſibi de gentibus procuranti leo occurrit, qui horriſono rugitu animum percellebat, & truci aſpectu fortitudinem ad ſpeciem expectorabat; verùm qui deterrebat leo, dum Samſon intrepidè illum adoritur, hœdus inuentus eſt: fuit hœdus triumpho, qui leo obiiciebatur impedimento: *Apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem Spiritus Domini in Samſon, & dilaceranit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens nihil omnino habens in manu.* Muris hiſtoriæ coloribus quid virtutem adeunt contingere ſoleat, depinxit, & declaranit. Difficultatum confuſa volumina obſiſtúteræ truculentiſſimæ ſæuiunt: nihil eſt quod terrorem non ingeminet; verùm omnia vti lauara, facilè euaneſcunt, & quæ videbantur omnem vincere fortitudinem, manu vincuntur inermi. Ita Abulenſ. q. 10. *Non fuit maioris difficultatis Samſoni dilacerare leonem, quàm vnum hœdum tenerum, cuius dilaceratio ſatis facilis foret.* Leonis truculentia tranſiuit in hœdi mollitiem, & Samſon inuenit hœdum ad triumphum, qui leonem inuenerat ad obſtaculum. Metus vincendus eſt: vtitur namque gigas ille Goliat pro armis intempeſtiuis minis, affectata truculentia, vmbratilique ferocia; at ſi illum paſtor aggrediatur, ſine difficultate proſternet, & primo congreſſu vincet.

Seneca.

Abulenſ.

112 Mardochæum illicitam Amano adorationem nullatenus exhibentem ſæua tempeſtas adoritur: *Cùm audiſſet Aman, & experimento probaſſet, quòd Mardochæus non flecteret ſibi genu, nec ſe adoraret, iratus eſt valde.* Ambitionis ira eam excitauit procellam, quæ Iudæos omnes miſero videretur traditura naufragio; verùm tota hæc calamitas Eſther 11. vocatur ſomnium: *Hoc eius ſomnium fuit: Apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio ſuper terram, & ecce duo dracones magni, paratique contra ſe in prælium, ad quorum clamorem cuncta concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum, fuitque dies illa tenebrarum, & diſcriminis, tribulationis, & angustiæ, & ingens formido ſuper terram.* Inquires quomodò calamitas adeò ſæua dicatur ſomniata, quandoquidem cunctos Iudæos in copioſas lachrymas futos vtit, Mardochæumque ſacco ſordeſcere, & cinere deſœdare iuſit. Expende, amabo te, vnde fuerit tempeſtas orta, nempe ex virtutis ſtudio: nam cùm Aman diuinos ſibi honores ambiret, Mardochæuſque exhibere recuſaret, furit, gliſcitque, & procellas ad ſpeciem nunquam ſedandas nititur inuehere, quibus Iſraelitas omnes ſupplicio affectos poſſit expungere. Ergo iure refertur ſomnium: quia licèt tantiſper vexarit, in tranquillitatem fluctus tranſiuit: *Lux*, inquit, *& Sol ortus eſt, & humiles exaltati ſunt, & deuorauerunt inclytos.* Siue Amani felicitatem ſpectes, ſiue calamitatem expenderis Mardochæi, ad inſtar ſomnij fuiſſe reperies: Amanus namque quàm citò honore nudatur, & ſtipiti non deponendus affligitur: *Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod paranerat Mardochæo.* Ecce refertur appenſus, cùm hoc in capite non referatur depoſitus; ſe contra verò Mardochæus tantiſper ſacco ſordeſcit; ſed & Tyria purpura in longa tempora fulget: *Mardochæus autem de palatio, & de conſpectu regis egrediens fulgebat veſtitus regijs, hyacinthinis videlicet, & aerijs, coronā auream portans in capite, & amictu ſerico pallio, atque purpureo.* Nonne vides felicitatem Amani ad inſtar ſomnij euaniuiſſe, & Mardochæi afflictionem regio ſtabilique honore adueniente euolaſſe? Nec mirum, quandoquidem omnia illa diſcrimina in virtutem armabantur, nec poterant non eſſe phantaſtica, vt & gaudia & præmia vera: *Ex ſuperbia ſua volebat ſibi arripere honorem diuinum*, inquit Lyra de Amano, *faciens ſe adorari tanquam Deum, & hoc erat ſibi illicitum.* Itaque Mardochæus, ne committeret in religionem erratum eſt amplexatus periculum. Verùm etſi tempeſtas horriſona ingruerit, etſi aerius adſpirauerint venti, etſi gliſcerent inimici, totum fuit ſomnium, & ſomnium, verùm tranſiuit in gaudium.

Eſther 5. v. 5.

Eſther 11. v. 5.

Eſther 7. v. 10.

Lyra.

113 Tendebat Tobias Raphaele comite, vt iuſſionem patris impleret, cúmque itineris labor, campique iuxta Tigrin adiacentes requiem placidam promitterent, tantiſque ad recreandos animos

animos ſubſtiterunt : iunior , vt qui delicatè innutritus pedes itineris calore defatigatos abluere aggreditur,verùm dum breuiſſimum exiguumque lectatur oblectamentum , magnum ſibi ad ſpeciem excitauit periculum : aquatile namque monſtrum proſiluit , & ad iuuenem deuorandum hiauit : inopinum aquatilis monſtri conſpectum Tobias exhorruit , cúmque præcepti allapſu ad ſe deuorandum innatare aduerteret, anxiis clamoribus auxilium ab Angelo poſtulauit : *Expaueſcens Tobias clamauit voce magna dicens : Domine inuadit me.* Arabs tranſtulit : *Exhorruit & clamauit voce magna : O Domine mi, irruit in me piſcis ad deglutiendum me.* Qualis fuerit piſcis , quærunt interpretes , omneſque fatentur fuiſſe corpore vaſtum , feritate truculentum : Angelus adoleſcenti vires indidit, eamque inſpirauit audaciam , vt branchiam apprehendere non horreret : *Apprehende branchiam eius , & trahe eum ad te. Quod cùm feciſſet , attraxit eum in ſiccum , & palpuare fecit ante pedes eius.* Quam dextere apprehendit , quam facile extraxit , quam piſcis palpitare ſubitò cœpit ! Certè , ni ſcriptura aſſereret , ſomnium potius cogitares , quam triumphum , quandoquidem ea facilitate reportatus eſt , vt non videatur opere geſtum ; ſed ſomnij penicillo depictum : verùm vt noueris quam virtutem ſectanti horriſona ad ſpeciem occurrant pericula , quámque ſint reipta phantaſtica , horrendus piſcis dum branchiam immanius dilatat , ad incutiendum metum , qua extrahatur , iuueni præbet ad triumphum. *Ecce piſcis immanis* , inquit Gloſſa moralis , *id eſt crudelis , propter quod per ipſum diabolus ſignificatur , trahitur in ſiccum , & exenteratur.* Exenteratus piſcis eſt cibus ; antequam exenteraretur , horribilis erat metus : timore voluit impedire pugnam : quia nouerat ſtrenuum militem Deo adiuuante facillimè conſecuturum victoriam. Nonnulli tradunt hunc piſcem fuiſſe ballenam : ſententiam non approbo : ballenas namque carere branchiis compertum eſt ; verùm ſi ballena fuit , compone Ionam cum Tobia, videbiſque ſolum deglutire dormientem , non ad Dominum clamantem : vmbratilis quodammodo erat corporis proceritas , feralis immanitas ; ſed Tobias , dum non refert ab incepto , pedem, dum clamat , facili negotio triumphat. Adde virtutis cultorem periculis ad ſpeciem immanibus impeti ſolùm ad triumphum , nec ſortiri vires ad nocumentum.

Tob. 6. v. 3. Arabica.

Gloſſa.

114 Danielem à rege expoſtulatum æmuli , quos ipſe à morte eripuerat , leonibus citiſſimè ad ſpeciem diſcerpendum tradiderunt , vt vitâ priuarent , & ſepulchri ſimul memoria : *Miſerunt eum in lacum leonum* : leones circumſtabant prophetam ; ſed ab Angelo prohibiti , & retardati : *Deus meus miſit Angelum ſuum , & concluſit ora leonum , & non nocuerunt mihi : quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me.* Validioribus conſtabat viribus vnicus , quem Daniel pro ſe habebat , Angelus ad feritatem belluarum reprimendam , quàm tot belluæ ad prophetæ necem perpetrandam. Cenſeres in momento deuorandum, & deglutiendum ; erant verò leones pictorum ad inſtar : militabant triumpho , & erant longiſſimè à detrimento : facile fuiſſet Angelo Danielem extrahere , vt etiam belluas abigere; maluit tamen oſtendere , niſi ipſe titubet , ſuiſque periculis patrocinetur , eſſe inania , quæ virtutis cultori occurrere ſolent ſpecie truculentiſſima. Opportunè Theodoretus orat.6. *Præſantiorem me oſtendit* (Deus) *quàm cui poſſent leones nocere, potiuſque leonum imagines,quam leones mihi obtulit.* Pueri ad laruarum conſpectum trepidant, exhorrentque , qui tamen ſi accederent , perſonamque detraherent , fratrem , aut amicum inuenirent. Ergo iuſtis laruata occurrunt pericula, quibus ſi confidens Dei gratiâ viriliter acceſſeris, laruamque detraxeris , inuenies ſpecie ſolum procreatum metum ; reuera tamen fuiſſe terriculamenta , & inania ſolùm pericula. Quàm erraſſet Daniel,ſi leonum metu à virtute & religione deſciſceret ! Quàm prudens fuit,dum ſpeciem immanitatis deſpexit : inuenit namque ad triumphum leones,ad periculum leoninas ſolùm imagines: *Potiùs leonum imagines,quàm leones mihi obtulit.* Cape animos nec à virtute ob terriculamẽta diſcedas. Occurret tibi fortè egeſtas qua ſi hoſtis armatus; ſcit tamen Dominus pugillum farinæ in alimenti fontem vertere, & exiguum oleum incrementare.

Theodoret.

Daniel.6. v.16.

§. XXVI.

Triumphos priùs debet de dæmone reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere.

QVi exerceret, quod in aliis condemnat,ipſe ſe accuſat , & irrito vt plurimum ſudore laborat : linguæ præſumptio vim ab actionibus mutuatur , ne prolunt labra , ſi contradixerint opera: *Quid in aliis damnem*,aiebat de iudicibus Caſſiodorus 9. var. 18. *ſi ipſi ſe in honeſta contagione commaculent* ? Qui à cædis non temperauit inſania, nequit frænare ſæuitiam,aut cohibere inſolentiam. Legis violator ad perſuadendum inuenitur viribus nudus . & in vitium exarmatus , quandoquidem linguæ robur promanat à manu : qui depellendis criminibus deſignatur , reportatâ priùs de dæmone victoria laudabiliter coronetur:latus namque triumphus præſtat ſermoni efficaciam , linguæque energiam. Hinc liquorem , quem Deus producendis animabus deſtinarat, omnis caliginis expertem oſtendit ; imò nobilitatum facto ſpiritu declarauit teſtante ſcriptura : *Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Quod acutè adnotauit Tertullianus lib.de baptiſmo cap.3. *Solus liquor ſemper materia perfecta.* Addit : *Primis aquis præceptum eſt animas proferre* Nequiret liquor animas in cœlum tendentes proferre,ni cœleſti ſpiritu conſtaret ornari. Hinc , vt Samſon nomen ſuum impleret , & ſponſam de gentibus ſibi deceret , priùs in quem inciderat , leonem deuicit,& iam coronatus nobili triumpho valuit lucem impertiri cæciſſimo Philiſtæo : *Cùm veniſſent ad vineas oppidi , apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens,& occurrit ei : irruit autem ſpiritus Domini in Samſon,& dilacerauit leonem.* Opus fuit leonis exuuiis redimiti,vt ab erroribus ac dæmonum cultu Sponſam,hoc eſt, animũ valeret extrahere.Et certè ſi à leone fuiſſet percuſſus,ſponſæ non fuiſſet ſocietate nobilitatus: *Samſon*,inquit Hugo Cardinalis, *Sol eorum interpretatur.* Addit : *ſic iuſtus diabolum fruſtatim deuorat.* Iuſtus,qui cæcis lux deligitur, victis leonibus coronatur , & reportata de vitiis victoria in vitium molitur bella.

Cæſſiod.

Gen.1. v.3. Tertull.

116 Iacobus cùm ad Nepthali benedictionem veniſſet , ſic aiebat : *Nepthali cerua emiſſus , & dans*

Geneſ.49. v.21.

Digitized by Google

dans eloquia pulchritudinis. Mira res, vt eloquij pulchritudinem dignis commendaret elogiis, ceruorum ineſſe teſtatur, & commendat ingenium: *Cerui emiſſus.* Ipſa comparatio nos cogit ceruorum indagare naturam, quam mirè appoſitéque explicuit Gregorius Magnus lib. 3. moral. cap. 9. Ipſum audi: *Ceruorum moris eſt inuentos ſerpentes extinguere, eorumque membra morſibus dilamare.* Vt pulchrum ſortiretur eloquium, imitatus eſt ceruorum ingenium: diſcerpſit ſerpentem, morſibus lacerauit, vt eloquium rubentibus ſerpentino ſanguine labris prolatum ſemper fœcunditate radiaret pulchrum: *Per Nephthali, qui dilatatio interpretatur,* inquit Gloſſa moralis, *conuenienter prædicator diligens intelligitur, qui per ſpirituales filios dilatatur.* Non ſunt Nephthali verba euanida, non excidunt infructifera: quia antequam pulchrum proferat eloquium, cerui ad inſtar ſerpentinum dilacerat inimicum. Ergo reportatus de gehennali ſerpente triumphus ea energia fœcunditateque adornauit linguam, vt pulchram filiorum Chriſto peperit copiam. Prædicator, qui vti emiſſus ceruus, nullis cupiditatum retibus impeditus, nullis vitiorum compedibus illigatus montium verticem inhabitat, & filios ingenuos procreat. Ergo quicumque eloquiis pulchris fœcundari deſiderat, ceruorum more ſerpentes dilaceret, & dilaceratis triumphet: ſummè namque conducit accepta de ſerpente victoria, vt pulchreſcant prolata verba.

Gregor. Gloſſa.

117 Tendebat Tobias Angelo aſſociatus commodatam cognato pecuniam repeturus, cúmque peruenisſet ad Tygrin pedeſque itineris puluere ſordidatos vellet abluere, ingens ſubiit periculum: aquatile namque monſtrum illum inuaſit; verùm adoleſcens Angeli conſilio animatus, apprehenſa branchia piſcem eduxit, & iam periculum verſum eſt in alimentum: *Exenterа hunc piſcem,* monet Angelus, *& cor eius, & fel, & ſetur repone tibi: ſunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtiliter.* Tobias laudabili curioſitate rogat ad quid reſeruata proſint: Cui ſic Angelus: *Cordis eius particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, ſiue à viro, ſiue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos, & fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & ſanabuntur.* Priuſquam cæcitatis explicaret remedium, in dæmonem explicuit valere fumum. Miraberis Tobiam domum non repetiiſſe albuginem ex paternis oculis depulſuram, quandoquidem ſatius, conducibiliuſque erat patri reſtituere viſum, quàm aurum. Sed eſto Tobias non animaduerterit, cur illum Angelus non admonuit? Domum repetant, parenti lucem refundant, tuncque iter proſequantur inceptum, vt repetiuerint aurum. O ſapientiam immortalem! habet Tobias, quo medeatur cæcitati; opus tamen prius eſt triumphum de dæmone reportaſſe, quo ſic valeat lucem cæcis oculis infudiſſe. Et fortè ſi inuerſo ordine niteretur lucem infundere, antequam fumo dæmonem extricaret, irrito conatu tempus tereret, nec oculos aperiret. Ergo priùs depellat dæmonem, vt iam coronatus triumphis lumen refuderit oculis. *Ducitur,* inquit Tilmanus in allegor. *captiua captiuitas, thalamus purgatur, liberatur domus, Sara ſine periculo traducitur; pater miratur myſterium agnoſcens.* Agnouit cæcus, ad expungendam cæcitatem quàm maximè conduxiſſe captiuitatem captiuare, & inimicum expungere. Con-

Tob. 6. v. 6.

Tilman.

ſonat allegoriæ Hugo Cardinalis: ait namque in piſcis carnibus peccatores deſignari, qui Sale ad ſapientiam condiuntur, & ſacris ignibus vſtulantur: hoc tamen totum eſt piſce deuicto, & detriumphato: alioquin ni Tobias immanem illam belluam deuiciſſet, ab ea carnes Sale condiendas nullatenus ſeparaſſet: *Aſſauit carnes eius, & ſecum tulerunt in via, cætera ſalierunt.* Accipe Hugonem: *Aſſauit igne Spiritus Sancti carnes, id eſt, carnales, qui de membris diaboli facti ſunt membra Chriſti.* Deuicto piſce, eius immanitate ſuperata carnales facile traduxit Tobias in Chriſti membra, nec traduceret, ni coronatus victoria. O quam plures laboramus concionatores, quàm inſudamus ſine fructu! fortè quia inuadentem nos belluam non vincimus, vt ab ea carnes eruamus.

Hugo. Hugo.

Quàm oporteat concionatorem florere virtute, & morum adornari concinnitate, explicuit ſacer textus hiſtoriæ penicillo: Obnoctauerat Petrus vndas diuerſis retium iactibus diuerberans, & fatigans; verùm poſt laborioſas vigilias, poſt indefeſſas curas nil prendidit: nec mirum, cùm tunc Chriſtum Dominum non acceperit in ſcapham. Dominus poſtà Scapham intrat. Petrumque iubet committere mari retia: *Laxate retia veſtra in capturam.* Cui Petrus: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.* Vno iactu eam piſcium copiam concluſit; vt lucrum tranſiret quodammodo in detrimentum: *Cùm hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam; rumpebatur autem rete eorum.* Quàm ingens erat diſcrimen inter petrum ſine Domino retia laxantem, & iam aſſociatum Domino committentem: longas duxit vigilias, omni arte ſtuduit piſcationi, omni induſtria retia iactauit, piſcium tamen carebat fructu, & laboris prouentu; at vbi Chriſtum ſecum habens laxauit filia, iam piſcium exundat copia: idem erat rete, piſcator idem, tempus, quo infudauerat piſcium capturæ vtpote nocturnum omnique ſtrepitu liberum videbatur opportunius, irritus tamen fuit labor: quia nondum ſecum habebat Dominum; at dum Scapham inhabitat Chriſtus, piſcium exundat multitudine, & exiguo certè labore. Tertullianus lib. de baptiſmo cap. 1. peccatores piſcibus adumbrari teſtatur: *Nos piſciculi ſecundum ἰχθὺν noſtrum Ieſum Chriſtum in aqua naſcimur:* Ex cœno educuntur peccatores, dum adeſt Chriſtus piſcanti. Conſonat Ambroſius ad hunc locum: *Domine,* inquit, *ſcio, quia nox mihi eſt, quando non imperas: nemo adhuc nomen ſuum dedit, adhuc per noctem labore; miſi iaculum vacis per epiphaniam, & adhuc nihil cepi.* Adnectit; *Non hoc humana facundia opus; ſed ſuperna vocationis eſt manus: cedunt diſputationes hominum, fide ſua plebs credit.* Dum Petrus fide rutilat, dum præceptis Dominicis obſequens radiat, piſces capit: nihil ceperat expolita facundia, nil cincinnata rhetorica, nil calamiſtrata ſapientia: hic namque fructus non eſt facundiæ; ſed obedientiæ: qui piſces Euangelico teti deſiderat expiſcari, adhæreat Chriſto, non inſudet florido vt euanido eloquio.

118

Luc. 5. v. 5.

Tertull.

Ambroſ.

§. XXVII.

Difficulter se quis à quæsitis periculis explicabit, occurrentia facilius vincet.

119 VBicumque circumstant multiformia virtutum pericula, verùm quamplurimum interest, vtrum te adeant, an tu adieris illa: quisquis periculo accedit spontaneus, ipso accessu prudentiam abigit fortitudinem eurgorat imbecillitatem creat: Seneca. *Necessitas*, aiebat Seneca de tranquil. animi c. 10. *fortiter ferre docet.* Quid? obuios labores, occurrentes difficultates; at si quis in pericula incidit spontaneè, si sibi vincula iniecit, non facilè se extricabit, testante scriptura: Qui amat periculum, peribit in eo. Huius veritatis testis est Samson, qui à fœmina hostibus est traditus, & vinculis compeditus: Iudic. 16. v. 21. *Duxerunt Gazam vinctum catenis.* Quem à fœmina vides traditum, leonis inuenitur discerptor: Dilacerauit leonem quasi hœdum in frusta discerpens. Quod si discrimen inquiras, leonem reperies vianti occurrisse: *Occurrit ei*, Samsonemque ad fœminam declinasse: *Post hæc amauit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec.* Fœmineis extricari nequiit dolis, qui leonis est coronatus exuuiis: nec mirum, quando in alterum periculum incidit, & ipse periculum alterum adamauit: *Separauerat se Samson à parentibus suis,* Lyra. scribit Lyra, *pro aliqua necessitate, & tunc occurrit ei leo.* Addit post aliqua: *Propter quod occurrente leone dicitur hic, quòd irruit in eum spiritus Domini, id est, motus illius fortitudinis.* Inopino occurrenteque periculo laboranti adfuit Domini spiritus; at recessit fortitudo, Deique spiritus à se in pericula coniiciente: vt noueris quàm alius sit homo periculis impetitus aut vltro discriminibus traditus.

120 Abraham Iephteque de filiis Domino præparant holocaustum; sed diuerso valde successu: Deus, vt quo erga eum Abrahamus amore raperetur mundus agnosceret, hostiam de filio parare iubet: Genes. 22. v. 2. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum.* Paruit deuotissimus Abraham constructa arâ, compositis lignis, victima iam ligata, ferrum exerit, & armatam ense sublenat manum; sed vox eius, qui victimam postulauerat, contra dicit. Itaque gladio iugulauit non vnigenitum; sed periculum, ingentissimum adeptus præmium; *Multiplicabo semen tuum sicut stellas.* Vides de ipso amittendi filium discrimine scaturire filiorum examina, & lucidissima sydera. Transi modò ad Iephte, qui cùm in holocaustum Dominos, quidquid sibi victori primum occurreret, deuouisset, filiaque obuiasset eam litauit: Iudic. 11. v. 39. *Expletis duobus mensibus reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut voverat.* Quærunt Patres, cur qui periculum Abrahamo conuertit in gaudium, Iephte non abstulerit etiam periculum? varia varij enucleauere mysteria; nostræ tamen thesi opportunissimè Prosper de promission. part. 2. cap. 20. Prosp. *Iephte temeraria præsumptione votum vouit, quod si inimicos vincere contigisset, quidquid ei primitus ex domo sua obuiam fieret, offerret in sacrificium: cuius audacia hoc modo correpta est.* Subnectit: *Queritur fortasse, cur non ei præcaperit Deus parcere debere vnica filia, sicut Abrahæ vnico iussit, vt parceret filio.* Quæstioni respondet: *Primo quod Deus non poposcerat à Iephte tentando eum sicut ab Abraham, sed his sponte venit, non vt dixi tentatus à Deo, sed ipse quodammodo tentans Deum.* Iephte imprudenti autem in periculum se coniecit: Abrahamo periculum inopinè occurrit: vtque notum omnibus sit, quam alius sit euentus ab occasione præuenti, & occasionem solicitantis, Iephte non euasit periculum, Abraham est consecutus trophæum.

Dauid à rege vocatus, & à patre missus palatium intrat, & Lyræ pulsu contra dæmonem depræliatur: ille vt vices rependeret, hastam iuadet furenti contorquere, & salutis auxilium sibi de medio studiosè tollere: *Dauid psallebat manu* 1. Reg. 18. *sua, sicut per singulos dies, tenebatque Saul lanceam, & misit eam putans quòd configere posset Dauid cum pariete, & declinauit Dauid à facie eius secundò.* Semel & iterum dæmonis technas frustraut, & captiosos dolos elusit. Transi modo ad ipsum Dauid, qui cum quadam die, regiè epulatus merediana se obambulatione obiectaret, oculos iniecit in mulieris se lauãtis pulchritudinẽ, & cupiditate captus, quæ esset mulier scire voluit curiosus: *Misit rex, & requisiuit, quæ esset mulier:* 2. Reg. 11 carâ curiositate delinquens latus dæmoni aperuit v. 3. quo illũ vulneraret ac de virtutis culmine deiecit: *Dormiuit cum ea.* Ecce diaboli telo miserabilius succumbit prostratus, quam telo semel & iterum iacto confœderetur transfixus. Iam si quæras quomodo parum distantem non potuit dæmon ferire, cum longe diffitum potuerit conuulnerare: respondebit Seleucientis Basilius ipsius oculis pro telo vtum. Quam ergo occasionem curioso aspectu curiosiori inquisitione ipse quæsiuit, non inuulneratus et alit; at dum occasio inuadit munera sui satisfacientem, obedientem patri, in dæmonem iacentem cantum, frustratur dæmonis telum. Nocentior illi fuit otiositas, quàm dæmonis virulenta peruersitas, pulsando vicit, otiando deiectus est: *Cum regiè Dauid* (verba sunt Basilij orat. 17.) *epulatus esset, ac pollicibili mensa emollitus animo meridiana sese oblectaret ambulatione, tunc diabolus animi, curaque vacuum remissum conspicatus... Optimatem furtim cadit ipsis iusti oculis vsus pro telo.* Curiosus intuitus deiecit, quem inimicus iacto semel & iterum telo non percussit: hanc enim sibi ipse occasionem parauit, alterum tulit. Basil.

Susanna castitatis decus, fœminarum honor, 122 pudicitiæque splendor à duobus senibus prodigiosa libidine adustis obseruatur, & imprudenter impetitur: illa nec blanditiis emollita, nec minis deterrita, nec occasione suasa elegit honestam adire mortem, ne exerceret turpitudinem. *Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos vi-* Dan. 13. *det* (aiebant senes) *& nos inconcupiscentia tui sumus: quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quod fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te.* Duplici pudicitia obsidione premitur, timore, & cupiditate: amœnus locus, hortus deliciosus famulabatur intemperantiæ, Susannæ ætas, ritualium auctoritas causam agebant libidinis; verùm rupit castitas per ipsius castitatis ignominiam, & ipsam transgressa est vitam: *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini.* Vides in horto fœminæ inuictam constantiam. Transi ad hortum alium, vbi Eua mitis

naturæ

naturæ dotibus exornata ſerpentino alloquio ceſſit deluſa, & ambitione obcæcata : *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem*, &c. Eua ſerpentinis verbis inflammata malum cum oculo communicauit, & ceſſit : *Tulit de fructu illius, & comedit.* Mira res : in ſtatu innocentiæ Eua reptantis ſerpentis alloquio aures præbet ; Suſanna Magnatum adulationes non audit : vterque locus amœnus, ſanctior paradiſus : ibi mortis metus arcebat manum, hîc mortis metus inclinabat auditum : ibi ſerpens hominis arbitrio ſubiectus, hîc homo tentat totâ Reipublicæ auctoritate exornatus ; & tamen Eua miſerum patitur caſum, cùm Suſanna ſæculis decantandum reportauerit triumphum. Ecqua huius diſcriminis cauſa eſt ? Suſannam videlicet occaſione nullatenus quæſita fuiſſe præuentam ; Euam verò occaſionem quæſiuiſſe, & periculum curioſitate ac vagatione vocaſſe : *Mulier corpore & oculis vaga dum incontinenter deambulat*, inquit Rupertus lib 3. in Geneſ. c. 2. *fortè proſpectans qualis extra paradiſum mundus haberetur. & ſerpens vtpote aſtutus dulcedini terræ propiùs, vel ambitioſius inuitatur, locus diabolo datus eſt, & occaſio perfecta vnde tentaret.* Vbi mulier tentationi occaſionem exhibuit, iacuit hoſtibus inſidiis vulnerata, & ingenti detrimento deluſa ; at vbi mulierem omni cautela armatam, omni circumſpectione munitam occaſio inuaſit, inuadentem deiecit, & diabolum triumphauit. Vel ſerpens humi reptans mulierem fallet, & à ratione exorbitare ſuadebit, ſi mulier præbeat anſam tentationi, & occaſionem exhibeat caſui ; at ſi occaſio domus ſecretiora habitantem impetat, Dei gratia aderit, & Suſanna periculum detriumphabit. Nobis oſtendet Eua, quàm ſit difficile expediri ab occaſione quæſita, & Suſanna, quàm expeditus ſit extricari ab occaſione inopina, & nullatenus procurata : *Mulier corpore & oculis vaga, dum incontinenter deambulat, locus diabolo datus eſt, & occaſio perfecta vnde tentaret.* Quid verius ? Quid vtilius ?

Geneſ. 3. v. 1.

Rupert.

---

§. XXVIII.

Plures didicerunt acquirere ; ſed neſcierunt conſeruare.

123 FElicitas vt poſſeſſa recreat, ita amiſſa diſcruciat : infelicitatis genus eſt extitiſſe felicem, ſi auolarit fortuna, & fortunæ ſolum viuat memoria. Non longè à paradiſo terram colebat Adamus, vt ipſa recordatione amiſſæ felicitatis diſtorqueretur, quandoquidem adurebatur geminata face, deſiderio, & auxilio : *Non miner*, aiebat Caſſiodorus 1. var. 25. *in conſeruandis rebus, quàm in inuentendis adhibenda cautela eſt : quia de initiis prædicatio debetur inuento, de cuſtodiis autem acquiritur laudata perfectio.* Parum profuit Iſraelitis cryſtallinam venam inueniſſe, quando ita ſe voluptatibus tradiderunt, vt verum fontem perderent, & ſitirent : *Bibebant de ſpirituali*, aiebat Paulus, *conſequente eos petra.* Aquam in uenerant, qua ſitim extinguerent ; ſed dum inuenta profuderunt, & ſitim incrementarunt. *Ad hoc ſanè in eremo aquam de petra bibiſti* (Iudæos alloquitur Zeno Veronenſis ſerm. 2. de Exodo (*manna de cœlo guſtaſti, vt cùm eſſet ad egeſtatem poſtmodùm deuolutus, præteritorum bonorum recordatione acriùs torqueretis.* Memoria vbertatis amiſſæ, præſentis eſt incrementum miſeriæ, vnde qui ſibi non inuidet, poſſeſſa non profundere inuigilarit. Ecce Samſon eâ gratiâ fulſit, vt diſcerpſerit, ac dilacerarit leonem : *Irruit ſpiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonem.* Triumphos nouit acquirere, non tamen didicit conſeruare : nam dum gratiam paruipendit, vt complaceat meretrici, molæ deputatur exoculatus, & catenis premitur vinctus : *Duxerunt Gazam vinctum catenis.* Duris catenarum nexibus incluſus antiquæ fortitudinis recordatione acriùs diſtorquetur : quid enim durius, quam triumphalem dexteram vinculis inſerere, & molam labore ignominioſiſſimo circumagere : *vtinam tam cautus fuiſſet ad ſeruandam gratiam*, aiebat Ambroſius in prologo libro 2. de Spiritu Sancto, *quàm fortis ad ſuperandam beſtiam. Et fortaſſe hoc non ſolùm virtus miraculum ; ſed & ſapientiæ myſterium, prophetia oraculum fuit.* Extitit Samſon vſque ad miraculum fortis ; ſed incautus etiam vſque ad miraculum : acquiſiuit ſtrenuis facinoribus gloriam ; ſed dum conſeruare noluit, gloria tranſiuit in ignominiam : acquiſitis antea triumphis dolorem auxit captiuitatis, quandoquidem non potuit recordatione non adurgeri, & flammis ingeminatis aduri.

Zeno.

Iudic. 16. v. 21.

Ambroſ.

124 Aggæus hanc hominum inſipientiam eleganti carpit exemplo : *Qui mercedes*, inquit, *congregauit, miſit eas in ſaccum pertuſum.* Ea homines diuitiarum auiditate inflammantur, vt ſe conductitios tradiderint, improbiſque laborum anxietatibus defudarint : ardentiſſimum ſolis æſtum tolerant, frigoris rigidiſſimum algorem ſuſtinent : & hoc totum, vt mercedem accipiant ; verùm poſtquam ſeſe deſpicientes, ac telluris puluere ſordidi laboriоſæ agriculturiæ intenderunt, acquiſitum præmium dilapidarunt : nam pertuſi iaculi ad inſtar ſolùm receperunt, vt funderent, ſolùm acquiſierunt, vt perderent. *Diuites & operary*, Inquit Theodoretus ad hunc locum, *mercede conduci ſoliti, & mercedes congregare nullam (diſſipatis iis, quæ colligiſſent) vtilitatem ex laboribus ſuſceptis, & periculis aditis acceperant.* Itaque plurimis labor ſolùm attulit vitium detrimentum, non vtilitatis lucrum : ſe adeò imprudenter gerunt, vt quæ laboriosè indefeſſiſque vigiliis, imò & contumeliis acquiſiuerint, prodigè diſſipent, & imprudenter effuderint : cæcæ cupiditatis ſtimulis agitati ; vt acquirant, duris laboribus atteruntur, cùm prodigalitatis aut vitij alterius veſania acquiſitis citiſſimè denudentur.

Aggæi 1. v. 6.

Theodor.

125 Mirum huius veritatis ſomnio illo piſtoris delineatum extat exemplum : caput grauabat caniſtrum non ſponte naſcentibus ; ſed arte induſtriaque elaboratis onuſtum, & ſimul foraminibus plenum ; vnde infructifero piſtor labore defudabat, dum videlicet quod fumo denigratus, & ardore toſtus condiuerat, volucrum defœdabant roſtra, & caniſtri profundebant foramina : *Et ego vidi ſomnium quòd tria caniſtra farina habe rem ſuper caput meum, & in vno caniſtro, quod erat excelſus, portare me omnes cibos, qui fiunt arte piſtoria, aueſque comedere ex eo.* Non dubitauit, vt ſaporatos conditet cibos, pernoctare importunis ſomni adſultibus colluctatus, & vatiis curis impenſus : & quidquid tanto labore acquiſitum,

Caſſido.

1. Cor. 10. v. 4.

Geneſ. 40. v. 16.

ſitum, caniſtrorum foraminibus eſt elapſum. Quam citò diripuerunt aues diu elaborata, & elementorum defatigatione acquiſita! Omnia auolarunt, ſolumque acquiſitionis defatigationem piſtori miſero reliquerunt: *Hebræi dicunt*, ſcribit Lyra, *tria caniſtra foraminibus plena: videbantur enim quaſi facta de virgulis, & ideò inter complicationem virgarum videbantur quaſi quædam foramina.* Caniſtri foramen quàm citiſſimè effundebat acceptum, piſtor duris atterebatur laboribus, vt acquireret cibum. Lyra.

126 Virgines illæ quinque iure prudentum obtinuerunt elogium, non ſolum quia oleum ſumpſerunt ſecum, quo earum lampades quirent opportuno tempore prælucere; ſed quia importunis petentibus fœminis inuentæ ſunt denegare: *Prudentes*, inquit, *acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus... Fatua autem ſapientibus dixerunt: Date nobis de oleo veſtro: quia lampades noſtræ extinguuntur.* Importunis precibus interpellabantur, vt quod habebant oleum non habentibus impertirent, illæ verò, ne in acquirendo prudentiam malè diſpenſando obſcurarint, honeſtis allatis cauſis denegarunt, & ad olei venditores miſerunt: *Reſponderunt prudentes dicentes: Ne fortè non ſufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis.* Prudentes dilaudantur cum oleum parant; ſed prudentiores dum fatuis denegant: eſſet enim irritus acquiſitionis labor, ſi male effunderent, nec ſeruarent. Adeſt Hieronymus apud D. Thomam: *Non hoc virgines prudentes de auaritia; ſed de timore reſpondent.* Denegarunt oleum labore acquiſitum, non de auaritiæ ſtudio; ſed de prudentiæ conſilio: vtrumque virginum commendauit prudentiam, honeſtis vigiliis acquirere, & ſtultis petitionibus denegare. Matth. 25. v. 4. Hieron.

127 Sanguiſugæ duæ natæ ſunt filiæ adeò ſitibundæ, vt perpetuis importuniſque clamoribus matrem vrſerint, & vexarint: *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes: Affer, affer.* Inquires quomodò tot tantiſque allatis ſatis non fuerit expuncta, aut ſaltem aliquantulum mitigata: ſi ſanguiſuga nunquam affert, quid importunos clamores iterant? & ſi affert ſemper, cur à clamore non ceſſant? Quia, etſi afferat, inquit Hugo, vndique collectum auaritia, effundit profuſa ſemper luxuria: vna ſoror ſemper acquirere inhiat, altera verò profundere continuò adlaborat: vnde conſtat ſemper ſitire quod effundat, & effundere ſemper quod ſitiat. Accipe Hugonem: *Prima filia ſanguiſugæ ſpoliat omnes; ſed ſpoliatur ipſa à ſecunda filia: quia quidquid auaritia collegit, luxuria diſpergit.* Ni diſpergeret, multum haberet, cùm ſemper acquirendo inhiarit; at cùm acquiſitum mittatur in pertuſum ſacculum, nunquam ceſſat ſitire flamma: quia acquiſita diſparet copia: diſpoliat omnes auaritia, vt habeat; ſed auaritiæ luxuria perſuadet, vt fundat. Proverb. 30. v. 15. Hugo.

128 Dauid, vt beatitudines viri Deo dicati, vitiiſque ignoti deprædicet, ſic ait: *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo, & folium eius non defluet.* Contentus non fuit micanti ſaporati fructus copia diuitem proferre; ſed foliis etiam non defluentibus prædium affirmare: *Et folium eius non defluet.* Certè ſi vanitatis flatibus raptum, ſi verme exeſum, aut ardore percuſſum folium diſpateret, ſi arbor grata viriditate veſtita, & fluentorum aquis limpidiſſimis irrigata frondes fructuſque vanitati penderet, ipſa radicis fœcunditas verteretur in probrum, & vbertas eſſet dehoneſtamentum. Ergo Pſaltes, & felicem deprædicet plantam, non ſolùm teſtatur amœnam floriditatem protuliſſe; ſed conſeruaſſe, *Erfolium eius non defluet*: vt productum & conſeruatum ſit gloria, quod fortè amiſſum exiſteret ignominia. Innuit Euthymius ad hunc Pſalmum: *Fructum opportuno ferens tempore folia non dimittet.* Itaque felix arbor fructum, foliúmque non ſolum debet protuderes; ſed ſeruare: nam ſi laborioſè proferat, & prodigè effundat, abundantia militabit decori, non honori. Pſal. 1. v. 3. Euthym.

Dauid miſeros Ægyptios teſtatur, dùm exundantium non ſine culturæ anxietatibus fructuum copia locuſtæ & æruginj extitit lautiſſima menſa: *Dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ.* Feliciores eſſent, ni laboraſſent; at dum improbis laboribus terram excolunt, dum fructus acquirunt ab ærugine deuorandos, & à locuſta abrodendos, produntur imprudentiſſimi, & miſeri: acquiſierunt, vt perderent; laborarunt, vt amitterent, vt nec laboris vterentur mercede. Incognitus per æruginem vitia intelligit: *Per æruginem, quæ occultè nocet, intellige vitium.* Vitiis dilapidatum eſt, quidquid labore acquiſitum luxit vinea floridis pampinis viduata, vt micaret craſſior locuſta, & ærugo lautiori vteretur menſa. Certè quod de ærugine & locuſtis proditur, hominum erroribus applicatur. Videbis nonnullos, quibus pinguis humus fructus producit abundantiſſimos, mendicorum ad inſtar ſemper quærere, & importunis alios precibus diuexare: nam etſi nouerint culturæ, aut induſtriæ arte plurima acquirere, acquiſita neſciunt ſeruare; ſed imprudenti liberalitatis pruritu fundunt, aut vitiis inſipienter impendunt. 169 Pſal. 77. v. 46. Incognit.

§. XXIX.

Qui ab ardenter deſideratis repreſſus, cenſeri debet iam mortuus.

130 NEſcias an durior ſit mortis caſus, an vehemens impeditus affectus. Mors ſenſu priuat, affectus ſentientem enecat: plures fuerunt, qui, ne impediti affectus ſuſtinerent tormentum, ad mortis recurrerunt ſubſidium: quaſi ſatius illis fuerit mori, quàm premi. Ex his Alexander fuit, qui cùm amicum inopinè occidiſſet, eius deſiderio ſic æſtuauit, vt ſuccubuerit. Audi Senecam epiſt. 113. *Iacebat in tenebris aliàs ſceleſtus, aliàs deſiderium ſuum mœrens: victor tot regum, atque populorum ira triſtitiaque ſuccubuit: id enim egerat, vt omnia potius haberet in poteſtate, quàm affectus.* Affectus tyrannide iacuit oppreſſus, qui mundi clauſtra præruperat decantandus. Hinc moralis gloſſæ videbis acumen: leo occurrit Samſoni ſæuus & rugiens, quem dilaceratum in fruſta diſcerpſit: *Dilacerauit leonem quaſi hœdum in fruſta diſcerpens.* In dilacerato leone adumbratum putat gloſſa Paulum in itinere deiectum, & diuina voce tardatum: *Per leonem intelligi poteſt Saulus Chriſtum impugnans: propter quod dixit ei Actorum 9. Saule, Saule, quid me perſequeris? Per hoc autem quod verbo Chriſti proſtratus fuit in terram tanquam mortuus, apparuit quòd poterat* Seneca. Gloſſa.

Digitized by Google

eum lacerare, sicut Samson leonem occurrentem laceravit. Si leo iacet dilaceratus, & Paulus vivus, quomodò esse quibit Apostoli ænigma, quandoquidem vitæ cum morte nil commune? Certè leo discerpitur; sed Paulus reprimitur, adeóque grave est tormentum à vehementer desideratis tardari vt dilati desiderij proprium emblema fuerit leo mortuus & laceratus: ænigma Pauli fuit leo demortuus, quia iacuit Apostolus retardatus: spirabat neces: *Spirans minarum & cædis in discipulos Domini.* Ergo vt leo spiritu intercluſus occubuit, sic Paulus cæde, quam spirabat, quodammodò occisus iacuit: vt noueris desiderium repressum mortis adæquari supplicio, nisi quod mors priuat sensus ægrimoniâ, & desiderium vrit sentientem ardenti flamma. Ænigma, hoc est leo dilaceratus mirè respondit prototypo: nam licèt Paulus non iacuerit dilaceratus, iacuit à vehementer desideratis repressus.

Actor. 9.

131 Ionas propheta diuinis mandatis obluctans à ligneo nauigio in cetum vivum nauigiũ transfertur: inde clamasse refertur; sed afflictione magna laborasse non proditur: *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum.* In ipso mortis ergastulo affligitur, sed afflictione magna laborasse non refertur; cùm tamen iam euomitus, & Niniue salutem inspiciens duriori ad speciem afflictione aduratur. *Afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est.* Censeres hîc nullam, aut leuiorem afflictionem subitutum; & tamen textus vehementiorem, & acerbiorem asseruit. Quod si inquiras causam, respondebit Theodorus cap. 4. alibi desiderio fuisset adustum, & sepulchro viuenti alibi traditum. Itaque dum euersionis frustratum patitur desiderium, durius experitur sepulchrum, & qui in sepulchro inhiarat ad vitam, in tardo desiderio grauiorem morte sustinet pœnam, & ipsam expetit mortem ad doloris medicinam: *Mari tempestati, & ceto traditus rogani, vt in vitam redirem: nunc contra rogo: Tolle animam meam à me: quia melius est mihi mori, quàm viuere.* Eo dolore afficiebatur à desiderio repressus, vt post sepulchri experientiam maluerit vita defungi, quàm desideriorum anxietatibus adurgeri.

Ionæ 2. v. 3.

Ionæ 4. v. 1

Theodor.

132 Moyses ex montis vertice terram, quam ardenti desiderio suspirauerat, contemplatur, ibique moritur: *vidisti eam oculis tuis, & non transibit ad illam; moriumque est ibi Moyses seruus Domini.* Quo morbo corruit impetitus? Qua iacuit infirmitate correptus? Certè desiderij vehementiâ, & cupiditatis honestæ flamma: repressus est à diu concepto desiderio: ergo vitam exhalauit, & licet feliciter qua iubente Domino occubuit. Inquit Abbas Cellensis lib. de panibus cap. 11. *Moyses defraudatus est desiderio suo.* Desiderium dilatum, retardatum studium adurunt animam, & flammis liquefactam exhalant vitam: vbi Moyses à concupitis tardatus, vita refertur defunctus: *Defraudatus est desiderio suo.* Tanta est ardentis desiderij efficacia, talis studij efficacis vehementia.

Deuteron. 34. v. 4.

Cellensis.

133 Dives ille de ebrietate translatus ad sitim, de mensa ad flammam, de superbo syrmate sordidum ad specum Abrahamum intuitus anxiis clamoribus aquam desiderauit: *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam; quia crucior in hac flamma.* Et quæ est flamma diuitem sic discrucians? Certè gehennalis ardor, qui corpus totum complectebatur, aqua sopiri non poterat, nec dives pœnæ suæ æternitatem ignorabat: quam ergo flammam exoptat refrigerari? Certè desiderij flammam: ardebat Lazarum ad infernum trahere, ardebat ab Abrahami pectore auellere: ergo plus discruciabatur studio, quàm ipso incendio: *Hæc flamma*, inquit Chrysologus serm. 156. *Non tam linguæ, quàm mentis est, non tam linguæ, quàm cordis est.* Cordis flamma, hoc est, desiderij ardor sic eum æquiter discruciabat, vt non postularit corporis flammæ refrigerium; sed aduersus cordis flammam subsidium: quasi plus eum discruciet anxium desiderij tormentum, quàm inferorum supplicium. Hinc coniicies qualis sit anheli cordis cupiditas, qualis sit vehementis desiderij pœnalitas.

Lucæ 16. v. 24.

Chrysol.

134 Ingressus Dominus præambulabat Iericho, vt sermonis sui placiditate erigeret, quod bellicus tubarum deiecerat clangor, & lucro compensaret humanitas, quod puniuerat olim seueritas: Zachæus statura pusillus, & à confluentibus turbarum copiis tardatus inscendit arborem honestæ videndi Dominum cupiditate stimulatus, desiderioque vtilissimo anhelus: *Ecce vir nomine Zacheus, & hic Princeps erat publicanorum, & ipse dives, & quærebat videre Iesum, quis esset, & non poterat pra turba: quia statura pusillus erat, & præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, quia inde erat transiturus.* In Sycomoro crucem intuetur Chrysologus serm. 54. *Præcurrit seruus dominum, & antè Zacheus ascendit in arborem, quàm crucem dominator ascenderet.* Et cur non timeat altissimæ arboris subire pœnam, qui in terra positus opulentam adeò possidebat fortunam? Ad huius arboris ascensum difficillimis gradibus opus erat, nempe terram calcare, contemnere auram, transcendere auaritiam, & gratam diuitiarum molem ab animo excutere. Audi ex Chrysologo: *Quibus putas iste gradibus altissima arboris peruenit ad ramos? Iste calcauit terram, superascendit auram, transcendit auaritiam, & totam diuitiarum supergressus est molem.* Et tamen vt inscenderit, præcurrit: nec mirum: nam nisi inscenderit, vehementi vrgebitur desiderio; si scanderit, non vrgebitur desiderio, etsi discrucietur ligno: ergo dum rationabili prudentiæ lance ligni cruciatus, & desiderij examinat æstus, eligit subuenire desiderij æstibus, non cruciatibus, *Præcurrens*, inquit Titus Bostrensis in catena, *in arborem Sycomorum ascendit, & transeuntem Iesum desideratum videbat.* Desiderio indulsit, quasi vrgentiùs eius premeretur flammâ, nec stipitis adeò laborauerit pœnâ.

Lucæ 19. v. 2.

Chrysol.

Bostrensis.

135 Christus Dominus Ierusalem ciuitatem videns eius salutis desiderio in lacrymas effusus est: *Videns ciuitatem fleuit super illam.* Transi modo ad ipsum Dominum, qui cum duceretur ad crucem, os suum non aperuit Agni mansuetudinem referens, & humilitatem docens: *Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.* Si ad occisionem ductus non clamat, si agni ad instar, dum dispoliatur, ora silentio sigillat, quod modò exuberantium lachrymarum copiam non reprimat: *Videns*, inquit, *ciuitatem fleuit super illam.* Ciuitatis discupiebat salutem cruciatus non ignorabat asperitatem; verùm inter cruciamenta & vota, cruciatus rumpere

Lucæ 19. v. 41.

Isai 53. v. 7

Digitized by Google

rumpere non suasit silentium; at affectus vberem emisit ploratum. Huc voco quod aiebat
Basilius. Basilius Seleucensis orat.24. *O desiderium passione maius.* Ad quid maius? Certè ad discruciandum certè ad anxietate torquendum, certè ad compassione vexandum: tanta namque est viuidi desiderij violentia, & honesta carnificis huius sæuitia.

§. XXX.

Christi discipulus sibi deligit amaritudinem, cæteris propinat dulcedinem.

136 VIrtutis studiosus honestè sibi inimicus est, & dum laudabili se prosequitur odio, ardenti proximum diligit charitatis studio. Hinc est quod sibi quærit aspera, & cæteris solicitat dulcia: vt è contra sui nimis amans sibi indulget, & alios,
1.Cor.13. v. 4. vt sibi indulgeat, offendit: *Charitas*, aiebat Paulus, *patiens est, benigna est.* Ac si dicat: sibi labores adlegit, quos patiatur, aliis verò tota benignitate commoda exambit, & iucunda semper
Anselm. requirit: *Patiens est*, interpretatur Anselmus, *quia tranquillam mentem in aduersis seruat; benigna verò quoniam misericorditer sua bona proximis indigentibus impendit.* Sibi denegat laudabili auaritia quod impendat aliis honestissima largitate: sibi præsumit felleum, vt propinet aliis mellitum: Samson in ore leonis mellis inuenit fauum miro artificio elaboratum, & de ipso felle productum: *Ecce examen apum in ore*
August. *leonis erat ac fauus mellis.* Augustinus serm.107. de tempore in leone adumbratum Christum intelligit, aitque in morte gustasse fel, vt nobis mella proferret, fauosque propinaret: Ipsum audi: *Quem humana exacerbauit iniquitas, eique aceti & fellis amaritudinem propinauit; ab eo plebs gentium vitæ dulcedinem conuersa suscepit.* Ecce leo de tribu Iuda, cæteris mellitus & sibi felleus non sibi delegit fauum, & cæteris propinauit acetum; sed sibi assumpsit acetum, vt propinaret cæteris fauum. Hinc facilè dignosces virtutis studiosos, Christique discipulos: vt etiam deprehendes facilè virtutis solùm vmbra protectos suique studiosos: qui totus sibi dulcis, & cæteris felleus, Christi aduersatur exemplo, quantumuis discipuli lucere exambiat præconio; at qui totus proximo melleus, sibique rationabiliter amarus, hic se discipulum probat, & doctrinam Christi factis commendat.

137 Christi Domini æmuli ea turgebant inuidiâ, vt nec ipsa morte sopiuerint anxietatem; sed adhuc corde anxiam gestarent solicitudinem: sepulchrum prægrandi lapide muniunt, sigillo firmant mortis agentes causam, & demortui innubilare cupientes gloriam: *Abeuntes munierunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus.*
Matth.27. v.66. Vides prægrandem lapidem Christo oppositum ad triste funus, ad lugubre seruitium, ad inuidiosum opprobrium. Iam quid de hoc lapide
Matth.28. v.2. factum audi: *Angelus Domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum.* Non sedit Angelus ad leuandam latitudinem; sed ad præbendam nobis eruditionem. Quam alius erat huius lapidis vsus respectu Christi, & respectu creaturæ! Christus graue sustinuit pondus, & exhibuit Angelo leuamentum: ibi creatura requieuit splendoribus redimita, candida veste exornata, vbi creator iacuit nudus, & sputis fœdissimis obscuratus. Itaque quod Christo ad speciem onus, erat creaturæ subsidium, & leuamentum: aduolutus est lapis Christo, reuolutus est Angelo. Opportunè Chrysologus serm.75. *Factus est lapis* Chrysol.
vas Angelica sessionis, doctrinæ cœlestis cathedra, schola vitæ, qui à Iudæis ad mortis ianuam, ad cineris seruitium, ad triste silentium fuerat constitutus. Sustinuit lapidem mortis patronum, vt pacis ac quietis conuerteret in theatrum, vt sederet creatura lapide reuoluto, passus est creator triste silentium lapide admoto & signato.

Pastor ille cœlestis pastorum forma, & per- 138
fectorum idea in partem quodammodo deerrationis venit, vt erroneam ouem perquireret: illam abduxit cupiditas, & illum charitas, diuersa causa adsimilem producebat effectum: ergo postquam montes obiit, postquam syluas indagauit, postquam latissimos campos excurrit, ouem inuenit, & humeris, vt leuaret errando defatigatam imposuit: *Imponit in humeros suos gaudens.* Ambrosius de cruce elaborasse oui requiem Luc.15. v.5. Ambros.
existimat, & ob id patibula cerunce attritis ligno humeris aduectasse: *Humeri Christi*, ait Ambrosius ad hunc locum, *crucis brachia sunt: illic peccata mea deposui in illa patibuli nobilis cerunce requieui.* Ecce crux Christo Domino durum inuenitur martyrium, oui placidissimum leuamentum: sibi Christus exambit crucem; sed vt præstiterit oui requiem: requieuit ouis humero, & quidem cruce durissima discruciato. Quam aliter nonnullis pastoribus accidit, quam diuerso modo oui contingit! Non imponunt oues humeris; sed humeros prægrauant ouium, vtque damnabili fruantur requie, dura oues atterunt cruce. *O pastor, & idolum*, aiebat Zacharias: idolum humeris conuehitur, & humeros comprimens eleuatur. Ita Baruch: *Videbis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari.* In Babylonia hoc est in sæculi confusione pastores inueniuntur idola, qui non nouerunt portare humeris oues; sed prægrauare ouium humeros ad expiscandos enanidos sibi plausus.
Zachar.11. v.17. Baruch.6. v.3.

Sponsa obnixè ab sponso trahi se exoptans sic 139
aiebat: *Adolescentulæ dilexerunt te nimis. Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Bernardus serm.21. in Cant. aliud tractione, aliud cursu asserit denotari: tentationibus, ait, & tribulationibus attriti trahimur; currimus verò internis consolationibus, & inspirationibus, quasi internis suauissimis vnguentis foti. Ergo sponsa cæteris delegit iucundum, sibi quod videbatur austerum: sibi vmbrabores optauit, cæteris gaudia communicare gestiuit. Audi Bernardum: *Quare*
Bernard. *me, & non nos? An hoc bonum inuides nobis? Absit: nec enim protinus dixisses adolescentulas tecum esse curfuras, si sola post sponsum ire voluisses: cur ergo pluraliter mox subiunctura, curremus, trahi te singulariter postulasti? Charitas, inquit, ita postulabat:* Sponsa trahi se postulauit, vt charitati attenderet, non liuori. Audi quæ adnectit Bernardus: *Trahitur, cùm tentationibus, & tribulationibus exercemur: currimus, cùm internis consolationibus & inspirationibus visitati tanquam in suaue olentibus vnguentis respiramus. Ergo quod austerum & durum videtur, retineo mihi.* Dura sibi retinuit, austeriora delegit, suauissima
Cant.1. v.2.

ſuauiſſima & iucunda cum cæteris partitura: ſic namque charitatis ordo præſcribebat: ergo dum non ſucata, ſed vera charitate flagrabat, noluit ſibi dulcedinem ſingularem, nec laborem aliis communem. Quam aliter ſe homines gerant, videre eſt quotidiano experimento: ſi quid dulce inuenerint, ſibi abſcondunt: ſi quid durum ac laborioſum, cum aliis diuidunt.

140 Cant.7.v.3. Sponſus ſponſam elogiis æternandis dilaudans ſic alebat: *Duo vbera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.* Addit. *Caput tuum vt Carmelus:* Quæres cur Carmelo non referantur hinnuli, & vberibus adiicibantur, quandoquidem mons Salientibus hinnulis opportunus, & ſemper per præcipita geſtientibus ſatis aptus. Dicat ſponſus: Caput tuum ſicut Carmelus hinnulis plenus, lupiſque ignotus, ſponſa, inquit Gregorius, nil habuit iucundum, quod non fuerit cæteris impertita, nil aſperum, quod aliis communicare voluerit honeſtè auara: quia ergo Carmelus idem eſt quod ſcientia circumciſionis, hanc ſcientiam aliis non communicat; ſed ſibi ſoli reſeruat; at vbera, quia dulciſſimo lacte plena, ſibi non reſeruat auara; propinat hinnulis generoſa: circumcidi, diuexari, tunſionibus premi ſibi vſurpauit, nectareum lac, alimentum ſaporatiſſimum hinnulis ſubſilientibus impertiit: hinnulos lacte dulciſſimo paſcit; ſed circumciſionis aſperitatem ſingulariſſimè ſuſtinet.

Gregor. *Carmelus*, inquit Gregorius ad hunc locum, *ſcientia circumciſionis interpretatur. Caput ergo ſponſæ vt Carmelus eſſe perhibetur: quia qualibet ſancta mens nouit qualiter dignè circumcidatur.* Vberibus applicuit hinnulos, non cultro, quia cultrum, aſperitatem, dolorem noluit conſortio minuere, nec ſibi ſoli dulcedinem retinere. Quàm, vt dicebam, aliter contingat hominibus, videre Canticorum 5.

141 Tendebat ſponſa ſponſum anxiis ac ardentibus votis quæſita; ſed dum Deum quæreret, in audaciſſimos circitores incurrit: illi vt erant pariter inhumani ac cupidi, vt amiculum auferrent, reluctantem percuſſerunt, & amiculo inflictis vulneribus

Cant.5.v.7. diſpoliarunt: *Inuenerunt me cuſtodes, qui circumeunt ciuitatem, percuſſerunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.* Saucia, depauperataque Ieruſalem filias æſtiuo fortè tempore per ciuitatis plateas liberè deuagantes inuenit, quibus vehemens deſiderium explicuit: *Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei, quia amore langueo.* Mira res, ſe accepiſſe vulnera tacuit, ſponſi deſiderium prodidit. Certè vti prudens medelam non allaturas celauit, & vt amans reticere deſiderium non potuit: illæ curioſitate ſuaſæ, de ſponſi ingenio conditioneque interrogarunt: nec mirum ſponſi ignorauerint pulchritudinem, quæ diuagabantur per ciuitatem: ſponſa totum ad gratiarum elogium retulit fabricatum, columbinos oculos, genas areolis aromatum ſimiles, aureas ac liberales manus, hyacinthuſque plenas deſcripſit, & iam ſodales inardeſcunt ad eius conſortium, vt ad ſponſum perueuerint, & felicitatem participarint: *Quæremus eum tecum.* Nudam conſpicatæ amiculum non diuidunt, quo operiant, ſanguine fluentem in domum non ducunt, vt oleo vulnera foueant: non recreant ſpiritum exhalantem, vt amore languentem; exambiunt tamen commoditates adire, & felici propinquare. Huc voco quod alebat hic, etſi

Ambroſ. aliorſum Ambroſius: *Quanta dulcedo, quanta verbi bona, in quæ concupiſcunt.* Non concupiſcunt ſponſæ vulnera, aut nuditatem; ſed ſponſi bona, & dulcedinem: eſt enim ſolemne imperfectis, laborem aliis relinquere, & ſibi dulcedinem ſuſpirare. Ergo ſponſa, quæ amore languebat, nec nuditatem nec vulnera aliis communicauit, eas verò commoditatem participes ſecum ad ſponſum adduxit, conſortium in felicitate non renuit, laborem ſibi ſuſtinuit; at amore non languentes oculos laboribus denegarunt, & vtilitatibus addixerunt.

§. XXXI.

Concionatoris Chriſto configurati lingua producit virginea examina, & ſaporatiſſima virtutum mella.

NOn tam proficit eruditionis fulgoribus lingua reſplendens quam virtutum luce nitens: lingua mundo demortua eſt fœcunda iuſtorum vena, & virtutum ſcaturigo inexhauſta, Concionator Chriſti imago ſemper agit virtutis cauſam, & proximis refundit vitam: *Mihi*, aiebat Paulus, Ad Galat.6. v.14. *mundus crucifixus eſt, & ego mundo. Quid tunc? Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Filios parturit Chriſto, qui crucifixus eſt mundo: illos formar cruci qui crucis portat ſigillum. *Parturierat*, inquit Anſelmus hic, Cap.4.v.19. Anſelm. *per prædicationem, pepererat per ipſorum conuerſionem.* Crucifixus ad lucem traxit, quos humana fatuitas ablegarat, & cupiditas expulerat: Qui calamiſtrato ſermone vtuntur, aures oblectant; ſed ſuccum virtutibus non propinant. Benè Clemens Clem. Alex. Alexandrinus 2. Stromat. c.1. *Eos qui hærent diſtinctionibus, & in eis ſunt occupati, nec ipſa fugiunt.* Verba ſeminant, qui eis moribus non indiderint energiam. Leo demortuus ore gerit virginea apũ examina, ac Samſoni fundit flaua ac ſaporatiſſima mella: *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac flauus mellis.* Diuus Auguſtinus ſerm.107.de temp.in leone Chriſti recognoſcit imaginem, vt in apum Auguſt. examine conuertorum ad veritatem multitudinem. Vide ergo vnde naſcatur fidelium examen ab ore leonis, vt noueris ab ore Chriſtum gerentis promanare amplectentium virtutem copiam, & flaua virtutum mella. *De mortui leonis ore, id eſt, de Chriſti morte, qui accubans dormiuit vt leo*, inquit Auguſtinus; *apum, id eſt, Chriſtianorum proceſſit examen.* Chriſtianorum, in virtuteque proficientium prodeunt examina, ſi induerit leonis Iuda mortificationem lingua. Dum leo viuus rugiebat, prædam ſibi diripere feſtinabat, at dum mortuus, ac Chriſto Domino conformatus, iam non ſibi quærit prædam; ſed defundit mellis vianti Samſoni copiam. Certè concionator à Chriſti imitatione alienus rugit; ſed apum examina non procreat, nec viatores virtutibus cibat.

Serpens ille verſutiſſimus de cœlo deiecit aſtra: 143 *Cauda eius detrahebat tertiam partem ſtellarum* Apoc.12. v.4. *cœli, & miſit eas in terram.* Draco deiicit; ſed mulier adduxit: *In capite eius*, inquit, *corona ſtellarum duodecim.* Quàm aliter ſe mulier ac draco cum ſtellis geſſit: iſte ſequaces obſcurat, illa reluminat: ille cauda deiicit, illa capite ſublimat: clamore ſtellas parturiebat mulier; ſed quia in vtero habens clamabat: *In vtero habens clamabat parturiens.* Quem habebat in vtero? Certè Chriſtum. Ita Interlinearis: *Verbum Dei.* Dei verbo Interlin. interius

interius exteriuſque prædita, dum clamat, parturit, & dum parturit, quas deiecerat draco ſtellas cœlo reſtituit: *Clamabat*, inquit Interlineatis, *cupiens alios generare*. Profectò nitidus ac comatus ſermo eſſet parturitioni contrarius, at clamor à Dei verbum corde gerente, dum delectis lucem refudit, cœlo ſtellas parturiuit: *Raptus eſt filius eius ad Deum*. Deo peperit, non ſibi, licèt ſibi applicandum fuerit ad famam, quod Dei ſolummodò parturire diſcupiebat ad gloriam: *in capite eius*, inquit Gloſſa, *corona ſtellarum duodecim, id eſt, duodecim Apoſtoli*. Apoſtolos cœlo format, quæ Chriſto fœcunda clamat: conſonat Ambroſius ad hunc locum: *Hæc mulier Eccleſiam deſignat, Sol Chriſtum: mulier itaque amicta erat Sole: quia fideles, ex quibus Eccleſia conſtat, in baptiſmate Chriſtum induunt*. Quæ Chriſtum viſceribus internis fouebat, quæ clariſſimis virtutum luminibus exterius deprædicabat, non potuit non ſtellas parere, fructumque ad Deum illibatè peruenturum producere. Vt hinc diſcant concionatores, ſi velint clamoribus parturire, Chriſtum Dominum corde geſtare: hæc enim mulier in vtero habens clamabat, & parturiebat.

Interlin.

Gloſſa.

Ambroſ.

144 Iſaias Dei ſibilo immundiſſimam muſcam, vanitulam apem antiquam teſtatur relicturas ſedem, vt ad petras inuolarint: *Et erit in die illa ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & apis, quæ eſt in terra Aſſur, & venient, & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum*. Drogo Oſtenſis de Sacramento Dominicæ Paſſionis teſtatur muſcam ſibilo immunditiam abiuraſſe, & apum mella ſaporatiſſima produxiſſe: *Horum extremum intelligitur luxuria carnis, de qua muſcæ immunditiæ ſemper amatrices naſcuntur*. Addit: *Apis virgo eſt; ſed quamdiu in terra Aſſur, hoc eſt, elationis, mel non poteſt operari*. Vides apem, quantumuis virgo ſit, nil operantem, muſcamque immunditiæ ſectatricem diſtare, ſibiloque indigere, & iam de medio petrarum ſibilo edito celeriter inuolaſſe, & ſtylum prorſus vertiſſe. Quod ſi inquiras, quæ hæ fuerint petræ, reſpondebit idem Drogo Oſtienſis veritatis prædicatore, Chriſtum ſolidiſſimam petram imitantes, & mortificatione petræ ſoliditatem induentes in his petris veſtigium ſerpens non reliquit: ergo hic & muſca tranſit in apem, & apis in columbam. Drogonem accipe: *Petræ firmiſſimi atq; fortiſſimi in fide Patres ſunt, in quorum paſſionibus velut ſuis exemplaribus muſca & apis quaſi columba nidificantes requieſcunt: vnde non ceſſat manus eorum, non ceſſat pes, ſed in omnibus fructeris bonorum operum ingiter exercitata*. Petræ paſſionibus Chriſti firmæ, mortificatione conſtantes ad ſe trahunt vel muſcas luxuriæ ſtudioſas, & apes vanas. O quàm proficit ſibilus prædicatoris veram petram referentis, eiuſque crucem imitantis!

Iſaiæ 7. v. 18.

Drogo.

145 Deus cum Iobo diſſerens rogat, an tempus quo ibices pariant, nouerit, & an parturientes ceruas obſeruarit: *Numquid noſti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obſeruaſti? Dinumeraſti menſes conceptus earum, & ſciſti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum, & pariunt*. Gregorius Magnus, vt eſt moraliſſimus, in ibicibus, ceruiſque Dei verbi præcones, & concionatores intelligit, quos, ſi ibicum, & ceruarum ingenia imitentur, dubium non eſt, plures filios Chriſto parere, & iam editos inuutrire: ergo animaduertere quibus locis ibices pariant, nempe in petris, vbi ſerpens nullum inuenit editum, vbi ſerpentinus non lædit morſus, vbi temerarius eius fruſtratur auſus: *Quid eſt* (verba ſunt Gregorij lib. 30. moral. c. 9.) *quod beatus Iob de partu ibicum ceruarumque diſcutit, niſi quia in ceruis vel ibicibus magiſtrorum ſpiritualium perſona ſignatur: ipſi quippe velut ibices in petris pariunt: quia in doctrina Patrum qui petræ pro ſoliditate vocati ſunt, ad conuerſionem animas gignunt. Ipſi velut ibices nullius caſus damna ſentiunt*. In petris, hoc eſt in virtutis ac veritatis ſoliditate eminentes pariunt, pluſque fœcundantur, dum ab hominum tumultu recedunt. Præmiſerat Gregorius: *Moris eſt in petris parere: quia nequa ſciunt niſi in petris habitare, quæ ſi quando etiam de altis ſaxorum cacuminibus ruunt, in ſuis ſe cornibus illæſa ſuſcipiunt: caput quippe rupium ferunt, cuius dum prima cornua opponunt, ſit omne corpus à caſura caſus alienum*. Itaque ibices caſus non tradit ruinæ; ſed deterit victoriæ: ergo dum caſus victrices, petrasque inhabitantes filios pariunt & numero plures, & virtutibus eminentes. Tranſit Gregorius ad ceruas, quarum morem eſſe teſtatur ſerpentes extinguere, & morſibus dilaniare: *Ceruarum moris eſt inuentes ſerpentes extinguere, earumque membra morſibus dilaniare... Ipſi more ceruarum interemptis viribus, quaſi extinctis ſerpentibus viuunt, & de ipſa extinctione virorum ad fontem vitæ acrius inardeſcunt: vnde Pſalmiſta ait: ſicut cernus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus*. Vbi Doctores magiſtrique ceruarum ad inſtar ſerpentes deglutiunt, pulchros fœtus edunt: *Incuruantur ad fœtum*. Dum curuæ humilitatem ſectantur, concipiunt, & iam fœcundæ virtutibus pariunt. En mihi deſcriptum ibicum ac ceruarum ænigmatibus concionatorum ingenium: ſi ſerpentes deglutiant, ſi vitia deterant, ſi ipſa victoria humiliores Deum verum aquæ fontem exambiant, ac ardenter ſitiant, filios edent virtuti natos, & perfectione conſpicuos; at ſi concionator, nec virtute ſolidetur, nec ſerpentes atterat, nullum fœtum edet, aut certè exiguum & macrum.

Iob 39. v. 1.

Gregor.

146 Eliæus ille magnus demortuo configuratus mortuum ſuſcitauit: ſe ipſum tradidit honeſtę morti, vt peccatorum peſtilentia correptum reſtitueret virtutum luci. Inopina mors filium mulieris magnæ rapuit ardore tabeſcentem, & immodicis ignibus æſtuantem. Ergo ſuper puerum incubuit, dumque oculos ſuperponit, & cum manibus manus contendit, vitæ reſtituit: *Incubuit ſuper puerum, poſuitque os ſuum ſuper os eius, & oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuper manus eius, & incuruauit ſe ſuper eum*. Puerum vi peccatorum correptum teſtatur Baſilius Seleucienſis orat. 10. *Populus gentium erat ille moriuus vi peccatorum*. In Sunamitidis filio totus gentilium populus decumbebat figuratus: ergo populum vita Eliæus donauit, dum morti configuratus, & Chriſti Domini ſimilitudine imitatione conſpicuus: *Et ſaus*, inquit Baſilius, *Chriſti figuram gerit*. Dum in ſe virtutum coloribus Chriſtum refert, populorum examina deuicta morte vitæ producit, dumque magnitudini ſuæ detrahit curuatus, filiis inuenitur plenus, vt nouerint qui deſiderio filios patiendi Domino tenentur, imitari vtilem curuitatem, & induere Chriſti ſimilitudinem.

4. Reg. 4. v. 34.

Seleucienſ.

Digitized by Google

§. XXXII.

Aliena ob vitium strages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat.

147 Cassiod. Iura sunt humanæ vitæ solatia.

Quid potest esse fœlicius, aiebat Cassiodorus 3. var. 17. *quàm homines de solis legibus considere, & casus reliquos non timere? Iura publica certissima sunt humanæ vitæ solatia, infirmorum auxilia, potentum frena.* Lex humanæ vitæ inuenitur auxilium; verùm resilit, & recalcitrat cupiditatis ingenium: leges audet temerè infringere, vt quod sibi insipienter placet, quiuerit obtinere, verùm sapiens, vt vires sibi colligat contra insanam appetentiam, vtque legis facilius amauerit obseruantiam, aliorum liberè cupiditatibus inferuientium casus recolit, & hac se memoria munit. Laboriosum est aliquando legem custodire; sed durius stragem pati; ergo aliena strages legis laborem mollit, & mellit: *Amate*, monet Cassiodorus iam datus, *vnde & securitas venit, & conscientia profecit, gentilitas enim viuit ad libitum, vbi magis reperit mortem propriam.* Viuit aliquando ex lex ad libitum; sed dum refragatur præceptis, aduersatur etiam & commodis. Samsoni examinatus Leo ore mellis fauum obtulit, quo palatum recreauit. *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis, quem cùm sumpsisset in manibus, comedebat in via.* Prosp. lib. de promission. cap. 21. in mellis fauo legem agnoscit ipsum audi: *Fauum mellis legem spiritalem intelligi, quod apes Patriarchæ, atque Prophetæ construentes in eum mella infuderint diuini eloquij: Quàm dulcia faucibus meis verba tua! super mel ori meo.* Si inquiras, quomodo potuerit lex dulcescere, quando & difficultatibus inuenitur plena, & appetitui semper amara? Respondebit Prosper leonem carniuorum innocuis insidiantem, & appetitui viuentem iacuisse discerptum, ad seruandamque legem refudisse animum, dum incussit metum: de aliena ruina dulcescere iam incepit obseruantia, quando satius est legem colere; quàm infaustam mortem subire. Ergo in demortui leonis ore lex dulcescit: quia ex legis calamitas omnem legis difficultatem expungit: *Fauum mellis legem spiritalem intellige.* Consonat Isidorus in Iudic. cap. 8. *Quid sibi vult ex ore leonis occisi fauus extractus, nisi quia, vt conspicimus, Reges ipsi terreni, qui aduersus Christum antè fremuerunt, nunc iam peremptæ feritate, dulcedini Euangelicæ prædicandæ etiam munimenta præbent.* Euangelicam legem munit & mellit castigata in Christum audacia, & discerpta hominis bestialis ferocia.

Prosp.

Isidor.

148 Ionas à Deo missus in Niniuem nauim Tharsum petituram inscendit; verùm vt nulla sunt contra Deum consilia, citò mare vertitur, & infida fides mutatur: cognouerunt nauigantes eam tempestatem ingruisse, quia Ionas diuinis iussis obnitebatur: *Cognouerunt viri quod a facie Domini fugeret: quia indicauerat eis.* Cetus renitentem deuorat, & à ligneo nauigio ad viuum Ionas transfertur, & non sine astantium stupore deglutitur. Quid tunc? Iam nauigantes, qui paulo antè varios Deos colebant, virtuti obsequuntur, & scholam veritatis ingressi timore honesto reuerentiam Numinis profitentur. *Timuerunt viri timore magno Dominum & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.* Inquires cur citò adeò ad veritatis virtutisque castra transierint, & errores voluptatesque abiuraverint. Seleucensis Basilius respondit orat. 3. Ionam ipsa strage religionem colere docuisse, & ad virtutem homines supplicio eloquentissimo concitasse. *Pro fuga responsa euasit Dei cognoscendi præco; & religionis scholam nauim fecit.* O quam erat nauis ob delictum acribus ventorum flatibus reperculsa, & confusis vndarum voluminibus ferè absorpta religionis & veritatis schola! metus ipse fuit pro magistro, & Ionæ calamitas fuit eruditionis lectio: transierunt nauigantes facilè ad pietatem inobedientis calamitate edocti, & inopina sorte eruditi. Certè si expanderemus oculos ad peccatorum miserias, si quas ob peccata patiantur consideraremus ærumnas, facilè transiremus ad virtutem, auersaremurque prauitatem ipse pauor concuteret animum, & ipsa concussione deiceret appetitum; at dum cæcis oculis inflictam alis ob scelus transimus pœnam, animum perduramus ad culpam.

Ionæ 1. v. 10.

Basil.

149 Dominus obscœnas muscas sibilo ab Ægypto abducit, & ad terram melle ac lacte fluentem transfert: *Erit in die illa, sibilabit Dominus musca quæ est in extremo fluminum Ægypti: & api, quæ est in terra Assur, & venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum.* In mulcis, apibusque luxuriam, vanitatemque designati testatur Drogo Ostiensis de Sacram. Domin. Passion. *Habet septem ostia fluuius Ægyptus, quæ de vno capite, id est, superbia deriuantur. Horum extremum intelligitur luxuria carnis, de qua musca immunditia semper amatrices nascuntur: nec istam despicit super abundantia gratiæ; sed sibilat, & euocat eam de extremo fluminum.* Apes muscæ erant; sed sibilo extrema fluminum inhabitantes vocantur, & sine difficultate obsequuntur: nec mirum, quando in Ægypti fluuio adspicit musca tot Ægyptios Deo aduersantes, & in voluptatum castris degentes fluctuum aggeribus obrutos, & consepultos: *Inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.* Ni musca iuxta fluuium moraretur, forsitan voluptatibus addhærescens, luxuriæque ob cœnitatibus concarnata despiceret vocantis sibilum, & debitum detrectaret obsequium; at dum adspicit quæ pœna Domino aduersantes sequatur, timoris alis inuolat, & caras Ægypti amplecti voluptates detrectat. Ergo sibilus muscas in extremo fluminum Ægypti inhabitantes facilius aduocat: quia aliena strages ad volandum, & Numini obediendum instigat. Cùm textus diem exprimat: *Et erit*, inquit, *in die illa*: interpretes, quæ fuerit hæc dies, inquirunt: Lyra existimat illam fuisse diem, in cuius nocte percussit Dominus Assyrios: *In illa die. Hic consequenter describitur ipsa percussio, quia Dominus misit Angelum, & percussit in castris Assyriorum 185. millia.* Aliena mors, durum Assyriorum supplicium, fuit muscarum documentum, transierunt ad virtutem Assyriorum intuitæ calamitatem: aliena enim ob vitium strages est oculis pro collyrio, & dum ostendit brevem ac carissimam voluptatem, ipsa adigit ostensione ad virtutem.

Isai 7. v. 18.

Drogo.

Exod. 14. v. 27.

Lyra.

150 Zachæus ſtatura puſillus, diuitiarum cenſibus prægrauatus ex Sycomoro Dominum intuetur: inſcendit arborem abiuratis diuitiis, delictis repudiatis: *Præcurrens aſcendit in arborem Sycomorum, vt videret eum, quia inde erat tranſiturus.* Exiſtimant interpretes protoparentes noſtros circa ficum deliquiſſe, cuius auulſis foliis nuditatem conſtat veſaſſe: *Conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata*: vnde mirum eſt Zachæum elegiſſe ficum, cùm fuerit ficus hominibus primis obſtaculum: nonne opportunior eſſet palma victoribus ſemper adſcripta, aut oliua inter canas niues florida? Inſcendat igitur Zachæus palmam, & ficum effugiat, ne dum inardeſcit pietatis explere votum, ipſe ſibi voti elaborarit impedimentum; imò prudentiſſimè, inquit Chryſologus, ficum delegit: ficus namque illum edocebat ad veritatem tranſire, dum oſtendit, quanta fuerit vanitati ambitioni-que opus ſuſtinere: ficus Adami docebat caſum, ambitionis ſupplicium. Ergo Adam ſupplicium Zachæo fuit magiſterium, & inde ipſe calcata ambitione decerpere geſtit fortunam, vbi Adamum liquet ambitionis tuliſſe pœnam: *Myſterio, non caſu aſcendit in arborem Sycomorum*, inquit Chryſologus ſerm. 54. *vt vnde Adam texerat nuditatem corporis, Zachæus inde velaret fœditatem auaritiæ.* Nouit Zachæus auarum inde detectum; ergo deiecit ipſe auaritiam, ne ſimilem tulerit pœnam. Addit Chryſologus: *Diues ergo, qui ſurſum reſpicit, non portat diuitias ſed proculcat, nec inseruatur diuitiis; ſed leuatur, atque agit diuitias ad largientis obſequium, non ad diuitiarum auaritiæ ſeruitutem.* Itaque quia Adamus ad ficulneæ fructum inhians à Paradiſo exterminatus, & ernendis ſpinis deditus, Zachæus repudiauit auaritiam, nec ambiuit inſulſos ficulneæ fructus decerpere; ſed calcare: aliena namque ſtrages, ſi prudenter expenſa, opportuna eſt adculpæ detrectationem doctrina.

Luc. 19. v. 4.

Gen. 3. v. 7.

Chryſol.

t.

§. XXXIII.

Sapiens de ipſa calamitate elaborat ſibi calamitatis venenum, & ſalutis promptuarium.

151 SApiens non ſolùm dominatur Aſtris; ſed infortuniis: fertur chimica arte ferrum in aurum conuerti, & ignobilem materiam in pretioſiorem tranſire. Hac ergo arte ſapienter vtitur cordatus, & proficit cœleſti doctrina edoctus: *Exilium Metellus fortiter tulit*, inquit Seneca Epiſt. 24. *Rutilius etiam libenter: alter vt rediret, Reipublicæ præſtitit, alter reditum ſuum Sulla negauit, cui nihil tunc negabatur. In carcere Socrates diſputauit, & exire (cùm eſſent, qui premitterent fugam) noluit, remanſitque, vt duarum rerum grauiſſimarum hominibus metum demeret, mortis & carceris.* De metu Socrates ſecuritatem ſibi elaborauit, de exilio ſibi patriam Rutilius fecit: plura ſunt quæ prudentia alleuat, quæ induſtria componit, quæ ſapientia in meliorem formam tranſmutat: Ecce Samſon de ipſis leonis faucibus fauum extrahit, & mortem ipſam ad vitæ auxilium, & ſaporem reducit: *Declinauit, vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauum mellis, quem cùm ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via.* De comedente ſibi elaborauit cibum, & de ipſa morte mortis trophæum. Adeſt Auguſtinus ſermone 107. de tempore: *De comedente vtique, id eſt, de morte, quæ cuncta deuorat, atque conſumit, exiuit cibus ille, qui dixit: Ego ſum panis viuus.* En Samſon Chriſti Domini figuram gerens, cœleſti arte mortem conflauit in vitam, amaritudinem compoſuit in dulcedinem, & qui videbatur mortuus, mortis inuentus eſt detriumphator, & prorſus eius iaculis exemptus: ſemel paſſus eſt mortem, & de morte temporaria mellis extraxit fauum æternæ vitæ venam, & mortis æternam tineam: quo doceret homines, vt ad moralia applicemus, de ipſa morte procudere ſibi triumphum, ac de ipſo caſu ſibi elaborare trophæum.

Seneca.

Auguſt.

152 Virtutis hoſtes, quo perpetuæ illam oblutioni traderent, ſepulchro Domini prægrande ſaxum aduoluerunt, & perfidis ſigillis ſignarunt: *Munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus.* Ad triſte cineris ſeruitium, ad veræ lucis obſtaculum ſaxum erexit perfidia; verùm quò doceret homines cœleſtis reuoluit intelligentia: *Angelus Domini deſcendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & ſedebat ſuper eum. Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur, & veſtimentum eius ſicut nix.* Vide vbi iam lux indefinenter effulgeat, nempe ipſo in lapide reuoluto: non potuit triſte perfidiæ ſolatium expungere, didicit tamen Angelus ſapienter inuertere, & in contrarium euoluere. Notauit acute Chryſologus ſerm. 75. *Factus eſt lapis vas Angelicæ ſeſſionis, Doctrina cœleſtis Cathedra, ſchola vitæ, qui à Iudæis ad mortis ianuam, ad cineris ſeruitium, ad triſte ſilentium fuerat conſtitutus.* Sæuitia perfidiaque lapidem conſtituerunt, quo ad vitam aditum impedirent, adſpectum veritatis negarent, & ſplendorem extinguerent; verùm ſapiens Angelus in contrarium mutauit effectum, vt docamtandum ſæculis nos doceat conſequi de hoſtili furore triumphum: ecce lapis mortis ianua, vitæ inuenitur ſchola, & qui patrocinabatur cineris opinioni, iam indefeſſe obſequitur luci: triſte veritati ſilentium aduolutus lapis videbatur inducere; ſed reuolutus Reſurrectionis veritatem, fidei elogium inuentus eſt publicare: *Factus eſt lapis vas Angelicæ ſeſſionis, Doctrina cœleſtis Cathedra, ſchola vitæ.* Qui lapis? Ille, inquit Chryſologus, *qui à Iudæis ad mortis ianuam, ad cineris ſeruitium, ad triſte ſilentium fuerat conſtitutus.* Oddiſce ab Angelo hanc artem, vt virtutis hoſtes deprimas, vt de ipſa ruina, ſi forte acciderit, ſtabilitatem perficias.

Matth. 27. v. 66.

Matth. 28. v. 2.

Chryſol.

153 Cùm Martha quætula Domino occurreret, ac fratrem demortuum ingemiſceret, eam Dominus ſolatus ſic ait: *Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum.* Chryſologus quo ſolet ingenij acumine, expendit ſerm. 64. non dixiſſe. Ego reſuſcito, ſed, ego ſum reſurrectio, vt qui mortem iam in vitam tranſire fecerit eiuſque aculeo ipſam adurſerit, & fugarit: *Et quid eſt: Ego ſum reſurrectio, & non ego reſuſcito? Quid eſt: Quia ſuſcepit hominem, ſuſcepit mortem, vt qui reſuſcitat inbendo vnum, reſurgendo in ſe reſuſcitet omnes, & quibus Adam puteus mortis exiſtit, his vita fons Chriſtus exiſtat.* Expende illud. *Suſcepit mortem, vt qui reſuſcitat iubendo vnum, reſurgendo in ſe reſuſcitet omnes.* Profectò mors aduerſabatur ſaluti, vitæ inſidiabatur

Ioan. 11. v. 25.

Chryſol.

Digitized by Google

tur ſaluti, vitæ inſidiabatur; Chriſtus verò dum mortis ipſum impetentis audaciam patienter ſuſtinet, de ipſa morte procudit vitam, & iam periculum nobiliter degenerat in remedium. O ſi Chriſti Domini ſecutus exemplum ſcires de laboribus in tolerantiæ officina tibi felicitatem procudere, & labores ipſos abigere! Cœleſtis ars laudabili ſemper induſtria didicit infortunium excoquere, & eliquatis ſordibus latens margaritum educere. Verti poteſt irata fortuna ad felicitatis augmentum, & de ipſo veneno elaborari poteſt antidotum.

154 Tobiæ iuniori bellua ingens occurrit, & quando iuuenibus defuere pericula? Clamauit, & clamore vtile conſilium accepit. Piſcis facilè eductus ante pedes inuenis palpitauit, & iam Raphael iubet exenterare, eruique cor, fel, & iecur, quæ abiciendа dicerat, ad medicamenta repon: *Exentera hunc piſcem, & cor eius, & fel, & iecur, repone tibi: ſunt enim hæc neceſſaria ad medicamenta vtiliter.* De periculo paratum eſt itineri ſaporatum viaticum iecore, cordisque particula omne dæmoniorũ genus extricauit, felle vncti oculi depulere caliginem, admiſeruntque lucem. Iam bellua illa, ſi myſticum ſcruteris ſenſum, de ſignari dæmonem tradit Hugo Cardinalis: *Exentera*, inquit, *piſcem, id eſt, diabolum: cor, id eſt, aſtutiæ diaboli: fel, id eſt, nequitiã, ſiue malitiam, iecur conſilium.* Addit ex gloſſa Hugo Cardinalis: *Aſtuta diaboli, & nequitia cognita nobis ad medelam proficiunt.* Vides à diabolo accepiſſe, quo omne genus dæmonum extricauerit, quo cæcitatem depulerit. Certè ni extraheret, ni exenteraret, ipſe periret; verùm dum Angeli conſilio vincit bellua, illam conuertit in medicinam. Quod ſi allegoriam reſpuat, idem ad mores documentum nobis hiſtoria depingit, quandoquidem piſcis immanis, dum non extractus, ingens videbatur periculum; at audacter eductus, laleque conditus tranſiuit in alimentum: eſt enim cœleſtis ars, qua noſcit homo calamitatem mutabili metamorphoſi in felicitatem conuertere, & infortunium in exilium infortunij mutare.

Tobiæ 5.v.6

Hugo.

155 Zachæus corpore puſillus; ſed Dominũ videndi deſiderio inflammatus arborem Sycomorũ inſcendit: *Quærebat videre Ieſum quis eſſet, & non poterat præ turba, quia ſtatura puſillus erat: & præcurrens aſcendit in arborem Sycomorum, vt videret eum quia inde erat tranſiturus.* Chryſol. ſer. 54. ficum fuiſſe arborẽ, qua diabolus vſus eſt, vt Adamum de paradiſo depulerit, tradit. Et quidem non videbatur opportuna ad videndum Chriſtum arbor, quæ patentum & faſcinarat intellectum, & corruperat viſum. Quomodo ergo Zachæus inde vult Chriſtum videre, vbi Adamum conſtat cæcutire? Iam datus reſpondet Chryſol. *Dives, qui ſurſum reſpicis, non portat diuitias; ſed proculcat, nec incuruatur diuitiis ſed leuatur, atque agit diuitias ad largientis ob equum, non ad diuitiarum auaritiæ ſeruitutem.* Adamus nudat arborem ad ambitionis augmentũ: Zachæus diuitias contemnit ad religionis officiũ. Ergo in eadem arbore inuenit alter ruinam, & alter gloriam. *Quibus putas iſte gradibus*, addit Chryſol. *altiſſime arboris peruenit ad ramos? Iſte calcauit terram, ſuperaſcendit auram, tranſcendit auaritiam, & totam diuitiarum ſupergreſſus eſt molem, vt proſiliens in arborem venia miſericordiæ apprehenderet fructum.* Zachæus ab arbore capit ad miſericordiam fructum, capit Adamus ad vanitatis delirium. Ergo quod videbatur præcipitium, in ſtabile verſũ eſt ſolium; & vbi aura exambita deiecit.

Lucæ 19. v.3.

Chryſol.

Adamum, extulit proculcata Zachæum: *Myſterio non caſu aſcendis in arborem Sycomorum, vt vnde Adam texerat nuditatem corporis, Zachæus inde valeret fœditatem auaritiæ.* Protectò Zachæus nos fortunam de calamitate producere edocuit: arbore, qua in primo parente tulit ipſe ruinam, vſus eſt ad videndam Domini gloriam. Et cur non liceat prudentiæ, quod in contrarium licet malitiæ? Ipſam ſalutis cauſam vertunt peccatores in culpam. Ergo Zachæus ipſam ruinæ cauſam vertit in ſalutis medicinam.

Zachæi domum ingreditur Chriſtus: ille vt cordis eximium omnibus gaudium teſtaretur, opiparum inſtruxit conuiuium: erat enim iuſtum, vt aliquando prodigus patri adornaret menſam, cùm pater prodigo menſam præparauerit, & ſtolam. Chriſti Domini æmuli humanitatem intuiti ad occaſionem dicacitatis deflectunt, & liuido dente abrodunt: *Cùm viderent omnes, murmurabant dicentes, quòd ad hominem peccatorem diuerſiſſet.* Medicinam deprauant, venam conuertunt in culpam, & quod erat ſalutis remedium, ſibi faciunt infirmitatis auxilium. Aduertit datus Chryſologus: *Tu ergo qui reprehendis, qui murmuras cur ad peccatorem diuerterit Chriſtus, viam ſaluis, exemplum venie, miſericordiæ ſpem de tali ingreſſu cape, & caue ne hoc tibi ſit blaſphemandi materia, quod tibi occaſio eſt ſalutis.* Sapiens infirmitatis cauſas conuertat ad ſanitatis auxilium, quando inſipiens ſanitatis auxilium adulterat ad infirmitatis fomentum.

156

Lucæ 19. v.7.

Chryſol.

§. XXXIV.

Sapiens priùs ſibi conſulet, & poſteà proximis prouidebit.

PLures ſunt erga aliena ſemper occupati, ſe ipſos obliti: *Nemo aliis naſcitur*, aiebat Tertullianus, *moriturus ſibi*; & tamen moriuntur ſibi, cum vixerint alus: anguſta eſt virtus, quæ proprio ſolùm periculo attendit; ſed deſciſcit ab æquitate, quæ alienis ſolummodo conſulit: ſponſa priùs fons ſignatus puriſſimę vndæ copiam acquiſiuit, quam poſtea hortis amœnandis impertiit: non anteà dicta fuit fons hortorum, quàm fons ſignatus; nec ſolùm fons ſignatur; ſed fons hortorum: debitum tenuit ordinem ſibi ipſi attendens, & perfectionem conſummauit poſteà aliis proficiens: *Fons ſignatus, fons hortorum. Singularis & ingeris deuotio in Deum*, inquit Gillibertus ſerm. 35. *quaſi fons ſignatus & proprius, ſegregatuſque in hoc miniſterium, vt cor ſponſæ, ac ſi hortum quemdam irriget in ſponſi delicias. Signetur ergo, vt non fiat iuxta quod ſcriptum eſt; Fons tuus turbatus pede, & vena corrupta: alioquin neſcit tuus dilectus de puro fonte potare.* Adiicit Gillibertus: *Lætitiam ad irrigationem deflecte. Denique in ſtillicidiis fontis hortus lætabitur germinans.* Cœleſtibus irrigationibus in horti faciem cor ſuum amœnauit ſponſa, nec ſtillicidia preſſit auara; imò hortorum fons deprædicatur effecta: ſibi attendit, & proximis debito ordine poſteà prouidit. Quod & feciſſe Samſonem eodem ſpiritu motum noſter textus dilucidè oſtendit: nam cùm fauum in leonis ore inueniſſet, priùs comedit; & parentibus poſteà obtulit: *Cum ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via veniensque ad patrem ſuum & matrem dedit eis patrẽ,*

157 Tertull.

Cantic. 4. v. 15 Gillibert.

qui & ipſi comederunt. Fauum ſibi ſolum applicaſſe eſſet auari, totum impertiri aliis, imperfectè: ſumpſiſſe ſibi, & diuiſiſſe aliis, fuit ſine dubio cordari: *Samſon inuento melle*, inquit N. Serarius quæſt. 18. *veſci cœpit, eius deinde partem parentibus dedit, ac vt ex Ioſepho & Ambroſio dictum, ad ſponſam tulit aliquid.* Hoc exemplo carpit Serarius aliquos ſcientiæ auaros, in hunc modum: *Si ſapientes & docti ſint, alium docent neminem, mellis, quod inuenerunt, & diuinitus acceperunt, participes non faciunt alios Dei eloquia ſuper mel & fauum ſunt: qui ea explicat, docet, concionatur, cœleſtes largitur hominibus ſanos.* Samſon comedit, ſibique inuiſcerauit, quod alios poſtea edoceret, & vti Chriſti ænigma prius ſibi attendit, nec ſibi tantùm conſuluit.

Serar.

158 Sponſa dilecti ſui deſiderio ardenti inflammata anxiis ſuſpiriis ſe trahi precatur, & excitatas à ſe adoleſcentulas ſe tracturam promittit ad curſum: *Adoleſcentulæ dilexerunt te. Trahe me: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Certè agitari videtur ſponſa non generoſa amoris flamma; ſed obſcura æmulationis inuidia: nam ſi communem optat curſum, cur tractionem non exoptarit communem? Dicat: Trahe nos: poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum, quando charitas de conſortio nitidiùs fulget, & de alieno bono viuidius ardet. O miram nobis eruditionem! Adoleſcentulas ſuo deſiderat exemplo excitari ad curſum: quia tamen nouit charitatis ordinem ſibi priùs conſuluit, & poſtea ſuo exemplo adoleſcentulas cæteras excitauit. Ita Bernardus ſerm. 21. in Cant. *Habet ſponſa imitatores ſui, ſicut & ipſa eſt Chriſti, & ideò non ait, ſingulariter curram; ſed curremus. Sed oritur quæſtio, cur ſimiliter, cùm ſe petierit trahi, etiam adoleſcentulas non adiunxit, vt non, Trahe me; ſed, trahe nos, diceret.* Iam reſpondet melliſluus Doctor poſt pauca: *Charitas*, inquit, *ita poſtulabat.* Concinnus charitatis ordo conſulebat ſe cæteris præponere, & ſecum cæteros excitare: noluit ſponſa communem in omnibus cùm cæteris ſortiri perfectionem, nec ambiuit curſum ſibi ſingularem. Ergo priùs ſibi attendit, & adoleſcentulas plurimas ſecum traxit: eſſet enim charitatis iniuria, ſi erga aliarum curſum inueniretur anxia, nec prius ſe trahi quæſiuiſſet ſtudioſa; at dum totam ſe ad perfectionem ſuſpirat efformare, dum anhelat ſecum alias alacriter curſum virtutis arripere, charitatis ordinem conſtat implere: *Charitas ita poſtulabat.* O me miſerum, qui Eccleſiaſtæ munere fungor, & cùm de aliorum ſalute ſtudioſè differam, met torpeo oblitus, erga alios totus impenſus. Dominus iuſtis omnibus, Præſulibus, ſuperioribuſque formam præſcripſit, & Geneſis 6. tradidit.

Bernard.

159 Cùm cœpiſſent homines multiplicari, cum ipſo hominum numero & vitiorum excreuit cenſus: fœminas pulchellas, ſplendidas, ornatuque florentes conſpicati diuina edicta calcarunt, & rationem libidini vti ſeruam tradiderunt: execrabilium egreſſu fœdabantur, fluxam, & caducam voluptatem æternarum rerum votis anteferentes, ſuetam virtutis ire vias indolem ad iniquitatem detorquebant, & vitiis adulterabant. Ergo Deus diluuium patat, quo vniuerſales, ac fœdas libidinis flammas extinguat; verùm in ipſa ira miſericordiæ recordatus, Noë arcam diſponere iubet, & ipſa in iuſſione eruditionem nobis vtiliſſimam traditi: ipſum audi: *Fac tibi arcam de lignis leuigatis*, &c. Addit *Ingredieris arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum.* Certe plurima redundaſſe videntur verba: nam cùm dixiſſet *Ingredieris*, illud: *Tu* ad ſpeciem ſuperfluit, vt etiam illud *tecum*: cur ergo toties replicat Deus arcam ſibi conſtruere, & ingreſſu cæteris antecedere: omnia equidem myſteriis ſunt plena: futurus erat Noë præſulum ac Doctorum idea; ergo propriam priùs ſalutem procuret, imminens ſolicitius ſatagat vitare naufragium, nec arcam Moyſis fiſcellæ ad inſtar anguſtam adeò conſtruxerit, vt ſe ſolummodo capiat. Conſtruatur arca pro hominibus plurimis, nec ſolum pro hominibus; ſed pro animantibus: charitas namque etiam ad animalia ſe extendit, is tamen ſeruetur ordo, vt Noë ſibi prius conſulat, & ſecum aliis attendat: *Hic conſequenter conſtructio arcæ præcipitur*, inquit Lyra, *cùm dicitur: Fac tibi, id eſt ad ſalutem tuam, & aliorum, qui tecum ſunt ſaluandi.* Primum Noë ſtudium erga propriam inuigilauit ſalutem, poſteà inſudauit erga alienam incolumitatem: nec enim mirabili adeò reſplenderet prudentia, ſi in periculi euaſione animæque ſalute, aliis ſe poſtponeret, & alios ſibi præferret.

Genes. 6. v. 14.

Lyra.

160 Cùm Saülis regnum ad occaſum vergeret, & Dauid inaugurandus eſſet, cum Samuele diſſerit Dominus, vnctioniſque cornu oleo impleri præcipit: *Imple cornu tuum oleo.* Primo impletur vncturus, & vnde effuderit, habeat: aduentauit Samuël, & Ieſſe filiorum chorus expectabat vnctionem; ſed fortè dum vnctionem ambiunt, non tam vt augeant gratiam, quàm vt præripiant coronam, à corona repelluntur excluſi, qui à gratiæ deſiderio inueniebantur alieni: Dauid accitus adſtat, & ſic ad Prophetam Dominus: *Surge, vnge eum.* Gregorius Magnus, vt in eruendis moralitatibus eximio pollet ingenio, expendit duo Samuëli præcepta, prius conſurgere; *Surge*, deinde Regem conſecrare; *Vnge eum*, aitque illo verbo *ſurge*, denotari ad regnum alios initiantem oportere priùs altitudinem ambire virtutum, & culmen inſcendere perfectionum: ipſum audi libro ſexto, in Reges: *Quid eſt quòd ſurgere iubetur vt vngat, niſi quia multum oportet erigi ad ſuperna, qui ſublimitatem Domini geſtit prædicare?* Surgat ſibi celſiorem ad virtutem, qui aliis regalem eſt adhibiturus vnctionem: nec enim eſſet Dei Propheta dignum alium ad excelſum thronum virtutis vngere, & vitiis oppreſſum repere. O quam indignum eſt cornu implere nitidiſſimo oleo, vt alij fulgeant corona, & damnabili ſordere deſidia; ergo priùs ſibi ſurgat, & iam in alto virtutis vertice aliorum curet profectum, & virtutum prædicet cultum.

1. Reg. 16. v. 1. & 2.

Gregor.

161 Hoc ipſum, vt videtur, monet Iſaias: *Super montem excelſum aſcende tu qui Euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui Euangelizas Ieruſalem.* Mons perfectio eſt non ſolum Doctrinæ; ſed operis; ergo Euangelizator operis culmen inſcendat, & ſic prædicatione proficiat. Audi iam datum Gregorium: *Vnicuique prædicatori per Iſaiam præcipitur: Super montem excelſum aſcende tu, qui Euangelizas Sion, mons excelſus perfectio Doctrinæ & operis eſt.* Addit: *Surgat in alto opere, ſurgat in alta contemplatione, ſurgat in ſapientia verbi, ſurgat in virtute charitatis.* Copioſam meſſem colligit, qui in virtutum vertice viuidius veri ſolis expectat radios, in

Iſai. 40. v. 9.

Gregor.

montis

montis vertice ſuxit Moyſes à Domino lucem, qua perfunderet populum ad radicem montis iacentem : & vtinam vt in monte cum Domino commoratus extitit Præſulum idea, ſic alibi ſimilis permanſiſſet forma : verum dum fragilis errat, dum humanus deſipit, proprio detrimento nos inſtruit.

162 Adurebatur populus ſiti, cum Moyſes, vt æſtuantibus ſubueniret, vt alimenta, quibus ad promiſſionis terram contenderet, prouideret, petram repetitis ictibus percuſſit & percutiendo deliquit : *Cum eleuaſſet Moyſes manum percutiens virga bis ſilicem, egreſſa ſunt aqua largiſſimæ, ita vt populus biberet, & iumenta.* Aquæ ſubſidio populus valuit iter arripere : Moyſes tamen & Aaron ob violatum edictum prohibiti ſunt ad deſiderata inuolare. *Non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* Quam miſerum ſunt laborando aliis perire ſibi. Moyſes præbet, quo alij promiſſionis terram ingrediantur, ſibi tamen deficit, & delinquit. Ita Iſidorus apud Gloſſam : *Hic Moyſes Dominum offendit, & prohibetur Iordanem tranſire.* Tranſierunt alij, retardatus eſt ipſe : debuit namque prius ſibi conſulere, & ſic aliorum neceſſitatibus prouidere.

Numer. 20. v. 11.

Iſidor.

§. XXXV.

Mors ſemper nos vrget ad opera, vt Chriſti paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella.

163 1. Cor. 5. v. 14. CHaritas Chriſti, aiebat Paulus, *vrget nos.* Quo ſe ipſum Charitas exhauſit, amor, quo laboriofiſſimis ſe mancipauit ſeruitutibus, pro ſtamulis nobis eſſe dedit ad vermis inſtar tenuem ſtudium, & ad perennes poteſtatis obſequium. Certe vel ignauæ pigræque belluæ ſtimulis excitantur ad iter arripiendum, & contra innatum ingenium gradum accelerationem, cumque bruta ſtimulis ſentum accipiant, ſolus eſt homines ſic ignauia reſoluti, ſic pigritia poſſideri, vt nec mortis ſtimulis excitentur, nec motus Chriſti Domini exemplis exacuantur. *Charitas Chriſti vrget nos ſic agere,* inquit Anſelmus addiditque. *Et quando vos ad illa ſuperiora, & interiora infirmo paſſu ſequeremini, niſi rurſus vrgente nos charitate Chriſti?* Qua ſe Eliæus charitate demortuo conformauit, mortuum ad ſe Eliſæo conformandum & impulit, & tuſit. En Samſon in ore leonis demortui examen apum inuenit fauos a leõ copioſos elaborantium, vt non ſolùm ipſe comedat & parentib. impertiuerit : *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac favus mellis, quem cum ſuſpiſſet in manibus, comedebat in via, veniensque ad patrem ſuum, & matrem, dedit eis partem.* Mira res: Leo demortuus apibus fuit pro alueario, & breuiſſimo tempore (nec enim diu differret reditum, qui amore flagrans diſcupiebat matrimonium) copioſum mel produxerunt, fauoſque procrearunt. Quòd ſi huius diligentiæ cauſam inquiras, reſpondeo, leonis inter belluas nobiliſſimi præcelſique mortem adegiſſe apes ad tempus elacrandum, & honeſtis operibus inſiſtendum. Auguſtinus in leone Chriſtum agnoſcit, ergo ex illud felle amaricatum iuſſit apibus mella cudere, linguamque mellire : exigebat enim gratitudo, vt fellis aciditas ſaporatiſſimo compenſaretur melle, ac omni arte

Anſelm.

præparato ſapore : *De mortui leonis ore, id eſt, de Chriſti morte, qui accubans dormiuit vt Leo*, inquit Auguſtinus ſerm. 107. de tempore, *apum, id eſt, Chriſtianorum proceſſit examen.* Actuoſum examen de Chriſti morte proceſſit : nec enim poterant apes indulgere ſomno, tali ac tanto excitæ ſemper exemplo. Itaque mors adurget ad opera, & lingua felle potata producere cogit ſaporatiſſima mella.

S. Auguſtin.

164 Cant. 3. v. 7. *En lectulum Salomonis*, aiebat ſponſus, *ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella Doctiſſimi.* Drogo Oſtienſis de Sacram. Dominic. Paſſion. in Salomonis lectulo agnoſcit Chriſti ſepulchrum, in fortibus ad bella Doctiſſimis vitos aduerſus aëreas poteſtates, & obſcuras illecebras ſemper pugnantes. Ipſum au-

Drogo.

dit : *Iſti milites te cuſtodiunt, quam fallax impiorum cuſtodia, qui ſunt ad bella Doctiſſimi, non ſolum carnis illecebras ; ſed etiam poteſtates aëreas, nocturnoſque timores abigere : illi autem, qui nocte, ſicut ebrij, ſepulchrum tuum obſident, ibi trepidauerunt timore, vbi non eſt timor.* Qui ad ſepulchrum Chriſti dormiunt, timore acerrimo exagitantur. Et quidem ni ignauiæ, ſomnolentiæque terminos fuiſſent tranſgreſſi, inuigilarent virtuti, non vitiorum traderentur ebrietati ; atqui furoris vino ebrij non deſipiunt, gladium manu geſtant, quo aduerſus illecebras, carniſque fallacias indefeſsè ſemper inſiſtant. Non poterant ſtrenuè non inſudare bello, qui excitabantur ſepulchro : cogit namque mortis memoria, & charitatis flamma ad ignauiam depellendam, & ad militiam ſectandam : mors edocet appetitum fræna re, carnem ſubigere, refragari illecebris, & obliuiſci fallaciis. Ergo qui lectulum Chriſti exambiunt, ad bella ſemper inſurgunt. *Lectulus tuus Ieſu Chriſte* (verba ſunt Dragonis, *pluſquam Salomon ſepultura tua eſt.* Ecce ſepultura pugnandi eſt Doctiſſima ſcholà ibi erudituntur homines ad bella, ibi à Dæmonibus deuincere ediſcunt ſpolia.

165 Iſai. 7. v. 18. *Et erit in die illa*, aiebat Iſaias, *ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur, & venient, & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum.* Qualis fuerit hæc dies, quærunt Interpretes. Lyra putat hic agi de morte Aſſyriorum, quando ſcilicet tot homines inopinè iacuerunt occiſi, dum viderentur flere : *In die illa. Hic conſequenter deſcribitur iſta percuſſio : quia Dominus miſit Angelum, & percuſſit in caſtris. Aſſyriorum 185 millia, ita quòd corpora redacta fuerint in cineres.* Sibilus per mortuorum corpora emiſſus muſcæ immundiſſimæ, vanitulæ api perſualit inuolare ad opera, & in promiſſionis tellure condere mella : *Et venient*, inquit, *& requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum.* Iam confugiunt ad vallium humilitatem, ad petrarum munimen, quæ vanitatis pennulis vagabantur : edocet enim mors ſtylum vertere, & operari. O quam vrget mors, quàm premit inopinus caſus, quanta docet magnorum interitus!

Lyra.

166 Exod. 1. v. 13. Pharaonis miniſtri, vt qui odio flagrarent, grauiſſimè adurgebant Hebræos : *Oderant filios Iſrael Ægyptij, & affligebant illudentes eis, atque ad amaritudinem perducentes vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terra operibus premebantur.* Datus Drogo comparat odij tyrannidem cum Paſſionis Chriſti vrgentia ; atque plus nos vrgeri

Christi charitate mortéque ad virtutum ædificia construenda, quàm Pharaonis, ministrorumque violent a ad luti opera fabricanda: *Et nunc, Domine, passionis tua dies vrgere nos debent magis, quàm præpositi Pharaonis.* Christi charitas, qua se tot dolorum procellis, tot contumeliarum diluuiis, tot ærumnarum vorticibus tradidit, altissimo etiam somno immemtos ad vigilandum impellit, & ad non cessandum ab honestis actionibus cogit. Et quidem si illatæ plagæ, si verborum minæ Israëlitas ad continuas operas, & laboriosas vigilias adurgebant, Christi vulnera amore nostro perlata nos viuidius debent adurgere, & ad laborandum cogere: *Passionis tua dies vrgere nos debent magis, quàm præpositi Pharaonis.*

167 Cùm Saul Ionathasque bello cecidissent, nuntium ad Dauidem delatum est, adeoque eius generosum animum, & solum virtuti seruire gnarum dolore sauciauit, vt planxerit inimicum, quando illo demortuo adibat pacatè regnum; verùm in medio planctu præcepit filios Iuda eiaculandi peritè artem edoceri, arcusque scientia eruditi: *Planxit Dauid planctum huiusmodi super Saül, & super Ionatham filium eius, & præcepit, vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum.* Opportunius videbatur tempus ad se induendum pullis, atrisque vestimentis, quàm ad nauandam operam arcubus. Ergo lamentetur modo Dauid bello occisos, nec inuertat tempus: doloris namque æstus alias non permittit curas, si verus, aut si permittat, censeri potest effectus. Si hucusque Israëlitæ arcui sagittandique peritiæ operam non nauarunt, cur modò se totos studiosiùs addicant, solicitiusque incumbant? Quia ipsa Saülis mors, inquiunt Rabbanus & Lyra, animos adurgebat, & ignauiam omnem exterminabat: quis enim Ionathæ adolescentis mortem considerans se non vrgeat ad operandum, arcúmque exercendum? Ergo Dauid tantorum virorum calente morte iubet Israëlitas arcum edoceri: quia opportunius esse tempus agnouit ad militiam sectandam, & vecordiam depellendam: *Filij Iuda*, inquit Glossa, *Filij confessionis, quos verus Dauid vult arcu scripturæ muniri, ne per ignorantiam in conspectu Dæmonum succumbant.* Adstipulantur Rabbanus: *Quia Philisthiim sagittarij sunt, qua arte Saül interfecerant, eandem belli artem vult eos discere, vel præcepit, vt Reges Iuda docerent fortitudinem, vt fortes scilicet, & intenti essent in timore Domini, ne perirent sicut Saul.* Saülis casus timorem incutiebat, edocebat confessionem, armabat fortitudinem, manus ad pœnitentiam acuebat. Ob id ergo Dauid opportunissimam ratus occasionem excelsi interitum ad suadenda strenua bella, & ad excitanda hostes debellandi honestissima studia, iussit arma capi, & artem sagittandi edoceri. Et quidem mors strenui, dum timore concutit, ad operandum exacuit: est enim inopinus & miserandus casus cautelæ, prudentiæque magisterium, fomentum solicitudinis, socordiæ naufragium, ac ignauiæ prorsus exilium.

Diuus.

1. Reg. 1 v. 17.

Glossa.

Rabban.

§. XXXVI.

Malus prælatus proditur, cui subiecti pendunt mella, & dulcorant labra.

MVnera, vt accipientis sæpè conciliant gratiam sic promittunt danti tutelam: neteit prodire in campum seueritas, quam gratum obsequium aut impedit, aut exarmat: non semel compensantur beneficia, & remunerantur obsequia dissimulationis ignauia, aut æquitatis iniuria: vnde quisquis fastigium dignitatis incendit, stomacho deditus aut gulosus, neteiet seuera districtione corrigere; sed conscientiam corrumpet in dissimulationem, aut dissimulabit in occasionem, aut vtrumque. Quod acute notauit Tertullianus lib. de spectaculis cap. 1. *Tanta est vis voluptatum, vt ignorantiam protegat in occasionem, & conscientiam corrumpat in dissimulationem, aut vtrumque.* Superior officijs delinitus, & muneribus subornatus protelat ignorantiam, ne subiectis occasionem impediat: eo rumpit sæpe conscientiam, ne militarit in culpam. Status virtutis, veritatis ratio, disciplinæ præscriptio prælulem amant delicias auertantem, & palato non indulgentem: nam quisquis indulsit palato, indulsit etiam delicto. Leonem occidit Samson, in cuius ore apes mellificabant, fauosque condiebant: *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis.* Hugo Cardinalis existimat in leone demortuo, melleque delinito malum denugnari prælatum: nam vt Leo iacebat deterrendi insciis, & melle plenus, ita qui gulæ negotium agit, dum mella exambit, seueritatem deponit. Quàm liberè diuagabantur apes, quam illis egressus aditusque patebat, dum leoni pendebant fauos, dum palatum indulcabant, gustuique inferuiebant: *Per leonem mortuum*, inquit Hugo, *intelliguntur malus prælatus, in cuius ore est mel.* Mel ab apibus studiosè impensum leonem testabatur sæuitia nudum: nequibat namque rictu ferire, dum mella probabatur gustare.

168

Tertullian.

Hugo.

169 Vt omnia in figura contingebant illis, dignum est animaduertere Ionatham, dum per hostium campum discurreret, mella ori applicuisse eo ipso mucrone, quo Aduersarios inceperat profligasse: *Extendit summitatem virgæ, quam habebat in manu, & tinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum.* Ecce vbi edulium Princeps concupiscit, mucronem ab Aduersariorum tergis auertit: dedidicit iam mucro ferire, quia fiaua saporataque mella didicit palato Principis ministrare: eneruatus est mucro, retusa est cuspis ipso fauo, dulcique edulio: vt nouerimus eis ipsis rebus, quibus regentis quis adulatur palato virgæ ferientis obuiasse periculo: *Cùm Ionathas inter medias acies hostium victor incedens fauum mellis gustasset* (verba sunt Ambrosij ser. 25.) *tanta indignatio repentè commota est, vt & differretur victoria, & diuinitas lederetur.* Dilata est victoria, hostiumque supplicium, quia Princeps prægustat fauum: tanta est vis voluptatis ad conscientiam corrumpendam, dissimulationémque protelandam.

1 Reg. 14. v. 27.

Ambros.

170 Sacerdotum minister tridenti fuscinula à sacrificantibus victimarum carnes auferebat: *Veniebat*

niebat puer Sacerdotis, dum coquerentur carnes,
1. Reg. 2. v. 3. *& habebas fuscinulam tridentem in manu tua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, sive in cacabum, & omne, quod levabat fuscinula, tollebat Sacerdos sibi.* Gregorius Magnus hac in fuscinula agnoscit persecutionem Ecclesiæ: *Fuscinula in manu pueri*, inquit ad hunc locum, Gregor. *illata Sanctæ Ecclesiæ laniatus populi persecutio est.* En instrumentum dem, quod palato prælidis inseruit, & virtuti bellum infert: nam qui æquitatis, iurisque patronus debuillet esse, pro ratione neque militare, dum studet gulæ, in virtutes constat irruere, quandoquidem edulium exhibentis non castigabit peccatum; imò laudabit fortè delictum: quo destituta munimine virtus exulat, & improbitas sulta patrocinio insultat. Nequeunt superiores, si palati egerint causas, subiectorum corrigere culpas: nam dum os edulio clauditur, in delinquentem non aperitur.

171 Saul regno interdicitur, dum Agag parcit: 1. Reg. 15. v. 28. *Scidit Dominus regnum Israel à te hodie.* Profectò culpa dum fuco linebatur misericordiæ, non videbatur adeò rigidæ subdenda pœnæ: puniatur delictum; non tamen Saul lugeat interdictus regno. Certè David innoxium fudit sanguinem, & tamen, etsi tantisper proditoris filij sustinuerit audaciam, regiam non amisit coronam: si ergo homicida, adulterque non priuatur sceptro, cur misericors, etsi imprudenter, priuetur throno? Quia quæ Saul perpetrauit, directiùs, inquit Lyra, opponebantur regimini: cupiditatis fumo obcæcatus, auri desiderio corruptus culpam non puniuit; sed delinquenti pepercit. Ergo Saul, dum probatur cupidus, proditur regimini aduersus, quandoquidem causa aurum pendentis semper inuenietur innocua, vt è contra pecuniam non exhibentis semper tribunalibus adstaret rea. Certè superior munerum amator est æquitatis euertor: moritur muneri, dum viuit cupiditati. Ergo licèt David aliis se sceleribus polluat, regimine non priuetur; Saul verò dum inseruit cupiditati, dum optima sibi pecora seruat, dum Agagum vita donat, à fastigio regiminis deturbetur, vt qui hostis iustitiæ, & æquitatis prodatur: *Saul cupiditate* Lyra. *ductus*, scribit Lyra, *sperabat habere de eo magnam redemptionem, vel per eum occulti thesauri revelationem, & eadem cupiditate reservavit meliora de præda.* Lex languet coram præside cupiditatis vernula: nam dum venatur palato ferculum, aut marsupio aurum, nequit videre delictum. Lex apertè à Numine lata Agagum morti damnabat; sed cupiditas defendebat, & dum Saul arridet cupiditati, apertè aduersatur legi.

172 Isaias Dei nomine iustitiam, æquitatemque dolet prorsus extinctam, & fluentem insolentiam: Isai. 5. v. 7. *Expectavi, vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor.* Clamabant pauperes, quia corrumpebant iustitiam diuites, qui tribunalibus præsidebat, vim inferebat iustitiæ, & patrocinabatur iniquitati: erant namque causarum merita oblata iudici dona: vnde qui plus pendebat, meliorem sortiebatur causam, & placidiorem obtinebat etiam sententiam. Ita exponit Lyra ad hunc locum: *Expectavi, vt faceret iudicium, iustam sententiam proferendo, quod* Lyra. *pertinet ad iudices, quorum est iudicare: & ecce iniquitas, id est, iustitiæ inæqualitas: quia pervertebant iudicia in favorem partis; & propter munera.* Vbi munus causam diuitis defendebat, pauperis causa plorabat: putabant litigantes ad iurgia componenda consulendam fore legem, & consuli deplorabant cupiditatem: ergo nequibat non esse malus prælatus, legumque corruptor, qui deliciarum, ac diuitiarum amator.

E contrà minister integer, cupiditatis ignarus, gulæ inscius semper æquitatis tuetur causam, ac defendit iustitiam: Dei Angelus igneæ columnæ insidens populum promouebat, & ad promissionis patriam ductabat: *Dominus autem præce-* Exod. 13. *debat eos ad ostendendam viam per diem in co-* v. 21. *lumna nubis, & per noctem in columna ignis.* Ignis ille lucebat nec pabulo innutritus, nec terreno alimento adauctus: vt etiam nubes non terreis vaporibus coagulata; sed miraculosè producta. Hæc ergo columna viam ostendebat, nec sustinebat Israëlitas deuiare, à quibus constabat nihil accipere; imò iam iniquis portendebat flammas, vt puniuerit culpas. Quod Zeno Veronensis animaduertit serm. 2. de Exodo: *Columna nubis te perduxit per diem* (Iudæo alloquitur) *vt ostenderet cæcum, ignis columna per no-* Zeno. *ctem, vt admoneret arsurum.* Ignis ex se lucens sibique sufficiens ostendebat securam omnibus viam, & in deuiantes ardentissimam eiaculabatur flammam: quod efficere non valeret, si pabulo oblectatus, aut muneribus Angelus obscuraretur corruptus. Adde eam vim habere munera ferculaque ad rigorem emolliendum, & peccatori patrocinandum, vt supra humanæ naturæ eluceat fastigium, qui subornatus noxios punit, & innoxios asseruauit.

Nabuchodonosor Angelum cum pueris de- 174
ambulantem, regiosque ministros ardoribus adurentem Deo simillimum agnouit, & proclamauit: *Species quarti similis filio Dei.* Inquires quid Dan. 3. v. 92. speciale fuerit in Angelo, vt Dei imaginem præ aliis induerit, & oculis ostentarit? Respondeo fecisse ignem adurere pabula suggerentes, recreasseque pueros culpæ prorsus immunes: *Non cessabant, qui miserant eos ministri regis, succendere fornacem naphta, & stuppa, & pice, & malleolis, & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem, & exiit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Vbi flamma innocentum caulam tuetur, vbi pabula ingerentibus auersatur, Angelo Dei simillimo gubernari cognoscitur: aliter subornantibus parceret, & innocentes feriret. Adest Zeno Veronensis serm. 2. de tribus pueris: *O admirabile incendium! O verè spectaculum Deo dignum! Qui* Zeno. *audiunt, timent: qui incenderant, ardent: qui incensi sunt, sanctificati, & incolumes de camino procedunt.* Dignum spectaculum Deo erat ignis ambitiosos nutrientesque adurens, & innocentes defendens. Dignum Deo spectaculum erat potentiam vincens abiectorum iustitia, quin scelus defendere valuerit potentia.

§. XXXVII.

Nonnulli, vnde afferatur, non rogant: quia afferri solùm desiderant.

175 EA vis necessitatis, aut cupidinis est, vt conscientiam corrumpat in dissimulationem, & ignorantiam protendat in occasionem. Hinc nonnulli parentes, maritique sibi ipsis architectantur

Digitized by Google

tenebras, & procudunt ignorantiam: vident quæ ingenerant ſuſpictionem; ſed nimis candidi, aut, quod certius eſt, affectatè ſtulti argumenta præterierunt, & diſcuſſum omnem dediſcunt: *Ne ſua cuique*, aiebat aliorſum Caſſiodorus 3. var. 46. *minimè videatur ignorantia profuiſſe.* Quia ignorantes turpiter ſibi proficiunt, ignorare geſtiunt: huiuſmodi inſcitiæ obuiare non adlaborant, vtpote quæ à verſutia nata, non à ſimplicitate probetur exorta. Samſon ex ore leonis, in quo Interpretes deſignari dæmonem arbitrantur, fauum educit, & parentibus impertit: parentes ab illo accipiunt dulciſſimos fauos, nec vnde acceperit, quærunt: quod licet in eis nullam denotarit maculam: ad noſtram tamen conducere poteſt doctrinã, quando ſuo nos edocuerunt exemplo inueniri aliquos, quibus, etſi ius fuerit ſciſcitandi, quæ illis apponuntur, comedunt, nec vnde allata perquirunt: *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis, quem cùm ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via, veniensque ad patrem ſuum & matrem, dedit eis partem, qui & ipſi comederunt: nec tamen eis voluit indicare, quod mel de corpore leonis aſſumpſerat.* Ipſe non indicauit; ſed nec parentes quæſierunt. Quod notauit Abulenſis q. 13. *Ipſi comederunt nihil interrogantes vnde ſuſcepiſſet.* Poterat Samſon vi abſtuliſſe, inueniſſe poterat ſorte; parentes tamen comederunt, nec vnde habuerit, interrogarunt: *Comederunt nihil interrogantes, vnde ſuſcepiſſet.* Certè ſi ad mores hiſtoriam aptes, matres inuenies alioquin curioſiſſimas, quæ oblatis à filiabus eduliis, aut muneribus gaudent, comeduntque omni curioſitate expuncta, & ignoratione affectata: *Comederunt nihil interrogantes, vnde ſuſcepiſſet.*

Caſſiod.

Abulenſ.

176 Sanguiſuga duas ſortitur filias ea cupiditate inflammatas, habendi adeò ſitibundas, vt inacceſſibili clamore eius aures diuerberent, & ſibi aliquid offerri importunis precibus rogitent: *Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ dicentes, affer, affer.* Non præſcribunt, vnde ſit afferendum, quia afferri ſolum eſt votum: dum mater afferat, vnde attulerit non interrogant: quia ipſis non eſt curæ cauſa; ſed copia: *Siti peccandi*, inquit Hugo Cardinalis, *& peccata ſuadendi perpetuò ardent. Duæ ſunt filiæ, quæ in nobis generat ſuggerendo, ſcilicet auaritia, & luxuria dicentes, affer, affer.* Hiat auaritia, vtque execrando adulatur voto, cæco adurget matrem conſilio: gliſcit luxuria, & quod effundere poſſit, quæritat. Non inquirent vnde, dum mater attulerit; imò claudent affectata cæcitate obtutum; ſi ad oblata extenderint manum.

Prou. 30. v. 15.

Hugo.

177 Sanctiſſimus ille Tobias ad magnam deuenerat paupertatem, cúmque eius vxor textrinis operis hœdum pro mercede accepiſſet, vt audiuit balatum, vnde fuerit adductus, ſolicitè interrogauit: *Anna vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie, & de labore manuum ſuarum victum, quem conſequi poterat, deferebat: vnde factum eſt, vt hœdum caprarum accipiens detuliſſet domi, cuius cùm vocem balantis vir eius audiſſet, dixit: Videte ne fortè furtiuus ſit.* Noluit velici, quin conſtaret, vnde hœdus allatus; cúmque ad emendum non ſuppeteret ſubſtantia, ne minus honeſtis artibus acquiſitus fuerit, expaueſcebat conſcientia: non affectabat, vt comederet, neſcire; ſed maluit interrogare; cùm tamen nonnulli, vt opipara fruantur menſa, oculos claudant de induſtria: *Dixi ei*, ſcribit Gregorius Tobiæ nomine apud gloſſam: *vnde hœdulus? Num furtiuus eſt? Ipſa autem dixit: Dono datus eſt mihi ſupra mercedem: & non credebam illi, & dicebam, reddere illum dominis, & erubeſcebam ad eam.* Vbi vxor dono accepiſſe aſſerunt, Tobias erubuit, nec paſſus eſt quid ab vxore ſibi ad cibum apponi, quin vnde, quomodo, quibus artibus allatum, contigerit ſciſcitari, & reſponſione conſona rationi ſuaderi. Certè ſanguiſugæ filiæ alterius erant ingenij, dummodo afferretur, vnde allatum, non curabant interrogare; ſed fortè affectabant neſcire.

Tob. 2. v. 19.

Greg.

178 Ruth ſocrus lateri adhæreſcens reliquit patriam, renuntiauit cognatis, &, ne pietati deeſſet, non timuit ſpernere poſſeſſiones: facultate obtentã à ſocru ſpicas à meſſoribus derelictas demiſſo vultu colligebat, ſi aliquod ſocrui ſubſidium poſſet afferre: Booz puellæ honeſtate delectatus eius remunerauit pietatem, & honorauit laborem: *De veſtris manipulis proijcite de induſtria*, iubet meſſoribus, *& remanere permittite, vt abſque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Ruth vſque ad veſperam laborauit, & quamuis vber prouentus alliceret, noctis fugit tenebras, malens pudori conſulere: *Collegit ergo in agro vſque ad veſperam, & quæ collegerat, virgâ cadens, & excutiens inuenit hordei quaſi ephi menſuram, id eſt, tres modios, quos portans reuerſa eſt in ciuitatem, & oſtendit ſocrui ſuæ. Inſuper protulit, & dedit ei de reliquis cibi ſui, quo ſaturata fuerat.* Quid tunc? Honeſtiſſima, & ſolicita ſocrus, vt vidit remanentes colligendi ſpicas laborem ampla tritici remuneratum menſura, ſciſcitata eſt, vnde attulerit, & in cuius agro collegerit: *Dixit ei ſocrus ſua: Vbi hodie collegiſti, & vbi feciſti opus? Sit benedictus, qui miſertus eſt tui.* O mirum ſocrus ſapientiam! Ne ſuſpictone minùs probabili nurum ſugillaret, Dei miſericordiæ adſcripſit prouentum, & ne quam loco filiæ habebat, nimis videretur indulgere, vnde fructum attulerit, voluit ſcire. Certè, ſi alia eſſet, de allatis comediſſet, ipſaque taciturnitate, aut diſſimulatione puellam ad iterum quærendum; afferendumque protitaſſet; at ſupra fœmineam operam expendens mercedem nec ſuſpicione vſſit, nec taciturnitate allexit; imò Dei adſcribens ſpeciali beneficio tritici copiam, ſcrutari conatur ſedulè cauſam. Certè parentis munus adimplet, dum nec ſuſpicax infamat, nec tacens protitat. *Admirata Noëmi*, inquit Abulenſis q. 16. *de eo quod collegerat Ruth, quæſiuit ab ea: Vbi collegiſti hodie, & vbi feciſti opus? Vbi tantum colligere potuiſti, vel quis fuit, qui tam clementer ſe haberet ad te, vt tantum te colligere permitteret? Et eſt replicatio ſententiæ: quia idem eſt, vbi collegiſti?* Replicat inquiſitionem, vt cognouerit veritatem. Nil de nutu eius pietate indignum ſuſpicatur; ſed abſque ſuſpicione certam notitiam habere aggreditur: Deo tribuit prouentum; non tamen remiſit inquiſitionis ſtudium. Subdit Abulenſis: *Sit benedictus, qui miſertus eſt tui, hoc eſt Deus, qui miſertus eſt tui, dando tibi gratiam in conſpectu alicuius patris familias, vt tantum te colligere permitteret, ſit benedictus, & laudabilis.* Certè aliquando fructus muliebrem excedit laborem: ergo licet Dei miſericordiæ pietas adſcribat exceſſum, congruit prudenti inquiſitione indagare cauſam, & venari notitiam.

Ruth. 2. v. 16

Abulenſ.

179 Dauid Pſalmo 90. Deo gratias agit, quod ipſum à laqueis captioſè ſtrictis liberarit: *Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Interpretes exiſtimant ſecundum hemiſtichij partem

Pſal. 90. v. 3.

Digitized by Google

tem primam elucidare : quasi dicat Psaltes exemptum fuisse ab aspero conscientiæ verbo, auribus tamen mellito, quod venatorum erat laqueus & dolus. Iam si inquiras cuiusmodi fuerit verbum, ait Incognitus esse ad afferendum semper impellens consilium, & ad vnde afferatur, inquitendum silentium. Itaque nonnulli, vt plura venarentur, persuasionum laqueos obtendebant, & captiosas tendiculas obarmabant : vrgebant animam, vt afferret, vnde attulisset, nullatenus indagantes, aut perquirentes ; ergo ab hoc captioso laqueo liberatam se fidelis anima confitetur, quia nouerat silentium extitisse plurimis laqueum. *Quod est verbum hoc*, scribit Incognitus, *nisi illud insatiabilis* Incognit. *gehenna, affer, affer*? Itaque qui venatorum more discupiunt miseram animam multa afferre, vnde, nec curant inuestigare : dissimulatio laqueos obtendit pudori, & tendiculas caltitati : nam quæ, vt afferat, adurgetur, quæque, nisi attulerit, asperis verbis percutitur, mirum non erit, si se inextricabilibus inferat laqueis, & honoris exponatur periculis. Certè tota hominum miseria ab Adamo promanauit fructum vetitum comedente, nec expressè, vnde Eua attulerit, indagante. Serpens curatorem simulans mulieri suasit pomum decerpêre : tulit illa, comedit, viro obtulit ; & qui scisciari debuisset, vnde sponsa pomum illud habuerit, si litteræ stemus, tacuit, & comedit : *Tulit de* Gen. 3. v. 6. *fructu illius, & comedit : deditque viro suo, qui comedit.* Dum Adamus non inquirit, vnde Eua fructum decerpserit ; sed tacet, quodammodo approbauit delictum, & filius attulit honoris naufragiũ. Non dubito Adamum de vetita arbore aurium pomum cognouisse ; verùm cùm Scriptura non referat expressam inquisitionem, nobis locum præbet doctrinæ : adaptare igitur possumus illud Basilij Seleuciensis orat. 1. sæpiùs repetitum : *Discamus* Basil. *Scripturam, dum tacet, audire, & dum legitur, erudiri.* Dum non refertur Adamum quicquam inquisiisse, innuitur studiosè dissimulasse. Profectò si afferente fœmina pomum Serpentini alloquij fructum nonnulli mariti vnde inquisissent allatum, forsitan non repetteretur delictum ; at dum ora damnabili sigillant silentio, porrigitur noua occasio.

§. XXXVIII.

Non semel parentes deuorauere peccatum, vt filiorum expleuerint desiderium.

180 AMoris insania, aut cupiditatis vecordia sic aliquando iuuenes, iuuenculasque captiuat, vt ignorent legem, lædant pietatem : imò aliquando violauerint religionem : cumque parentes debeant improbis conatibus obicere obstaculum, sic filiorum detestabili tenentur amore, vt adhibuerint fomentum : non retardant, quantumuis lex reclamauerit : quia malunt deesse legi, quàm cæco filiorum amori. En Samson Philisthæam discupit, cordisque desiderium parentibus explicat : *Vidi mulierem in Thamnatha de filiabus Philisthinorum, quam queso vt mihi accipiatis vxorem.* Parentes legem cupidini opponunt, & præceptum violari dicunt : *Dixerunt pater, & mater sua : Numquid non est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo meo, quia vis accipere vxorem de Philisthiim, qui incircumcisi sunt?* Ac si dicant : Lex a Deo lata Deuteronomij 7. huiusmodi vetabat matrimonia : ergo legem transgredi non licebit. Quid tunc? Samson inflat, & huius se tenerrimo premi amore parentibus manifestat : *Dixitque Samson ad patrem suum : Hanc mihi accipe : quia placuit oculis meis.* Pater placendi desiderio iam, vt videtur, non resistit ; sed mulierem allicere ad celebrandas nuptias disponit : *Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium.* Ex vna parte retardabat legis mandatum, ex alia amoris erga filium allicebat studium : cumque fas esset vim intulisse amori, ne inferretur iniuria legi, Samsonis parentes, si solum litteræ inspicias corticem, maluerunt legem præterire, quàm desiderium filij frustrare. Ita Abulensis q. 5. *Desiderio complacentiæ filio transgrediebantur legem Dei, & istud patet : quia mox vt* Abulens. *Samson dixit : Hanc mihi accipe, quia placuit oculis meis, non repugnauerunt ei parentes ; sed descendentes in Thamnatha acceperunt ei vxorem.* Ipsi parentes matrimonij artifices exiterunt, qui debuissent retardare, legique contulere : vbi suspicari sunt aliquod ex illo matrimonio futurũ commodum, aut saltem filio suo gratum, maluerunt crimen vocare, quam infamiæ resistere. O quoties matres matrimonij spe filias non corripiunt ; sed iniurias legis despiciunt! Vtilibus alliciuntur plures euanido commodo, quàm deterreantur vero delicto : vnde videas ipsas matres non semel solicitare disponereque industriè stupri delictum, vt concinnauerint matrimonium : lucri spes & filiorum amor durissimi in legem hostes, & cæci matrimoniorum artifices. En Samsonis parentes legis non ignari filio solicitant nuptias, & ad celebrandas nuptias opiparè adornant mensas.

Labanus, vt diu Iacobum gregis sortiretur custodem, vtque lippientem filiam marito locaret, legem transgreditur, & peccato maculatur : promiserat Iacobus in alendis gregibus curam septennio impendere, si Rachelem duceret : annuit pater, & Iacobus, licet imbribus diuexatus, licet ardore Solis adustus, solicitam gregum curam egit, & datam fidem seruauit ; verùm cùm impendium erat promissum, inuenit fraudis commentum : *Vesperè* Gen. 29. *Liam filiam suam introduxit ad eum.* Inquires cur v. 23. tantum flagitium Labanus non exhorruerit ; sed contra inita pacta Liam tenebratum patrocinio intro luxerit : *Pro Rachel Lia inopinata coniungitur*, scribit Isidorus apud glossam, *& hanc sustinet, vt* Isidor. *ad illam perueniat.* Amplioribus spatiis generi operâ frui desiderans, & lippientem locare in matrimonium anhelans contra legem disposuit matrimonium, vt expiscaretur lucrum, & impleret desiderium.

181

Adde nonnullos parentes imminere grauissimum sibi periculum, si filiorum, filiarumve desideriis non obnitantur, cognoscere, & tamen amore irretitos aduersus conscientiam & notitiam militare : sibi non prouidens, vt insanis filiorum appetitionibus inseruierint. Lex, qualis illa erat, Hebræorum recens natos filios fluentis condemnabat, & antequam solare iubat intuerentur, morti tradebat : Vbicumque erant partus speculatores, fructus lætitia nouam post tot dolores transibat in anxietatem, & peperisse adaugebat mœstitudinem : Mosis parentes eâ acerbissima tempestate filium susceperunt, cuius amore laucij, & eleganti corporis habitudine impulsi tyranni edictum calcarunt, puerum celantes, vt potuerunt ; verùm cùm

182

cùm iam ipſe ſe infans validiori vagitu proderet, & ſpeculatores non deeſſent, fluentis commiſerunt capſula induſtriè compoſita incluſum, Deumque precati, vt felicem appelleret portum: oratio effectum allecuta eſt: nam cùm Pharaonis filia, quæ leuandi mœroris cauſa foras ſe prompuerat, allata ſiſcella puerum Hebræum noſſet, & admiraretur pulcherrimum, nutriuit, & in filium adoptauit: *Nutriuit puerum* (ipſa mater) *adultumque tradidit filiæ Pharaonis, quem illa adoptauit in locum filij: vocauitque nomen eius Moyſes dicens: Quia de aqua tuli eum.* Dum nutriretur Moyſes, Sacerdos Heliopolitos regem admonuit oportere illum interimere: futurus namque erat, vt prædicebant oracula, Ægyptij regni peſtifera lues; verùm Pharao, etſi periculi gnarus, vt filiæ complaceret, puerum aſſeruauit, & oracula contempſit. Ita Abulenſis q. 5. *Tulit eum* (Thermuth) *ad Pharaonem, cuius venuſtatem ipſe admiratus coronam regiam, quam capite tenebat, capiti pueri forte appoſuit, in qua Ammonis, id eſt, Iouis Arietini figura ſculpta erat. Puer autem coronam proiecit in terram, & fregit.* Attentiùs audi, quæ ſequuntur: *Sacerdos autem Heliopolites, qui in domo regia de honoratiſſimis habebatur, à latere regis ſurgens dixit: Hic eſt puer, quem dij nobis occidendum eſſe mandauerunt, vt de cætero timore careamus, voluitque in eum irruere, atque occidere; ſed regis auxilio liberatus eſt.* Si Moyſes, cuius pulchritudine Thermuth capiebatur, interimeretur, illa lamentaretur; ſed Pharaoni non immineret periculum; ea tamen fuit erga filiam amoris phreneſis, vt maluerit ſubire periculum, quàm auferri puerum. Admonebat Sacerdos puerum ſi lum fore totius regni excidium, promebat deorum oraculum; at filiæ cæcus amor ſic patrem (ſi fas eſt dicere) demonſtrauit, vt, ne illam contriſtet, ingens adeò periculum glutiat, deoſque contemnat. Profectò iſta Rabbinorum ſunt nugæ, verùm vt de ipſa veritate contra veritatem nonnulla figmenta conſtructa ſunt, ita de ipſis nugis educi poſſunt pro veritate documenta, & pro moribus ſublidia: nam vt Pharao filiæ delinitus amore deorum, quos colebat, contempſit de puero occidendo edictum, & (vt rebantur ethnici) oraculum; ita inueniuntur plures, qui præneſcentes filiarum, aut filiorum amorem ſaluti & honori aduerſum, nihilominus ignorantiam affectant in occaſionem, & conſcientiam corrumpunt in diſſimulationem, aut vtrumque.

Exod. 2. v. 9.

Abulenſ.

183 Pater filij adoleſcentis calamitate perculſus Chriſtum adit, vtque remedium ægritudini afferat fuſis lachrymis deprecatur: Chriſtus Dominus ægritudinis tempus inquirit non ignorans; ſed nos erudiens: *Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? Ab infantia*, reſpondet pater, *& frequenter eum in ignem, & in aquas miſit, vt eum perderet.* In igni iram libidinemque ſignari, tradit Hugo Cardinalis ad hunc locum: *In ignem iræ, vel libidinis, de quo Iob. 31. Ignis vſque ad conſumptionem.* Itaque adoleſcens negotia exercebat libidinis: à quo periculo illum pater ſæpeſæpiùs potuiſſet eripere; ſed ne illum exaſperaret, aut triſtitia afficeret, diſſimulabat, & commercium cum dæmone permittebat. Ita Chryſoſtomus apud D. Thomam: *Dominus coram plebe multò magis ei hoc imputat.* Adſtipulatur Chryſologus ſerm. 51. *Interrogationis tali tempus aperit, ætatem pandit, retuliſſe infantiam, vt tanti mali cauſa non tangat ſobolem; ſed parentem: quia à Deo ſibi datum pignus ad diaboli gratiam, dæmonum retulit ad honorem.*

Marc. 9. v. 20.

Hugo.

Chryſoſt.

Chryſol.

Ea erat ætas, quæ paterna ſeueritate potuiſſet corrigi, & à vitijs prorſus arceri; verùm pater, ne filium, cuius amore ſauciabatur, triſtitiâ afficeret, auſus non eſt refragari; imò ſtuduit diſſimulatione fouere. Et vtinam ſolus hic pater amorem adulteraſſet, & ipſa filio dilectione nociſſet; ſunt tamen plures, qui deſpiciunt ſcandalum, & periculum, ne filius vtilem dolorem attulerint, & mœrore ſalubri affecerint: *Reuoluit infantiam, vt tanti mali cauſa non tangat ſobolem; ſed parentem: quia à Deo ſibi datum pignus ad diaboli gratiam, dæmonum retulit ad honorem.* Fortè pater, ſi non ſuadebat puerum ætatis terminos tranſgredientem, & virilitatem iam affectantem, intuitus oblectabatur, &, cùm debuerit frænare, maluit fortaſſis acuere. Non ſemel vidi oblectari parentes filiorum audaciâ, & verba celebrare inhoneſta: vnde iam non ſolùm culpam deuorant molliter amantes; ſed procaciam acuunt filiis plaudentes.

184 Mirandus occurrit Raguel, qui cùm filiam Saram petente Tobia ingenuo ac nobiliſſimo viro potuiſſet matrimonio coniungere, maluit quod acciderat, declarare: *Hîc ego hodie non manducabo, neque bibam*, aiebat Tobias, *niſi priùs petitionem meam confirmes, & promiſeris mihi dare Saram filiam tuam.* In quanta iuuenes ſe pericula conficiunt! Pulchritudine captus vxorem ambit, quæ multis extiterat occaſio ruinæ; hoc tamen totum non fuit imprudens Tobiæ deſiderium; ſed ad noſtram eruditionem arcanum: non ignorabat quæ acciderant, Angeli tamen ſecutus conſilium expetiuit matrimonium. Raguel petenti nullum reddidit reſponſum, quouſque Angelus timoris depulit nubilum: *Dixit ei Angelus: Noli timere dare eam iſti.* D. Ambroſius lib. 3. offic. cap. 14. ait non tumulaſſe ſilentio, quæ acciderant; ſed exertè explicuiſſe, ne ob filiæ matrimonium aliquo ipſe pollueretur piaculo, dum iuueni aſciſcit periculum. Ambroſium audi: *Raguel contemplatione honeſtatis cùm rogaretur, vt filiam ſuam in coniugium daret, vitia quoque filia non tacebat, ne circumuenire petitorem videretur tacendo. Itaque cùm Tobias filius Tobiæ poſceret, vt ſibi daret puellam, reſpondit lege quidem ipſi eam deberi tamquam propinquo; ſed dediſſe ſe eam iam ſex viris, & omnes eos eſſe mortuos.* Addit Ambroſius: *Inſtus itaque vir plus alienis timebat, & malebat innuptam ſibi manere filiam, quàm propter nuptias eius extraneos periclitari.* Petentis periculum ſibi, ſi taceret, fore credebat piaculum: ergo religioſus pater elegit filiam manere innuptam, quàm ob eius commoda ſceleris contrahere offenſam: vt diſcant parentes priùs conſulere conſcientiæ, quàm filiæ: inueniuntur enim plures, qui, vt filiam matrimonio locarint, non vnicum; ſed peccata plurima deglutiuerint.

Tobiæ 7. v. 10.

Ambroſ.

§. XXXIX.

Non ſemel qui potentibus hilari vultu obſequuntur, animo aduerſo inſidiantur.

185 *Implicant inimicitiis amicitiæ nos*, aiebat Plutarchus lib. Qua ratione ex inimicis emolumentum capias. Optimè dixit: ſunt namque aliquæ laruatæ amicitiæ, quæ odij inimicitiæque cauſas agunt,

Plutarch.

&

& minùs cordatos illudunt: quiſque ab inimico abſtinet, nec cordis illi ſecretum committit; at dum laruatum ſortitur amicum, ſecreta prodit vti fideli, & ſe imprudentiſſimè tradit hoſti: quod etſi frequenter cuique accidat, eis tamen, qui poteſtate fortunaue alios ſupergreſſi ſplendent, frequentiùs contingit: illis ſe adiungunt plures obſequia mentientes, & animum explorantes: externa facie videntur amici, interne tamen reperiuntur aduerſarij, captioſas inſidias amicitiæ contegunt larua; imò vt inimicitiæ negotium gerant, amicitiam politicè ſimulant. Hinc incauti patiuntur aduerſarium, dum habere ſe cogitauerunt amicum. Fortuna dum virulentiſſimam adurit inuidiam, in ſe multorum armat inſaniam, & ſi crediderint poſſe tutiùs, commodiuſque proximitate nocere, adhærebunt ſpecie quidem obſequendi; ſed animo innubilandi. Hanc veritatem comprobat Samſon, cui vt potenti eximiaque fortitudine prædito ſe adiunxerunt plures amicitiam mentiti, & odij verſutiis pleni: *Cùm cives loci illius vidiſſent eum, dederunt Sodales triginta, vt eſſent cum eo.* Cum eo erant ad ſpeciem, vt obſequerentur tamquam amici; re tamen obſidebant vti aduerſarij, cùmque affectata lætitia præberet aditum, interna inimicitia cogitabat excidium. Ita Hugo Cardinalis ad hunc locum: *Dederunt ei robuſtos iuuenes, qui voce tenus ſocij eius dicebantur; ſed re cuſtodes eius erant, vt ſcilicet tenerent eum.* Gradiebatur ad ſpeciem copioſo ſtipatus ſatellitio; ſed reuera hoſtili circumdabatur exercitu. Plures accedunt fortunatis mentito obſequio, & ardentiſſimo odio: parent, obſequuntur, adſtant, terunt limina, nulla prætermittunt adulationis obſequia; illorum tamen animus non eſt inſeruire; ſed explorare: inimicorum agunt partes, & quæ aduerſarius nullo poſſet conſequi ſtudio, aſſequitur fraudulentus amicus dolo.

Hugo.

186 Tertullianus in Apologet. cap. 35. cùm ethnici Chriſtianos criminarentur, vt qui Imperatoribus nec plauderent, nec aſſiſterent, ſic reſpondet, & carpit: *Ipſos Quirites, ipſam vernaculam ſeptem collium plebem conuenio, an alicui Cæſari ſuo parcat illa lingua Romana? Teſtis eſt Tiberis, & Schola beſtiarum.* Ac ſi dicat: plures ob proditionem, fraudemque in Cæſares commiſſam ex eius latera ſtipantibus, fluentis ſuffocati, & beſtiarum morſu diſcerpti qualiter Principem ſuum circumſtent, teſtantur; ſed vt lynceis oculis pectoris eruerent arcana, & hoſtibus euulgarent ſtudia adſtabant adulantium ſpecie; ſed odientium veritate. Addit Septimius: *Iam ſi pectoribus ad tranſlucendum quandam ſpecularem materiam natura obduxiſſet, cuius non præcordia inſculpta apparerent, noui ac noui Cæſaris ſcena in congiario diuidendo præſidentis? Etiam illa hora, qua clamant: De noſtris annis tibi Iupiter augeat annos.* Et quia poſſent reſpondere magnates hanc ſolùm vario inciuilique vulgo fallaciam poſſe contingere, aggreditur Septimius ad optimates probationem extendere: *Omnes illi* (magnates) *ſub ipſa vſque impietatis eruptione & ſacrificabant pro ſalute Imperatoris, & geniam eius deierabant: alij foris, alij intus.* Itaque Caſſij, & Nigri, & Albini pro Imperatorum ſalute ſumptuoſam offerebant hoſtiam, & armati irruebant in curiam: alij exercebant paſæſtricum; ſed vt incautò ſtricta gula eriperent vitam: alij mitrebant pocula venenata, & obſequio falſo mortifero viam aperiebant veneno: ea eſt faſtigiorum conditio: cùm omnes accedere videantur, vt ſeruiant, nunquam deſunt, qui accelſerint, vt detrudant: prudente fortunatis cautela opus eſt: ex ipſo namque ſatellitio prodire ſolet hoſtis, qui prodat, & inimicus, qui vendat.

Tertull.

Dæmon, qui miſerum inuaſerat, & ſepulchris incluſerat, Domino aduentanti obuiam procedit, & exertis clamoribus eius magnitudinem deprædicat, ei proclamat: *Videns Ieſum à longè cucurrit, & adorauit eum, & clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi Ieſu fili Dei Altiſſimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Putares acceſſitile obſequendi ſtudio, & plaudendi officioſo deſiderio: putares Chriſti maieſtatem extollere, & ipſis adorationibus conteſtari; ea tamen erat ſerpentina dæmonis verſutia, vt acceſſum ipſum, ipſam adorationem ipſam proclamationem magnitudinis contra adoratum armarit, & extoliendo deprimere cõtecta doloſitate geſtiuerit. Opportunè Chryſologus ſerm. 17. *Timet tergiuerſator & ſimulat: fatetur filium; ſed ne Deus intelligatur, ſolitâ arte contendit: adiurat Deum per Deum, vt alterum videri ipſum faciat, vt aſtantium decipiat, & fallat auditum.* Ni accederet, ni demiſſò ad terram vultu adoraret, ni Chriſti plauderet magnitudini ab omnibus haberetur aduerſarius, & inimicus; at dum ſe quodammodò in familiam inſerit, dum eius potentiam extollit, dolum tegit, & adſtantium decipit, & fallit auditum: nam dum exiſtimant familiarem, non reputant hoſtem, ſicque dolus facilius tegitur, & viſus fallitur: *Fatetur filium; ſed ne Deus intelligatur, ſolitâ arte contendit.* O quàm alia erant viſcera, & ora! Præcordiis inſidebat odium, foris fraudulentum exhibebatur obſequium; imò exterius exhibebatur obſequium, vt internum opportuno tempore nutritum premeret odium.

187

Chryſol.

Ad Abſalonem à patre deficientem, & immatura ambitione ad coronam properantem confugit Chuſai ſpecie quidem obſequentis; animo tamen inſidiantis: *Cùm veniſſet Chuſai Arachites amicus Dauid ad Abſalon, locutus eſt ad eum: Salue rex, Salue rex. Ad quem Abſalon: Hæc eſt, inquit, gratia tua ad amicum tuum? Quare non iuiſti cum amico tuo? Reſpondítque Chuſai ad Abſalon: Nequaquam, quia illius ero, quem elegit Dominus, & omnis hic populus, & vniuerſus Iſrael, & cum eo manebo.* Mira res: amicum carpit, quod amicum deſeruerit, quando ipſe, qui filius, non ſolùm patrem deſeruit, ſed & tyrannide inuaſit. O quàm ſibi peccatores affectata cæcitate adulantur, quàm aliorum errata damnabili perſpicacia intuentur! Qui à patre defecerat animitus putauit Chuſai etiam defeciſſe non fictè? ſed verè: ergo illum inter primores admiſit: Chuſai repetitis fauſtiſque acclamationibus electionem extollebat, & dum extollebat, de alio rege cogitabat. Quàm huc facit, quod aiebat Tertull. iam datus: *Qui nunc ſceleſtarum partiũ ſocij aut plauſores quotidie reuelantur, poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes, quàm recentiſſimis, & ramoſiſſimis laureis poſtes perſtruebãt, quàm elatiſſimis & clariſſimis lucernis veſtibula ambulabant, quàm cultiſſimis, & ſuperbiſſimis toris forum ſibi diuidebant.* Subiecit huius fucati adeo ſolemniter plauſus ſtudium: *Non vt gaudia publica celebrarent; ſed & vota propria iam ediſcerent, & in alterna ſolemnitate exemplum, atque imaginem ſpei ſuæ inaugurarent, nomen Principis in corde mutantes.* Applaudebat Chuſai ore Abſaloni, ſeruiebat corde Dauidi, & habebat Abſalon inter regni primores Chuſai ad

1 Reg. 16. v. 16.

188

Tertull.

honores

honores illi impertiendos, cùm ille etsi piam texeret fraudem, & proditoris filij suspiraret perniciem. Quando ore dicebat: *Illius ero, quem elegit Dominus*, corde amplectabatur Dauidem, & extolleri videbatur lingua Absalonem. Plura suppetunt omnibus sæculis huiusmodi exempla: domestici sunt hominis inimici, illius præcipuè, qui sumptuosiori fortuna nitet: nam non semel inuidia, vt innubilet, profundit aurum, & copiosum aurum corrumpit non solùm seruum; sed etiam amicum. Solicita magnatibus opus cautela est, quandoquidem & serpens blandè subsultans, & adulatoriis motibus Euæ plaudens inimici causæ patrocinatur, & felicitati opponitur.

189 Cùm toties Christi Domini inimici captiosos illi laqueos obtenderent, nil profuerunt, quousque discipulus diaboli cor inuasit. Iudas mensæ particeps, contubernij socius, consiliorum persæpè gnarus nouit locum, & tempus traditioni opportunum, sicque detestabile iniuit commercium: secum habuit Dominus proditorem: *Ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi.* Quod expendens Tertul. lib. de patient. c. 3. *Proditorem suum*, inquit, *secum habuit.* Ex eis ipsis, quos alebat, quos miraculis honorabat, quos præferebat cæteris, proditorem tulit non ignorans, sed casus nostros actionibus suis obsignans. Itaque nostra thesis experientiâ omnibus sæculis comprobatâ fulcitur, videlicet non semel qui potentibus hilari vultu obsequuntur, animo aduerso insidiari, & insidias corde moliri.

Matth. 26. v. 47.

Tertull.

§. XL.

Sic cautio adhibenda est, vt depuleris periculum, non auxeris detrimentum.

190 VT prudens cautio est salutis fomentum, & detrimentorum exilium, sic imprudens, dum metum exarmat, ipsa securitate periculum incrementat: incauta securitas est discriminis mater, & calamitatis semen. Sic obuiam infortuniis eundum est, sic prouidendum periculis, vt tibi periculum non adauxeris, dum aut malè securus torpes ignauiâ, aut iram in te exasperas suspicaci cautela: prudenter non præcauere nihil est aliud, quàm securitate fallissima inniti, & ipso remedio laborare: incauta cautela armat periculum, dum sopit metum. Thamnathæ ciues Samsonis audaciæ, fortitudinisque gnari sibi præcauent, sodales robore eximios adiungentes, & iuuenes animosos adsignantes: *Cùm ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta, vt essent cum eo.* Non ignauo aut imbecilles designarunt; sed strenuos, quique possent, si quid temerè tentaret Samson, reprimere, & audaciam cohibere. Sed quamuis cautus prouidusque timor periculis satageret obuiare, videbatur honoris causa officiique socios Samsoni adiunxisse. Itaque ipsam cautelam sic sapienter colorarunt, vt videretur officiosum, ciuileque obsequium, non diffidentiæ artificium: *Re custodes eius erant*, inquit Hugo Cardinalis, *vt scilicet tenerent eum, si aliquid malum facere vellet.* Si fræmare non valerent, adauxissent sibi periculum, dumque satellitium securitatem eluderet, & vigilantiam exterminaret: vt etiam si cautionis agnosceretur studium, sine dubio Samsonem ipsâ diffidentia exasperarent, & ad vindictam acuerent: & dum inimicum arbitrarentur, efficerent. Ergo sic adhibuerunt socios, vt cohiberent audaciam, & viderentur exhibuisse officiosam frequentiam. Audi Lyram: *Dederunt ei socios, vt si Samson vellet aliquid agere contra eos isti resisterent ei; tamen fuerunt ei assignati sub specie societatis, & honoris nuptiarum.* Lyra.

Hugo.

191 Isboseth inter metum somnumque diuisus sic se gessit, vt ostio adhiberet custodiam, ad propellendum metum, & dulcem capiendum somnum: secutus dormiebat, cùm ostiaria non muneris legem; sed domini exemplum secuta somno oculos tradidit, & apertum audaciæ aditum dereliquit: *Venientes filij Remmon Berothite Rhechab & Baana ingressi sunt feruente die domum Isboseth, qui dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum obdormiuit. Ingressi sunt autem domum latenter assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine.* De ipsa cautela orta est securitas, & de securitate nata est anxietas: dum custodiam adhibet, dormit, & dum sufficientem non adhibet, perit: si nullam adhibuisset, somnum excuteret, & vigilans periculum propulsaret, at nomini suo congruentem confusionem subiuit, dum cautelam periculosissimam procurauit. Adest Gregorius lib. 1. moral. cap. 18. *Rectè inopinatæ morte extinctus Isboseth dicitur, quem & Scriptura sacra non in domo ostiarium; sed ostiariam habuisse testatur.* Addit post aliqua: *Nequaquam verò Isboseth iste hac morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est mollem custodiam ad mentis aditum deputasset? fortis namque virilisque sensus præponi cordis foribus debet, quem nec negligentiæ somnus deprimat, nec ignorantiæ error fallat: vnde benè & Isboseth appellatus est, qui custodiæ fœmina hostilibus gladijs nudatur: Isboseph quippe vir confusionis dicitur.* Se ipsum confudit, dum cautela infirma & somnum cepit, & periculum auxit. Certè nihil periculosius est cautione imprudenti: nam solùm exterminat solicitam curam, non periculi contingentiam: vnde periculum crescit, quia vigilantia imprudenter torpet.

2. Reg. 4. v. 5.

Gregor.

192 Dauid in agro latitat, dum Ionathas patris animum explorat: conuenerant inter se, vt sagittarum iactu latitanti regis proderet consilium, & declararet propositum. Ergo Ionathas in campum tendit, & secum seruum paruulum ducit: *Cùm illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitum Dauid, & puer parvulus cum eo, & ait ad puerum suum: Vade & affer mihi sagittas, quas ego iacio.* Hac sagittarum iactatione Dauidem præmonebat, & opportuna notitia armabat: & quamuis arduum esset, rem à seruo, quicumque ille esset, comprehendi; eum tamen elegit, qui nondum pueritiam egressus ab omni suspicione distaret, nec sagittas iaciendi modum attenderet. Ita Lyra: *Puer parvulus cum eo, vt minus posset percipere ad quid Ionathas venerat, & vt facilius posset se expedire de eo.* Certè si alio seruo grandiori, sagaciorique associatus in campum tetendisset, solusque remanere vellet, curiosè forsan inspiceret, & egressionis occasionem inuestigaret, sicque Dauidis Ionathæque causa grauius regis odium subiret, indignationemque viuidiùs inflammaret. Ergo Ionathas vti prudentissimus sic rem disposuit, vt patris notitiam caueret, ne sibi conciliaret inuidiam, & Dauidis perderet causam. Profectò nonnulli, dum cautiùs ad speciem se gerunt, ipsa cautela

1. Reg. 20. v. 35.

Lyra.

Digitized by Google

cautela delinquunt : nam suspicionem produnt, & dum animum malè securum detegunt, indignationem exasperant, & periculum incrementant. Itaque imprudenter cautus, ipsa sibi probatur cautela aduersus. Prudentes sibi præcauent, eo tamen modo vt cautela ipsa videatur obsequium, non timoris, suspicionisve studium. Ergo Thamnathæi sibi coniulunt, sociis Samsoni adhibitis, eo tamen modo, vt videantur officiosi, non cauti: sic namque quem habebant suspectum, sibi conciliabant frequentiâ ad speciem officiosâ, nec exasperabant suspicaci diffidentiâ. Profectò his in rebus inoculatissima malitia est : ergo ita tibi præcauendum est, vt ipsam cautelam texeris, nec altetius animum inflammaris.

193 Extat in huius rei exemplum Herodes ille versutissimus, qui inuasit regnum, quique Reipublicæ corrupit statum : hic, cùm aduentassent Magi Christum recens natum regem proclamantes, & vbi fuerit natus, solicitè perquirentes, licèt nuntio non aliter ac præpilato telo obturbaretur perculsus sic animi dolorem corde repressit, vt congregatis doctoribus, magistrisque populi nil omiserit, vt inquirentium ad speciem inseruiret desiderio, & famularetur studio. Ergo illos mittit obnixè petens ad se reuerti, quo ipse certius possit debitæ pendere adorationis tributum, & exhibere decens obsequium : *Mittens illos in Bethlehem dixit* : *Ite, & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Vt inferret necem, suspicabat fallax adorationem : ipse in Bethlehem natum ignaris aperuit, vt dum circa locum nationitatis adeò expertuntur solicitum, nullatenus vereantur dolosum. Et quidem sic texit dolum, sic se exhibuit cautum, vt, ni in somno Magos Dominus erudiret, effectus impiè excogitatus succederet. *Adorare enim se velle simulabat*, aiebat Gregorius apud D. Thomam, *vt quasi hunc, si inuenire posset, extinguat.* Consonat ibi Chrysostomus : *Vt ad hoc eos induceret, deuotionem promittebat, & per eum gladium habebat, & malitiam cordis sui humilitatis colore depingebat.* Disce à peruersis in bonum cautelam : sic animum tegunt, sic fraudem colorant, sic votum dissimulant, vt miraculo opus sit ad eius fraudes detegendas dolositatesque denudandas. Ecce Herodes odium corde exæstuans sic deuotionis colore dissimulat, vt vel ipsos sapientes fallat.

Matth. 2. v. 8.

Greg.

Chrysost.

194 Rebecca Iacobum monet fratri benedictionem præripere, & à parente officiis delinito dignitatem sibi debitam impetrare ; verùm Iacob vti prudens matri obiecit se lenem, & fratrem esse pilosum, sicque posse Isaac, si fortè ob placidiorem vocem in suspicionem veniret, tactu experiri, experientiaque exasperari : *Nosti quod Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis : si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione.* Mater tunc, vt periculo obuiet, hœdorum pelliculas circumdat manibus, & colli nuda asperitate superiniecta conuestit : *Pelliculas hœdarum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.* Ea cautela vsa est Rebecca, qua periculum eluderet, non vocaret. Certè si minùs cautè se gereret, dum parens agnoscit fraudem, inferret fortassis maledictionem, & inde emergeret detrimentum, vnde sperabatur commodum ; at dum sic præcauet, dum sapienter omnia disponit, cautela non proditur, & benedictio obtinetur : *Fecit quasi chirotheca*, scribit Lyra, *vt apparentur figuræ manus.* Eis manibus cibum obtulit, quæ prudenti cautelâ periculum declinarent, & exhibito officio animum benedicentis allicerent. Ergo Iacob prudenti timore edocuit sic cautè periculis obuiandum, vt de ipsa cautione non contigerit ascisci, & imprudenter augeri.

Genes. 27. v. 11.

Lyra.

§. XLI.

In conuiuiis magna est adhibenda cautela : quia epulis foueatur insania.

VT nonnunquam æquor tranquillitate alliciens, & securitatem spondens vertitur, & Scapha enauigans acriùs adspirantium flatibus ventorum concutitur, & confusis procellarum turbinibus agitatur ; ita mens opiparæ mensæ sapotatis edulis illecta, & deliciarum fraudibus irretita solitat naufragium subire, & à rationis temperantiæque semita disturbari : annonum blandè fallit vinum, & dum adulatur palato, densas tenebras offundit iudicio : de mentis arce deturbatur prudentia, inardescit lingua, modestiæ terminos disrumpit procacia, & iam homo à se alius deliciarum præstigiis factus non dubitat fugienda aggredi, nec veretur audaciæ terminos transilire. *Optimè Chilo*, aiebat Plutarchus de conuiuio, *vocatus heri ad cœnam non antè condixit, quam vnumquemque inuitatorum intellexisset : ait enim conuictorem, & contubernalem, quibuscum nauigandi, & militandi necessitudo imponitur ferendum esse in portum. At cum conuiuis se ipsum committere temerè, bouinis esse amentis.* Vt satis non est, si incidas in scyllam, vitasse charybdin, ita non est satis in conuiuiis coluisse temperantiam, si neglexerint prorsus alij modestiam : linguæ namque mordax dicacitas tolerantiam solet proritare, patientiam offendere, & iam mensa vertitur in gladiatorum arenam, & in diffidentium luctam. Ægyptij frequentium in conuiuiis periculorum non ignari aridum cadauer conuiuarum oculis offerebant, vt mortis meditatio frænaret guIam, & edoceret modestiam : ita datus Plutarchus : *Cadauer aridum, quod ferè inferunt Ægyptij in conuiuia, & proponunt, commonentque, vt breui se tales futuros esse meminerint, licet ingratus, & intempestiuus conuiuator ueniret, habet tamen opportunitatem aliquam, si minus ad potandum, & deliciis indulgendum ; at amicitiam certè, & mutuam acuit charitatem, exhortaturque, ne vitam, quæ spatio existit breuis, efficiamus prauis actibus longinquam.* Non erat cadauer importunus conuiua ; imò vt mors à conuiuiis exularet, cadauer adesse oportuit. Huius veritatis non ignari Thamnathæi, dum Samson nuptias celebrat, & per dies septem conuiuium sumptuosiùs adornat, sodales adhibent non solùm, vt honorem hospiti exhibuerint ; sed vt pericula è conuiuiis resultantia prouidenter fugarint : *Dederunt ei sodales triginta, vt essent cum eo.* Hunc fuisse

Plutarch.

Ægyptij cadauer aridũ inferebãt in conuiuiũ.

Vita breuis tempore efficitur longa crimine.

eorum animum teſtatur Ioſephus apud gloſſam: Ioſeph. *Cum Thamnitæ omnes eſſent in epulis nuptiarum*, inquit, *metuentes ſortitudinem iuuenis trigintà circa cum puberia ac præcelſos conſtituerunt, ſermone quidem velut ſocios futuros, ne quid vellet ſortè committere conuiuarum ſocietate creſcente.* Additipulatur Ambroſius epiſt. 70. *Die nuptialis ſponſi celebrabatur conuiuium, mutua in epulis iuuentus, mutuis ſe ad ludum inuitabat ſermonibus, cùm alius alium falſiori dicacitate perſtringeret, ſicut ſe huiuſmodi vſus habet, certamen lætitiæ accendebatur.* In conuiuiis faceta dicacitas, dum lætitiæ accendere molitur certamen, ſolet animum percellere, & aliam plagam incutere: vnde verti contingit conuiuium læpè læpius in duellum. Ergo Thamnitæ pacti prouidentes in conuiuiis adhibuerunt cuſtodes.

196 Dauid Saulem impurato ſpiritu exagitatum cantu aggreditur perſanare: ille in medicinæ prætium telum contorſit; ſed Dauid diuina protegente gratia doloſas iactus inſidias declinauit: in ægritudinem tranſibat ægritudo, & nouis inuidentiæ ac luoris acceſſibus recrudeſcebat calamitas, & dæmonis fouebatur peruerſitas; ſed Dauid, quæ tantum decebat prophetam, benignitate vius, iterum pulſabat citharam, & animum triſtitudine oppreſſum nitebatur recreare melodia, verùm Saul lentate abuſus iterum haſtam caſſo vulnere eiaculatus eſt: *Tenebat Saul lanceam, & miſit eam putans, quod configere poſſet Dauid cum pariete, & declinauit Dauid à facie eius ſecundo.* 1. Reg. 18 v. 11. Vides ſemel & iterum adſtiſſe furiis exagitato, vide modò ipſum conuiua metuentem, & pauitantem: nam cùm ob Kalendarum feſtum, opiparæ pararentur menſæ, mortem veretur, & periculum declinare molitur: *Ecce Kalenda ſunt craſtino* (alloquebatur Ionatham) *& ego ex more ſedere ſoleo iuxta regem ad veſcendum: dimitte ergo me, vt abſcondar in agro vſque ad veſperam diei tertiæ.* 1. Reg. 20 v. 5. Qui exagitatum à dæmone non extimuit, opiparè prandentem extimeſcit: nec mirum, quandoquidem nouerat in conuiuiis famam detractionibus obſcurari, audaciam crebris potationibus accendi, & nihil non temeritatem moliri: dum Saul impurati ſpiritus erat domicilium, Dauid ſibi ſobrietate conſulebat, & inimici inſidias fruſtrabat; at ſi epulis indulgeat, Saulem ſortitur aduerſarium, & ſe ipſum, dum deliciis emollitur, votis aduerſarij obiectum: ergo ſe extimuit, & epulas declinauit. Kalendarum occaſione non tam celebrabantur feſta, quàm acuebantur delitia: ob idque Dauid veritus eſt miſera ſubitæ naufragia. Ita Hugo Cardinalis: Hugo. *Plures è contrario celebrant* (feſta) *quia tunc minus orant, quàm aliis diebus, minus dant pauperibus; imò tunc inuitantur ab aliis, tunc magis peccant inebriando, luxuriando, detrahendo, & huiuſmodi.* Dum in conuiuiis inflammatur audacia, vel innocuos carpit lingua, militatque contra rationem amentia: igitur plus veritus eſt conuiuium, quam dæmone exagitatum. Adde in conuiuiis vires rationis eneruari, fortitudinem emolleſcere, ſolúmque infortunia & calamitates creari. Hanc veritatem non ſolùm Dauidis comprobat fuga, ſed etiam de opiparè epulantibus aſportata victoria.

197 Amalecitæ impetu facto in Siceleg (aberat tunc Dauid) captiuos duxerunt plures, prædiuitemque prædam aſportantes terga verterunt: ad-

uentauit Dauid, qui, vt potuit, collecta manu in latrunculos irruere aggrediturerant illi victoriam celebrantes, vinoque & epulis indulgentes: *Ecce illi diſcumbebant ſuper faciem vniuerſæ terræ comedentes, & bibentes, & quaſi feſtum celebrantes diem pro cuncta præda, & ſpoliis, quæ acceperant*: 1. Reg. 30. v. 16. felici adeò euentu epulantes impetiuit, vt ferè nullus euaſerit; ſed ſanguine prædam ſoluerit: *Percuſſit eos Dauid à veſpere vſque ad veſperam alterius diei, & non euaſit ex eis quiſquam, niſi quadringenti viri adoleſcentes, qui aſcenderant camelos, & fugerant.* Armis muniti, victoria armati reſiſtere non valuerunt; ſed effuſo ſanguine campos rigarunt: eos ingluuies ſaginatos hoſtibus offerebat: quia ignauos prorſus aduerſariorum adſultibus depellendis reddiderat: ventris deliciis indulgentes aduerſantium ictibus patuerunt, & qui paulò antè reportato florebant triumpho, modò enerunati ſunt prædio. Ita Gregorius Magnus lib. 5. moral. cap. 29. *Amalecitam perſequitur, epulantem reperit, & funditus extinguit.* Gregor. Opipara menſa, ſaporata fercula illis extiterunt ruina: reſiſtere non valuerunt inimicorum certamini, dum ſtudiosè attendebant ventri: dextera elanguit, mens vaporibus irretita obdormiuit, & virtus omnis defecit: *Epulantem reperit, & funditus extinguit*: huiuſcemodi enim ſtrages opiparæ menſæ ſunt appendices: vt noueris quàm prudenter Thamnathæi ſuſpectum habuerint conuiuium, & ad cautelæ confugerint propugnaculum.

198 Anna Samuelis mater ſæculis decantanda à menſa ſurrexit cœlum precibus pulſatura. *Surrexit Anna, poſtquam comederat, & biberat in Silo, & Heli Sacerdote ſedente ſuper ſellam ante poſtes templi Domini, cum eſſet Anna amaro animo, oranit ad Dominum flens largiter, & votum vouit.* 1. Reg 1. v. 9. Heli non attendit erumpens ex oculis lachrymarum profluuium; ſed ſolum labra ferè non rumpentia ſilentium: *Factum eſt autem, cùm illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obſeruaret os eius.* Copioſas lachrymas coram Deo fundere, erat deuotæ: non ebriæ: labra mouere, nec vocem promere anceps erat ad deuotionem promendam, aut ebrietatem indicandam; verùm vt homines ſolùm, quæ ad dedecus vergunt, inſpiciunt, vidit Heli mutantia labra, non perfuſa lachrymis lumina: carpſit ebriam, non exiſtimauit deuotam: & quidem de natura triumphauit, dum è conuiuio ſurrexit orationi, non ebrietati. Ita Chryſoſtomus homil. 1. *Poſt conuiuium accurrens ad ſupplicationem fontes lachrymarum emiſit, mentemque præ ſe tulit ſobriam ac vigilantem, ac poſt epulas adeò intentè orauit, vt donum acciperet ſupra naturam.* Chryſoſt. Supra naturam fuit inter epulas fructificaſſe, & prophetam Domini genuiſſe, quandoquidem differtæ menſæ, lauta, odorataque pocula opportuniora ſunt ad fructum interſtinguendum, quàm procreandum. Ergo Anna donum ſupra naturam accepit in conuiuiis ſobria, & in epulis modeſta. Sic dignis Deo promendis fructibus obſunt lautitiæ, ſic denigrandæ proficiunt famæ: *Donum accepit ſupra naturam*: quia naturale erat fructum perdere, non acquirere. Et ne, quod ſe modò offert, documentum præteream, expende quanta ſit vis obedientiæ ad triumphum de natura reportandum, gaudiumque acquirendum: flebat, nec capiebat cibum Anna, quod vir eius animad-

uertens,

Digitized by Google

uertens, dum ieiunij cauſam rogat, comedere vtbanè imperat: *Dixit ei Helcana vir ſuus: Anna, cur fles, & quare non comedis?* Quid tunc? Comedit, vt obediret, & ſurrexit, vt oraret: *Surrexit Anna, poſtquam comederat, & biberat in Silo.* Comedit obſequens, & de obedientiæ obſequio plus meruit quàm de ieiunio: vicitque naturam oratio obedientiæ auxilio, & obſequij merito. Itaque ſupra naturam fuit epulantem mœrorem mutaſſe in gaudium, & concepiſſe prophetam filium: *Poſt epulas intentè oranit, vt donum acciperet ſupra naturam.*

§. XLII.

Euchariſtia eſt lucis, agnitioniſque officina, & anxietatis medela.

199 VArij ſunt humanæ naturæ errores, multiplices anxietates: cæca cupiditas tetros vapores exhalat, quibus mens caligat, & lux rationis obtenebreſcit. Adhæc: variæ perplexæque difficultates ſic hominum animos defatigant, ſic frangunt vires, ſic moleſtos gignunt labores, vt ſubſidio, luceque opus ſit ad animos relimendos, & ad errores purgandos: nec aliud præſentius, efficaciuſque eſſe poteſt, quàm Euchariſtia, in qua diuina latet ſapientia, & inhabitat fortitudo: vnde qui deſiderat obtenſos multiplicium fallaciarum laqueos eludere, & tetras nebulas, caliginoſas depellere, ad Euchariſtiam decurrat, vt ad fontem lucis, vt ad clatitatis venam, vt ad vitium, fortitudinisque officinam: *Neque accendunt lucernam*, aiebat Chriſtus, *& ponunt eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Quando lucerna accenſa, vt omnibus domi exiſtentibus luxerit, Lucas explicat, dum cœnam regalem, & opiparam ad nuptiarum celebritatem præparatam, & conuiuas plures vocatos, imò compulſos declarat: *Compelle intrare, vt impleatur domus mea: dico enim vobis quòd nemo virorum illorum, qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meam.* Itaque ad cœnæ conuiuium domum intrarunt: ergo lux accenditur, vt omnibus conuiuis eluceat, ne illorum oculi tenebris deturpentur, aut pedes erroribus exponantur. Inuit Clemens Alexandrinus lib. 1. Strom. cap. 2. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio; ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui accepti fuerint conuiuio: quid enim iuuat ſapientia, quæ non ſapientem efficit eum, qui poteſt audire?* Ecce conuiuas ſplendidiſſima lux reluminat: nec enim huius cœnæ participes poterant tenebris obrui, aut caliginibus deturpari. Hinc conijcies Samſonem Chriſti ænigma ad conuiuium vocatos voluiſſe muneribus exornare, quando ænigma, etſi obſcuruim, non poterat eos latere: *Proponam*, aiebat, *vobis problema, quod ſi ſoluerit mihi intra ſeptem dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones, & totidem tunicas.* Problemæ inuestigare aggrediuntur, tum ob nobilis lucri cupiditatem, tum ob acuminis oſtentationem, & ab ſponſa problematis interpretationem ediſcunt, Samſonique exponunt: *Quid dulcius melle, & quid fortius leone?* Samſon vitulæ ſuæ adiutorio profunda indagaſſe protulit: *Si non araſſetis in vitula mea, non inueniſſetis propoſitionem meam.*

Matth. 5. v. 15.

Luc. 14. v. 23.

Clem. Alex.

Ac ſi diceret: vt qui terram vitulæ ope vertit, quæ latebant, in lucem prodit: ita vos ſponſæ meæ, cui iugatus ſum, ope meam propoſitionem eruiſtis: nec enim vos potuit latere, quod ſponſæ conſtabat communicari. In vitula Chriſti carnem, cui Deus vinctus, & iugatus, intelligit Hugo Cardinalis: ipſum audi: *Vitula Samſonis eſt caro Chriſti, quæ vitula rufa dicitur Numer. 19. arare verò eſt latentia denudare.* Præmiſerat: *Per dies ſeptem conuiuij intelligitur totum tempus, quod ſeptem diebus voluitur, quo Chriſtus Eccleſiam paſcit, & reficit pane lachrymarum, pane doctrinæ, pane gratiæ.* Itaque in conuiuio, quo gratiæ pane alebantur, non poterant obſcuriora myſteria non penetrare, & veritatem eruere, quandoquidem ipſa Samſonis ſponſa, cui ſecretiora panduntur, accedentibus communicat, & muneribus promiſſis exornat. Promiſit Samſon ſindones, & tunicas, cúmque in ſindone interna denotetur munditia, vt in tunica exterior etiam modeſtia, idem fuit tunicas ſindonesque promittere, ac huius conuiuij virtute modeſtiam ac puritatem obtinendam affirmare: ita Hugo Chatenſis: *In Syndone intelligitur cordis munditia, in tunica honeſta converſatio.* Itaque Samſonis conuiuij particeps veritatem indagat, cor illibata munditia purgat, & internam virtutem converſatione laudabili exornat. Adde viuidiori luce homines reluminare conuiuium, quàm illuſtrarit miraculum.

Petrus piſcaturus, comitibuſque aſſociatus 200
Scapham ingreditur, & per effluas noctis tenebras lucro temporali incumbebat: nec enim lucris temporalibus inhiantes eſſe poterant tenebrarum exortes: Chriſtus adeſt, & quos expertus fuerat acie deturbatos, & modò temporalibus deditos pueros nuncupauit, & quid prehenderint, requiſiuit; verùm cùm interrogati, non ſine rubore nullum poſt vigilias ſortitos fructum aſſereremt, iubet ad naugij dexteram retia fluentis committi, & iam eâ piſcium copia replentur, vt vires laſſeſcant, nec educere valeant: vnicus Ioannes modò agnoſcit Chriſtum: *Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt.* Verùm cùm extractis piſcibus inuitantur ad prandium, iàm Dominum omnes prandentes agnoſcunt: *Nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes quia Dominus eſt.* Inquiramus ſi placet, cur agnouerint menſa, quem ingenti adeò piſcium comprehenſa non cognouerant copia? Si poſt caſſos tot piſcationis labores ſupernam experiuntur virtutem, quomodo ignorare poſſunt auctorem? Et ſi recumbentes panem piſcemque ſolum aſpiciunt, cur dubitationem omnem depellunt: *Nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? Scientes quia Dominus eſt.* Vnde norunt? Ab ipſo pane: nam cùm Chriſti panis ſit vitæ fœcunda vena, & luminis ſcaturigo, non poterat non reluminari intellectus, dum accipiebatur cibus. Adeſt Auguſtinus apud D. Thomam: *Nemo audebat dubitare quòd ipſe eſſet: tanta enim erat euidentia veritatis, vt eorum non ſolum negare; ſed nec dubitare quidem vllus auderet.* Subijcit poſt pauca: *Ipſe eſt panis, qui de cœlo deſcendit: huic incorporatur Eccleſia ad participandum beatitudinem ſempiternam.* Vt beati in lumine vident lumen, ſic quodammodo conuiuæ lumen intuentur in pane, quia ipſe panis eſt lumen; imò etſi viſo miraculo non fue-

Ioan. 21. v. 7.

Auguſt.

rint dubitationis expertes, pane accepto caligi-
nis exciterunt prorsus immunes: vt videas quàm
sit Eucharistia fœcundus luminis fons, quàm
sit ignorantiæ exilium, quàm mentis reluminatio.

201 Isaiæ obijcitur Deus throno insidens; sed Se-
raphinorum multiplicatis alis omni solicitudine
obtectus, ne diabolicus irrumpere quiret ocu-
Isai 6. v.1. lus: *Vidi Dominum sedentem super solium excel-
sum, & eleuatum*, &c. *Seraphim stabant super
illud, sex ala vni, & sex ala alteri: duabus ve-
labant faciem eius, & duabus velabant pedes eius,
& duabus volabant.* Bernardus term. 5. de ver-
bis Isaiæ sic ait: *Alis his caput Seraphim velant,*
Bernard. *vt nulla sua subtilitate natura, nulla rationis per-
spicacitate nequam oculus in illius queat irrumpere
veri luminis claritatem.* Subnectit: *Sic nimirum
quasi gemino quodam velamine, ne fulgidiora pro-
spiciat, inuidus prepeditur.* Assentior Bernardi
placito; verùm itaum suboritur dubium, quo-
modo videlicet prophetæ oculus sedentem inspe-
xerit, quando oppansa geminata alarum velamina præpediebant aciem adeò acutam, curiositatemque castigabant. Iam ipse propheta explicuit, dum se purgatum altaris calculo asserit: *Et in
manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari.*
In altaris calculo igitur Eucharistiam exprimi te-
Theodor. statur Theodoretus apud Leonem Castro: *Significari his verbis ait participationem corporis, &
sanguinis Domini.* Ergo dum Sacramenti ardore purgatur, vitiata adeò lux menti ab illo calculo effunditur, vt Deum agnouerit, & lucem, quantumuis obtectam, viderit: est enim Eucharistia fœcundissima luminis vena, intelligentiæ fons, veritatis magisterium, erroris ac tenebrarum exilium. Profectò Lucifer vtpote spiritus maiori intellectus vtuacitate potitur; at dum calculo non purgatur, nequit in veri luminis claritatem irrumpere Seraphinorum alis præpeditus, & retardatus; at Isaias, etsi minore exornetur mentis acumine, eam mutuatur ab Eucharistia cognitionis perspicaciam, vt quantumuis oppandantur Seraphica vela, insidentem viderit & agnouerit: vnde si volueris mentis aciem acuere, Eucharistiam repetere tibi erit opus, cuius clarissima luce non solùm depelles nubila; sed & tenebrarum obstacula. Iam ad secundam thesis partem accedamus, esse videlicet anxietatis medelam, & angoris medicinam.

202 Iacobo reuertenti, qui timorem anxietatem-
que sedarent. Angeli occurrunt in stationes dis-
positi, & in eius hostes armati: agnouit ille cœ-
leste auxilium: *Castra Dei sunt hæc*: tot Angelo-
Genes. 32. v.2. rum copiâ munitus adhuc timet, & ad orationis patrocinium confugit: *Erue me de manu fratris
mei Esau: quia valde eum timeo.* Vides supernis aciebus communitum timere: transi ad Eliam, qui cùm Iezabel furentem insaniam, & insanientem furorem fugeret, & fere exanimatus iaceret, excitatur ab Angelo, & pane recreatur cœlesti:
1. Reg. 19. v.8. *Comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb.* Solus ad montis cacumen tendit reginæ insidiis petitus, & tamen angorem non prodit; sed serena mente contendit. Profectò si humanis oculis inspicias, Elias timore debuisset angi, & Iacobus metum excutere, quandoquidem Eliam recens insequitur odium, quando ipsum obarmatur regia potentia, & mulieris furens insania; at Iacobo non id generis imminebat periculum, cùm iam longa temporum spatia iram sopiuissent, & furorem extenuassent, ne incederet destitutus præsidio; sed Angelis stipatus, & acicbus cælestibus præmunitus: cur ergo Iacobus prodat angorem, & Elias depulerit anxietatem? Ratio in promptu est: quia alter cœlesti pane non fuerat confortatus, & eo alter præmunitus: nam cùm Eucharistia sit anxietatum medela, cordis fortitudo, animique tranquillitas, Eliæ placauit animum sumpta, & Iacobum nequiuit placere, quia non accepta. Adest Paschasius lib. de corp. & sang. Domini cap. 10. *Hoc potu ac cibo Elias de manu* Paschas. *Angeli pastus quadraginta diebus, per quos præsens sæculum designatur, vsque ad montem Dei dicitur peruenisse, ex quo patenter innuitur, quòd cibus iste Eucharistiæ corporis & sanguinis Christi manibus Angelicis defertur, & refertur, per quem nostra infirmitas reuelatur.* Infirmitas fugit, vbi fulcit panis: vt è contrà natura lassescit, vbi panis non fulcit. Adde Eucharistiam, vt est dignè sumentibus infirmitatis leuamentum, sic indignis in præsentissimum ac luctuosissimum conuerti naufragium.

Dauid cæcam Absalonis ambitionem fugiens 203
arcam voluit in Ierusalem reportari: nam cùm Sadoc, vt anxio ferret suppetias, eam detulisset, reduci maluit in ciuitatem: *Dixit rex ad* 2. Reg. 15. v. 25.
Sadoc: Reporta arcam Dei in vrbem. In arca erat mannà vrna: ergo voluit apud improbos esse, vt sua illos præsentia destrueret, arbitrans nihil adeò exitiale, vt Dei arca manna continens, & apud iniquos degens. Ita Theodoretus hîc quæstione 30. *Cùm esset & pius, & propheta, sciebat quid accidisset arca accepta ad ofem ferendam iniquis: nam & illi quidem fuerunt in-* Theodor.
terfecti. Nouerat Hebræos allata arca citiùs, grauiusque coram hostibus corruisse, vt qui ipsa in arca haberent accusatorem internum, & externum aduersarium. Ergo vt vincat, vult arcam reduci: nil enim sibi adeò perniciosum potuit habere Absalomus, quàm arcam manna continentem, & nefarias vites labefactantem.

§. XLIII.

Christi gratia est de amarissimo persecutore defensorem constituere, & de lupo agnum formare.

OMnia nobis facimus tenebras, & cùm fu- 204
riosus sit in tenebris impetus, nihil videmus, & properamus. Vitiis non solùm tangimur; sed inficimur. Vsque ad præcordia descendit ambitio, famæ cupiditas temeritatem edocuit, rabies & libidinis oculos prorsus obcæcauit; verùm ipsa malitia, quæ nos longè à virtute abduxit, diuitias misericordiæ suæ ostentandi occasionem Numini præbuit. Nouit Deus de immundo mundum facere, & de stercore ad principatum erigere. Phidias ex demortui, insulsique animantis osse Deum effingebat: Deo ergo licebit, quod Phidiæ: *Phidiæ manus Iouem Olympicum ex ebore molitur*, inquit Tertul- Tertull.
lianus de resurrection. carn. cap. 6. *& adoratur: nec iam bestia, & quidem insulsissima dens est; sed*

sed summum sæculi numen ; non quia elephantus ; sed quia Phidias tantus. Phidiæ sapientiæ ipsa materiæ ruditas adulabatur, & dum bestia intulsior artificis scientia apparebat luculentior. Nihil est, quod ad meliorem formam gratia non reuocet, nihil quod omnipotentia non mutet. Problema à Samsone propositum non valuerunt soluere, qui cœlestis gratiæ ignari ; at Christi in Samsone figurati gratiam scientibus non erit difficile agnoscere leonis ferociam in dulcedinem mutari, & comedentem in saporatum cibum condiri : *De comedente*, aiebat, *exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Problema desumptũ est à leone, qui iacuit prostratus, vbi rugitum edebat ſæuus : os deuorationis instrumentum in apum mutatum est alueare : *Ecce examen apum in ore leonis erat, ac fauus mellis.* Glossa moralis historiam allegoricè moribus adaptans ait in leone adumbrari Paulum ; cuius ferocia transiuit in mansuetudinem, cuius acor Christi voce fuit commutatus in mella : *Nouit* (sponsa) *virtutem sponsi potentis facere de persecutore defensorem, de lupo pastorem.* Lupus erat, & quidem rapacissimus Paulus ; sed de lupo lacerante in pastorem transiuit tuentem ; virtutem dilacerabat dentibus liuidis ; sed pauit, ac fouit posteà saporatissimis fauis ; nouit namque gratia eliquatis sordibus diuinum construere simulacrum, & de bestiæ dente fabricare Iouem Olympium.

Glossa.

105 Sator ille sapientissimus, qui non funebris lucri cupidus ; sed generosus semen commisit aruis, spinas tulit, quibus Dei verbum suffocatum est. *Aliud cecidit inter spinas, & simul exorta spina suffocauerunt illud.* Itaque spinæ dilacerando suffocandoque verbo spiculis armabantur, & inimicitias implacabiles cum Dei verbo inituræ nascebantur ; ea tamen est Dei gratia, gratiæque energia, vt ipsis ex ipsius splendorem otium faciat, vocemque qua in refractarios Moysem obarmet, emittat : *Vocauit eum de medio rubi.* Spinarum satellitium iam non aduersatur verbo ; sed ardorem generat aduersario. Ita Nyssenus hic : *Deus veritas est, quæ quidem veritas non de cælo illuxescit, ne à stellis defluxa lux videatur ; sed à rubo, eoque spinoso.* Stellas lucem emittere, & tremulis luminum radiis fulgurare non esset mirum ; at rubum spinosum in verbi Dei cathedram, ac virtutis scholam conuerti mirum. Ergo Deus, quo potentiam suam ostentarit, è rubo lucem, verbumque contra Ægyptios prodire fecit, vt iam spina non suffocet verbum ; sed vulneret aduersarium. Consonat Seleucienſis Basilius orat. 9. *Ecce ignem monstrat in rubo ardentem ignis effectu sepositio : quippe flos igne coronatur, vilisque planta succensa flammæ obsistit, vox ferebatur, quæ Moysem contra Ægyptios armabat.* Ecce vox in rubo non suffocatur ; sed è rubo fertur : lucetque cœlestis efficacia rubo verbi inimico in verbi iam promptuarium translato. Ergo desperet nullus : scit namque Dominus noctem in diem vertere, & spinas in verbi auxilium formare.

Luc. 8. v. 7.

Exod. 3. v. 4.

Nyssen.

Basil.

106 Ioannes Dei potentiam commendat, dum de lapidibus filios Abrahæ suscitare posse testatur : *Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ : & ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraha.* In hominem transit duritiei, deponit brutalitatem fera : militauit virtuti, qui voluptatibus militabat. Adest Clemens Alexandrinus in adhortatoria ad gentes. *Has omnes immanissimas feras, & tales lapides ipse cœlestis cantus in mansuetos homines transformauit.* Addit post aliqua : *Vide quantum potuerit nouum canticum, homines ex lapidibus, & homines fecit ex feris.* Fera truculentiæ, sæuitiæ, ac libidini deseruiebat ; in hominem verò iam transmutata gratiæ commendat efficaciam, & rationis sequitur regulam : vt noscas quàm sit Dei verbum efficax ad mores expoliendos, & ad homines concinnandos.

Matth. 3. v. 7.

Clem. Alex.

107 Oseas lasciuientem vaccam in agni puritatem testatur conuertendam, & efformandam : *Sicut vacca lasciviens declinauit Israel : nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine.* Alij legunt. *Sicut vacca œstro agitata.* Non me latet litteralis sensus ; verùm sic moralitati locum adapto : Vacca œstro percussa pastoris sibilo non paret ; sed exerrat montibus, & implet campum mergitibus. Ergo Israel furibundus, & à ratione quodammodo alienus in agnum vertitur mansuetudinis exemplum ac virtutis symbolum : his enim honestis præstigiis gratia vtitur, & quod olim fabularum effinxere deliria, ad praxim reduxit gratia. Dum pascit Dominus, cantuque demulcet, mansuescit fera, & emollescit duritia. Accipe datum Clementem : *Venit paulò post* (Christus) *dissoluturus acerbam seruitutem dæmonum tyrannidem obtinentium ; ad suauem autem, & benignum religionis, & pietatis in Deum ingum nos traducens, in cœlum rursus euocat eos, qui humi sunt abiecti. Solus quidem certè ex his, qui vnquam fuerunt, difficillimas feras homines mansuefecit. Volucres quidem eos, qui ex ipsis sunt leues ; serpentes verò eos, qui deceptores, & leones eos, qui sunt animosi, & ad iram concitati ; fuci autem eos, qui sunt voluptati dediti : lupos autem eos, qui sunt rapaces : lapides autem, & ligna sunt insipientes. Præterea autem lapidibus est minus sentiens, qui est tinctus ignorantiâ.* Adnectit : *Potens est enim Deus ex his lapidibus suscitare filios Abrahæ, qui miseratus multam insciti am, & cordis duritiem eorum, qui lapiduerunt aduersus veritatem, excitauit semen pietatis in Deum.* O infinitam Dei potentiam, quæ & stultos sustinuit, & in afflecias veritatis mutauit! Homines cæteris sceleribus tincti omni prorsus sensu non denudantur, illos in bestias transfert praua voluntas ; remanet tamen aliqua rationis scintilla, quæ aliquando viuidiorem surgat in flammam, & depulerit luce vmbram ; at qui ignorantia intinctus est, aduersus veritatem lapidascit, & indurescit. Ergo vt diuinæ gratiæ triumphalis potentia eluceat, feras conuertit in homines, &, quod amplius est, ad veritatis ædificium durissimos expolit lapides.

Clem. Alex.

Oseæ 4. v. 16

108 Properabat Dauid de hostibus vindictam expetiturus, cùm in virum Ægyptium incidit semianimem, & spiritum iam agentem : hunc cibo recreat, & agminis contra aduersarios ducem statuit : *Dixit ei Dauid : Potes me ducere ad cuneum istum?* Addit textus : *Et percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperam alterius diei.* Mira res : Ægyptius nigredine deformis, qui aduersariorum partes agebat, quique subiectis humeris deprædantes adiuuabat, iam ad Dauidis castra translatus, in ducemque electus aduersarios Dauidi tradit, & ad triumphos Dauidis copias perducit : hæc enim mutatio dexteræ excelsi est. No-

1. Reg. 30. v. 15.

Digitized by Google

tauit Gregorius lib. 5. moral. cap. 29. *Hunc Dauid inuenit: quia Redemptor noster veraciter manu fortis nonnunquam quos desperatos à mundi gloria reperit, in suum amorem conuertit: cibo pascit, quia verbi scientia reficit: ducem itineris eligit, quia suum etiam prædicatorem facit, & qui Amalecitam sequi non valuit, dux Dauid efficitur.* In ducem transit aduersarius, & aduersariorum seruus, & iam qui militauerat vitiis, non solùm ea impugnat; sed alios ad pugnam citat: nigredine peccatorum confectum gratia inuenit; sed in virtutis ducem mutauit, vt iam persecutor transfuerit in patronum, plusque inseruierit virtuti, quam fuerat obsecutus prauitati: Ægyptius tenebris natus, culpæ nigredine obscurus, iam luce candicat, & quomodo impeti possint aduersarij, Dauidis copiis demonstrat, quo Dauid Christi Domini emblema dùplicato fulgeat triumpho redimitus, dum hostem inuadit, dumque Ægyptum ad ducatum Israelitarum traducit.

§. XLIV.

Mulier, vt est secreti indagandi cupida, sic effundendi probatur auida.

209 Difficilem recipit curationem, operosamque linguæ garrulitas, eiusque cognata curiositas. In abstrusa eruenda nituntur omnes: innatus namque est cunctis abscondita secretaque inuestigandi pruritus, & cum pruritu sciendi studium coniungitur propalandi: vnde Euripides garrulos comparauit ædificiis fortibus carentibus, pertusisque crumenis? nam vt quidquid effuderis, effluit, & quidquid habueris, intuentium oculis patet, sic quidquid garrulo commiseris, in vulgus totum effundes; verùm etsi hæc lues viros etiam inficiat, fœminas præcipuè occupat. Si quid absconditum, totis indagant viribus, eruere totis nisibus adlaborant, & eadem libidine indagatum alijs communicant. Hinc pro dea habuerunt Athenienses Lænam quamdam, quæ potiùs exhibuit linguam tortori, quàm secretum indaganti. Ita Plutarchus lib. de garrulitate: *Præclarum obtinuit læna continentiæ præmium. Amica fuit Hermodij & Aristogitonis, coniurationisque in tyrannos spe vt fœmina consors: etenim hac circa insignem illum Cupidinis craterem bacchabatur, initiataque erat à Deo arcanis illis: vt ergo irritis cœptis illi interfecti sunt, ac quæstione adhibita hæc iussa est expromere eos, qui latebant, non detexit eos; sed pertulit tormenta; ostenditque illos nihil præter dignitatem suam fecisse, quòd talem amassent.* Fœmina secretorum consors, elinguisque adeò Athenienses fuit miranda, vt à mortalium fœminarum numero quodammodo excluserint, eiusque nomini ciuitatem consecrarint. *Athenienses*, addit Plutarchus, *ei æream lænam elinguem in valuis arcis dicauerunt, qui ferocia illius animantis animam inuictum, eius lingua mutilatione taciturnitatem, & arcanorum suppressionem significauerunt.* Suspicati sunt fuisse deam, aut certè cultu dignissimam: quia secreta non prodidit, & quia muliebris ingenij non ignara se lingua priuauit, ne fœmineo more abstrusa resecaret. Itaque impotentiam tacendi verita, & innatæ fœminis garrulitatis pertæ, linguam expuit, ne periculo subiaceret. Profectò valde dissimilis fuit Samsonis vxor. Proposuerat ille conuiuis problema, cumque ipsi indagare nequirent, ad muliebrem recurrerunt curiositatem, nec persuaserunt, vt diceret; sed vt indagaret: nouerant namque idem esse & nouisse, & publicasse: *Dixerunt ad vxorem Samson: Blandire viro tuo, & suade ei, vt indicet tibi quid significet problema.* Profecto ab animo verba discrepant: quid enim interesset arcanum scire, si arcani colat silentium, & silentio sigillet labium? Ergo illi suadeant problematis sensum venari, eosque secreti participes efficere; alioquin labor irritus, & conatus erit euanidus. O vtilem nobis eruditionem! Non dubitant, si nouerit, proditurum secretum, ob idque non persuaserunt prodere, sed vestigare: & qui dem effectus illorum cogitationem fuisse non dubiam ostendit: eodem namque tempore, quo sciuit, & fudit: *Die septimo, cùm ei esset molesta, exposuit, quæ statim indicauit ciuibus suis.* Nec per tantillum temporis secretum potuit continere; sed statim intolerabili pruritu gestiuit communicare: *Inuenes conuenientes dixerunt*, scribit Iosephus apud glossam, *neque à leone comprehensis quidquam insuauius esse, neque dulcius vtentibus melle. Quibus Samson respondit: Neque quicquam aliud mulsere dolosius, quæ meum vobis exposuit verbum.* Contonat Lyra: *Ille qui arat, inuestigat terram inferius; ita fecerunt isti, qui solutionem, quam inuenire non poterant, inuestigauerunt per vxorem Samsonis, quam vocat vitulam propter muliebrem insolentiam.* Impatiens est tacendi fœmina, vt indagandi studiosa. Ergo Samson omnibus prodidit, quæ vni fœminæ reserauit. Ioseph. Lyra.

210 Addit Augustinus solito ingenij acumine vnicam fœminam centum sortiri linguas, vt effuderit, quæ inuestigauit secreta: *Si non arasses*, aiebat Samson, *in vitula mea non inuenisses propositionem meam:* non vni, aut alteri commisit; sed ciuibus omnibus indicauit: *Statim indicauit ciuibus suis.* Præconis vice functa est, quæ debuisset silentio pressisse ora. Augustinus serm. 107. de tempore hac in vitula, Samsonisque vxore Ecclesiam Apostolosque, quorum sonus in omnem terram exiuit, existimat adumbratos, & sub his vmbris expressos: *Vitula est Ecclesia, quæ reuelata sibi à viro suo fidei mysteria, secreta Trinitatis, Resurrectionis, iudicij, & regni in fines terræ Apostolorum, & Sanctorum doctrina, ac prædicatione vulgauit.* Vna mulier multiplex inuenitur, & ad euulganda mysteria pro omnibus Apostolis designatur. Bene; sed obijcies non conformari figuram veritati: nam Samson secreta commisit, quæ vxor taceret; Christus verò Dominus Ecclesiam mysteria edocuit, quæ vulgaret. Ergo discrepant studia. Ad speciem fateor; sed re assero conformari desideria: nam fœminæ committere secretum nil aliud esse videtur, quàm velle vulgari, & in orbem omnem fundi: nec enim mulieri committeret, ni vulgari vellet. Plutarch. August.

211 Cum Deus hominem paradiso præfecisset, & circumfluentibus deliciis innoxia illum voluptate donasset, ad inuidiam incitatus est dæmon, qui serpentem efferatus induens mulieri accessit, & cur ex omni arbore non comederent, curatorem agens rogauit: *Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi?* Quærunt Interpretes quomodo Eua non expauit serpentis loquelam? Ad quod respondet Magister in historia scholastica, vt refert Abulensis quæst. 1. fœmineum, virgineumque vultum induisse. *Ille serpens habuit vultum* Gen. 3. v. 1. Abulens.

vultum virgineum. Dæmonis ſagacitas muliebrem aſſumpſit habitum, ne Eua expaueſceret ſciendi deſiderium, & interrogandi pruritum. Ad hæc adiiciunt non virum; ſed fœminam adiiſſe ſerpentem obtentu ſciendi ſecretum, quandoquidem fœmina opportunior erat ad indagandum, & effundendum. Si Adamum ſerpens peteret, & interrogatione pulſaret, minor eſſet ſpes mouendi, & ſecretum referendi; ergo mulierem adiit ſibi promittens, ſi ſecretum neſciat, indagaturam, & ſi ſciuerit, effuturam: Tertull. *Tu es*, aiebat Tertullianus Euam allocutus de habitu mulieb. cap. 1. *Diaboli ianua, tu es arboris illius reſignatrix, tu es diuinæ legis prima deſertrix, tu es, quæ eum ſuaſiſti, quem Diabolus aggredi non valuit.* Expende illud: *Arboris illius reſignatrix.* Quaſi dicat Tertullianus: ſerpens, dum affectat ſub generalitate dubitationis neſcire ſe erga quam arborem verſetur mandatum, mulierem rogat, quam non dubitat indagauiſſe ſecretum, referaturamque occultum: nec ſua eum fefellit opinio, quandoquidem mulier arborem referauit, & quaſi præcepto teneretur, imprudenter effudit: Baſilius. *Exarmaſti te mulier*, aiebat Seleucienſis Baſilius orat. 3. *Dei voce Diabolo credita.* Tacendi impatiens ſerpentis non exhorruit colloquium, & ſerpenti referauit ſecretum.

212 Dalila copioſo auro ſubornata, quæ magiſtratus, ſatrapæque non potuerant inueſtigare, fraudulentis adulationibus ac blanditiis tentat inquirere: eo pruritu ſecretum Philiſthinis communicandi adurgebatur, vt etſi ſumma ſatrapæ tenerentur ſecretum noſcendi cupiditate, citius quam ipſi ad illam recurrerint, eos ipſa vocarit: Iudic. 16. v. 18. *Videns illa quod confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad Principes Philiſthinorum, ac mandauit: Aſcendite adhuc ſemel, quia nunc mihi aperuit cor ſuum.* Nullis artibus valuit Samſon mulieris curioſitatem vincere, & moleſtiſſimam importunamque inſtantiam eluctere, idemque fuit ſecretum ei aperire, ac hoſtibus denuntiare: Hugo. *Aſcendite ad me adhuc ſemel. Hoc dicit*, inquit Hugo Cardinalis, *quia tam pluries venerant pro nihilo, vnde verſum erat eis in exactum.* Qui tanta per Samſonem detrimenta acceperant, iam à curioſitate deſiterant, illa verò victi illorum tædium, & eſt ſupergreſſa ſtudium: expromptior, pertinaciorque fuit mulier ad ſecretum indagandum, quàm inimicorum ardor, odiique ac vltionis furor. Iam hoſtes tædio affecti receſſerant, cùm illa inſtitit curioſa, & referauit ſecretum garrula. Adeò infatigabilis indagandi ſecreta fœminas pruritus vrget, vt nullis difficultatibus cedant, quouſque eruerint latentia, & propalarint abſcondita: neſcias an viuidior ſit pruritus indagandi, quàm effundendi: ſecreti impotentes etiam non interrogantibus quidquid nouerint, manifeſtant, & importunè, opportunéque euulgant. Audi Chryſoſtomum hom. 15. ex variis in Chryſoſt. Matth *Vnde illa mulier illi tam forti viro prænaluit? ſubdola irrepſit in præcordia mariti ſimplicis, & importunis obſecrationibus fatigatum arcano illo virtutis ſuæ meritò ſpoliauit, atque ita deraſis crinibus virtute nudatum funditus euerſit.* Quid verius.

§. XLV.

Fœminarum blanditiæ ſemper viris periculoſæ, & fallacis ſimper plenæ.

VT piſces hamo, ſic capiuntur homines blanditiarum oblectamento. Sirenes ad miraculum cantatrices, dum vocibus alliciebant, ipſis illicitis animos illigabant. Sunt profectò fœminæ miræ fallaciarum artifices, amorem mentiuntur, blanditiis fallunt, fidem ſingultibus cogunt, & niſi quis arte lapideſcat, dum earum voluptuoſis præſtigiis oblectatur, ipſa oblectatione tenetur. *Rubore frontem attrito*, inquit Hieronymus ad Euſtochium, Hieron. *paraſitos vincunt mimorum.* Conſonat Clemens Clem. Alex. Alexandr. lib. 3. pædagog. cap. 11. *Dum laſciuiunt oculi*, inquit, *coaleſcunt appetitiones.* Adiice, & fraudes. Huius veritatis indubium teſtimonium eſt, Samſonis ſponſa, quam ad concinnandam fraudem eius conciues ſic monent. *Blandire viro tuo, & ſuade ei, vt indicet tibi quid ſignificet problema.* Blanditiis, blandiſque fallacijs ſuaſit fœmina, quod non ſuaſerat debita parentibus pietas, imò nec quæ fortes euincit, vanitas: *Die ſeptimo cùm ei eſſet moleſta, expoſuit: quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis.* Quàm aſſutè ad blanditias recurrerunt, qui earum vim nouerant. In Hebræo habetur: *Decipe virum tuum:* Hebræus. quaſi idem ſit reducere, & blandiri. Ita Abulenſis Abulenſ. quæſt. 14. *In Hebræo habetur: Decipe virum tuum: & ad idem redit, ſcilicet, Decipe eum blandiendo illi dulcibus verbis, & teneris lachrymis, ita vt commoueantur viſcera eius ad teneritudinem præ amoris immanitate.* Amor fallatus, dum ad ſpeciem exigebat amorem, Samſonem ſuaſit ſecretum prodere, & ipſis hoſtibus, dum vxori refert, manifeſtare: vt noueris, quàm periculoſæ fuerint blanditiæ, quamque fallacibus dolis plenæ.

Iob Dei equum eleganti penicillo deſcribens 214 ſic aiebat: *Terram vngula fodit, exultat audaciter, in* Iob. 39. *occurſum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio.* Ipſam mortem honeſtè procuraſſe teſtatus, adiicit Iob: *Super ipſum ſonauit pharetra, vibrauit haſta.* Certè hic ſtylus arcanus eſt, non rhetoricus: quid enim mirum vibratæ haſtæ non ceſſent, qui irruentem mortem calcauit? Nonne grandius eſt fortitudinis elogium ad mortis conſpectum non pauere, quàm vibratæ haſtæ timore non frangi? Nonne ſumptuoſior eſt laus armatis occurrere, quàm vibratæ haſtæ ſonitum non timere? Cur ergo Iobus, vt huius equi miram exaggeraret virtutem, vibratæ haſtæ ſonitu teſtetur non deiectum, nec ſuperatum? Quia in haſta vibrata, inquit Hugo de Foileto in allegor. Tilmani ad cap. 39. Geneſ. blanditiæ fœminarum deſignantur, quibus dum alliciunt, vulnerant, & dum oblectant & fallunt. Ergo nihil glorioſius de equo potuit deprædicari, quàm vibratæ haſtæ ſonitu nullatenus emolliri, nec à fortitudine diſcedere. Hugonem Hugo. accipe: *Hæc eſt vibratio haſtæ blandientis, ſcilicet adultera ſermo: huic opponitur cordis munditia: venenata enim colloquia non recipit mundi cordis puritas.* Adiicit Hugo: *Nec tantum petulans, & procax eſt libido; ſed etiam importuna.* Saül dum in Dauidem haſtam eiaculatur, nequit iactum repetere: quia telo caret; ac dum haſta non mittitur; ſed vibratur, importunè poteſt vibratio repeti, & miraculi ad inſtar erit equum vibratione non ferri.

Reſtiterunt plures fœminarum procacitati, ſe denegarunt libidini; at ſi fœmina inſtet, ſi importune, opportunéque prouocet, difficile eſt non cedere, nec blandæ tentationi ſuccumbere; ergo manus hâſta armata illam in equum non mittit; ſed ſæpe ſæpiùs vibrauit: quia nouerat de importunitate ſæpius infœlicem obtinere triumphum, etſi primum adſultum aliquando conſtantia reddiderit caſſum.

215 Ioſephum telis impetitum, & à fœminis pertentatum nec victum demirans Iacob ſic aiebat: Gen. 49. v. 22. *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu filiæ diſcurrerunt ſuper murum.* Dum Pater innuit inter tentamina ob pulchritudinem excreuiſſe, ſumptuoſiùs conſtat dilaudaſſe: Inuiderunt illi, aiebat, habentes iacula; non tamen ſic eius fortitudo illuxit, dum inimicorum iaculis inuulneratus, quàm dum fœminæ blanditiis, illecebriſque impetitus: importuna erat adoleſcenti, nec ceſſit huiuſcemodi verbis per ſingulos dies, Gen. 39. v. 10. *& mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum.* Non plus demiror tres illos decantatiſſimos pueros inter flammarum volumine roſcidos, & illæſos, quàm Ioſephum blanditiis, heræque adulationibus non emollitum. Certè durius, grauiuſque illi certamen fuit cum oculorum pellacia, quam cum æſtuanti fratrum inuidia: ipſa namque affectionis teneritudo, crebra venuſtatis adulatio, importuna voluntatis oſtenſio, ni Ioſeph tantus taliſque eſſet, illum ſubiugaſſent, & ſeruum libidini tradidiſſent. Basil. Audi Baſilium Seleucienſem orat. 8. *Domina adulationes perpetuæ, quæ ſpe varia conſtantiam ſoluerent. Taceò externas mulieris artes, fucum, verba, veſtes, oculorum pellaciam, lecythos vnguentarias ſe nauibus inſinuantes, animæ per aures obſidionem, naturales corporis infractiones: nam per omnes ſenſuendi vias ibat, quidquid illecebroſum.* Minus fuit iaculis non lædi, quàm blanditiis non emolliri. Addit Baſilius: *O malum nullis euitabile machinis! ò calamitatem inextricabilem!* Rumpet Samſon vincula, ſéque extricabit; ſed blanditiis fallentibus cedet: leonem vicit, muliebri adulatione proſtratus eſt; ergo iure Ioſeph ſæculis proponitur dilaudandus, quando nec blandis importunationibus ceſſit emollitus, nec machinis adeò artificioſis delectus.

216 Prou. 6. v. 20. *Conſerua fili mi, præcepta Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ.* Præceptorum obſeruationis fructum iam depromit: *Vt cuſtodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extranea. Non concupiſcat pulchritudinem eius cor tuum, nec capiaris nutibus illius.* Exteræ mulieres peculiarem ſæpè loquendi modum affectant, nec diſſimilibus ac corpus infractionibus ſermonem obliquant. Ergo linguæ blanditiæ fallunt, nutibuſque decipiunt: putabis nutus, blanditiaſque ex amanti prodire animo; ſed naſcuntur ex fucato dolo, & ad capiendum artificioſiſſimo deſiderio: blandiuntur, adulantur, mellitis verbis loquuntur: & totum hoc ad irretiendos animos, & concinnandos non ſemel dolos: *Ne capiaris*, inquit, *nutibus illius*: nutus namque eò tendunt, vt capiant, & aliquando capiunt, vt occidant. Iam explicuit ipſe Salomon: *Irretiuit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum: ſtatim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiens, & ignorans quòd ad vincula ſtultus trahatur, donec tranſfigat ſagitta iecur eius.* Ad victimam ducitur blanditiarum fune irretitus, nec iam ſolum bouis ad inſtar terram vertit iugo preſſus, & labori ſemper addictus; ſed victima fallaciæ offertur, & dolo occidendus non ſemel traditur: *Statim eam ſequitur*, ſcribit Hugo Cardinalis, *captus quaſi bos ductus ad victimam, id eſt, ad interitum.* Addit: *Et neſcit, id eſt, neſcire contemnit, vel ſe neſcire diſſimulat: quia de periculo animæ illius, non ſolum corporis agitur.* De corporis Hugo. etiam agitur periculo, nec ſemel quæ blanditiis fefellit, & delinimentis attraxit, alterius, quem etiam amare mentiebatur, furori obtulit, & incautum mors immatura de medio tulit. Ego, vt eum, qui inter laqueos ambulat, oportet expanſis oculis ſibi prouidere, & cautela periculum declinare ita muliebres expertus blanditias ſe periculo approximare, & dolis obnoxium viuere credat: aures occludendæ ſunt, vt pericula euadas, aliter inopipas ſubibis techtas. Stet ergo noſtræ theſis veritas inconcuſſa, & longa experientia ſæpè probata, videlicet fœminarum blanditias viris eſſe ſemper periculoſas, & fallaciis doloſis plenas.

---

§. XLVI.

Antiqui eligebant duris laboribus premi, quàm data iuramento fidei religionem violare.

INter mundi fluctuantes procellas fides pro Helice eſt: vtque nauis aduerſus ventorum inſultus, & acerrimos procellarum flatus anchoris fundata conſiſtit; ſic humana mens iuramenti religione illigatur, ne firmitas deeſſe poſſit, quam vnus humana impellat fragilitas, aut fragilis diſſuadeat varietas. Iuramenti religio ſeruat inter ſocios amicitiam, maioribus pura integritate exhibet reuerentiam, & ſi beneficium emiſſi iuramenti latius inquiras, inuenies incommutabilis fidei eſſe, quod benè viuitur, & ſuſpicioſa, iniquaque cautela de cordibus amandatur. Ad rem Caſſiodorus 8. var. 7. Caſſiod. *Gothi Romanis præbeant inſiurandum, & Romani Gothis Sacramento confirment ſe vnanimiter regno noſtro eſſe deuotos, quatenus & nobis veſtra ſyncerita ſ laudabiliter innoteſcat, & ad quietem veſtram proficiat inuicem promiſſa concordia.* Vbi concordia Sacramento firmata ſtabilit animum, omne depellit ambiguum: quia violandum non creditur, quod iureiurando ſancitur. Vtque nouerit quàm religioſè apud antiquos Sacramenti fides ſernata, expende Hebræos maluiſſe nonnunquam confuſis calamitatum voluminibus obrui, quàm violati Sacramenti piaculis illigari. Extat in huius veritatis argumentum Samſon, qui ferè ſemper vnicus ſoluſque hoſtes inuenitur aggreſſus: *Deſcendit Aſcalonem*, inquit textus, *& percuſſit ibi triginta viros.* Quærit Abulenſis quæſt. 9. cùr contribules non Abulenſ. fuerint Samſonem comitati, quando ob eximiam eius fortitudinem non erat ambiguum obtinendum & inimicis triumphum, ſi cum illo adornauerint bellum. Reſpondétque ex Lyra interueniſſe pacta iuramento firmata, maluiſſeque, quàm violare iuramentum, duriſſimum ſeruitutis ſubire iugum. *Quæretur, quare Iſraëlita habentes talem ducem, ſcilicet Samſonem, non conueniebant cum eo ad pugnandum contra Philiſthinos?* Iam reſpondet: *Reſpondendum quod ſecundum poſitionem Nicolai dici poſſet quòd Philiſthini habebant pacta cum Iſraëlitis, propter quæ non licebat Iſraëlitis pugnare contra eos: ideò licèt haberent conuenientem ducem, & ſcirent*

rent quòd vincerent Philisthinos, non pugnarent, ne iuramentum violarent. Premebat lernitus, vocat at libertas, prouocabat vtilitas, opportunissima inuitabat occasio, & tamen, vt vides, maluerunt Israelitæ libertati renuntiare, colla inimicis subdere, spoliis prædiuitibus carere, quam fidem rumpere, aut Sacramentum violare: vt discamus quanta fuerit apud antiquos emissi iuramenti religio, & datæ fidei obseruatio.

218 Elias religionis magister, impietatis carnifex, ira pietate plena adiutrice claustra nubibus iniecerat, & terram fructibus viduarat: Achab, qui debuerat supplicio resipiscere, inuentus est debacchari: vt Prophetam plecteret, nihil omisit: testatur Adias: *Non est gens, aut regnum, quò non miserit dominus meus te requirens.* 3.Reg.18. v.10. Inuenire non potuit regis ira, quem cœlestis asseruabat tutela; verùm ipse Elias se prodidit, Abdiæque renuntiare regi adesse Prophetam iussit: *Vade, & dic Domino tuo: Adest Elias.* Religiosus seruus anxius torquebatur curis: nolebat Prophetæ reluctari; sed timebat indignationem regis subire: *Tu dicis mihi vade, & dic Domino tuo: Adest Elias: cumque recessero à te, spiritus Domini asportabit te in locum, quem ego ignoro, & ingressus nuntiabo Achab, & non inuenient te, & interficiet me.* Cùm Abdias Eliam rapiendum, nec in conspectum regis venturum suspicaretur, magnum immunere sibi periculum veritus edictionem extrahere adlaborabat, & obedire renuebat. Quid tunc? Iuramentum interponit Elias, & iam Abdias obedire non refugit, quia recessurum non timet: *Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei. Abiit ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei.* Si anteà veritus est Abdias Prophetam periculum mortis fuga redèpturum, nec infama ita æstuanti Achabo obiiciendum, cur modò eadem cauta manente non retardatur, sed regi denuntiaturus progreditur? Quia nouerat, inquit Lyra, ea iuramentum religione obseruandum, vt Elias, quantumvis mors immineret, non fugeret: *Asseuranit eum per iuramentum, & tunc iuit ad denuntiandum ipsi Achab Elie aduentum.* Lyra. Esto, inquit apud se Abdias, periculum premat emissum iuramentum Prophetam ligat; ergo illum validius retinebit iuramentum, quam imminens fugarit periculum. Ergo securè possum tendere, & Achabo denuntiare. Tanta apud antiquos fuit semper iuramenti religio, & fidei Sacramento munitæ obseruatio.

219 Israelitæ, vt qui iugo Philisthinorum premerentur, illorum verebantur indignationem eumque frugibus igne per Samsonem consumptis manum coegissent, & in tribus Iuda terram exercitu copioso aduentassent, timore perculsi Hebræi certaminis causam inquisierunt: *Cur ascendistis aduersum nos?* Iudic.15. v.10. Illi causam indicarunt, &, nisi Samsonem ligarint, duro illos bello consumpturos asseuerunt: *Vt ligemus Samsonem, venimus, & reddamus ei, quæ in nos operatus est.* Quam in Samsonem conceperant iram, in contribules molièbãtur effundere, & eorum strage indignationi adulari. Quid tunc? Hebræi decernunt sibi prouidere Samsonis non solum periculo; sed detrimento: exercitum armant, & qui debuissent protegere, agere audent hostibus prodere. Samson veritus, ne illum cognati occiderent, si manus nexibus traderet, Sacramento illos adegit: *Ligare inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorum quibus Samson. Iurare, ait, & spondete mihi quòd non occidatis me.* Emisso iuramento manus nexibus inseruit, & cervicem vinculis tradidit: *Ligauerunt eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Ethan.* Mira res: experitur suos Philisthinis morem gerere, eius mortem suspirare, & tamen se eorum committit manibus, & proditoris tradit affectibus. Si ligatus non timet, cur timoris argumenta promebat: aut si timore pulsatus, cur modò in vinculis est securus? Quia emisso iuramento credidit potius electuros quæuis mala à Philisthinis pati Samsone superstite, quàm à se calamitatibus expedire Sacramenti iniuria, & obstrictæ iuramento fidei offensa: *Quia occultis modis poterat occidi,* inquit Abulensis quæst. 26. *voluit securitatem quòd non occideretur ab eis: alioquin non præstantibus eis hanc securitatem pugnare intendebat contra illos: dixerunt que: Non te occidemus. Intelligendum est quod istud fuerit sub iuramento, & promissione firmatum.* Abulens. Non ignorabat Samson suorum Philisthinis placendi studium: nouerat si ipse occumberet, iram Philisthinorum sedandam, & suorum solicitudinem depellendam, ea tamen religione fides iuramento firmata colebatur apud antiquos, vt nullatenus dubitarit à cæde Sacramento emisso abstenturos, quantumvis illos hostes adurgerent, & dimexarent.

Abundantius volens Deus ostendere pollicitionis heredibus immobilitatem consilij sui, inquit Paulus, *interposuit iusiurandum, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus.* 220 Ad Hebr.6. v.17. Captiuare iussum est intellectũ in obsequium Pauli; verùm à se ipso ad speciem videtur quodammodò discordare: nam si testatur impossibile esse mentiri Deum, fidemque frangere, iuramentum impossibili periculo nullam addet securitatem; aut si abundantior ob iuramentum securitas, aliqualis timeti subesse potuit in pollicitatione dubietas; ergo dum à iuramento abundantiorem immobilitatem pollicitationis asserit, minus immobilem sine iuramento pollicitationem asseruit. Ergo Dei fidelitati quodammodo detrahit, quando de iuramento emisso abundantiorem securitatem promittit. Profectò Dei fidelitas à iuramento nil accipit; imò iuramentum fidelitas Dei communit: quia tamen apud antiquos ea erat iuramenti religio, vt violandum nullam ob causam crediderint, Deus illis morem gessit, & iuramentum emisit, sicque omnis suspicionis fibras præcidit, & vel temeritatis audaciam exterminauit. Hue voco Ambrosium lib. 1. de Abel & Cain cap. 10. Ambros. *Possessionem tibi Dominus pollicetur, & quodam Sacramenti promittit vinculo, vt constantiam tuam firmet: nec enim ideò Deus iurat, quod fide credentis indigeat, aut testimonium adstipulationibus desiderans suffragium Sacramenti requirat... Deus & cum loquitur, fidelis est, cuius sermo Sacramentum est: non enim propter Sacramentum fidelis Deus, sed propter Deum etiam Sacramentum fidele est. Quæ ratione igitur Moyses iuranem Deum inducit;* Iam respondet: *Quia illud verius solemus credere, quod in eiurando firmatur; ne nostra claudicet fides, iurare describitur Deus.* Itaque reipsa Sacramentum Dei verbo firmitudinem non addit; ea tamen apud antiquos indubia erat iuramenti fides, vt quò abundantius pollicitationis immobilitatem crederent, ipse Deus ad sacramentum recurrerit: *Ne nostra claudicet fides, iurare describitur Deus.* Quid pro fide Sacramenti exaggeratius? Quid ad seruandam Sacramento firmatam fidem vtilius.

§. XLVII.

§. XLVII.

In multos insurgere vt est periculis plenum, sic euasisse perrarum.

221 PRouerbium est: Nec Hercules contra duos: nam licèt Hercules eximia polleret fortitudine, prævalebant gemini societate: collatæ plurium vires despiciunt pericula, eneruant tela, & inuicta quodammodò sortiuntur auxilia: væ soli, quia dum communionis caret emolumento, obnoxius viuit periculo. Dum plurimæ vndæ conueniunt, iam riuuli transeunt in torrentes, & quidquid obuium, rapiunt ac ferunt: vnde dicebat Ecclesiasticus: *Noli resistere contra faciem potentis, nec conteras contra ictum fluuij.* Fluuius ictus vires in contrarium conantis defatigat, & quamvis animosè reluctetur confusis vorticibus circumuoluitur: timenda est semper pluralitas: nam si vnitari vnitatem alteram adiecias, vsque ad vndecim excrescit numerus, tantum auget virium coniunctio, & tantum roboris adiicit coadunatio: *Socrati*, aiebat Seneca Epist. 7. *Catoni, & Celio excutere mentem suam dissimilis multitudo potuisset.* Plurimum potest multitudo, & fortunam in se prouocat, qui plures irritat. Ecce Samson duplex periculum subit, cum leone confligit, belluamque discerpit: *Irruit spiritus Domini in Samson, & dilaceranit leonem.* Post de leone triumphum, in Ascalonem descendit, & viros triginta inuadit: *Irruit in eum spiritus Domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros.* Caietanus ex Hebræo legit: *Prosperatus est super eum spiritus leonis*: rogatque vbi maior Samsonis eluxerit animositas, & prosperitas, leonem inuadendo, an eum triginta pugnando? Et quidem difficilius videbatur ferocientem belluam discerpere, quàm homines occidisse; verùm ea est multitudinis valentia, vt fortior apparuerit Samson triginta aggressus, quã cum leone depræliatus. Accipe Caietanum: *Prosperior successus describitur ad percutiendum triginta Philisthinos, quàm fuerat ad discerpendum leonem.* Philisthini plures erant numero, Leo inuictis viribus obarmatus; verùm facilius fuerit discerpsisse belluam, quàm vicisse hominum copiam. Ni Dei eximia virtute Samson muniretur, occubuisset Philisthinorum numero obrutus & occisus. Adde plures aliquando ab vnico vinci, victorem tamen ipso suo sepeliri triumpho, & perire trophæo.

Ecclesiast. 4. v. 31.

Seneca.

Iudic. 14. v. 3.

Caietan.

222 Huius veritatis testis est non solum Samson, sed Eleazar filius Saura: hic cum armatum regiis loricis eminentem spectaret bestiam, vt eius ceruicibus vectos occideret, periculum animosè desperxit: *Iuit sub pedes elephantis supposuit se ei, & occidit in terram super ipsum, & mortuus est illic.* In plures prævaluit, sed dum prævaluit, & periit: ipso sepultus est triumpho, nec multos oppugnans viuens potuit sine miraculo: vnum aut alterum vincere non est insolitum; at à pluribus impetitum non obrui, semper inuenitur perrarum: *Ruina inclusus*, aiebat Ambrosius lib. 1. officior. cap. 40. *magis quã oppressus, suo est sepultus triumpho.* Triumphauit; sed plures aggressus corruit: est enim arduum in multitudinem audere, & illæsè vincere. Certè aut statione persistens vincet, aut corruens multitudo ipsum secum victorem trahet. Quotidiana experientia compertum est cum multis litigantem depauperari, & confundi; pro se aliquando sententiam obtinet; sed cùm iam non restat vita, & ingens pecuniarum consumpta est copia.

1. Machab. 6. v. 46.

Ambros.

Dauid impetu vno plures interfecit, & tenerrimum ligni vermiculum adumbrauit: *Sedens in Cathedra sapientissimus Princeps inter vtres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno.* Hugo Cardinalis ac Dauidis victoria Christi Domini victoriam de morte, dæmonibusque adumbratam existimat: *Mystice exponitur de Christo sic: Dauid sedet in Cathedra, id est, Christus in Ecclesia.* Adiicit: *Octingentos interfecit, Dæmones in Passione Christus vulneranit; sed in generali Resurrectione penitus interficiet, quando perpetuò retrudet inferno.* Itaque Dauidem impetu vno deuicisse octingentos Christi Domini ex Hugonis sententia adumbrauit triumphum, vbi tot mira luxerunt, vbi mors deuicta, & caterua dæmonum superata: adeò namque difficile est in plures audere, & vincere, vt Christi virtutem sapiat, & Resurrectionem referat. Optimum Resurrectionis emblema fuit victoria de octingentis obtenta, & sine discrimine comparata.

223 2. Reg. 23. v. 8.

Hugo.

224 Dæmon à fortiori abactus, vt se tueretur, plurũ ascisit auxilium, & iam pacatè habitat, nec prælium iterat: *Vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi.* Si anteà armatus custodiebat atrium, & nihilominus exulauit expulsus, cur modò redeat inermis, nec verentur expultionis ignominiam, & fugæ notam? Iam textus expressit: *Assumit*, inquit, *septem alios spiritus secum*: quasi dicat: Anteà quamvis ille tenuis armis munitus, degebat solus; modò verò grandi numero domum inhabitat associatus; ergo pluralitas fuit pro armis; imò & pro infœlicibus triumphis. Certè fortior armatum depulit; posteà verò cum septem spiritibus iterum non dimicauit; non quòd Dæmones timeret; sed vt homines erudiret: vt discant arduum esse plures impetere, & prævalere: tanta est vnanimitatis vis, tanta pluralitatis energia, multitudinis tanta valentia: eadem certè facilitate, qua armatum priùs deuicit, & depulit, reliquos omnes vinceret, & depelleret; dum tamen iteratum prælium non refertur, magnum nobis documentum ministratur. Quantumvis vitia excreuerint, quantumvis Behemoth squamæ se constipauerint, pugnandum est: cœlesti namque auxilio munitus omnia poteris expellere, & detriumphare; quò tamen noueris arduam esse victoriam in plures, faciliusque de vno altero reportasse palmã, in armatum depugnatur, & hic pugna cum pluribus non initur: *Virtutis maior penuria nunc*, inquit Chrysostomus apud D. Thomam, *& arumnaintensior, & Dæmonum exactio sanior.* Difficillimè plures vincuntur; vnus, aut alter non adeò difficulter superatur.

Luc. 11. v. 26.

Chrysost.

225 Benè calluerant hanc veritatem Dæmones, qui cùm à miseri pectore verentur depelli, & Christi Domini virtutem non potuerint non agnoscere, multitudine resistere sunt aggressi; imò, etsi amenter, vincere sunt conati: *Quid mihi & tibi, Iesu fili Dei Altissimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas.* Christus Dominus nomen interrogat, non vt quod iam nouerat, nouerit; sed vt munus iudicis adimpleuerit. *Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.* Gregorius Nyssenus apud D. Thomam quærit, cur tot Dæmones ad vnum confluxerint: respondétque conueniisse, vt omnipotentiæ resisterent, Christoque obuiarent. Ipsum audi: *Paranerat se cœtus dæmonum ad resistendum diuinæ potestati.* Ea est ambitionis amentia, ea cupiditatis magia, vt sapientes obbrutescant, & quæ

Marc. 5. v. 7.

Nyssen.

quæ impossibilia nouerint, requisierint auxilia. Ecce dæmon diuinam agnoscit potestatem, & tamen tyrannide inuasam occupare nititur possessionem: si agnoscit Dei esse filium; ergo non ignorauit omnipotentiam: etsi agnoscit omnipotentiam, quid adlaboret eludere efficacissimam energiam? Poteritne procax temeritas, & temeritatis audacia immetatæ resistere potestati, aut potenti non obtemperare iussioni? Minimè equidem; vt tamen noueris quantas vires obtineat multitudo, quamque sit arduum consequi de pluralitate victoriam, plures congregat malignitas, quasi de numero præsumat omnipotentiæ impedimentum opponere; imò & vincere: *Parauerat si cœtus Dæmonum ad resistendū diuinæ potestati.* Quod de Dæmonum malitia verissimaque testatur Nyssenus, hominibus etiam applicatur. Certè qui in plures insurgit, calamitatem sibi imprudenter maturauit, & infortunium asciuit: est enim frequens à pluribus vinci, vt temerarium cum pluribus congredi.

226 Serpens ille versutissimus mulieris partui fœlicissimo insidiabatur, vtque matori matrem dolore ferret, non in ipsam; sed in recens natum, & ad venustatem totum compositum puerum desæuiit. Apoc. 12. v. 4. *Draco stetit ante mulierem, quæ erat pariturа, vt cùm peperisset filium eius deuoraret.* Spebus frustratus est, & iam in mulierem vertit arma; sed cùm aquilinas assumpsisset alas, expectatione iam destitutus alia tentat præsia, & aliis nititur concinnare pericula: *Datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum... Et abiit facere prælium cum reliquis.* Cur serpens versutissimus, & dolosus terga verterit, animoque exciderit, inquirunt Patres. Lyra. existimat in aquilinis alis exercitum designari, ob idque serpentem vertisse stylum, nec fœlicem sibi promisisse successum. Lyra. *Aquila signum est imperij Romani: ideo per ipsam intelligitur Heraclius alæ vero eius sunt acies sui exercitus.* Attentior in alis exercitus designari, non tamen video cur serpens, qui temerario adultu Deum ipsum deuorare conatus est, humanas extimeat vires, & militares effugiat acies: nonne valentior vis vel recentis nato puero, quàm tanto militum numero? Ergo si expauet copiosum numerum, potiori iure timere debebat puerum; aut si ausus est in puerum, vereri non debuit numerum. Profectò nulla inter numerum & puerum est comparatio, quandoquidem puer immetata omnipotentia munitus, & exercitus taxatis viribus obarmatur; adeò tamen arduum serpenti visum est multos impetere, & vincere, vt qui ad speciem detertitus non est infinita potentia, fugerit conspecta multorum copia; vt hinc clareat, quàm sit periculosum cum pluribus litigare, & vnitos hostes sortiri. Certè Samson fœlicior, fortiorque apparet, quàm leonem discerpens, Philisthinorum copiosum numerum vincens.

§. XLVIII.

Nonnulli cum de alienis vigiliis docti appareant, præmium furtiuum reportant.

227 NOn semel cornix alienis plumis ditescit, & alieno volatu lucet: aliquando contingit dispoliari ad probrum, & ambitiosum agnoscitur artificium; verùm frequentius est præpta varietate lucere, & asciticiis plumis intuentium oculos fallere: *Sapientiam haud dum licitam præpetam potitur,* aiebat Tertullianus lib. de pallio cap. 3. Ab exordio de alienis laboribus lucere homines suspirarunt, & exambierunt: fitiunt plausum, abhorrent studium, vtque vanitati adulentur excusato laboris censu, ascititiis luminibus fulgent, & alienis coloribus nitent. Phaeton aliena luce oculos sibi allicere discupiuit; sed de cœlo iactatus pœnas temeritatis persoluit, & nobis documenta ministrauit. *Luget Sol*, aiebat Tertullianus in Apolog. cap. 15. *filium iactatum de cœlo.* E cœlo iactatur, in sæculo viueret, & splenderet: nam etsi apud cælites nullus alienis operis fulgeat; apud mortales sæpissimè alienis laboribus splendor innutritur, & fastigium occupatur. Nouerat hoc, qui à sole lucem præripere gestiuit Prometheus: non conabatur lucem insurari, qua præluceret cœlo; sed qua resplenderet mundo. Hanc veritatem Samsonis comprobauere conuiuæ, qui cùm soluendum accepissent problema, nec propriis valerent ingenij acumine enodare, alienam industriam mutuati debitum ænigma soluentibus præmium sunt adepti: *Ablatas vestes dedit his, qui problema soluerant.* Soluerant aliena industria, vt raperent præmium; non tamen enodarunt acumine proprio arcanum. Ita Lyra: *Problema per seipsos soluere debebant, non per aliam personam, vt patet ex modo loquendi supra posito, vbi dicitur: Quod si solueritis mihi.* Lyra. Enodationem a Samsonis vxore subdoli præripuerant, & se sciolos ostentabant, vestesque ac tunicas deposcebant: *Ablatæ, & distributæ fuerunt vestes his, qui ænigma soluerant,* inquit Arias Montanus, *hoc tantum nomine quod ænigma soluissent, cùm alias illis nec iustè petere, nec accipere debuissent.* Montan. Aliena industria docti, & alieno labore eruditi induerunt tunicas scientiæ indices, sapientiæ, & acuminis testes. Nec his semel, aut tantùm accidisse repetias; imò videbis plures sapientiæ præmia potitos, & alienis solùm laboribus vsos: vestes induunt sapientiam buccinantes; sed sub sapientiæ larua latere soiet inscitia.

Iacob matris consilium secutus benedictionem 228
sibi præripere aggreditur: ipsa mater, quæ dedit consilium, ministrauit etiam ornatum: Esaü vestib. suaui odore semper fragrantibus Iacobum ornat, & benedictionem præripere fratri desiderat: *Vestibus Esaü valdè bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.* Genes. 27. v. 15. Accessit Iacobus patri, cibos obtulit, obsequiis animum deliniuit, & alienæ vestis fragrantia benedictionem boni odoris præmium accepit: *Vt sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini.* Vides odore allectū benedixisse, & ex propriis vestimentis exhalari putasse; cùm tamen ille odor non esset Iacobi ornatus; sed fraterni cultus: odorem suffuratus cum veste pio obtinuit dolo benedictionem, quam non obtinuerat certamine: odor fuit pro merito, & dum Iacob aliena suauitate fragrat, præmium suauitatis arcanè vsurpat. Notauit Augustinus. Augustinus lib. 16. de ciuit. cap. 37. Quis est in ista benedictione percipienda dolus hominis sine dolo? *Quis est dolus simplicis? Quæ fictio non mentientis, nisi profundum mysterium veritatis?* Quod mysterio Iacobo contigit, quid accidere soleat, explicuit. Sunt plures, qui alienis mutuatis lucubrationibus, & ascititiis studiorum, vigiliis sapientiæ odorem exhalant, quo benedictionem impetrant, vt repetere possit Virgilius: *Sic vos non vobis vellera fertis oues.*

Noë vbi sensit diuinam iam detumuisse iram, & 229
terram

Digitized by Google

terram aquis nudatam, columbam misit exploratricem: ea Noemus prudentia luxit, vt nec vehementi desiderio persuasus accelerarit gressum, nec carceris rumpere gestiuerit vinculum: egressa columba libratis pennis aëris tranat æquor, & oliuæ virentis florulentum affert ramum: *Venit ad eum ad vesperam portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo.* In Hebræo verbum ramus sonat rapinam. Ita Caietanus: *Dictio Hebræica sonat rapinam.* Itaque columba ramum, seu folium rapuit non ex qualibet arbore; sed ex oliua luminis & pinguedinis matre: ore attulit lucem, lingua resplenduit nitore; sed ab oliua innutrito, & à se solùm allato. Quod expendens Ambrosius lib. de Noë & Arca cap. 19. sic ait: *In ore quoque non frustra ramulus oliuæ videtur esse delatus, eo quod virtus, & sapientia in sermone sui habeat claritatem, & ipsa statim specie lumen eius effulgeat.* Ecce auis quantumvis columbinis moribus prædita, volat lumine splendens facúdia nitens, non tamen propria; sed rapta: florido splendebat nitore lingua, splendenti micabat eloquio, & speciolo ramusculo; erat tamen totum hoc non columbæ, sed oliuæ: *In ore non frustra ramulus oleæ videtur esse delatus, eo quod virtus & sapientia in sermone sui habeat claritatem.* Claritatem, sapientiæque famam adepta est columba, non quod eloquij lumen proprio elaborarit ingenio; sed quod ex olea raptum protulerit labio. Plures videas alienis vigiliis resplendescere, mutuatis studiis micare: quibus adaptari potest illud Prophetæ: *Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & sicut columbæ ad fenestras suas?* cùm alienus sit labor, est ore proferentis splendor, ob splendoremque ascititium præ aliis sapiens existimatur, eisque ad volatum antefertur: quia ex florenti olea rapere nonnulli didicerunt ramusculum, consecuti sunt lucis præmium.

Gen. 8. v. 11.

Caietan.

Ambros.

Isai. 60. v. 8.

230 Virgines illæ stultæ vigilare, laboreque lucem detrectantes refouere somno indulgent inertissimo, damnabili torpent ignauia, despicabilique stultitia; verùm cùm validus clamor aures referiret, & letargum exterminaret, lucere dilcupiunt, & à prudentibus acquisitum non sine labore oleum commodari sibi importunis precibus expetunt: *Fatuæ sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur.* De alieno oleo creare sibi discupiunt splendorem, nutrire lampadem: de sæculi more hoc corde fouebant studium: quia nouerant plures mutuatis laboribus, alieno oleo ac vigiliis splendescere, præmiumque rapere: ergo, vt ingrediantur sponsi domum, vt fruantur nuptiarum deliciis, vt saporatis victitent epulis, lucem exambiunt, & reluminare lampadem gestiunt, alieno tamen oleo, & indefesso vigiliarũ studio, verùm cùm hæc parabola cœlestem retulerit politiam, de alieno non poterant ostentare sapientiam. Certè si parabola mundi extitisset ænigma, stultæ & dormirent, & lucerent, quandoquidem non deesset industria, quæ mutuaretur oleum ad conciliandum splendorem, aut ad nutriendam raperet lucem. Profectò alieno oleo liberaliter exhibito, aut necessitate cogente vendito non depellerent Virgines stultitiam, sortirentur tamen luminis famam, quandoquidem apud sæculum lucent nonnulli dignitatibus exornati, & laborum præmia potiti, cùm alij boum ad instar illis tellurem ingenij aratro verterint, vtque fructum demetant, non modico labore insudarint. *Lampades fatuarum Virginum extinguuntur*, inquit Origenes apud D. Thomam: *quia earum opera, quæ clara hominibus foris apparuerunt, in aduentu iudicis intus obscurantur: vnde sequitur: Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Quid autem quod tunc à prudentibus oleum petunt, nisi quod in aduentu iudicis, cum se intus vacuas inuenerint, testimonium foris quærunt?* Expertæ erant fatuæ apud sæculum earum lampades, etsi inerti indulserint somno, emicuisse non proprio studio, sed alieno oleo: ergo eodem modo putauerunt cæleste consequi præmium, fatuitate tamen desipiunt similem ac sæculi, cœli arbitrantes stylum. Hic plures inueniuntur inertes, nullis aut exiguis sapientiæ dotibus exornati, qui alienis vsi lucubrationibus habentur docti, & maximis præmiis digni, at in cœlo nullus alienis operibus vtitur ad propriam laudem, aut ad laudis splendorem: Fatuitas Virginum fugillatur, quia de alieno splendore putarunt in cœlo non sic desiperent, si splendescere cogitassent in mundo: quandoquidem rarum non est alienis operis emicare, & emptis plausibus refulgere: & ob id fortassis ad olei venditores prudentes fatuas Virgines remiserunt: nouerant namque plausum venditari, & ad sapientiæ opinionem suffragium & oleum emi.

Matth. 25. v. 8.

Origen.



Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM
notabilium, quæ in hoc ſecundo in Iudices Commentariorum Tomo continentur.

C. caput indicat, eiuſque ordinem primus numerus, ſecundus, N. litterà adiunctus numerum eiuſdem capitis marginalem, P. paginam denotat.

A

Abſentia.

LVRIS aduerſario abſenti ructant iactantiam, qui præſenti oſtendunt inertiam. c. 9. num. 296. toto §. p. 312.

Abſtinentia.

Fortitudo proles eſt ieiunij legitima, & iugum ſemper depulit abſtinentia. c. 13. num. 51. toto §. p. 557.

Acquirere.

Plures didicerunt acquirere; ſed neſcierunt conſeruare. c. 14. n. 123. toto §. p. 619

Adminiſter.

Talis eſt dignitas, qualis adminiſtri voluntas. cap. 11. n. 94. p. 461

Aduerſarius, Aduerſitas.

In quem felicem timent, omnes fortuna aduerſa iam audent. c. 7. n. 311. toto §. p. 105

Nobilitate conſpicuis vel in aduerſa fortuna exhibenda eſt reuerentia, nec plectendi communi cæteris mulctâ. c. 8. n. 195. toto §. p. 171

Plures aduerſario abſenti ructant iactantiam, qui præſenti oſtendunt inertiam. cap. 9. n. 296. toto §. p. 312

Pauperes alti, benignéque accepti, optimi ſunt contra aduerſitatem patroni. cap. 11. num. 51. toto §. p. 448

Prudentis eſt in virtutis colorem trahere, quidquid proſpera aut aduerſa ſorte conſtat accidere. cap. 11. num. 182. toto §. p. 488

Adulatio.

Ad Reipublicæ commodum ipſe cogitur tolerare quod adulando conſtat ſenatorem decernere. cap. 8. n. 120. toto §. p. 148

Tanti apud Magnates valet adulatio, vt eâ inaurentur delicta, & ineatur facillimè gratia. c. 8. n. 179. toto §. p. 168

Sæpe quam vanis adulationibus populus ad inſtar Numinis adoranit, demortuum, aut munere functum ingrata obliuione ſpreuit. cap. 8. num. 321. toto §. p. 212

Non ſemel qui potentibus hilari vultu obſequuntur, animo aduerſo inſidiantur. cap. 14. n. 185. toto §. p. 635

Ægritudo.

Superbia ægritudinum ars. c. 7. n. 193. p. 65

Oratio eſt ægritudinum myrotheciun, felicitatiſque promptuarium. c. 13. n. 15. toto §. p. 547

Ægyptius.

Ægyptij cadauer aridum inferebant in conuiuium. cap. 14. n. 195. p. 638

Æmulatio, Æmulus.

Indecorum eſt ad obſcuram æmuli recurrere originem, vt tibi acquiſiuerit dignitatem. cap. 9. n. 288. toto §. p. 309

Aliquando à ratione abducimur non tam ambientes culpam, quam aliorum æmulantes licentiam. c. 10. n. 100. toto §. p. 401

Æquitas.

Infauſtiſſima eſt dignitas æquitatis iniuriâ obtenta, aut Eccleſiæ facultatis diminutione innutrita. c. 9. n. 87. toto §. p. 248

Vbi eſt magiſtratus auri fœcunda vena, nam eſt ſolita regiminis, æquitatiſue cura. c. 9. n. 198. toto. 8. p. 282

Miſera Reſpublica, vbi electi ad æquitatis tutelam, iniquitatis promouent cauſam. c. 9. n. 265. toto §. p. 305

Ærumna.

Nonnulli dum morigeram detrectant obedientiam, luctuoſam ſeruitutis patiuntur ærumnam. c. 13. n. 10. toto §. p. 515

Æſtimatio.

Sæpè qui apud exteros inſtar miraculi habetur, apud ſuos parui æſtimatur. cap. 7. n. 251. toto §. p. 86

Æternitas.

Plures ſe denegant temporalis commoditatis ſtudio, æternitatis panciſſimi deſiderio. c. 12. n. 69. toto §. p. 524

Affectus.

Non ſemel ſine verbis indicantur vultu, quæ deſiderantur affectu. c. 7. n. 146. toto §. p. 48

In affectionis officina confinguntur facilè merita, &c. inaurantur delicta. c. 9. n. 70. p. 244

Malus affectus diſcordiaque dæmonis gerunt vicem, & mutuam maturant calamitatem. c. 9. num. 243. p. 296

Digitized by Google

Index Rerum,

Continua affectu elaborata incrementasse solitam damnum ; quæ solo verò rationis ductu inita, vt plurimum fortunatum sortiuntur euentum. c. 11. n. 17. toto §. p. 438

Si iudices malè affecti, iura pro libito aut corrumpent aut extendent. c. 11. n. 81. toto §. p. 456

Bonus Superior quou que solicitè informetur iudicium, continebit semper affectum. c. 11. n. 111. toto §. p. 466

Affines.

Affines ad cognatorum substantiam ius putant semper habere, & posse rutò diripere. c. 11. n. 115. toto §. p. 468.

Amaritudo.

Christi discipulus sibi deligit amaritudinem, cæteris propinat dulcedinem. cap. 14. num. 136. toto §. p. 622

Ambitio.

Dum qui plus humanarum rerum exambit, & periculum grauius subit. c. 7. n. 153. toto §. p. 51

Felix est, qui prouectionem suam intra terminos moderationis includit; infelix qui nimium luere exambit. c. 8. n. 249. toto §. p. 189

Eò maiora cupimus, quò maiora possidemus. c. 8. num. 249. toto §. p. 189

Sæpè qui diuitias aut dignitates contempsisset magnanimus, propinquorum amore illas discupit ambitiosus. c. 8. n. 262. toto §. p. 193

Nonnulli postquam generosè magnas norunt dignitates spernere, exiguas indecore solent ambire. cap. 8. n. 312. p. 110

Sæpè magnarum morte cæcus inflammatur ambitus, cùm debuisset inauculatus sæculi otiri contemptus. c. 9. n. 32. toto §. p. 132

Vitant rationis scrutinâ examinari, qui ad dignitatem sine meritorum suffragiis cupiunt efferri. c. 9. n. 37. toto §. p. 234

Ambitio tranquillitatis est pestis, & omnium salutis truculentissimus hostis. cap. 9. num. 46. toto §. p. 136

Nonnulli vt quam ambiunt dignitatem præripiant, religionem se studiosè curare affectant. c. 9. n. 62. toto §. p. 241

Non semel dum ambitio per se negotia ambitionis non curat, ardentiùs, & studiosiùs anhelat. c. 9. n. 66 toto §. p. 245

Adeò cæcus ambitionis est ardor, vt exuat naturam, & generi proprio irrogare moliatur notam. c. 9. n. 97. toto §. p. 251

Ambitio res est solicita, nimiumque ventosa. c. 9. n. 97. p. 251

Ambitiosis videtur imperium omnibus artibus procurandum, vt sapientibus fugiendum. cap. 9. n. 135. p. 262

Si electio longo tempore differatur, ambitioni & cupiditati aditus aperitur. c. 10. n. 42. toto §. p. 383

Nonnullis ad dignitatem expiscandam est pro meritis audacia, & ambitionis molestia. c. 10. n. 50. p. 385

Præsul ambitione liber carpit subiectorum delicta, ambitiosus dissimulabit peccata, cap. 10. num. 91. toto §. p. 398

Ambitio nihil veretur tentare, si possit ardori cæco consulere. c. 11. n. 198. toto §. p. 493

Ambitio omnes torquens omnibus placet. c. 11. n. 204. p. 495

Ambitio amplas anhelat domus quibus decurrat. c. 12. n. 73. toto §. p. 526

Temporalis dignitas citissimè solet amitti, quia post longa contingit tempora possideri. c. 12. num. 123. toto §. p. 540

Amicitia, Amicus.

Amicitia inter concives felicitatis est mater. c. 8. n. 60. p. 129

Infidus amicus est, qui periculorum metum extenuat, & pauorem vtilem placat. cap. 9. num. 363. toto §. p. 333

Qui virtutis iniuriâ sibi parauit amicos, eos hostes reperire solet infensos. c. 10. n. 108. toto §. p. 404

Amor.

Verus amor nullum recusat dolorem, vt dilectus gloria resplendeat, & obligationibus satisfaciat. c. 11. n. 177. toto §. p. 487

Dei erga parentem amor contentus non est damna depellere ; sed accelerat periculis obuiare. c. 7. n. 67. toto §. p. 23

Vitæ nos amor ligat. c. 7. n. 109. p. 37

Non potest gelido timore non diuexari, quem constat sæculi amore teneri. cap. 7. num. 118. toto §. p. 39

Angelus.

Adeo Sacerdotalis dignitas est eximia, vt pio ambitu eam Angeli discupiant, & hilariter exerceant. c. 13. n. 109. toto §. p. 376

Angustia.

Vrgente angustia plura promittimus, quæ transacta minimè implemus. c. 10. n. 180. toto §. p. 426

Animus.

Animus à deliciis protinus abstrahendus est. c. 7. n. 52. p. 19

Deus cùm arduа præcipit, animos addit, quibus difficultatem emollit. c. 7. n. 212. toto §. p. 72

Durissimum est, si munus exerceat iudicis qui gerit animum hostis. c. 9. n. 110. toto §. p. 255

Animarum zelotypum vrgentissima videntur adoriri pericula, sed quæ citò Dei ope transeunt in decantanda trophæa. c. 14. n. 83. toto §. p. 607

Antiquitas.

Antiquitas debet suspici ; sed pro meritis non haberi. c. 9. n. 173. toto §. p. 274

Antiqui eligebant duris laboribus premi, quàm datæ iuramento fidei religionem violare. cap. 14. n. 217. toto §. p. 645

Anxietas.

Humana felicitas numquam cumulatè plena, quia semper aliquibus anxietatibus perturbata. c. 11. n. 164. toto §. p. 483

Eucharistia est anxietatis medela, lucisque & agnitionis officina. c. 14. n. 199. toto §. p. 639

Apparatus.

Strenuus Dux belli apparatum diligenter adornet, consilium nulli communicet. cap. 9. num. 405. toto §. p. 346

Appetitus.

Sic oculus appetitusque proximant, vt idem fuerit cõcupiscere, & intueri. c. 14. n. 11. toto §. p. 584

In nuptiis parentum est expectandus consensus, non sequendus appetitus. c. 14. n. 26. toto §. p. 588

Arbitrium.

Grauissima pœna est subire ad inimici arbitrium calamitatis ac doloris tormentum. c. 9. n. 467. toto §. p. 367

Arrogantia.

Non semel qui serpit terra, turget immetata arrogantia. c. 7. n. 62. p. 22

Nonnulli sic fateri solent delictum, vt non deleuerint pœnitentiâ ; sed incrementauerint arrogantia. c. 8. n. 188. toto §. p. 170

Ars.

Ars quæuis, si non exerceatur, amittitur. c. 11. n. 56. p. 449

Artificium.

Artificium.

Obsequium est promerendi artificium, c.7. n. 26. & 174 p.10

Ascensus.

Ad summum non subitò ascenditur; sed per gradus peruenitur. c.9.n.41.toto §. p.235

Aspectus.

Is sit Euangelicus concionator, vt ad eius vocem vitia fugiant; imò ad aspectum paueſcant.cap.7.n.302. toto §. p.103

Auaritia

Calamitatis mater est auaritia, largitas felicitatis est vena.c.8.n.116.toto §. p.103

Auaritia laicum obscurat; sacerdotem verò quodammodò exanguat.c.8.n.175.toto §. p.165

Auaritia plus eget, dum ardentius rapit. c.8. n.291. p.203

Auaros nulli inuenitur commodus, imò nec sibi consulit tenacissimus c.9.n.176.toto §. p.275

Ardens aggerandi diuitias studium non indubium esse solet dispendium.c.9.n.278. toto §. p.307

Auaritia pauperes cupiditate torquet, diuites solicitudine angit.c.11.n.36. p.444

Nonnulli vnde afferatur non rogant, quia afferri solum desiderant. c.14.n 175.toto §. p.632

Auctarium.

Mirum erit, si Deo adiiciatur auctarium; imò si reddatur promissum.c.13.n.105.toto §. p.574

Auctoritas.

Ministri semper gestiunt auctoritatem muneris ampliare, & iurisdictionem extendere. cap.9. n.327. toto §. p.321

Audacia.

Nonnulli conscientiam tegere gestiunt audacia, & aspicienti imponere virtutis vmbrà.c.7.n.96.toto §. p.32

Prudens superior feruentem subiectorum audaciam non irritat; sed vrbano ac molli sermone sedat.c.8. n.79.toto §. p.135

Eximia patientia opus est ad tolerandam homuncionis insolentiam,& ignobilis audaciã.c.8.n.207.toto §. p.175

Templum vel iniquorum reprimit audaciam & suadet Numinis reuerentiam. cap.9.num.394. toto §. 343

Sæpe ad delicta inuenimur intrepidi,ad virtutis opera pauidi,c.9.n.446.toto §. p.360

Nonnullis ad dignitatem expiscandam est pro meritis audacia, & ambitionis molestia. c.10.n.50.toto §. p.385

Nonnulli detorquent redundantiam clementiæ cœlestis ad fouendam audaciam humanæ temeritatis. c.10.n.159.toto §. p.419

Non semel acriùs ad vindictam impulit linguæ audacia, quàm manus offensa. cap.12.num.45.toto §. p.516

Augmentum.

Prudens ipsum infortunium vertit in felicitatis augmentum.c.11.n.46.toto §. p.446

Aurum.

Auri fames sepulchra inquietat.c.8.n.35. p.121

Mirum est, si quem defendit aurum, tradiderit pœnæ delictum,c.8.n.229.toto §. p.182

Maiori tormento aurum possidetur, quàm quæritur. c.9 n.176 p.275

Auri cupiditas est fraternitatis exilium, virtutis probrum.c.11.n.25.toto §. p.441

Vbi est magistratus auri fœcunda vena,non est solicita regiminis,æquitatisue cura.cap.9.num.198.toto §. p.282

Sæpè suadet aurum, quod pietatis non persuasisset studium.c.14.n.30.toto §. p.590

Aurum auaris imperat iudicibus.c.13.n.114. p.577

Auxilium.

Graniter plectendus est, si decretus ad auxilium intulerit detrimentum.c.8.n.62 p.129

Vanitati vertunt magnates vel indignis auxiliari, & petentibus opem ferre.c.9.n.51.toto §. p.238

Nonnulli vrgente periculo reliquerunt solùm, quem sibi asciuerant in auxilium. cap.9.num.371,toto §. p.336

Miserum est ab illo affligi,à quo ratio exigebat iuuari.c.9.n.459.toto §. p.364

Oratio expromptum est calamitati remedium, salutique auxilium.c.10.n.119.toto §. p.407

Diuinæ misericordiæ breuissima præfigimus spatia, cùm à mundo auxilium prolixa expectemus patientiã.c.10.n.137.toto §. p.412

Ea est peccatoris cæcitas, vt vno eodemque tempore velit & vitiis famulari, & Deum auxiliatorem sortiri.c.10.n.154.toto §. p.418

Nonnulli alterius priuilegium detorquent ad temeritatis auxilium.c.11.n.173.toto §. p.485

Qui sibi relictus esset hostium præda,Dei auxilio eximia de hostibus coronatur victoria. c.14. num.92. toto §. p.609

B

Bellum.

GRauius non semel à domesticis vrget bellum, quàm immineat ab aduersariis periculum. c.7. n.307.toto §. p.104

Cultus corporis euigorat vires, belloque prodit ineptos.c.8.n.283.toto §. p.200

Campus postulat fortem, pax sustinet redimitum. c.8.n.285 p.201

Strenuus Dux belli apparatum diligenter adornet, consilium nulli communicet. cap.9. n.405.toto §. p.346

Diabolus in eos durius bellum instruit, quos ad se defendendum paratos studiosius agnoscit. c.9. n.99. toto §. p.345

Princeps non recuset bellum adire, nec subiectus suis illum facultatibus adiuuare.cap.11.num 89.toto §. p.459

Beneficium.

Dens de supplicij strepitu satagit supplicium vitare, & de silentio beneficium semper augere.c.7.n.226 p.75

Matura gratitudo est beneficij incrementandi artificium,& generosi animi testimonium. c.7. n.259. toto §. p.89

Debitum transit in beneficium, si reddatur expromtum.c.8.n.271 p.196

Indignissimum est acceptis à patre ingentissimis beneficiis filio non gratificari; imò iniuriam oblitione ingratissima inferre. cap. 9. num. 208. toto §. p.285

Facilè accepta ingentissima beneficia obliuioni traduntur,si vel leuissima homines futura commoditate allectentur.c.9.n.212.toto §. p.287

Ferè nullus accepta pensat ad gratiam; sed quæ alij acceperint,solitat pensare ad querelam.c.10.n.55. toto §. p.386

Tutius est quosdam offendere, quàm demerere. c.12. n.27 p.550

Durissimum est fecisse gratiam, & inuidiosam sustinere querelam.c.12.n.36.toto §. p.513

Digitized by Google

Ad heroica virtutis opera tenetur, qui ſpeciali Numinis beneficio exornatur. c.12. num. 99. toto §. p.532
Cumulatius eſt beneficium damna maturè antevertere, quàm expungere. cap. 12. num. 104. toto §. p.534
Vbi nobis Deus noſtra ſugillat errata, ad impertienda adſtringitur beneficia. cap. 13. num. 31. toto §. p.551

Benignitas.

Princeps inter regni exordia, benigniſſima reſplendet gratia.c.8.num.53.toto §. p.126
Prudens ſuperior feruentem ſubiectorum audaciam non irritat; ſed vrbano ac molli ſermone ſedat.c.8. n.79. toto §. p.135

Beſtia.

Inuidia lues mortifera hominem tranſmutat in beſtiam.c.14.n.96.toto §. p.611

Blanditiæ.

Fœminarum blanditiæ ſemper vitis periculoſæ & fallaciis ſemper plenæ.c.14. n.213.toto §. p.643

Bona Eccleſiaſtica.

Suam aſciſcit imprudenter ruinam, qui eccleſiaſticis rebus poſterorum augere nititur gloriam.c.8. num. 291.toto §. p.203

C

Cadaver.

ÆGyptij cadauer aridum inferebant in conuiuium.c.14.n.195. p.638

Cæcitas.

Obedientia lucet de promptitudine fortunata, de cæcitate ſemper glorioſa.c.7.n.26.toto §. p.10
Ea eſt peccatorum cæcitas, vt vitiis renunciare ſibi credant calamitatem aſciſcere. cap. 8. num. 319. toto §. p.215
Ea eſt peccatoris cæcitas, vt vno eodemque tempore velit & vitiis famulari, & Deum auxiliatorem ſortiri.c.10.n.154.toto §. p.418

Celeſtia.

Humana felicitas vtì anguſta conſortem reſpuit, cæleſtis vti ampliſſima exambit. c.11.n.36.toto §. p.444
Cæleſtis probatur miniſter, qui ſibi nihil applicat ad commodum; ſed omnia ſolicitat ad populi, & Superioris obſequium. cap. 13. num. 91. toto §. p.570

Calamitas.

Calamitatis mater eſt anaritia, largitas felicitatis eſt vena.c.8.n.116.toto §. p.147
Qui ſibi ad placitum reſponſurum conſiliarium delegit, ſæpè calamitatem aſciuit.c.8. num.294.toto §. p.234
Ea eſt peccatorum cæcitas, vt vitiis renũciare, ſibi credant calamitatem aſciſcere.c.8.n.329. p.215
Calamitatibus plenum eſt malè moratis præeſſe, vt lætũ morigeros gubernare.c.9.n.180.toto §. p.276
Qui præbuerunt ſceleribus occaſionem, præ ſceleſtis tulerunt aliquando calamitatem. c.9.n.234.toto §. p.293
Non eſt calamitatis remedium vitiis accedere; ſed diſtare.c.9.n.275.toto §. p.305
Peccator vnde calamitatis ſperare ſolet ſolatium, inde promanare non ſemel experitur augmentum.c.9.n. 375.toto §. p.337
Graniſſima pœna eſt ſubire ad inimici arbitrium calamitatis ac doloris tormentum. cap. 9. num. 467. toto §. p.367
Malus affectus diſcordiaque dæmonis gerunt vicem, & mutuam maturant calamitatem.c.9. num. 243. toto §. p.296
Oratio expromptum eſt calamitati remedium, ſalutique auxilium.c.10. n.119.toto §. p.402
Qui præ cæteris felicitate clari, & calamitati præ cæteris inueniuntur expoſiti.cap.10.num.141.toto §. p.413
Ad depellendam calamitatem oportet diuinam opem implorare,& dexteram ad operationem extendere. c.10.n.194.toto §. p.430
Optimus & feliciſſimus Princeps, qui priùs curat legis obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam.c.11, n. 119.toto §. p.469
Populi eſt ſalus Sacerdos ſapientiâ præditus, calamitas ſcientiâ nudus. cap. 11. num. 144. toto §. p.476
Non ſtat per Deum peccatorem calamitate non eximi; ſed per ipſum, dum conſtat ſuis calamitatibus auxiliari.c.14.n.59.toto §. p.599
Sapiens de ipſa calamitate elaborat ſibi calamitatis venenum,& ſalutis promptuarium c.14.n.151.toto §. p.626

Campus.

Campus poſtulat ſortem, pax ſuſtinet redimitum. c.8. n.283. p.201

Capillus.

Cappilli cupiditatum emblemata.c.7.n.121. p.41

Caro.

Opus eſt plena de hoſtibus cupienti reſplendere victoria, carnem ſuam pœnitentiæ adurere flamma. c.11.n.214.toto §. p.498

Cauſa.

Superior qua aliquando mouetur, prudenter celauerit cauſam,ne ſubiectorum inflammet itam. c.8.n.91. toto §. p.139
Vitio numquam deſunt patroni, qhique eius cauſas peragere cupiant ſoliciti.c.8.n.338.toto §. p.218
Vel dum florer, amiſſa reputatur fortuna, ni iuſta nitatur cauſa.c.9.n.238.toto §. p.295
Suam cauſam facit, qui alterius impedit.cap. 7.n. 78. p.27.
Miſera Reſpublica, vbi electi ad æquitatis tutelam iniquitatis promouent cauſam. c.9. num.265.toto §. p.303.

Cautela.

Rationabilis culpæ ſuſpicio ſuperiorem doceat cautelam, ſubiecto tamen non afferat honoris aut æſtimationis iacturam.c.7.n.56.toto §. p.20
Chriſti Domini caſtra faſtidioſè dimittunt incautam fiduciam, adlegunt ſtudioſè fidentem cautelam.c.7. n.166.toto §. p.55
Plus cauendum eſt à non bene morato ſocio, quàm à valido aduerſario. cap. 7. num. 101. toto §. p.67
Sic cautio adhibenda eſt, vt depuleris periculum, non auxeris detrimentum. cap. 14. num. 190. toto §. p.636
In conuiuiis magna eſt adhibenda cautela, quia epulis ſouetur infamia.c.14.n.195.toto §. p.637
Numquam granat, ſi rationabilis eſt cautela.c.7.n.67. p.23

Celeritas.

Quæ noxiè poſſunt creſcere, debent celeriter amputari.c.7.n.216.toto §. p.75
Ad Reipublicæ ſedandos tumultus plus expedit aliquando celeritas, quàm militum numeroſitas.c.9.n. 350.toto §. p.329

Ceremonia.

Dum gubernatores euanidis honoris ceremoniis attendunt,

tendunt,ſubiecti periculum ſubeunt.cap.11.n.201. toto §. p.494

Certamen.

Ad vitanda periculoſa certamina valent plurimum humana ac mellita verba, cap. 12. num. 57. toto §. p.620

Charitas.

Eximiæ charitatis eſt proprio renuntiare ſplendori, vt alterius conſulueris ſaluti. cap.9. num.152. toto §. p.267

Sapiens priùs ſibi conſulet, & poſtea proximis prouidebit.c. 14.n.157.toto §. p.627

Chriſtus.

Cibus Chriſti obedientia eſt.c.7.n.49. p.18

Iaëlis clauus Paſſionis Chriſti fuit ſtigma.c.11.n.163. p.483

Chriſti diſcipulus ſibi deligit amaritudinem, cæteris propinat dulcedinem. cap. 14. num. 136. toto §. p.622

Mors ſemper nos vrget ad opera,vt Chriſti paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella. cap.14. n.163.toto §. p.629

Chriſti gratiæ eſt de amariſſimo perſecutore defenſorem conſtruere,& de lupo agnum formare.cap.14. n.204.toto §. p.641

Chriſtianus.

Chriſtianus de occurſu vitia ſuffundat. c.7.num.292. p.100

Cibus.

Cibus Chriſti obedientia eſt.c.7.n.49. p.18

Ciuitas.

Ciuitates frequenter ſunt doloſitatis venæ,fraudiſque officinæ.c.8.n.148.toto §. p.157

Munitio ciuitatis ſalus eunctorum. cap. 9. num. 418. p.350

Quos Deus ad magna præparat, à ciuitatum hominumque tumultu liberat. cap.13. num.119.toto §. p.579

Clauſura.

Se in holocauſtum Domino obtulit, quæ ſe clauſuræ & orationi fœmina dedicauit. c. 11. n.205. toto §. p.495

Clauus.

Iaëlis clauus paſſionis Dominicæ ſtigma. c.11.n.163. p.483

Clementia.

Accepta dignitas ſit clementiæ fomentum, non propriæ vindictæ auxilium. cap. 8. num. 198. toto §. p.173.

Nonnulli detorquent redundantiam clementiæ cæleſtis ad fouendam audaciam humanæ temeritatis: c.10.n.159.toto §. p.419

Coactio.

Optimus Superior alia tentabit remedia, & coactus adhibebit ſupplicia. cap. 12. num. 32. toto §. p.512

Qui peccatis collum non renuit ſubdere, aliquando cogitur omnem libertatis ſpem à ſe proiicere, & amandare.c.14.n.55.toto §. p.598

Cognati.

Mirum eſt ſi propinquorum non inantrentur defectus, dum dignitatis culmen occupauerit conſanguineus: c.7.n.92. p.31

Mirum eſt,ſi cognatos quis vocarit,dum adſunt commoda,aut non vocauerit,ſi pericula.cap.8.num.75. toto §. p.118

Cognati adeſſe periculis renuunt,intereſſe lucris exãbiunt.c.8.n.15.toto §. p.121

Meliùs iuuant cognati plerumque ad vitia,quam virtutis promouerint deſideria. c.8.n.64.toto §.p.130

Dignitatum faſtigia aſcendentes non ſemel eligere ſolent ad munia conſanguinitatis ſuffragio, non virtutis merito. cap. 8. num. 219. toto §. p.179

Sæpè qui diuitias aut dignitates cõtempſiſſet magnanimus,propinquorum amore illas diſcupit ambitioſus.c.8.n.262.toto §. p.193

Religioni conſanguinitas poſtponenda eſt.c.9.n.461. p.365

Vel ab vno prætexato omni eius cognationi promanant commoda,& ſplendoris crementa. c.10. n.70. toto §. p.391

Cognati affineſue ad cognatorum ſubſtantiam ius putant ſemper habere,& poſſe tuto deripere.cap.11. n.115.toto §. p.468

Colloquium.

Pudica mulier vel Angelicum hominem alloquens longum ſermonem non texat; ſed ad ſilentium recurrat.c.13.n.81.toto §. p.566

Si opus fuerit fœminam alloqui, Dei miniſter citò ſe expediet,nec prolixa colloquia trahet.c. 13. n.84. toto §. p.567

Commodum.

Miniſtri munus detorquere ſolent ad proprias commoda, cùm debeant vti ad Principi & Reipublicæ profutura.c.7.n.149.toto §. p.49

Mirum eſt,ſi cognatos quis vocarit, dum adſint commoda,aut non vocauerit,ſi pericula.c.8.n.25.toto§. p.118

Sæpè in noſtrum commodum prouidentiſſimè cauta querimur ad contemptum diſpoſita. c. 8. num. 76. toto §. p.134

Ad reipublicæ commodum ipſe cogitur tolerare,quod adulando conſtat Senatorem decernere.c.8.n.120. toto §. p.148

Improbanda electio,quæ non tam de iudicio,quam de eligentiũ oritur commodo.c.8.n.253.toto §. p.190

Optimus adminiſter ſua Principis commodis poſtponere conſueuit,vt malus detrimento Principis ampliare.c.8.n. 157 toto §. p.191

Peccator præſenti allectatus commodo naſcituro inde neſcit occurriſſe periculo c.9.n.205.toto §. p.284

Facilè accepta ingentiſſima beneficia obliuioni traduntur, ſi vel leuiſſima homines futura commoditate allectentur.c.9.n.212.toto §. p.287

Qui iudex ſolicitè abegit vitia, Reipublicæ, ſibique aſciuit ſolicitudine commoda.c.10.num.65. toto §. p.390

Vel ab vno prætextato omni eius cognationi promanant commoda,& ſplendoris incrementa c. 10. n.70.toto §. p.391

Dignitas offerenda non eſt ad ſolùm electi eligentiſue commodum,ſed ad iunctorum ſolatium, & iuncti muneris exercitium. cap. 11. num. 64. toto §. p.452

Quæ in noſtrum commodum pollet efficaciâ, ergà alios omni caret ratio energia.c.11. n. 139.toto §. p.475

Plures ſe denegant temporalis commoditatis ſtudio; æternitatis pauciſſimi deſiderio. cap. 12. num. 69. toto §. p.524

Cœleſtis probatur miniſter, qui ſibi nil applicat ad commodum; ſed omnia ſolicitat ad populi, & Superioris obſequium. cap. 13. num. 91. toto §. p.570

Communis.

Nonnulli ex ad ſe pertinentibus difficulter tribuunt; ex ad Rempublicam ſpectantibus petenti ſine difficultate concedunt. cap. 8. num. 273. toto §. p.196

Digitized by Google

Qui à communi via exorbitat, periculum sibi frequenter creat.c.41.n.17.toto §. p.586

Concionator.

Euangelicus concionator curabit excitare, aut conuenire conscientiam, & animitùs fugiet delinquéti inurere notam.c.7. n.142.toto §. p.41

Optimus concionator de auditorum glorietur criminibus trucidatis, non de elogus, aut acclamationibus repetitis.c.7.n.192.toto §. p.100

Is sit Euangelicus concionator, vt ad eius vocem; imò ad aspectum effugiant vitia, , & vlulatint inferna. c.7.num.302.toto §. p.103

Concionatoris Christo configurati lingua producit virginea examina, & saporatissima virtutum mella. c.14.n.142.toto §. p.623

Concordia.

Quos coniungere debet idem propositum, contra communem hostem nullum diffiungat diffidium c. 8. n.60.toto §. p.128

Concupiscentia.

Sic oculus, appetitusque proximant, vt idem fuerit concupiscere, & intueri. cap. 14.num. 11.toto §. p.584

Confessio.

Nonnulli sic fateri solent delictum, vt non deleuerint pœnitentia; sed incrementauerint arrogantia. c. 8. n.188.toto §. p.170

Qui delicta sua non integrè confitetur, non medicamentum; sed augmentum criminis experitur, c. 10. n.145.toto §. p.415

Confusio.

Prouida ordinataque dispositio est mater felicitatis, vt confusio parens discriminis cap. 7. n. 255. toto §. p.87

Coniectura.

Deus ad nostram eruditionem de visis loquitur, ac si solùm essent coniecta; nos de solùm coniectis, ac si essent visa.c.7. n.81. toto §. p.28

Coniugium.

Verecundia commendat semper coniugium. cap. 14. n.28. p.589

Connubia.

Connubia inter dissimiles sunt litium exundans copia, & iurgium fœcundissima vena.c. 14.n. 35. toto §. p.591

Conscientia.

Nonnulli conscientiam tegere gestiunt audacia, & aspicienti imponere virtutis vmbra.c. 7. num. 95. toto §. p.32

Conscientia ianitores opposuit.c.7.n.267. p.91

Mala conscientia etiam in solitudine est anxia. cap. 7. n.269. p.92

Ad munia ritè inueniuntur electi, qui non fuerint priùs conscientia Superioris probati. cap.7.n.137. toto §. p.45

Consensus.

In nuptiis parentum est expectandus consensus, non sequendus appetitus. cap. 14. num. 26. toto §. p.588

Conseruatio.

Plures didicerunt acquirere; sed nescierunt conseruare.c.14.n.123. p.619

Consilium.

Princeps etsi manu cesset, consilio inuigilet. c.7.n.52. p.19

Non est turpe cum re mutare consilium. c. 7. n. 259. p.89

Qui sibi ad placitum responsurum consiliarium delegit, sæpè calamitatem asciuit.cap.8.n. 194. toto §. p.204

Vbi consilio de Superiore eligendo agitur, cæteris sapientior digniorque præfertur. c.9.n. 148. toto §. p.266

Suenus Dux belli apparatum diligenter adornet, consilium nulli communicet.cap. 9. num. 405. toto §. p.346

Superiorem non solùm decet consonam legibus sententiam ferre; sed maturis consiliis iurgia vitare. c.10.n.46.toto §. p.384

Consilia solo rationis ducta inita, vt plurimum fortunatum sortiuntur euentum, affecta verò elaborata incrementatisse solitant damnum.c.11.n. 17.toto §. p.438

Consilium cum rei ipsius executione nascatur .c. 11. n.60. p.451

Optimus Superior cum Deo priùs consulit facienda, ne commiserit errata. cap. 11. num. 107. toto §. p.465

Consortium.

Humana felicitas vti angusta consortem respuit, cælestis vti ampissima exambit. c. 11. n. 36. toto §. p.444.

Hominum fugiat consortium, qui Deo dignũ exambit proferre fructum.c.13.n.21.toto §. p.548

Constantia.

Nec persecutio prouocanda, nec constantia, si vrserit deferenda.c.7.n.102. p.35

Consuetudo.

Consuetudine vel vrgente periculo ducimur, & triumphare prolectante victoria compediti eius vinculis immoramur.c.7.n.161.toto §. p.54

Difficulter denudatur quis consuetudine, quantumuis in contrarium adurgeatur ratione. cap. 9. n. 142. toto §. p.265

Difficile vsus multis temporibus concarnatus vrgenti periculo dedisceitur & mutatur. c.12. n.83. toto §. p.528

Consummare.

Non est laus feliciter exordiri, nisi contingerit consummare.c.13.n.60.toto §. p.590

Contemptus.

Dignum superbiæ vt acerbissimum est tormentum, si qui eminebat capite, teratur pede.c.7.n.193.toto §. p.65

Superbi inanibus sæpè suspicionibus distorquentur, quia se contemni arbitrantur. c.8.num. 57.toto §. p.127

Sæpè in nostrum commodum prouidentissimè cauta, querimur ad contemptum disposita. c. 8. n. 134. toto §. p.134

Nonnulli postquàm generosè magnas norunt dignitates spernere, exiguas indecore solent ambire. cap.8. n.112.toto §. p.210

Sæpè quem vanis adulationibus populus ad instar Numinis adorauit, demortuum, aut munere functũ ingrata oblitione spreuit.c.8.n.311. toto §. p.212

Humanus ab omnibus honorator, inhumanus despicitur.c.8.n.152.toto §. p.159

Sæpè magnatum morte cæcus inflammatur ambitus, cùm debuisset inoculatus sæculi otiri contemptus. c.9.n.32.toto §. p.232

Genere obscurus dignitatis etiam fastigio despectui & odio vinit obnoxius.c.9.n.309.toto §. p.316

Apud homines opinionem sapienter spernat, qui Deo placere desiderat. cap. 11. n. 192. toto §. p.491

Contentio.

Ad vitanda periculosa certamina valent plurimùm humana ac mellita verba. cap.12.num. 37. toto §. p.620

Contrarietas.

Digitized by Google

Contrarietas.

Dulcis esse debet Principi rationabilis contrarietas obsequentis.c.7.n.187. p.62

Contumelia.

Amissa in præsentium contumeliam laudantur.cap. 7. n.240. p.82

Conuersatio.

Prodest aduersus vitia bonorum conuersatio. cap. 9.n. 123. p.259

Conuiuium.

In conuiuiis liberior lingua, & procacior viget maledicentia.c.9.n.300.toto §. p.313

In conuiuiis magna est adhibenda cautela,quia epulis texitur infamia.c.14.n.195.toto§. p.637

Ægyptij cadauer aridum inferebant in conuiuium. c.14.n.195. p.638

Corpus.

Corpori nimis studiosè non seruiat,vt latentes hostis deuitare possit insidias.c.7.n.157.toto §. p.52

Multis subiicitur,qui corpori famulatur.cap. 7.n.114. p.38

Pro honesto habebit vtile,cui corpus charum est. c.7. n.170. p.57

Cultus corporis euigorat viros, belloque prodit ineptos.c.8.n.283.toto §. p.200

Nemo liber est,dum corpori seruit. cap. 8.num. 324. p.214

Multis seruit, qui corpori seruit. cap. 11. num. 214. p.498

Correctio

Remediabile bonum est in peccatis accelerata correctio,& cordata vestigatio cap.7.num.228.toto §. p.78

Certa est non semel Superiori ruina exhibita subditis peccandi occasio,aut à crimine non cohibitio.c.8 n.298.toto §. p.206

Qui studet vitia reprehendere, curet à reprehendendis distare.c.9.n.123.toto § p.259

Superiorem laudabiliter constat plectere, si priùs humanis verbis errantem conatus fuerit placare.c.12. n.49.toto §. p.518

Vbi nobis Deus nostra fugillat errata, ad impertienda adstringitur beneficia cap. 13.num.31. toto §. p.551

Triumphos priùs debet de dæmone reportare, qui aliorum nititur pranitatem depellere. c.14. n.115. toto §. p.616

Creatura.

Creaturæ,dum calcantur,obsequuntur. c.7. num. 54. p.12

Propria non semel creaturis prodigi impendimus & Numini debita aut subripimus, aut tenacitate negamus.c.8.n.276. toto §. p.198

Credere.

Facilè licere credimus, quæ fieri ardenter desideramus.c.14.n.88.toto §. p.608

Crimen.

Otiositas homines reddit venalitati obnoxios, & ad quoduis crimen paratos. cap. 9. num. 76. toto §. p.245

Innocens luxit, qui ob Principis gratiam multis inuidiosus factiosis querelis non denigratur, nec criminibus impetitur cap. 9. num. 311. toto §. p.317.

Iniqui si aliquando intermiserint crimina non sunt contenti reuocare; sed iacturam temporis nouis accessionibus resarcire.c.10.n.95.toto §. p.400

Qui delicta sua non integrè confitetur, non medicamentum; sed augmentum criminis experitur.c.10. n.145. p.415

Culpa.

Serui vt plurimum dominis auxiliantur ad culpam, rarò ad legis obseruantiam.cap.7.num.182.toto §. p.61

Sacerdotum duriorem pœnam sustinet culpa: quia esse debet sacratior vita. cap. 8. num. 158. toto §. p.160

Nonnulli vt suam excusarint ignauiam,alterius adaugent culpam.c.9.n.336.toto §. p.324

Peccator suis culpis obrutus desperat veniam, & dum desperat,miseram ascisci sibi fortunam.c.9.n.384. toto §. p.340

Aliquando à ratione abducimur non tam ambientes culpam,quàm aliorum æmulantes licentiam. c.10. n.100.toto §. p.401

Verè pœnitens de anxietudine culpæ cuicumque se exponit pœnæ.c.10.n.175.toto §. p.424

Non semel viam inuenit occlusam,ne fugeret pœnam, qui sine impedimento inuenerat, vt properaret ad culpam.c.12.n.65.toto §. p.523

Optimus Superior sic puniat culpam,vt vel coloratam vitet querelam.c 14.n.65.toto §. p.601

Bonus Superior,vt à subiectis auerterit culpam, propriæ aliquando distulerit laudis gloriam. c.7.n.76. toto §. p.26.

Culpa vires enernat, & splendorem obnubilat. c. 7.n. 105. p.36

Culpa tacere nescit.c.7.n.110. p.37

Vide *Crimen.*

Cultus.

Cultus corporis euigorat viros, bellóque prodit ineptos.c.8.n.283.toto §. p.200

Cupiditas.

Sapiens nimis non terretur,quia nullius rei cupiditate ligatur.c.7.n.114. p.38

Auri fames sepulchra inquietat. c.8.n.35. p.111

Hominis satis non est,quod naturæ satis est. c.8.n.94. p.140

Eò maiora cupimus,quò maiora possidemus.c.8 num. 249. p.189

Maiori tormento aurum possidetur, quàm quæritur. c.9.n.176. p.275

Felicitas alienæ cupiditati semper exposita. c.9.n.336 p.324

Amant milites ducem eorum cupiditatibus indulgentem,nec crimina castigantem. c.9. n. 358. toto §. p.332

Non semel in templo flamma cupiditatis adurit incautos,dum vagantes teterrimus fumus corrumpit oculos.c.9.n.413.toto §. p.349

Superbia gloriæque cupiditas semper sunt periculis plenæ, & sæpè contumeliosis stragibus castigatæ. c.9.n.441.toto §. p.359

Si electio longo tempore differatur, ambitioni & cupiditati aditus aperitur.c.10.n.41.toto §. p.583

Auri cupiditas est fraternitatis exilium, virtutis probrum.c.11.n.25.toto §. p.441

Pauperes cupiditate torquentur, diuites solicitudine discruciantur.c.11.n.36. p.444

Rarus est,si exundant filij,qui illorum non patiatur errata,aut insanæ non lugeat cupiditatis delitia.c.12. n.119.toto §. p.583

Sæpè suadet aurum,quod pietatis non persuasisset studium.c.14.n.30.toto §. p.590

Cura.

Alios regenti opus est viandi laboribus sæpè arceri,& prouidendi curis vrgeri c.9.n.156.toto §. p.269

Ea regimini solicitudo est annexa, vt corporis vires frangat,& animum intentis curis adurgeat. c. 9. n. 165.toto §. p.271

Digitized by Google

Index Rerum,

D

Dæmon.

PAx noſtra eſt bellum dæmoni.c.8.n.60. p.129
Dæmon Chriſtum Dominum aggreſſus fraudatur votis,ſi aggreditur Mariam,grauibus punitur ſupplicijs.c.9.n.439.toto §. p.357
Aliquando dæmon ſuſtinebit ſibi iuſtum ſed feret, ſi alienæ viderit ſalutis Zelotypum.c.14.n.74.toto §. p.604
Humilitas de dæmonibus ſemper reportauit triumphum,durumque inflixit tormentum. c.14.n.101. toto §. p.612
Triumphos prius debet de dæmone reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere. c.14.n.115. toto §. p.616
Plus valuit vnica virgo Maria ad dæmonis vires infringendas, quàm plures ad retardandas.c.9.n.435. toto §. p.356

Damnum.

Vel cùm oculis ſe ingerunt damna ſolent miniſtri Principibus occultare,aut ſaltem relatione minuere.c.7.n.140 toto §. p.82
Plures dum à virtute deſciſcunt, vt ſuſpectum vitanerint ſibi damnum,incrementaſſe inueniuntur detrimentum.c.8.n.171.toto §. p.165
Non ſemel altiori vulnere lenior redimitur plaga, & procuratur grauiori damno fortuna. c.9.num.431. toto §. p.355
Conſilia,quæ elaborauit affectus, incrementaſſe ſolitant damnum.c. 11.n.17.toto §. p.438
Grauius virtuti damnum imminere videtur à diuitibus,quàm ab hoſtibus.c.12.n.13.toto §. p.506
Cumulatius eſt beneficium damna maturè anteuertere,quàm expungere.c.12.n.104.toto §. p.534
Inſolitum eſt Numine attendere prolis damno, vt frequens proli conſulere Numinis detrimento. c. 11. n.210.toto §. p.497

Debitum.

Debitum tranſit in beneficium, ſi reddatur expromptum.c.8.n.271. p.196
Propria non ſemel creaturis prodigi impendimus, & Numini debita aut ſubripimus, aut tenacitate negamus.c.8.n.276.toto §. p.198

Dedecus.

In dedecus filij vertitur,ſi mater vel maculæ ſuſpicioni ſubdatur.c.13.n.47.toto §. p.556

Defectus.

Mirum eſt,ſi propinquorum non inaurentur defectus, dum dignitatis crimen occupauerit conſanguineus, c.7. n.92.toto §. p.31
Rarus eſt,qui alterius generis defectum, ſilentio premat,nec euulgandi pruritu opportunè, importunéque effundat.c.12.n.61. p.522
Experti noſtros defectus nobis imponimus, & variis cauſis eludimus.c.13.n.35.toto §. p.552
Deo meliora ſemper dicanda, non obſcura defectibus offerenda.c.13.n.99.toto §. p.573

Defenſio.

Peccator quæ pro ſe allegat, non ſemel contra ſe armat.c.7.n.98. p.33
Diabolus in eos durius bellum inſtruit,quos ad ſe defendendum paratos ſtudioſiùs agnoſcit. c.9.n.399. toto §. p.345
Chriſti gratiæ eſt de amariſſimo perſecutore defenſorem conſtruere,& de lupo agnum formare. c.14.n. 204.toto §. p.641

Delatio.

Sic ad Superiorem deferantur errata,vt applicetur remedium, nec erranti quæratur odium.c.9. n. 317. toto §. p.318

Delicia.

Animus à deliciis prorſus abſtrahendus eſt, c.7.n.52. p.19
Non viuunt; ſed iuſta ſibi faciunt, qui deliciis inſeruiunt.c.7.n.263. p.90

Delictum.

Etſi ingerantur oculis magnatum delicta, non innemientur delictorum teſtimonia, quia deterret teſtes potentra.c.8.n.143.toto §. p.156
Peregrinum eſt magnatum delicta puniri: quia de more conſtat laudari,c.8.n.161.toto §. p.162
Tanti apud magnates valet adulatio,vt ea inaurentur delicta,& ineatur facillimè gratia. c. 8. num. 183. toto §. p.168
Nonnulli ſic faceri ſolent delictum, vt non deleuerint pœnitentia;ſed incrementauerint arrogantia,cap.8. n.188..toto §. p.170
Mirum eſt, ſi quem defendit aurum, tradiderit pœnæ delictum.c.8.n.229.toto §. p.182
In affectionis officina confinguntur facilè merita, & inaurantur delicta.c.9.n.70.toto §. p.244
Qui delicta ſua non integrè confitetur, non medicamentum,ſed augmentum criminis experitur. c.10. n.145.toto §. p.415
Qui peccatis patrocinatur exemplo,alieno etiam obſcuratur delicto.c.9.n.216. p.188
Sæpè ad delicta inueniuntur intrepide, qui ad virtutis opera pauidi.c.9.n.446 toto §. p.460
Prælul ambitione liber carpit ſubiectorum delicta; ambitioſus diſſimulabit peccata.c.10. n. 91. toto §. p.398

Deſiderium.

Facilè licere credimus,quæ fieri ardenter deſideramus; c.14.n.88.toto §. p.608
Qui ab ardenter deſideratis repreſſus, cenſeri debet iam mortuus.c.14.n.130.toto §. p.620
Nonnulli vnde afferatur,non rogant: quia efferri ſolùm deſiderant.c.14.n.175.toto §. p.632
Non ſemel parentes deuorare peccatum vt filiorum expleuerint deſiderium.cap.14. num. 180. toto §. p.633
Vitæ deſiderio non ſemel ſtultitia eſt annexa. epa. 7. n.112. p.38

Deſperatio.

Peccator ſuis culpis obrutus deſperat veniam, & dum deſperat,miſeram aſciſcit ſibi fortunam.c.9.n.384 toto §. p.340

Detrimentum.

Grauiter plectendus eſt, ſi decretus ad auxilium intulerit detrimentum.c.8.n.62. p.129
Ab ipſis pro quibus ſubeuntur pericula,aliquando reſultarunt grauiſſima detrimenta. cap.12. num. 27. toto §. p.510
A linguæ errore grauiſſima homini promanauere pericula,pullularuntque detrimenta.c.12.n.87.toto §. p.530
Sic cautio adhibenda eſt,vt depuleris periculum, non auxeris detrimentum. cap. 14. num. 190. toto §. p.616
Mundi aſſeclas vel indubia non fugant detrimenta, cum non ſemel virtutis milites vel adumbrata fugent pericula.c.7.n.114 toto §. p.38

Deus.

Quos Deus penitus decreuit delere, appetentia prohibuit pericula præſagire.cap. 7. num. 204.toto §. p.69
Deus cum ardua præcipit,animos addit, quibus difficultatem emollit.c.7.n.122.toto §. p.72

Deus

Digitized by

Deus de ſupplicij ſtrepitu ſatagit ſupplicium vitare, & de ſilentio beneficium ſemper angere. c.7. n. 220. toto §. p.75

Digna Deo victoria eſt, matrem cum hoſte non congredi, & triumpho virgine redimeri. c.7.num.278. toto §. p.94

Dei erga parentem amor contentus non eſt damna depellere ſed accelerat pericula obuiare. c.7. n.67. toto §. p.23

Deus ad noſtram eruditionem de viſis loquitur, ac ſi ſolùm eſſent conjecta: nos de ſolùm conjectis, ac ſi eſſent viſa. c.7.n.81.toto §. p.28

Propria non ſemel creaturis prodigi impendimus, & dum indebita aut ſubripimus, aut tenacitate negamus. c.8.n.276.toto §. p.198

Qui Numini aduerſus, homini difficulter exiſtet gratus. c.8.n.347.toto §. p.221

Tot vitiis homo aliquando præſtat habitaculum, vt Deus nullum inueniat hoſpitium. c. 10. num. 104. toto §. p.402

Peccatores Deum inuocant in neceſſitate deuoti; ſed poſt faſtidiunt ingrati. c. 10.n.149.toto §. p.416

Timor hominis honor eſt Dei. c.10.n.159. p.419

Aliquando Deus ſe præbet inexorabilem, quò ſe præſtiterit cumulatiùs miſericordem. cap.10.num.171. toto §. p.423

Deus iuſtos in deliciis non habet, indurat, & ſibi præparat. c.11.n.85. p.458

Optimus Superior cum Deo priùs conſulit facienda, ne commiſerit errata. cap. 11. num. 107. toto §. p.465

Nonnullis parentibus nil adeò infauſtum quàm offerri Numini filium. c.11.n.168.toto §. p.484

Qui Deo placere deſiderat, apud homines opinionem ſapienter ſpernat. c.11.n.192.toto §. p.491

Saul holocauſtum Domino obſtitit, quæ ſe clauſuræ & orationi fœmina dedicauit. c. 11. n.205. toto §. p.497

Inſolitum eſt Numini attendere cum prolis damno, vt frequens proli conſulere Numinis detrimento. c.11. n.210.toto §. p.497

Vbi nobis Deus noſtra ſugillat errata ad impertienda adſtringitur beneficia. c.13.n.11.toto §. p.551

Deo meliora ſemper dicanda, non defectibus offerenda. c.13.n.99.toto §. p.573

Mirum erit, ſi Deo adiiciatur auctarium; imò ſi reddatur promiſſum. cap. 13. num. 105. toto §. p.574

Quos Deus ad magna præparat, à ciuitatum hominumque tumultu liberat. cap. 13. n. 119. toto §. p.579

Non ſtat per Deum peccatorem calamitate non eximi; ſed per ipſum, dum conſtat ſuis calamitatibus auxiliari. c.14.n.59.toto §. p.599

Qui ſibi relictus eſſet hoſtium præda, Dei auxilio eximia de hoſtibus coronatur victoria. c.14. num.92. toto §. p.609

Dexteritas.

Licet regentis dexteritas, ſi vitiorum ſubueniat morbo diſſecante non vſus verbo. c.10. n.162. toto §. p.410

Diabolus.

Diabolus in eos durius bellum inſtruit, quos ad ſe defendendum paratos ſtudioſiùs agnoſcit. c.9.n. 399. toto §. p.345

Pœnitentia ſæuum diaboli inuenitur tormentum, eiuſque vitium prorſus excidium. c.14.n.106. toto §. p.613

Difficultas.

Deus cùm ardua præcipit, animos addit, quibus difficultatem emollit. cap. 7. num. 212. toto §. p.72

Aliena ob vitium ſtrages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat. cap. 14. num. 147. toto §. p.625

Dignitas.

Dignitas annexos habet labores; ſed plures laborem fugiunt, & ſplendorem exambiunt. cap. 7. n. 38. toto §. p.14

Aſſidui labores ingratas faciunt dignitates. c.7.n.40. p.15

Mirum eſt, ſi propinquorum non inauratur defectus, dum dignitatis culmen occupauerit conſanguineus. c.7.n.92.toto §. p.31

Qui ad regimen eleuandus cum magna ſubtilitate eſt quærendus. c.7.n.139. p.46

Ad munia ritè non inueniuntur electi, qui non fuerint priùs conſcientia Superioris probati. c.7. n.137 toto §. p.45

Non ſemel qui ad dignitatis faſtigium præter opinionem electus, circa honorem ſibi debitum nimium inuenitur ſcrupuloſus. cap. 8. num. 73. toto §. p.133

Accepta dignitas ſit clementiæ fomentum, non propriæ vindictæ auxilium. cap. 8. num. 198. toto §. p.173

Dignitatum faſtigia aſcendentes non ſemel eligere ſolent ad munia conſanguinitatis ſuffragio, non virtutis merito. cap. 8. num. 219. toto §. p.179

Sæpè qui diuitias, aut dignitates contempſiſſet magnanimus, propinquorum amore illas diſcupit ambitioſus. c.8.n.262.toto §. p.193

Mirum erit, ſi ad dignitatem electus paternam incolat caſam, nec palatij ſubſtructionem excitarit ſuperbiam. c.8.n.307.toto §. p.208

Nonnulli poſtquam generosè magnas norunt dignitates ſpernere, exiguas indecorè ſolent ambire. c. 8.n. 312.toto §. p.210

Si Magnatum adſit fauor, vel indigni promouentur; ſi non adſit, vel dignißimi repelluntur. c. 9. n. 29. toto §. p.231

Vitant rationis trutina examinari, qui ad dignitatem ſine meritorum ſuffragiis cupiunt efferri. c.9.n.37. toto §. p.234

Nonnulli vt quàm ambiunt, dignitatem præripiant, religionem ſe ſtudioſè curare affectant. c.9.num. 62. toto §. p.241

Nonnulli Deo dicatis ſumptibus ſuorum geſtiunt felicitatem promouere, & ad culmina dignitatis extollere. c.9.n.80.toto §. p.246

Infauſtiſſima eſt dignitas æquitatis iniuriâ obtenta, aut Eccleſiaſticæ facultatis diminutione innutrita. c.9.n.87. p.248

Non ſemel dignitas benemeritos. moroſiùs quærit, & non ita dignos celeriùs ambit. cap.9.n.130. toto §. p.260.

Ambitioſus videtur imperium omnibus artibus procurandum, vt ſapientibus fugiendum. c.9.num. 135. toto §. p.262

Vel eo nomine fugienda eſt dignitas, quia hominem ſibi debitum abalienat variis occupationibus illigatum. c.9.n.138.toto §. p.263

Ea regimini ſolicitudo eſt annexa, vt corporis vires frangat, & animum intentis curis adurgeat. c.9. n. 165.toto §. p.271

Cordatus coram Deo geſtit lucere, non periculoſo dignitatis faſtigio volaticis ſplendoribus emicare. c.9. 169.toto §. p.272

Ad dignitatem vltra meritum euehere, non eſt eligere,

eligere ; ſed illudere, cap. 9. num. 185. toto §. p.278
Obtenta dignitas Circes ad inſtar mutat ingenia, & creat duriſſima ſupercilia. cap.9.num. 189. toto §. p.279
Vbi eſt magiſtratus anti fœcunda vena, non eſt ſolicita reginimis æquitatiſue cura. cap.9.num.198. toto §. p.282
Indecorum eſt ad obſcuram æmuli recurrere originem,vt ibi acquiſieris dignitatem.c. 9.num. 288. toto §. p.309
Genere obſcurus dignitatis etiam faſtigio deſpectui, & odio viuit obnoxius. cap. 9. num 309. toto §. p.316
Adepti dignitatem aliquando ſoluerunt offenſis, quod antè ſummis promiſerant gratificandum officiis. c.9.n.355.toto §. p.330
Superior vt dignitate, antecedere debet labore. c 9. n.410. p.348
Dignè poſſedit faſtigium, cuius præſentia exterminanit peccata,& cuius prouidentia pericula.c. 10.n.17 toto §. p.375
Ignoret originem,qui ſortitur indicis dignitatem.c.10. n.22.toto §. p.376
Nonnullis ad dignitatem expiſcandam eſt pro meritis audacia, & ambitionis moleſtia.c.10.n.50.toto §. p.385
Vel ab vno prætexato omni eius cognationi promanant commoda,& ſplendoris cremenra. c.10.n.70. toto §. p.391
Ad faſtigia dignitatis diuitiis felicitatéque florens eſt deligendus, non tenuis pauperculuique ſignandus. c.10.n.75.toto §. p.398
Dignitas offerenda non eſt ad ſolum electi eligentiſue commodum ; ſed ad cunctorum ſolatium, & iniuncti muneris exercitium. cap.11.num.64.toto §. p.452
Nil Superior illi valet negare, per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere.cap.11.num.94. toto §. p.461
Talis eſt dignitas, qualis adminiſtri voluntas. c. 11. n.94. p.461
Si quis inter ſuos dignitatis luceat faſtigio,neſcio quid ad gratiam additur gaudio.c. 11.num.132.toto §. p.473
Dignitatis honor non vim aut alteri debet ſemper adſcribi ; ſed multis communicari.c.12.n.114.toto §. p.537
Temporalis dignitas citiſſimè ſolet amitti : quia poſt longa contingit tempora poſſideri.c. 12.num.123. toto §. p.540
Adeò ſacerdotalis dignitas eſt eximia vt pio ambiteam Angeli diſcupiant,& hilariter exerceant.c.13. n.109.toto §. p.576

Diſcipulus.

Chriſti diſcipulus ſibi deligit amaritudinem, cæteris propinat dulcedinem. cap. 14. n. 136. toto §. p.622

Diſcordia.

Diſcordantes lingua, ſæpè ſibi aduerſantur diſcordia. c.7 n.107. p.104
Malus affectus diſcordiaque dæmonis gerunt vicem, & mutuam maturant calamitatem. c. 9. num. 243. toto §. p.296

Diſpoſitio.

Prouida ordinataque diſpoſitio eſt mater felicitatis, vt confuſio parens diſcriminis. c.7. n. 255. toto §. p.87.

Diſſidium.

Quos coniungere debet idem propoſitum, contra communem hoſtem nullum diſiungat diſidium.c.8. n.60.toto §. p.128

Diſſimulatio.

Non ſemel dum ambitio per ſe negotia ambitionis non curat,ardentiùs & ſtudioſiùs anhelat.c.9.n.66. toto §. p.243
Plures dum ſatagunt imprudenter infamiam tegere, inueniuntur euulgare. cap.9.num.452. toto §. p.362
Præſul ambitione liber carpit ſubiectorum delicta ambitioſus diſſimulabit peccata.c.10. num. 91. toto §. p.398
Connubia inter diſſimiles ſunt litium exundans copia, & iurgiorum fœcundiſſima vena. c. 14. num. 35. toto §. p.591

Diuitiæ, Diues.

Audent ſæpè miniſtri vel iniuſſi in pannoſos, non attingunt vel iuſſi ſplendidos. cap. 8. num. 218. p.177
Sæpè qui diuitias aut dignitates contempſiſſet magnanimus, propinquorum amore illas diſcupit ambitioſus.c.8.n.262.toto §. p.193
Ardens aggerandi diuitias ſtudium non indubium eſſe ſolet diſpendium. cap. 9. num. 278. toto §. p.307
Etſi amarum, aliquod ſolatium eſt, diuitiarum ſuſtinere iacturam, ne acceperit hoſtis prædam. cap. 9. n.283.toto §. p.308
Ad faſtigia dignitatis diuitiis felicitatéque florens eſt deligendus, non tenuis pauperculuſque ſignandus. c.10.n.75.toto §. p.393
Tolerabile eſt longo tempore gubernantem diteſcere; ſed ſuſpectum,ſi exiguo diuitus contigerit exundare.c.10.n.79.toto §. p.394
Diuites ſolicitudine torquentur, pauperes cupiditate cruciantur.c.11.n.36. p.444
Grauius virtuti detrimentum imminere videtur à diuitibus,quàm ab hoſtibus. cap.12.num. 13.toto §. p. 506
Diuites, potentéſque ferè ſemper loquuntur euanida, rariſſimè fructuoſa. cap. 12. num. 73. toto §. p.526

Doctus.

Nonnulli cum de alienis vigiliis docti appareant, præmium furtiuum reportant. cap. 14. num. 227. toto §. p.648

Dolor.

Non ſemel fœmina dum domo egreditur periculum ſibi creat, & ſuis dolorem maturat.cap.11.n.158. toto §. p.481
Verus amor nullum excuſat dolorem vt dilectus gloria reſplendet,& obligationibus ſatisfaciat.c.11. n. 177.toto §. p.487
Infeliſſimum eſt grandi doloris conſu nec apud homines famam acquirere, nec gloriam apud Dominum promouere.c.11.n.219.toto §. p.500

Domeſtici.

Grauius non ſemel à domeſticis vrget bellum quàm immineat ab aduerſariis periculum. cap.7 .n.307. toto §. p.104

Dominica.

Diebus Dominicis Euchariſtia ſumenda eſt.c.7.n.108 toto §. p.71

Dominus.

Mirum eſt ſeruos Domino auxiliari ad legis obſeruantiam : quia vt in plurimum auxiliantur ad culpam.cap.7.n.182.toto §. p.61
Declaritate ſeruientium creſcit fama dominorum,c.8. n.219. p.179

Durissimum est multis dominis subiacere, multisque obedire. c. 9. n. 54. toto §. p. 239

Domus.

Mirum erit, si ad dignitatem electus paternam incolat casam, nec palatij substructionem excitarit superbam. c. 8. n. 307. toto §. p. 208

Ambitio amplas anhelat domus quibus decurrat. c. 12. n. 73. p. 516

Donativum.

Cordatus Princeps angustat tributa devotus subditus amplicat donativa. cap. 8. num. 260. toto §. p. 195

Donum.

Nonnulli ex ad se pertinentibus difficulter tribuunt, ex ad Rempublicam spectantibus petenti sine difficultate concedunt. cap. 8. num. 273. toto §. p. 196

Dos.

Felicius est præclaris dotibus eminere, quàm natalium luminibus rutilare. c. 11. n. 69. toto §. p. 453

Filij orationibus à Deo impetrati ferè semper & dotibus sunt conspicui. cap. 13. num. 26. toto §. p. 550

Dulcedo.

Christi discipulus sibi delegit amaritudinem, cæteris propinat dulcedinem. c. 14. n. 136. toto §. p. 622

Aliena ob vitium strages legem dulcorat & virtutis difficultatem exarmat. cap. 14. num. 147. toto §. p. 625

Malus prælatus proditur, cui subiecti pendunt mella, & dulcorant labra. cap. 14. num. 168. toto §. p. 630

Dux.

Amant milites Ducem eorum cupiditatibus indulgentem, nec crimina castigantem. cap. 9. num. 358. toto §. p. 342

Strenuus Dux belli apparatum diligenter adornet, consilium nulli communicet. cap. 9. n. 405. toto §. p. 346

Ducis ad exacuendos aut enervandos milites quam plurimum præstat exemplum cap. 9. num. 423. toto §. p. 352

Etsi præclara militum facta Duci applicentur ad famam, ex à se factis cumulatiorem sortitur gloriam. c. 9. n. 427. toto §. p. 353

E

Ecclesia bona.

PLures Deo dicatis sumptibus suorum gestiunt felicitatem promouere, & ad culmina dignitatis extollere. c. 9. n. 80. toto §. p. 246

Infaustissima est dignitas æquitatis iniuria obtenta, aut ecclesiasticæ facultatis diminutione innutrita. c. 9. n. 87 toto §. p. 248

Educatio.

Negligentia in educandis honestè filiis parentibus notam, & ipsis liberis peperit frequenter miseriam. c. 9. n. 120. toto §. p. 289

Efficacia.

Indubium lucrum est, efficaci commendare exequenda c. 7. n. 149. p. 49

Quæ in nostrum commodum pollet efficaciâ, erga alios omni caret ratio energia. c. 11. n. 139. toto §. p. 475

Electio.

Dignitatum fastigia ascendentes non semel eligere solent ad munia, consanguinitatis suffragio, non virtutis merito. c. 8. n. 219. toto §. p. 179

Improbanda electio, quæ non tam de indicio, quàm de eligentium oritur commodo. c. 8. num. 253. toto §. p. 190

Vbi consilio de superiore eligendo agitur, cæteris sapientior, digniorque præfertur. c. 9. n. 148. toto §. p. 266

Ad dignitatem vltra meritum enehere non est eligere, sed illudere. cap. 9. num. 185. toto §. p. 278

Ministrorum electio populatem Principi acquirit gratiam, aut conciliat inuidiam. cap. 9. num. 305. toto §. p. 315

Eligendi sunt ad munia virtute ornati, & experientia expoliti c. 11. n. 56. toto §. p. 449

Si electio longo tempore differatur ambitioni, & cupiditati aditus aperitur. cap. 10. num. 42. toto §. p. 383

Salubris cunctis probatur electio, quam non indignationis suffragium; sed virtutis perfecit meritum. c. 10. n. 190. toto §. p. 428

Dignitas offerenda non est ad solum electi eligentisue commodum; sed ad cunctorum solatium, & iuncti muneris exercitium. cap. 11. num. 64. toto §. p. 452

Elecmosyna.

Pauperes alti benigneque accepti optimi sunt contra aduersitatem patroni. cap. 11. num. 51. toto §. p. 448

Elogium.

Dum Superior nihil aliud est, quàm officium, de populi salute immortale sibi elaborat elogium. c. 10. n. 8. toto §. p. 372

Augustius sibi elogium acquirit, qui ambitiosum nomen humillimus repudiauit. cap. 10. num. 31. toto §. p. 379

Emolumentum.

Laboranti, ne torpeat ignauia, auxilientur emolumenta. c. 8. n. 105. p. 143

Energia.

Quæ in nostrum commodum pollet efficacia, erga alios omni caret ratio energia. cap. 11. num. 139. toto §. p. 475

Epistola.

Epistolas scribere laboriosum est. cap. 9. num. 138. p. 263

Erratum.

Dedecus est sordida ibi committere errata, vbi gloriosa proauorum contradicunt exempla. c. 9. n. 114. p. 256

Grauius dehonestat erratum, quem imperij primordiis optimi regiminis erudierat exemplum. c. 9. n. 216. toto §. p. 288

Sic ad Superiorem deferantur errata, vt applicetur remedium, nec erranti quæratur odium. c. 9. n. 317. toto §. p. 318

Optimus Superior cum Deo priùs consulit facienda; ne commiserit errata. cap. 11. num. 107. toto §. p. 465

Superiorem laudabiliter constat plectere, si prius humanis verbis errantem conatus fuerit placare. c. 12. n. 49. toto §. p. 518

Rarus est, si exundant filij, qui illorum non patiatur errata aut insanæ non lugeat cupiditatis delicia. c. 12. n. 119. toto §. p. 538

Vbi nobis Deus nostra fugillat errata, ad impertienda adstringitur beneficia. cap. 13. num. 31. toto §. p. 551

Error.

Plures vel in morte attendunt euanido honori; non erroris pœnitudini. c. 8. n. 224. toto §. p. 180

A linguæ

A linguæ errore grauiſſima homini promanauere pericula, pullularuntque detrimenta. c.11. num.183. toto §. p.530

Euchariſtia.

Qui vitia penitus deſiderat abolere, contentus non ſit ſemel Euchariſtiam ſumere. cap.7.n.208.toto §. p.70

Diebus Dominicis Euchariſtia ſumenda eſt. cap. 7. n.208. p.71

Decantatiſſimus Euchariſtiæ triumphus eſt mores prorſus inuertere, & contrario ſtylo hominem reformare.c.7.n.236.toto §. p.86

Euchariſtia tremendum eſt vitiis fatum: quia totius eſt voluptatis excidium. cap.7. num. 243. toto §. p.83

Cœlesti pane opus eſt ad laſſitudinem ſubleuandam, & victoriam plenè obtinendam.c.8.n.112. toto §. p.146

Euchariſtia eſt lucis cognitioniſque officina, & anxietatis medela. c.14.n.199.toto §. p.639

Qui exactorum honeſtè reprimit inſolentiam, populi adamet fortunam. c. 13. n. 72. toto §.p.563

Examen.

Vitant rationis tentinâ examinari, qui ad dignitatem ſine meritorum ſuffragiis cupiunt efferri.c.9. n.37. toto §. p.234

Excellentia.

Omni mater præuenitur munditia, ſi filius ſingulari ornandus eſt excellentia. c.13.n.56.toto §. p.559

Excuſatio.

Qui vrgente occaſione varias ad eludendum confingunt cauſas, iam elapſa ſolicitant dare querelas.c.8. n.22.toto §. p.117

Non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens, quam delictum obſtinatione defendens. c.8.n.150.toto §. p.152

Nonnulli vt ſuam excuſarint ignauiam, alterius adaugent culpam.c 9.n.336.toto §. p.324

Executio

Parum proſunt optimè procurata, ſi parum diligenter videantur impleta. c.7.n.281.toto §. p.96

Exemplum.

Superior ſubiecto antecedat ſolicita cura, & vigilanti cuſtodia.c.7.n.58. p.14

Rarum eſt ita heroem viuere, vt non refugiat ab omnibus ſpectari, imò poſſit exemplum aliis proponi.c.7.n.167.toto § p.91

Vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum. c.7.n.222. toto §. p.93

Dedecus eſt ſordida ibi committere errata, vbi glorioſa proauorum contradicunt exempla.c.9.n.214. toto §. p.256

Grauius dehoneſtat erratum, quem imperij primordiis optimi regiminis erudierat exemplum. cap. 9. n.216.toto §. p.288

Qui peccatis patrocinatus exemplo, alieno etiam obſcuratur delicto.c.9.n.216. p.288

Ducis ad exacuendos aut eneruandos milites quam plurimum præſtat exemplum.c.9.num.423.toto §. p.352

Exercitium.

Ne imperatos occaſio inueniat, exercitium aſſuefaciat.c.7.n.161.toto § p.54

Ars quæuis, ſi non exercetur, amittitur. c.11. n.56. p.449

Dignitas offerenda non eſt ad ſolum electi,eligentiſue commodum; ſed ad cunctorum ſolatium, & ininncti muneris exercitium. cap.11.num.64.toto §. p.452

Exilium.

Virtus, etſi ad tempus exulare cogatur honori ſibi debito tandem reſtituitur. c. 11. num. 41. toto §. p.445

Exordium,

Non eſt laus feliciter exordiri,niſi contigerit conſummare.c.13.n.60.toto §. p.560

Experientia.

Eligendi ſunt admunia virtute ornati, & experientia expoliti.c.11.n.56.toto §: p.449

Experti noſtros defectus nobis imponimus, & variis cauſis eludimus.c.13.n.35.toto §. p.552

Exterior, Externus.

Prodeſt contra vitium virtus? ſed exterior habitus eſt inſtituto adaptandus.c.7.n.232.toto §. p.79

Opus eſt aliquando, ne ingenerauerit tædium, externum virtuti gaudium.c.10.n.88.toto §. p.397

Externæ hilaritates non implent,pectus; ſed remittunt frontem.c.10.n.88. p.397

Extraneus.

Sæpè qui apud exteros inſtar miraculi habetur, apud ſuos parui æſtimatur.c.7.n.251.toto §. p.86

Non ſemel præclari viri apud exteros fulſerunt glorioſi, qui à ſuis exulauere repulſi.c.11.n.31.toto §. p.442

F

Facinus.

ETſi præclara militum facta duci applicentur ad famam, ex à ſe factis cumulatiorem ſortitur gloriam.c.9.n.427.toto §. p.353

Laudabilis iudex habendus eſt, quem non obſcurat querela, etſi non referantur præclara facta. c.10. n.38 toto §. p.581

Aliquando in ipſa infantia præclara videntur facinora, & indubia oblectant de facinoribus gaudia. c.13.n.67.toto §. p.561

Factio.

Malè politici,dum ab vna ad aliam tranſeunt, relictæ parti inueniuntur inimici, & alij ſemper ſuſpecti. c.8.n.333.toto §. p.216

Facultates.

Princeps non recuſet bellum adire, nec ſubiectis ſuis illum facultatibus adiuuare.cap.11.num.89.toto §. p.459

Cognati affineſve ad cognatorum facultates ius putant ſemper habere, & poſſe tuto diripere. cap.11. n.115.toto §. p.468

Fœmina.

Non ſemel fœmina dum domo egreditur, periculum ſibi creat, & ſuis dolorem maturat. cap.11.n.158. toto §. p.481

Se in holocauſtum Domino obtulit, quæ ſe clauſuræ, & orationi fœmina dedicauit. c. 11. n.205. toto §. p.495

Si opus fuerit fœminam alloqui, Dei miniſter citò ſe expediet, nec prolixa colloquia traher. cap. 13. n.84.toto §. p.567.

Fœminarum blanditiæ ſemper viris periculoſæ, & fallaciis ſemper plenæ.c.14.n.213.toto §. p.643.

Fama.

De claritate ſeruientium creſcit fama dominorum. c.8.n.219. p.179.

Etſi præclara militum facta Duci applicentur ad famam, ex à ſe factis cumulatiorem ſortitur gloriam. c.9.n.427.toto §. p.353

Nobilis eſt,qui,fama teſte laudatur. cap.11. num. 69 p.454

Digitized by Google

Infeliciſſimum eſt, grandi doloris cenſu, nec apud homines famam acquirere, nec gloriam apud Dominum promerere.cap. 11. num. 219.toto §.p.500

Familiaris.

Graniſſima peſtis inimicus familiaris. cap.9. n. 459. p.364

Si magnatum adſit fauor, vel indigni promouentur, ſi non adſit,vel digniſſimi repelluntur. c.9. n. 29. toto §. p.251

Ad heroica virtutis opera tenetur, qui ſpeciale Numinis fauore exornatur. cap. 12. num. 99. toto §. p.532

Felicitas Felix.

Prouida ordinataque diſpoſitio eſt mater felicitatis,vt confuſio parens diſcriminis. cap. 7. n.255.toto §. p.87

In quem felicem timent, omnes fortuna aduerſa iam audent.cap.7.num.311. toto §. p.105

Inuidia proptiam felicitatem contemnit, ne inuidioſum præeminere contigerit. c. 8.num. 48. toto §. p.125

Amicitia inter conciues fœlicitatis eſt mater.c.8.n.60. p.129

In reſplendentem præ aliis felicitatis gloria plures obarmati inuidia.c.8.n.69.toto §. p.131

Largitas felicitatis eſt vena,calamitatis mater eſt auaritia.cap.8. n.116.toto §. p.147

Principis auget conſeruata iuſtitia felicitatem. cap.8. num.138. toto §. p.155

Felix eſt, qui pronectionem ſuam intra terminos moderationis includit : infelix qui nimium lucere exambit.c.8.n.249. toto §. p.189

Nonnulli Deo dicatis ſumptibus ſuorum geſtiunt felicitatem promouere, & ad culmina dignitatis extollere.c.9. n.80. toto §. p.246

Vel dum floret, amiſſa reputatur fortuna, ni iuſta nitatur cauſa. cap. 9.n. 238.toto §. p.295

Felicitas alienæ cupiditati ſemper expoſita.c.9.n.336 p.324

Qui præ cæteris felicitatibus elati, & calamitati præ cæteris inueniuntur expoſiti.c.10.num.141.toto §. p.413

Humana felicitas vti anguſta conſortem reſpuit; cæleſtis vti ampliſſima exambit.c.11.num.36. toto §. p.444

Prudens ipſum infortunium vertit in felicitatis augmentum. cap.11. num.46.toto §. p.446

Felicius eſt præclaris dotibus eminere,quàm natalium luminibus rutilare. cap.11.num.69.toto §. p.453

Putanda eſt felicitas, ſi impulerit ad meliora neceſſitas. c 11. num.85.toto §. p.458

Humana felicitas nunquam cumulatè plena, quia ſemper aliquibus anxietatibus perturbata. cap.11. num.164. toto §. p.483

Fides.

Imperiorum fides malè ſecuta, vt iuſtorum ſemper ſtata.c.9.n.247.toto §. p.297

Fiducia.

Chriſti Domini caſtra faſtidioſè dimittunt incautam fiduciam,adlegunt ſtudioſè fidentem cautelam. c.7. n.166 p.55

Filius.

Parentum felicior laus de filiorum geſtis commendari. c.7.n.93. p.32

Optimi parentes temporis non expectant ſuffragium, vt filios impulerint ad virtutis ſtudium.c.8.n.205. toto §. p.174

Filius improbus eſt graniſſima parentum pœna; & durior ac ſeuerior mulcta. cap.9. num.101.toto §. p.252

Indigniſſimum eſt acceptis à patre ingentiſſimis beneficiis filio non gratificari; imo iniuriam ingratiſſimè inferre.cap.9. n.208.toto §. p.285

Negligentia in educandis honeſtè filiis patentibus notam, & ipſis libetis peperit frequenter miſeriam. cap. 9. num.220. toto §. p.289

Nonnullis perentibus nil adeo infauſtum quàm offetri Numini filium. c.11.n.168. toto §. p.484

Inſolitum eſt Numini attendere prolis damno, vt frequens proli conſulere Numinis detrimento.c.11 n.210.toto §. p.497

Ratus eſt,ſi exundant filij, qui illorum non patiatur errata, aut inſanæ non lugeat cupiditatis delira. c.12.n.119.toto §. p.538

Filij orationibus à Deo impetrati ferè ſemper & dotibus ſunt conſpicui. c.13.n.26.toto §. p.550

In dedecus filij vertitur, ſi mater vel maculæ ſuſpicioni ſubdatur. c.13.n.47.toto §. p.556

Omni mater præuenitur munditia, ſi filius ſingulari ornandus eſt excellentia. cap. 13. num.56.toto §. p.559

Parentes dum filiis optatas non dant vxores, æternas matrimonio ſeminant lites. c.14.num.40.toto §. p.593

Filius qui ſe à parentibus ſeparat, in ſe fortunam inſtigat. c.14.n.78.toto §. p.605

Non ſemel parentes deuoranere peccatum, vt filiorum expleuerint deſiderium. c.14.num.180.toto §. p.635

Fadus.

Peccator contemnit incommoda,ne cum vitio ruperit fœdera.cap.10.num.123.toto §. p.408

Fortitudo.

Plures mentitur fortes ſuperbia, quos infirma oſtendit pugna c.7.num.63. p.22

Fortitudo proles eſt ieiunij legitima, & iugum ſemper depulit abſtinentia. cap. 13. num. 51. toto §. p.557

Fortuna.

In quem felicem timent, omnes fortuna aduerſa iam audent.cap.7.n.311.toto §. p.105

Nobilitate conſpicuis vel in aduerſa fortuna exhibenda eſt reuerentia : nec plectendi communi cæteris mulcta.cap.8.n. 193.toto §. p.171

Fortuna minor Principem quærit.cap.9. n.51. toto §. p.238

Vel dum floret, amiſſa reputatur fortuna, ni iuſta nitatur cauſa.cap.9. n.238. toto §. p.295

Nonnulli vt ſuam promoueant fortunam,aut excuſarint ignauiam, alterius adaugent culpam. cap.9. n.336.toto §. p.324

Peccator ſuis culpis abrutus deſperat veniam, & dum deſperat,miſeram aſciſcit ſibi fortunam. c.9.n.384 toto §. p.340

Non ſemel altiori vulneri leuior redimitur plaga, & procuratur graniori damno fortuna.c.9.num.431. toto §. p.355

Qui exactorum honeſtè reprimit inſolentiam, populi adauget fortunam. c.13.n.72,toto §. p.563

Qui ſe à parentibus ſeparat, in ſe fortunam inſtigat. c.14.n.78.toto §. p.605

Fratres.

Inuidentia inter fratres durè graſſatur. c. 11. n. 31. p.442

Fraus.

Ciuitates frequenter ſunt doloſitatis venæ fraudiſque officinæ.c.8.n.148.toto §. p.157

Tributi à populo impensi debet haberi ratio solicita, ne immunatur fraudibus summa.c.8.n.280.toto §. p.199

Fructus.

Fructus operis laborem excusat.cap.10.n.175. toto §. p.424

Hominum fugiat consortium,qui Deo dignum exambit proferre fructum.c.13.n.21.toto §. p.548

Fuga.

Is plausibilior est triumphus, inimicus non arripuit fugam; sed tulit pœnam. cap.7. num.315. toto §. p.107

In persecutione melius est fugere, quàm negare. c.7. num.101. p.34

G

Gaudium.

SOla virtus est gaudij mater. c. 9. n.160. p.170

Opus est aliquando ne ingenerauerit tædium, externum virtuti gaudium.c.10.n.88. toto §. p.397

Si quis inter suos dignitatis luceat fastigio, neticio quid ad gratiam additur gaudio. cap. 11. n.152. toto §. p.473

Aliquando in ipsa infantia præclara videntur facinora,& indubia oblectant de facinoribus gaudia.c.13. n.67. toto §. p.561

Gener.

Genet socerque discordant non semel odiis, vt nurus socrusque frequenter dissident iurgiis c.12.n.108. toto §. p.536

Genus.

Genere obscurus dignitatis etiam fastigio despecti & odio vinit obnoxius.c.9.n.309. toto §. p.316

Rarus est, qui alterius generis defectum silentio premat,nec euulgandi prurritio opportunè,importunéque effundat. c.12.n.61.toto §. p.522

Gloria.

Vel humani honoris stilla sitienter ambitur, virtutis gloria contemnitur.c.8.n.41.toto §. p.123

Suam asciscit imprudenter ruinam, qui Ecclesiasticis rebus posterorum augere nititur gloriam. cap. 8. n.291. toto §. p.203

Etsi præclara militum facta Duci applicentur ad famam,ex à se factis cumulatiorem sortitur gloriam. c.9.n.427.toto §. p.353

Superbia gloriæque cupiditas semper sunt periculis plenæ, & sæpè contumeliosis stragibus castigatæ. cap. 9. num. 441. toto §. p.359

Verus amor nullum excusat dolorem, vt dilectus gloria resplendeat, & obligationibus satisfaciat. c.11.n.177. toto §. p.487

Infelicissimum est grandi doloris censu,neg apud homines famam acquirere, nec gloriam apud Dominum promerere.c.11.n.219. toto §. p.500

Indubia gloria est morum custodisse mensuram. c.12. num.53.toto §. p.519

Prudens ob nuptias honori notam non inuret nec prædecessorum gloriam innubilabit. cap.14. n.44. toto §. p.594

Gradus.

Ad summum non subitò ascenditur; sed per gradus peruenitur.cap.9. n.41. toto §. p.235

Gratia.

Tanti apud magnates valet adulatio, vt ea inaurentur delicta, & ineatur facillimè gratia. cap.8. n.183. toto §. p.168

Ministrorum electio popularem Principi acquirit gratiam, aut conciliet inuidiam,c.9. n.305.toto §. p.315

Innocens luxit, qui ob Principis gratiam multis inuidiosus factiosis querelis non denigratur, nec criminibus impetitur.c.9.n.313.toto §. p.317

Ferè nullus accepta pensat ad gratiam, sed quæ alij acceperint,solitat pensare ad querelam.c.10.nu.55. toto §. p.386

Durissimum est feciſſe gratiam,& inuidiosam sustinere querelam.c.12.n.36.toto §. p.513

Christi gratiæ est de amarissimo persecutore defensorem construere, & de lupo agnum formare.c.14. n.204.toto §. p.641

Gratitudo.

Matura gratitudo est beneficij incrementandi artificium, & generosi animi testimonium. c.7.n.259. toto §. p.98

Nonnulli, vt se exhibeant gratos, videri parupendunt legis oblitos.c.8. n.245. toto §. p.187

Qui numini aduersus, homini difficulter existet gratus.cap.8. n.347. toto §. p.221

Ad heroica virtutis opera tenetur; qui speciali Numinis fauore exornatur. cap.12. num. 99. toto §. p.532

Gubernator.

Calamitatibus plenum est male moratis præesse, vt lætum morigeros gubernare.cap.9. n. 180. toto §. p.276

Itinera malè tuta dum generalem fouent querelam, & regenti parunt iniuriam. c.9. num.270. toto §. p.304

Prudens gubernator studiosè continebit iracundiam, & ægro solicitabit medelam. cap.9.n.322. toto §. p.310

Tolerabile est longo tempore gubernantem diteſcere; sed suspectum, si exiguo diuitiis contigerit exundare. c.10.n.79.toto §. p.394

Dum gubernatores euanidis honoris ceremonijs attendunt, subiecti periculum subeunt. c.11. n.202. toto §. p.494

H

Habitus.

PRodest contra vitium virtus; sed exterior habitus est instituto adaptandus. cap.7. n. 232. toto §. p.79

Heros.

Rarum est ita heroem viuere,vt non refugiat ab omnibus spectari; imò possit exemplum aliis proponi. c.7.n.267.toto §. p.91

Hilaritas.

Externæ hilaritates non implent pectus; sed remittunt frontem.c.10.num.88.toto §. p.397

Holocaustum.

Se in holocaustum Domino obtulit, quæ se clausoræ & orationi fœmina dedicauit. c.11.n.205.toto §. p.495

Homo Humana.

Dum quis plus humanarum rerum exambit, & periculum grauius subit. cap. 7. num. 153. toto §. p.51

Humana transeunt, dum oculos gratè allicuerit. c. 7. n.154. p.51

Lux diuina nitidius lucet in vase rebus humanis vacuo, quàm pleno. capit. 8. n.163. toto §. p.90

Homini satis non est, quod naturæ satis est. c.8.n.94. p.140

Tot

Tot vitiis homo aliquando præſtat habitaculum, vt Deus nullum inueniat hoſpitium.cap.10.num.104. toto §. p.402

Timor hominis honor eſt Dei.c.10. num.159.toto §. p.419

Humana felicitas vti angusta conſortem reſpuit, cæleſtis vti ampliſſima exambit.cap.11.n.36. toto §. p.444

Humana felicitas nunquam cumulatè plena, quia ſemper aliquibus anxietatibus perturbata. cap. 11. num.164.toto §. p.483

Hominum fugat conſortium,qui Deo dignum exambit proferre fructum.cap.13.n.21.toto §. p.548

Inuidia lues mortifera difficulter ſuſtinet medicinam; imò hominem tranſmutat in beſtiam.cap.14.n.96. toto §. p.611

Honeſtas.

Tranquillè degit, qui honeſtè viuit. cap.11. n.192 p.491

Honor.

Rationabilis culpæ ſuſpicio ſuperiorem doceat cautelam; ſubiecto tamen non afferat honoris aut æſtimationis iacturam.c.7.n.56.toto §. p.20

Vitæ ſæpè conſulitur honoris diſpendio, cùm virtuti non conſulamus allecti lucro. cap.7. n.109. toto §. p.37

Obſequium eſt reſtitiſſe voluntati, vt ſtudueris honori. c.7.n.186 p.62

Duriſſimum eſt laborioſas ad moleſtias vocari, & à debito laboribus honore repelli.cap.8.n.59.toto §. p.122

Vel humani honoris ſtilla ſitienter ambitur, virtutis gloria contemnitur. c.8.n.43. toto §. p.123

Non ſemel qui ad dignitatis faſtigium præter opinionem euectus; circa honorem ſibi debitum inuenitur ſcrupuloſus. cap. 8. numer. 73. toto §. p.133

Honor eſt alios honorare.c.8.n.87. p.138

Humanus ab omnibus honoratur, inhumanus deſpicitur.c.8.n.152.toto §. p.159

Plures vel in morte attendunt euanido honori, non erroris pœnitudini. c.8.n.224.toto §. p.180

Sui honeſtè probetur obitus, qui honoti Principis conſecratur druotus c.9.n.332.toto §. p.323

Timor hominis honor eſt Dei. cap. 10. num. 159. p.419

Dum gubernatores euanidis honoris ceremoniis attendunt, ſubiecti periculum ſubeunt.c.11.n.202. toto §. p.494

Dignitatis honor non vni aut alteri debet ſemper adſcribi; ſed multis communicati, c.12.n.114.toto §. p.537

Virtus etſi ad tempus exulare cogatur; honori ſibi debito tandem reſtituitur. c.11. num. 41. toto §. p.445

Superbus non ſuſtinet alium honore lucere; & ſi luceat, curat animitus obſcurare. cap.12.n.8.toto §. p.505

Prudens ob nuptias honori notam non inuret, nec prædeceſſorum gloriam innubilabit. cap.14. n.44. toto §. p.594

Hoſtis.

Duriſſimum eſt, ſi munus exerceat iudicis, qui gerit animum hoſtis. c.9.num.110.toto §. p.155

Etſi amarum aliquod ſolatium eſt, diuitiarum ſuſtinere iacturam,ne acceperit hoſtis prædam. cap. 8. num. 283.toto §. p.308

Qui virtutis iniuria ſibi parauit amicos, eos hoſtes repetire ſolet infenſos. cap. 10. num.108. toto §. p.404

Granius virtuti detrimentum imminere videtur à diuitibus, quam ab hoſtibus. c.12. num.13. toto §. p.506

Humanitas.

Humanus ab omnibus honoratur, inhumanus deſpicitur.c.8.n.152.toto §. p.159

Superiorem laudabiliter conſtat plectere, ſi priùs humanis verbis errantem conatus fuerit placare.c.12. n.49.toto §. p.518

Ad vitanda periculoſa certamina valent plurimum humana ac mellita verba. cap.12. num.57.toto §. p.620

Humilitas.

Ea eſt humilitatis conditio, vt in ſe ſolum agnoſcat ingloria, in alteris laudabilia. c 8. num.83.toto §. p.136

Auguſtus ſibi elogium acquirit, qui ambitioſum nomen humillimus repudiauit. c.10. num.31. toto §. p.379

De dæmonibus ſemper reportauit triumphum, durumque humilitas inflixit tormentum.c.14.n.101. toto §. p.612

Hypocriſis.

Nonnulli, vt quam ambiunt, dignitatem præripiant, religionem ſe ſtudioſè curare affectant. c.9. n.62. toto §. p.241

I

Iactantia.

IActantia præ aliis vitiis ſemper omnibus eſt odioſa,& ipſi iactabundo ſemper aduerſa. cap.7. num.61. toto §. p.23

Plures aduerſario abſenti ructant iactantiam, qui præſenti oſtendunt inertiam. cap.9. n.296.toto §. p.312

Iaël.

Iaëlis clauus Paſſionis Domini ſtigma. c.11. n.163. p.483

Ianitor.

Conſcientia ianitores appoſuit.c.7.n.267. p.91

Ianua.

Vbi ianua vitiis diligenter occloditur,facilè victoria obtinetur.c.9. num.418. toto §. p.350

Ieiunium.

Fortitudo proles eſt ieiunij legitima, & iugum ſemper depulit abſtinentia.c.13.n.51. toto §. p.557

Ignauia.

Nonnulli, vt ſuam excuſarint ignauiam, alterius adaugent culpam.c.9.n.336. toto §. p.324

Ferè ſemper imbecilliores turgent ſuperbi, & ſuperbiunt tumidiſſimi.cap. 7.n. 71.toto §. p.25

Imperium.

Ambitioſis videtur imperium omnibus artibus procurandum,vt ſapientibus fugiendum. cap.9.n.135. toto §. p.262

Rarus eſt,qui ne contraxerit vitium à prædeceſſore introductum,ſibi anguſtarit imperium. c. 10. n.35. toto §. p.380

Impius.

Impiorum fides male ſecura, vt iuſtorum ſemper ſtata, c.9. num.247.toto §. p.297

Impij aliquando vltra vires audent, vt proſequantur vitiâ,vt etiam perfecti inſequentes ſcelera. cap. 8. n. 94.toto §. p.140

Imprecatio.

Iuſta maledictio imprecatióque vehementer extimeſcenda,vt irrationabilis parui æſtimanda.c.9.n.229 toto §. p.29

Importunus.

Dei miniſter ſe non ſubtraxerit neceſſitati vocatus; ſed nec ſe ingeſſerit importunus. cap.13.num.87. toto §. p.568

Inclinatio.

Salubris cunctis probatur electio, quam non inclinationis ſuffragium; ſed virtutis perfecit meritum. cap.10.n.190. toto §. p.428

Incommodum.

Peccator contemnit incommoda, ne cum vitio ruperit fœdera.c.10.n.123.toto §. p.408

Inertia.

Plures aduerſario abſenti ructant iactantiam, qui præſenti oſtendunt inertiam.cap.9. n.296. toto §. p.312

Infamia.

Plures dum ſatagunt imprudenter infamiam tegere, inueniuntur euulgare. cap. 9. num. 452. toto §. p.362

Magnates quamuis effugiant ſcelerum pœnam,vitare nequeunt infamiam.c.9.n.261.toto §. p.301

Infans.

Neſcio quid vberibus ſugitur, quod enutriti infantis moribus demonſtratur. cap. 13. n.42. toto §. p.555

Infantia.

Aliquando in ipſa infantia præclara videntur facinora, & indubia oblectant de facinoribus gaudia. c.13.n.67.toto §. p.561

Infelix.

Circa infelices ingens ſolitudo eſt.c.7.n.311. p.105

Politici dum virtutis iniuria nolunt magnates offendere, ſibi conſtat infelicitatem aſciſcere.c.8.n.108 toto §. p.144

Infeliciſſimum eſt grandi doloris cenſu nec apud homines famam acquirere, nec gloriam apud Dominum promerere.c.11.n.219.toto §. p.500

Infortunium.

Prudens ipſum infortunium vertit in felicitatis augmentum. c.11.n.46. toto §. p.446

Ingenium.

Obtenta dignitas Circes ad inſtar mutat ingenium, & creat duriſſimum ſupercilium.c.9.n. 189.toto §. p.279

Malè reſpondent conacta ingenia. c.11.n.128.toto §. p.472

Ingratitudo.

Non ſemel quæ deuotus perſuadebant obſequium, ad ingratitudinis detorquemus ſcandalum. cap.8. n.287. toto §. p.202

Sæpè quem vanis adulationibus populus ad inſtar Numinis adorauit,demortuum,aut munere functũ ingrata oblivione ſpreuit.c.8.n.321.toto §. p.212

Indigniſſimum eſt acceptis à patre ingentiſſimis beneficiis filio non gratificari, imò iniuriam oblivione ingratiſſima inferre.c.9.n.208. p.285

Adepti dignitatem aliquando ſoluerunt offenſis,quod antè ſummis promiſerant gratificandum officiis. cap.9.n.355. toto §. p.330

Ferè nullus accepta penſat ad gratiam; ſed quæ alij acceperint,ſolitat penſare ad querelam. c.10.n.55. toto §. p.386

Peccatores Deum inuocant in neceſſitate deuoti; ſed poſt faſtidiunt ingrati.c.10.n.149.toto §. p.416

Duriſſimum eſt feciſſe gratiam,& inuidioſam ſuſtinere querelam.c.12.n.36.toto §. p.513

Indigni inueniuntur venia, qui ingrati adurgent pro ipſorum ſalute laborantem, & pericula ſuſtinentem.c.12. n.40. toto §. p.515

Inimicus.

Qui inimicis parcit, ſibi lætitiam procudit. cap.7. num.77. p.117

Inimicos frangit patientia, & conſumit tolerantia. cap. 7.num.114. p.38

Imprudentiſſimus eſt, qui admittit vt ſocium, quem iniuriis fecerit inimicum.c.9.n.367.toto §. p.335

Graviſſima peſtis inimicus familiaris.c.9.n.459.p.364

Graviſſima pœna eſt ſubire ad inimici arbitrium calamitatis ac doloris tormentum. c.9.num.467.toto §. p.367

Iniquus.

Iniquorum vicini, & cladibus ſunt expoſiti. cap.10. n.128.toto §. p.409

Initium.

Quod initio facile eradicatur, difficulter poſt euellitur. cap.7. num.216.toto §. p.73

Diſcupienti triumphos opus eſt virtuti inſiſtere, nec ſatis eſt inchoare.cap.7. num.189.toto §. p.99

Non tardet læta promittere, qui incipit gubernare. c.8.num.53.toto §. p.116

Princeps inter regni exordia benigniſſima reſplendeat gratiâ.c.8.n.53.toto §. ibidem

Grauius dehoneſtat erratum, quem impetij primordiis optimi regiminis erudierat exemplum. cap.9. n.216. p.288

Non eſt laus feliciter exordiri,niſi contigerit conſummare.c.13.n.60. toto §. p.560

Iniuria.

Proprias vlciſci iniurias eſt humanum, non vlciſci prope diuinum.cap.8.num.179.toto §. p.167

Ardentiores ſunt homines in propriis vindicandis, quàm in offenſis Numinis vlciſcendis. c.9. n.225. toto §. p.291

Itinera malè tuta dum generalem fouent querelam, & regenti pariunt iniuriam. c.9. num. 270.toto §. p.304

Nonnulli dum mollia proferunt verba, graviora incutere ſolent probra. cap.12.numer.94. toto §. p.531

Inquiſitio.

Quantò vehementior eſt infligenda pœna,tantò præcedere debet inquiſitio ſolicita. c.8. n.123. toto §. p.149

Inſania.

In conuiuiis magna eſt adhibenda cautela quia epulis fouetur inſania. capit. 14. numer. 195. p.637

Peccatores nec cladibus fracti ſe recipiunt ad prudentiam,ſed proſequuntur inſaniam.c.9.n.389.toto §. p.342

Inſidiæ.

Corpori nimis ſtudioſè non ſervias, vt latentes hoſtis deuitare poſſis inſidias. c.7.n. 157. toto §. p.52

Non ſemel qui potentibus hilari vultu obſequuntur, animo aduerſo inſidiantur. c.14. num.185.toto §. p.635

Inſolentia.

Nonnulli ſi ſemel patienter lati, grandiori turgent inſolentia ſuperbi. cap.12. n. 23. toto §. p.509

Qui exactorum honeſtè reprimit inſolentiam, populi adauget fortunam. c.13. n.72. toto §. p.563

Integritas.

Iudex ſic incorruptè debet fulgere, vt veriſimile non videatur legem aliquando violare.cap.14.num.511 toto §. p.597

Intermiſſio.

Iniqui ſi aliquandiu intermiſerint crimina, non ſunt contenti reuocare; ſed iacturam temporis nouis acceſſionibus reſarcire.c.10.n.95.toto § p.400

Invalidus

Digitized by Google

Invalidus.

Miraculum eſt ſi invalidus aſſequatur virtutis præmium,aut potentioris truſtretur odium. c.9.n.106. toto §. p.253

Quod lege reclamante occupatum nullus à potente audet exigere,à debiliore legitimo iure poſſeſſum quilibet tentat auferre.c.11.n.123.toto §. p.470

Invalida potentium adurit ira, ſi potentes aliqua mulctauerit pœna.c.14.n.69.toto §. p.602

Invidia.

Invidia propriam felicitatem contemnit, ne invidioſum præminere contigerit. cap. 8.num. 48.toto §. p.125

In reſplendentem præ aliis felicitatis gloria plures obarmat invidia,c.8.n.69.toto §. p.131

Malecuplentia à liuore profecta præcordiis inſidet altè, & qualibet pullulat occaſione. c. 9. n. 292.toto §. p.311

Miniſtrorum electio populatem Principi acquirit gratiam, aut conciliat invidiam.c.9. num.305.toto §. p.315

Invidentia inter fratres durè graſſatur.c. 11. num.31. p.442

Invidia lues mortifera difficulter ſuſtinet medecinam, imò hominem transmutat in beſtiam. c. 14. n. 96. toto §. p.611

Ira.

Iræ cedat cordatus ſuperior glorioſo triumpho. cap.8. n.53. p.126

Superior qua aliquando monetur, prudenter celauerit cauſam, ne ſubiectorum inflammet iram. c.8.n.91. totò §. p.139

Non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens,quàm delictum obſtinatione defendens. c.8. n.130.toto §. p.152

Prudens gubernator ſtudiosè continebit iracundiam, & ægro ſolicitabit medelam,c.9.num.322. toto §. p.320

Invalidos potentium adurit ira, ſi potentes aliqua mulctauerit pœna.c.14.n.69.toto §. p.602

Irriſio.

Probroſa ſubſannatione irridendus, qui prolixum ſeruitutis pendi tributum,à quo nullum neceſſitati remedium.c.10.n.166.toto §. p.422

Itinera.

Itinera malè tuta, dum generalem fouent querelam, & regenti pariunt inimicam c.9. num. 270. toto §. p.304

Iudex.

Iudex ſit ara iuſtitiæ.c.7.n.318. p.108

Durißimum eſt, ſi munus exerceat iudicis qui gerit animum hoſtis.c.9.n.110.toto §. p.255

Æquus iudex diſſimili ſententia ſimilem cauſam non ferit.c.9.n.110. p.255

Ignoret originem, qui ſortitur iudicis dignitatem. c.10.n.22.toto §. p.376

Laudabilis iudex habendus eſt, quem non obſcurat querela,etſi non referantur præclara facta. cap.10. n.38.toto §. p.381

Qui iudex ſolicitè abegit vitia,Reipublicæ ſibique aſciuit ſolicitudine commoda.cap.10.num.65.toto §. p.390

Tolerabile eſt longo tempore gubernantem diteſcere; ſed ſuſpectum,ſi exiguo diuitiis contigerit exundare.c.10.n.79.toto §. p.394

Si iudices malè affecti,iura pro libito aut corrumpunt, aut extendunt.c 11.n.81.toto §. p.456

Iudex ſic incorruptè debet fulgere, vt veriſimile non videatur legem aliquando violare.cap.14.num.51. toto §. p.597

Iudicium.

Seuerè aliorum facta diiudicant, qui ſordidiùs ſe culpis maculant c.7.n. 64. p.23

Improbanda electio, quæ non tam de iudicio, quam de eligentium oritur commodo. c.8.n.253. toto §. p.190

Bonus Superior, quouſque ſolicitè informetur iudicium,continebit ſemper affectum.c. 11. num.111. toto §. p.466

Iugum.

Summa miſeria eſt,ſi cuius inflammaris odio, cogaris ſubiici iugo.c.9.n.252.toto §. p.299

Iuramentum.

Antiqui eligebant duris laboribus premi, quam datæ iuramento fidei religionem violare.c.14.num.217. toto §. p.645

Iurgia.

Superbi ad mouenda iurgia ſolùm ſunt apti ad virtutis officia inuentuntur ſæpiùs inepti.c. 8.num. 30. toto §. p.119

Superiorem non ſolùm decet conſonam legibus ſententiam ferre; ſed maturis conſiliis iurgia vitare. c.10.n.46.toto §. p.384

Nurus,ſocruſque frequentibus diſſident iurgiis, vt ſocer generque diſcordant non ſemel odiis. cap. 12. n.108.toto §. p.535

Connubia inter diſſimiles ſunt litium exúdans copia, & iurgiorum fœcundiſſima vena.c.14.n.35.toto §. p.591

Iuriſdictio.

Miniſtri ſemper geſtiunt auctoritatem muneris ampliare, & iuriſdictionem extendere.cap.9.n.327. toto §. p.321

Ius.

Si iudices malèaffecti iura pro libito aut corrumpent aut extendent.c.11.n.81.toto §. p.466

Quod legitimo iure à debiliore poſſeſſum quilibet tentat auferre: quod à potente vel lege reclamante occupatum,nullus audebit exigere.c.11.n.123,toto §. p.470

Iura ſunt humanæ vitæ ſolatia.c.14.n.147. p.615

Iuſtitia.

Mirum eſt paupertate diuexatum non exorbitare à iuſtitia: ſed virtutis ornari perſeuerantia. c. 8.n. 99. toto §. p.142

Principem ſtabilit obſeruata ſemper iuſtitia & deſtruit iniuſta præda.c.8.n.138.toto §. p.153

Principis auget conſeruata iuſtitia felicitatem.cap.8.n. 138. ibidem

Cognati affineſue ad cognatorum ſubſtantiam ius putant ſemper habere,& poſſe tuò diripere. c.11. n.115.toto §. p.468

Iuſtus.

Iuſtorum fides ſemper ſtata impiorum malè ſecura. c.9.n.147.toto §. p.297

Deus iuſtos in deliciis non habet, indurat & ſibi præparat.c.11.n.85. p.478

Dæmon aliquando ſuſtinebit ſibi iuſtum ſed furem, ſi alienæ viderit ſalutis zelotypum.c.14.p.74. toto §. p.604

L

Labor.

DIgnitas annexos habet labores; ſed plures laborem fugiunt,&ſplendorem exambiunt. c.7.n. 38.toto §. p.14

Aſſidui labores ingratas faciunt dignitates.c. 7.n. 40. p.15

Index Rerum,

Non est ignobile otium laboribus acquisitum, sed inertiæ artibus procuratum. cap. 7. n. 133. toto §. p. 44

Plurimis se laboribus consecrat, qui veritatis luce principum, & potentium tenebras fugat. c. 7. num. 297. toto §. p. 101

Dimissimum est laboriosas ad molestias vocari, & à debito laboribus honore repelli. c. 8. n. 39. toto §. p. 122

Spes effectus tædium laboris excludit. cap. 8. num. 94. toto §. p. 140

Laboranti, ne turpeat ignauia, auxilientur emolumenta. c. 8. n. 103. p. 143

Otium est voluptatis fomentum, vt honestus labor exilium. c. 8. n. 316. toto §. p. 211

Alios regenti opus est vianda laboribus sæpè arteri, & prouidendi curis vrgeri cap. 9. num. 136. toto §. p. 169

Superior vt dignitate, antecedere debet labore. c. 9. n. 410. toto §. p. 348

Fructus operis laborem excusat. cap. 10. num. 175. p. 424

Prudens priùs laborum mercedem pensat, quàm duros labores adeat. c. 11. n. 103. toto §. p. 464

Antiqui eligebant duris laboribus premi, quàm datæ iuramento fidei religionem violare. cap. 14. n. 217. toto §. p. 645

Lac.

Nescio quid ex vberibus fugitur, quod enutriti infantis moribus demonstratur. cap. 13. num. 42. toto §. p. 555

Lætitia.

Qui inimicis parcit, sibi lætitiam procudit. c. 7. n. 71. p. 27

Prudentis est breui renunciare lætitiæ, ne duriori postea tradatur pœnæ. c. 14. n. 47. toto §. p. 595

Largitas.

Calamitatis mater est auaritia, largitas felicitatis est vena. c. 8. n. 116. toto §. p. 147

Lassitudo.

Cælesti pane opus est ad lassitudinem subleuandam, & victoriam plenè obtinendam. c. 8. n. 111. toto § p. 146

Laus.

Prudentes nunquam se laudant. cap. 7. num. 61. p. 22

Amissa in præsentium contumeliam laudantur. cap. 7. n. 240 p. 82

Optimus concionator de auditorum glorietur criminibus trucidatis non de elogiis, aut acclamationibus repetitis. c. 7. n. 292. toto §. p. 100

Bonus Superior, vt à subiectis auerterit culpam, propriæ aliquando distulerit laudis gloriam. c. 7. n. 76. toto §. p. 26

Parentum felicior laus de filiorum gestis commendatio. c. 7. n. 93. toto §. p. 32

Nihil ita conciliat pacem, laudemque, quàm aliorum gesta decenter extollere, & de se modestè sentire. c. 8. n. 87. toto §. p. 138

Peregrinum est magnatum delicta puniri, quia de more constat laudari. c. 8. n. 162. toto §. p. 162

Egregium est donantis præconium, si certaminis puluerem exceperit præmium. cap. 8. num. 242. toto §. p. 86

Non est laus feliciter exordiri, nisi contigerit consummare. c. 13. n. 60. p. 560

Lenitas.

Licet regentis dexteritas, si vitiorum subueniat morbo dissecante non vsu ferro. c. 10. n. 162. toto §. p. 420

Lenitas.

Peccator aliquando affectat in vitio perseuerantiam, ne lenitatis incurrat notam. cap. 10. num. 133. toto §. p. 411

Lex.

Ille benè imperat, qui legibus paret. cap. 7. num. 38. p. 14

Si legis floruerit obseruantia, felici exercitus coronatur victoriâ. c. 7. n. 104. toto §. p. 35

Minus est seruos Domino auxiliari ad legis obseruantiam: quia vt in plurimum auxiliantur ad culpam. c. 7. n. 182. toto §. p. 61

Nonnulli vt se exhibeant gratos, videri parupendunt legis obitos. c. 8. n. 245. toto § p. 187

Superiorem non totum decet consonam legibus sententiam ferre; sed maturis consiliis iurgia vitare. c. 10. n. 46. toto §. p. 384

Optimus Princeps, qui priùs curat legis obseruantiam, quàm calamitatis repulsam. c. 11. num. 119. toto §. p. 469

Quod lege reclamante occupatum, nullus à potente audet exigere; a debiliore legitimo iure possessum quilibet tentat auferre. cap. 11. num. 123. toto §. p. 470

Munera priuilegiorum sunt officina, & sæpè sæpiùs legis vindemiæ. c. 13. n. 115. toto §. p. 577

Aliena ob vitium stragis legem dulcorat, & virtutis difficultatem exacuat. cap. 14. num. 147. toto §. p. 625

Libertas.

Qui peccatis collum non tenuit subdere, aliquando cogitur omnem libertatis spem à se proiicere, & amandare. c. 14. n. 55. toto §. p. 598

Libido.

Libido nihil veretur tentare, si possit ardori cæco consulere. c. 11. n. 198. toto §. p. 493

Licentia.

Amant milites Ducem eorum cupiditatibus indulgentem, nec crimina castigantem. c. 9. n. 358. toto §. p. 332

Licere.

Facilè licere credimus, quæ fieri ardenter desideramus. c. 14. n. 88. toto §. p. 608

Lingua.

Discordantes lingua, sæpe sibi aduersantur discordia. c. 7. n. 307. p. 104

In conuiuiis liberior lingua, & procacior viget maledicentia. c. 9. n. 300. toto §. p. 313

Non semel acriùs ad vindictam impulit linguæ audacia, quàm manus offensa. cap. 12. num. 43. toto §. p. 516

A linguæ errore grauissima homini promanauere pericula, pullularumque detrimenta. cap. 12. num. 87. toto §. p. 530

Concionatoris Christo configurati lingua producit virginea examina, & saporatissima virtutum mella c. 14. n. 142. toto §. p. 623

Lites.

Connubia inter dissimiles sunt litium exundans copia, & iurgiorum fœcundissima vena. cap. 14. num. 35. toto §. p. 591

Parentes dum filiis optatas non dant vxores, æternas matrimonio seminant lites. cap. 14. num. 40. toto §. p. 591

Locus.

Dedecus est sordida ibi committere errata, vbi gloriosa proauorum contradicunt exempla. c. 9. num. 114 toto §. p. 256

Locusta.

Locusta superbiæ symbolum. c. 7. n. 195. p. 65

Lucrum.

Lucrum.

Indubium eſt lucrum, efficaci commendare exequendum.c.7.n.149. p.49

Cognati adeſſe periculis renuunt, intereſſe lucris exambiunt.c.8.n.55.toto §. p.121

Miſer eſt, qui ob alienum lucrum multorum ſuſtinet odium.c.9.n.257.toto §. p.300

Lux.

Lux diuina nitidiùs lucet in vaſe rebus humanis vacuo,quàm pleno.c.7.n.163.toto §. p.90

Euchariſtia eſt lucis agnitioniſque officina, & anxietatis medela.c.14.n.199.toto §. p.639

M

Macula.

IN dedecus filij vertitur, ſi mater vel maculæ ſuſpicioni ſubdatur.c.13.n.47. toto §. p.556

Magiſtratus.

Vbi eſt magiſtratus auri fœcunda vena, non eſt ſolicita regiminis,æquitatiſue cura.c.9.n.198. toto §. p.282

Magnates.

Politici dum virtutis iniuria nolunt magnates offendere,ſibi conſtat infelicitatem aſciſcere.c. 8.n.108. toto §. p.149

Etſi ingerantur oculis Magnatum delicta, non inuenientur delictorum teſtimonia: quia deterret teſtes potentia.c.8.n.143 toto §. p.159

Peregrinum eſt magnatum delicta puniri, quia de more conſtat laudari. cap. 8. num. 162. toto §. p.162

Tam apud magnates valet adulatio, vt ea inauentur delicta, & ineatur facillimè gratia. c.8.n. 120. toto §. p.148

Si Magnatum adſit fauor, vel indigni promouentur,ſi non adſit,vel dignißimi repelluntur. c.9. num. 29. toto §, p.231

Sæpè magnatum morte cæcus inflammatur ambitus, cùm debuiſſet inoculatus fœculi ortu contemptus. c.9.n.32.toto §. p.232

Vanitati vertunt magnates vel indignis auxiliari, & petentibus opem ferre. cap. 9. num. 51. toto §. p.238

Magnates, quamuis effugiant ſcelerum pœnam vitare nequeunt infamiam.cap.9. num. 261. toto §. p.301.

Maiores.

Dedecus eſt ſordida ibi committere errata vbi glorioſa proauorum contradicunt exempla.c.9.num.114. toto §. p.256

Maledicentia.

In conuiuiis procacior lingua,& liberior viget maledicentia.c.9.n.300.toto §. p.313

Maledictio.

Iuſta maledictio, imprecatióque vehementer extimeſcenda, vt irrationabilis parui æſtimanda c. 9. n.229.toto §. p.292

Maleuolentia.

Maleuolentia à liuore profecta præcordiis inſidet altè, & qualiber pullulat occaſione. c. 9. n. 292. toto §. p.311

Manus.

Ad depellendam calamitatem oportet diuinam opem implorare, & manum ad operationem extendere. c.10.n.194.toto.§. p.430

Maria.

Dei erga parentem amor contentus non eſt damna depellere; ſed accelerat periculis obuiare. c.7.n.67 toto §. p.23

Digna Deo victoria eſt,matrem cum hoſte non congreai,& triumpho virgine redimiri.c.7.num.278. toto §. p.94

Plus valuit virgo Maria ad dæmonis vires infringendas,quàm plures ad retardandas. cap.9. num. 435. p.556

Maria Sanctiſſima nullum ad ſe confugientem reſpuit: quia ſe omnibus veluti debitricem conſtituit.c.11. n.20.toto §. p.439

Maria coronata eſt victoriâ ob filij futura merita c.11 n.150.toto §. p.478

Mater.

In dedecus filij vertitur,ſi mater vel maculæ ſuſpicioni ſubdatur.c13 n.47.toto §. p.556

Omni mater præcellit munditia, ſi filius ſingulari ornandus eſt excellentia. cap.13. num.36. toto §. p.559

Matrimonium.

Parentes dum filiis optatas non dant vxores, æternas matrimonio ſeminant lites. cap. 14. n. 40. toto §. p.593

Mauſolæum.

Illuſtrior,qui conditus nobilitauit ſepulchrum, quam qui ad æternandum nomen extruunt ſuperbiſſimum mauſolæum.c. 10.n.83.toto §. p.396

Medela.

Prudens gubernator ſtudioſè continebit iracundia. & ægro ſolicitabit medelam. c. 9. n. 322. toto §. p.320

Euchariſtia eſt lucis,agnitioniſque officina,& anxietatis medela.c.14.n.199.toto §. p.639

Medicina.

Inuidia lues mortifera difficulter ſuſtinet medicinam; imò hominem tranſmutat in beſtiam. c.14. n. 96. toto §. p.611

Medicus.

Morbi pro qualitate paſſionis præceptum merentur artificis.c.11.n.123. p.470

Menſura.

Indubia gloria eſt Mortuum cuſtodiſſe menſuram. c.11.n.53. p.519

Merces.

Prudens priùs laborum mercedem penſat quàm duros labores adeat cap. 11. num 103. toto §. p.464

Meritum.

Dignitatum faſtigia aſcendentes non ſemel eligere ſolent ad munia conſanguinitatis ſuffragio,non virtutis merito.c.8.n.219.toto §. p.179

Vitant rationis trutinâ examinari, qui ad dignitatem ſine meritorum ſuffragiis cupiunt offerri.c.9.n.37. toto §. p.234

In affectionis officina confinguntur facilè merita, & inaurantur delicta. cap. 9. num. 70. toto §. p.244

Non ſemel dignitas benemeritos moroſiùs quærit, & non ita dignos celeriùs ambit. c. 9. n. 130. toto §. p.260

Vbi conſilio de Superiore eligendo agitur, cæteris ſapientior,digniorque præfertur. c. 9. n. 148. toto §. p.266

Antiquitas debet ſuſpici; ſed pro meritis non haberi. c.9.n.173.toto §. p.274

Ad dignitatem vltra meritum euehere non eſt eligere; ſed illudere.c.9.n.185. toto §. p.278

Ferè ſemper qui meritis nudior,præſumptione inuenitur inflatior.c.9.n.193. toto §. p.280

Nonnullis ad dignitatem expiſcandam eſt pro meritis

Digitized by Google

audacia, ambitionis moleſtia. cap. 10.n. 50. toto §. p.385
Salubris cunctis probatur electio, quàm non inclinationis ſuffragium; ſed virtutis perfecit meritum. c.10.n.190.toto §. p.428
Aliquando parens coronatur victoriâ ob prolis futura merita.c.11.n.150.toto §. p.478
Qui meritis, virtuteque nudus, ſæpè in alios armatur, deteſtabili tumore ſuperbus. c.12.num.53. toto §. p.519

Metus.

Laudabilis metus eſt, ne ſubiecti aliquam ſubierint iniuriam.c.7.n.43. p.16

Miles, Militia.

Duci otioſi milites non permittendi. cap. 7. num.52. p.19
Religio militiæ vinculum.c.7.n.104. p.35
Triumphis coronatur exercitus, vbi licet milites ſtrenuos probari, & imbelles caſtris expungi.c.7.n.141 toto §. p.47
Non poſſunt milites generalitati inſeruire ſi victualibus conſtet carere. cap. 8. num. 103. toto §. p.143
Egregium eſt donantis præconium, ſi certaminis pulnerem exceperit præmium. cap.8. num.242.toto §. p.186
Ad Reipublicæ ſedandos tumultus plus expedit aliquando celeritas, quàm militum numeroſitas. c. 9. n.350.toto §. p.329
Amant milites ducem eorum cupiditatibus indulgentem, nec crimina caſtigantem.c. 9.n.358. toto §. p.332
Ducis ad exacuendos, aut eneruandos milites quam plurimum præſtat exemplum. cap. 9. num. 423. p.352
Etſi præclara militum facta Duci applicentur ad famam, ex à ſe factis cumulatiorem tortitur gloriam. c.9.n.427 p.355
Nil ita iucundum ſtrenuo militi, quàm ad congreſſum citari.c.11.n.74.toto §. p.455
Differri militi non debet præmium pro Republica denoranti periculum.c.11.n.99.toto §. p.462

Mina.

Sapiens minis non terretur: quia nullius rei cupiditate ligatur.c.7.n.114. p.38
Sæpè deterremur minis, & cedimus caſſis terriculamentis.c.7.n.116. p.39

Miniſter.

Optimus adminiſter Reipublicæ non tam ſtudet propinquorum ſplendori, quàm communi omnium ſaluti.c.7.n.119.toto §. p.43
Miniſtri munus detorquere ſolent ad proprias commoda, cùm debeant vti ad Principi, & Reipublicæ profutura.c.7.n.149.toto §. p.49
Bonus Superior vni ſibi totum regiminis negotium numquam vindicabit ſuperbus, nec adminiſtro totum committet ignauus.c.7.n.178. p.59
Felix Princeps, cui miniſtri ſunt anxietatis leuamina, & veritatis auxilia. c.7.n.186. p.62
Vel cum oculis ſe ingerunt damna, ſolent miniſtri Principibus occultare, aut ſaltem relatione minuere.c.7.n.140.toto §. p.81
Miſera Reſpublica, vbi miniſtri non impleuerunt officia, cum copioſa acceperint ſtipendia cap.7.n.247. toto §. p.84
Audent ſæpè miniſtri vel iniuſſi in pannoſos, non attingunt vel iuſſi ſplendidos. c.8. num.212. toto §. p.177
Optimus miniſter ſua Principis commodis poſtponere conſueuit, vt malus detrimento Principis ampliare. c.8.n.257.toto §. p.191
Miniſtrorum electio populatem Principi acquirit gratiam aut conciliat inuidiam.c.9. num. 305.toto §. p.315
Miniſtri ſemper geſtiunt auctoritatem muneris ampliare, & iuriſdictionem extendere. c.9. num.327. toto §. p.321
Si opus fuerit fœminam alloqui, Dei miniſter citò ſe expediet, nec prolixa colloquia trahet. c. 13. n. 84. toto § p.567
Dei miniſter ſe non ſubtraxerit neceſſitati vocatus; ſed nec ſe ingeſſerit importunus. c.13. n.87. toto §. p.568
Cæleſtis probatur miniſter, qui ſibi nil applicat ad commodum; ſed omnia ſolicitat ad populi & Superioris obſequium.c.13.n.9 .toto §. p.570
Bonus Dei miniſter totum ſe alicpæ ſaluti attemperat, & neceſſitati adaptat. cap.13.num. 95.toto §. p.571

Miſeria.

Summa miſeria eſt, ſi cuius inflammaris odio, cogaris ſubiici iugo. cap. 9. num. 252 toto §. p.299
Miſer eſt, quia ob alienum lucrum multorum ſuſtinet odium.c.9.n.257.toto §. p.300
Miſerum eſt ab illo affligi, à quo ratio exigebat iuuari. c.9.n.459.toto §. p.364
Miſerrimus eſt cui viuenti impunita peccata, quia morienti accumulantur ſupplicia.cap.9. num.463. p.366
Peccatum vt omni peccatorem felicitate diſpoliat, ſic miſeria & ærumnis ditat.cap.10. num.113.toto §. p.405

Miſericordia.

Diuinæ miſericordiæ breuiſſima præfigimus ſpatia, cùm à mundo auxilium prolixa expectemus patientia.c.10.n 137.toto §. p.412
Aliquando ſe Deus præbet inexorabilem, quo ſe præſtiterit cumulatiùs miſericordem. c.10. num. 171. toto §. p.423

Moderatio.

Felix eſt, qui pronectionem ſuam intra terminos moderationis includit: infelix qui nimium lucere exambit.c.8.n.249.toto §. p.189

Modeſtia.

Nihil ita conciliat pacem, laudemque, quam aliorum geſta decenter extollere, & de ſe modeſtè ſentire. c.8.n.87.toto §. p.138

Modus.

Nonnulli ipſum, quod proferunt, de proferendi modo corrumpunt, & dictis contrarium adſtruunt. c. 12. n.78.toto §. p.527

Moleſtia.

Duriſſimum eſt laborioſas ad moleſtias vocari, & à debito laboribus honore repelli.c. 8. n. 39. toto §. p.122
Nonnullis ad dignitatem expiſcandam eſt pro meritis audacia, & ambitionis moleſtia. c. 10.n. 50.toto §. p.385

Monimentum.

Virtus operoſa ſepulchrorum refugit monimenta, mauſolæa ſubſtruit vanitas ſuperbiſſima.c.8.n.324. toto §. p.214

Morbus.

Morbi pro qualitate paſſionis præceptum merentur artificis.c.11.n.123. p.470

Mores.

Decantatiſſimus Euchariſtiæ triumphus eſt mores prorſus

prorſus inuertere,& contrario ſtylo hominem reformare.c.7.n.236. toto §. p.80
Indubia gloria eſt morum cuſtodiſſe menſuram.c.12. n.53. p.519
Neſcio quid ex vberibus ſugitur, quod enutriti infantis moribus demonſtratur. c.13.num.42.toto §. p.555

Mors.

Tolerabilius eſt citò mori, quàm vitam ad prolixam aut inhoneſtam mortem extendi.c.8.n.234.toto §. p.183
Mors longior peior.c.8.n.234. ibidem
Sæpè magnatum morte cæcus inflammatur ambitus, cùm debuiſſet inoculatus ſæculi otiri contemptus. c.9.n.32.toto §. p.232
Ad eam aliqui odij peruenerunt inſaniam, vt maluerint mori,quàm ab odioſo veniam,aut vitam lucrari.c.9.n.379.totò §. p.339
Miſerrimus eſt, cui viuenti impunita peccata, quia morienti accumulantur ſupplicia. cap.9. num.463. toto §. p.366
Prudentes ſequuntur mortem feliciter oppetentem; non vita ſplendidiùs radiantem. c.10.n.60. toto §. p.388
Qui ab ardenter deſideratis repreſſus, cenſeri debet iam mortuus.c.14.n.130.toto §. p.620
Mors ſemper nos vrget ad opera, vt Chriſti paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella. cap.14. n.163.toto §. p.629

Mulier.

Pudica mulier vel Angelicum hominem alloquens longum ſermonem non texat; ſed ad ſilentium recurrat.c.13.n.81.toto §. p.566
Mulier vt eſt ſecreti indagandi cupida, ſic effundendi probatur auida. cap. 14.num. 209.toto §. p.642

Multitudo.

Vitium multitudine fere ſemper armatur, robore virtus inſtruitur.c.7.n.197.toto §. p.66
In multos inſurgere,vt eſt periculis plenum ſic enaſiſſe perrarum.c.14.n 221.toto §. p.646

Mundus.

Mundi aſſeclas vel indubia non fugant detrimenta, cùm non ſemel virtutis milites vel adumbrata fugent pericula.c.7.n.114.toto §. p.38
Diuinæ miſericordiæ breuiſſima præfigimus ſpatia, cùm à mundo auxilium prolixa expectemus patientia.c.10.n.137.toto §. p.412

Munitio.

Munitio ciuitatis ſalus cunctorum. cap.9. num.418. p.350

Munia.

Ad munia ritè non inueniuntur euecti qui non fuerint priùs conſcientia Superioris probati.c.7.n.137 toto §. p.45
Eligendi ſunt ad munia virtute ornati, & experientiâ expoliti.c.11.n.56.toto §. p.449

Munus.

Sæpè quem vanis adulationibus populus ad inſtar Numinis adorauit, demortuum, aut munere functum ingrata obliuione ſprenit. c.8.n.321. toto §. p.212
Duriſſimum eſt,ſi munus exerceat iudicis qui gerit animum hoſtis.c.9.n.110.toto §. p.255
Miniſtri ſemper geſtiunt auctoritatem muneris ampliare,& iuriſdictionem extendere. c.9.num. 327. toto §. p.321
Dignitas offerenda non eſt ad ſolum electi, eligentiſue commodum; ſed ad cunctorum ſolatium, & ininncti muneris exercitium. c.11.num.64.toto §. p.452
Munera priuilegiorum ſunt officina, & ſæpè ſæpius legis violentia.c.13.n.115.toto §. p.577

Mutatio.

Non eſt turpe cum re mutare conſilium.cap. 7. num. 259. d.89

N

Natura.

EXuit ambitio naturam,& generi proprio irrogare molitur notam.c.9.n.97.toto §. p.521

Neceſſitas.

Sapienti nihil neceſſarium eſt.c.8.n.262 p.193
Peccatores Deum inuocant in neceſſitate deuoti;ſed pòſt faſtidiunt nigrati. cap.10. num. 149. toto §. p.416
Putanda eſt felicitas,ſi compulerit ad meliora neceſſitas.c.11.n.85. toto §. p.458
Dei miniſter ſe non ſubtraxerit neceſſitati vocatus; ſed nec ſe ingeſſerit importunus. c.13.n. 87.toto §. p.568
Bonus Dei miniſter totum ſe alienæ ſaluti attemperat,& neceſſitati adaptat. cap.13. num. 95.toto §. p.571

Negare.

Nil ſuperior illi valet negare, per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere cap.11.num.94.toto §. p.461
Plures ſe denegant temporalis commoditatis ſtudio, æternitatis pauciſſimi deſiderio. cap. 12. num.69. toto §. p.524

Negligentia.

Parum proſunt optimè procurata,ſi parum diligenter videantur impleta. c.7.n.281.toto §. p.96
Negligentia in educandis honeſtè filiis parentibus notam, & ipſis liberis peperit frequenter miſeriam. c.9.n.220. p.289

Negotium.

Expromptiores inueniuntur ſerui ad temporalia negotia,quàm ad virtutis obſequia.c.9.n.456.toto §. p.363

Nobilitas.

Nobilitate conſpicuis vel in aduerſa fortuna exhibenda eſt reuerentia, nec plectendi communi cæteris mulcta.c.8.n.193.toto §. p.171
Nobiles non ſemel ad vitium ante virilitatem ſunt viri, cùm vltra pueritiam ad virtutem videantur pueri.c.8.n.215.toto §. p.178
Felicius eſt præclaris dotibus eminere,quàm natalium luminibus rutilare. cap.11.num.69. toto §. p.453
Nobilis eſt, qui fama teſte laudatur. c.11. num.69. p.454

Nomen.

Adæquè celebrandum nomen excudit iuſta delinquentium punitio, & prouida miſerorum protectio.c.7.n.318 p.108
Auguſtius ſibi elogium acquirit, qui ambitioſum nomen humillimus repudiauit. cap. 10. num. 31. toto §. p.379
Illuſtrior, qui conditus nobilitauit ſepulchrum,quàm qui ad æternandum nomen extruxit ſuperbiſſimum mauſolæum.c.10.n.83.toto §. p.396

Nota.

Euangelicus concionator excitet, aut conueniat conſcientiam, ſed delinquenti fugiat inurere notam. c.7.n.122. toto §. p.41

molitur notam.c.9.n.97.toto §. p.251

Nouitas.

Optimus Princeps laudabiliter ſancita inuiolata cuſtodit, nec noxiam nouitatem permittit.c.10.n.13. toto §. p.374

Numeroſitas.

Ad Reipublicæ ſedandos tumultus plus expedit aliquando celeritas, quàm militum numeroſitas. c.9. n.350.toto §. p.329

Nuptiæ.

In nuptiis parentum eſt expectandus conſenſus, non ſequendus appetitus.cap.14.n.26.toto §. p.588

Prudens ob nuptias honori natam non inuret, nec prædeceſſorum gloriam innubilis. c.14. num.44. toto §. p.594

Nurus.

Nurus ſocruſque frequentibus diſſident iurgiis, vt ſocer generque diſcordant non ſemel odiis,c. 12. n.108.toto §. p.555

Nutrix.

Neſcio quid ex vberibus ſugitur, quod enutriti infantis moribus demonſtratur.cap. 13.n.42. toto §. p.555

O

Obedientia.

OBedientia felicitatis eſt vena, licet de promptitudine fortunata, & de cæcitate ſemper glorioſa.c.7.n.16.toto §. p.10

Morigeros ſibi ſubditos ſortitur,qui Deo præcipienti incunctanter obſequitur.c.7.n.33.toto §. p.12

Ille benè imperat, qui legibus parat. cap.7.num.38. toto §. p.14

Qui pericula obedientiæ poſtponit, ipſa obedientia propellit.c.7.n.47.toto §. p.17

Cibus Chriſti obedientia eſt.c.7.n.49. p.18

Morigera ſubditorum erga dominos ſubiectio, noſtræ erga Deum manifeſta eſt fugillatio. c.7. num.174. totò §. p.58

Obedientia expromptiſſimè impletur, dum obſequentis votis attemperatur.cap.7.num.189.toto §. p.63

Vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum. c.7. num.272. toto §. p.93

Duriſſimum eſt multis dominis ſubiacere, multiſque obedire.c.9.n.54.toto §. p.239

Nonnulli dum morigeram detrectant obedientiam, luctuoſam ſeruitutis patiuntur ærumnam. cap.13. n.10.toto §. p.545

Oblatio.

Deo meliora ſemper dicanda nec obſcura defectibus offerenda.c.13.n.99.toto §. p.573

Oblectamentum.

Eximia pulchritudo, dum affert oblectamentum, & zelotypiæ parit martyrium,c. 13. num.39. toto §. p.553

Obligatio.

Verus amor nullum excuſat dolorem, vt dilectus gloria replendeat, & obligationibus ſatisfaciat. c.11.n.177.toto §. p.487

Oblinio.

Sæpè quem vanis adulationibus populus ad inſtar Numinis adorauit, demortuum aut munere functum ingrata obliuione ſpreuit. cap. 8. num. 321. toto §. p.212

Indigniſſimum eſt acceptis à patre ingentiſſimis beneficiis filio non gratificari, imo iniuriam obliuione ingratiſſima inferre. cap.9. num. 208. toto §. p.285

Facilè accepta ingentiſſima beneficia obliuioni traduntur, ſi vel leuiſſimâ homines futura commoditate allectentur.c.9.n.212.toto §. p.287

Sui honeſtè probetur oblitus, qui honori Principis conſecratur deuotus. cap. 9. num. 332. toto §. p.323

Obſequium.

Obſequium eſt promerendi artificium. cap. 7. n. 26. toto §. p.10

Obſequium eſt reſtitiſſe voluntati, vt ſtuderis honori.c.7.n.186.toto §. p.62

Non ſemel quæ deuotius perſuadebant obſequium, ad ingratitudinis detorquemur ſcandalum. cap.8. num. 287.toto §. p.202

Expromptiores inueniuntur ſerui ad temporalia negotia, quàm ad virtutis obſequia. c.9.n.456.toto §. p.363

Nonnulli obſequiis, & promiſſionibus, quæ impoſſibilia cognouerunt impleri, ſatagunt ſibi aliquo deuincire.c.11.n.154.toto §. p.480

Cæleſtis probatur miniſter, qui ſibi nil applicat ad commodum; ſed omnia ſolicitat ad populi, & ſuperioris obſequium.c.13. n. 91.toto §. p.570

Non ſemel, qui potentibus hilari vultu obſequuntur,animo aduerſo inſidiantur,c.14. n.185.toto §. p.635

Obſeruantia.

Si legis floruerit obſeruantia, felici exercitus coronatur victoriâ.c. 7. n. 104.toto §. p.35

Mirum eſt ſeruos domino auxiliari ad legis obſeruantiam: quia vt in plurimum auxiliantur ad culpam. c.7. n.181. toto §. p.61

Optimus & felix Princeps,qui priùs curat legis obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam. c.11.n.119. toto §. p.469

Obſtinatio.

Non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens, quàm delictum obſtinatione defendens. cap. 8.num.150.toto §. p.152

Occaſio.

Ne imparatos occaſio inueniat, exercitium aſſuefaciat.cap.7.num. 161. p.54

Qui vrgente occaſione varias ad eludendum confingunt cauſas,iam elapſa ſolitant dare querelas.cap.8 num.12.toto §. p.117

Certa eſt non ſemel ſuperiori ruina exhibita ſubditis peccandi occaſio, aut à crimine non cohibitio. c.8.n.198.toto §. p.106

Qui præbuerunt ſceleribus occaſionem, præ ſceleſtis tuleront aliquando calamitatem. c.9.n.234.toto §. p.193

Malenolentia à liuore profecta præcordiis inſidet altè, & qualibet pullulat occaſione.cap.9.n.292.toto §. p.311

Suſpecta ſit pœnitentia, ſi occaſioni manſit vicina. c.10.n.285.toto §. p.427

Difficulter ſe quis à quæſitis periculis explicabit, occurrentia facilius veniet. cap. 14. num.119.toto §. p.618

Occupatio.

Vel eo nomine fugienda eſt dignitas, quia hominem ſibi debitum abalienat variis occupationibus illigatum.c.9.n.138.toto §. p.263

Oculus.

Non ſemel in templo flamma cupiditatis adurit incautos, dum vagantes teterrimus fumus corrumpit oculos. c.9.n.413.toto §. p.349

Sic oculus appetituſque proximant, vt idem ſit concupiſcere

Digitized by Google

cupiſcere,& intueri. c.14.n.11.toto §. p.584

Odium.

Miraculum eſt,ſi inualidus aſſequatur virtutis præmium, aut potentioris fruſtretur odium.c.9.n.106 toto §. p.253

Summa miſeria eſt,ſi cuius inflammaris odio, cogaris ſubiici iugo.c.9.num. 252.toto §. p.299

Miſer eſt, qui ob alienum lucrum multorum ſuſtinet odium.c.9.n.257.toto §. p.300

Genere obſcurus dignitatis etiam faſtigio deſpectui, & odio viuit obnoxius. cap. 9. num. 309. p.316

Ad eam aliqui odij peruenerunt inſaniam, vt maluerint mori, quàm ab odioſo veniam aut vitam lucrari.c.9.n. 379.toto §. p. 339

Sic ad ſuperiorem deferantur errata, vt applicetur remedium, nec erranti quæratur odium.c.9.n.317. toto §. p.318

Socer generque diſcordant non ſemel odiis,vt nurus ſocruſque frequentibus diſſident iurgiis. cap. 12. n.108.toto §. p.535

Timor odium ſpirat. cap.14.num. 74. p.604

Offenſa.

Ardentiores ſunt homines in propriis vindicandis, quàm in offenſis Numinis vlciſcendis. c.9. n.225. toto §. p.291

Adepti dignitatem aliquando ſoluerunt offenſis,quod antè ſummis promiſerant gratificandum officiis. c.9.n.355.toto §. p.350

Tutius eſt quoſdam offendere, quàm demerere.c.12. n.27. p.510

Non ſemel acrius ad vindictam impulit linguæ audacia,quàm manus offenſa.cap.12. num.45. toto §. p.516

Officium.

Miſera Reſpublica vbi miniſtri non impleuerunt officia; cùm copioſa acceperint ſtipendia.c.7.n.247. toto §. p.84

Dum ſuperior nihil aliud eſt, quàm officium de populi ſalute immortale ſibi elaborat elogium. c.10. n.8.toto §. p.372

Opinio.

Qui Deo placere deſiderat, apud homines opinionem ſapienter ſpernat. c.11.n.192.toto §. p.491

Operatio.

Ad depellendam calamitatem oportet diuinam opem implorare, & manum ad operationem extendere. c.10.n.194.toto §. p.430

Opus.

Fructus operis laborem excuſat. cap. 10. num. 175. p.424

Mors ſemper me vrget ad opera, vt Chriſti paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella. cap.14. n.163. toto §. p.629

Oratio.

Oratio expromptum eſt calamitati remedium, ſalutiſque auxilium.c.10.n.119.toto §. p.407

Ad depellendam calamitatem oportet diuinam opem implorare,& dexteram ad operationem extendere. c.10.n.194.toto §. p.430

Optimus ſuperior cum Deo prius conſulit facienda, ne commiſerit errata. c.11.n.107. toto §. p.465

Se in holocauſtum Domino obtulit, quæ ſe clauſuræ & orationi fœmina dedicauit. c.11. n.205.toto §. p.495

Oratio eſt naturæ ſupplementum, ægritudinum myrothecium, felicitatiſque promptuarium. cap. 13. num. 15.toto §. p.547

Filij orationibus à Deo impetrati ferè ſemper & dotibus ſunt conſpicui.c.13.n.26. toto §. p.550

Origo.

Indecorum eſt ad obſcuram æmuli recurrere originem,vt tibi acquiſiueris dignitatem. cap.9.n.288. toto §. p.283

Ignoret originem, qui ſortitur iudicis dignitatem. c.10.n.22.toto §. p.376

Origo neſcit deficere.c.13.n.56. p.559

Otium.

Indulgere non debet otio, qui diſcupit redimiri trophæo.c.7.n. 52.toto §. p.18

Non eſt ignobile otium laboribus acquiſitum, ſed inertiæ artibus procuratum.c.7.n.133.toto §. p.44

Otium eſt voluptatis fomentum, vt honeſtus labor exilium.cap.8. num.316.oto §. p.211

Otioſitas homines reddit venalitati obnoxios, & ad quoduis crimen paratos.c.9.n.76.toto §. p.245

P

Palatium.

MIrum erit, ſi ad dignitatem electus paternam incolat caſam, nec palatij ſubſtructionem excitarit ſuperbam.cap.8. n. 307.toto §. p.208

Parcere.

Qui inimicis parcit,ſibi lætitiam procudit. c. 7. n.77. p.27

Princeps etſi aliquando in commiſſas indulgenter pepercerit in commune bonum perpetrata ſeueritate piiſſima caſtigauerit.c.8.n.167.toto §. p.168

Parentes.

Parentum felicior laus de filiorum geſtis commendari.cap.7.num.93. p.32

Optimi parentes temporis non expectant ſuffragium, vt filios impulerint ad virtutis ſtudium. cap. 8. num.203.toto §. p.174

Vltio veluti hæreditarium ius à parentibus commendatur,& ambitioſè à poſteris exambitur.c.8.n.238. toto §. p.185

Filius improbus eſt graniſſima parentum pœna, & durior ac ſeuerior multa.c.9.n.101.toto §. p.258

Negligentia in educandis honeſtè filiis parentibus notam,& ipſis liberis peperit frequentem miſeriam. c.9.n.220.toto §. p.289

Aliquando parens coronatur victoriâ ob prolis futuram meritam.c.11.n.150. p.478

Nonnullis parentibus nil adeò infauſtum, quàm offerri Numini filium.c.11.n.168.toto §. p.484

Inſolitum eſt parentes Numini attendere prolis damno,vt frequens proli conſulere Numinis detrimento.c.11 n.210.toto §. p.497

In nuptiis parentum eſt expectandus conſenſus, non ſequendus appetitus.c.14.n.26.toto §. p.588

Parentes dum filiis optatas non dant vxores, æternas matrimonio ſeminant lites.c.14.n.40.toto §.p.593

Qui ſe à parentibus ſeparat, in ſe fortunam mitigat. c.14.n.78.toto §. p.605

Non ſemel parentes deuorauere peccatum,vt filiorum expleuerint deſiderium.c.14.n.180.toto §. p.633

Paſſio.

Morbi pro qualitate paſſionis præceptum merentur artificis.c.11.n.123

Paſſio Chriſti.

Iaëlis clauus Paſſionis Chriſti fuit ſtigma.c.11.n.163

Mors ſemper nos vrget ad opera, vt Chriſti paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella. cap.14. n.163.toto §. p.629

Patientia.

Inimicos frangit patientia, & conſumit tolerantia. cap.7.

Digitized by Google

Index Rerum,

cap.7.num.114 p.38

Eximiâ patientia opus eſt ad tolerandam homuncionis inſolentiam, & ignobilis audaciam.c.8.n.207. toto §. p.175

Nonnulli ſi ſemel patienter lati, grandiori turgent inſolentia ſuperbi c.12.n.23.toto §. p.509

Patria.

Non ſemel prælati viri à ſuis exulanere repulſi, apud exteros fulſerunt glorioſi c.11.n.31.toto §. p.442

Si quis inter ſuos dignitatis luceat faſtigio,neſcio quid ad gratiam additur gaudio. c.11.num.132.toto §. p.475

Patronus.

Vitio nunquam deſunt patroni, quique eius cauſas peragere cupiant ſolicit. c.8. n.338.toto §. p.218

Pauper.

Pauperes alti, benignéque accepti optimi ſunt contra aduerſitatem patroni.c.11. n. 31.toto §. p.448

Mirum eſt pauperiate diuexatum non exorbitare à iuſtitia; ſed virtutis ornari perſeuerantia,c.8.n.99. toto §. p.142

Audent ſæpè miniſtri vel iniuſſi in pannoſos,non attingunt vel iuſſi ſplendidos.c.8.n.212.toto §.p.177

Ad faſtigia dignitatis diuitiis felicitatéque florens eſt deligendus, non temnis,pauperculuſque ſignandus. c.10. n.75. toto §. p.393

Pauper cupiditate torquetur, diues ſolicitudine cruciatur.c.11.n.36. p.444

Putanda eſt felicitas, ſi compulerit ad meliora paupertas.c.11.n.85.toto §. p.458

Pax.

Pax noſtra eſt bellum dæmoni.c.8.n.60.toto §.p.119

Nihil ita conciliat pacem,laudemque, quàm aliorum geſta decenter extollere, & de ſe modeſtè ſentire. cap.8.num. 87.toto §. p.138

Campus poſtulat ſortem,pax ſuſtinet redimitum. c.8. n.285. p.201

Reportata de vitiis eximia victoria pax floret tranquilla,& tranquillitas viget ſtata.c.8.n.303.toto §. p.207

Peccator.

Peccator quæ pro ſe allegat, non ſemel contra ſe armat.c.7.n.98. p.38

Non tam iram exacerbat peccator improbitate delinquens, quàm delictum obſtinatione defendens. cap. 8. num. 130.toto §. p.152

Ea eſt peccatorum cæcitas, vt vitiis renunciare ſibi credat calamitatem aſciſcere. c.8.num.329.toto §. p.215

Peccator præſenti allectatus commodo,naſcituro inde neſcit occurriſſe periculo.c.9.n.205.toto §. p.284

Peccator vnde calamitatis ſperare ſolet ſolatium, inde promanare non ſemel experitur augmentum.cap.9. num.375.toto §. p.337

Peccator ſuis culpis obrutus deſperat veniam, & dum deſperat, miſeram aſciſcit ſibi fortunam. cap. 9. n.384.toto §. p.340

Peccatores nec cladibus fracti ſe recipiunt ad prudentiam; ſed proſequuntur inſaniam. c.9. num. 389. toto §. p.342

Iniqui ſi aliquandiu intermiſerint crimina, non ſunt contenti reuocare, ſed iacturam temporis nouis acceſſionibus reſarcire. c.10.n.95.toto §. p.400

Peccator contemnit incommoda,ne cum vitio ruperit fœdera c.10. n.123. toto §. p.408

Peccatorum vicini & cladibus ſunt expoſiti. c. 10. n. 128.toto §. p.409

Peccator aliquando affectat in vitio perſeuerantiam, ne leuitatis incurrat notam. cap.10. n.133.toto §. p.411

Peccatores Deum innocant in neceſſitate deuoti; ſed poſt faſtidiunt ingrati.c.10.n.149. toto §. p.416

Ea eſt peccatoris cæcitas, vt vno eodemque tempore velit & vitijs famulari,& Deum auxiliatorem fortiri.cap.10.n.154.toto §. p.418

Non ita per Deum peccatorem calamitate non extimi ſed per ipſum, dum conſtat ſuis calamitatibus auxiliari.c.14. num.59.toto §. p.599

Peccatum.

Remediabile bonum eſt in peccatis accelerata correctio, & cordata veſtigatio.c.7.n.228.toto §.p.78

Peccati conſequentia eſt ſic peccatorem deſipere.c.8. n.126.toto §. p.151

Qui peccatis patrocinatur exemplo, alieno etiam obſcuratur delicto.cap.9.n.216. p.288

Qui præbuerunt ſceleribus occaſionem, præ ſceleſtis tulerunt aliquando calamitatem.cap.9. num. 254. toto §. p.293

Miſerrimus eſt, cui viuenti impunita peccata, quia morienti accumulantur ſupplicia.c.9.n.463.toto §. p.366

Dignè poſſedit faſtigium,cuius præſentia exterminauit peccatum, & cuius prouidentia pericula. c. 10. n. 17. toto §. p.375

Peccatum vt omni peccatorem felicitate diſpoliat, ſic miſeria,& ærumnis ditat.c.10. n.113.toto §.p.405

Qui peccatis collum non renuit ſubdere, aliquando cogitur omnem libertatis ſpem à ſe proiicere, & amandare.c.14.n.55.toto §. p.598

Non ſemel parentes deuorauere peccatum,vt filiorum expleuerint deſiderium.c.14.n.180.toto §. p.639

Vita breuis tempore,efficitur longa crimine. cap.14. n.195. p.638

Pecten.

Plures inter pectinem & ſpeculum occupantur. cap.8. n.283 p.200

Pecunia.

Securior degit,qui pecuniis caret.c.8.n.99. p.142

Mirum eſt,ſi quem defendit aurum, tradiderit pœnæ delictum.c.8.n.229.toto §. p.181

Perfectus.

Perfecti aliquando vltra vires audent inſequentes vitia,vt etiam impij,vt proſequantur ſcelera.c.8.n.94 toto §. p.140

Periculum.

Qui pericula obedientiæ poſtponit, ipſa obedientia propellit.c.7. n. 47.toto §. p.17

Inobediens pericula ſibi procudit.c.7.n.51. p.18

A ſimilibus grauius periculum nobis eſt. c.7. n.139 p.46

Non ſemel virtutis milites adumbrata fugant pericula, cùm mundi aſſeclas indubia non fugauerint detrimenta.c.7.n.114.toto §. p.38

Quos Deus penitus decreuit delere,appetentia prohibuit pericula præſagire.c.7.n.204.toto §. p.69

Dum quis plus humanarum rerum exambit, & periculum grauius ſubit.c.7.n.153. toto §. p.51

Grauius non ſemel à domeſticis veget bellum, quàm immineat ab aduerſariis periculum. c.7. num.307 toto §. p.104

Mirum eſt,ſi cognatos quis vocarit,dum adſunt commoda,aut non vocauerit,ſi pericula.c.8.n.25.toto §. p.118

Cognati adeſſe periculis renuũt, intereſſe lucris exambiunt. c.8.n.35. toto §. p.121

Peccati conſequentia eſt ſic peccatorem deſipere, vt neſciat vel periculum inſtans euadere. c.8. n.126 toto §. p.151

Virtutis hoſtes, vbi ſe arbitrantur ſecuritate munitos ibi conſtat cladibus ſecurius obiectos. cap.8.n.133 toto §.

toto §. p.153
Vetidicus effugium sibi prouidet : quia frequenter periculum sibi creat.c.9.n.114.toto §. p.250
Peccator præsenti ablectatur commodo, nascitoro inde nesciit occurrisse periculo.c.9.n.247. p.284
Infidus amicus est,qui periculorum mentum extenuat, & panorem vtilem placat.c.9.n.365.toto §. p.333
Nonnulli vrgente periculo reliquerunt solum, quem sibi asciuerant in auxilium.c.9.n.371.toto §.p.336
Superbia gloriæque cupiditas semper sunt periculis plenæ,& sæpè contumeliosis stragibus castigatæ. c.9.num. 441.toto §. p.359
Dignè possedit fastigium, cuius præsentia exterminauit peccata, cuius prouidentia pericula. cap.10. n.17.toto §. p.375
Differri militi non debet præmium pro Republica deuoranti periculum.c.11 n.99.toto §. p.462
Non semel fœmina,dum domo egreditur, periculum sibi creat,& suis dolorem maturat. c.11. num.158. toto §. p.481
Dum gubernatores euanidis honoris ceremoniis attendunt,subiecti periculum subeunt.c.11.n.202 toto §. p.494
Ab ipsis pro qnibus subeuntur pericula,aliquando resultarunt grauissima detrimenta.c.12.n.27. toto §. p.510
Indigni inueniuntor veniâ,qui ingrati adurgent pro ipsorum salute laborantem,& pericula sustinentem. cap. 12.num.40.toto §. p.515
Difficilè eius multis temporibus concatnatus vrgenti periculo dediscitur,& mutatur,c.12.n.83.to.§.p.528
A linguæ errore grauissima homini promanauere pericula,pullularuntque detrimenta.c.12.n.87.toto §. p.530
Qui Angelicam puritatem sortiri discupit, non tantum proprij ; sed omnem speciem periculi fugit alieni.c.13.n.76.toto §. p.364
Qui à communi via exorbitat, periculum sibi, frequenter creat.c.14.n.17.toto §. p.586
Animarum zelotypum vrgentissima videntur adoriri pericula,sed quæ citò Dei ope transeunt in decantanda trophæa.c.14.n.83.toto §. p.607
Virtutem colenti pericula imminent specie truculentissima;sed te munia.cap.14.n.111.toto §. p.615
Difficulter se quis à quæsitis periculis explicabit, occurrentia faciliùs vincet.c.14.n.119.toto §. p.618
Si cautio adhibenda est, vt depulcris periculum, non auxeris detrimentum. cap. 14. num. 190. toto §. p.636
Fœminarum blanditiæ semper viris periculosæ,& fallacius semper plenæ.c.14.n.213.toto §. p.643
In multos insurgere, vt est periculis plenum, sic euasisse perrarum.cap.14.n.221.toto §. p.646

Persecutio.

In persecutione melius est fugere,quam negare .c.7. n.101. p.34
Nec persecutio prouocanda, nec constantia, si vrserit. deserenda.c.7.n.102. p.35
Christi gratiæ est de amarissimo persecutore defensorem construere, & de lupo agnum formare c.14. n.204.toto §. p.641

Perseuerantiâ.

Discupienti triumphos opus est virtute insistere, nec satis est inchoare.c.7.n.289.toto §. p.99
Mirum est paupertate diuexatum non exorbitare à iustitia ; sed virtutis ornati perseuerantia.c.8 n.99 toto §. p.142
Peccator aliquando affectat in vitio perseuerantiam, ne leuitatis incurrat notam. c.10.num. 133.toto §. p.411

Persona.

Rebus persona detrahenda est,& acutè veritas examinanda.c.7.n 95. p.33

Pertinacia.

Sapientis est semel decretis fixè non insistere ; sed si appareant, vtilioribus applicari. c.11. n.60.toto §. p.451

Pestis.

Grauissima pestis inimicus familiaris. c.9.num.459. d.364

Pietas.

Sæpè suadet aurum, quod pietatis non persuasisset studium. cap.14. n. 30.toto §. p.590

Pœna.

Is plausibilior est triumphus, vbi inimicus non arripuit fugam;sed tulit pœnã.c.7.n.315.toto §.p.107
Quanto vehementior est infligenda pœna,tantò præcedere debet inquisitio solicita. c.8. n.123 toto §. p.149
Sacerdotum duriorem pœnam sustinet culpa ; quia esse debet sacratior vita.c.8.n.158. toto §. p.160
Mirum est,si quem defendit aurum, tradiderit pœnæ delictum.c.8.n.229.toto §. p.182
Magnates,quamuis effugiant scelerum pœnam,viuere nequeunt infamiam.cap. 9.n.261.toto §. p.301
Grauissima pœna est subire ad inimici arbitrium calamitatis ac doloris tormentum. c. 9. n. 467. toto §. p.367
Verè pœnitens de anxietudine culpæ cuicumque se exponit pœnæ.c.10.n.175.toto §. p.424
Non semel viam inuenit occlusum, ne fugeret pœnam,qui sine impedimento inuenerat, vt properaret ad culpam.cap.12.num.65.toto §. p.523
Prudentis est breui renuntiare lætitiæ, ne duriori postea tradatur pœnæ.c.14.n.47. toto §. p.595
Inualidos potentium adurit ira,si potentes aliqua mulctauerit pœna.c.14.n.69.toto §. p.602

Pœnitentia.

Nonnulli sic fateri solent delictum,vt non deleuerint pœnitentia ; sed incrementauerint arrogantia. c.8. n.188.toto §. p.170
Plures vel in morte attendunt enanido honori, non erroris pœnitudini.c.8.n.224.toto §. p.180
Verè pœnitens de anxietudine culpæ cuicumque se exponit pœnæ.c.10.n.175.toto §. p.424
Suspecta sit pœnitentia, si occasioni manfit vicina. c.10.n.185.toto §. p.427
Opus est plena de hostibus cupienti resplendere victoria,carnem suam pœnitentiæ adurere flammâ. c.11.c.214.toto §. p.498
Pœnitentia sæuum diaboli inuenitur tormentum, eiusque vitium prorsus excidium.c.14.n.106.toto § toto §. p.613

Politici.

Dum politici virtutis iniuriâ nolunt magnates offendere,sibi constat infelicitatem ascisccre. c.8.n.108 toto §. p.144
Malè politicus, dum ab vna ad aliam transit ; relictæ parti inuenitur inimicus, & alij semper suspectus.c.8.n.333.toto §. p.216

Populus.

Quies populi est præconiũ regnãtis.c.8.n.167.p.163
Sæpè quem vanis adulationibus populus ad instar Numinis adorauit, demortuum, aut munere functum ingrata obliuione spreuit. c.8. n.321. toto §. p.112
Qui exactorum honestè reprimit insolentiam,populi adauget fortunam.c.13.n.72.toto §. p.563

Porta.

Regis thronus iuxta portam.c.9.n.410. p.348

Index Rerum,

Pessessio.

Maiori tormento aurum possidetur, quam quæritur. c.9.n.176. p.275

Quod lege reclamante occupatum, nullus à potente audet exigere, a debiliore legitimo iure possessum quilibet tentat auferre. c.11.n.123.toto §. p.470

Posteri.

Suam asciscit imprudenter ruinam, qui Ecclesiasticis rebus posterorum agere nititur gloriam.c.3.n.291 toto §. p.203

Potentes.

Potentes ferè semper coniuntur enarid;tarissimè fructuosa.c.12.n.73. toto §. p.526

Invalidos potentium adurit ira,si potentes aliqua mulctauerit pœna. c.14.n.69. toto §. p.602

Non semel qui potentibus hilari vultu obsequuntur, animo aduerso inlidiantur.c.14. num. 185.toto §. p.635

Præceptum.

Deus cùm ardua præcipit,animos addit, quibus difficultatem emollit.c.7.n.212.toto §. p.72

Molestum est semper & omnia præcipere. c.7.n.267. toto §. p.92

Præda.

Etsi amarum,aliquod solatium est,divitiarum sustinere iacturam,ne acceperit hostis prædam. c.9. n. 283 toto §. p.308

Qui sibi relictus esset hostium præda,Dei auxilio extimâ de hostibus coronatur victoriâ. c. 14. num.92 toto §. p.609

Prædecessor.

Prudens ob nuptias honori notam non inuret, nec prædecessorum gloriam inuubilabit. cap.14.n.44. toto §. p.394

Prædo.

Itinera malè tuta dum generalem fouent querelam,& regenti patiunt iniuriam. c.9.n 270.toto §. p.304

Prælatus

Malus prælatus proditur, cui subiecti pendunt mella, & dulcorant labra.c.14. n. 168. toto §. p.630

Prælium.

Nil ita iucundum strenuo militi, quàm ad congressum citari.c.11.n.74.toto §. p.455

Præmium.

Durissimum est laboriosas ad molestias vocari,& à debito laboribus honore repelli. c.8. num.39.toto §. p.122

Nutriunt præmiorum exemplæ virtutes. c.8.num. 39. ibid.

Egregium est donantis præconium. si certaminis pulverem exceperit præmium. cap. 8. n. 242. toto §. p.186

Miraculum est, si inualidus assequatur virtutis præmium,aut potentioris frustretur odium. c.9.n.106. toto §. p.253

Differri militi non debet præmium pro Republica deuoranti periculum.c.11.n.99.toto §. p.461

Prudens prius laborum mercedem pensat,quam duros labores adeat.c.11.n.103.toto §. p.464

Nonnulli cùm de alienis vigiliis docti appareant,præmium furtiuum reportant. cap. 14. n. 227. toto §. p.648

Præparatio.

Omni mater præuenitur munditia, si filius singulari ornandus est excellentia.c.13.n.56.toto §. p.559

Quos Deus ad magna præparat, à cunitatum hominumque tumultu liberat.c.13.n.119.toto §. p.579

Præsens Præsentia.

Amissi in præsentium contumeliam laudantur.cap.7. n.240. p.82

Dignè possedit fastigium, cuius præsentia exterminauit peccata, & cuius prouidentia pericula,.c.10. num.17.toto §. p.375

Præseruatio.

Cumulatius est beneficium damna maturè antecettere,quam expungere.c.12. n. 104. toto §. p.534

Præsul.

Præsul ambitione liber carpit subiectorum delicta, ambitiosus dissimulabit peccata.c.10.n.91. toto §. p.398

Præsumptio.

Qui melior est,non præsumit.c.7.n.178.p.59. & 186 p.62

Ferè semper qui meritis nudior, præsumptione inuanitur inflatior. cap.9. n. 193. toto §. p.280

Prauitas.

Triumphos prius debet de dæmone reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere.c.14. n. 115. toto §. p.616

Principium.

Quæ noxiè possunt crescere, debent celeriter amputari.cap. 7.n.216. toto §. p.73

Princeps.

Felix Respublica, quæ fortitur Principes vigilantes: infeux quæ experitur dormitantes, c.7.n 43.t.§.p.15

Princeps etsi manu cesset,consilio inuigilet. c.7. n.52. p.19

Princeps plus sentiat suorum, quàm proptiam facultatem imminui.cap.7. n.129. p.43

Princeps sententia dignus promouetur : quia suprema dignitas non blanditur.cap.7. n.137. p.45

Felix Princeps,cui ministri sunt anxietatis leuamina, & veritatis auxilia.cap.7.n. 182. toto §. p.62

Dulcis esse debet Principi rationabilis contrarietas obsequentis.c.7.n.187 toto §. p.62

Vel cùm oculis se ingerunt damna solent ministri Principibus occultare, aut saltem relatione minuere.c.7.n.240. toto §. p.82

Plurimis se laboribus confecrat, qui veritatis luce Principum,& potentium tenebras fugat.c.7.n.297 toto §. p.101

Princeps inter regni exordia benignissimæ indulgentiæ resplendeat gratia.c.8.n.53. toto §. p.126

Felix Princeps, qui non timet subiectorum rationem reddere. ibidem

Principem stabilit obseruata semper iustitia & destruit iniusta præda c.8. n.138 toto §. p.155

Principis auget conseruata iustitia felicitatem. ibid.

Princeps etsi aliquando in se commissis indulgenter pepercerit, in commune bonum perpetrata severitate pijssimâ castigauerit.c.8.n.167. toto §. p.163

Optimus administer sua Principis commodis postponere consuevit, vt malus detrimento Principis ampliare.c.8.n.257.toto §. p.191

Cordatus Princeps angustat tributa, deuotus subditus amplificat donatiua.c.8.n.270.toto §. p.195

Fortuna minor Principem quærit.c.9. n.51. p.238

Crescit Princeps, si subiectos amplificet. c.9.n.152. p.267

Ministrorum electio popularem Principi acquirit gratiam,aut conciliat inuidiam.c.9.n.305.tot. §.p.315

Innocens luxit,qui ob Principis gratiam multis inuidiosus factiosis querelis non denigratur, nec criminibus impetitur.c.9.n.313.toto §. p.317

Sui honestè probetur oblitus, qui honori Principis consecratur deuotus.c.9.n.332.toto §. p.323

Ratò ad Principem veritas peruenit mera,sed frequenter aucta,aut minuta.c.9.n.340.toto §. p.326

Optimus Princeps laudabiliter sancita inuiolata custodit,nec noxiâ nouitate permittit.c.10.n 13.t.§.p.374

Princeps

Princeps non recuſet bellum adire, nec ſubiectus ſuis illum facultatibus adiuuare. cap.11.num.89. toto §. p.459
Optimus & felix Princeps, qui priùs curat legis obſeruantiam, quàm calamitatis repulſam.c.11.n.119 toto §. p.469

Priuilegium.

Nonnulli alterius priuilegium detorquent ad temeritatis auxilium.cap. 11. num.173. toto §. p.485
Munera priuilegiorum ſunt officina, & ſæpè ſæpiùs legis violentia.cap.13.num.115. toto §. p.577

Probrum.

Nonnulli dum mollia proferunt verba,grauiora incutere ſolent probra.c.12.n.94.toto §. p.531

Proceres.

Sæpè procerum tutela freti qui circumſtant,deteſtanda perpetrauere facinora, & ſæpè circumſtantium freti temeritate, omnia potentes tentant effræni audacia.cap.9.n.58.toto §. p.240

Prodigus.

Propria non ſemel creaturis prodigi impendimus, & Numini debitum aut ſubripimus, aut tenacitate negamus.c. 8.num. 276. toto §. p.198

Proficuus.

Qui plus virtuti dicati, & hominibus plus proficui. cap.9. n.160. toto §. p.270

Promiſſio.

Adepti dignitatem aliquando ſoluerunt offenſis,quod ante ſummis promiſerant gratificandum officiis. c.9.n.355.toto §. p. 330
Vrgente angultia plura promittimus, quæ tranſacta minimè implemus.c.10.num.180.toto §. p.426
Nonnulli promiſſionibus,quæ nequeunt impleri,fatagunt ſibi aliquos denuncire.c.11.n.154.t. §.p.480
Mirum erit, ſi Deo adiiciatur auctarium; imò ſi reddatur promiſſum.c.13.n.105. toto §. p.574

Promptitudo.

Debitum tranſit beneficium, ſi reddatur expromptum. c.8.n.271.toto §. p.196
Expromptiores inueniuntur ſerui ad temporalia negotia,quàm ad virtutis obſequia.c.9.n.456.t.§.p.364

Pronuntiatio.

Nonnulli ipſum quod proferunt, de proferendi modo corrumpunt, & dictis contrarium aditruunt.c.12. n.78.toto §. p.527

Propoſitum.

Quos coniungere debet idem propoſitum,contra communem hoſtem nullum diſiungat diſſidium. c.8.n.60.toto §. p.128

Protectio.

Adæquè celebrandum nomen excudit iuſta delinquentium punitio,& prouida miſerorum protectio. c.7.n.318.toto §. p.108

Prouidentia.

Prouida ordinataque diſpoſitio eſt mater felicitatis, vt confuſio parens diſcriminis.c.7.n.255.toto §. p.87
Dignè poſſedit faſtigium, cuius præſentia exterminauit peccata, & cuius prouidentia pericula. c.10. num.17.toto §. p.375

Proxeneta.

Vitiorum proxenetæ ſuum ſæpè abiurauere decorem: ergo virtutis zelator aliquando ſuam ignorauerit dignitatem.cap.7.n.224.toto §. p.76

Prudentia.

Cordatus coram Deo geſtit lucere, non periculoſo dignitatis faſtigio volaticis ſplendoribus emicare. cap.9. num.169. toto §. p.272
Peccatores nec cladibus fracti ſe recipiunt ad prudentiam; ſed proſequuntur inſaniam. cap. 9. n.389. toto §. p.342
Prudentis eſt ſtatutum demutare, ſi inde conſtat ſcandalum exoriri.c.10.n.27.toto §. p.378
Prudentes ſequuntur mortem feliciter opperientem, non vitâ ſplendidius radiantẽ.c.10.n.60.t.§.p.388
Prudens ipſum infortunium vertit in felicitatis augmentum.cap.11.num.46.toto §. p.446
Prudens priuslaborum mercedem penſat,quàm duros labores adeat.cap. 11. n.103.toto §. p.464
Prudentis eſt in virtutis colorem trahere, quidquid proſpera,aut aduerſa ſorte conſtat accidere.cap.11. num.182.toto §. p.488
Non reſplendet plenè de hoſtibus reportata victoria, niſi iugulata vana gloria prudentiæ reſplendeat ara. cap.11.n. 187.toto §. p.490
Prudens ob nuptias honori notam non inuret, nec prædeceſſorum gloriam innubilabit. c. 14. n. 44. toto §. p.594
Prudentis eſt breui renunciare lætitiæ, nec duriori poſteà tradatur pœnæ.cap. 14. n.47.toto §. p.595

Proximus.

Sapiens prius ſibi conſulet, & poſteà proximis prouidebit.c.14.n.157. toto §. p.627

Publicus.

Mirum eſt ſi quis bonum publicum propriæ vtilitati præponat,nec omnium ſaluti ſuam vtilitatem præponat,nec omnium ſaluti ſuam vtilitatem anteferat. c.8.n.265.toto §. p.194

Pudicitia.

Pudica mulier vel Angelicum hominem alloquens longum ſermonem non texat; ſed ad ſilentium recurrat.c.13.n.81.toto §. p.566

Pulchritudo.

Eximia pulchritudo dum affert oblectamentum,& zelotypiæ parit martyrium.c.13.n.39.toto §. p.553

Punitio.

Adæquè celebrandum nomen excudit victa delinquentium punitio, & prouida miſerorum protectio c.7.n.318.toto §. p.108
Peregrinum eſt magnatum delicta puniri, quia de more conſtat laudari.c.8.n.162. toto §. p.162
Princeps etſi aliquando in ſe commiſſis indulgent r pepercerit,in commune bonum perpetrata ſeueritate puliima caſtigauerit.c.8.n.167. toto §. p.163
Quæ ſpebus improbis perpetrata, non ſemel contrariis ſucceſſibus ſunt punita.c.9.n.202.toto §.p.283
Superbia, gloriæque cupiditas ſemper ſunt periculis plenæ, & ſæpè contumelioſis ſtragibus caſtigatæ. cap. 9.n. 441.toto §. p.359
Superiorem laudabiliter conſtat plectere ſi priùs humanis verbis errantem conatus fuerit placare.c.12. n 49.toto §. p.518
Optimus ſuperior ſic puniat culpam,vt vel coloratam vitet querelam. c.14.n.65.toto §. p.601

Puritas.

Qui Angelicam puritatem ſortiri diſcupit,non tantum propriij; ſed omnem ſpeciem periculi fugit alieni. c.13.n.76.toto §. p.564

Q.

Querela.

QVi vrgente occaſione varias ad eludendum confingunt cauſas, iam elapſa ſolitant dare querelas.c.8.n.22.toto §. p.117
Itinera malè tuta dum generalem fouent querelam,& regenti pariunt iniuriam. c.9.n.270 p.304
Innocens luxit, qui ob Principis gratiam multis inuidioſus factioſis querelis non denigratur, nec criminibus impetitur.c.9.n.313.toto §. p.317

Digitized by Google

Index Rerum,

Laudabilis iudex habendus est, quem non obscurat querela, etsi non referantur præclara facta. cap. 10. n. 38. toto §. p. 381

Ferè nullus accepta pensat ad gratiam; sed quæ alij acceperint, solitat pensare ad querelam. c. 10. n. 55 toto §. p. 386

Durissimum est fecisse gratiam, & inuidiolam sustinere querelam. c. 12. n. 36. toto §. p. 513

Nonnulli dignas factiosis anteuertunt querelas, & querelarum queruli præueniunt causas. c. 12. n. 18. n. tpto §. p. 508

Optimus superior sic puniat culpam, vt vel coloratam vitet querelam. c. 14. n. 56. toto §. p. 601

Quies.

Quies populi est præconium regnantis. c. 8. n. 167. p. 163

R

Rapina.

PRincipem stabilit obseruata semper iustitia, & destruit iniusta præda, c. 8. n. 138. toto §. p. 155

Ratio.

Felix Princeps, qui non timet subiectorum rationem reddere. c. 8. n. 53. toto §. p. 126

Tributi à populo impensi debet haberi ratio solicita, ne imminuatur fraudibus summa. c. 8. n. 28. toto §. p. 199

Difficulter denudatur quis consuetudine, quantumuis in contrarium adurgeatur ratione. c. 9. n. 142. tot. §. p. 265

Aliquando à ratione abducimur non tam ambientes culpam, quàm aliorum æmulantes licentiam. c. 10. n. 100. toto §. p. 401

Consilia solo rationis ductu inita vt plurimum effectu lucent fortunata. c. 11. n. 17. toto §. p. 438

Prius curabit, qui tenet regimen, ratione conuincere, quàm inflicto supplicio plectere. c. 11. n. 122. otto §. p. 472

Quæ in nostrum commodum pollet efficacia, erga alios omni caret ratio energia. c. 11. n. 139. toto §. p. 475

Regimen.

Ea regimini solicitudo est annexa, vt corporis vires frangat, & animum intentis curis adurgeat. cap. 9. n. 165. toto §. p. 271

Vbi est magistratus auri fœcunda vena, non est solicita regiminis, æquitatisue cura. c. 9. n. 198. toto §. p. 282

Grauius dehonestat erratum, quem imperij primordiis optimi regiminis erudierat exemplum. cap. 9. n. 216. toto §. p. 288

Regnum.

Religionis studium semper fuit regni firmissimum sustentaculum. c. 9. n. 91. toto §. p. 249

Remedium.

Acer timor vltima remedia experiri suadet. cap. 17. n. 315. p. 107

Sic ad superiorem deferantur errata, vt applicetur remedium, nec erranti quæratur odium. cap. 9. n. 317 toto §. p. 318

Oratio expromptum est calamitati remedium, salutique auxilium. cap. 10. n. 119. toto §. p. 407

Probrosa subsannatione irridendus, qui prolixum seruitutis pendit tributum, à quo nullum necessitati remedium. cap. 10. n. 166. toto §. p. 422

Non est calamitatis remedium vitiis accedere; sed distare. c. 9. n. 275. toto §. p. 305

Optimus superior alia tentabit remedia, & coactus adhibebit supplicia. c. 12. n. 32. toto §. p. 512

Religio Religiosus.

Religio militiæ vinculum. c. 7. n. 104. p. 19

Nonnulli, vt quam ambiunt dignitatem præcipiant, religionem le studiose curare affectant. c. 9. n. 61. toto §. p. 241

Religionis studium semper fuit regni firmissimum sustentaculum. c. 9. n. 91. toto §. p. 249

Religioni consanguinitas postponenda est. c. 9. n. 461 p. 365

Nonnulli parentibus nil adeò infaustum, quam offerri Numini filium. c. 11. n. 168. toto §. p. 484

Se in holocaustum Domino obtulit, quæ se clausuræ, & orationi fœmina dedicauit. c. 11. n. 205. t. §. p. 495

Antiqui eligebant duris laboribus premi, quam datæ iuramento fidei religionem violare. c. 14. n. 217. toto §. p. 645

Reprehensio.

Qui studet vitia reprehendere, curet à reprehendendis distare. c. 9. n. 123. toto §. p. 259

Respublica.

Felix Respublica, quæ sortitur Princeps vigilantes: infelix, quæ experitur dormientes. c. 7. n. 43. to. §. p. 15

Misera Respublica, vbi ministri non impleuerunt officia, cùm copiosa acceperint stipendia. c. 7. n. 147. toto §. p. 84

Nonnulli ex ad se pertinentibus difficulter tribuunt ex ad Rempublicam spectantibus petenti sine difficultate concedunt. c. 8. n. 273. toto §. p. 198

Misera Respublica, vbi electi ad æquitatis tutelam, iniquitatis promouent causam. c. 9. n. 265. toto §. p. 303

Reuerentia.

Nobilitate conspicuis vel in aduersa fortuna exhibenda est reuerentia, nec plectendi communi cæteris mulcta. c. 8. n. 193. toto §. p. 171

Templum vel iniquorum reprimit audaciam, & suadet Numinis reuerentiam. cap. 9 num. 394. toto §. p. 343

Rex.

Quies populi est præconium regnantis. cap. 8. n. 167. p. 163

Robur.

Robore virtus instruitur, vitium multitudine armatur. c. 7. n. 197. toto §. p. 66

Ruina.

Certa est non semel Superiori ruina exhibita subditis peccandi occasio, aut à crimine non cohibitio. c. 8. n. 298. toto §. p. 206

S

Sacerdos.

SAcerdotum duriorem pœnam sustinet culpa, quia esse debet sacratior vita. c. 8. num. 158. toto §. p. 160

Auaritia laïcum obscurat, Sacerdotem verò quodammodo exaugurat. c. 8. n. 175. toto §. p. 166

Populi est salus Sacerdos sapientia præditus, calamitas scientia nudus. c. 11. n. 144. toto §. p. 436

Adeo Sacerdotalis dignitas est eximia, vt pio ambitu eam Angeli discupiant, & hilariter exerceant. c. 13 n. 109. toto §. p. 576

Sæculum.

Non potest gelido timore non diuexari, quem constat sæculi amore teneri. c. 7. n. 118. toto §. p. 39

Sæpè magnatum morte cæcus inflammatur ambitus, cùm debuisset inoculatus sæculi oriri contemptus. c. 9. n. 32. toto §. p. 232

Salus.

Optimus administer Reipublicæ non tam studet propinquorum

Digitized by Google

pinquorum ſplendori, quàm communi omnium ſaluti.c.8.n.265.toto §. p.43
Mirum eſt ſi quis bonum publicum propriæ vtilitati præponat,nec omnium ſaluti ſuam vtilitatem anteferat.c.8.n.265.toto §. p.194
Ambitio tranquillitatis eſt peſtis, & omnium ſalutis truculentiſſimus hoſtis.c.9.n.46.toto §. p.236
Eximiæ charitatis eſt proprio renuntiare ſplendori, vt alterius conſulueris ſaluti.cap.9.num. 152. toto §. p.267
Dum Superior nihil aliud eſt, quàm officium de populi ſalute immortale ſibi elaborat elogium. c.10. n.8.toto §. p.372
Onera ferente maiora vires premunt, & ſalutem extinguunt.c.10.n.190. p.429
Populi eſt ſalus Sacerdos ſapientia præditus,calamitas ſcientiâ nudus.c.11.n.144.toto §. p.476
Indigni inueniuntur veniâ, qui ingrati adurgent pro ipſorum ſalute laborantem,& periculà ſuſtinentem c.12.n.40.toto §. p.515
Bonus Dei miniſter totum ſe alienæ ſaluti attemperat,& neceſſitati adaptat.c.13.n.95.toto §. p.571
Dæmon aliquando ſuſtinebit ſibi iuſtum; ſed furet,ſi alienæ videtur ſalutis zelotypum. c.14.n.74.toto §. p.604
Sapiens de ipſa calamitate elaborat ſibi calamitatis venenum,& ſalutis promptuarium.c.14. num.151. toto §. p.626

Sanctiones.

Optimus Princeps laudabiliter ſancita inuiolata cuſtodit;nec noxiam nouitatem permittit. c.10.n.13. toto §. p.374

Sapientia, Sapiens.

Sapiens minis non terretur,quia nullius rei cupiditate ligatur.c.7.n.114. p.38
Sapienti nihil neceſſarium eſt.c.8.n.262. p.193
Sapientibus videtur imperium omnibus artibus fugiendum;ambitioſis procurandum. c.9. num.135. toto §. p.262
Qui ſapientiæ vacat,& ſibi viuit. cap. 9. num. 138. p.263
Sapientis eſt ſemel decretis fixè non inſiſtere; ſed ſi appareant, vltioribus applicari. c.11.n. 60. toto §. p.451
Vitia ſua confiteri ſanitatis indicium eſt. c.13. n. 35. p.552
Sapiens de ipſa calamitate elaborat ſibi calamitatis venenum,& ſalutis promptuarium. cap.14.n.151. toto §. p.626
Sapiens priùs ſibi conſulet, & poſteà proximis prouidebit.c.14.n.157.toto §. p.627

Scandalum.

Certa eſt non ſemel Superiori ruina exhibita ſubditis peccandi occaſio,aut à crimine non cohibitio. c. 8. n.198,toto §. p.206
Qui peccatis patrocinatur exemplo, alieno etiam obſcuratur delicto.c.9.n.216. p.288
Qui præbuerunt ſceleribus occaſionem, præ ſceleſtis tulerunt aliquando calamitatem. c.9.n.234.toto §. p.293
Prudentis eſt ſtatutum demutare,ſi inde conſtet ſcandalum exoriri.c.10.n.27.toto §. p.378

Scelus.

Magnates quamuis effugiant ſcelerum pœnam,vitare nequeunt infamiam.c.9.n.261.toto §. p.301
Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt. cap. 9. num. 261. p.302

Scientia.

Populi eſt ſalus Sacerdos ſapientia præditus,calamitas ſcientia nudus.c.11.n.144.toto §. p.476

Scribere.

Epiſtolas ſcribere laborioſum eſt.c.9.n.138. p.263

Secretum.

Mulier vt eſt ſecreti indagandi cupida, ſic effundend probatur auida.c.14.n.209.toto §. p.642

Securitas.

Securior degit qui pecuniis caret. cap. 8. num. 99. p.144
Virtutis hoſtes, vbi ſe arbitrantur ſecuritate munitos, ibi conſtat cladibus ſecuriùs obiectos.c.8.num.133 toto §. p.153

Senator.

Ad Reipublicæ commodum ipſe cogitur tolerare, quod adulando conſtat Senatorem decernere. c. 8. n.120.toto §. p.148

Sententia.

Æquus iudex diſſimili ſententia ſimilem cauſam non ferit.c.9.n.110. p.255
Superiorem non ſolum decet conſonam legibus ſententiam ferre; ſed maturis conſiliis iurgia vitare. c.10.n.46.toto §. p.384

Sepulchrum.

Auri fames ſepulchra inquietat.c.8.n.35. p.121
Virtus operoſa ſepulchrorum refugit monimenta, mauſolæa ſubſtruit vanitas ſuperbiſſima.c.8.n.324. toto §. p.214
Illuſtrior,qui conditus nobilitauit ſepulchrum, quàm qui ad æternandum nomen extruxit ſuperbiſſimum mauſolæum.c.10.n.83.toto §. p.396

Seruitus, Seruus.

Serui ieiuni dominis adſtant & famelici c. 7. n. 174. p.58
Mirum eſt ſeruos domino auxiliari ad legis obſeruantiam : quia vt in plurimum auxiliantur ad culpam. c.7.n.182.toto §. p.61
De claritate ſeruientium creſcit fama dominorum.c.8 n.219. p.179
Expromptiores inueniuntur ſerui ac temporalia negotia,quàm ad virtutis obſequia.c.9.n.456. toto §. p.363
Probroſa ſubſannatione itridendus,qui prolixum ſeruitutis pendit tributum, à quo nullum neceſſitati remedium.c.10.n.166.toto §. p.422
Duriſſimum eſt multis dominis ſubiacere multiſque obedire.c.9.n.51.toto §. p.239
Multis ſeruit, qui corpori ſeruit. cap. 11. n. 214. p.498
Nonnulli dum morigeram detrectant obedientiam, luctuoſam ſeruitutis patiuntur ærumnam. c. 13. n. 10.toto §. p.545
Qui peccatis collum non renuit ſubdere, aliquando cogitur omnem libertatis ſpem à ſe proiicere, & amandare.c.14.n.55.toto §. p.598

Silentium,

Deus de ſupplicij ſtrepitu ſatagit ſupplicium vitare.& de ſilentio beneficium ſemper augere. c. 7.n. 220. toto §. p.75
Rarus eſt, qui alterius generis defectum ſilentio premat, nec emulgandi pruritu opportunè, importunéque effundat. cap. 11. num. 61. toto §. p.522

Similitudo.

A ſimilibus grauius periculum nobis eſt.c.7.num.139 p.46

Simulatio.

Nonnulli conſcientiam tegere geſtiunt audacia, & aſpicienti imponere virtutis vmbra. cap. 7. n. 95. toto §. p.32

Singularitas.

Qui à communi via exorbitat, periculum sibi frequenter creat. c.14.n.17.toto §. p.586

Socer.

Nurus socrusque frequentibus diffident iurgiis, vt Socer generque discordant non semel odiis.cap.12. num.108.toto §. p.535

Socius.

Plus cauendum est à non benè morato socio, quàm à valido aduersario.c.7.n. 201 toto §. p.67

Imprudentissimus est,qui admittit vt socium, quem iniuriis fecerit inimicum.c.9.n.367.toto §. p.335

Solatium.

Etsi amarum, aliquod solatium est, diuitiarum sustinere iacturam, ne acceperit hostis prædam. cap.9. n.183.toto §. p.308

Peccator vnde calamitatis sperare solet solatium, inde promanare non semel experitur augmentum.cap.9. n.375. toto §. p.337

Dignitas offerenda non est ad solum,electi,eligentisue commodum; sed ad cunctorum solatium,& inuncti muneris exercitium.c.11.n.64.toto §. p.452

Iura sunt humanæ vitæ solatia. c. 14. n. 147. toto §. p.625

Solicitudo.

Ea regimini solicitudo est annexa, vt corporis vires frangat, & animum intentis curis adurgeat,cap.9. n. 165.toto.§ p.271

Qui iudex solicitè abegit vitia, Reipublicæ, sibique ascinit solicitudine commoda, c.10.num.65.toto §. p.390

Solitudo.

Mala conscientia etiam in solitudine est anxia. cap.7. n.269.toto §. p.92

Circa infelices ingens solitudo est.c.7.n.311. p.105

Hominum fugiat consortium,qui Deo dignum exambit proferre fructum.cap.13.n.21.toto §. p.548

Quos Deus ad magna præparat,à ciuitatum, hominumque tumultu liberat. cap. 13.n. 119. toto §. p.579

Sors.

Prudentis est in virtutis colorem trahere, quidquid prospera aut aduersa sorte constat accidere.cap.11. n.182.toto §. p.488

Spectaculum.

Spectacula virtuti sunt inimica, & voluptate amarissima plena,cap.14.num.22.toto §. p.587

Speculum.

Pluręs inter pectinem & speculum occupantur.cap.8. n.283.toto §. p.200

Spes.

Spes effectus tædium laboris excludit. c.8.num. 94. p.140

Quæ spebus improbis perpetrata,non semel contrariis successibus sunt punita.c.9.n.202.toto §. p.283

Spes longas inchoare imprudentis est.cap.10. n.137. toto §. p.412

Qui peccatis collum non renuit subdere, aliquando cogitur omnem libertatis spem à se proiicere, & amandare.c. 14. n. 55.toto §. p.598

Splendor.

Plures laborem dignitatis effugiunt, & splendorem exambiunt.c7.n.38.toto §. p.14

Eximiæ charitatis est proprio renuntiare splendori,vt alterius consulueris saluti.c.9.n.152.toto §. p.267

Cordatus coram Deo gestit lucere, non periculoso dignitatis fastigio volaticis splendoribus emicare. cap.9.n.169.toto §. p.272

Prudentes sequuntur mortem feliciter oppetentem, non vitâ splendidiùs radiantem.c.10. n.60. toto §. p.388

Vel ab vno prætextato omni eius cognationi promanant commoda,& splendoris crementa. c.10.n.70. toto §. p.391

Saturum.

Prudentis est statutum demutare, si inde constet scandalum exoriri,c.10.n.27.toto §. p.378

Stipendium.

Misera Respublica vbi ministri non impleuerunt officia,cùm copiosa acceperint stipendia. c.7.n.247. toto §. p.84

Strages.

Aliena ob vitium strages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat.c.14.n.147.toto §. p.625

Stultitia.

Oportet aliquando stulteſcere,vt possis tibi consulere. c.9.n.345.toto §. p.327

Suasio.

Sæpè suadet aurum, quod pietatis non persuasisset studium.cap. 14. num.30. toto §. p.590

Subditus.

Morigeros sibi subditos sortitur,qui Deo præcipienti incunctanter obsequitur.cap.7.n.33. toto §. p.12

Cordatus Princeps angustat tributa, deuotus subditus amplificat donatiua. cap. 8. num. 270. toto §. p.195

Calamitatibus plenum est malè moratis præesse, vt lætum morigeros gubernare. cap.9. n.180.toto §. p.276

Princeps non recusat bellum adire, nec subiectus suis illum facultatibus adiuuare.cap.11.num.89.toto §. p.459

Dum gubernatores euanidis honoris ceremoniis attendunt, subiecti periculum subeunt. c.11.n.202. toto §. p.494

Malus prælatus proditur, cui subiecti pendunt mella & dulcorant labra.c.14.n.168.toto §. p.630

Subiectus.

Laudabilis metus est, ne subiecti aliquam subierint iniuriam.c.7.n.43. p.16

Morigera subditorum erga dominos subiectio,nostræ erga Deum manifesta est sugillatio. cap.7. n.174. toto §. p.58

Subiecti vitium regentis est probrũ.c.8.n.175. p.166

Subito.

Ad summum non subitò ascenditur; sed per gradus peruenitur.cap.9.n.41.toto §. p.235

Substantia.

Cogniti affinesue ad cognatorum substantiam ius putant semper habere,& posse tutò diripere. cap.11. n.115.toto §. p.468

Successus.

Quæ spebus improbis perpetrata, non semel contrariis successibus sunt punita. c.9.n.202.toto §. p.283

Superbia, Superbus.

Plures mentitur fortes superbia, quos infirmos ostendit pugna.c.7.n.63.toto §. p.22

Ferè semper imbecilliores turgent superbi, & superbiunt tumidissimi.c.7.n.71.toto §. p.25

Dignum superbiæ vt acerbissimum est tormentum, si qui eminebat capite, teratur pede. c.7.num.193. toto §. p.65

Superbia Ægritudinum arx. cap.7. num.193. toto §. p.65

Superbi ad mouenda iurgia solùm sunt apti,ad virtutis officia inueniuntur sæpiùs inepti.cap.8.num.30. toto §. p.119

Superbi manibus sæpè suspicionibus distorquentur: quia se contemni arbitrantur.c. 8.num. 57. toto §. p.127

Ferè

Ferè ſemper qui meritis nudior, præſumptione inuenitur inflatior.c.9.n.193.toto §. p.280
Superbiæ gloriæque cupiditas ſemper ſunt periculis plenæ, & ſæpè contumelioſis ſtragibus caſtigatæ. c.9.n.441.toto §. p.359
Superbus non ſuſtinet alium honore lucere, & ſi luceat,curat animitus obſcurare.c.12.num.8. toto §. p.505
Nonnulli ſi ſemel patientet lati,grandiori turgent inſolentia ſuperbi.c.12.n.23. toto §. p.509
Qui meritis virtuteque nudus ſæpe in alios armatur deteſtabili tumore ſuperbus.c.12. num. 53. toto §. p.519

Supercilium.

Obtenta dignitas Circes ad inſtar mutat ingenia, & creat duriſſima ſupercilia.c.9.n.189.toto §. p.279

Superior.

Morigeros ſibi ſubditos ſuperior ſortitur, qui Deo præcipienti incunctanter obſequitur. c.7. num.33. toto §. p.12
Superior ſubiectos antecedat ſolicita curâ,& vigilanti cuſtodia.c.7.n.38.toto §. p.14
Laudabilis in ſuperiore metus eſt,ne ſubiecti aliquam ſubierint iniuriam.c.7.n.43. p.16
Rationabilis culpæ ſuſpicio ſuperiorem doceat cautelam; ſubiecto tamen non afferat honoris aut æſtimationis iacturam.c.7. num. 56.toto §. p.20
Bonus ſuperior, vt à ſubiectis auerterit culpam propriæ aliquando diſtulerit laudis gloriam.c.7. n.76. toto §. p.26
Bonus ſuperior vni ſibi totum regiminis negotium nunquam vendicabit ſuperbus, nec totum alteri committet ignauus.c.7.n.178.toto §. p.59
Vbi iubentis præcedit exemplum, expromptam inuenit obedientiam mandatum.c.7.n.272.toto §.p.93
Iræ cedat cordatus ſuperior glorioſo triumpho. cap.8. n.53. p.126
Prudens ſuperior ferventem ſubiectorum audaciam non irritat; ſed vrbano ac molli ſermone ſedat. c.8.n.79.toto §. p.135
Superior qua aliquando monetur, prudenter celanerit cauſam, ne ſubiectorum inflammet iram.cap.8. n.91.toto §. p.139
Certa eſt non ſemel ſuperiori ruina exhibita ſubditis peccandi occaſio,aut à crimine non cohibitio. c.8. n.298.toto §. p.206
Superior ſubditos diſpoliare ſolet.cap.9.n. 80. p.247
Vbi conſilio de ſuperiore eligendo agitur, cæteris ſapientior,digniorque præfertur. c.9. n.148. toto §. p.266
Alios regenti opus eſt viandi laboribus ſæpè atteri, & prouidentiæ curis vrgeri.c.9.n.156.toto §. p.269
Ea regimini ſolicitudo eſt annexa, vt corporis vires frangat,& animum intentis curis adurgeat. cap. 9. num. 165. toto §. p.271
Sic ad ſuperiorem deferantur errata, vt applicetur remedium,nec erranti quæratur odium.cap.9.n.317 toto §. p.318
Superior vt dignitate, antecedere debet labore. c.9. num.410. toto §. p.348
Dum ſuperior nihil aliud eſt quàm officium,de populi ſalute immortale ſibi elaborat elogium. c.10.n.8. toto §. p.372
Superiorem non ſolum decet conſonam legibus ſententiam ferre; ſed maturis conſiliis iurgia vitare. c. 10.n.46.toto §. p.384
Præſul ambitione liber carpit ſubiectorum delicta, ambitioſus diſſimulabit peccata. c.10.n.91.toto §. p.398
Lucet regentis dexteritas,ſi vitiorum ſubueniat morbo diſſecante non vſus ferro.c.10.n.102.toto §.p.420
Nil ſuperior illi valet negare, per quem agnoſcit ſibi dignitatem obtingere.c.11. num.94.tot.§. p.461
Optimus ſuperior cum Deo priùs conſulit facienda, ne commiſerit errata.c.11.n.107.toto §. p.465
Bonus ſuperior, quouſque ſolicitè informetur iudicium,continebit ſemper affectum. c.11. num.111. toto §. p.466
Priùs curabit,qui tenet regimen, ratione conuincere, quam inflicto ſupplicio plectere.c.11.n.128.to. §. p.472
Optimus ſuperior alia tentabit remedia,& coactus adhibebit ſupplicia.c.12.num.32.toto §. p.512
Superiorem laudabiliter conſtat plectere, ſi priùs humanis verbis errantem conatus fuerit placare.c.12. n.49.toto §. p.518
Optimus ſuperior ſic puniat culpam, vt vel coloratam vitet querelam.c.14.n.65.toto §. p.601

Supplicium.

Deus de ſupplicij ſtrepitu ſatagit ſupplicium vitare, & de ſilentio beneficium ſemper augere.c.7.n.220. toto §. p.75
Sceleris in ſcelere ſupplicium eſt.c.9.n.261. p.302
Miſerrimus eſt, cui viuenti impunita peccata, quia morienti accumulantur ſupplicia. c.9.n.463.toto §. p.366
Priùs curabit, qui tenet regimen,ratione conuincere, quàm afflicto ſupplicio plectere.c.11.n.128.toto §. p.472
Optimus ſuperior alia tentabit remedia, & coactus adhibebit ſupplicia.c.12.n.32.toto §. p.512

Suſpicio.

Peiora ſemper interpretamur.cap.7.n.56.toto §. p.20
Quæ inuiti audimus,libenter ſuſpicioſi credimus.ibid.
Rationabilis culpæ ſuſpicio ſuperiorem doceat cautelam; ſubiecto tamen non afferat honoris aut æſtimationis iacturam.cap.7.n.56.toto §. p.20
Superbi inanibus ſæpè ſuſpicionibus diſtorquentur, quia ſe contemni arbitrantur.c.8.n.75.tot.§.p.127
In dedecus filij vertitur,ſi mater vel maculæ ſuſpicioni ſubdatur.c.13.n.47.toto §. p.556

T

Tedium.

SPees effectus tædium laboris excludit. cap. 8.n.94. p.140
Opus eſt aliquando, ne ingenerauerit tædium, externum virtuti gaudium.c.10.n.88.toto §. p.397

Temeritas.

Sæpè circumſtantium freti temeritate omnia potentes audent,& ſæpè procerum tutela freti qui circumſtant, deteſtanda facinora perpetrant. cap.9.n. 58. toto §. p.240
Nonnulli detorquent redundantiam elementiæ cæleſtis ad fouendam audaciam humanæ temeritatis. cap.10.num.159.toto §. p.419
Nonnulli alterius priuilegium detorquent ad temeritatis auxilium.cap.11.num.173.toto §. p.487
Ambitio, libidoque nihil verentur tentare,ſi poſſint ardori cæco conſulere.c.11.n.198.toto §. p.493

Templum.

Templum vel iniquorum reprimit audaciam, & ſuadet Numinis reuerentiam.c.9.n.394.toto §. p.343
Non ſemel in templo flamma cupiditatis adurit incautos,dum vagantes teterrimus fumus corrumpit oculos cap.9.num.413.toto §. p.349

Tempus.

Virtus tẽporis ſuffragio comprobatur.c.7. n.56. p.20

Optimi parentes temporis non expectant ſuffragium, vt filios impulerint ad virtutis ſtudium. c.8.n.205. toto §. p.174

Teſtimonium.

Etſi ingerantur oculis magnatum delicta non inueniantur delictorum teſtimonia: quia deterret teſtes potentia.c.8.n.143.toto §. p.156

Thronus.

Regis thronus iuxta portam.c.9.n.410. p.348

Timor.

Non poteſt gelido timore non diuexari,quem conſtat ſæculi amore teneri.c.7.n.118.toto §. p.39

In quem felicem timent, omnes fortuna aduerſa iam audent.c.7.n.311.toto §. p.105

Acer timor vltima remedia experiri ſuadet.c.7.n.315 p.107

Plures dum à virtute deſciſcunt,vt ſuſpectum vitauerint ſibi damnum,incrementaſſe inueniuntur detrimentum.c.8.n.171.toto §. p.165

Infidus amicus eſt,qui periculorum motum extenuat, & panorem vtilem placat. cap.9.num. 363.toto §. p.333.

Sæpè ad delicta inuenimur intrepidi,ad virtutis opera pauidi.c.9.n.446.toto §. p.360

Timor hominis honor eſt Dei.c.10.n.159. p.419

Timor odium ſpirat.c.14.n.74. p.604

Tormentum.

Graniſſima pœna eſt ſubire ad inimici arbitrium calamitatis ac doloris tormentum.c.9.num.467.toto §. p.367

Humilitas de dæmonibus ſemper reportauit triumphum, durumque inflixit tormentum.c.14.n.101 toto §. p.612

Pœnitentia ſæuum diaboli inuenitur tormentum,eiuſque virium prorſus excidium.c.14. n. 106. toto §. p.613

Deformem ducere torméetum,formoſam magnum periculum.c.13.n.39. p.554

Tranquillitas.

Reportata de vitiis eximia victoria pax floret tranquilla,& tranquillitas viget ſtata.c.8.n.303.toto §. p.207

Malè politici dum ab vna ad aliam tranſeunt, relictæ parti inueniuntur inimici, & alij ſemper ſuſpecti. c.8.n.333.toto §. p.216

Ambitio tranquillitatis eſt peſtis, & omnium ſalutis truculentiſſimus hoſtis.c.9.n.46.tot. §. p.236

Tranquillè degit,qui honeſtè viuit. cap.11.num.192. p.491

Tributum.

Cordatus Princeps anguſtat tributa, deuotus ſubditus amplificat donatiua.c.8.n.270.toto §. p.195

Tributi à populo impenſi debet haberi ratio ſolicita, ne imminuatur fraudibus ſumma. c.8. n.238.to. §. p.199

Tributorum auctio eſt ſeruientium imminutio.cap.8. n.280 p.199

Probroſa ſubſannatione irridendus, qui prolixum ſeruitutis pendit tributum,à quo nullum neceſſitati remedium.c.10.n.166.toto §. p.422

Princeps non recuſet bellum adire, nec ſubiectus ſuis illum facultatibus adiuuare. c.11. num.89. toto §. p.459

Triumphus.

Triumphis coronatur exercitus, vbi licet milites ſtrenuos probari,& imbelles caſtris expungi.c.7.n.141 toto §. p.47

Nobilior triumphus eſt,quàm damnare ferro, hominem à vitiorum excitare letargo.c.7. n.185.toto §. p.97

Decantatiſſimus Euchariſtiæ triũphus eſt mores proſus inuertere,& contrario ſtylo hominem reformare.c.7.n.236.toto §. p.80

Is plauſibilior eſt triumphus,vbi inimicus non arripuit fugam; ſed tulit pœnam. c. 7. num. 315. toto §. p.107

Humilitas de dæmonibus ſemper reportauit triumphum,durumque inflixit tormentum.c.14.n.101. toto §. p.612

Triumphos priùs debet de dæmone reportare, qui aliorum nititur prauitatem depellere.c. 14.n. 115. toto §. p.616

Trophæum.

Indulgere non debet otio, qui diſcupit redimiri trophæo.c.7.n.52.toto §. p.18

Animarum zelotypum vrgentiſſima videntur adoriri pericula; ſed quæ citò Dei ope tranſeunt in decantanda trophæa. cap. 14. num. 83. toto §. p.607

Tumultus.

Ad Reipublicæ ſedandos tumultus plus expedit aliquando celeritas, quam militum numeroſitas. c.9. n.350.toto §. p.329

Quos Deus ad magna præparat, à ciuitatum, hominúmque tumultu liberat. cap.13.n. 119. toto §. p.579

Tutela.

Sæpè procerum tutela freti qui circumſtant deteſtãda facinora perpetrant.c.9.n. 58.toto §. p.240

Miſera Reſpublica vbi electi ad æquitatis tutelam, iniquitatis promonent cauſam. c.9. n. 265. toto §. p.303

V

Vanagloria.

NOn reſplendet plenè de hoſtibus reportata victoria, niſi iugulata vanagloria prudentiæ reſplendeat ara.c.11.n.187.toto §. p.490

Vanitas.

Non ſemel annectuntur cordis vanitas, & carnis voluptas.c.7.n.66. p.23

Virtus operoſa ſepulchrorum refugit monimenta, mauſolæa ſubſtruit vanitas ſuperbiſſima.c.8.n.314 toto §. p.214

Vanitati vertunt Magnates vel indignis auxiliari, & petentibus opem ferre. cap. 9. num. 51. toto §. p.238

Venalitas.

Otioſitas homines teddit venalitati obnoxios, & ad quoduis crimen paratos. cap. 9. num. 76. toto §. p.245

Venenum.

Sapiens de ipſa calamitate elaborat ſibi calamitatis venenum, & ſalutis promptuarium. c.14. num. 151. toto §. p.626

Venia.

Indigni inueniuntur venia, qui ingrati adurgent pro ipſorum ſalute laborantem,& pericula ſuſtinentem. c.12.n.40.toto §. p.515

Verbum.

Superiorem laudabiliter conſtat plectere, ſi priùs humanis verbis errantem conatus fuerit placare.c.12. n.49.toto §. p.518

Ad vitanda periculoſa certamina valent plurimum humana ac mellita verba. cap. 12. num. 38.toto §. p.520

Diuites, potentéſque ferè ſemper loquuntur euanida, rariſſimè fructuoſa.c. 12.n.75.toto §. p.526

Nonnulli

Nonnulli ipſum quod proferunt,de proferendi modo corrumpunt, & dictis contrarium adſtruunt. c. 12. n.78.toto §. p.527

Nonnulli dum mollia proferunt verba, grauiora incutere ſolent probra.c.12.n.94.toto §. p.531

Verecundia.

Verecundia commendet ſemper coniugium.. cap. 14. n.28. p.589

Veridicus.

Veridicus effugium ſibi prouideat: quia frequenter periculum ſibi creat. cap. 9. num. 119. toto §. p.258

Veritas.

Plurimis ſe laboribus conſecrat,qui veritatis luce Principum, & potentium tenebras fugat. cap.7.n.297. toto §. p.101

Rarò ad Principem veritas peruenit mera; ſed frequenter aucta aut minuta.cap.9.num.340. toto §. p.326

Via.

Non ſemel viam inuenit occluſam,ne fugeret pœnã, qui ſine impedimento inuenerat,vt præpararet ad culpam.c.12.n.65.toto §. p.523

Qui a communi via exorbitat,periculum ſibi frequenter creat.c.14.n.17.toto §. p.586

Vicinus.

Peccatorum vicini,& cladibus ſunt expoſiti. cap. 10. n.128.toto §. p.409

Suſpecta ſit pœnitentia, ſi occaſioni manſit vicina. c.10.n.185.toto §. p.427

Victoria.

Indulgere non debet otiõ, qui diſcupit redimiri trophæo.c.7.n.52.toto §. p.18

Si legis floruit obſeruantia, felici exercitus coronatur victoria.c.7.n.104 toto §. p.35

Dum contra vitium infirmis corporis viribus depugnatur,faciliùs victoria acquiritur. c.7. num. 170. toto §. p.56

Digna Deo victoria eſt matrem cum hoſte non congredi,& triumpho virgine redimiri.c.7. num.278. p.94

Cælesti pane opus eſt ad laſſitudinem ſublenandam, & victoriam plenè obtinendam. c.8.n.112.toto §. p.146

Reportata de vitiis eximia victoria pax floret tranquilla,& tranquillitas viget ſtatã.c.8.n.303.toto §. p.207

Vbi ianua vitiis occluditur, facilè victoria obtinetur. c.9.n.418.toto §. p.550

Aliquando parens coronatur victoria ob prolis futuræ merita.c.11.n.150.toto §. p.478

Non reſplendet plenè de hoſtibus reportata victoria, niſi iugulata vanagloria prudentiæ reſplendeat ara. c.11.n.187.toto §. p.490

Opus eſt plena de hoſtibus cupienti reſplendere victoria,carnem ſuam pœnitentiæ adurere flamma. c.12.n.214.toto §. p.498

Deo meliora ſemper dicanda, nec obſcura defectibus offerenda.c.13.n.99. toto §. p.573

Qui ſibi relictus eſſet hoſtium præda, Dei auxilio eximia de hoſtibus coronatur victoria.c.14. num.92. toto §. p.609

Victualia.

Non poſſunt milites generalitati inſernire,ſi victualibus conſtet carere.c.8.n.103.toto §. p.143

Vigilantia.

Felix Reſpublica, quæ ſortitur Principes vigilantes, infelix quæ experitur dormientes. c.7.n.43.toto §. p.15

Nonnulli cùm de alienis vigiliis docti appareant,præmium furtiuum reportant.cap.14.num.227.toto §. p.648

Vindicta.

Proprias vlciſci iniurias eſt humanum, non vlciſci prope diuinum.c.8.n.179.toto §. p.167

Accepta dignitas ſit clementiæ fomentum non propriæ vindictæ auxilium.c.8.n.198.toto §. p.173

Vltio veluti hæreditarium ius à parentibus commendatur,& ambitioſè à poſteris exambitur.c.8.n.238 toto §. p.185

Ardentiores ſunt homines in propriis vindicandis, quàm in offenſis Numinis vlciſcendis. c.9.n. 225. toto §. p.291

Non ſemel acriùs ad vindictam impulit linguæ audacia, quàm manus offenſa. cap.12.num.45.toto §. p.516

Violentia.

Malè reſpondent coacta ingenia. cap. 11. num. 128. p.472

Munera priuilegiorum ſunt officina, & ſæpe ſæpiùs legis violentia.c.13.n.115.toto §. p.577

Virginitas.

Conionatoris Chriſto configurati lingua producit virginea examina, & ſaporatiſſima virtutum mel ai. c.14.n.142.toto §. p.623

Vis, Vires.

Suas quiſque vires prudenter expendat,ne miſerè aduerſario pugnans ſuccumbat.c.7.n.100.toto §.p.34

Culpa vires enernat,& ſplendorem obnubilat. cap.7. n. 105 p.36

Dum contra vitium infirmis corporibus viribus depugnatur,faciliùs victoria acquiritur. cap.7.n.170. toto §. p.56

Perfecti aliquando vltra vires audent inſequentes vitia,vt etiam impij, vt proſequantur ſcelera. cap. 8. n.94.toto §. p.140

Cultus corporis euigorat viros, bellóque prodit ineptos.c.8.n.283.toto §. p.200

Plus valuit vnica virgo Maria ad dæmonis vires infringendas,quam plures ad retardandas.c.9.n.435. toto §. p.356

Ea regimini ſolicitudo eſt annexa, vt corporis vires frangat,& animum intentis curis adurgeat. cap. 9. n.165.toto §. p.271

Onera ferente maiora vires premunt,& ſalutem extinguunt.c.10.n.190. p.429

Pœnitentia ſæuum diaboli inuenitur tormentum,eiuſque virium prorſus excidium.c. 14. n.106. toto §. p.613

Virtus.

Virtus temporis ſuffragio comprobatur. c.7. num.56. p. 10

Non ſemel virtutis milites adumbrata fugiunt pericula, cùm mundi aſſeclas indubia non fugauerint detrimenta.c.7.n.114.toto §. p.38

Virtuti non conſulimus allecti lucro, cùm vitæ ſæpè conſulamus honoris diſpendio. c.7.n. 109. toto §. p.37

Robore virtus inſtruitur,vitium multitudine armatur. c.7.n.197.toto §. p.66

Virtutis zelator aliquando ſuam ignorauerit dignitatem,vt vitiorum proxenetæ ſuum ſæpè abiurauere decorem. c.7.n.224.toto §. p.76

Prodeſt contra vitium virtus; ſed exterior habitus eſt inſtituto adaptandus.c.7.n.232.toto §. p.79

Diſcupienti triumphos opus eſt virtuti inſiſtere, nec ſatis eſt inchoare. c.7.n.289.toto §. p 99

Superbi ad monenda iurgia ſolùm ſunt apti, ad virtutis officia inueniuntur ſæpiùs inepti. c.8. num.30. toto §. p.119

Nutriunt

Nutriunt præmiorum exempla virtutes. cap. 9. n. 39.
Vel humani honoris ſtilla ſitienter ambitur, virtutis gloria contemnitur.c.8.n.43.toto §. p.125
Meliùs iuuant cognati plerumque ad vitia, quàm virtutis promouerint deſidetia. c. 8. num.64. toto §. p.130
Virtus non eſt ruſtica; ſed vrbana.c.8.n.87. p.138
Mirum eſt paupertate diuexatum non exorbitare à iuſtitia; ſed virtutis ornari perſeuerantia. c.8.n.99 toto §. p.142
Politici dum virtutis iniuria nolunt magnates offendere,ſibi conſtat infelicitatem aſciſcere. c.8.n.108. toto §. p.144
Virtutis hoſtes,vbi ſe arbitrantur ſecuritate munitos,ibi conſtat cladibus ſecuriùs obiectos. c.8. num. 133. toto §. p.153
Plures,dum à virtute deſciſcunt,vt ſuſpectum vitauerint ſibi damnum, incrementaſſe inueniuntur detrimentum.c.8.n.171.toto §. p.165
Optimi parentes temporis non expectant ſuffragium, vt filios impulerint ad virtutis ſtudium.c.8. n.203. toto §. p.174
Nobiles non ſemel ad vitium ante virilitatem ſunt viri, cùm vltra puritiam ad virtutem videantur pueri.c.8.n.215.toto §. p.178
Virtus operoſa ſepulchrorum refugit monimenta, manſolæa ſubſtruit vanitas ſuperbiſſima.c.8.n.324 p.214
Virtuti aliquando adhæremus; ſed vitiis adglutinamur.c.8.n.343.toto §. p.219
Miraculum eſt, ſi inualidus aſſequatur virtutis præmium,aut potentioris fruſtretur odium. c.9.n.106. toto §. p.253
Qui plus virtuti dicati, & hominibus plus proficui. c.9.n.160.toto §. p.270
Sæpè ad delicta inuenimur intrepidi,ad virtutis opera pauidi.c.9.n.446.toto §. p.360
Expromptiores inueniuntur ad temporalia negotia, quàm ad virtutis obſequia. cap.9.num.456.toto §. p.363
Sola virtus eſt gaudij mater c.9.n.160. p.270
Opus eſt aliquando ne ingenerauerit tædium, externum virtuti gaudium.c.10.n.88.toto §. p.397
Qui virtutis iniuriâ ſibi parauit amicos,eos hoſtes reperire ſolet infenſos.c.10.n.108.toto §. p.404
Salubris cunctis probatur electio, quam non inclinationis, ſuffragium; ſed virtutis perfecit meritum. c.10.n.190.toto §. p.428
Auri cupiditas eſt fraternitatis exilium, virtutis probrum.c.11.n.25.toto §. p.441
Eligendi ſunt ad munia virtute ornati, & experientia expoliti.c.11.n.56.toto §. p.449
Virtus etſi ad tempus exulare cogatur honori ſibi debito tandem reſtituitur. cap.11. num. 41.toto §. p.445
Prudentis eſt in virtutis colorem trahere, quidquid proſpera,aut aduerſa ſorte conſtat accidere.cap.11 n.182.toto §. p.488
Strenuo viro non pro palma; ſed pro virtute pugnandum.c.11.n.219. p.500
Grauius virtuti detrimentum imminere videtur à diuitibus,quàm ab hoſtibus. cap.12.num.13.toto §. p.506
Qui meritis: virtutéque nudus, ſæpè in alios armatur deteſtabili tumore ſuperbos. c.12.n.55. toto §. p.519
Ad heroica virtutis opera tenetur, qui ſpeciali Numinis fauore exornatur. cap. 12. num. 99. toto §. p.552
Spectacula virtuti ſunt inimica,& voluptate amariſſimâ plena.c.14.n.12.toto §. p.587
Virtutem colenti pericula immineat ſpecie truculentiſſima; ſed re inania. cap. 14. num. 111. toto §. p.615
Concionatoris Chriſto configurati lingua producit virginea examina,& ſaporatiſſima virtutum mella. c.14.n.142.toto §. p.623
Aliena ob vitium ſtrages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat. c.14.n.147.toto §. p.625
Mors ſemper nos vrget ad opera, vt Chriſti paſſio ad elaboranda virtutum fragrantiſſima mella. cap.14. n.163.toto §. p.629
Sic oculus, appetituſque proximant, vt idem fuerit concupiſcere,& intueri.c.14.n.11.toto §. p.584

Vita.

Vitæ ſæpè conſulitur honoris diſpendio, cùm virtuti non conſulamus allecti lucro.c.7. num.109.toto §. p.37
Vitæ nos amor ligat. ibid.
Ad eam aliqui odij peruenerunt inſaniam, vt maluerint mori,quàm ab odioſo veniam,aut vitam lucrari c.9.n.379.toto §. p.339
Miſerrimus eſt,cui viuenti impunita peccata: quia morienti accumulantur ſupplicia.c.9.n.483.toto §. p.366
Sacerdotum duriorem pœnam ſuſtinet culpa:quia eſſe debet ſacratior vita.c.8.n.158.toto §. p.160
Tolerabilius eſt vitio mori, quam vitam ad prolixam, aut inhoneſtam mortem extendi.c.8.n.254.toto §. p.185
Prudentes ſequuntur mortem feliciter oppetentem, non vita ſplendidius radiantem. c.10.n. 60.toto §. p.388
Tranquillè degit,qui honeſtè viuit. cap.11.num.191. p.491
Iura ſunt humanæ vitæ ſolatia.c.14.n. 147. p.625
Vita breuis tempore efficitur longa crimine. cap. 14. n.195. p.638

Vitium.

Dum contra vitium infirmis corporis viribus depugnatur,facilius victoria acquiritur. c.7. n. 170. toto §. p.56
Vitium multitudine ferè ſemper armatur, robore virtus inſtruitur.c.7.n.197.toto §. p.66
Qui vitia penitus deſiderat abolere,contentus non ſit ſemel euchariſtiam ſumere.c.7.n.208.toto.§. p.70
Vitiorum proxenetæ ſuum ſæpè abiurauere decorem: ergo virtutis zelator aliquando ſuam ignorauerit dignitatem.c.7.n. 224 toto §. p.76
Prodeſt contra vitium virtus; ſed exterior habitus eſt inſtituto adaptandus.c.7.n.232.toto §. p.79
Euchariſtia tremendum eſt vitiis factum, quia totius eſt voluptatis excidium.c.7.n.245.toto §. p.83
Nobilior triumphus eſt,quàm domare ferro,hominem à vitiorum excitare letargo.c.7.n.285.toto §. p.97
Optimus concionator de auditorum glorietur criminibus trutidatis, non de elogiis, aut acclamationibus repetitis.c.7.n.292.toto §. p.100
Is ſit Euangelicus concionator,vt ad eius vocem;imò ad aſpectum effugiant vitia, vt vlulatint inferna. c.7.n.302. toto §. p.103
Meliùs iuuant cognati plerumque ad vitia, quàm virtutis promouerint deſideria. cap.8.n.64.toto §. p.130
Perfecti aliquando vltra vites audent inſequentes vitia,vt etiam impij,vt proſequatur ſcelera.c.8.n.94. toto §. p.140
Subiecti vitium regentis eſt probrum. c.8. num.175. p.166

Digitized by Google

Nobiles non semel ad vitium ante viriditatem sunt viri, cùm vltra pueritiam ad virtutem videantur pueri.c.8.n.215.toto §. p.178
Reportata de vitijs eximia victoria pax floret tranquilla,& tranquillitas viget stata.c.8.n.303.toto §. p.207
Ea est peccatorum cæcitas, vt vitijs renunciare sibi credant calamitatem asciscere. cap. 8. num. 329. p.215
Vitio nunquam desunt patroni, quique eius causas peragere cupiant soliciti. cap.8. num.338. toto §. p.218
Virtuti aliquando adhæremus; sed vitijs adglutinamur.c.8.n.345.toto §. p.219
Qui studet vitia reprehendere, curet à reprehendendis distare.c.9.n.123.toto §. p.259
Prodest aduersus vitia bonorum conuersatio. cap. 9. n.123. p.259
Non est calamitatis remedium vitijs accedere; sed distare.c.9.n.275. p.305
Vbi ianua vitijs diligenter occluditur, facilè victoria obtinetur.c.9.n.418.toto §. p.350
Rarus est, qui ne contraxerit vitium à prædecessore introductum,sibi angustarit imperium. c.10.n.35. toto §. p.380
Qui iudex solicitè abegit vitia, Reipublicæ sibique asciuit solicitudine commoda. c. 10. n. 65. toto §. p.390
Tot vitijs homo aliquando præstat habitaculum, vt Deus nullum inueniat hospitium.cap.10.num.104. toto §. p.402
Peccator contemnit incommoda,ne cum vitio ruperit fœdera.c.10.n.123.toto §. p.408
Peccator aliquando affectat in vitio perseuerantiam, ne leuitas incurrat notam.cap.10.num. 133.toto §. p.411
Ea est peccatoris cæcitas, vt vno eodemque tempore velit & vitijs famulari,& Deum auxiliatorem sortiri.c.10.n.154.toto §. p.418
Lucet regentis dexteritas, si vitiorum subueniat morbo dilecante non vsus ferro.c.10.num.162.toto §. p.420
Vitia sua confiteri sanitatis indicium est.c. 13. n. 35. p.552
Aliena ob vitium strages legem dulcorat, & virtutis difficultatem exarmat.c.14.n.147.toto §. p.625

Voluntas.

Obsequium est restitisse voluntati,vt studueris honori. c.7.n.186. p.62
Talis est dignitas,qualis administri voluntas.c.11.n.94 p.461

Voluptas.

Non semel annectuntur cordis vanitas, & carnis voluptas c.7.n.66. p.23
Eucharistia totius est voluptatis excidium, & tremendum vitijs fatum.c.7.n.243.toto §. p.85
Otium est voluptatis fomentum, vt honestus labor exilium.c.8.n.316.toto §. p.211
Spectacula virtuti sunt inimica,& voluptate amarissima plena.c.14.n.22.toto §. p.587
Voluptas breuis,& fragilis est.c.14.n.47. p.596

Vrbanitas.

Prudens Superior feruentem subiectorum audaciam non irritat; sed vrbano ac molli sermone sedat.c.8. n.79.toto §. p.135
Virtus non est rustica; sed vrbana. cap. 8. num. 87. p.138
Dum gubernatores euanidis honoris ceremoniis attendunt,subiecti periculum subeunt. c.11. n. 202. toto §. p.494

Vsus.

Difficile vsus multis temporibus concarnatus vrgenti periculo deiscitur,& mutatur.cap.12.n.83.toto §. p.528

Vtilitas.

Pro honesto habebit vtile,cui corpus charum est.c.7. n.170. p.57
Mirum est, siquis bonum publicum propriæ vtilitati præponat, nec omnium saluti suam vtilitatem anteferat. c.8.n.265.toto §. p.194
Sapientis est semel decretis fixè non insistere; sed si appareant,vtilioribus applicari. c. 11.n. 60. toto §. p.451

Vulgus

Quæ vulgo placent, vitanda sunt. cap. 7. num. 197. p.66

Vulnus.

Non semel altiori vulnere leuior redimitur plaga, & procuratur grauiori damno fortuna.c.9. nnm.431. toto §. p.355

Vultus.

Non semel sine verbis indicantur vultu, quæ desiderantur affectu.c.7.n.146.toto §. p.48

Vxor.

Vxorem deformem ducere magnum vitæ tormentum; formosam magnum honoris periculum.c.13. n.39. p.554
Parentes dum filijs optatas non dant vxores, æternas matrimonio seminant lites.cap.14.num. 40.toto §. p.595

Z.

Zelator.

VIrtutis zelator aliquando suam ignorauerit dignitatem,vt vitiorum proxenetæ suum sæpè abiurauere decorem.c.7.n.224.toto §. p.76

Zelotypia.

Eximia pulchritudo, dum affert oblectamentum, & zelotypiæ parit martyrium.cap.13.num. 39.toto § p.553

Zelotypus.

Dæmon aliquando sustinebit sibi iustum; sed furet,si alienæ viderit salutis zelotypum, c.14.n.74.toto §. p.604
Animarum zelotypum vrgentissima vident ur adoriri pericula; sed quæ cito Dei ope transeunt in decantanda trophæa.c.14.n.83.toto §. p.607

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1-6-2

Digitized by Google